Universidad de Antioquia
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

IHS
BIBLIOTECA DE LOYOLA.
Sala 1
Estante 1
Plúteo 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

BIBLIA

AD VETVSTISSIMA EXEMPLARIA NVNC RECENS CASTIGATA.

HEBRÆA, CHALDÆA, GRÆCA, ET LATINA NOMINA VIRORVM, MVLIERVM, POPVlorum, Idolorum, Vrbium, Fluuiorum, Montium, cæterorumqúe locorum, quæ in Biblijs leguntur restituta cum Latina interpretatione, ac locorum è Cosmographis descriptione.

Quid in horum Bibliorum castigatione præstitum sit, subsequens præfatio latiùs indicabit.



Esta conforme al Expurgl. de 1707.
Por comission del S.to Off.o
Jhs
Fran.co de Olague.

COLLEGII LOJOLAE

ANTVERPIÆ,
APVD IOHANNEM STELSIVM,
Sub Scuto Burgundiæ.
ANNO. M. D. LXIX.
CVM GRATIA ET PRIVILEGIO.
1569.

Universidad de Deusto
Biblioteca

F. IOHANNIS HENTENII NECHLINIENSIS IN Biblia Louanij Anno M. D. XLVII. excusa atque castigata, PRAEFATIO.

MIRABITVR fortasse quispiam cur post tam multiplicia Biblia toties excusa, conati simus alia facie hæc in lucem edere. Quare non inutile facturus mihi videor, si nostri consilij rationem, quam in hac noua Bibliorum editione adornanda sequuti sumus, paucis exposuero. Primum nemini obscurum esse arbitror, quot technis ac cuniculis horum temporum hæretici id efficere conentur, vt sacræ literæ ab ipsis stare videantur: potissimum autem dictionibus quibusdam textui temerè additis vel ademptis: aut præfationibus, varijsque marginum annotationibus adiectis, vel consarcinatis prauis indicibus. Quibus ludificationibus adeo studeant nonnulli, vt his etiam quosdam irretierint, qui toti in hoc erant, vt rempublicam Christianam promouerent.

Quum igitur his imposturis optimos quosque libros, tam sacrarum literarum quam catholicorum doctorum corruperint, statuit optimo iure Cæsarea Maiestas, pernicioso huiusmodi cuiusuis idiomatis codices, è populi manibus auferri. In quibus primas facilè obtinent Biblia: non ea solum quæ temeraria quarundam vocum transpositione, adiectione aut mutilatione apertè corrupta sunt: verum illa etiam in quibus, quod ad textum attinet, nihil prorsus immutatum est: indices tamen, præfationes, additiones marginales, seu librorum aut capitum argumenta huiusmodi sunt: vt, si penitius quis introspiciat, atque ad hæreticorum doctrinam ista diligenter conferat: facilè intelligat, etiam si nihil præter ipsa scripturæ verba contineant, eò esse pernicioſiora, quò occultius propinatur sub melle venenum. Quis enim nesciat ad errores populariter stabiliendos longè primam esse viam, falsum scripturarum prætextum? nihilque securius credi, quàm quod scriptura docere, vel suis ipsa verbis expresse videtur? Hæc igitur consyderantes: simulque quòd tota Latina Ecclesia tot seculis vulgata editione, in cœcumenicis etiam concilijs, semper vsa sit: tam in fidei dogmatis definiendis, quàm in hæresibus condemnandis: atque idcirco immotam esse oporteat, aut potius ad primæua sua exemplaria reuocari: è medio iam hic sublatis edicto Cæsareo vniuersis Biblijs, quæ quoquo modo aduersarij Christianæ pietati videbantur: summo studio curauimus, ex iussu, instructione ac iudicio grauissimorũ, longeque eruditissimorum & acerrimi iudicij Theologorum huius academiæ Louanienſis, vt comparatis vndique, non solum quę castigatius excusa erant exemplaribus, verum alijs quoque plus minus viginti: quorum recentissimum ante ducentos annos manu scriptum erat, alia ante trecentos, quadringentos, imo & sexcentos vel plures etiam annos: ex horum collatione restitueremus, quoad fieri posset, veterem ac vulgatam editionem synceritati suæ atque puritati: non miscentes nos interim quæstioni, num Græcis & Hebræis vbique respondeat. Hac enim in re abundè nobis esse debet, quod ipsam reliquis omnibus semper prætulerit tota Latina Ecclesia, sicuti iam prędiximus: maximè quum innumeris locis, non veteris modò testamenti, quod passim ostendit Hieronymus, sed & noui, Græca nunc deprauata comperiantur: quod apertius est quàm vt ab eo negari possit, qui veterum authorum tam Græcorum quàm Latinorum, Græcè tamen peritorum, monumenta perlegerit: quos frequentissimè aliter legisse constat quàm hodie græci codices habeant. Id autem factum est, quum temporis diuturnitate, ac frequenti exemplaris in exemplar transfusione, tum maximè studio contentionis, suborientibus subinde nouis in Græcia hæresibus: in quibus id accidere solet, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum quis propria authoritate vti non poteſt (diui enim Ambroſij verba ſequar) ad victoriam verba legis adulteret, quò ſenſum ſuum quaſi verba legis aſſerat: vt non ratio, ſed authoritas præſcribere videatur. Quod ſi Ambroſij ſeculo, atque etiam Origenis Græci codices variabant, ſicut docet vterque in quintum ad Romanos caput: quid de noſtri ſeculi Græcis codicibus iure exiſtimes? Hebræa verò quem in modum ſequi poſſumus? quum etiam ante Hieronymi tempora, plurima vario modo aut legerint aut intellexerint, Septuaginta interpretes, Theodotio, Symmachus, Aquila, Hieronymus, & is demum qui quintam ſiue vulgatam ante ipſum dederat editionem? ſiue id acciderit ob quorundam hebraicorum elementorum ſimilitudinem, ſiue ob diuerſorum punctorum ſitum: ſiue quod paulatim de inemendatis inemendata ſcriberentur, vt habet Hieronymus: nec noſtrum eſt de ſingulis verſionibus ferre cenſuram, aut in tantam venire temeritatem, vt ſperemus nos exactius quicquàm poſſe vertere, quàm hactenus verterint cuncti interpretes. Verum de his aliàs fortaſsis latius, vbi commodius otium ac locum nacti fuerimus. Nunc quædam duntaxat obiter loca citabimus, vbi idem nobiſcum ſentit Hieronymus, ne quis opinetur hæc nos è proprio cerebro comminiſci. Videantur itaque illius commentarij ſuper cap. 8. Iſaiæ vbi dicitur, Congregamini populi & vincimini. Cap. 9. Verbum miſit Dominus in Iacob. Cap. 14. iuxta finem, Quid reſpondebit nuntijs gentis: tam libro commentariorum quinto quàm ſexto. Cap. 15. in initio. Quia nocte vaſtata eſt Ar. Cap. 17. Et doleuit grauiter: idemque ſuper illud Ierem. 17. Prauum eſt cor omnium & inſcrutabile. Cap. 21. Iſaiæ. Onus duma. Cap. 24. Et erubeſcet luna. Cap. 25. Sicut æſtus in ſiti. Cap. 26. Et perdidiſti omnem memoriam eorum. Eodem. Et terram gigantum detrahes in ruinam. Cap. 38. Sicut pullus hirundinis. Cap. 44. iuxta finem, Qui dico Cyro, Paſtor meus es. Cap. 49. Et Iſrael non congregabitur. Cap. 63. In omni tribulatione eorum non eſt tribulatus: alijſque locis innumeris. Non hæc dico quòd aſtruere velim latina, præ cæteris, exemplaria nuſquam eſſe deprauata: ſed quod non noſtrum fuerit, imò nec expediat, ad Græcos aut Hebræos codices ſemel illa caſtigare. Quòd ſi alio quouis modo videantur corrigenda, id potius foret ſummi pontificis aut œcumenici concilij authoritate tentandum, cui parere omnes tenentur, quàm priuatæ alicuius perſonæ, aut vnius cuiuſuis academiæ. Porrò in hac caſtigatione cuique capiti ſingulorum librorum noſtra præfiximus argumenta: demptis pſalmis, quorum tituli in vicem ſubeunt argumentorum: & Canticis Canticorum, quibus vnicum præpoſuimus libri argumentum. Quorundam etiam librorum aut mutauimus, aut in totum ſuſtulimus præfationes: prout his temporibus expedire videbatur: aut priora eſſe ſuſpecta, ac perperam adiecta inuenimus. Indicem etiam rerum ac ſententiarum pro virili correximus. Nam cum qui peregrinarum erat dictionum penè in tactum reliquimus: [illegible] Itaque acceptis, vt præfati ſumus, varijs exemplaribus, & per Roberti codicem plurimis etiam alijs, quæ ille ſuis annotarat marginibus, ex complurium conſenſu nonnulla è textu ſuſtulimus aut immutauimus: frequẽter id in margine reponẽtes, præfixo aſteriſco * ei quòd è textu ademptum erat, aut binis huiuſmodi ſtigmatis ‘‘ priori textus lectioni prænotatis, idque abſque vllo exemplarium numero. Vt autem priorem textus lectionem in margine reponeremus mouerunt nos quorundam ingenia: qui, ſi nuſquam ea inuenirent quæ in nonnullis adhuc legunt exemplaribus, fortaſsis id non æquo ferrent animo. In Prouerbijs autem Salomonis, quanquàm verſus integros non paucos videremus eſſe ſuperfluos aut aliunde infartos, quos plurima, eáque vetuſtiſsima Latina exemplaria non haberent, imò ne ipſe quidem Hebraica, nec Sanctes Pagninus: illis tamen obeliſcum duntaxat præfiximus, addito margini numero codicum in quibus verſus illos non inuenimus. Nam ſi eos è textus ſerie tranſtuliſſemus in marginem, alijs annotandis margines ſufficere nequiuiſſent: ſi vero in totum reſecuiſſemus, verendũ erat ne plures offenderentur, quibus viſi fuiſſemus non pœnitendam voluminis partem detruncaſſe: quemadmodum de ſe ait Hieronymus in prologo ſuper Danielem. Qua etiam ratione moti, vniuerſos quatuor Eſdræ libros lectori tradidimus: quamquam in pauciſſimis manu ſcriptis exemplaribus tertium inuenerimus, quartum verò in nullis: ſicut ne in Græcis quidem, vt non dicam in Hebræis. Quin & Hieronymus ipſe in horum librorum præfatione monet, ne quis apocryphorum tertij & quarti libri ſomnijs delectetur. Quibus id, quod maioris adhuc momenti eſt, accedit: quòd nec Origenes, nec Auguſtinus, nec Damaſcenus, nec denique tertium Carthaginenſe concilium ſacræ ſcripturæ libris tertium & quartum Eſdræ annumerent. Ob id tamen, vt præfati ſumus, illos adiunximus, ne quis vociferaretur manca nos nos Biblia euulgare: maximè quum & Cyprianus epiſtola ad Pompeianum ex tertio Eſdræ citet teſtimonium: & Ambroſius de bono mortis aduerſus Ethnicos ſeriò citet teſtimonium ex quarto Eſdræ de promptuarijs animarum. In locis autem ijs vbi non tot exemplaria à communi lectione diſſidebant, vt quicquam immutandum duceremus: hîc diuerſam lectionem in margine annotauimus, prefixo aſteriſco, quid plus in alijs: quid minus, obeliſco · quid vero diuerſum, duobus ſtigmatis lectori ſignificantes: adiuncto vbique diſcrepantium exemplarium numero. Superfluũ ſiquidem fuiſſet hos ipſos nominatim recenſere codices, quum neminem facilè hanc operam ſibi ſumpturum putem, vt ſingula, quæ tot locis diſperſa ſunt, conſulat exemplaria, ſed nobis fidem aptius habiturum. Quin ſi etiam id omnino cupiuiſſemus: compluribus in locis, per marginum anguſtiam, qui alijs occupandi erant, minimè licuiſſet. Ne quis tamen falsò nos putet exemplarium iactare multitudinem, tum etiam ne promerita laude illos fraudemus, qui candidè ſuos codices nobis impertiti ſunt: recẽſebimus nunc vnde ſingulos acceperimus, quibus in hac editione vſi ſumus: præter Roberti Colinæi ac Tilmanni Keruer Biblia quæ nobis domi ſuppetebant.

In primis in hac vniuerſitate hi libri nobis ſubminiſtrati ſunt.

Ex collegiata diui Petri eccleſia, quæ prima eſt in hac Louanienſi academia, accepimus tria miræ vetuſtatis exemplaria, ſeptem voluminibus diſtincta: & alia inſpuer tria, quorũ primum quatuor tantum Euangeliſtas continebat: ſecundum, Euangelia iuxta Lucam & Iohannem: tertium vero, ſolos Pſalmos.

A Franciſcanis, duo exemplaria in quatuor tomos diuiſa: & tertium in ſolos Pſalmos.

Ex Parcenſi abbatia ordinis Præmonſtratenſis, vnum exemplar.

Ex cœnobio Bethlehemitico canonicorum regularium diui Auguſtini, qui reformati dicuntur, duo exemplaria: alterum ſcriptum, in varia volumina diſtinctum: alterum olim excuſum, in duos item tomos diuiſum.

Ex cœnobio Martinenſium eiuſdem inſtituti vnum exemplar, & aliud in quatuor tantum Euangeliſtas.

A diuæ Gertrudis abbatia canonicorum regularium, ſiue clericorum veteris inſtituti diui Auguſtini, duo exemplaria in varios tomos diuiſa.

Ex hoc Theologorum collegio nobis ſubminiſtrata ſunt duo exemplaria: vnum ſcriptum, olim reuerendiſsimi domini cardinalis Beſſarionis: & alterum, ex ipſius typographiæ infantia.

Ex Caſtrenſis collegij bibliotheca, duo exemplaria.

Ex Atrebatenſis collegij bibliotheca, duo exemplaria: & tertium in ſolos Pſalmos.

Hi codices ab exordio caſtigationis ex hac Louanienſi academia nobis fuerunt exhibiti: ſequentes autem temporis progreſſu nacti ſumus.

Præbuit Abbatia diui Berthini ordinis diui Benedicti apud S. Odomarum, vnum exemplar.

Abbatia Tongherlenſis ordinis Præmonſtratenſis, ex illa ſua in his regionibus longè inſtructiſsima ac famatiſsima bibliotheca, vnum exemplar ad nos tranſmiſit.

Abbatia diui Egidij ordinis canonicorum regularium veteris inſtituti apud Leodium, duo exemplaria in quatuor tomos diuiſa exhibuit.

Abbatia quoque Alnenſis ordinis diui Bernardi, vnum commodauit exemplar.

Abbatia à Gardineto eiuſdem ordinis, vnum exemplar.

Similiter & abbatia Litienſis, ordinis diui Benedicti, duo miſit exemplaria.

Abbatia Afliginienſis eiuſdem inſtituti, vnum exemplar.

Abbatia demum Gemblacenſis eiuſdem quoque inſtituti, commodato dedit vnum exemplar in quatuor duntaxat Euangelia

Quantum autem laborum ſubierimus vt ſacra hæc Biblia quàm maximè ſyncera in lucem ederemus, expendendum cuique relinquimus: Deum Optim. Maxim. obnixè precantes, vt hos noſtros labores benignus reſpiciat: & ſi non opus ipſum, at ſaltem conatum probare dignetur: quem ſperamus Eccleſiæ ipſius commodum nequaquam pœnitendum allaturum.

Universidad de Deusto
Biblioteca

INDEX TESTIMONIORVM

A CHRISTO ET APOSTOLIS IN NOVO TESTAMENTO citatorum ex veteri, quæ huc in id congesta sunt, vt pij Lectores natiuam quorundam intelligentiam facile assequi valeant, quæ ab ipso CHRISTO vero interprete & spiritu eius, per Apostolos sit tradita: perspiciantque in quem vsum ea adduxerint Apostoli & Euangelistæ.

GENESIS.

1 d Masculum & fœminam fecit eos. Mat.19 a:mar.10.a
2 a Requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis.Heb.4.b
2 b Factus est primus homo Adam in animam viuentem. 1.Corinth.15.f
2 d Dimittet homo patrem,& matrē,& adhærebit vxori. Matt.19.a:marc.10 a:ephe.5.g:1.cor.6. d
2 d Erunt duo in carne vna.Matt.19.a:mar.10.a: 1. corint. 6.d.ephe.5.g
12 a Exi de terra tua & de cognatione tua Act.7.a
12 a Et in semine tuo benedicentur omnes gentes Act.3.d Galath.3.b
15 b Sic erit semen tuum Rom.4.c
15 b Credidit Abraham Deo,& reputatū est illi ad iustitiā. Rom.4.a:iaco.2.d:gala.3.a
15 c Erit semen tuum peregrinū in terra non sua Act.7.a
17 a Quia patrē multarum gentiū constitui te Rom.4.c
18 b Secundū hoc tēpus veniā,& erit Sarę filius Rom.9.b
21 b Eijce ancillam & filium eius Gala.4.d
21 b In Isaac vocabitur tibi semen Rom.9.b
22 c Nisi benedicens benedicam te, & multiplicans &c. Hebr.6.c
22 d Quia benedicentur in te oēs gentes Gal.3.b:act.3.d
25 c Quia maior seruiet minori Rom.9.c

EXODVS.

3 b Ego sum Deus Abrahā &c.Mat.22.c:mar.12.c: luc.20 f
9 d In hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te potentiā meam Rom.9.d
12 g Os non comminuetis ex eo Iohan.19.f
13 a Omne masculinum adaperiens vuluam Luc.2.d
16 d Qui multum,non abundauit &c. 2.Corint.8.c
20 c Non mœchaberis Mat.5.d
20 c Non adulterabis,Non occides,Non furtū facies, Nō loqueris contra proximum tuum falsum testimonium,Non concupisces Rom.13.c
20 c Non concupisces Rom.7.b
20 c Non occides Matt.5.c:luc.18.d
20 c Honora patrem tuum & matrem tuam Matt.15.a. mar.7.b:ephe.6.a
Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur Mat.15.a:marc.7.b
21 c Oculum pro oculo,dentem pro dente Matt.5.f
22 d Principi populi tui non maledices Act.23.a
24 e Hic sanguis testamenti,quod mandauit ad vos Deus Hebr. 9.e
25 g Vide,omnia facito secundum exemplar quod tibi ostensum est &c. Heb.8.b:act.7.f
32 a Fac nobis Deos qui præcedant nos Act.7.e
33 d Miserebor cui voluero &c. Rom.9.c
34 d Non sicut Moyses ponebat velamen super faciem. 2.corinth.2.c

LEVIT.

11 g Sancti eritis,quoniam ego sanctus sum 1.Pet.1.c
18 a Qui fecerit homo,viuet in ea Rom.10.b:gal.3.b
19 c Non periurabis Matt.5.e
19 d Diliges proximum tuum sicut teipsum Rom.13.d Galat.5.c:Iaco.2.b:Matt.22.d.Marc.12.c
19 d Diliges proximum tuum Matt.5.g
20 b Qui maledixerit patri &c. Mat.15.a
24 d Oculum pro oculo Matt.5.f
26 b Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo 2.corinth.6.d

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo Iohan.19.f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noster ignis consumens est Heb.12.g
5 b Non concupisces Rom.7.c.13.c
5 b Non occides Matt.5.c:Luc.18.d
5 b Non mœchaberis Matt.5.d:Luc.18.d
5 b Non furtum facies Luc.18.d:Rom.13.c
5 b Non loquēris contra proximum tuum falsum testimonium Luc.18.d.Rom.13.c
5 b Honora patrem & matrem Mat.15.a.Marc.7.b ephe.6.a
6 a Audi Israel, Dominus Deus tuus Deus vnus est. Matt.12.c
6 a Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde &c. Matt.22.d.Mar.12.c.Luc.10.e
6 c 10.d Dominum Deum tuum adorabis,& illi soli seruies Matth.4.b.Luc.4.b
6 c Non tentabis Dominum Deum tuum Matt.4.b Luc.4.b
8 a Non in solo pane viuit homo Mat.4.a:luc.4.a
10 d Deus personam hominis non accipit Galat.2.b
18 c Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus act.3.d.7.e
19 d In ore duorum vel trium testium stabit omne verbū 2.Cor.13.a.Mat.18.b.Iohan.8.c
19 d Oculum pro oculo,dentem pro dente Matt.5.f
21 d Maledictus omnis qui pendet in ligno Galat.3.b
25 b Non alligabis os boui trituráti 1.Cor.9.a:1.tim.5.c
25 b Siquis mortuus fuerit non habens filium Mat.21.c Marc.12.b:Luc.20.e
27 d Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ &c. Gala.3.b
30 c Quis ascendet in cælum? Rom.10.b
30 c Prope est verbū in ore tuo,& in corde tuo rom.10.b
32 c Ego ad æmulationem vos adducam in non gentē &c. Rom.10.d
32 e Mihi vindictam,ego retribuam Rom.12.d

IOSVE.

1 a Non te deseram, neque derelinquam Hebr.13.a

REG. II.

7 c Ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium Heb.1.b

REG. III.

19 b Domine,prophetas tuos occiderunt, altaria tua &c. Rom.11.a
19 b Reliqui mihi septem millia virorum Rom.11.a

IOB.

5 c Comprehendam sapientes in astutia eorum 1.cor.3.d

LIBER PSAL.

2 a Quare fremuerunt gentes Act.4.e
2 b Filius meus es tu,ego hodie genui te Act.13.c Hebr.1.b.5.b
2 c Reges eos in virga ferrea Apoc.2.g.19.c
4 b Iratscimini & nolite peccare Ephes.4.f
5 c Sepulchrum patens est guttur eorum Rom.3.b
6 c Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem Matt.7.d.25.d:Luc.13.f
8 b Ex ore infantium & lactentium &c. Matth. 21.b
8 c Quid est homo quod memor es eius? Heb.2.a
8 c Omnia subiecit sub pedibus eius 1.Corint.15.d
9 c Quorum os maledictione & amaritudine plenum est Rom.3.c
13 a Non est iustus quisquam,non est intelligens Rom.3.b
13 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem Rom.3.c
15 c prouidebam Dominum in conspectu &c. Act.2.d
15 d Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem Act.2.e.13.e
17 a Ego ero videns in eum Heb.2.c
17 g Propterea confitebor tibi in Gentibus Domine. Rom.15.b
18 a Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum Rom.10.d
21 a Eli,eli,lamma sabacthani. Matth.27.e.mar.15.c
21 c Diuiserunt sibi vestimenta mea. Mat.47.d.iohan.19.e
21 c Nuntiabo nomen tuum fratribus meis Heb.2.c
23 a Domini est terra,& plenitudo eius 1.Cor.10.f
24 c Odio habuerunt me gratis Iohan.15.d
30 a In manus tuas commendo spiritum meum. Luc.23.f
31 a Beati quorum remissæ sunt iniquitates Rom.4.a
33 c Qui enim vult vitam diligere,& dies videre bonos 1.Pet.3.b
39 b Hostiam & oblationem noluisti Heb.10.b
40 c Qui manducat mecum panem Iohan.13.b
43 d Propter te mortificamur tota die Rom.8.g
44 b Thronus tuus Deus in seculum seculi Heb.1.c
50 a Vt iustificeris in sermonibus tuis Rom.3.a
54 d Iacta super Dominum curam tuam 1.Pet.5.b
61 d Vnusquisque autem propriam mercedem accipiet. 1.Corinth.3.b
67 d Ascendens in altum,captiuam,duxit captiuitatem. Ephe.4.b
68 b Zelus domus tuæ comedit me Iohan.2.d
68 b Improperia improperantiū tibi ceciderunt super me Rom.15.a
68 c Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum Rom.11.b
68 c Fiat commemoratio eorum deserta Act.1.d
68 e In siti mea potauerunt me aceto Ioha.19.f
77 a Aperiam in parabolis os meum Matt.13.e
77 c Panem cæli dedit eis Ioha.6.d
81 b Ego dixi,dij estis Iohan.10.g
88 d Inueni Dauid seruum meum Act.13.d
90 c Angelis suis mandauit de te Matt.4.a.luc.4.b
93 b Dominus nouit cogitationes sapientum, quoniam vanæ sunt 1.Cor.3.d
94 c Hodie si vocem eius audieritis Heb.3.b
94 d Sicut iuraui in ira mea Heb.4.a
29 b Et adorent eum omnes angeli eius Heb.1.c
101 d Tu in principio Domine terram fundasti Heb.1.c
103 a Qui facit angelos suos spiritus Heb.1.c
108 b Et Episcopatum eius accipiat alter Act.1.d
109 a Dixit Dominus domino meo. Matt.22.d luc.20.g.act.2.f
109 a Sede à dextris meis Heb.1.d
109 a Donec ponam inimicos tuos scabellum,&c. Heb.1.d 1.Corint.15.d
109 b Tu es sacerdos in æternum Heb.5.b.7.c
109 b Iurauit Dominus,& non pœnitebit eū Heb.7.c
111 b Dispersit,dedit pauperibus 2.Cor.9.c
115 a Credidi, propter quod locutus sum 2.Cor.4.c
115 a Omnis homo mendax Rom.3.a
116 a Laudate Dominum omnes gentes Rom.15.c
117 a Dominus mihi adiutor:non timebo quid faciat mihi homo Heb.13.b
117 d Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, matt.21.d. Marc.12.a.Act.4.b.1.Pet.2.b
117 d Hosanna filio Dauid Mat. 21.b
131 c De fructu ventris tui ponam super sedem tuā Act. 2.e
139 a Venenum aspidum sub labijs eorum Rom. 3.b

PROVER.

3 a Nolite esse prudentes apud vosmetipsos Rom.12.d
3 b Fili mi,noli negligere disciplinam Domini,&c. Hebr.12.b
3 b Quem diligit Dominus corripit,&c.heb.12.b.apo.3.d
10 b Charitas operit multitudine peccatorū, 1.Pet.4.b
17 c Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, 1.Thessa.5.d.1.Pet.3.b
20 c Qui maledixerit patri vel matri Matt.15.a.Mar.7.b
25 c Si esurierit inimicus tuus,ciba illum Rom.12.d
26 b Canis reuersus ad vomitum 2.Pet.2.d

ISAIAS

1 c Nisi Dominus sabbaoth reliquisset nobis semen. Rom.9.f
5 d Homo plantauit vineā Matt.21.b.iuc.20.b. mar.12.a
6 a Sanctus,sanctus,sanctus,Dominus Deus Apoc.4.c
6 c Auditu audietis,& non intelligetis Matt.13.b Mar.4.b.luc.8.b.act.28.f.iohan.12.f.rom.11.b
7 c Ecce virgo in vtero habebit Matth.1.d
8 d Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi Deus Heb.2.d
9 a Terra Zabulon & terra Nephthali, Matt.4.c
10 e Si fuerit numerus filiorum Israel tanquam arena maris Rom. 9.f
11 a Reuelabitur ille iniquus quem Dominus interficiet spiritu oris sui 2.Thes.2.c
11 c Erit radix Iesse Rom.15.c.Act.13.d
21 c Cecidit cecidit Babylon illa magna Apoc.14.b
22 d Manducemus & bibamus,cras enim moriemur 1.Corinth.15.e
22 f Hæc dicit Sanctus & Verus,qui habet clauem Dauid Apoc.3.b
25 c Absterget Dominus omnem lachrymā ab oculis &c. Apoc.7.d.21.b
28 c Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic 1.Corint.14.d
28 d Ecce pono in Sion lapidem offensionis Rom.9.g. 1.pet.2.b.act.4.b
29 d Populus hic labijs me honorat. Matth.15.a.mar.7.b
29 c Perdam sapientiam sapientum,& prudentiam &c. 2.Corint.1.c
33 c Vbi sapiens? vbi scriba? vbi inquisitor huius seculi? 1.Corint.1.c
40 a Vox clamantis in deserto. Matt.3.a.mar.1.a. luc.3.a. iohan.1.c
40 b Omnis caro fœnum 1.Pet.1.d.iaco.1.d
40 d Quis enim cognouit sensum Domini,aut quis instruxit eum 1. Corin.2.d
40 d Quis enim cognouit sensum Domini,aut quis consiliarius eius fuit? Rom.11.d
41 b 44.a Ego sum primus & nouissimus. Apoc.1.d.& 22.c
42 a Ecce puer meus quem elegi Matt.12.b
43 d Ecce noua facio omnia Apoc. 21.b.2.cor.5.d
45 b Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit,&c.rom.9.d
45 d Viuo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu Rom.14.b
49 b Posui te in lucem Gentium Act.13.g
49 c Tēpore accepto exaudiui te,& in die salutis 2.cor.6.a
49 e Non esurient,neque sitient amplius, Apoc.7.d
50 b Tunc expuerunt in faciem eius Matt. 26.g
52 b Quām speciosi pedes euangelizantiū pacē, Rom.10.c
52 d Propter quod exite de medio eorū,& separamini,&c. 2.Corint.6.d
52 b Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes Dom.2.d
52 d Quibus non est annuntiatū de eo,videbunt, Ro.15.e
53 a Domine quis credidit auditui nostro? Rom.10.c Iohan.12.f
53 b Ipse infirmitates nostras accepit Matt.8.c
53 c Tanquam ouis ad occisionem Act.8.f
53 d Et cum iniquis reputatus est Marc.15.c.luc.22.d

Universidad de Deusto
Biblioteca

53 e Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus &c. 1.pet.2 d.1.iohan.3 a
53 e Qui peccata nostra pertulit in corpore suo. 1.pet.2 d
54 a Lætare sterilis quæ non paris Galat.4 d
54 c Et erunt omnes docibiles Dei Iohan.6 e
55 a Et qui sitit, veniat: & qui vult, accipiat aquam vitę gratis Apoc.22 d
55 b Dabo vobis sancta Dauid fidelia Act.13 e
56 c Domus mea domus orationis vocabitur, Matt.21 b Marc.11 c.luc.19 g
59 b Contritio & infœlicitas in vijs eorum Rom.3 c
59 c Galeam salutis assumite Ephe.6.c.1.Thess.5 b
59 d Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem à Iacob Rom.11 d
60 c Et portę eius non claudentur per diē &c. Apoc.21 g
61 a Spiritus Domini super me Luc.4 c
62 d Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit Matth.21 a
64 b Quod oculus nō vidit, nec auris audiuit, &c. 1.cor.2 b
65 a Inuentus sum à non quærentibus me Rom.10 d
65 a Tota die expandi manus meas ad populum non credentem Rom.10 d
65 c Nouos verò cælos & nouam terram, Apoc.2 1 a 2.Pet.3.c
66 a Cælum mihi sedes est Act.7 f
66 g Vbi vermis eorum non moritur Marc.9 f
60 d Et ciuitas non eget sole neque luna, Apoc.21 g
60 d Nox vltrà non erit Apoc.22 a

IEREM.

7 b Vos autem fecistis illam, speluncam latronum, Matth. 21.b.marc.1.11.c.luc. 19 g
9 g Qui gloriatur, in domino glorietur, 1.Corint.1.d. 2.corinth.10 d
10 a Quis non timebit te domine? Apoc.15 b
17 d Ego sum scrutans renes & corda Apoc.2 f
31 c Vox in Rama audita est Matt. 2 d
31 a Ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios 2. Corinth. 6 d
31 f Ecce dies venient, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel & super domum Iuda testamentum nouum Heb.8 c
31 f Hoc autem testamentum quod testabor ad illos, &cæt. Dabo leges meas in cordibus eorum Heb.10 c
51 a Cecidit cecidit Babylon magna. Apoc.18 a

EZECH.

3 a Accipe librum & deuora illum, Apoc.10 d
20 b Qui fecerit homo, viuet in ea Rom.10 b
32 b Sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum. Matth.24 c
36 e Nomen Dei per vos blasphematur inter Gentes. Rom.2 d

DANIE.

9 g Cum videritis abominationem desolationis quæ dicta est à Daniele propheta. Matt.24.b.mar.13 b luc.21 d 2 b

OSEE.

1 d Et erit, in loco vbi dictum est eis, Non plebs mea vos &c. Rom. 9 e
2 d Vocabo non plebem meam, plebem meam, Rom 9 e. 1. pet.2 b
6 c Misericordiam volo, & non sacrificium, matt.9.b.12 a
10 b Tunc incipient dicere montibus, Cadite super nos: & collibus, Operite nos Luc.23 d
11 a Ex AEgypto vocaui filium meum Matth.2 c
13 d Absorpta est mors in victoria 1.Cor.15 g

IOEL.

2 g Et erit in nouissimis diebus, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo Act.2 c
2 g Omnis enim quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit Rom.10 c

AMOS.

5 g Nũquid victimas & hostias obtulistis mihi &c. act.7 e
6 a Vę vobis diuitibus Luc.6 d
9 c Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, Act.15 c

IONAS.

2 a Sicut fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus &c. Matt.12.c.luc.11 d
3 b Pœnitentiā egerunt in prædicatione Ionę, Matt.12 d luc.11 e

MICHAE.

5 a Et tu Beth-lehem terra Iuda, &c. Matth. 2 a
7 b Veni separare hominem aduersus patrem suum, & filiam aduersus matrem. Matt. 10.d.luc.12 g

AGGAE.

2 b Adhuc semel, & ego mouebo non solùm terram, sed & cælum Heb.12 g

HABAC.

1 b Videte contemptores, & admiramini, & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, &c. Act. 13 f
2 a Iustus autem ex fide viuit Rom.1.c.gala.3 b

NAHVM.

4 b Quid est quod scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primum venire, &c. Matth.17. b. marc.9 b
4 b Vt conuertat corda patrum in filios Luc. 1 b

MALACH.

1 a Iacob dilexi, Esau autem odio habui Rom.9 c
3 a Ecce ego mitto angelum meum. Matth.11.b.marc.1 a luc.7.d.iohan.1 c
4 b Ipse est Elias qui venturus erat. Matth.11 b
9 b Ecce rex tuus venit Matt.21.a.Iohan.12 b
11 c Et acceperunt triginta argenteos Matth.27 a
12 c Videbunt in quem compunxerunt. Iohan. 19 g
13 c Percutiam pastorem Matth.26.c.marc.14 b
1 d Quàm speciosi pedes euangelizantium pacem, Rom. 10 c

ZACHAR.

8 c Loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo Ephe.4.f

INDEX RERVM ET SENTENTIARVM VETERIS AC NOVI TESTAMENTI: IN

quo aduertendum multas dictiones quæ in initio vocali leni scribi solent, hic ab aspirata incipi, & e diuerso, iuxta veram Orthographiam. Præterea quæ in generalioribus poni solent, hic in specialioribus tantum posuimus: vt quod in dictione Christus poni solet, Christus paralytcum sanat, id nunc in dictione Paralyticus inuenies: & ita in similibus. Sunt etiam exactè obseruandæ diphthongi, æ, & œ, vt scias quo quamque dictionem loco quærere oporteat, vt ærugo, fœcundus, fœlicitas, hœdus, mœchus.

AEt ω Deus, apoc.1.b.22.c
Aaronis acta leguntur, exod.4.7. 28.29.32:leui.2.3. nume.17.20.heb. 9 b
Abalienari à Deo, isa.1.b.osee.9.d
Abba, pater, rom.8.c: gala.4.a
Abarim, mons Moabitarum, num.27.c: & in hoc moritur Moyses conspecta promissionis terra, deut. 34 b
Abdemélech, AEthiops eunuchus, ierem. 38.b
Abdenago, Vir qui & Azarias dicitur, dan.1 b
Abdias abscondit prophetas Dei, 3.reg.18 a
Abdias prophetat aduersus Edom. abdi.1 a
Abdon iudex in Israel 40. habens filios, iudic. 12
Abel pastor ouium gratus Deo, gen.4.a.b: heb.11.a.mat.23 d
Abela ciuitas in qua habitabant viri sapientes, 2.reg. 20. f. g
Abesam iudex in Israel habēs 30. filios & totidē filias, iud.12
Abire in via cordis sui, vel in prauitate cordis sui, aut in voluntatibus & prauitate cordis sui, isa.57.d: iere.7.c. 11.b
Abia siue Abiam rex iuda, 3.reg.15 a
Abiathar filius Achimélech, 1.reg.22.23. & 3.reg.1.a.2.d.e
Abigail vxor Nabal, 1.reg.25
Abijci à se neminem vult Deus, 2.reg. 14 d
Abimélech rex Geraræ, gen.20.21. 26
Abimélech filius Gedeonis occisis 70. fratribus regnat super Israel, iudic.9
Abinadab vir in cuius domo fuit arca Dei, 1.reg. 7 a
Abiron rebellis cum Dathan & Core, nume. 16 a
Abisag pulchra puella, 3.reg.1.a.2.c
Abisai frater Ioab, 2.reg.20
Abiu & Nadab, exod.24.d: leui.10.a: nume. 3 a
ablactatio Isaac, gene.21 a
ablactatio Samuelis, 1.reg. 1 d
abluit Deus peccata, isa.4.b.1.corinth.6 c
abnegatio fui in Dauide, 2.reg.15 f
abnegemus nos, matth.16 d
Abner acta & mors, à. 1.reg.16. vsque 2. reg.3
abominatur Deus populum sibi inobedientem, leuit. 26 e
abominationes gentium prohibet Deus imitari, leuit.18 d quod non seruat tribus Iuda, 3 .reg. 14 f
abominatio Dei idôla & idololatria, deut.7.d.27 c
abominatio coram Deo quod excelsum est coram hominibus, luc.16 d
abominatio stans in loco sancto, luc.21 d
Abrahæ acta leguntur, à gene.11 .vsque ad 25
Abrahæ fides, rom.4.c: heb:11.b· eiusque obedientia, ge.22 d 26.a: hospitalitas & cōmiseratio erga proximos, gen.18 a
Abrahæ filij qui dicantur, iohan.8.e: gala.3 a
Absalom acta: à, 2.reg.13. vsque ad.19 b
abscondit faciem suam Deus, deut. 32 e
abscondi iubetur Elias, 3.reg.17 a
abscondit se populus Israel metu, 1.reg.13 b
abstinentia Moysi & Eliæ, exod.34.d.3.reg.19 b
abundantia rerum seruientibus Deo, deut.8.b.28 c
abundantia rerū temporalium nō dat vitam homini, luc.12 c
Abyssus, gene.1 a
abyssus iudicia Dei, psalm. 35 b
¶ Accarōnitarum acta, 1.reg.5 d
accepimus omnia à Deo, 1.corinth.4 b
accessus ad Deum per Christum, rom.5.a: ephe.2.d. 3 b
aceto intingere panem, ruth.2 c
aceto potatur Christus in siti, matth.27 f
Achab acta & mores à, 3.reg.16, vsque ad 22
Acham lapidatur, & quæ illius erant comburuntur, ios.7 d
Achaz rex Iuda idololatra, 4.reg.16: 2.paral.28: isa.7 b
Achias, 1.reg. 14 a
Achimaas, 2.reg.17.d.18 e
Achimélech, 1.reg.21.a.22 c
Achinoam vxor Dauid, 1.reg.25 g
Achior, iudith, 6.b.14 b
Achis, 1.reg.21.d. 27 d
Achitophel, 2.reg.15.16.17
Achor vallis, ios.7 d
acquisitionis populus Christiani, 1.pet. 2 b
Ada vxor Lamech, gene.4 d
Adad aduersarius Salomoni, 3.reg.11 c
Adæ creatio & quæ de eo sequuntur, gene.1.2.3.4. 5
Adam figura futuri Adæ Christi, rom.5 c
Adam prior & posterior, 1.corinth.15.c.f
Adarezer, 2.reg.8.a. 10 d
Adeps hostiarum, leuit.7.c: deut.32 b
Adhærendum Deo, deut.1.a.11.c.13.a: ios.22.a.23.c
adhortatur Deus Salomonem vt simplici corde ambulet, 3.reg.9 a
adhortatur Moyses ad seruanda præcepta Dei, deut. 4 a
adiuratio, 1.reg.22.c: 1.thess.2.d.2.timot.4 a
adiutores Dei sunt prædicatores, 1.corinth.3 b
adiutorium viri est mulier, gene.2 c
adolescentulæ quales esse debeant, tit.2 a
adolescentis modestia, eccle.32 b
adolescens nudus fugiens quum Christus comprehenderetur, marc.14 e
Adoniæ filij Dauidis acta, 3.reg.1.2.3
Adonibezec rex, iudic.1. a.b
adoptati sumus à Deo, ephe.1.a: rom.9.a: gala.4 a
adorandus Deus, deut.6.c.10.d: matth. 4 b
non adorandi Dij alieni, exod.23.e.24 b
adorantes idôla puniuntur, iudic.2 b
adoratores veri, iohan.4 c
adorari non vult angelus, apoc.19.b.22 b
adorat Gedeon, iudic.7.d: item & Israelitæ, exod. 4 g
adorare aliquem, pro incuruare se coram eo honoris & reuerentiæ gratia, gen.18.23.33.42.43.44:3.reg.1
de Aduenis quid lex statuat, deut.24.d.26.a.28.c. leuit. 19 g. exod.22 c
aduentus Domini, malach. 4.a: isa.35.c.62 a
aduentus Christi ad iudicium, matth.24.d: luc.17.c.f: 2.pe.3 c isa.3.c.13.b: dan.7.d: apoc.3.a.6 d
aduentum Domini expectant fideles, 1.corinth.1 a
aduentum suum, quare differt Dominus, 2.pet.3 c
aduersa sustinenda, psalm.4
adulatio, proue.24.c.27.a.28 d
non adulatur Paulus, 1.thessa.2 a
non adulterandum, exod.20.c: gen.26.a.b
adulter & adultera puniendi, leuit.18.a.26.b: deut.22.d: 1. corinth.6.b: heb.13.a
adulterium spirituale, psal.71. versu.36

adulterium

Universidad de Deusto
Biblioteca

adulterium Dauidis,2.reg.11 a
aduocatus noſter,Chriſtus,1.iohan. 2 a
Aduram lapidatur,1.reg.12 e
¶AEdificare pro facere,gen.2 d
ædificat Rachel domum Iſrael,ruth.4 c
ædificat Deus domos obſtetricibus,exod.1 d
ædificium Dei,Chriſtiani,1.corinth.3 b
AEgiptij abominantur hebræos & paſtores ouium,gen. 43 g.46 d
de AEgyptijs multa, exod.11.12:ſap.19 a:iere.46 a:ezech.32 c
AEgypti deſtructio plangitur,ezech.29 b.30 a
AEgyptiorum & AEtiopum captiuitas prædicitur.iſa.20 b
in AEgyptum fugit Chriſtus,matth.2 c
AEgyptij non abominandi,deut. 23 b
AEmulator Deus exod.34 b:deut.4 b.5 a
æmulatur Paulus Corinthios 2.corinth.11 a
AEneas ſanatur à Petro,act.9 f
AErugo,propter peccata,3.reg.8 d
AEſtu percutiuntur non obtemperantes Deo,deut.28 c
ætas mundi vltima,noſtra,1.corinth.9 c
AEthiopum interitus,ſopho. 2 d
¶Affinitatis gradus,leuit.18 a
afflictiones ſequentibus Deos alienos,deut.31 d
afflictionibus exercitati Iudæi,deut.8 a
de afflictionibus liberat Deus,deut. 26 b
affligere animas,leuit.23 e:iſa.58 b
afflictis ſuccurrendum,eccli.7 d
¶Agabus propheta,act.11 d.21 b
Agag rex Amalecitarum,1.reg.15 b.g
Agar ancilla Saræ,gene. 16.& 21
ager quomodo ſerendus,leuit.19 c
agrorum termini non transferendi,deut. 19 d
Aggæus propheta,1.eſd.5 a:& eius prophetia agg.1
aggrauare cor,1.reg.6 b
agni paſchalis ritus exod. 12 a
agnus Chriſtus,iohan.1 d
Agricola Adam,gene. 3 d
agricola Eſau,gene.25 d
agricola Eliſeus vocatur ad prophetiam,3.reg. 19 d
agricola Deus,iohan.15 a
Agrippa rex,act.26 g
¶Ahias propheta,3.reg.11 f
Ahio filius Abinadab, 3.reg.6 a
¶Alapa percutitur Ieſus,iohan.18 d
Alcimus impius,1.macha.7.a.9 f:2. macha.14 a
Alexander Antiochi Nobilis filius,1.macha.10 a.
Alexander ærarius,2.timoth.4 c
alienos Deos adorantes lapidantur,deut.17 a
Allegoria de duobus filijs Abrahæ,galat.4 c
altare terreum & eius forma,exod.20 d. 27 a
altare thymiamatis,& eius forma,exod.30 a.37 d.40 e
altare holocauſti,exod.27 a.38 a
altaris expiatio,exod.27 f:leuit.16 d
altari ſeruiens de eo viuere debet,1.corinth.9 b
altare noſtrum Chriſtus,heb.13 b
¶de Amalecitis,exod.17 c:num.14 d:deut.25 d: 1.reg.14 g
Amam impius ſuſpenditur cum filijs,eſth.7 d. 9 c
amaritudo auferenda,ephe.4 g:hebr.12 d
Amaſa dux exercitus Abſalom,2.reg.17 f:20 b
Amaſius rex Iuda,4.reg.12 d.14 a.b
Amaſias ſacerdos Bethel,amos,7 c
Ambitiola non eſt charitas,1.corinth.13 b
Ambulare cum Deo,gene.5 d
vt ambulemus in vijs ſuis petit Deus,deut.10 c.11 c
Amentia percutiuntur non obtemperantes Deo,deut.28 c
amicorum & inimicorum dilectio,matth.5 f.g
amicos quare dicat Chriſtus apoſtolos, iohan.15 b
amicitia huius mundi,inimicitia apud Deum,iaco.4 a
amici eleemoſynis parandi,luc.16 a
de amicis multa legis,prouer.12.27:eccle.6.22.37
de Ammonitis,gene.19 g:deut.23 a:iudic.11 c:2.paral.20
contra Ammonitas,iere.49 a:ezech.25 a:amos,1 d
Ammonis inceſtus,2.reg.13 c
Amon rex iuda,4.reg.21 d
amare,vide diligere
amandus Deus ex toto corde,deut.11 a
amat Salomon mulieres idololatras,3.reg.11 a
amans parentes pluſquam Chriſtum,matt. 10 d
de Amorrhæis,gene.14 d:nume.32 g:deut.1 g.20 d:iudic.1 g 3.reg.9 c
Amos propheta,amos, 1 a
Amphoræ viſio,zacha.5 c
de amplexu multa habes,gen.33 a.45 d.46 d
Amran filius Caath,exod. 6 c
Amri rex Iſrael,3.reg.16 d.f
¶Ananias cum vxore Saphira moritur, act. 5 a
Ananias diſcipulus Chriſti,act.9 b
Ananias princeps ſacerdotum,act.23 a
Anathema Iericho,ioſ.6 c.d.7 c
anathema,qui Chriſtum negat,1.corinth. 16 d
anathema eſſe pro fratribus optat Paulus,rom. 9 a
de Ancillis Iudæorum,exod.21 b:leuit.19 e.25.f:deut.15 c
ancilla Agar gene.16.21
ancillæ Rachaelis & Liæ,gene.30
ad ancillæ vocem petrus negat Chriſtum,matth.26 g
Andreas & frater ipſius Simon ſequuntur Chriſtum,iohan. 1 f:& ambo ab eo vocantur,matth.4 c
Andronicus interficitur, 2. mach. 4 f
angelorum creatio,coloſ. 1 c
angeli miniſtri ſunt Dei,heb.1 c
per angelos data lex,act.7 e:gala.3 c:heb.2 a
angeli hoſpitio ſuſcepti,gene.18 a.19 a:hebr.13 a
angeli per ſcalam aſcendentes & deſcendentes,gen.28 e
angeli apparent Iacob,gene.28 c
cum angelo luctatur Iacob,gene.32 e
angelus præcedit caſtra Iudæorum,exod.14 e
angelus Raphael,Tobiæ 5.vſque ad 12
angelus occidit caſtra Sennacherib,4.reg.19 g
angelus cum Daniele & ſocijs eius, dan.3 g.6 f
angelus Iohannem naſciturum annuntiat,luc.1 a
angelus Chriſtum naſciturum & natũ annuntiat,luc.1.d.2 b
angeli Chriſto miniſtrant,matth.4 b.eumque confortant in horto,luc.22 e
angeli reſurrectionem Chriſti annuntiant matth.28 a:luc.24 a:iohan.20 c
angelus Herodem percutit,act.12 d
angelus apoſtolos,& rurſum Petrum educit de carcere,act. 5 d:12. a b
angelorum miniſterium tempore iudicij,matt.24 c: 2. theſ. 1 d
angelorum variæ viſiones,apoc.7.8.10.14.15.18.20
angelorum gaudium ſuper peccatore conuerſo,luc.15 b
angeli cuſtodes puerorum,& item aliorũ,matt.18 b: act. 12 e
in angelum lucis transfigurat ſe ſatanas, 2.corinth.11 c
in Anguſtijs conſtitutos exaudit Deus,deut.26 b
anguſtiæ Annæ,& Dauid,1.reg.1 b.20.& 27 a
anima in ſanguine,leuit.17 c
anima pro homine,gene.46 c
animarum epiſcopus Chriſtus.1.pet.2 d
animæ purificantur obediendo euangelio.1.pet.1 d
animas commendent Deo afflicti, 1.pet.4 d
animam ſuam inuenire,matth.10 d
animalium creatio & nominũ ipſorũ impoſitio,gen. 1 d.2. d
animalia munda & immunda,leuit.11 a:deut.14 a
animalis homo,1.corinth. 2 c
animale corpus,1.corinth.15 f
Anna vxor Elcanæ parit Samuelem,1.reg.1 c
Anna Tobiæ iunioris mater,tob.1 d.5 d.10 b.11 b
Annas Caiphæ ſocer,iohan.18 b
Anna prophetiſſa,luc.2 e
Annus diſtinctus ſole,luna & ſtellis,gen.1 b
Antichriſtus quis,1.iohan.2 & 4:2.theſſ. 2 b
Antichriſti potentia,dan.7 f.8 f
Antiochus Eupator,1.macha.1. a. 6 c:2.macha.10 b
Antiochus Nobilis,2.mach.5 b.9 a
Antiochi ſimulata pœnitentia,2.mach.9 b
Antiochenſes primum dicti Chriſtiani, act.11 d

Anus quales eſſe debent,tit.2 a
¶Aod iudex in Iſrael,indic.3.b.c
¶Aperire os ſuum Deo,pro vouere,iudic. 11 g
Apollo vir doctus in ſcripturis,act.18 f
Apollonius à Ionatha deuincitur,1.macha.10.f
Apoſtoli teſtes reſurrectionis,luc.24.g:act. 1 a. 2. e. 10. item ſunt lux mundi & ſal terræ,matth.5.b:item miniſtri Chriſti & diſpenſatores myſteriorum Dei,1.corint.4. a: adiutores & cooperatores Dei,1.corint. 3 b
Apoſtolos mittit Chriſtus ad prædicandũ,varia præcipiens, ac præmonens quid paſſuri eſſent,matth.10
Apoſtoli primũ exhortantur ad pœnitentiã,& deinde Chriſtum veniſſe docent.marc.6.b:matth.10 a
Apoſtoli meſſuerunt Iudæos, iohan. 4 e
apoſtoli accepto ſpiritu ſancto loquuntur varijs linguis, act.2.e:prædicant in templo & circa domos,act.5.g:conijciuntur in carcerem.act.4.a.5 d
Apoſtoli quare in Eccleſia conſtituti,1.corint.11 d
apoſtolus noſter Chriſtus,hebr.3 a
Apparet Dominus Abrahæ,eumq; conſolatur, gene. 17 a
appropinquat nobis Deus ſi oramus,deut.4 a
Apum Sampſonis examen,iudic.14 b
¶Aquæ creantur, eisq; vis datur piſces gignendi,ge. 1.b.c
aquas comportantes inter Iſraelitas,deut.29.b:ioſ.9 d
aqua fluminis verſa in ſanguinem,exod.4 b:7 d
aquæ amaræ,exod.15 f
aquæ è petra dantur Iſraelitis,exod.17 a
aquis ſeruientium ſibi benedicit Deus, exod.23 e
aquæ Sampſonis datæ è molari dente aſini,iudic. 15 d
aquæ datæ ſine vento & pluuia,4.reg.3 c
aquam bibebat Timótheus epiſcopus,1.timo.5 d
aqua & pane cibatur Elias,3.reg.19 a
aquam effundunt coram Deo ieiuni Iſraelitæ,agnoſcentes peccatum,1.reg.7 b
aquam pallio diuidunt Elias & Eliſæus,4.reg.2.b.c
aquæ contra dictionis,num.20 b
aqua purgantur ſpolia quæ igne nequeunt,nume.31 d
de Aquis tribulationum eripit Deus, 2.reg. 22 d
aquæ,populi & gentes,apoc. 17 d
aquam in vinum mutat Chriſtus,iohan.2 a
aquas viuas dat Chriſtus,dans Spiritũ ſanctũ,iohan.4.b.7 f
aquæ lauacro conſecrati Chriſtiani,ephe.5 e
Aquilam non comedunt Iudæi,deut.14 b
Aquila & Priſcilla,act.18.a: 1.corinth.16 c
¶Aras Gentium deſtrui iubet Deus,exod.34 b
Arabum ruina,& quare,iſa.21 a.d
in Arabiam profectus Paulus,gala.1 d
Arad rex Chananæus occiditur,nume.21 a
Aran filius Tharæ genuit Lot,gene.11 d
Arapha gigantis filij à Dauide occiduntur,2.reg.21 c
Arbee quæ & Hebron,gene.35 d
arbores in victũ hominis creantur verbo Dei, gen. 1.b:2.b.c
arbores fructiferæ reſeruentur in bello,deut.20.d : quod tamen erga Moabitas ſeruari non vult Deus, 4.reg.3 d
arborum præputia auferenda,leuit.19 e
arbores plenę fructibus dantur obtemperantibus Deo, leuit.26.a:deut.28 d
arbor bona fructus bonos facit,mala malos,matth.12 e
arbor non faciens fructum bonum exciditur,matth.3.b.7 c
Arbor vitæ,arbor ſcientiæ,gene.2.b. 3 d
Arca Noe,gene.6.7.8:& 1.pet.3 d
Arcæ Dei forma & vſus, deut.10.a.31.f:ioſ.3.a:exo.25.a.26.c. f.1.reg.4.5.6.7:2.reg.6.a.b.15.e.f:3.reg.8.a
Arcana Dei non inquirenda curioſius,eccli.3.c
ad Archangeli vocem mortui ſurrecturi,1.theſſa.4 d
Architectus Paulus,1.corint.3 b
Arcta via ducit ad vitam,matth.7 b
Arcus cæleſtis in nubibus, gene.9 c
Ardore percutiuntur inobedientes Deo,deut.28 c
Areuna dat arcam Dauidi,2.reg.24 d
Argentum nullius pretij tempore Salomonis,3.reg.10 d
argentum, aurum,æs & ferrum in excidio Iericho anathemata erant.j.Domino conſecrata,ioſ.6.c d
Arguenda opera mala,ephe.5 c
arguendus frater,non odiendus, leuit.19 d
Arida,quæ & terra , gene.1.d
aridum lignum,infidelis,luc. 23 d
Arioli non conſulendi,leuit.19.f:deut.18 b
Ariolos & magos aufert Saul, 1.reg.28.a:idem facit Ioſias, 4.reg.23 e
Ariſtarchus concaptiuus Pauli,coloſſ.4 b
Arma Dauid contra Goliad,1.reg.17 f
Arma Pauli,2.corinth.10 b
armatura Dei fides ac iuſtitia,ephe. 6 b
Armentorum offerendorum ritus, leuit.1.a
Aromatibus condiuntur corpora mortuorum,gene. 50.a d
Arphaxad generatio & ætas, gene. 11 b
Arrabo & pignus hæreditatis,ſpiritus ſanctus,2.corin.1.d 5 a:ephe.1 c
Arrogantia vitanda,rom.12 d
Arſaces Demetrium vincit,1.macha .14 a
Artaxerxis epiſtolæ aduerſus Iudæos exemplar,eſth.13. & pro Iudæis,eſth.16
de artificibus quibus conſiſtit ciuitas,eccli.38 c
Artificum Salomonis numerus, 3.reg.5.c:2. para.2 d
Arundo quaſſata aut vento agitata,matth.11.a. 12 b
Arcam Sion capit Dauid,appellans ciuitatẽ Dauid,2.reg.5 b
arcis Sion obſidio, 1.macha. 6 c
arcem Sion occupat Simon frater Iudæ,1.macha.13 g
¶Aſæ regis Iudæ acta,3.reg. 15:2.para.14.15.16
Aſael frater Ioab occiditur,2.reg.2.d.e
Aſaph frater Heman cantor,1,para.6 c
Aſarhaddon regnauit pro Sennacherib,4.19 g
Aſcalonem vrbem capit Iudas,iudic. 1 d
Aſcendit Chriſtus in cælum,marc.16 d:luc.24.g:act.1 b
Aſeneth vxor Ioſeph,gene.41 f
Aſer filius Iacob ex Celpha,gen.30.a: ipſiusq; benedictio & ſors,deut.33.d:ioſ. 19 b
Aſeroth & Baalim idolis ſeruiunt Iudæi,iudic.3 a
Aſianis prohibitus eſt Paulus à Spiritu ſancto prædicare euangelinm:tandem tamen prædicat,act.16.b:19 b
Aſina Balaam loquitur,nume.22 e
aſinis vtuntur Iſraelitæ,gene.43.d:iudic.12 d
aſinas patris quærit Saul,1.reg.9 a
aſini caput emptum 80.argenteis,4.reg.6 f
Aſor vrbs expugnatur,ioſ. 11 b
Aſſueri regis acta habes in libro Eſther
Aſſur de terra Sennaar egreſſus,gene. 10 b
de Aſſyrijs,4.reg.16.17.18:iſa.10.17.30:nahum.2 c
Aſtaroth idolum adorant Iſraelitæ,iudic.2.b: 1.reg.7 a
Aſtarthen deam Sidoniorũ colit Salomõ,3.reg.11.b:4.re,23 c
Athalia regina regnat ſuper Iudam,4.reg. 11
Athenienſibus annuntiat Paulus Chriſtum,act.17 e
Atrij forma & eius ſitus,exod.27.38.40
¶Auaritia fugienda,prouer.15.c.eccl.10.b.14.a:iſa.3.b: ierem.8.c:ephe.5 b:luc.12 c
Auaritiam ſequuntur filij Samuel iudices,1.reg.8 a
auari Phariſæi irrident Chriſtum,luc.16 d
auari,rapaces & fures regnũ Dei non ingrediẽtur,1.cor. 6 b
auari diuitis calamitas,eccles.6 a
auaritia eſt idolorum ſeruitus,ephe.5.b:coloſſ.3 a
Audienda Dei vox,exod.15.g:deut.13.a.27 b
audiens vocem Dei eſt Dei populus,exod.19 a
audiendus Chriſtus,deut.18.c:matth.17 a
vt ipſum audiamus conuertit nos Deus,deut.4 e
ad audiendum veloces, tardi ad loquendum ſimus,iaco.1 c
ad audiendum verbum ſuum hortatur Chriſtus,matth.3 a marc.4.a:luc.8 c
Aues verbo Dei creantur,gen.1 c
aues mundæ & immundæ,leuit.11 q
auium offerendarum ritus,leuit.1 d
ab auferente quæ tua ſunt,ne repetas,luc. 6 e
Auguria prohibentur,leui.19.f:deut.18.b: nec eis credendũ eſt,eccli.34 a
Auriga Iſraelis Elias,4.reg. 2 b
Auris perforata ſeruis,exod.21.a:deut. 15 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auri pondus in redditus Salomonis,3.reg.10 c
Aurum ædificare super fidem in Christum,1.corint.3 c
absque Auro & argento mittuntur apostoli ad prædicandũ, matth.10 a
auscultari mauult Deus præceptis suis,quàm victimas sibi offerri,1.reg.15 e
Austro flante signum æstus,luc.12 g
Auxilium nostrum à Christo,hebr. 4 d
Auxilium Israel à Deo,deut.33.d
¶Axa filia Caleb petit hæreditatem,iosu.15 d
¶Azarias patri Amasiæ substituitur,4.reg: 14 a
Azarias rex Iuda leprosus,4.reg. 15 a
Azarias propheta,2.paral.15 a
Azariæ qui & Abdenago oratio, dani. 3 c
Azymi panes,exod.12 b
Azymorum solennitas,exod.23 b: 34 c
in azymis syncerioris vitæ epulandum,1.cor.5 c

B

Baal prophetæ occiduntur ab Elia, 3.reg. 18 g:item ab Iehu 4.reg.10 d:rursumque eius sacerdotes occiduntur à Iosia, 4.reg.23 e
Baal idolo comminuto,Iehu facit ex eius templo cloacas. 4.reg.10 f
Baalim & Astaroth idolis seruiunt Israelitæ,iudi.2.b.3 a.8 g
Baalpharasim locus,2.reg.5 d
Baana & Rechab occidunt Isboseth,2.reg.4 b
Baasæ regis Israel acta,3.reg. 15.16
Babel turris ædificatur,gene.11 a
de Babylone vide Apoc.18
Babylonis euersio,isa.13.14.21.25.47.50.51
Babylonica captiuitas prædicitur,4.reg.20 d:ierem,16 c.20 a
Bacchides dux Demetrij regis interficitur,1.mach. 9.b.d
cum baculo suo mittit Eliseus Giezi ad sanandum filium hospitæ,4.reg.4 e
Bala ancilla tradita Racheli,gen.29 c.30 a
Bala ciuitas quæ & Segor,gene.14 a
de Balaam ariolo,num.22.23.24:2.pet.2 c
Balac rex Moabitarum,nume. 22.a. 24 b
Baldad vnus amicorum Iob,iob.8.a:18 a
Balasar rex Babyloniorum,dani.5
Baltasar qui & Daniel propheta,dan.1.b.5 e
Banaias occidit Ioab,3 reg. 2 f
Baptisma vnum,ephe. 4 a:5 e
Baptizatur Christus,matth. 3 d
vt baptizaret, missus Iohannes,matt.21 c:iohan.3 e
baptizant discipuli Christi,iohan.4 a
baptizari in nomine patris &c. aut in nomine Iesu, matt. 28 d.act.2.f.19 a
non ad baptizandum missus Paulus, quosdam tamen baptizauit,1.corinth.1 b
baptizari in Christo,Christum induere, rom.6 a:gal.3 d
baptizabantur quidam superstitiosè pro mortuis,1.cor. 15 d
baptizat Christus in Spiritu sancto, matth.3 c
baptismo baptizari pro ferre mortem,marc. 10 c
Barrabas latro liberatur,matth.27 b
Barac & Debora liberarunt Israelem,iudic.4 a
Barbam non radat sacerdos, leui.21 a
barba tonsa,signum luctus Iudæis,isa.15 a
barbarorum humanitas erga naufragos,act.28 a
Barnabas & Paulus segregantur ad prædicandum,act. 13 a
Baruch excipit ex ore Ieremiæ,icre. 36 a
Basan terra gigantum,deut. 3 b
Bases æneæ in templo Salomonis,3.reg.7 d
Bathuel pater Rebeccæ,gene.22 d
¶Beati qui sint dicendi,matth.5 a
beatus qui Iesum nouit esse Christum, matth.16 c
beati viri descriptio, psal.1
beatitudinis descriptio,psal.118
Beelphegor sequentes occiduntur, deut.4 a
Beelzebub consulit Ochozias infirmus,4.reg. 1 a
Bel euertit Daniel,dani.14 d
Behemoth eiusque malitia,iob.40 b
bella & lites,vnde,iaco. 4 a
bellum propter peccata populi,3.reg.8 d:leui.26 d
belli ius in expugnandis vrbibus,deut.20 c
qui ad bellum non ibant,deut.20 a.24 b
bellat Deus pro obedientibus sibi,ios.23 c:exod.23 f
belli victoria Deo tribuẽda, iudic.7 a.b:1.reg.14 a:3.reg.22 e
Benadab regis Syriæ acta,3.reg.15.20:4.reg.1.38 d
benedixit Deus masculo & fœminę,quum vim dedit generandi,gene.1 d. 5 a
benedicendi populi à sacerdote modus, num.6.d:gen. 48 d
benedicere Deum,pro gratias agere,gene.14 c
benedictiones seruantibus mandata,exod.23.c: leuit.26 a
benedictiones in monte Garizim,deut.27 b
benedicendus Deus post cibum,deut.8.b:mat.26 c.ioha.6 c
benedictio pro munere,gen.33 b.c:2.corinth.9 b
benedicere pro maledicere,3.reg. 21.c.d.iob.1.b.2.c
benedictis Dei regnum æternum paratum,matth.25 c
benefaciendum omnibus,gala.6.c:luc.6 e
beneficia Dei tribuenda suæ bonæ voluntati ac promissioni, 2.reg.7.c.d
beneficiorum cõmemoratione hortatur Moyses ad seruanda Dei mandata,deut.29.a:idem facit Iosue, ios. 24
beneuolentia Pauli erga fratres Iudæos,rom.10 a
Beniamin nascitur,gen.25.e.vide de eo,gene.43.44.46:deut. 33.b.& de filijs ipsius,gen.46.c:1.para. 7 b
Beniaminitæ occisi,& quare,iudic. 20
benigni simus,ephe.4 g:1.corinth. 13 b
benignitas Christi apparuit nobis,tit.3 b
Berzellai acta.2.reg.19.f:3.reg.2 b
Beseleel & Oliab artifices,exod.31.a.35 d
bestiæ terræ creantur,gen. 1 c
bestiæ variæ,apoc.11.b.13.a. 19 d
cum bestijs pugnauit Paulus,1.corint. 15 d
cum bestijs fuit Christus in deserto,marc.1 b
Bethel siue Luza,gen.28.d:iudic.1.e:1.reg.10 a
Bethlehem quæ & Ephrata,gen.35.c:luc.2 b.matt. 2 a
Bethsabee dormit cum Dauide,2.reg.11.a.12.d.f: 3.reg.1 c
Bethsaidæ ciuitatis infidelitas,matth. 11 c
Bethsamitæ percussi à Deo,1.reg.6 c
Bethulia obsidetur ac liberatur,iudith.7 a.15 a
¶Bibere non possunt AEgyptij aquam fluminis,exod.7 d
bibit de torrente Elias,3.reg. 17 a
bibere non vult Dauid aquam,antea desyderat,2.reg.23 c
Bigamia Lamech & Esau,gen.4.a.26 g
Bilinguis homicida, prouerb.18 b
¶Blasphemia in spiritum sanctum,marc.3 d
blasphemia Sennacherib,4.reg.18.g.19 b
blasphemia Nicanoris, 2.mach. 15 a
blasphemus lapidatur,leui. 24 b
blasphemia vitanda,ephes.4.g:colos.3 b
blasphemi Syri,3.reg.20.d. e
blasphemare fecit Dauid inimicos nomẽ Domini suo adulterio,2.reg.12 d
blasphemias loquitur bestia in Deũ & nomen eius,apo. 13 b
¶Boanerges,Iacobus & Iohannes, marc.3 b
Bonus,solus Deus,matth. 19 c
bonum non habitat in nostra carne,rom. 7 d
bonum sectemur,rom.12.b:1.thess. 5 c
bona prudenter agenda coram hominibus,rom.12 d
bonum pro malo reddit Dauid,1.reg.24 b
bona temporalia danda & ministris verbi Dei,gala.6 b
bona temporalia danda pauperibus,luc. 16 a
bonis abundat obtemperans Deo,deut.28 a
Booz acta,ruth,2.3.4
Bos cornupeta,exod. 21 e
boues in frusta concidit Saul, 1.reg.11 b
boum fusilium fabricatio, 2.para.4 a
boui trituranti non alligandum os,deut.25.b.1.corint.9.b
Botrus à duobus portatur,num.13 c
¶Brachium & potentia Dei vbique audita,3. reg. 8 c
Brauium & vitam æternam arripiamus,philip.3.c
Bubulam comedunt Iudæi,deut.14 a
Buccinæ clangor cum daretur lex,exod.19 c

buccina

buccina clangit Gedeon,iudic.6 g
butyrum dat suis Deus,deut.32 b
butyrum & lac dat peregrinis Abraham,gene. 18 b
butyri & mellis torrens iob.20 c
in butyro lauare pedes,iob.29 a
butyrum & mel comedit Christus,isa.7 e

C.

Caath filij,exod.6.c:ios.21.a
cadere in faciem suam.gene.17.c:ruth.2.b
cadere pro mori,2.reg.3.g:& alibi frequens
cæci duo sanantur à Christo,matth.9 d
cæcum sanat Christus,marc.8 c
cæcus natus in gloriam Christi,illuminatur,iohan.9 a
cæcus cæcum ducens,matth.15 b
cæco non obiiciendum offendiculum,leuit.19 c
cæcitate percutiuntur inobedientes Deo,deut. 28 c
cæcitate percutiuntur hostes Elisæi,4.reg.6 d
cæcitas cordis,rom.11.c: ephe. 4 e
ob cæcitatem Pharisæorum contristatur Christus.marc.3 a
cæsus ter virgis Paulus,2.corinth. 11 f:act.16 e
cæduntur Apostoli in concilio,act.5 f
Cælum quod & firmamentum creatur,gene.1 a
cælum vespere rubicundum,matth. 16 a
cælum suum aperit Deus obedientibus,deut.28.b: claudit vero inobedientibus,deut.11.b.3.reg. 8 b
cæli militiam adorantes lapidabantur,deut.17 a
cæli noui & terra noua, 2.pet.3.c:apoc.21 a
cælestis homo secundus,Christus,1.corinth.15 f
Cæsari tributa reddenda,matth.22.b:rom.13 b
Cain natiuitas & acta,gene.4.1.iohan.3.b.e
Caiphæ acta,iohan.11.g:matth.26 b
Caius hospes & comes Pauli,rom.16.d: act. 19 f
calceamenta non attrita Iudæis in deserto,deut.29 a
calceamentum soluere,ruth.4.b:exod.3.a:marc.1 b
Caleb acta,nume.13.d:14 b:ios.14 b
Calendarum sacrificia,ezech. 46 a
Calix & panis quẽ in Christi memoriã sumimus, 1. cor. 10 d
Calix pro morte,& cruce, matth. 20 c:26 d
callidè nihil agendum,deut.15 b
caluitium super mortuo, deut.14 a
caluum vocantes Eliseum deuorantur ab vrsis, 4.reg. 2 d
calumniam sustinet inobediens Deo,deut.28 c
calumnia vitanda,leuit.19 c:eccles.4 a
Camelus non edebatur,sed bene Camelopardus,deut. 14 a
in Cana Galileæ primum Christi miraculum,iohan.2 b
candelabri forma,& situs,exod.25 c.37 c.40 c
à canibus comeditur Iezabel,4.reg.9 g
Canes,Gentes à Christo dictæ, matth. 15 c
canes,pseudoprophetæ,phili.3 a
canis reuersus ad vomitum,2.pet. 2 d
canendum Deo,& gratiæ agendæ,iudic.5 a
canticum Moysi,exo.15 a:deut.32 a:item Mariæ,& Zachariæ cantica,luc.1.e.g:item Annæ,1.reg.2 a
canticum Deboræ & Barac,iudic.5 a
cantandi in corde psalmi,ephe.5 d
cantandum Deo spiritu & mente, 1.corinth.14 c
cantores Dauidis,1.para. 25 a
coram cano capite consurgendum,leuit. 19 g
Capharnaum incrẽdula ciuitas,matth.11 d
capillus non periturus patienti propter Christum,luc.21 d
capilli capitis numerati,matth.10 d
Cappadoces expulerunt Heuæos de terra sua,deut. 2 e
capream & capram comedunt Iudæi,deut. 14 a
captiua mulier ducitur in vxorem,deut. 21 b
captiuitatem minatur Deus Iudæis,deut.28.e.f.g:ex qua reducentur si ad ipsum conuertantur:deut.30 a
captiuitas Babylonica prædicitur,4.reg.20.d:ierc.25 a
à captiuitate reditus prænuntiatur,ezech.20.f.iere. 29 c
captiui peccatores,rom.7 d
caput puluere conspersum,signum luctus,1.reg. 1 a
in caput aut caudam constitui,deut.28 b
in capite funiculus,signum seruitutis,3.reg.20 e
caput Christi Deus:viri, Christus:mulieris,vir,1.corinth.11 a
caput Ecclesiæ Christus,ephe.4 d:coloss.1 c
caput quare non velet vir,1.corinth.11 a
carbones ignis super caput congerere,rom. 12 d
carceris Pauli custos credit Christo,act.16 f
in carcerem coniecti Apostoli.act.5.c. 12 a
in carcerem coniectus Paulus,2.corin.6.b.11 e:act.16 e
cardines terræ,creauit Deus,1.reg.2 b
Cariath-arbe quæ & Hebron,ios.14.d:iudic. 1 b
Cariath-sepher quæ & Dabir, ios.15 d
carmina Salomonis,3.reg.4 d
caro cum sanguine non edenda,gene.9.a:leuit.19 e
in carnem vnam maritus & vxor,gene.2 d
carnes pluit Deus populo Israel,nume.11.a. d
carnibus vescitur Elias,3.reg.17 a
caro homo est sine spiritu Dei,gene. 6 a
caro & sanguis pro ipso homine,matth.16.c:iohan.1 c
caro aduersatur spiritui,gala.6 c
carnis prudentia,mors,rom.7.d. 8 a
in carne esse,viuere secundum vires humanas, rom.8 b
carnis curæ & desyderia vitanda,rom.13.d:gala.5 c
carnalia vocat Paulus, bona temporalia,1.corinth.9 b
carnales Corinthij ob contẽtiones & æmulationes,1.cor.3 a
caro Christi manducanda,iohan. 6 e
carnis stimulus Paulo dãtus,& quare,2.corinth.12 b
castitas Dei donum,sap.8 d
castitas Ioseph,gene.39.b:Susannæ,dan.13.a:Saræ & Tobię, tob.3 c
extra castra leuandus venter,deut.23. b.c
castrare seipsum ob regnum cælorum, matth.19 b
super Cathedram Moysi sedere,matth.23 a
¶Ceila vrbs liberatur à Dauide,1.reg.23 a
cellaria obedientium Deus multiplicat,deut.28 a
Cendebæus dux exercitus Antiochi,1.mach.16 a
centuplum qui accepturi,matth.19 d
centuriones constituti à Moyse,exod. 18 c
centurionis gentilis fides,matth.8 a
centurio alijque Christum custodientes fatentur Dei filium matth.27 f
ceremonias & sacrificia Iudæorum reiicit Deus,isa.1.d.66 a: hebr.9 b
Ceruicis duræ populus Israël,exod.32 c:deut.9.b c
ceruum comedunt Iudæi,deut.14 a
Cetura vxor Abrahæ,gene. 25 a
¶Chaldæorum ferocitas,ierem.5 d
Cham irridet patrem ebrium,gene.9 d
Chamaam comitatur Dauidem,2.reg. 19 g
Chamos idõlum Moabitarum,3.reg.11 b:4.reg.23 c
Chanáan maledicitur,gene. 19 d
Chanáan filij,vnde populi Chananæorum, gene.10 c
Chanáan terra promittitur Abrahæ,gene.12 b:3.d.15.b.d
Chananæi occidunt Israelitas,nume.14 g
Chananæos quare paulatim expulit Deus,exod.23 f
Chananæos expugnat Iudas,iudic.1.a b
Chananæi tributarij filijs Manasse,Ephraim,Zabũlon, Aser & Nephthali,iudic.1.f g
Chananæa Iesum pro filiæ salutæ instanter orat, matth. 15 c
charitas Deus,1.iohan.4.b c
charitas Dei manifestata fuit quum filium suum pro nobis tradidit,roma.5:b:1.iohan.4 b
charitas fidem & spem antecellit,1.cor. 13 d
charitas per Spiritum sanctum diffunditur,rom.5 a
charitatẽ quando habeamus perfectam,1.iohan. 2 a: luc. 4 c
charitatem si quis non habeat,nihil prosunt aliæ virtutes, 1.cor. 13 a
charitas fraterna commendatur,roma. 12 c
charitatis vis,1.cor.13 toto capite
charitatis præcepta,prouer.3 d
charitatem perpetuo debemus proximo nostro,rom. 13 c
charitas amat,etiam cum sæuit,prouerb, 27 a
charismata meliora imitemur, 1.cor. 11 d
Cherubim ante paradisum voluptatis,gene.3 d
Cherubim forma & situs,exod.25 b
chirographum nobis contrarium deleuit Christus,colos.2 c

Choreæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

Choreæ Israëlitarum coram vitulo,exod.23 d
Christus Deus æternus,iohan.1 a
Christi nomina,isa.9 b
per Christum instaurata omnia,ephe.1 b
Christus promissus Adæ saluator,gene.3 c: item Abrahæ, gene.12 a
Christi aduentus prædicitur nume.24 c.isa.40.c
Christus concipitur,luc.1 d:nascitur,luc.2 a
Christus circunciditur, luc.2 c
Christus à magis adoratur & fugit in AEgyptũ, matth.2.b.c
Christus baptizatur,matth.3 d
Christus puer in medio doctorum,luc.2 f
Christus parentibus subditus,luc. 2 g
Christus ieiunat.40.diebus,& tẽtatur à diabolo,matt. 4. a.b
Christus angelis minor effectus,hebr.2 b
Christus missus omnibus salutaris,isa.61 a:luc.2 e:4.reg.5 f
Christus Dei patris imago,2.corinth.4 a:colos.1 c:heb.1 a
Christus verba patris loquitur,iohan.3 d:regnum Messiæ appropinquasse prædicat,hortaturque ad pœnitentiam, & vt credant euangelio,matth.4 c:9 d
Christus lux vera,iohan.1 a.8.b:1. iohan.1.b
Christus mediator & aduocatus noster,1.timo.2 b:hebr.8.b 9.d.12.f:1.iohan.2 a
Christus Apostolus & Pontifex noster,heb.2.d.3 a
Christus caput ecclesiæ,ephe.1 d.4 d
Christus audiendus,matth.17 b:hebr.2 a
Christus ingemiscit.mar.8 a:esurit.matt.4 a:fatigatur ex itinere,iohan.4 a:flet, infremit & turbat se ipsum.ioha.11.d. luc.19.f
Christus pauperrimus, matth.8 c
Christus discumbit apud Matthæum,matt.9 b: apud Pharisæum,luc.7 f.11.f.14.a.cœnat apud Lazarum,iohan.12 a
Christus reprehensus quod cum peccatoribus manducet, matth.9 b
Christus in nuptijs mutat aquam in vinum,iohan.2 a
Christus se à Deo missum, Deique filium esse probat,iohan. 7.d.8.b.9.g
Christus,via,veritas & vita, iohan.14 a
Christus medicus peccatorum,matth.9 b:marc,2 c. luc.5 f
Christus pastor bonus,iohan.10 b:psal.22.ierem.23 a
Christus ostium per quod intratur ad vitam,iohan. 10.b
Christus super asinam Ierusalem ingreditur,matth.21. a
Christus lauat pedes discipulorum eisque tradit suum corpus & sanguinem,iohan.13. a:matth.26.c
vt Christum comprehendant mittunt pharisæi ministros, iohan. 7 e
Christus morbos corporis & animi sanat,matth.4 d
Christus sua voluntate dedit vitam pro peccatis nostris, iohan.10 c
Christum vendit Iudas sacerdotibus,matth.26 b
Christi anima tristis vsque ad mortem,matth. 26 d
Christus mortem deprecatur,matth. 26 d
Christus morti adiudicatur,matth. 27 c
Christus pro persecutoribus orat,luc.23 e
Christus moritur, matth.27 f
Christi vulnera,Zacha.13 c
Christus resurgit,matth.28 a
Christi triumphus, psal.67. vers.18
Christus ascendit in cælum, marc.16 d:luc.24 g: acto.1 b
Christus sedet ad dexteram patris,colos.3 a:heb.1 a
Christus secundo apparebit,heb. 9 g
Christi iudicium,matth.3 c:25 e.d:mala. 3 b
Christus cũ suis vsque ad consummationẽ seculi matth.28 d
Christiani primum dicti Antiochiæ.act.11 d
Chusai viri probi acta,2.reg.15 g.17 a
¶ Ciborũ omniũ concessio præter suffocatum,gene.9 a
cibus immundus,leuit.11 e
cibus nullus christiano immundus est,act.10 b:roma.14 a
cibus Christi,obedientia patris,iohan. 4 b
Ciconiam non comedunt Iudæi,deut.14 b
Cinæi soceri Moysi filij,iudic.1 d
Cinærorum destructio prædicitur,nume.24 a
Cinere aspergi caput,signũ luctus,1.reg.4 c:2.reg.1 a:iudith 4.e:esth.4 a.16 c:iob.42 a:ierem.6 g. 25 g
Ciniphes in hominibus & iumentis,exod.8 d
circunciſio præcipitur Abrahæ, gene.17 b
circuncisio secunda sub Iosue,ios. 5 a
circunciditur Christus,luc.2 d
circuncidi Gentes non vult Paulus,act.15 e
circuncidit Timótheum Paulus,& quare,acto.16 a
circuncidendum præputium cordis, deut.10.d.30.b:ierem.4 a
circunciſio in spiritu,rom.2.d:colos.2.b:deut.30 b
ne circunueniamus fratres nostros, 1.thessa.4.b
ciuitas prima Henoch, gene.4 c
ciuitas Deo relicto alienos adorans deos, comburenda,& ciues occidendi,deut.13.c.d
ciuitates refugij,deut.4.g.12.a:iòsu.20 a
ciuitatem hic permanentem non habemus, heb.13 c
ciuitas supra montem posita,matth.5. b
¶ clamantes in afflictione respicit Deus,deut.26.b:exo.3 b.14.c:1.reg. 9. c
clamor peccati Sodomorum,gene.18 c
clamor sanguinis Abel,gene.4 b
clamor tollatur à nobis,ephe.4 g
claudicat Iacob, gene.32 g
claudus ex vtero matris sanatur,act. 3 a
claudicare vtroque pede,3.reg. 18 d
claues Petro promittit Christus,matth.16 c:dat.iohan. 20 d
Clemens Deus in quem vult,exod.33 d
Cleopatra Ptolemæi filia,1. macha. 10 e
in cleros ne dominentur presbyteri, 1.pet.5 a
Cœlum Vide Cælum
¶ in cœnis primi recubitus,matth.23 a
cœna Domini cum discipulis,matth.26 b
cœna dominica in memoriam Christi facienda,luc.22.f.1. corinth.11.f
cogitatio cordis hominibus praua ab adolescentia,gene.6 a
cogitare bonum ex nobis non possumus,2.corinth.3 b
cogitationes cordis ne sequamur,nume.15 d
cognoscere Deum est mandata eius facere,1.iohan. 2 a
cognosci à Deo,gala.4 a
coitus illiciti,leuit.18:deute.27.c.d
Colaphis cæditur Christus,matth. 26 g
collecta,die septimo immolati Phase,deut.16 b
collectę in vsus pauperum,1.corinth.16 a
Colloquia mala corrumpunt mores bonos,1.corinth.15 e
columba emissa ex arca,gene.8 b
columna nubis præcedit Israelitas,exo.13 d
columnarum tabernaculi forma,exod.27 c
columnarum ænearum templi Salomonis forma,2.paral.3 d
comam nutrire viro ignominia est,mulieri verò decorum, 1.corinth. 11 c
coma non attondenda in rotundum,leuit.19 f
comburenda filia sacerdotis fornicans,leuit.21 f
comburendus viuus qui supra filiam vxorem duxerit matrem eius,leuit.20 b
comburuntur à Deo murmuratores,nume.11 a
non comburendi filij in honorem deorum,deut.12 d
comburitur corpus Saulis & filiorum,1.reg.31 d
vt comedamus dat Deus frumentum &c. deut.11 b
non comedenda morticina,deut.14 c
comessationes vitandæ,proue.23.b:rom.13 b
postquam comederunt & saturati sunt Israelitæ, conuersi sunt ad idola,deut.31 c
commodati lex,exod.22 c
commodandum fratri sine vsura,deut. 23 d
communes manus,non lotæ,marc. 7 a
communio rerum omnium fidelibus primis,act.2 g
communicare Christi passionibus, quid sit,1.pet.4 c
concordia res firmissima, prouer. 18 d
ad concordiam exhortatio, rom.12 a
concordia inter fideles sacrificijs anteponitur,matth.5 d
concubina pro vxore,iudic.19.f: gene. 25 a
concubinæ Salomonis trecentæ,3.reg.11 a
non concupiscendum,deut.5 b:exod.20 c:1.corinth. 10 b
concupiscit populus carnes, & punitur, nume.11 a.b.g
concupiscentiam peccatum esse dixit lex roma.7 b
concupiscẽtię in iustificatis,qui tamẽ illi nõ obediũt rom.6 b
ex concupiscentijs bella,iaco.4 a
concupiscentiæ suffocant verbum Dei,mar.4 b
condemnatio vitæ alienæ prohibetur,matth.7.a.12.a
conditio omnium eadem est,sapi.7 a
confidendum in tribulationibus,iohan. 16 g
confitetur Moyses peccatum populi coram Deo,exo.32 g
confitebatur sacerdos peccata populi,leui.16 e
confitentur peccata accedentes ad fidem,matth.3 a:act.29 d
confitentibus peccata datur remissio.1.iohan.1 d
confiteri Iesum esse Christum,donum Dei est,matt.16 c
confiteri Deo pro laudare,frequens est in psalmis
Conflatiles Deos ne faciant Israelitæ,exod.34 c:leuit. 13 a
conformes fieri imagini Dei,rom.8 f
confortat Deus Paulum,act.23 c:2.timoth.4 d
congregari vel colligi ad populum suum pro mori,gen.25 a: 40 a:nume. 20 d
coniugij confirmatio,gen.9 a:matt.5 e.19 b:1. cor.7 a.b.c
nuper coniugati absoluebantur primo anno à muneribus publicis,deut.24 a.b
coniuratio Absalom,2.reg. 15 b
coniuratio Samri,3.reg.16 c
connubium commendatur,heb 13 a
conscientia impij semper pauida,prouer.28 a
conscientiæ tranquillitas optabilis,prouer.15 b
conscientiæ securæ ac lætæ commendatio,prouerb.15 b.17 d
conscientiæ testimonium Paulo gloria est,2.corinth.1 c
consecrationis sacerdotum modus, exod.29 a
consecratio Leuitarum,nume.8 b
consepulti Christo per baptismum,rom.6 a
consilium iuuenum sequutus est Roboam,3.reg.12 b
consilia Dei nemo nouit, rom. 11 d
consilium humanum nihil potest contra Dominum,psal.32 versu,11:isa.29 q
consilium malum consultori pessimum,eccli.27 d
consilia hominum dissipat Deus,psal.32.ver.10
consilijs proprijs innitentibus minatur Deus,ezech. 11 d
consilium Achitophel dissipatur,2.reg.17 a
consolator afflictorum Deus,2.cor.1 a.7 b:gen.28.c.46 a
consolatur suos Christus aduersus persecutiones,ioh.15 c
consolatio Israel,Christus,luc.2 d
consolemur inuicem:maximè pusillanimes,1.thessa.4 d.5 c
conspuitur Christus,matth.26 g
constellationes syderum non sunt metuendæ,iere.10 a
consuetudo mali,indelebilis,prouer. 22 b
consulunt Deum Israelitæ,iudic.1 a.20 c.d:1.reg.10 d
consulturi Dominum olim adibant prophetas,1.reg.9 d:4. reg.22 c
de consummatione rerum omnium prophetia,sopho.1 a
contemnentes Deum ignobiles,1.reg. 2 f
contentio opus tenebrarum,rom.13 d:1.cor.1 b. 11 c
qui non continent,contrahant matrimonium,1.corint. 7 b
conuersis ab impietate promittitur misericordia,isa.55 b
ad conuersionem veram adhortatio,ioel.2 c
conuertamur & efficiamur velut paruuli,matth. 18 a
conuersis ad se parcit Deus,3.reg.8.d. e
conuertitur ad nos Deus memor promissionum, 4.reg.13 d
conuertit Deus populum per tribulationes, deut.4 e
conuersatio Gentium ante cognitum Christum,ephe.2 a 1.pet.4 a
conuersatio christianorum in cælis est, philip.3 d
conuersationem sanctorum consyderantes, imitemur fidem eorum,hebr.13 b
Conuiuæ quales admittendi,eccli.9 d
ad conuiuium inuitat Tobias timentes Deum,tob.2 a
ad conuiuium vult Christus pauperes inuitari,luc.14 c
ad conuiuia inuitati postremum locum occupent, luc.14 c
cooperabatur Christus Apostolis prædicantibus;marc. 16 d
coquere non licebat cibos in sabbatho, exod. 16 c
cor pane fulcitur,iudic.19.b:psal.103.vers.17
cor hominis prauum,gen.6.a: deut.29 c:ierem. 17 b
cordis circunciſio,iere.9 g:deut.10 d
de corde exeunt cogitationes malę,matth.15 b
cordium intima nouit Deus,1.reg.16 b:3. reg.8 b
cor bonũ bona loquitur:& cõtra,malũ mala,mat.12 c:lu.6 g
cor nostrum circuncidit Deus,deut.30 b:ezech. 11 d
in cordibus fidelium leges scripsit Deus,heb. 8 d
à corde metitur dona Deus,mar.12 d
corde toto quærendus Deus,deut.4 d.6 c
corde toto conuertamur,deut.30 b:4.reg.23 e:1.reg.7 a
corda nostra inclinanda ad Deum,ios.24 f
in cordis simplicitate ambulandum,2.corinth. 1 c:1.pet. 1 d
in cordis lætitia Deo seruiendum,deut. 28 e
cordis custodia,prouer.4 d
Core rebellio ac percussio à Deo,num. 16
apud Coriarium hospitatur Petrus,act. 9 g
Cornelio centurioni prædicat Petrus.act.10 a.f.g
cornu & potentia salutis nostræ Deus,2.reg. 22 a
cornuta & splendens facies Moysi,exod. 34 d
Corona regni cælestis reportanda,1.cor.9 d:2.timo.4 b
Corpus Christi,ecclesia,ephe. 1 d
corpus vnum sunt omnes fideles,rom.12 a:ephe.4 a
corpora nostra consecrata Christo,1.corint.6 c. d
corpus nostrum vas fictile,2.corinth.4 b:domus terrestris,2. cor.5 a:tabernaculum,2.cor.5 b:2. pet.1 e
corpora resurgentia qualia sint futura,1.cor.15.e.f
corpus suum subigit Paulus,1.corint,9 d
Corozaim infidelitatem exprobrat Christus,matth. 11 c
corripit Deus iustos in bonum,iob.2.b:13 a:2.macha.6 c
correptio fraterna,prouer.25 d:galat. 6 d
ad correptionem nostram scripta sunt quæ Deus Iudæis infixit,1.corint.10 c
Corrupta terra coram Deo,gene.6 b
Cortinarum fabricatio in tabernaculo,exod. 36 a
Coruus emittitur ex arca,gene.8 a
coruorum ministerio pascitur Elias,3.reg. 17 a
coruum non comedunt Iudæi,deut.14 b
è Costa Adæ creatur mulier,gen.2 d
Coturnices & man pluit Deus Israelitis, exo.16 c:nume.11 g
Cozbi fornicaria occiditur à Phinees, num.25 b
¶ Crapula fugienda,luc.21 f
Crassus factus Israel & pinguis reliquit Deum,deut. 32 c
in crastinum non gloriandum,prouer.27 a
Creator ex creaturis cognoscitur,sap..3 b:iob.12 a:eccli.34 a
Creatio hominis,gen.1 d
creata omnia per Christum, colos.1 c
creaturis vtitur Deus pro sua voluntate,isa. 45 b
creaturis fidentes decipiuntur,isa.30 d
creatura Dei omnis bona,1.timo.4 b
creatura omnis vanitati subiecta non volens, rom.8 d
creaturæ vniuersæ vt prædicetur euangelium,præcipit Christus,mar.16 d:idque factum dicit Paulus, col.1 c
credat oportet qui ad Deum accedit,heb.11.b.d
credere est donum Dei,matth.13 b.16 c:act.17 g
vt credamus Iesum esse Christum,idq; credendo vitam habeamus,scripsit Iohannes Euangelium,iohan.20 g
credũt multi in nomine Iesu, quibus ipse Iesus nõ se credit, iohan.2 d
Cretenses mendaces,tit.1 c
Criminatores ne simus,leuit.19 d
Crispus archisynagogus Christo credit,act. 18 c
ad Crucem ducitur Christus,matth.27 c
in cruce quanta fuerit Christi angustia,psal.21 a
crux sua cuique christiano ferenda,matth.10 d.16 d
in cruce & afflictionibus gloriatur Paulus,gala.6 d:2.co.12 c
Crucifigere carnem suam cum concupiscentijs,gala.5 d
crucifixus mundus Paulo,& Paulus mundo,gala.6 d
¶ Cuculum non comedebant Iudæi,deut. 14 b
Culicem excolabant Pharisæi,matth. 23 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cultus Dei externus sine fide reijcitur,isa.43 d
cultus Dei verus,isa.1 c
cuniculus immundum animal,leuit.11 a
cupiditas inexplebilis,prouer.27 c
cupiditas radix omnium malorum,1.timoth.6 c
in curiosos nihil agentes,2.thessa.3 d
à Curis huius vitæ maximè cauendum,luc.21 f
cura Dei pro Iacob ne noceat ei Laban,gen. 31 c
cura Dei erga populum suum,ierem.6.d: 1.pet.5 b
Curribus ferratis vtuntur Chananæi,iudic.1. d.4 b
currus Salomonis,1400:3.reg.10 d
currus Israel Elias dicitur ab Eliseo,4.reg.2.b
custodit Deus populum vt pupillam oculi sui,deut.32 b
custos Iacob vbique fuit Deus,gen.8. c.d
vt custodiat nos Deus,orandum,num.6 d
¶Cygnum non comedunt Iudæi, deut.14 b
Cyri regis Persarum acta,isa.14.a.45.a:1.esd. 1 a

D

Dabir vrbs,aliàs Cariath-senna,siue Cariath-sepher expugnatur,ios.10.g. 15 e
Dæmonibus non offerendum,leui.17 b
dæmoniis & idolis consecrant Israelitæ filios,4.reg.17 c
dæmonia oratione & ieiunio expelluntur,matth.17 c
dæmonia Iesum esse Christũ agnoscunt,matth.8.d.marc.3 b
dæmon confitetur se Iesum nosse & Paulum,act.19 c
quòd Dæmonia nobis subdantur non gloriandum,luc.10 c
dæmoniorum doctrinæ quæ sunt,1.timo.4 c
dæmoniacum sanat Christus,matth. 12 b
dæmoniaci duo sanantur à Christo, matth.8 d
Dagon Deus Philisthinorum corruit,1.reg.5 a
Dalila meretrix prodit Samsonem,iudic.16.
Damascenis vastitas futura ab Assyrijs,isa.17 a
Damasci prædicat Paulus,act.9 c
Damascus vastatur à rege Assyriorum,4.reg. 16 b
Damaris mulier credit Christo,act.17 g
damnationis ministratio,lex,2.corint.3 b
de damno facto,exod.22 a
Dan filius Iacob,gen.30.a.49.a:deut.33.d:ios.19 c
Dan viri 600 proficiscuntur Lais,iudic.18 d
Dan vrbs quæ & Lais,iudic. 18 g
dandum,& dabitur nobis,luc.6 f
dare beatius quàm accipere,act.20 g
dat omnia Deus,gen.33 c
datorem hilarem diligit Deus,2.corint.9 b
Danielis acta habes per totum librum ipsius
Darij Medi acta,dan.5.g.6.g:1.esd.6 a
Dathan rebellis in Deum,comburitur,num.16 a
Dauid ex quibus ortus,ruth. 4 d
Dauidis acta à 1. reg.13.vsque 3.reg.2
Dauid necessitate compulsus comedit panes Deo consecratos, matth.12 a
Dauidis commendatio,eccli.47 a
Dauidis cor rectum coram Deo,3.reg.14.b.15 a
propter Dauidi factas promissiones non aufert Deus regnũ à Salomone,3.reg.11 f
Dauide maior Christus,matth.22 d
¶Debita septimo quoque anno remissa,deut.15 a
debitum & ius inter Christianos, charitas,rom.13 c
Dabora nutrix Rebeccæ moritur,gen.35 b
Dabora vxor Lapdoth iudicat Israelem,iudic.4 a
decalogi præcepta,exod. 20 a
decalogi repetitio,deut.5 a
Decanos constituit Moyses, exod.18 d
decem tribus Israel à Deo electæ,isa.9.b.17 a
decimæ erant Dei,leuit.27 d
decimis qui alebantur,deut. 14 d
non decipiendus frater,leuit.19 c
Decuriones constituit Moyses,deut. 1 b
dedicatum templum Salomonis,3.reg.8.g.8 a
pro delicto lex hostiæ,leui.7 a
Demetrij filij Seleuci acta,sparsa à,1.mach.5. vsque 2.mac. 14
Dentem excutienti dens excutiendus,exo.21 c
depositi lex,exod.22 b
non dereliquit Deus populum agnoscentem peccatum, 1.reg.12 d
derelictum se à Deo clamat in cruce Christus,matth.27 c
derelinquit Deus derelinquentes se,deut. 31 d
descensus Christi ad inferos,psalm.15.ver.10
in desertis moratur Christus,marc. 1 d
deserunt viam Dei Israelitæ,exo.32 b c
desperantium Israelitarum confirmatio,ezech.33.c.37 c
desperant Israelitæ de salute,exo.14 c
desperat Cain,gene.4 c
despexit Dauid Deum adulterando, 2.reg.12 c
desyderia nostra ne faciamus,2.timo.2.d:1.pet.1.c.2 c
detrahunt Moysi Aaron & Maria,nume. 12 a
detractio vitanda,iaco.4 c:1.pet.2 a
detractor occultus cui similis,eccli.10 c
Deus,spiritus est,iohan.4 c
Deus,Christi caput,1.cor. 11 a
Deum nemo vidit vnquam,iohan.1 a
Deus vnus,& pater omnium,1.corint. 8 b
Deus non habitat in manufactis templis,act.17 f
Dei nomen,exod.3 d
Deus vbique est,& cuncta intuetur,ierem.23 c
Deo omnia possibilia,gen.18 b:matth.19 d:luc.1 d
Deo nihil est ab homine adiutorij,iob.26 a
Deum patrem nouit,qui Christum nouit,iohan.14 a
ex Deo omnia,& nos per illum,& in illo,rom.11 d
Deus alius nõ est quàm Deus Israel,deu.4 f:1.re.2 a:3.re.18 f
Deus vult cognosci Deus per signa sua,exo.7 c
Deo & mammonæ seruire non possumus,matth.6 c
Deus non tentandus,deut. 6 c
Deus quos amat,arguit & castigat,heb.12 b:apoc. 3 b
à Deo abducens propheta,deut.13 a
Dei solius est peccata remittere,marc.2 a
Deo & idolis seruientes Samaritani,4.reg.17 f
deos alienos si adoraueri mus,peribimus,deut.5 a.6 c
dei non sunt,qui manibus fiunt,act.19 e:baruc.6 b
deus huius seculi,satan,2.corinth.4 a
deos pro iudicibus accipit etiam scriptura,exo. 22 b
Deuteronomium legat rex,& quare,deut.17 d
deuteronomium,legis explanatio,deut.1 a
deuteronomium traditur leuitis & senioribus,deut.31 b
deuteronomium legit Iosias coram populo,4.reg.23 a
ad dexteram Christi sedere volunt filij Zebedæi, matth. 20 c
¶Diabolus mulierem seducit,& maledicitur,gen. 3 a b c
Diabolus princeps aëris huius,ephe.2.a:accusator fidelium, apoc.12 c:aduersarius & hostis noster,1.pet. 5 c: ephe. 6 d
diaboli semen,infideles,matth.13 e:iohan.3 b
diabolum vincimus fide in Christum,1.iohan.2. b c
diabolo & angelis eius paratus ignis æternus,matth.25 d
Diaconorum mores quales esse debeant,1.timo.3 b
dies verbo Dei creatur,gene.1 a
dies longiores aut breuiores tribuit Deus.deut.30 d
dies extremi iudicij propinquus,rom.13 d:1.ioh.2.d:1.co.10 c
dies iudicij inopinatus vt fur,1.thess.5 a
diei nouissimi aduentus,apoc.6 d
dies longissimus temporibus Iosue,ios.10 c
dies boni,1.pet.3 b:mali,ephe. 5 c
difficilia quatuor cognitu,prouer.30 c
difficile nihil est Deo,gene.18 b
qui diffidens postulat aliquid à Domino,nõ accipiet,iaco.1 a
digiti seni in manibus & pedibus cuiusdã gigantis,2.re.21 d
digito Dei scriptæ tabulæ Moysi,exod.31 d
digitus & potentia Dei,exod. 8 d
dij hominum manu fabricati,deut. 4 d
dij Gentium neminem saluant,baruc.6 b
dij vocantur ad quos sermo Dei factus est,iohan.10 g
dilexit nos prior Deus, 1.iohan.4 c
quòd dilexisset patres,docuit Deus Israelem,deut.4 f
diligens nos Deus misit filium suum,iohan.3 b:1.iohan.4 c
diligunt Deum qui mandata eius faciunt,1.iohan.2.a.5 a
diligantibus Deum omnia cooperantur in bonum,rom. 8 e
diligamus inuicem,sicut Christus dilexit nos,rom.12 c:1.iohan. 3 b d.4 b

dilectio proximi,legis impletio,rom.13 c
diligens Christum implet eius mandata,iohan. 14 c
diligendi amici & inimici,leui.19 d:matth.5 g
diligendus Deus ex toto corde,deut.6 a: luc.10 e
vt diligamus ipsum,purgat corda nostra Deus,deut.30 b
Diluuium temporibus Noë,gene.6.7.8
Dimittit Ioseph iniuriam fratribus,gene.50 c
Dina filia Iacob rapitur,gene.34 a
Dionysius Areopagita Christo credit,act.17 g
Diotrephes reprehensus à Ioanne,3.iohan.c
Discalceati domus,quæ erat Israelitis,deut.25 b
Discipuli Christi qui in eius fide permanent,iohan.8 d
discipuli Christi quo dignoscantur,iohan.13 d
discipulus Christi patrem odit præ Christo,matth.10 d
Disciplina Dei & tribulatio bona,heb.12 b
disciplinam non recipientibus minatur Deus,leui.26 c d
disciplinæ Dei vtilitas,prou.13 c:15 d
Discamus timere Deum,deut.14 c.31 c
Discordiarum author detestandus,prou.6 b
non Dissensionis sed pacis author Deus, 1 cor.14 f
Dispensatores euangelij,Apostoli,1 cor.4 a
Disputationes quales vitandæ,tit.3 c
Diues,qui in diuitijs fidit,marc.13 b
diuitibus væ,& quare,luc.6 d:iaco.5 a
de Diuitibus loquitur Paulus,1 timoth.6 b.d
diues non facile suscipit Euangelium,matth.19 c
diuitis cuiusdam parabola,luc.12 c
diuites Abraham & Lot,gene. 13 a.b
diuites Iacob & Esau,gene.30 g.36 a
diuites reddit Deus mendicos,esurientes autem bonis replet, luc.1 e
diues beatus qui non fidit in diuitijs, eccl.31 a
diuitis personam non consyderet iudex,leui.19 c.
diuitis & pauperis collatio,eccl.13 d
diuitiarum & paupertatis author Deus,prou.22 a
ob Diuitias ne obliuiscamur Dei,deut.8 c
diuitiarum fallacia,marc.4 b
diuitijs renuntiandum,luc.16 c
diuitijs & Deo seruire,matth.6 c
Diuini occidantur,leui.20 d
diuinos ne consulamus,deut.18 b
diuinam naturam quomodo participamus,2 petr.1 a
Diuortium non quærant qui connubio iuncti sunt,1 cor.7 c
¶Docti à Deo christiani,iohan.6 c
Doctor fidelium Spiritus sanctus,iohan.14 d
doctores in ecclesia constituti,1 cor.12 d
doceamus singuli singulos,1 thessa.5 c
doctores fugiant quæstum & quæstiones,1 timo.6 b.d
docentes placentia & fabulas,2 timo.3 b.4 a:tit.1 b.
doctrina Dei,donum,roma.12 b
doctrinam eandem tradit Paulus omnibus ecclesijs,1 cor.14 f
doctrina sana quæ sit,tit.3 a
doctrina dæmoniorum quæ sit,1 timo.4 a
doctrinam aliam afferentes quàm Christi,non sunt recipiendi,2 iohan.c:coloss.2 a
doctrina & veritas in rationali iudicij.exo.28 c
docuit Deus Israelem,deut.4 f.32 b.33 a
docendi filij verbum Dei,deut.6 b:11.c
Doeg prodit Dauidem Sauli,1 reg.22 b
Dolus non erat in ore Christi, 1 pet.2 d
dolus absit à christianis,1 pet.2 a.d
Dominus vnus Deus,deut.6 a:ephe.4 a
dominus tecum,salutatio,iudic.6 b.ruth.2 a
dominorum officium in seruus,ephe.6 b
dominari populo in timore Dei,2 reg,23 a
Domus leprosæ consideratio,leui.14 c
domus venditio,leui.25 d
domus pulchras vbi ædificauerimus, meminerimus Dei,qui dedit eas,deut.8 c
domus Domini,templum,2 reg.12 c
domus Dei,Israëliticus populus,nume.12 b
domus Dei spirituales,fideles,1 pet.2 a:4 d
domus,corpus nostrum,2 corin.5 a
domus orationis,domus Dei, matth.21 b
domesticis fidei benefaciendum,gala.6 c
Donum Dei est quòd saluamur,ephe.2 a
donum Dei est fides,matth.16 c:iohan.6 e
donum Dei est scripturas intelligere,luc.24 d.g
dona Dei sunt quæcunque habemus,vt vides de talentis, matth. 25 b
dona varia dedit Christus ascendens in cœlum,ad ædificationem ecclesiæ,ephe.4 b:2 pet.1 a
donum linguarum inferius prophetia,1 cor.14 c d.
dona Dei administremus in alterutrum,1 pet.4 c
Dormituri meditemur verbum Dei,deut.11 c
dormire pro mori,gen.47 g:1.thessa.4 b
dormientium primitiæ,Christus, 1 cor.15 c
dormientis cum ancilla punitio, leui.19 e
¶Draco magnus in cælo prœliatur cũ Michaele,apo.12 a b
draconem interficit Daniel,dan.14 e
draco diabolus,ligatus,apoc.20 a
de dragma perdita, luc. 15 b
¶Duritia populi Israelitici,deut.9 d
Dux populi Israel,Deus,deut.1 e:31 a b
duces quare mittantur à regibus,1 petr.2 c
dux incredulus prouidentiæ Dei moritur,4 reg.7 a d

E

Ebrietas regibus fugienda,prou.31 a
ab Ebrietate & crapula cauendum luc.21 f
ebrietatis incommoda,prou.23 d
ebriosi regnum Dei non possidebunt,1 cor. 6 b
ebrius Noë irridetur à filio, gen.9 c
ebrius Ela rex Israel occiditur,3 reg.16 c:item Ammõ, 2 reg. 13 f:rursum Holofernes,iudith,13 b: ad hæc Nabal ebrius post decem dies percutitur à Domino, 1.reg.25 f g
¶Ecclesia domus Dei,1 timo.3 d
ecclesia principium habuit in Ierusalem, isa.2 a:psal.47 ver.2
ecclesia sponsa Christi, psal.44
ecclesiæ fœlicitas prædicitur,& in ea peccatorum remissio, isa.33 c d
ecclesia non contendit,1 cor.11 c
ecclesia Dei concordia, isa.11 b
¶Edom quare sic dictus,gene.25 d: & eius generationes, gen.36 a
Edom negat transitum Israelitis, nume.20 c
Edom recedit à Iuda, 4 reg.8 c
Edomitæ percutiuntur ab Amasia,4 reg.14 a
de Effeminatis,3 reg.14 f 15 b 22 g:4 reg.23 b
Egenis succurrendum,prou.28 d
Egestas inobedientibus Deo,deut.28 c.
de Eglon rege Moabitarum,num.3 c: iudic.3 b
Egressio filiorum Israel ex Aegypto,exo.12 f
¶Ela rex Israël,3 reg.16 b c
Elatio Corinthiorum reprœhenditur,1 cor.4 b
Elcanæ vxores,1 reg.1 a
Eldad & Medad prophetant,num.11 f
Eleazarus filius Aaron,exo.6 d: ios.24 g
Eleazar occidit maximum elephantem,1 mach.6 c
Eleazari passio,2 macha.6 d
Electi Christiani ante creatum mundum, ephe,1 a:1 pet.1 a
electi pauci, matth.20 b.
electio ex gratia Dei,non operibus,rom.9 c
electos nemo potest accusare,rom.8 f
Eleëmosynæ faciendæ & quomodo,luc.12 d:matth.6 a
eleëmosynæ,hostia accepta,phili.4 d.
de Eleëmosyna,eccl.17 c:29 c
Elementa calore soluenda,2 pet.3 c
elementa mundi quæ dicat Paulus,gala.4 b
Eliacim qui & Ioacim, 4 reg.24 a
Eliæ prophetæ acta,à 3 reg.17.vsque 4 reg.2
Elias promissus mala.4.erat Iohannes baptista,matt.11 b.17 b
de Elia & Eliseo,luc. 4 d
Eliezer filius Moysi,exo.2 d
Elimelech Bethlemita cum vxore Noëmi,ruth.1 a
Eliphaz amicus Iob,iob,3.4.5.15
Elizabeth vxor Aaron,exo.6 d
Elizabeth vxor Zachariæ parit Iohannem,luc.1 f
Elizei acta,3 reg.19:4 reg.2 vsque 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

de Eliu amico Iob,iob,32.34.36.37
Elon iudicat Israëlem,iudic.12 d
Eloquens Aalon,exod.4 d
Eloquium Dei purum,2 reg.22 d
Elymas magnus Paulo resistens,excæcatur,act.13 b
¶Emim populus qualis,deute.2 b
Emmanuel dictus Christus,isa.7 c:matth.1 d
in Emaus proficiscuntur duo discipuli,luc.24 c
Emor occiditur à Simeone,gen.34 b
¶Enacim interficiuntur,ios.11 d:iudic.1 d
Enceniorum institutio,1 macha.4 g
Enoch filius Iared transfertur, gen.4.c.5.d
Enoch fides,heb.11 a
Enoch filius Seth,gen.4 d:vixit 905.annis,gene.5 b
¶Epænetus christianus, rom. 16 a
epaphras euangelizauit Colossensibus,coloss.1 a
ephesij Dianæ cultores,act.19 g
ephod lineo accinctus Samuel,1 reg.2 d
ephod accinctus Dauid saltat ante arcam Dei,2 reg.6 c
Ephraim genus & acta,gen.41 g. 48
ephraimitæ insurgunt in Gedeonem,iudic.8 a:item in iephte, iudic.12 a
ephrata quæ & Bethlehem,gen.35 c
epicurei & Stoici cum Paulo disputant,act.17 d
Episcopus animarum nostrarum Christus,1 pet.2 d
episcopus Timotheus,1 timo.4 d:item Titus,tit.1 b
episcopi mores, 1 timo.4 c:2 timo.1 b c:tit.2 b
epistola Christi fuerunt Corinthij, 2 corin.3 a
epistolæ pauli difficiles, 2 pet.3 d
Epulari ac lætari coram Domino, deut.16 d
epulandum nobis ob Pascha nostrum immolatum,1 cor.5 c
¶Equorum Salomonis numerus,3 reg.4 c
equos ne multiplicet sibi rex,deut.17 d
equi albi,rufi,nigri,pallidi visio,apoc.6 a.b.c
ne erubescamus Christum confiteri,luc.9 c:2 timo.1 b
ne Erubescamus patientes propter Christum,1 pet.4 d
erudiuit Deus Israëlem 40.annis,deut.8 b
¶Esau natiuitas & acta,gen.25.vsque ad 36.caput
ab esca scandalizante fratrem abstinendum,1 cor.1 d
esca spiritualis manna,1 cor.10 a
Esdras ascendit Ierosolymam,1 esdr.7 a
Est & Non, in sermonibus Pauli non fuit, neque in promissionibus Dei,2 cor.1 d
Esther reginæ acta,esth.2.4.5.7.14
esurienti Eliæ ministrat angelus,3 reg.19 a
esurijt Christus,matth.4 a
esurientibus iustitiam promittit Deus satietatem,matth.5 a
¶Ethai proselytus sequitur Dauidem,2 reg.15 d
tanquam Ethnicus sit,qui non audit ecclesiam, mat.18 c
¶Euãgelium est quod Christus mortuus pro peccatis nostris ac sepultus,resurrexerit,1 cor.15 a:ephe.1 a
euangelij diffinito, rom.1 b
euangelium pastoribus nuntiatur,luc.2 b
euangelium in Galilæa à Christo prædicatur,matth.4 e
vt euangelium prædicaret,venit Christus,marc.1 b
euangelium omni creaturæ prædicandum,marc.16 d
euangelij prædicatoribus debetur victus, matth. 10 b: 1 corint.9.a b
euangelium parit bona disidia,matth.10 d
euangelium variè suscipitur, & in paucis facit fructum,matthæi,13.a
euangelium non suscipiunt Scribæ & Pharisæi, nec sinunt vt alij illud suscipiant,matth: 23 b
in euangelij contemptores, 2 thessa.2 c
Eucharistię sacramentum quomodo sit à Christo institutum, 1 cor.11 e
ob Eucharistæ indignam sumptionem multi infirmi & mortui,1 corin.11 g
Eunice mater Timothei, 2 timo. 1 b
eunuchi non admittebantur in ecclesiam,deut.23 a
eunuchus credit Christo, act.8 e
eunuchi qui seipsos castrarunt propter euangeliũ, matt.19 b
euomuit terra Chananæos habitatores suos,leuit.18 d
eupator venit in Iudæam,2 macha.13 a
Euphrates fluuius,gene.2 c
eutychum suscitat Paulus,act.20 g
¶qui se exaltant humiliabuntur,luc.18 b
exaltabuntur qui exemplo Christi se humiliant, philipp.2 b: luc.14 c
non Exasperandus Deus,1 reg.12 c
exaudiuit Deus Eliam dando ignem,3 reg.18 f
exaudit Deus afflictos clamantes,exo.22 d
exauditur Moyses orans pro Israële, deut.9 c
excæcationis nostræ causa peccatum, isa.59 b
excelsa ædificat Ieroboam,3 reg.12 g
in excelsis immolabat populus ante templi ædificationem, 3 reg.3 a
excelsa dissipantur ab Ezechia,4 reg.18 a:item à Iosia,4 reg. 23 c:& ab Asa,2 paral.14 a
excommunicandi modus Pauli,1 cor.5 b
excommunicandus qui contemnit ecclesiam,matth.18 b
exemplar nostrum Christus,iohan.13 b:phili.2 a
exemplar vitæ & doctrinæ Pauli,philip.3 b
exemplar bonorum operum sit episcopus,tit.2 b
ad exemplar in monte monstratum iubetur Moyses omnia facere,exo.25 d
exequiæ Iacob,gene.50 b
exhortari posse,Dei donum est, roma.12 b
exhortatio vt Christum adeamus, heb.4 d.10 d
exhortemur inuicem per singulos dies,heb.3 c
Existimans se esse aliquid ob dona Dei quæ habet, seipsum seducit,gala.6 a
exorcistæ vulnerantur à diabolo,act.19 c
experientia rerum magistra,eccle.34 b
expiatio iuramenti & aliorum peccatorum,leui.5 a
expiationis dies,leui.23 c
exploratores, terræ promissionis detrahentes, occiduntur à Deo,nume.13 a.14 f:deut.1 d
exploratores mittuntur in Iericho,ios.2 a
¶Ezechiæ acta leguntur,4 reg. 18:2 para.29:isa.37.38.39
Ezechielis prophetia,in libro ipsius
Ezechielis laudes,eccl.49 b

F

Faber erat Ioseph pater Christi putatiuus,matth.13 g
Faber ferrarius primus Tubalcain,gene.4 d
faber ferrarius non erat in Israël,1 reg.13 d
fabulæ vitandæ prædicatoribus,1 timo.4 b
fabulas non sunt sequuti Apostoli,2 pet.1 c
in Fabulam vulgi fuerunt Iudæi inobedientes,deut. 28 d
faciendum alijs quod nobis fieri volumus, matth.7 b
factor noster Deus,deut.32 c
factores verbi habentur iusti,non auditores, matth.7 d: roma.2 b:iaco.1 d
Facies dei præcedit Israëlitas,exod.33 c
facie ad faciem loquutus deo Moyses,exod.33 b
vt faciem suam ostendat Deus, orandum, nume. 6 d: deuterono.31 d.e
iuxta Faciem non iudicat Deus,1 reg.16 b
fallit patrem Saulem Michol,1 reg.19 c
fallit Dauid Saulem,1 reg.20 a:item regem Achis,1 reg.27 d
Falsi prophetæ ab operibus cogniti,matth.7 c
falsum testimonium non dicendum,exod.20 c
Fama bona,prou.15 d.22 a
Fames non custodientibus præcepta Dei,leuiti.26 d: deuterono.18 b.e.32 d
fames propter peccata,3 reg.8 d
fames in Aegypto,gene.41 g.47
fames vehemens in Samaria,3 reg.18 a: item alia in qua mulier filium coctum comedit,4 reg. 6 f
fames in Ierusalem sub Sedecia,4 reg.25 a
in fame fidelis Sarepthana nutritur, 3 reg.17 c
Famem fugit Sunamitis,4 reg.8 a:item Noëmi,ruth.1 a
Famen futuram vniuerso orbi prædicit Agabus propheta, act.11 d
fames verbi Dei prædicitur,amos,5 d.8.d
Familia curanda, prou.27 d
familiam suam docuit Abraham,gene.18 c
¶Febri percutiuntur inobedientes. deut.28 c

à Febre socrus Petri sanatur,matth.8 b:item filius reguli,iohan. 4 g
Fel germinans in corde infidelis,deut.29 c
feminalibus vtitur Aaron,exod.28 g.
Feriæ à Iudæis celebrandæ,leui.23 a
fermentum non erat in oblationibus, leui.2 d
Fermentum non edebatur diebus Paschæ,exod.12 c:13 a.b
fermenti parabola,matth.13 d
fermentum pro pestilenti doctrina,matth.16 a
fermentum veteris malitiæ expurgandum,1 corint.5 c
Ferrum natare fecit Eliseus,4 reg.6.a.b
ferreum iugum inobedientibus, deut.28 c
Festa anni tria,leui.23 a:exod.34 c:deut.16 a
festiuitates Iudæorum quare reijcit Deus, amos,5 f
festo die quare non captus Christus, matth.26 a
Festuca in oculo fratris, matth.7 a
¶Fici parabola,matth.21 b.24 c:luc.13 b
Fides quid sit,heb.11 a
fides adhibenda verbo Dei,heb.4 a
fides ex auditu verbi Dei,rom.10 c
fides Abrahæ in promissiones Dei, gene.24 a
fides necessaria accedenti ad Christum,heb.11 b
fide purificantur corda,act.15.b:iohan.15 a
fidei finis salus animarum,1 petr.1 b
fide resistimus diabolo,1 pet.5 c
fidei scutum in omnibus habeamus,ephe.6 c
[illegible] a
fides sine operibus mortua,iaco.2 c
fides se exerat per opera,2 pet.1 b
fidem demonstrant opera,phili.1 a: iohan.2 a
fides charitatem habeat,1 timo.1 a
fidem imitemur Apostolorum,heb.13 b
fidę quid fecerint ac passi sint patres,heb.11 f.g: & ibi multa de fide,
fidem sibi adaugeri orant Apostoli,luc.17 b
pro Fide Petri orauit Christus,luc.22 c
fide accipimus quod petimus,matth.21 b
fide plena accedamus ad Christum,heb.10 d
ad Fidem exhortemur inuicem,heb.3 c
fidei probatio est afflictio,1 petr.1 b
in Fide perseuerandum.coloss.1 c
fideles omnes sunt vnum corpus, rom.12 a
fideles sunt domus Dei,1 pet.4 d:heb.3 d
fidelis manet Deus in promissis,1 corint.1 b
fidelitas in ministris verbi,1 corin.4 a
Fidentes in homine, maledicti,iere.17 a
cum Fiducia Christum adeamus,heb.4 d
Figmentum non conqueritur aduersus figulum,rom.9 b
figulus facit ex luto quod vult,ierem.18 a:isa.45 b
figura mundi præterit,1 cor.7 e
Filium suum lactat Anna,1 reg. 1 d
filij castigandi,prouer.13 d.29 e
filij Israël habitarunt in Aegypto 430.annis,exod.12 f
filij non occidendi pro patribus,deut.24 c: 4 reg.14 b: ezech. 18 c
filij docendi mysterium Paschæ, exo.12 d
filium suum Salomonem tradit Dauid in manus Nathã prophetæ,2 reg.12 f
filij inobedientis pœna,deut.21 d
filiorum officium erga parentes,ephe.6 a
filios consecrant idolis Israëlitæ,4 reg.17 c
filij Abrahæ,fideles,rom.9 b
in Filios Dei adoptari sumus,ephe.1 a
[illegible] d
de Filio prodigo parabola,luc.15 c
filiorum duorum parabola,matth.21 c
filij Dei sunt qui spiritu Dei aguntur,rom.8 c
filia prudens,viro suo hæreditas,eccl.22 a
filiam luxuriosam oportet obseruare, eccl.42 b
fimbriæ per angulos vestimenti,nume.15 d
fimbriæ vestimenti Christi tactu sanatur mulier,matth.9 c
fimbriæ vestimenti Christi tactu sanantur infirmi,matth.14 d
fingit Dauid insaniam,1 reg.21 a. d
fingit Samuel quòd immolet.1 reg.16 a
Finis hominis insperatus,eccl.9 c
finis omnium appropinquauit,1 pet.4 b
Firmamenti creatio,gene.1 a
¶Flagellatur Christus,matth.27 c
flagellatur Paulus,act.16 f.e
flagellantur Apostoli,act.5 g
flagellantur præfecti filiorum Israël,exod.5 c
Flet Iesus,iohan.11 d:luc.19 f
flentes beati,& quare,luc.6 d
flendum cum flentibus, rom. 12 d
fluuius irrigans paradisum,gene.2 d
¶Fœcundam facit Deus Liam,gene.29 b
fœdus Dei cum Noë,gene.6 c.9 b.c
fœlicitate nescit vti stultus,prouer.26 a
fœnum dat Deus iumentis timentium se,deut.11 b
non Fœnerandum fratri,deut.23 d
folio volante terrentur,Deo non obtemperantes: leui.26 f
fons irrigans terram,gene.2 a
fons gratiæ & veritatis,Christus,Zacha.13 a
formidolosi non procedant ad bellum,deut.20 b
fornax ferrea,Aegyptus,deut.4 c
fornicatio vitanda,1 cor.10 b:1 thessa.4 a
fornicatio ne nominanda quidem,ephe.5 a
fornicatorem excommunicat Paulus,1 cor.4 a
fornicationes morte puniendæ,quæ,leui.18 a.20 b
fornicatores regnum Dei non possidebunt, 1 cor.6 b
fornicatrix comburebatur,gene.38 f
fornicator Zamri occisus à Phinees,nume.25 a
fornicari cum dijs alienis,exo.34 b
fortis Deus noster,2 reg.22 a
fortitudo Dei ostensa in Pharaone,exo.9 c
fortitudo nostra Deus,exo.15 a
fortitudinem aufert Deus inobedientibus,deut.28 b
quod Fortunæ vulgo tribuitur, scriptura ad Deum refert, vt patet,exo.21 c
fractio panis,act.2 g
fratris mortui absque liberis vxorem,accipiebat alter frater, gene.38 b:deut.25 b
frater abducens à fide,occidendus,deut.13 b
fratris nomine compellat Iacob ignotos,gene.29 a
fratres suos dicit nos Christus, heb.2 c
pro fratribus animas ponere debemus,1 iohan.2 b
fratres sunt omnes christiani,matth.23 a
inter Fratres primogenitus Christus,rom.8 f
fratri peccanti remittendum,matth.18 c
fraternitatem diligamus,rom.12 c:1 pet.1 d
fratres siue cognati Christi non credunt in eum, iohan.7 a
fraudulenti non saluabuntur,1 cor.6 b
fraus ferenda,non inferenda,1 cor.6 b
à Fructibus cognoscitur arbor,matth.7 c
fructus iustitiæ & peccati,rom.6 d
fructificemus Deo per opera,roma.7 a
ad Frugalitatem adhortatio,prouer.27 d
fruges consumuntur inobedientibus,deut.28 d
frumentum dat Deus diligentibus se,deut.11 b
¶Fugiendum si persequantur nos,matth.10 c
fugit Paulus ne lapidetur,act.14 a
furis pœna,exod.22 a
fugit Elias Iezabel,3 reg.19 a
fugiunt Christi discipuli,dum ille à Iudæis capitur,luc.22 c
cum Fure non versandum,prouer.24 d
furtum non faciendum,exo.20 c
fures non saluabuntur,1 cor.6 b
fures laborent manibus,& quare,ephe.4 f
furis parabola,matth.24 d:luc.12 e
fures & latrones vocat Christus Pharisæos,iohan.10 b
Furore mentis percutit Deus inobedientes,deut.28 c

G

Gaal filij Obed acta,iudic.9
Gabaa Beniamin ædificatur,3 reg.15 c
Gabaonitarum calliditas,ios.9
Gabaonitæ à quinq; regibus obsessi,à Iosue liberãtur, ios.10
Gabelus venit ad nuptias Tobiæ,tob.9 c
Gabriel salutat Mariam,luc.1 c

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gad filius Iacob,gene.30 b.49 c:ioſ.22 a
Gad propheta,1 reg.22 a:2 reg.24 b
Galaad mons quare ſic dictus,gene.31 a
Galatas inſenſatos Paulus vocat,gala.3 a
de Gallina pullos congregante,matth.23 d
Galilæi Chriſtum ſuſcipiunt,iohan.4 f
Gamalielis conſilium pro Apoſtolis,act.5 f
Garizim mons ad benedicendum,deut.27 b
in Gaudio ſeruiendum Deo,deut.28 e
gaudent Apoſtoli ſe affligi propter Chriſtum,act.5 g
gaudendum in Domino,coloſſ.4 a
gaudendum cum gaudentibus,rom.12 c
gaudium à Spiritu ſancto,rom.14 c
vt Gauderemus venit Chriſtus,iohan.17 b
gaudium cordis prorogat vitam,eccl.30 d
gazam vrbem capit Iudas, iudic.1 d
Gazer vrbs expugnata à Ioſue,ioſ.10 f
gedeonis acta leguntur, iudic.6.7.8
in Gehenna ignis perpetuus,marc.9 g
Gehon fluuius,gene.2 c
Gemunt filij Dei,& quare,rom.8 d
Genuit nos Deus,deut.32 c
Generandi vim dedit Deus omnibus quæ ſuper terram ſunt, gene.1.& 9 b
Gentes in gloriam Dei creatæ,deut.26 d
gentes & populos diuiſit Deus per regiones,deut.32 a
gentium ſocietatem prohibet Deus Iudæis,deut.7 a
ne Gentium opera imitemur,ephe.4 d
gentes peccatores,gala.2 c
gentium conuerſatio ante fidem,ephe.2 a
gentes dicuntur canes à Chriſto,matth.15 c
gentes dimiſit Deus agere quod vellent,dans tamen eis pluuias,&c.vſque ad tempus,act.14 c
gentium electio,pſal.17.verſu 48.pſal.2.ver.8
gentium conuerſio,iſa.2 a
gentium vocatio per prædicationem,iſa.66 f
gentes conuertit Deus,act.11 c.14 d
gentium ingreſſus in eccleſiam,matth.8 b.12 b:luc.2 e:actorum 2 f.28 g
gentium ingreſſus fuerunt Samaritani,iohan.4
gentiũ miniſter & doctor Paulus,rom.15 d:gal.1 c:1 timo.2 b
gentibus datur Spiritus ſanctus,act.10 g
gentes conciues ſanctis,ephe.2 d
gentes ne glorientur ob ſuam electionem,roma.11 c
gentes meminerint quales fuerint,ephe.2 c
gentes ex pura miſericordia laudant Deum, Iudæi verò ex promiſsionibus,pſal.116.rom.15 b
ex Gentibus plures Chriſto credunt quàm ex Iudæis,iſa.54 a
¶Giezi famulus Eliſei lepra percutitur,4 reg.5.f.g
gigantes in terra Chanáan,nume.13 d
gigantes viri potentes,gene.6 a
¶Gladio percutientes gladio peribunt,matth.26 e
gladij ius,gene.9 a:exo.21 b.c:leuit.24 e
gladium quare portat magiſtratus,roma.13 b
gladius ſpiritus aſſumendus, ephe.6 c
Gloria Domini in nube,exod.16 b
gloria Domini impletur templum,3 reg.8 b
in gloriam Domini electus Iſraël,deut.26 d
in Gloriam Dei infirmatur Lazarus,iohan.11 a
gloria ſoli Deo debetur,philip.4 d
in Gloriam Dei omnia faciat fidelis,1 cor.9 g
gloria poſt tribulationes,1 pet.1 b
gloriam non quæſiuit Paulus,1 theſſ.2 a
gloriæ inanis cupiditas fugienda,gala.5 d
gloriam abinuicem quærentes non poſſunt Chriſto credere, iohan.5 f g.12 f
non Gloriandum in ſuis viribus aut in dono accepto,1 corinth.4 b.11 b
gloriandum in Dei cognitione,iere.9 f
vt glorificetur Deus,fiant opera noſtra,matth.5 b
glorificandus Deus,exod.15 a: deut.28 f
¶Godolias moritur,4 reg.25 f.iere.41 a
Gog interitus,ezech.28 g
Goliath interficitur à Dauide, 1 reg. 17 f
Gomor quæ menſura ſit.exod.16 g
Gomorrha comburitur,gen.19 e
¶Gradus affinitatis in lege prohibiti,leui.18 a
græci ſapientiam quærunt,1 corin.1 c
de Grano frumenti cadente in terram,iohan.12 d
Gratia Dei redemptio,rom.7 d:ephe.1 b
gratia Dei ſaluamur,ephe.2 a
gratiæ Deo agendæ poſt cibum,deut.8 b:matth.26 c
gratias agit Chriſtus,matth.14 b
gratiæ Deo ſemper agendæ,ephe.5 a
gratis communicandum euangelium,matth.10 a
Gregem paſcens de lacte gregis manducat,1 cor.9 a
greges multiplicantur ſeruantibus præcepta,deut.28 a
¶Gula opus tenebrarum, rom.13 d

H

Habacuc paſcit Danielem,dan.14 f
Habacuc Deo conqueritur de proſperitate malorum, habac.1 a
Habitant fideles confidenter,deut.33 d
habitaculum Dei terra Chanáan,exod.15 d
habitaculum Dei facti Chriſtiani per Spiritum ſanctum, ephe. 2 d
Hæreditas Leuitarum Deus,deut.18 a
de Hæreditate mortui abſque maſculo,num.27 b
hæreditas Dei populus Iſraël,exod.15 b
hæreditas cęleſtis datur ex promiſsione & operibus,gal.3 c: matth.25 d:tit.3 b:1 pet.1 a
hæres vniuerſorum Chriſtus,heb.1 a:luc.2 c
hæreditatem non vult Chriſtus diuidere inter fratres, luc. 12 b
Hæreſes oportet eſſe,& quare,1 corint.11 d
hæretici vitandi,tit.3 c
hæreſis Phariſæorum,pro ſecta bona,act.26 a
Hai vrbs exploratur,ac poſtea ſuccenditur, ioſ.7.8
Haliætum non comedunt Iudæi,deut.14 b
Hananiæ falſa prophetia,iere.28 a
Hanon iniuria in ſeruos Dauid,2 reg.10 a.c
in Haran qui & Charan moritur Thare,gen.11 d
Hazaëlis regis Syriæ acta,3 reg.19.vſque 4 reg.13
¶Hebal mons ad maledicendum,deut.27 b
Hebdomadarum ſolennitas,exo.34 c
hebdomadarum 70.viſio,dan.9 f
Heber naſcitur,gen.10 d.11 c
Hebræum ſe iactat Paulus,2 cor.11 c
Hebron quæ & Arbee,gen.35 d
Hebron expugnatur à Ioſue,omniaque occiduntur cum rege ipſorum,ioſ.10 f
Heli ſacerdos iudicauit Iſraël 40.annis,1 reg.1.2.3.4
Heman cantor,1 para.6 c
Hemor occiditur à Simeone,gen.34 d
Henoc filius Cain,gen.4 c
Henoch filius Iared tranſlatus à Deo,gen.5 d
Her filius Iudæ occiditur à Deo,gen.38 b
Herbæ verbo Dei creantur,gen.1 b
Hermon mons qui & Sarion & Sanir,deut.3 b
Herodes Aſcalonita occidit innocentes, matth.2 e
Hærodes Antypæ opinio de Ieſu,matth.14 a
Herodes hic natalem ſuum celebrat, marc.6 c
Herodem vocat Chriſtus vulpem, luc.13 g
Herodes & ipſius exercitus ſpernunt Chriſtum,luc. 22 b
Herodes Agrippa occiſo Iacobo Petrum recludit in carcere, act.12 a
Herodes hic à vermibus conſumptus expirat,act.12 d
Hethæi penitus delendi,deut.20 d
Heua ſeducitur à ſerpente,gen.3 a:1 corint.11 a
Heuæos iubet Deus deleri,deut.20 d
Heuæus induratus à Deo reſiſtit Iſraëli,ioſ.11 d
Hilarem datorem diligit Deus,2 corint.9 b
in Hilaritate miſerendum,roma.12 b
Hiram regis Tyri acta,2 reg.5:3 reg.5 2.9 b
Hiram artifex ærarius eximius,3 reg.7 b
Hircus peccatis populi onuſtus,in deſerta emiſſus,leuit.16 e
¶Hobab qui & Raguel,ſocer Moyſi, num.10 d
Hœdus in lacte matris non coquendus,exod.23 d

Hœdi à Chriſto vocantur maledicti,matth.25 e
Holocauſti lex,leuit.6 a
holocauſtum deuorat ignis à Domino,leuit.9 d
Holoferrnis acta ſcribuntur,iudith,7.vſque ad 15 cap.
homicidij vltor Deus, gene.9 a
homicidij lex nume.35 b:exod.21 b
homicida voluntarius occidendus, nõ autem inuoluntarius, deut.19 a.b
homicida diabolus ab initio,iohan.8 f
homicida qui fratrem odit,iohan.3 c
homo ad imaginem Dei factus,gene.1 d
homini formato datur anima viuens,gen.2 d
homo puluis,geneſ.3 d
homini dat Deus vim generandi,gene.1 d
homini prouidet Deus de victu, gene.1 d
homo addicitur labori,gene.3 a
homini omnia ſubiecta,gene.1 d.9 a
homo in manu Dei,vt lutum in manu figuli,iere.18 a
hominis fragilitas prædicatur, iſa.40 b
hominis cor nouit Chriſtus,iohan.2 d
homines natura filij iræ,ephe.2 a
homo diuiditur in ſpiritum,animam & corpus,1 theſſa.5 d
homo primus,Adam:ſecundus Chriſtus.1 corint.15 f
homo Dei Moyſes,deut.13 a:ioſ.14 b
homo exterior corpus,2 corin.4 d
Honor tribuendus cui debetur,rom.13 c
honor credentibus in Chriſtum,1 pet.2 b
honoremus omnes propter Deum,1 pet.2 d
honore inuicem præueniamus,rom.12 c
Honorificans Deum,eique fidens,honoratur ab eo,1 reg. 2 f
honorificat patrem Chriſtus,iohan.8 f
Horæ diei duodecim,iohan.11 b
horeb mons,qui & Sinai,deute.1 a
horrea benedicuntur obedientibus Deo,deut.28 a
horrendum incidere in manus Dei,heb.10 e
horræi expulſi à filijs Eſau,deut.2 c
hoſpitales ſimus inuicem,rom.12 a
hoſpitalitas Abrahæ & Lot.gene.18 a.19 a
hoſpitalis Martha Chriſtum ſuſcipit,luc.10 g
de Hoſtijs varijs,lege Leuiticum
hoſtia munda Gentium,mala.1 c
hoſtiæ & munera Chriſtum ſignificabant, heb. 9 c.f
hoſtiam obtulit Chriſtus ſeipſum,heb.7 d
hoſtias reijcit Deus vnica Chriſti hoſtia contentus, heb.10 b
hoſtia laudis offeratur per Chriſtum,heb.13 c
hoſtibus tradit Deus inobedientes,deut.28 c
hoſtibus ſuis vindictam retribuit Deus, deut.32 f
¶Humanæ vitæ vanitas,pſal.38.verſ.8.9
humilitatis laus,prou.10 c
humilibus & inferioribus ſe accommodandum,rom.12 d
humiles & coram mundo abiectos exaltat Deus,luc.1 e
humilium & afflictorum conſolator Deus,2 cor.1 a
qui ſe Humiliat exaltabitur,matth.23 b
humilibus dat Deus gratiam,1 pet.5 b
humiliemur ſub potenti manu Dei,1 pet.5 b
ad Humilitatem cordis inuitat Chriſtus,mat.11 d:luc.14 b:ſic & Paulus, ephe.4 a
¶Hydropicus ſabbato ſanatur à Chriſto,luc.14 a
Hypocriſis,prouer.12 c.30 b
hypocritarum cæcitas,malac.3 b
hypocritæ Iudæi conuincuntur,iere.2 c
Hyſſopi faſciculus,exod.12 d

I

Iabel inuenit tentoria,gen.4 d
Iabes Galaad habitatores,iud.21 b:1 reg.11 a:31 d
Iabin rex Chanaan,iud.4 a
Iacob natiuitas & acta,gene.25 vſque 49
Iacob dilectus à Deo,rom.9 c:malac.1 a
Iacobi & Iohannis vocatio, matth.4 d
Iacobo viſus Chriſtus poſt reſurrectionem,1 corint.15 b
Iacobus frater Iohannis occiditur, act.12 a
Iactantia fugienda,prouer.25 a
Iahaziel propheta,2 paral.20 c
Iahel vxor Haber occidit Siſaram,iudic.4 c
Iair iudex Iſraël,iudic.10 a
Iairi principis ſynagogæ filiam ſuſcitat Chriſtus,matth.9 c
Iannes & Mambres reſtiterunt Moyſi,2 timo.3 b
Iaphet generatio,gene.9 d.10 a
Iared ætas 962. anni,gen.5 a
¶Ibin non comedunt Iudæi,deut.14 b
¶Ichabod naſcitur,1 reg.4 d
in Iconio prædicat Paulus,act.14 a
in Ictu oculi reſurgent mortui,1 cor.15 g
¶Idòla Gentium ſtulta,iſa.46 a
idòla vnde traxerint originem,ſap.14 b
idolorum nulla potentia,iſa.44 b:1 corint.8 a
idòlum non faciendum, leuit.26 a
idòla fugienda,deut.18 b
idolorum ac idololatrarum ſubſannatio,ſap.13 c.d.15b:iſa.40 e.41 f.44.b.c
idololatra occidendus,exod.22 c
idololatriæ mala,ſap.14 d
idololatriæ abominationes, ezec.8 b
idololatriam omnem abijciamus,1 cor.10 b
idololatræ non ſaluabuntur,1 cor.6 b c
de Idolothytis,1 corin.8.b.c
Idumæi non abominandi, deut.23 a
Idumææ vaſtatio, amos,1 c:iſa.21 c
¶Iebus quæ & Ieruſalem,ioſ.18 d
Iebuſæos vult Deus penitus deleri,deut.20 d
Iehu regis Iſraël acta,3 reg.19 vſque 4.reg.10 g.15 c
Iehu propheta occiditur à Baaſa,4 reg.16 a
Ieiunium quomodo faciendum, matth.6 b
ieiunium quod optat dominus,iſa.58 b
ieiunio & oratione eijcitur dæmonium,matth.17 c
ieiunium ſine operibus miſericordiæ non eſt gratum,Zacha. 7 b.c:iſa.58 a.b
ieiunium prædicat Ioſaphat populo,2 para.20 a
ieiunio animam ſuam humiliauit Chriſtus,pſal.34 verſ.16
ieiunauit Chriſtus 40.diebus,matth.4 a:ſimiliter Moyſes, exod:34 d:item Elias,3 reg.19 b
ieiunant & orant Paulus & Barnabas, act. 14 d:ieiunant & Iſraëlitæ,iudic.20 d:item Dauid,2 reg.1 b. & 12 d: viri Iabes,1.reg.31.b:Achab.3.reg.21.b:Iudith,8 d:Eſther.4 d:Sara. Tob. 3 b:Anna vidua, luc. 2 e: Eſdras,1.eſdr.8 d Niniuitæ,ion.3 b
quòd non Ieiunent reprehenduntur Apoſtoli à Phariſæis, matth.9 b
ieiunium proprium non obijciendum Deo,iſa.58 a
Iephte acta,iudic.11 12
Ieremiæ genus & acta leges in prophetia ipſius
Ieremiæ perſecutio,eccl.49 b
in Iericho mittuntur exploratores,ioſ. 2 b
Iericho deſtruitur,ioſ.6 a
Iericho vrbem reædificauit Hiel,3 reg.16 g
Ierobaal quare vocatus Gedeon,iud.6 f
Ieroboam acta,à 3 reg.11 c. vſque ad 15.caput
Ieroboam idololatria,eccl.47 d
Ieruſalem quę & Iebus,ioſ.15 b:expugnatur à Iuda,iudic.1 b
contrà Ieruſalem prophetant Iſaias,Ieremias & Ezechiel
Ieruſalem transfertur in Babylonem,4 reg.24 c
Ieruſalem reſtauratur,2 eſdr.3 a
in Ieruſalem moriturus Chriſtus,luc.13 c
Ieruſalem Chriſtus ingreditur,matth.23 d
Ieruſalem futurum excidium ob contemptum Chriſtum, matth.23 d
Ieruſalem deplorat Chriſtus,matth.23 d
Ieruſalem ciuitas noua,pſal.86:apoc.3 c.21 a
Ieruſalem ſuperna & cæleſtis,gala.4 d
Ieſus filius Ioſedech,zach.3 a
Ieſus Chriſti & Meſsiæ nomen,matt.1 c:luc.1 c
ad Ieſu nomen omnia ſe ſubijciunt, philip.2 b
Ieſum ore confiteri oportet,rom.10 b
Iethro ſocer Moyſi,exod.3 a.18 a
Iezabel impiæ acta,3 reg.16.18.19.21:4 reg.9 f.g
¶de Igne egreſſo aceruos frugum comburente,exo.22 a
de Igne in puteo recondito,2 mach.1 d
per Ignẽ filios conſecrant Iudęi,4 reg.17 c:idem facit Achaz.

Universidad de Deusto
Biblioteca

4 reg.16.a:quod prohibetur,deut.18 b
ignis non accendebatur in sabbatho,exod.35 a
ignis perpetuus, leui.6 b
ignis consumpturus aduersarios fidei,heb.10 e
ignis columna deducens Israelem,exod.40 d
ignis consumens Deus,deut.4 d
ignea lex,deut. 33 a
igneis serpentibus percussi Israelitæ,nume 21 b
igneo curru tollitur Elias, 4 reg.2 b
Ignobiles qui Deum contemnunt,1 reg.2 f
ignobilia mundi elegit Deus,1.cor. 1 d
Ignoti habiti Apostoli cum maximè noti essent Deo, 2.corinth. 6 b
¶Illuditur Christus,matth.27 c
¶imago nulla visa quum daretur lex, deut.4 c
imagines Gentium subuerti præcidit Deus,deut.7 a
ad Imaginem Dei factus homo,gene.1 d
imago Dei Christus,2.Cor.4 a
imago Dei & gloria,vir.1.cor. 11 b
Imitandus Deus, ephe.5 a
imitator Christi Paulus, 1.cor.4 d
imitari Paulum quomodo oporteat,2.thessa.3 b
immaculata Dei via, 2.reg.22 c
Immisericordes Socothitę & Phanuelitę puniuntur,iud.8 e
Immolans dijs occidatur, exod.22 c
immortalis Deus, 1 timo.6 c
immortalis fuisset Adam si de ligno scientiæ non edisset, gene.2 c.3 d
Immunda animalia,deut.14 a:leuit.11 a
immundum non tangendi lex,nume.19 c
immunditia omnis ne nominanda quidem,ephe.5 a
Imperium Dei contemnentes puniuntur,nume.14 g
imperium datum Christo,1.reg.2 b
Impius non credens euangelio,1.pet.4 d
impij & infidelis descriptio, psal.1
impiorum prosperitas ac repentinus interitus,iob.21.a.b
impij dicuntur à Christo scandala,matth.13 f
impij Christum negantes quales sint,iudæ,b.d.e
impiorum gemitus in extremo iudicio,sap.5 a.b
impiorum nouissima,psal.72.versu 18
impiorum cæcitas,isa.27 b
¶incantatores nulli sint , deut.18 b
incantatores Pharaonis à Deo percussi,exod. 9 b
Incarnatio Christi,gaudium fidelium, isa.4 a
incedit Deus aduersum nos,quando punit,leui.26 d.e
incensa, orationes sanctorum, apoc.8 a
de incessus custodia,prou. 4 d
incestus Lot cum filiabus,gene. 19 g
incidebant se sacerdotes Baal,3.reg.18 e
incircuncisus non manducat Phase,exo.12 g
incircuncisa mens,leui.26 f
incircuncisus labijs Moyses,exo.6 b
inclinanda corda ad Deum,ios.24 f
inconstantia,vbi contentio,iaco.3 d
incredulitate abiecti Iudæi,roma.11 c
increduli non ingredientur regnum,hebr. 3 d
incredulitatem Apostolorum increpat Christus,mar.16 c
incredulitatem suam vt adiuuet,orat Christum pater dæmoniaci.mar. 9 d
increduli Nazaræi, matth. 13 h
indignatio tollenda à nobis,ephe. 4 g
indulgentia Heli erga liberos,1.reg.2 f.3 c
induimus Christum per baptismum, gala.3 d
vt induamus Christum exhortatio,rom.13 d
ne induremus corda nostra aduersus proximum,deut. 15 b
indurat Deus quem vult,rom. 9 d
indurauit Deus Heuæos,ios.11 d
indurauit Deus cor Pharaonis,exo. 7. 8. 9. 11.14.18
induratur à Deo cor Sehon,deut.2 f
per infamiam & bonam famam exhibeamus nos Dei ministros,2.corin.6 b
sicut infantes modò geniti simus,1.pet.2 a
infantibus similes nos esse oportet,matth.19 b
infernus describitur,isa.20 g
inferorum potestates non præualent fidei,matth.16 c
infidelium mentes à satana excæcatæ,2.corin.4 a
cum infidelibus nullum commercium habendum,2.cor. c
infirmitates inobedientibus Deo,deut.7 c:28.d:exod.15.g 23 e
infirmitates non inducit Dominus ijs qui custodiunt præcepta ipsius,deut.7 c
in infirmitate Deus orandus,eccli.38 a
infirmus fide olus manducat,rom.14 a
infirmi fide tolerandi,rom.14.a:1.cor.8.c.d:1. thess. 5 c
infirmitatibus nostris compatitur Christus,heb. 4 d
in firmitates ob peccata immitti,iohan.5.c:matth.9 a
infirmitates ad solam Dei gloriâ quandoq; immittuntur iohan.9.a.11.a
infirmus presbyteros accersat,iaco. 5 c
infœcunda nulla,si obediatur Deo,exo.23 e
ingemiscit omnis creatura,rom.8 d
ingratitudo Laban,gen.31.a:itè pincernæ Pharaonis,ge.40.d:filiorum Ammon,1.reg.10.a:Saulis, 1.reg.19.d:Nabal,1: reg.25.b: Iudæorũ,ezech.20.a:isa.1.a:mich.6.a:osee,13.b. Ierusalem,ezech.16.b:matth.23 d
ingredi viam vniuersæ terræ,pro mori,3.reg.2 a
inimici diligendi,matth.5.g:prou.25 c
de inimici malo non gaudendum,prou.24 c
inimicum non vlciscitur Dauid,2.reg.16.c: parcit & inimico Sauli,1.reg.24.b.26 a
inimicos cibat rex Israel,4.reg.6 e
pro inimicis orat Christus,luc.23 e
inimicos suos reconciliauit sibi Deus colos. 1 c
iniquitates aufert Deus,deut.34.a.b
iniquitates hominum describit Iob,iob 24 a
super iniquitate non gaudet charitas,1.cor.13 b
iniqui non saluabuntur,1.cor. 6 b
iniuria propria non vlciscenda,matth.5 f
iniuriæ ne simus memores,leuit.19 d
iniuriam Ioseph remisit fratribus,gen.45.b.50 c
iniuriam Semei fert Dauid,2. reg.16 b
iniustitiam abominatur Deus, deu. 25 d
innocens nullus apud Deum,exo.34 a
innocentia Samuelis,1.reg.12 a
innocentiam suam ostendit Iob,iob,31.a
inobediens sacerdoti punitur,deut.17 c
inobedientibus verbo Dei maledictio, deuterono. 28. b: 3. regum,13 d.e
inobedientia Adæ nos peccatores constituit,rom.5 d
insatiabilia tria,& quartum inexplebile,prou. 30 c
insons non occidendus,exo. 23 a
vt intelligant Iudæi optat Deus,deut.32 d
intelligentia replentur artifices,exo. 31 a
cor intelligens Dei erga se beneficia,deut.29 a
intercedit Abraham pro Sodomitis,gen. 18 c
intercessor noster,Christus,rom.8 g
interficiuntur idololatræ à Leuitis,exo.32 f
interpretatio somniorum est Dei,gene.40 b
interpretatio,donum Dei est,& à spiritu Dei,1.cor.12 b: 14 c
interrogandus Deus in infirmitatibus,4 reg.1 d
inuident Palæsthini puteos Abrahæ,gene.26 c
inuidi filij Laban ob diuitias Iacob, gene.31 a
inuidia filiorum Iacob in Ioseph fratrem, gene.37 b
inuidet Saul laudem victoriæ Dauidi tribui,1.reg.18 b
inuidi fugiendi,prou.23 a
inuidet nemini charitas,1.cor.13 b
inuidia reijcienda,gala.5 d: 1. pet.2 a
inuocatus Deus in tribulatione exaudit,2.reg.22 a
inuocantibus Deum,salus,roma.10 c
inuocandus Deus corde puro, 2 tim. 2 d
inuocare nomen Dei super aliquem,nume.6 d
inuocantes Baal irridet Elias,3.reg. 18 c
¶Ioab principis militię Dauid acta,2.reg,3.c.11 c.14 a c.18 b c.19 a: 3.reg.1 a.2 a. b c
Ioachaz acta,4.reg.10.13.23
Ioachim succedit fratri Ioacim,4 reg.24 a
Ioas pater Gedeonis.iudic. 6 f
Ioas filius Ochoziæ,& Iaas filius Ioachaz, 4 reg. 11.12.13.14

Ioatham

Ioathan filius Gedeonis, iudic.9 a.b
Ioathan regnat pro Azaria,4.reg.15 b f g
Iob vitam et acta habes in libro ipsius: cuius patientiam imitari debemus,iacob.5 c
Iochabed vxor Amram,exo.6 c
Iohanan acta,iere.40.41.42.43
Iohanna vxor Chusæ Christum sequitur,luc.8 a
Iohannis baptistæ natiuitas,acta & mors,luc.1.3: matth.3.11 marc.6:iohan.1.3
Iohannes hortatur ad pœnitentiam, Christũ venisse Saluatorem annuntians, matth.3 a
Iohañes Euangelista & Iacobus vocãtur à Christo,matt.4 d
Iohannes et Iacobus cupiunt vt ignis in Samaritanos descẽdat.luc.9 g
de hoc Iohanne multa apud Euangelistas,itẽ in Apocalypsi, & in epistolis ipsius
Iohannes Marcus minister Pauli,act.13 a
de Ioiada pontifice,vide 4 reg.11 a.d
Ionadab filius Semmaa prudens secundũ carnem,2.reg.13 a
Ionadab filius Rechab,pius,4.reg.10 d
de Iona vide ipsius prophetiam.
Ionæ signo ostendit Christus se tertio die resurrecturum, matth. 12 a
Ionathan filius Gerson,iudic.18 g
Ionathæ filij Saulis acta & mors,1.reg.14. 18.19.20.31
Ionathas frater Iudæ dux Iudæorum,1.mach.9.11.12
Ioppitarum facinus in Iudæos,2.macha.12 a
Ioram regis Iudæ acta,3.reg.22:4 reg.8 e.f
Ioram frater Ochoziæ,4 reg.1.d
Ioram filius Achab impius,4 reg.2.6. 8.9
Iordanis terra irrigua,gene.13:c
per Iordanem siccum transeunt filij Israel,ios.3 d
in Iordane lauatur Naaman, 4 reg. 5 d
Iosaphat pius rex Iuda,3.reg.15.22:4.reg. 3 d
Ioseph filij Iacob acta à 30.gene.ca. vsque ad finem libri
Ioseph fides,heb.11 d: eiusq; cõmendatio,eccli. 49 d
Ioseph ab Arimathæa discipulus Christi,matth. 27 g
Ioseph cognominatus Barsabas,act.4 g
Iosiæ regis Iudæ prænuntiatio,acta & mors,3. regum.13 a:4 regum 21.d.22.23
Iosue acta vide,exo.17 c.24 d.32 d:nume.11.f.13.14: de ut.1. f. & toto libro Iosue
Iosue laudes,eccli.46 a
Iram Dei timens Moyses orat pro populo, deut.9 c
ira Dei super omnes desæuit vno peccante,ios.22 d
iram furoris Dei facere,1.reg.28 c
iratus Deus claudit cælum,deut.11 b
iræ Dei in populum causa,deut.29 d
ira Dei super incredulos,colos.3 b
ira Dei filij sumus natura,ephe.2 a
ab ira ventura liberati sumus per Christum.1.thess. 1 d
ad iram & ad loquendum tardi simus,iaco.1 c
ira abiicienda,rom. 12 d
ad iram prouocarunt Deum Iudæi, nume.11 a.16 a.21 a: deutero.9 b d. 32 c
qui irascitur fratri reus est iudicio,matth.5 c
cum iracundo non sit tibi amicitia.prou.22 d
cum iracundo non rixandum,eccli.8 d
ire ad patres,pro mori,gene.15 c
ire vel venire ad Christum.credere ei,iohan.6 d
iris in nubibus,gene. 9 c
irridet Elias deum Baal,3.reg.18 e
irridentes pueri Elisæum,deuorantur, 4.reg.2 d
irridetur Christus,iohan.19 a
non irritatur charitas,1.corint.13 b
¶Isaac filij Abrahæ prænuntiatio,natiuitas & acta, gen.15 a 17 c.18 b.& 21 vsque ad 27 caput
Isaac commendatio,eccli.44 c
Isai pater Dauidis,ruth.4 d: 1 reg.16.17 b:1 para.2 b
Isaiæ prophetæ acta,4.reg.19.20:isa.1.6
Iboseth acta & mors,2.reg.2.3.4
Ismaëlis vita,gene.16.17.21.25
Israëlem vocat Deus Iacob,gene.32 g
Israëlitarum seu Iudæorum vita describitur quinque libris Moysi,Iosue,iudicum,regum,Esdræ & Machabæorum
Israël quare in populum Dei assumptus, & quare eiectus, ierem. 13 b
Israelis vltima conuersio & exaltatio,osee.2 c:sophonię.3 b: mich.5 c
qui Israelitæ veri,roma. 9 b
Israel Dei,christiani,gal.6 d
Israelita verus Nathanael, ioan. 1 g
Israel est inexcusabilis,rom.10 d
israelis excęcatio quare facta,qui tamen post Gentium plenitudinem saluus erit,rom. 11 c
israelitæ quare ad iustitiam per legem non peruenerunt, roma. 9 g
Issachar filius Iacob,gene.30 c.49 b
¶Itineris Iacob comes,Deus,gene.28 c.35 a
itineris filiorũ israel dux fuit deus diu ac noctu, exo. 13 d
¶iubal citharę inuentor,gene. 4 d
iubileus annus,leui.25 b
iuda filius Liæ nascitur, gene.29 d
iudę coniugium & incestus, gene.38.a.d
iudę supra ommes fratres datur regia potestas,gene. 49 b
iudæ filiorum genealogia,1.para. 4 a
iudæ & Ierusalem perditio,4.reg.21 b.23 f
iuda dux belli constituitur,iudic.1.a
de Iuda proditore conqueritur Christus,psal.54
iudas Christum tradit,iohan.18 a
iudam proditorem facti pœnitet.matth.27 a
iudas suspensus crepat medius,act.1 c
de iuda Machabæo vide libros Machabęorum
iudæi ex medio nationum separati à Deo in populum ipsius deut. 4 c: rom.9 a
iudæorum gens obstinata,isa.48 a: act.7 g
iudæi transferuntur in Babylonem,4.reg. 25 f
iudæ & Israelis vnio, ezech.37 d
iudæ reductio à captiuitate,osee 6.d
iudæorum reliquiæ saluandæ, isa.10 e
iudæorum & Gentium vnio in Christo,isa.19 d
iudęi sub Moyse baptizati in nube & in mari,1.cor. 10 a
Ex iudæis salus,Christus, iohan.4 c: rom.9 a
vt iudæos saluaret,missus Christus, matth.15 c
ad iudæos primùm mittuntur Apostoli,matth.10 a
iudæi Christum Iona & Salomone maiorem non audiunt matth.12 d
iudæos regno eijciendos susceptis Gentibus ostendit christus parabola vineæ,matth.21 d
de iudæis est maxima pars eorũ quæ in euangelijs & epistolis scripta leguntur
iudææ captiuitas prophetatur,osee.8 a: amos.2 a
iudicat Moyses populis lites,exod.18 b
in iudicio non acquiescendum plurimorũ sententiæ,vt à vero recedatur,exod.23 a
iudicij æquitas,exod.23 a:leui.19.c.g.24 d
iudicabant iuxta legem iudices,deut. 17 b
iudicio non contendendum christianis,matth.5 f:1.cor. 6 b
iudicat omnes mortales Deus.gen. 18 c
iudicat deus secundum corda,non secundũ faciẽ,1.reg. 16 b
iudicium pro afflictione,frequens,vt,1.pet.4 d
iudicatus est qui Christo non credit,iohan.3 b c
iudicabitur quisque secundũ opera sua,matth.16 d: rom.2 b 2.corinth.5 b
iudicium generale,isa. 2 c.27 a
iudicium extremum signa præcedent,matth.24 c
ad iudicium Christus cum angelis venturus,matth.25 e
iudicia Dei admiranda,sap. 16 c
iudicia Dei iusta,vera & incompręhensibilia,rom.11 d: apocalyp.16 a
iudicaturi Apostoli duodecim tribus,matth. 16 d
iudicare fratrem non oportet,matth.7 a: rom.14 a. b
non iudicandum secundum faciem,iohan.7 c
iudicis officium,exod.23 a
iudici non obediens occiditur,deut.17 c
iudex ne accipiat personas, leui.19 c
iudicibus non detrahendum, exod.22 d
iudex viuorum & mortuorum Christus.act.10 g

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iudith viduę acta,iudith. 8 vsque ad finem libri
iugum ferreum inobedientibus,deut.28 e
iugum suaue Christi,ferendum,matth.11 d
iuramentum suum custodit Deus,deut.7 b: luc.1 g
iuramentum factum Gabaonitis,& à Saule violatum, punitionem adfert, 2.reg.21 a
iurat Paulus ad aliorum vtilitatem,2.corint.1 d
non iurandum per nomen idolorũ, exo.23 c:sed per nomen Dei,deut.6 d.10 d
non iurandum frustra , deut. 5 b
iurãtibus in nomine Domini mẽdaciter,maledictio,zach.5 a
iusiurandum exigit iudex à fure,exo. 22 b
iuramentum in controuersijs,heb.2 c
cum iuramento negat Petrus Christum,matth.26 g
non iurandum omnino,matth.5 f: iaco.5 c
ius gladij,gẽe.9 a: matth.26 e
ius belli in expugnandis vrbibus,deut.20 c
ius publicum non violandum,prouer.16 b
ius publicum Dei opus est,prouer.16 b
iustitia & mandata Dei facienda,deut.27 b
iuxta iustitiam retribuit Deus cuique,1.reg.26 d
iustitiæ victimas immolare,deut. 33 c
iustitiæ Dei comparatione nulla est hominis iustitia,iob.4 d. 9 a.25 b
iustus nemo si Deo comparetur,iob 4 d.psal.142.ver.2
[illegible]hili.3 c
pro iustitia ad mortem vsque certandum, eccli. 4 d
iustitiam qui facit ex Deo natus est,1. iohan. 2 d
iustificamur quomodo , tit. 2 d.3 b:act. 13 f
[illegible] d
non iustificamur ex operibus leg[illegible]is, gala.3 a
iustificati secundum Christum ambulent,rom. 8 e
iustificamur & condemnamur ex verbis nostris,matth.12 c
iustus Deus,deut. 32 a
iustus Christus,1.pet. 2 d
iusti & beati,psal. 31:rom. 4 a
iusto non est lex posita,gala.5 d

iustus vix eripitur tribulationes,1.pet.4 d
iustificatus publicanus,luc.18 b
iustus primum accusator sui,prou.18 c
iusti post iudicium vt sol fulgebunt,matth.13 f
iusto auertenti se à vita recta,mors,ezech.18 f
i [illegible] 57 a
iusti iudicabunt impios,prouer.14 c
iuuenum sequutus consilium Roboam,punitur,3 reg. 12 b c
iuuenes quales esse debent, tit.2 b
iuuenilia desideria fugienda,2.timo. 2 d
à iuuentute benefaciendum,eccles.11 d.12 a.thren.3 c

L.

laban fratris Rebeccæ acta,gene.24 d:vsque ad 31 caput
labiorum fructus,laus Deo exhibita, heb. 13 c
labor perpetuus,hominis vita,iob.7 a
labori homo addicitur, gene.3 d
laboribus proprijs viuendum,prou.5 c:1.thessa.4 c
qui non laborat , non manducet, 2.thessa. 3 c
laborat manibus Paulus,1.corint.4 c:act.18 a
labore omnia florent,prouer.14 a
labores manuum ab alijs comeduntur,ijs qui Deo sunt inobedientes,deut.28 b
laborantes & onusti peccatis accedant ad Christũ, matt.11 d
lacte fluit terra Chanaan,exod.3 c
lac & butyrum peregrinis apponitur,gene.18 b
lacte opus paruulis, heb. 5 d
lac rationabile concupiscamus,1.pet.2 a
lactat filium suum Anna,1.reg. 1 d
lachrymis pedes christi rigat peccatrix,luc. 7 f
cum lachrymis monet Paulus fratres, act.20 f
lætatur Deus benefacere nobis,deut.28 g
lætitia obedientibus Deo,deut.16 c
laganorum oblatio,leuit. 2 a
Laici panes quibus vesci omnibus licebat,1.reg.21 a
Lais habitatores occiduntur, iudic. 18 g
Lamech bigamus & homicida,gene. 4 d
Lamentatione sua Iohannes nõ pellexit Iudęos ad pœnitentiam,matth.11 b
laminæ sacræ forma,exod.24 f
languores inobedientibus Deo,deut.28 g
lapides pluit,ios. 10 c
lapidem erigit iacob in titulum,gene.28 d
lapides collecti in aceruum in testimoniũ fœderis,gene. 31 f
lapis viuus, Christus,matth.21 d:1.pet.2 b:psal.117.ver.21
lapis offensionis,Christus,1.pet.2 b
lapides viui Christiani,1.pet.2 a
lapidatur Naboth innocens,3.reg.21.c.d
lapidatur Paulus,act.14 c
lapidare volunt Christum Iudæi.iohan.8 g
lapidetur filius inobediens,deut.21 d
lapidetur blasphemus,leuit.24 b:similiter is qui ligna sabbatho collegit.nume.15 d
lapidetur diuinus,leuit.20 d
lapidetur abducens à fiducia in Deum, quantumuis amicus, deute. 13 b
laquei mortis,2.reg.22 a
latitudo cordis datur Salomoni,3.reg.4 d
latro alter cum Christo pendens saluatur,luc.23 f
latus Christi aperitur,iohan.19 f
Lauacro regenerationis saluamur, tit.3 b
laus nostra Deus,exod.15 a: deute.10 d
In laudem suam elegit nos Deus,deut.26 d
laudant assiduè Deum Apostoli,luc.24 g
laudis hostia offerenda per Christum, hebr.13 e
laudes immodicæ,suspectæ,prouer,27 c
lauatur Dauid & vngitur relicta sui afflictione,2.reg. 12 e
lauabantur pedes hospitio susceptis,iudic. 19 c
lauabant Iudæi mortuos,act.9 g
de Lazaro quem suscitauit Iesus.iohan.11 a.e.12 a.b
¶Lebna expugnatur,ios.10 e
legatione pro Christo fungitur Paulus,2.corinth. 5 d
leones in gentes impias immissi,4.reg.17 d
leonem occidit Samson,iudic.14 b:item Dauid,1.reg.17 d
à Leone percutitur inobediens propheta,3.reg.20 g
Leo de tribu Iuda,apoc.5 b
à lepra cauendum,deute.24 b
lepræ à lepra distinctio,leuit. 13.14
leprosi Samaritani saturantur,4.reg.17 b.e
leprosus à Christo sanatur,matth.8 a
leprosi decem sanantur,luc. 17 c
Léporem non comedunt Iudæi,leuit.11 a
leuare manum in cælum solebant iuraturi,gen.14 d:deu.32 f
leui nascitur,& occidit Sichimitas,gen.29.d: 34 d
Leuitæ electi in ministerium Dei,nume.3 f
de Leuitis multa in Exodo Leuitico , Numeris & Deuteronomio
à Leuitis interfecti idololatræ, exod. 32 f
in Leuitarum locum filij Ioseph,ios.14 a
lex ignea,deut.33 a
lex cum datur,terrentur Israelitæ,exod.19.c.20.c. d:deut.5 c
lex iniustis,homicidis &c.posita,1.timoth. 1 b
varias leges populo Israelitico datas habes in exodo, Leuitico , Numeris & Deuteronomio.
legem explanat Moyses,deut. 1 a
legem non faciens,maledictus, deut. 27 d
lex in corde & ob oculos leuit. 19 d
ad legem seruandam exhortatio,deut.4 a
ante legem peccatum non putabatur esse peccatũ,rom.5 b
lex data per angelos, gala.3 c
per legem,cognitio peccati,rom.3 c
lex posita propter transgressiones,rom.5 d
lex pędagógus ad Christum,gala.3 d
lex bona,1.timo.1.b: roma. 7 c
lex Moysi & circuncisio iugum à Petro vocantur, act. 15 b
legem nullus Iudæorum obseruabat,iohan.7 b
lex non viuificabat,gala.3 d
lex & prophetæ duobus mandatis comprehenduntur, matt. 22 d: gala. 5 b
legis impletio est proximi dilectio,rom.13 c
lex & prophetæ sabbathis legebantur,act.13 c

legis

legis finis & perfectio,Christus, roma.10 a
legem aboleuit Christus,& quare, ephe.2.d:2.cor.3.d:act:15 b.heb.7 b
lex regia dilectio proximi,iaco.2 b
lex scripta in cordibus fidelium,hebr.8 d
legi Dei seruit homo mente,rom.7.d:quod facere nõ potest carnis sapientia,rom.8 b
legisperitos reprehendit Christus,luc.11 g
legum conditores iniquos reprehendit Isaias, isa.10 a
¶Lia parit Ruben,gen.29 f
Libamentum lex,leui.6 b
in Libro vitæ scribi,phili.4 a
de libro Dei deletur peccator,exod.32 g
libri curiosa sectatorum combusti,act.19 d
Libellus repudij,deut.24 a
Liber Paulus non est sua libertate vsus, nisi vbi necessarium erat,1.corint.9 a
liberi sunt Christiani,1.pet.2.c:iohan.8.d:isa.43 c
libertas spiritus,2.corint.9 d
libertas non danda in occasionem carnis,gala.5 b
liberat de tribulatione Deus,2.reg.4 d
liberatio ex AEgypto,exo. 13 a
liberauit nos Christus à peccato,luc.1.g:iohan.8.d
libido opus tenebrarum,rom.13 d
ob libidinem hominum diluuium,gen.6 a
ligare & soluere conceditur Apostolis,matth.18.c: ioh an. 20 f
lignum scientiæ boni & mali,gen.2.c
lignorum cæsores inter Israelitas,deut. 29 b
lignorum parabola,iudic.9 a
ligno immisso, aquæ dulcescunt,exod.15 f
limites non transferendi,prouer.22.d.23 b
lingua vna in terra,gen.11 a
lingua coercenda,1.pet.3 b
lingua mala,iaco.3.a.b
de linguarum dono,1.cor.14.a: act. 2 a
linguæ bona & mala,prouer.12.b.13.2.14 a
in linguam venenatam,prou. 26 a
lingua lambentes aquam,iudic.7 b
lites fugiendæ,prou.20.a: 2.timo.2 d
literas mortis suæ fert Vrias, 2.reg.11 c
litera quę occidit, leꝛ Moysi est:quę irritat ad peccatũ quod mortem generat,2.corinth.3 b
¶Lobna rebellat contra Iudam,4.reg. 8 f
Locustæ visio, amos 7 a
de Loide auia Timothei,2.timot.1 b
Longanimitas Dei,salus nostra,2.pet.3 d
loquentem Deum non fert populus,exo. 20.e
loquitur Christus verba Patris,deut.18 d
loquacitas fugienda,eccli.20 a
Lot fratris Abrahæ acta,gene.11.13.19:deut. 2 b d
Lot vxor versa in statuam salis,gene.19 e: luc. 17 g
Lucas medicus,coloss.4 d
Lucernarum forma,exod.25 d:leui.24 a
lucerna nostra Deus, 2.reg. 22 c
lucerna Israël Dauid,2.reg.21 d
lucri gratia docentes,tit.1 b
lucus plantatio, deut.16 b
luci Gentium excidi iubentur,exo. 34 b: quod fecit Ezechias,4 reg.18: item Iosias,4.reg.23 b
Luctu mulieris Thecuithidis ficto reuocatur Absalom, 2.regum 14 a
Ludunt coram vitulo Israëlitæ,exod.32 d
ludit Dauid coram arca, 2.reg.6 a
luget Iacob filium suum Ioseph,gene. 37 g
luget Dauid Amnonem filium, 2 reg. 13 g
lugendi non sunt mortui,1. thess. 4 d
lugentibus consolatio promittitur,luc. 6 d
lumbi mentis succingendi,1.pet.1 c: luc 12 e
luminaria in mundo,Christiani,phili. 2 b
luminaria sol,luna & stellæ creantur,gene. 1 b
Luna à Deo creata,nocti præst,gene.1 b
lunã,solẽ ac cæli militiã adorantes occidebantur, deu. 17 a
lunæ gloria alia quàm solis,1.cor.15 f
Lunaticus sanatur à Christo,matth. 17 b
Luteres ænei in templo Salomonis,3.reg.7 f
lux verbo Dei creatur,gene. 1 a
lux Deus est in quo non sunt tenebræ,1. iohan.1 c
lux Christus oculos illuminans,iohan.1 a.3 c.8 b.9 a
lux mundi Apostoli,matth. 5 b
cum Luce societatem habere,1.iohan.1 c.2 b
lucis opera,omnis bonitas,ephe. 5 b
lux Gentes post Christum cognitum,ephe.5 b
Luxuria & luxus in vino,ephe. 5 d
Luza,quæ & Bethel,gene.28 d
¶Lysias dux Antiochi,1.macha.3 c

M

Maceda vrbs capitur,ios. 10 e
Macedonibus prædicat Paulus, act.16 b
maceriam & inimicitias inter Gentes ac Iudæos abstulit Christus,ephe.2 d
Machabæorum & matris eorum passio,2.mach.7 a
Machiritarum possessio,deut.3 c
Madianitas iubet Deus occidi, nume.25 d: 31 a
Magi Pharaonis,exod. 7 b
Magi Christum adorant, matth.2 b
ad Magos non declinandum,leuit. 19 f
Magos abstulit Saul,1.reg. 28 a
Magister noster Christus,matth. 23 a: iohan. 13 c
magistri fieri ne ambiamus ,matth.23 a: iaco. 3 a
magistri mendaces,quales,2.pet.2 a
magistratibus parendum,rom. 13 a.
magistratui tributum soluit Christus,matth.13 d
magistratus Deum timentes,exod.18 d: deut.1 c
magistratibus non detrahendum,exod. 22 d
magistratus malus malo populo datur,iob,34 d
magistratus impij,prou.29 b
magnifica Dei erga Israëlem,1.reg.12 d
magnificentia Deo danda,deut. 32 a
maiestas Dei,quæ & gloria,exod. 40 d
maior in ecclesia quis,matth.18 a
Malcho amputata auricula,iohan.18 b
maledicta terra ob Adæ peccatum,gene.3 c
maledictiones inobedientibus, leui.26 c
maledicere Israelitis non potest Balaam contra Dei voluntatem,nume. 22 d.23 c: deute.23 a
maledictiones in monte Hebal, deut.27 b
maledicit Eliseus in nomine domini pueris ipsum irridentibus,4.reg.2 d
maledicuntur Gabaonitæ vt perpetuò sint in ministerio, ios.9 d
maledictus qui legem non implet,galat.3 b:deut.11 d
maledictus qui pendet in ligno,deute.21 d
maledictum factus pro nobis Christus,gala. 3 b
non maledicendum persecutoribus,sed potius benedicendum,luc.6 d.roma.12 c: 1.pet. 3 b
maledicenti non maledicit Christus,1.pet.2 d
maledicenti Semei non maledicit Dauid,2.reg.16 b
maledicentibus benedicit Paulus,1.corinth.4 c
maledicit Paulus ijs qui Galatas abduxerunt ab euangelij veritate,galat.5 c
maledici non possidebunt regnum, 1.corin.6 b
maledicti à Christo,hœdi,matth. 25 c
maledicens nomini Dei lapidatur,leuit.24 b
malefacta beneficijs vincenda,roma. 12 d
malefici occidendi,deut.18 b
malum omne contagiosum,prou.6 d
malum odio habendum,rom.12 b
malum pro malo non reddendum,rom. 12 b: exemplo Elisei,4.reg.6 e
mala pro bonis non reddenda,prou.17 a.sicut fecit Nabal Dauidi,1.reg. 25 c
mala quæ perfert Dauid, Deo accepta refert,non inimicis, 2.reg. 16 c
malum venditionis Ioseph Deus vertit in bonum,gene.50 e
mali sumus à corrupta natura,luc.11 g:gene. 6 g
mali & infideles semen diaboli,matth.13 e
mali è cœtu christianorum auferendi,1.corint.5 d

Universidad de Deusto Biblioteca

malitia hominis multa,gene.6 a
malitia omnis auferenda,eph.4 g:coloss.3 b
malitia pueri efficiamur,non sensu,1.corint.14 d
malitiæ veteris fermentum à nobis expurgandũ,1.cor.5 c
in malitia perseuerantes pereunt,1.reg.12 d
Mambre quæ & Hebron dicitur,gene.23 d
Mammona iniquo parandi amici, luc.16 a
Mamzer non admittendus in ecclesiam,deut. 23 a
Manna cibus patribus primum incognitus,deut.8 a
Man pluit Israelitis,exod. 15 c
man fastidit populus,nume.11 a
manna deficit,ios.5 c
manna non erat panis verus dans vitam,ioan.6 d
Manahem occidit Sellum,4.reg.15 c
Manasses filius Ioseph,gene.41 g.48 a.c:ios.13 d.14 a. 22 a.b
Manasses rex iuda impius,4. reg.21
mandata seruantibus benedictio,exod.23 c: deut. 11 d
per mandatum libido peccandi,roma.7 b.c
mandatum Christi nouum,dilectio,iohan.13 d
mandata seruat qui diligit,iohan.14 c:1.iohan.2 a
mandata seruando vitam æternam habere docet Christus, matt.19 c
mandatis hominum aduersantiũ Deo nõ attendendũ, tit.1 d
Mandragoræ Liæ,gene.30 b
non manducet qui non laborat,2.thessa.3. c
manducet Christianus in gloriam Dei,1. corint. 9 g
manducare Christi carnem,ioan.6 e. f
manere in Christo.1.iohan. 2 a
quando manet Deus in nobis,1.ioan.3 d
mansiones paratæ fidelibus,ioan.14 a
mansiones filiorum Israel, nume.33 a
mansuetudinis commendatio,prou.16 c:ephe.4 æccli.10 b
mansuetudo Pauli,1.corint. 4 d
mansuetissimus Moyses,nume. 12 b
Manue pater Samsonis,iudic.13 b
manus abscindenda falso testi,deut.19 d
manus Ieroboam aresçit,3.reg. 13 a
manus lauare ante cibum, matth.15 a
manus non lauat Christus ante cibum,luc.11 f
manibus nostris operemur,1. thess. 4 c
manuum opera fructificare facit Deus obediẽtibus sibi, deute. 30 b
manus propria scandalizans nos abscindatur,matt.5 e
manus arida sanatur,matth.12 a
manuum cancellatarum impositione Iacob filijs Ioseph benedicit,gene.48 c
manuum impositione sanat Christus,luc.4 g
vt manus imponeret eis,adducunt pueros ad Christum. matt.19 b
manuum Moysi impositione Iosue repletur spiritu,deu. 34 c
manuum impositione replentur Spiritu sancto christiani, act.19 a: 1.timo.4 d
manum non citò imponat cuiquam Timotheus,1.timo.5 d
manus Domini facta super Eliam,3 reg.18 g
manum Domini nemo euadit,amos.9 a:deut. 32 f
manus Dei super aliquẽ,quum illum percutit, vt de Iudæis legimus,iudic.2 c: 1.reg.7 d
in Mara veniunt filij Israel,exod.15 d
Marcus consobrinus Barnabæ,coloss.4 b
Mardochæi acta,esth.4.6.13
mare diuidit Moyses,exod.14 d
maria sunt congregationes aquarum,gene. 1 b
maris fusilis fabricatio,3.reg.7 d:2.paral.4 a
maris vitrei visio,apoc.15 a
Margaritæ lapidis pretiosi parabola, matt. 13 f
Mariæ virginis acta,luc.1.2:iohan.2 a
Mariæ sororis Moysi acta,exo.15 e:num.12.c.d.20 a:deu.24 b
Mariæ sororis Marthæ acta,iohan.11 a.12 a:luc.10 g:mat.26 a
Maria Magdalene currit ad monumentum:videt Christum: annuntiat surrexisse,matt.27 g. 28 a:iohan.20
maritum vocat Sara dominum,gene.18 b: 1.pet.3 a
de maritorum principatu,esth.1 d
Martha hospitio Christum suscipit,luc.1 g:iohan. 12 a
Marthæ fides,luc.11 c.d
martyrum fœlicitas,sapien.3 a
Masculi & fœminæ creatio,gene.1.d. 5 a
masculorum concubitores,3.reg.14 f.15 b.22 f:1.corint.6 b
in Maspha congregati Israelitæ,iudic.20 a
Matrem qui non honorat,maledictus,deut. 27 c
matres & fratres Christi qui sint,matth.12 d
matrem suam commendat Christus Iohanni,iohan.19 e
Matrimonij institutio,gene.2 d
matrimonij casti exemplum in Sara Tobiæ vxore,tob. 3 c
matrimonium quomodo sit suscipiendum. tob.6 d
matrimonij commendatio,prou.18 d:heb.13 a
matrimonium violantes arguuntur, mala. 2 c
de Matrimonio,1.corint. 7
Mathan sacerdos Baal,4.reg.11 d
Matthanias qui & Sedecias,4.reg.24 d
Mathathiæ acta, 1. macha.2
Mathias electus in locum Iudæ,act.1 d
Matthæus vocatur à Christo,matt. 9 a
Mathusaël nascitur,gene.4 d
Mathusale ætas.969.anni,gene.5 d
Maxilla asini occiduntur Philisthæi,iudic. 15 c
Maxillam percutienti altera danda,matt.5 f
¶Medad & Eldad prophetant,nume.11.f
Mediator inter Israelitas & Deum, deut.5 a.c
mediator noster Christus, 1.timot.2 a
Medicina à Deo creata,eccli. 38 a
Meditandum verbum Dei,deut.11 c.ios.1 b
Mel in cadauere leonis,iudic. 14 b
Melchisedech offert Abraham munera,gene.14 d: gen.7 a
Mello ædificatur à Salomone,3.reg. 9 d
Membrorum vnione Paulus ad concordiam nos hortatur, 1.corint.12 c
membra nostra seruiant Deo,roma.6 d
membra nostra templum Spiritus sancti,1.corint.6 d
membra corporis peccati mortificanda,coloss.3 a
memorãda tẽpora antiqua & Dei opera cõsiderãda, d. 32 d
Mendax omnis homo,isa.9 d:psal.115. ver.2
mendax Giezi,4.reg.5 f
mendaces Spiritui sancto Ananias cum vxore,act.5 a
mendacium non suscipiendum à iudice,exod. 23 a
mendacij pater diabolus,ioan.8 f: 1.ioan.2 c
mendacium fugiendum, ephe.4 f
mendax qui negat Christum,1.ioan.2 c
mendax spiritus in prophetis,3.reg.22 c
Mendici nulli futuri,si obediatur Deo,deut.15 a
Mensæ tabernaculi forma,exod. 25 c
menstruosa mulier,leuit.15 c
mensuræ æquitas,leuit.19 g
mensura qua mensi fuerimus,remetietur nobis,marc.4 c
non mentitur Deus,sed præstat promissa,tit.1 a:hebr.6 d
Meraritarum sors & vrbes,ios.21 a.b.c
mercatores terræ flent Babylonem destructam, & quare, apoca.18 a
Mercenariorum merces non deneganda,leuit. 19 c: deute. 24 c: iaco.5 a
mercenarius pastor,ioan.10 b
merces persecutionem passis,matt. 5 b
merces vinitoribus ex æquo datur:matt.20 a
merces secundum opus,1.corint.3 b
merces Abrahæ,Deus,gene.15 a
Meretrix fugienda,prouer. 23 c
meretrix & scortator non sint in populo Israel,deut. 23 c
meretricis magnæ visio,apoc.17 a
meretrici adhærens efficitur cum ea vnum corpus.1.cor.6 d
meretrices ingrediuntur regnum Dei,matt. 21 c
Mergulum non comedunt Iudæi,deute. 14 b
Merob Dauidi promissa vxor,1. reg.18 d
Mesa rex Moab tributarius regi Israel, 4.reg.3 a
Mesiæ tempus desyderat fidelis,isa. 45 b
de Messe lex.leuit.19 b
messis abundans obedientibus Deo,leuit.26 a
messem Ioab succendi iubet Absalom.2. reg. 14 g
messis multa populi prædicatione euangelij colligenda. matt.9 d:ioan. 4 e
metens segetes relinquat pauperibus,leuit.19 b

non

non Metuendum fideli in afflictionibus ,deute.7 c
cum Metu operemur opera salutis,philip.2 b
¶Micha filius Miphiboseth,2.reg. 9 d
Michææ prophetæ Dei acta, 3.reg. 22
Michas de Ephraim, iudic.17 a.b.f
Michaëlis pugna cum dracone,apoca: 12 b: iudæ c
Michol vxoris Dauidis acta,1. reg. 18. 19. 25 g: 2. reg.3 g.6 c
Militat nemo suis stipendijs,1.corinth. 9 a
Militibus dat Iohannes præcepta, luc. 3 c
Militia est vita hominis,iob.7 a
Miluum non comedunt Iudæi,deute.14 b
Minima terræ quatuor,quæ sunt sapientibus sapientiora, prouer.30 d
minimus in regno Dei,matth.5 c
Ministri Dei quales,leuit.21 c
contra ministros Dei murmurans,contra Deum murmurat, exod.16 b
ministerium reconciliationis accepit Paulus, euangelium nuntians,2. corinth.5 d
ministerium verbi prædicatio euangelij,act. 29 c
minister noster Christus,matth.20 d. hebr.8 a
ministeria varia christianis data,eph.4 b
ministri Dei prædicatores,1.corinth.2.a.4 a
ministris verbi victus debetur,matth.10 b
ministri verbi à Deo petendi,matth.9 d
minister sit qui primatum querit,matth:20 d
Ministrationes spiritus diuersæ,1.corin.12 a
Miphiboseth acta,2 reg.4 b.9 c.16 a. 19 e
Mirabile nomen Dei,iudic.13.c
Miracula, confirmatio verbi,marc. 16 d
miraculis Christi glorificatur pater,matth.15 c
miracula per se fieri in gloriã Christi,orant Apostoli,act. 4 f
miraculis probatus est Christus à patre missus,act.2 d
miraculis inducti multi credunt Christo,iohan.2 d.4 g
miraculis potuit cognosci Christus,iohan,10 e
miraculis mentientes se Christum,matth. 24 b
miracula pseudoprophetarum,ierem.23 f
miraculis pseudoprophetarum tentat Deus an diligamus eũ deute. 13 a
miraculis à fide abducens occidendus,deute.13 a
Miserationis multæ Deus,exod.34 a
Miseretur Deus cuius vult,exod.33 d
miseretur Deus propter promissiones suas,4.reg.13 d
vt misereatur nostri Deus,orandum,nume. 6 d
misereatur tui Deus,benedictio erat,gene.43 f
Miseri simus,vt fœlices efficiamur,iaco. 4 d
Misericors Deus diligentibus se,exod.20:34 a: deute.5 a
misericors Deus neminem derelinquit,deut.4 e
in Misericordia deus diues,ephe.2 a
misericordia dei æterna super timentes eum, luc.1 e
misericordiæ dei debentur diuitiæ cæteraque corpori necessaria,deute. 8 d
misericordia dei pœnitenti promittitur,deut. 30 a
misericordia dei liberamur per Christum,isa.52 a
misericordia motus venit Christus, tit.3 b
miseranti deo attribuenda salus rom.9.c
misericordiam dei erga se confitetur Paulus,ne desperemus 1.tim.1 c
misericordiam consequutæ Gentes,roma.11 d
misericordia potior sacrificio,matth.9 b: osee,6 c
misericordes simus exemplo dei, luc.6 f
miserendum hilaritate,roma.12 b
misericordibus misericordia promittitur, matth.5 a
misericordibus benedicit deus,prouer.11 d.22 b
misericordia purgantur peccata,prouer.15 d
misericordia Dauidis erga Saul,1.reg.24.b.26 b
misericordiæ laus, prouer.14 c.19 c
misericordiæ opera quanti faciat Christus,matth.12 a.25 c
Misphat aliàs cades,gen.14 b
Missus à deo Christus,iohan.8 e
Mites & humiles corde esse discamus à Christo,matt.11 d
mites & mansueti quid à deo accepturi,matth.5 a
mitissimus Moyses,nume.12 a
¶Mna,ezech.45 d: luc. 19 c
Moab filius Lot ex filia maiore,gene. 19.g
de Moabitis multa,nume.21 f: deute.2 b:iudic.3 b:3.reg.11 b 4.reg.3.23
Modesti simus,1.pet.3 b: philip.4 a
Modius æqualis, deute.25 d
non Mœchandum,exod.20 c
Mœrore consumitur inobediens,deute.28 g
Mola inferior & superior,deut.24 b
Molles non possident regnum Dei,1.corint.6 b
Moloch idolum Ammonitarum,3.reg.11 b:leuit. 20 a
Moneamus alter alterum, rom.15 c
moneamus nos hymnis &c.coloss. 3 e
monet Paulus cum lachrimis,act.20 f
Montem Sinai qui tetigisset,lapidandus erat,exod. 19 b
Mons Gelboë,1.reg.31 a:c.2 .reg.1 b.c
monumenta apeita in morte Christi,matth.27 e
Morbos corporis & animi sanat Christus,matth.8 b
morbos ob peccata immitti,matth.9 a: iohan. 5 b
ne Mordeamus inuicem,galat.5 b
Mores bonos corrumpunt colloquia praua.1.corint.15 e
Mors ex inobedientia,gene.3 c:deute.30 b
Moriendum semel omnibus,hebr.9 g
mortem optant Israelitæ,exod.16 a:num. 14 a:item Moyses nume.21 c:rursum Iob,iob,6 b:item Elias,3.reg.19 a
mortis dies incertus,luc. 12 e
mortuam Saram plangit Abraham,gene.23 a
mortui in tabernaculo lex,nume. 19 c
mortui vngebantur,gen,50 a.d
mortui lauabantur,act.9 g
mortuorum exequiis non interfit sacerdos,leuit.21 a
à Mortuis nihil quærendum,isai.8 d
mortuos consulit Saul,1. reg.28 a.b
mortuo apparenti non credet,qui scripturæ non credit,luc.16 g
super mortuo non incidendæ carnes, deut.14 a
in Mortuis tibicines,matth.9 c
de Mortuis non multum lugendum,1.thess.4 d:eccli.22 b
mors absorpta per Christum,1.corinth.15 g
mori Christus vocat dormire,matth.9 c
morte Petri & aliorum martyrum glorificabatur Christus iohan.21 f:philip. 1 d
mortem sibi propinquam dicit Paulus, 2.timo.4 b
mori optabat Paulus si expediret,philip. 1 c
mortis suæ præmonet Christus Apostolos, matt.16 c. 17 d 20 c: iohan.7 e.14 a.16 c
mori cupit Christus pro nobis,luc.12 f
mortem deprecatur Christus,matth. 26 d
moritur Christus,matth.27 f:iohan.19 f
mortuus Christus pro peccatis nostris,rom.4 d: hebr.9 d
mors stipendium peccati,rom.5 b
ex mortuis primus resurrexit Christus,1.corint.15 d
in mortem Christi baptizari,rom.6 a
mortem & resurrectionem Christi prædicat Petrus,act.2 d
mori debemus pro fratribus, 1.iohan.3 c
mors secunda,apoc.20 d. 21.c
moriuntur non credentes.i.ira Dei manet super eos,ioh.3 d
mortem non vident credentes, iohan.5 d
mortui audientes Christum viuent,iohan.5 d
Morticinium non comedendum,leui.17 d: imò nec tangendum,nume. 19 c
Mortificanda membra corporis peccati,coloss. 3 a
mortificata Dauidis voluntas,2 reg. 15 f
mortificantur Christiani propter Christum, rom.8 g
Moysi natiuitatem & acta habes ab initio Exodi vsque ad finem deuteronomij
Moysi laus,eccli. 45 a
Moysi fides,heb. 11 e
Moyses quare & quando tegebat faciem,exo.34 d:2.cor. 3 c
Moysi locutum esse Deum credunt Iudæi, Christum autem nescire se dicunt,iohan.9 c
Moyses Iudæos accusaturus,iohan.5 g
Moyses & prophetæ scriptura veteris testamenti,luc.16 g
Moysen repulerunt Iudæi, act.7 e
per Moysen lex data,iohan.1 b
Moyses aduentum Christi prædixit, act. 3 d

Moyses

Universidad de Deusto
Biblioteca

Moyses & Elias in transfiguratione,matth.17 a
¶Mulæ Dauidis imponitur Salomon,3 reg.1 e
Mulier creatur è costa Adæ,gene.2 d
mulier seducitur à serpente,gene.3 a
mulier gloria viri,2 cor.11 b: & adiutorium eius,gene.2 c
mulierem non tangere bonum est,1.corint. 7 a
de Muliere multa,1.corint.11 b.14 f:& in prouerbijs & Ecclesiastico.
mulierũ ornatus & mores qui esse debeant,eph.5.e: colo.3 c
mulier familiam curet,prouer.12 a:tit.2 a
mulieri non dandus primatus,1 timo. 2 d
mulier veste virili ne vtatur,deute.22 a
à Muliere initium peccati,eccl.25 d
mulier litigiosa cui comparanda,prouer.27 e
mulier bona,eccl.36 b
mulier adultera,prouer.22 b
de Muliere forti,prouer.31 b
mulieris ira & nequitia,eccl.25 c
mulier vouens,nume.30 b.c
mulier captiua,deute.21 b
mulier formosa & fatua,prouer.11 d
mulier litigiosa fugienda,prouer.21 b.27 c
mulieres cohæredes gratiæ,1 pet.2 b
mulieribus legendum deuteronomium,deut.31 c:iosu.8 g
mulieres cantant canticum cum Maria,exod.15 e
mulieres reseruentur in expugnatione vrbium,deut.20 a
mulier pulchra & prudens Abigail,1 reg.25 a
mulieris prudentis consilium,2 reg.20 f
mulierem Christus in fide instruit,iohan.4 b.c
mulier sanguinis fluxũ patiens sanatur à Christo,matth.9 c
mulieres Christum surrexisse prædicant,matth.28 b
mulieribus prædicat Paulus,act.16 a
mulieres saluantur per liberorum generationem, 1 timo.2 d
mulier sedens super bestiam coccineam,apoc.17 a
Mulo insidet Absalom, 2 reg.18 b. c
Mundus nemo coram Deo, iob.25 a.b.c
ohan.15 a
mundi corde Deum videbunt,matth.5 a
Mundus per Christum factus,iohan.1 a
mundus in maligno positus,1 iohan.2 c.5 d
mundi figura transit,1 cor.7 e:1 iohan.2 c
mundum non diligamus,1 iohan.2 b
mundi amicitia est inimicitia apud Deum,iaco.4 a
mundus Deũ non cognouit,iohan.17 d:nec Iesum esse Christum verum lumen,iohan.1 a
pro Mundo non orat Christus,iohan.17 b
mundi vltima est hæc ætas,1 cor.9 c
mundum iudicabunt fideles,1 cor.6 a
Munera excæcant oculos, deut.16 d:exo.23 a:eccl.20 d
munera accipiunt filij Samuel iudices,& malè iudicant,1 regum 8 a:non autem Samuel,1 reg.12 a
munera non accipit Deus,deut.10 d
munera non accipit Eliseus à Naaman : quæ Giezi accipiens leprosus efficitur.4 reg.5 e.f. g
Mures aurei Philisthinorum,1 reg.6 a
Murmurant Israëlitæ,nume.11 a:exo.15.16.17
murmurat Moyses,nume.11 c
murmurans populus interficitur,nume.16 f
sine Murmurationibus omnia fiant, philip.2 b
non Murmurandum contra Deum,1 cor.10 b
Mutatur Saul in alium virum à Spiritu Dei,1 reg.10 b
Mutui lex,exo.22 c
mutuum dandum omnibus,deut.15 a.b·matth.5 f.eccl.29 a
mutuat alijs quia diues,qui seruat Dei præcepta,deut.28 b
Mutum fecit Deus,exod.4 c
mutus sanatur à Christo,matth.9 d
¶Mysterium absconditum salus nostra,roma.16 d
mysteriorum Dei dispensator Paulus,1 cor.4 a

N

Naaman leprosus sanatur,4 reg.5 c
Naas obsidet Iabes Galaad,1 reg.11 a
Nabal impius moritur,1 reg.25 g
Naboth iussu impiæ Iezabel lapidatur,3 reg.21 c.d
Nabuchodonosor acta,4 reg.24 a:dani.1.2.3.4: isa.14: iere.27 b:iudith. 1. 2
Nachor auus Abrahæ,gene.11 c.d.22 d
Nadab & Abiu comburuntur,leui.10 a
Nadab filius Ieroboam rex Israël,3 reg.14.15
Nahasson filius Aminadab,nume.1 b
Nahum vaticinatur Dei vindictam in Assyrios, nahum 1.a
Natalis sui cœnam celebrat Herodes,marc.6 c
Nathan prophetæ acta,2 reg.7 a:3 reg.1 c
Nathanael verus Israelita,iohan.1 g
Naturæ impuritas,iob.25 a
Natus ex Deo qui Christo credit,iohan.1 b:1 iohan.5 a
Natus ex Deo peccatum non facit,1 iohan.3 b
Naufragium Pauli,act. 27 g
Nazareth educatur Christus,matth.2 d:luc.4 c
Nazareni non honorãt Christum matth.13 g:sed magis præcipitare conantur de monte,luc.4 c
Nazaræorum lex,nume.6 a
¶Nebo mons,deut.32 g
nebula impletur templum,3 reg.8 b
non ex Necessitate aut tristitia,sed sponte & hilariter subueniendum est pauperibus,1 cor.9 b
necessitate coactus comedit Dauid panes propositionis, 1. (reg. 21 b
Negat Christum Petrus,matth.26 g
negabit nos Christus si negauerimus eum, 2 timo.2 b
Nehemiæ acta,2 libro Esdræ,qui & Nehemiæ dicitur
Nehemiæ laus,eccl.49 d
Nemrod robustus venator,gen.10 b
nemus plantat Abraham,gene.21 d
Nephthali,gene.30 b.46 c.49 c:iosu.19 c
neruum femoris non comedunt Iudæi,gene.32 g
¶Nicanoris acta, 1.machab.7 d:2 mach.15 a.f.g
Nicodemus magister in Israël, occultus Christi discipulus, iohan. 2.a.19.g
de Nido inuento lex,deute.22 a
Niniue ædificatur,gene. 10 b
Niniue euertenda prædicitur,nahum.3 a
Niniuitarum respiscentia,ionæ,3 b:qui Iudæos in iudicio condemnabunt,matt.12 d
¶nobe ciuitatem destruit Saul, 1. Reg. 22 d
Noctuam non comedunt Iudæi,deute.14 b
Noë natiuitas & acta,gene.5 d.6.7.8.9
Noë arca,1.pet.3 d.
Noë fides,hebr. 11 b
noë laus , eccli.44 c
noë iustitiæ præco seruatus,2.pet.2 d
noemi vxor Elimelech,ruth.1.4
Nomina imponit Adam cunctis animantibus,gene.2 d
nomina imponebant matres,gene.29.30.iudic.13 d
nomina patrum inuocata super Ephraim & Manassen, gene.48 c
nominis boni habendi ratio,eccli. 41 c
nomen Dei tempore Henoch cœptum inuocari,gene.4 d
nomen Dei,Sum qui sum,exod.3 d
nomen suum iehouah non indicauit Deus patribus Iudæorum,exod.6 a
nomen Dei protectio nostra,prouer. 18 b
nomen Dei auditum vbique, 3.reg.8 e
in nomine Domini benedicit Dauid populo,2.reg.6
in nomine Domini maledicit Eliseus pueris ipsum irridentibus,4.reg.2 d
nomen Dei non assumendum frustra,exod.20 a
nomen Dei inuocare super aliquem,nume.6 d
nomen Dei polluitur periurio, leuit.19 c
nouacula non raduntur pili Nazaræorum,nume.6 a:iudic. 13.a.1.reg.1 b
nouissima præuidenda,deute.32 d
nouissima tempora,1. timo.4 a
nouissimi primi, matth.20 d
noua creatura in Christo,galat. 6 d
in nouitate vitæ ambulandum,in nouitate spiritus Deo seruiendum,roma.6.a.7 b
nouus homo,ephe.4 e
nouum testamentum,gene.3 c.heb.8.d.10 c in peccatorum remissionem,matth.26 c

Nox

Nox verbo Dei creatur,gene.1 a
¶Nubes discurrentes,deute.33 d
ad Nubis motum mouebantur castra Israëlitarum, exod.40 d:nume.9 c.d
in Nube loquitur Deus Moysi,exod.33 b.16 c
nubes in occasu orta,pluuia,luc.12 g
Nubant qui non possunt continere,1 corint.7 b
nubere qui prohibent,2 timo.4 a
nubebant filiæ maiores ætate ante minores,gene.29 e
Nudi Adam & Heua,gene.2 d
nudus Israël inter hostes,exod.32 f
nuditas inobedientibus,deute.28 e
Numerantur filij Israël apti ad pugnam,nume.1 a
Nuptias celebrat Laban filiæ,gene. 29 e
nuptiæ Rebeccæ in timore Dei,gene.24 f.g
nuptiarum sanctitas,tob.6 c
nuptijs interfuit Christus,iohan.2 a
in Nuptijs postremus locus accipiendus,& quare,luc.14 b
nuptialem vestem non habens,matth.22 b
vt Nutrix fouet filios suos,sic Paulus Thessalonicenses, nihil ab eis exigens,1 thessa.2 b
¶Nicticoracem non comedunt Iudæi,deut.14 b

O

Obed filius Ruth,ruth.4 d
Obededom benedicit Deus,2.reg.6 b
Obediendum voci Dei,deute.30 d:1 pet.1 c
obedientibus verbo Dei,benedictio,deute.11 d
non Obediens Saul Deo reijcitur,1 reg.28 c
obedientia victimis potior,1 reg.15 c
obediens Christus patri vsque ad mortem, hebr. 5 e : cuius obedientia saluamur,roma.5 c
obedientia parentibus exhibenda,exod.20 b:leuit. 19 a:deute.5 b:tob.4 a
obediendum Deo potius quàm hominibus,act.5 e
obediendum magistratibus ac præpositis,roma.13 a : deute. 17 b.c:heb.13 c
obedit Christus patri putatiuo,luc.2 g
obedit Christus voci Iosue,iosu.10 c
de Oblationibus varijs,leuit.2.3.6.9:nume.7 15.28.29
qui Obliuiscuntur Dei peribunt,deut.8 d
ne Obliuiscamur Dei in diuitijs,deute.6 b.8 c
oblitus Dei Israël,percutitur,deut.32 c:iudic.3 a.b
Obsecrat Ephesios Paulus,ephe.4 a:Romanos.rom.12 a Corinthios,2.cor.5 d:Galatas,galat.4 b
Obstetricum Aegytiarum pietas,exod.1 d
Obstinatorum interitus,ezech.6 c
¶Occidit Deus quem vult,deut.32 e.f
occidere vult Dominus Moysen,exod.4 f
occidens hominem moriatur,leuit.24 b:deute.27 d
occidatur gladio,qui gladio occidit,gene.9 a:matth.26 e
de Occisi cadauere,deute.21 a
in Occulto auditum euangelium prædicauerunt palàm Apostoli,matth.10 c
Ochoziæ filij Achab acta,3 reg.22 f:4 reg.1 a.c
Ochoziæ filij Ioram acta,4 reg.8 f.g.9 f
Ochoziæ filius Ioas absconditur,4 reg.11 a
Oculis Dei omnia aperta,hebr.4 d
oculum eruenti eruitur oculus,exod.21 e
oculi eruuntur Samsoni,iudic.6 e
oculi effodiuntur Sedeciæ,4 reg.25 b
oculos excelsos humiliat Deus,2 reg.22 c
oculi deficientes in obedientibus Deo, deute.28 g
de Oculi eruitione,matth.5 d
oculos videntes dat Deus obedientibus sibi,deute.29 a
oculus bonus, aut nequam seu malignus, matth.6 c : deuterono.15 b
¶Obed propheta arguit Israëlitas,2 paral.28 b
Odientes ipsum punit Deus,deute.5 a
odium cordis prohibetur,leuit.19 d
odio habitus Christus à mundo fine causa,iohan.7 a.15 d
odio sunt Christiani mundo,matth.10 c:iohan.15 c
obedientibus nos benefaciendum, luc.6 c
odientes ipsum diligebat Dauid,2 reg.19 a
odiens fratrem homicida est,1 iohan.2 b
ab Odientibus liberat Deus inuocantes se,2 reg.22 b
Odoratur Deus sacrificium pij,gene.8 d
¶Offendiculum fratri non objciendum,roma.14 b
sine Offendiculo sit Christianus,1 cor.9 g
Offerendarum pecudum,armentorum &c.ritus,leuit.1
offerendum Deo non dæmonibus,leuit.17 b
non Offerenda hostia vitiosa,deut.17 a
¶Og rex Basan percutitur,nume.21 g:deut.3 a.b
¶Olda prophetissa, 2 paral.34 e
Oleribus vescitur infirmus,roma.14 a
Oleum dat Deus diligentibus se,deute.28 d
oleo suo non vngentur inobedientes, deut.11 b
oleum fundit Iacob super lapidem quem erexerat in titulũ gene.28 d.35 c
olei sancti confectio,exod.30 c
Olea Christus,roma.11 c
Oleaster populus Gentium,roma.11 c
oleo vncti ab Apostolis sanantur,marc.6 b
oleo vngatur infirmus à presbyteris,iaco. 5 d
oleo vngitur rex Saul,1 reg.10 a
Oliuarum reliquiæ,aduenis &c.deute.24 d
Olla liquefacta,ezech.24 a
¶Omnipotens Deus, gene.17 a.35 b.48 a : exod.15 a : nume.11 e
¶Onan filius Iudæ percutitur à Deo,gene.38 a.b
Onesimus seruus Philémonis,phile.b
Onesiphori domui misericordia,2 timo.1 d
Onias summus sacerdos,2 macha.4 a.e
Onocrotalum non comedunt Iudæi,deute.14 b
Onus Christi leue ferendum,matth.11 d
onus graue imponunt populo Scribę & Pharisæi,matth.23 a
onus importabile lex Moysi,act.15 c
onerati & laborantes accedant ad Christum, matth.11 d
onus & infirmitas fratris ferenda,galat.6 a
onus suum quisque portabit,galat.6 a
¶Ooliab artifex,exod.31 a.35 d
Oolla & Ooliba,ezech.23 a
¶Operimentum tabernaculi,exod.26 c.36 b
Ophni & Phinees filij Heli,1 reg.1 a.2 c.4 b
in Ophir mittit Salomon classem,3 reg.9 d:item Iosaphat 3 reg. 22 g
non Opprimendus frater,leuit.19 c
opprimetur inobediens Deo,deute.28 d
Opus Dei credere in Christum,iohan.6 d
opera Dei perfecta,deute.32 a
opera Dei non scrutanda curiosius,iob.33 b
opera Dei imperuestigabilia,eccle.8 d
opera Dei reuocanda in memoriam,deute.4 b.7 c
opera legis qui non facit maledictus,deute.27 d
vt Opera sancta & iusta faceremus electi sumus à Deo & redempti,luc.1 g:ephe.1 a.2 b:tit.2 d
ante Opera bona mundemur oportet per Christum, iohan. 9 a.15 a:tit.2 d
opus bonum Deus incipit & perficit in nobis,philipp.1 a: prouer.16 a.20 d
opera testantur fidem,phile.a:hebr.6 c:matth.7 c:2 pet.1 b
opera lucis,ephe.5 b
ad Opera bona prouocemus inuicem, hebr.10 d
operibus bonis præsint credentes,tit.3 c
opera bona nõ faciẽs abscindetur de vite Christo,iohã.15 a
opera charitatis non habenti non prodest fides,iaco.2 c
ad Opera fidei prouocat Christus, matth.5 b: fic & Paulus, opera misericordiæ,matth.25 d (act.26 c
operum bonorum exemplum episcopus,tit.2 b
opera mala operatur diabolus,ephe.2 a
opera coinquinantia hominem,marc.7 c
opera tenebrarum abneganda,tit.2 c.d:roma.13 d
opera Gentium non imitanda,ephe.4 d.leuit.18 d
vt Operarios extrudat orandus Deus, matth.9 d
Operarius cibo dignus, matth.10 d
Operarij iniquitatis,matth.7 d
Operandum manibus,1 thessa.4 c
Operatur manibus Paulus,act.18 a

Opera

Universidad de Deusto Biblioteca

Opera manuum Israël benedicit Deus,deute.2 b:& fructificare facit, deut.28 a.30 b
operatus cum Deo Ionathas,1 reg.18 g
¶Orat Christus pro nobis,iohan.16 f.17 b
orat Christus pro Petro,luc.22 c
orat Christus apud patrem pro nobis, heb.7 d.9 f
ad Orandum spe exorandi exhortatur Christus, propositis exemplis, matth.7 b:luc.18 a
orando cum fiducia,accipiemus quod petimus,marc.11 c
orandum spiritu & mente,1 corint. 14 c
Orationibus nostris adest Deus,deute.4 a
orandi modum docet Christus,matth.6 a
orandum continuè,matth.7 a:luc.11 a.18 a:rom.12 c: eph.6 c coloss.4 a:1 thessa.5 d
in Oratione pernoctat Christus,luc.6 b
oratio sine intermissione ab ecclesia pro liberatione Petri, act.12 a
Oratio iusti assidua multum valet,iaco.5 d
in Orationibus vnanimiter perseuerant Apostoli, act.1 c
orat Paulus sine intermissione, 1 thessa.1 a
oratione assidua victus Deus,iudic.10 d.11.f
orat Christus ter eundem sermonem, matth.26 d
Orans Christus procidit in faciem,oculos in cælum attollit, genua ponit,matth.26 d:iohan.17 a:luc.22 d. Sic Paulus orat cum fratribus positis in terram genibus, act.20 g: ephe.3 c. Itē Moyses extensis in mōte manibus,exo.17 c.d
Oraturus Christus succedit in deserta,aut in mōtem,luc.5 c. 9 d.21 g:matth.14 c:marc.1 d
orat Petrus in superiori parte domus,act.10 b
orent in omni loco viri leuantes puras manus,1 timo.2 c
orat Paulus in litore maris,act.21 a:item in templo.22 a
oratione fidelium cupit Paulus iuuari,roma. 15 b:2 corin.1 b hebr.13 c
orandum pro inuicem,iaco.5 c
orandum pro regibus & similibus,1 timo.2 a
orat Abraham pro Sodomitis,gene.18 c
orat Moyses prostratus coram Deo. 40. diebus & 40. noctibus,obijciens illi suas promissiones,deute.9 d:exod.32 c
orat qui benefacit & recedit ab iniustitia,eccl.35 a
oret in tristitia constitutus,iaco.5 c
Oratio & ieiunium,act.13 a.14 d: matth.17 c
oraculi siue propitiatorij forma.exod.37 a
Orbis totius desolatio,isa.24 a
orbis descriptio edicto Cæsaris,luc.2 a
Oreb occiditur,iudic.7 g
Organorum inuentor Iubal,gene.4 d
Ornatus Aaron & filiorum,exod.28 f.39 a
Orphanos non reliquit Apostolos Christus,sed misit eis Spiritum sanctum,iohan.14 d
Orygem comeduut Iudæi,deute.14 a
¶Os hominis fecit Deus,exod.4 c
oris & oculorum custodia,prouer.4 d
Osculatur Rachaelem Iacob,gene.29 b.
osculatur Esau fratrem suum Iacob, gene.33 a
osculantur alterutrum Ionathas & Dauid,1 reg.20 g
in Osculo sancto salutent se Christiani,roma.16 c:2 cor. 13 d
osculantur Paulum fratres,act.20 g.
osculatur pedes Iesu peccatrix,luc.7 f
osculum Christum prodit Iudas,matth.26 e
Osee qui & Iosue,nume.13 b
Osee regis Israël acta.4 reg.15 f.17 a
Osee prophetia,osee.1 a
Osium Elisei contactu resuscitatur mortuus,4 reg.13 d
Ossa Ioseph secum effert Moyses,exod.13 c
ossa prophetæ seruātur à Iosia cæteris combustis, 4.reg. 23 d
ossa arida filij Israël,ezec.37 a.c
Ostium Christus,iohan.10 b
¶Othoniel iudex Israël,iudic.1 c.3 b
Otium vitandum,prouer. 20 b.21 d
¶in Ouium tonsione fiebant conuiuia,1 reg.25 f:2 reg.13 e
ouem comedebant Iudæi,deut.14 a
ouium parabolam proponit Michæas,3 reg.22 c:item Christus,matth.9 d
Ouis perditæ & inuentæ similitudo,matth.18 b
ouium caulæ multiplicantur obedientibus Deo,deut.28 a
de Ouibus oblatio,leuit.3 b
oues errantes eramus ante conuersionem,1 pet.2 d
oues errantes Iudæi,matth.15 c
oues Christi vocem eius audiunt,iohan.10 c
oues benedicti Dei,matth.25 e
Ouile ecclesia Christi ex Iudæis & Gentibus,iohan.10 c
¶Oza & Ahio filij Abinadab,2 reg.6 a
Oziæ regis Iudæ acta,4 reg.14 e:2 paral.26 a.b.c

P

Pacificus Salomon,1 paralip.22 b
pacificorum hostiæ,leuit.3 a.7 b
pactum Dei cum Noë,gene.9 b
pacti Dei commemoratio, ierem.14 d
pacti sui memor Deus non deserit populum suum,4 reg.13 d
pactum Iosiæ & populi cum Deo,4 reg.23 a
pactum Deus vocat circuncisionem,gene.17 b
Pædagogus erat lex,galat.3 d
Pallium Eliæ & Elisei,3 reg.19 d:4 reg.2 b.c
Palmas dant in faciem Christi,matth.26 g
palpat in meridie,inobediens Deo,deut.28 c
Pane fulcitur cor,gene.18 a:iudic.19 b:psal 103 c
panis in sudore vultus comedendus,gene.3 d
non in Pane solo viuit homo,deut.8 a:matth.4 a
panes pluit Deus de cælo,exod.16 a.c
panibus obedientium sibi benedicit Deus, comeduntque in saturitate,leuit.26 a
pane & carnibus per coruum pascitur Elias,3 reg.17 a
pane & aqua cibatur Elias,3 reg.19 a
panibus septem.4000.hominum satiati,matt.15 d:item quinque panibus satiantur.5000. iohan.6 b
panis laicus,1 reg. 21 a
panis primitiarum sub Eliseo multiplicati, 4 reg.4 g
panum oblatio,leuit.2 a
panes propositionis, leuit.24 a
panis euangelij,Iudæorum primum erat,matth.15 c
panis vitæ,caro Christi,iohan.6 e
panis vnius & calicis participatio,1 corint.9 d
Parabolæ Salomonis,3 reg.4 d
sine Parabolis non loquebatur Christus turbis,matth.13 b
parabolas seorsum interpretatur Christus suis Apostolis, marc.4 d
Parabola lignorum,iudic.9 b
parabola duarum aquilarum,ezech. 17 a
paracletus promittitur,iohan.14 b.15 d. 16 b
è Paradiso voluptatis eiectus Adam,gene.3 d
Paralyticus sanatur à Christo, matth.9 a
Parentes honorandi & timendi,exod.20 b:leuit.19 a
parentes honorare est illis benefacere,matth.15 a:marc.7 b
parentes percutiens aut maledicens occidatur,exod.21 b
ob Parentum inhonorationem mittitur populus in exilium, ezech. 22 a
parentes doceant filios verbum Dei, deut.11 c
parentes non plus diligendi quàm Christus,matth.10 d
Pars Dei Israël,deut.32 b
Parsimonia opes auget,prouer.13 b
participes Christi facti,hebr.3 c
Paruulis legendum deuteronomium,deute.31 c
Paruuli in Christo,1 corint.3 a
Pascha quid significabat,exod.12 d
Paschæ mysterium doceantur filij,exod.12 d
paschalis agnus quo modo edendus,exod.12 a.b
pascha manducat Christus cum discipulis,matth.26 c
Pascha nostrum Christus,1 corint.5 c
Pascit Dauid vnctus iam in regem oues patris,1 reg.17 b
Pascit Dauid populum Israël,2 reg.5 a.7 a
pascant greges episcopi,1 petr.5 a
Pascens gregem edit de lacte,1 corint.9 a
Passerculus non occiditur sine Dei voluntate,matth.10 d
Passiones huius vitæ,roma.8 d
Passionibus Christi communicare,1 pet.4 c
in Passionibus exultandum,1 pet.1 b:coloss.1 d
Passiones & effectus peccati,roma.7 b
Pastores ouium,filij Iacob,gene.46 d

pastores ouium detestabantur Aegyptij,gene.46 d
pastor Christus promittitur,ezech.34 f
pastoribus nuntiatur Christus natus,luc.2 b
Pastor bonus,Christus,iohan.10 b c:1 pet.5 a
pastores qui intrant per ostium Christum, iohan.10 a
pastores populi seductores,ierem.12 c
pastores gregem lacerantes,ierem.23 a
pastores quæ sua sunt quærentes,ezech.34 a
pastoris non corripientis populum,pœna,ezech.3 c
pastoris euangelici officium,ezech.33 a
Patrum officium erga filios,ephe.6 a
patri non maledicendum,prouer.20 c
patres pro filijs non occidentur,deute.24 c
pater christianorum Deus,2 corint.6 d
Pater Christi,pater noster,iohan.20 e
patrem inuocemus Deum,galat.4 a
pater noster,Deus,deute.32 a:matth.23 a
patrem quum inuocemus Deum,in timore conuersemur 1 pet.1 c
pater Corinthiorum Paulus, 1 corint.4 d
patiens Deus, exod.34 a:roma.15 b
patientia sua prouocat Deus ad pœnitentiā,rom.2 a.2 pe.3 c
patientia Dei erga Paulum,1 timo.1 d
patientiæ exemplum prophetæ,iaco.5 c
patientia Iob,iob 1.& 2:item Tobiæ,tob.2 b
patientiæ commendatio,prouer.16 d.
patientes simus,1 thessa.5 c
in patientia fructum referentes,luc.8 b
patientia necessaria in tribulationibus, hebr.10 g
vt patiamur exemplo Christi vocati sumus,1 pet.2 d.4 a
pati propter iustitiam, beatum,1 pet.3 c
Patria Christi, Nazareth, matth.13 g
pauidum cor inobedientibus,deute.28 g
Pauli acta scribuntur in Actis Apostolorum,& in epistolis ipsius.
in Pauli epistolis quædam difficilia intellectu,2 pet.3 d
Paulus hortatur ad pœnitentiam & fidem in Christum, act. 17 g.26 e. 13 d.e.f.18 b
pauor cordibus inobedientium Deo, leuit.26 f
pauperes semper futuri,deute.15 b:matth. 26 b
pauperi mutuo data pecunia,exod.22 d
pauperes curandi in charitate,deute.15 b:eccle.4 a
pauper Christus factus pro nobis,2 corint.8 b
pauperibus quod fit, Christo fit,matth.25 d
pauperibus abundè largiendum,luc.16 a
pauperes ad conuiuium vocandi,luc.14 c
pauperum curam habuit Paulus,galat.2 b:1 corint.16 a
pauperis persona non consyderanda in iudicio,leuit.14 c
pauperi non exprobrandum,prouer.14 d.17 a
pauperes spiritu,matth. 5 a
pauper probus diuiti improbo præferendus,prou.28 a
pauperem superbum odit dominus,eccle.25 a
pauperibus annuntiatur Christus,matth.11 a
paupertas vbique contempta,prouer.14 d.19 c
paupertas cum timore Dei, prouer.15 b
paupertatis author Deus,prouer.14 d
in paupertate nascitur Christus,luc.2 a
paupertatem suam objcit Christus scribæ cupienti eum sequi, matth.8 a
pax vobis,salutatio Hebræorum,gene.43 c
pacis author Deus,1 thessa.5 d:1.corint.14 f
pax cum omnibus habenda,roma.12 d:hebr.12 d
pacifici filij Dei,matth.5 a
pax à domesticis non expectanda christiano,matth.10 d
pax ab inimicis,obedientibus Deo,leuit.26 a
Pax sub Salomone,3 reg.4 c.5 a.b.c
pax ecclesiæ Dei in Galilæa,Iudæa & Samaria,act.9 c
Pax Dei incomprehensibilis,philip.4 b
Pax in ecclesia, isa.26 c.66 d
pax facta à Deo per Christum,coloss.1 c
pax Gentibus & Iudæis, ephe.2 c.d
cum pacem & securitatem putarint esse homines, aderit iudicij dies,1 thessa.5 a
pacem Christus Apostolis imprecatur, luc. 24 f: iohan. 14 d 16 f.20 e
ad Pacem vocati sumus,coloss.3 c
pacem erga Deum dat fides in Christum, roma.5 a
¶Peccatum Adæ in omnes,gene.3 b:roma.5 b
peccatum qui facit,ex diabolo est,1 iohan.3 b
peccatum stimulus mortis,1 corint.15 g
peccatum Adæ quod in omnes dimanauit, gene.3 b
peccatum nō inducit quicquid extra hominem est,matt.15 b
peccatum faciens seruus est peccati,iohan.8 d:2 petr.2 d
[illegible]
peccator & impius,quisquis non credit euangelio,1 pet. 4 d
peccati pœna,mors,roma.5 b
peccatum per legem cognoscitur,roma.7 b
peccati proprij pœna cuiq; portanda,ierem.21.e : ezech.18 a deute.24 c
peccatorum variorum expiatio,leuit.4 5 6:nume.15 c d.
à Peccatis expiatio,leuit.23 e:nume.19
peccatorum antiqua confessio,leuit.16 e
peccata aufert Deus,nume.14 c
à peccatis conuerti,Dei donum,ierem.21 d
ad Peccati agnitionem timor & metus,1 reg.12 c.d
peccatum confitentur Israëlitæ,1 reg.7 b:12 d
peccati confessio exigitur antequam dimittatur,nume.5 a
ob Peccatum populi contra naturam puniuntur etiam qui non peccauerunt,gene.19 e:iudic.20 e.
peccatum nullum in Christo,1 pet. 2 d
peccatum factus Christus pro nobis,1 corint.5 d:roma.8.a 1.petr.2 d
peccatores venit Christus vocare,matth.9 b
peccatorum remissio ex abundanti misericordia, luc.1 g: matth.1 c:2act.13 g
peccatrici condonātur peccata,quòd multū dilexerit,luc.7 f
peccatum in spiritum sanctum irremissibile,mar.7 d: matth. 12 c:1 iohan.5 d
peccato mortui iustitiæ viuamus,1 pet.2 d.3 c
à peccatorum somno surgendum,roma.6 b
peccatorum multitudinem operit charitas,1 pet.4 b
peccata confitentibus remittentur,matth.18 c
peccantes arguendi coram omnibus ab episcopis,1 timo.5 d
peccanti fratri semper remittendum,matth.18 c
erga Peccatores pœnitentes ostenditur Dei benignitas in filio prodigo,luc.15 c
super Peccatore vno pœnitente quantum sit in cælis gaudium,luc.15 a
pecudum offerendarum ritus,leuit.1 c
peculiaris Dei populus,Israël,deute.7 b
de Pecunia deposita apud amicum,exod.22 b
nec Pecunia nec alia res ad vsuram fratri danda,deut.23 d
pecunijs constituti sacerdotes à Ieroboam,3 reg.13 g
pecunijs confidentes,difficile regnum Dei ingredientur, marc.10 c
pecunia donum spiritus non possidetur,act.8 d
pediculi in hominibus,exod. 8 d
pedes hospitibus lauabantur,gene.18 a.19 a
pedes sanctorum seruat Deus.1 reg.2 b
pedes dolet Asa,3 reg. 15 e
pedes Christi vngit peccatrix,luc.7 f
pedes discipulorum lauat Christus,iohan.13 b
ad pedes Christi sedet Maria, luc.10 g
pedes calceati ad prædicandum euangelium,ephe.6 c
pedibus nudis & flens ac operto capite fugit Dauid à facie filij Absalom, 2 reg.15 f
pedibus Dei appropinquantes docentur ab eo, 2 reg. 7 a deute.33 a
Pelicanum non comedebant Iudæi, deute.14 d

Universidad de Deusto
Biblioteca

Pentecostes festum,exod.23 c
Penuria rerum,inobedientibus,deute.28 e
Percutiens hominem moriatur,leuit.24 d:exod.21 b
Percutiens parentes,aut mulierem præpugnantem moriatur deute.21 b c
de Perdito boue, oue, aut alia re proximi quid agendum, deute.22 a.
Peregrinari à corpore,fidelibus optabile,2 corint.5 b
peregrinamur nunc à Domino,7 corint.5 b
peregrinatio,vita Iacob,gene.14 b
peregrinos amat Deus,deute.10 d
Peregrini suscipiendi,exod.23 a:deute.14 c
peregrini decimis tertij anni alebantur,deute.14 d
Perfecti simus cum Deo,deute.18 b:matth.5 g
vt Perfectus sit hortatur Deus Abraham,gene.17 a
perfectus est,qui est sicut magister suus Christus,luc.6 f
perfectorum,omnibus venditis & datis pauperibus sequi Christum, matth.19 c
ad Perfectionem exhortatio,1 corint.1 b:14 d
perfectus qui verbo non labitur,iaco.3 a
in Periculo Deus adest suis,exod.14 c d
vt Peripsema omnium,Paulus,1 corint.4 c
non Periurandum,leuit.19 c
de Persarum regibus vaticinium,danie.11 a
Persecutiones à Deo,psal.38.ver.12
de Persecutionibus inter prædicandum, præmonet Christus Apostolos,matth.10 b c
persecutionem patientur piè viuentes, 2 timo.3 c
persecutiones scandalizant infirmos,marc.4 b
si Persequantur nos,fugiendum,matth,10 c
persecutores non timendi, matth.10 d
persequutionem patientes,beati,matth.5 a
pro Persequentibus orandum,matth.5 g:roma.12 c
ad Perseuerantiam hortatur Christus,iohan.15 a
perseuerans saluabitur,matth.16 c:24 b
perseuerantiam dat Christus fidelibus,1 corint.1 a
Persona iudici nō spectāda,leui.19 c.deut.1 c.16 d:prou.24 c
personam Deus non accipit,deute.10 d
Pestilentia inobedientibus præceptis Dei,leuit.26 d
pestem eligit Dauid,2 reg.24 c
quicquid Petierimus à Deo secundum voluntatē ipsius dabit nobis,1 iohan.2 d:5 c

petentes in nomine Christi obtinebimus,ionan.14 b
in Petra stat Moyses ad videndum Deum,exod.33 d
è Petra datur aqua,exod.17 b
petra scandali Christus,1 petr.2 b
petra Christus de qua hauserunt fideles Iudæi, 1 corint.10 a
super Petram Christum fundata ecclesia,math.16 g
Petræ scissæ in morte Christi,matth.27 f
Petrus ducitur ad Christum ab Andrea,iohan.1 f
Petrus & Andreas vocantur,matth.4 c
Petrus & iohannes idiotæ,act.4 c
Petri acta leguntur apud Euangelistas & acta Apostolorum, ¶ Phaceia rex Israël,4 reg.15 e f (& galat.1 d
Phaleg filius Heber, gene.10 d.11 c
Phanuelitæ immisericordes,iudi.8 b
Pharaonis acta,gene.12 d.40 a.41.45 e:exod.1.5.9.12.14
Phares & eius filij,gene.38 g.46 b
Pharisæus Paulus,act.23 b
Pharisæi asserunt resurrectionem, act.23 b
de Pharisæis multa in euangelijs.
Phase ritu perpetuo celebrandum,exod.12 c
Phase Domini præcipitur, deute.16 a
Phetias moritur,ezech.11 c
Phenenna vxor Helcanæ altera, 1 reg. 1 a
Pherezæos penitus excidi iubet Deus,deute.20 d:iudic.1 a
Phialarum templi fabricatio,2 paral.4 c
Philetus excidit à Christo,2 timo.1 c
Philippi vocatio,iohan.1 f:de hoc plura,iohan.12 c.14 a
Philippus diaconus, act.8 e:21 b
Philisthijm è quibus egressi,gene,10 b:1 paral. 1 a
de Philisthæis multa,iudic.3.10.13.14.15.16:1 reg.4.5.6.7.13.14 17.23.28.31:2 reg.5.8.21.23
ne per Philosophiam seducamur,coloss. 2 b
Phinees filius Eleazari,exod.6 d: iudic.20 d
Phinees occidit Zambri & Cozbi,nume.25 b: & huius laus, eccl.45 d
Phinees filius alter Heli,1 reg.1 a
Phison fluuius,gene.2 b
Phitom vrbs ædificatur,exod.1 b
Phygellus defecit à Christo, 2 timo.1 c
¶ Piè volentes viuere in Christo Iesu persecutionem patientur, 2 timo.3 c:act.14 d
Pietas reges facit fœlices,prouer.25 a
pietas sperat vitam,tit.1.a
in Pietatibus simus assidui,2 pet.3 c
piger excitatur ad laborem,prouer.6 a
piger laborem fugiens in ægestate erit, prouer.20 a:21 a
pigritiæ incommoda,prouer. 24 d
in Pigrum,prouer.21 d:22 b:26 c
pigrorum iter quale,prouer.15 c
Pignora quando reddenda,exod.22 d
de pignoribus,vide,deute.24 b c d
pignus & arrabo promissæ nobis salutis Spiritus sanctus, 1 corint.1 d: 5 a
Pilati acta,iohan.18 c.g.19 a.c
Pilati vxor nititur Christum à morte liberare,matth.27 b
Pilatus minus peccauit quàm Iudæi,iohan.19 b
Philosus Elias,4 reg.1 b
Pignus Israël derelinquit Deum,deut. 32 c
Piscina in Ierusalem, iohan.5 a
Pisces verbo Dei creantur,gene.1 c
pisces mundi & immundi,leuit.11 b
Pius solus Deus,apoc.15 b
pios de tentatione & afflictione eripit Deus,1 pet.2 b
¶ Placatur Deus oratione Moysi,exod.32 d
vt Placeamus Deo orat Paulus,heb.13 d
non vt Placeret hominibus prædicauit Paulus sed Deo, 1.thessa.2 a:galat.1 b
non Placere nobis debemus sed proximo ad ædificationem, roma.15 a
Plagarum modus,deute.25 a
qui plagis multis vapulabunt à Deo,luc.12 f
plagæ Aegyptiorum,exod.7.8.9.10.12
plagæ corporis Christi,psal.21.ver.18:Zacha.13 c
Plangitur Iacob ab Aegyptijs, 70. diebus,gene.50 a
plangitur Moyses, 30. diebus ab Israëlitis, deute.34 c
plangitur propheta mortuus ab altero propheta,3 reg.13 f
planctus super mortuum,2 reg.3 f
Plantauit Deus Israëlem,exod.15 c: 2 reg.7 b
plantauit Paulus Corinthios in Christo,1 corint.3 b
plantans & rigans nihil sunt,sed qui incrementum dat Deus ibidem
plantans vineam de fructu eius edit, 1 corint.9 a
plantatio non plantat à Deo eradicabitur,matth.15 b
Plebs Dei,Israël,non est ab eo repulsa,roma. 11 a
Plenitudo & corpus Christi ecclesia,ephe.1 d
Plorandum in hac vita peccatoribus, iaco. 4 c
plorat populus agnoscens peccatum,deute.1 g
Pluit coturnices & man Deus,exod.16 c
pluit lapides,ios.10 c
pluuia de cælo danda terræ promissionis,deute.11 b
pluuiæ temporaneæ & serotinæ obedientibus, ibidem
pluuiæ interdum propter peccata non dantur, 3 reg.8 d.7 a
sine Pluuia promittit Deus aquas regi Ioram,4 reg.3 c
Pœna homicidij,exod.21 b:item furis & dāni facti, exo.22 a
pœna talionis,gene.9 a:exod.21 c:leuit.24 c:deute.19 d
Pœnitet Deum,quando immutat quod fecerat,1 reg.15 c: alio modo dicitur pœnitudine non flecti,1 reg.15 f
pœnitet Deum fecisse hominem,gene.6 b
pœnitēti peccatori vita,ezech.18 e:33 c:deute.30 a:3 reg.21 g
pœnitentia ad Deum vera,ierem.4 a
pœnitentiam dat Deus,act.5 c:11 c:2 timo.2 d
ad pœnitentiam hortatur Iohannes,matth.3 a c
pœnitentiam, & regnum cælorum appropinquasse, Iohannes, Christus & Apostoli prædicauerunt, matth. 3 a. 4 c 10 a: marc.6 b.Sic Paulus cum lachrymis, act.19 d. Sic & Petrus
Petrus,act.2 f.3 c
pœnitenti fratri remittendum,matth.18 c
¶ Polluebant nomen Dei sacrificantes idolo Moloch. leuit.18 c
polluitur nomen Dei periurio, leuit.19 c
pollutionis nocturnæ expiatio,deut.23 b
Ponderis æquitas,deut.25 d: iniquitas,osee.12 b
Pontifex non adsit exequijs,leuit.21 b.c
pontifex ad quid constitutus,hebr.5 a.8 a
pontifex noster Christus,hebr.2 d.3 a.8 a
in populos separati homines,deute.32 a
populos diligit Deus,deut.33 a
in populum Dei assumpti filij Israel,exod.6 a.19 a:deut.4 a 3.reg.8 f
populis omnibus missus Christus,luc. 21 e
populus Dei Christiani,1.pet.2 b
in Porcos abeunt dæmones,matth.8 d
ante Porcos margaritæ non mittendæ,matth.7 a
Porphyrionem non comedunt Iudæi,deut.14 b
in Porta ciuitatis sedebant iudices,deut.22 b
portæ inimicorum,pro potentia,gene.22 d. 24 g
portæ inferi non prævalebunt aduersus ecclesiam,matt.16 c
Portauit Deus filios Israel,exod.19 a
Possessio Leuitarum Deus,deut.10 b
Posteriora Dei videt Moyses,exod.33 d
Potentia Dei non minuitur,isa.50 a
potentia Dei in vasa iræ,rom.9 c
potestas omnis subdatur Deo,psal.23
potestas omnis à Deo,roma.13 a
potestatibus parendum,roma.13 a:1. pet.2 c
Potus immundus,leuit. 11 f
potus spiritualis,1.corint.10 a
¶ Præcepta decalogi, exod.20 a:deut.5 c
præcepta diuina scrutanda,prouer.3 a
præcepta implenda,deut.6 a.8 a
præcepta fiant in charitate,2.iohan. b
præcepta custodientibus Deus misericors,deut.7 b
præcepta seruantibus benedictio,non seruantibus maledictio,exod.23 a
præcepta Dei inculcanda filijs, deut.6 d
ad præceptorum Dei obseruationem exhortatur Moyses beneficiorum commemoratione, deut. 4 a.20 a : idem facit Iosue,ios.24 a.b.c: Dauid item Salomonem ad idem hortatur,3 reg. 2 a
Præcursor noster Christus,hebr.6 d
Præda ex æquo diuidenda,deut.20 c:1.reg.30 f:ios. 22 b
Prædestinauerat nos Deus ante constitutum mundum,eph. 1 a:2.timo.1 c
prædestinati,Paulo dicuntur etiam præsciti,rom. 8 f
ob prædestinationem non disceptandum cum Deo,rom.9 d
prædicat Christus in naui,matth.13 a:marc.4 a
prædicauit Christus semper palam,iohan.18 d
prædicare non possunt nisi missi,roma. 10 c
qui prædicat sermones Dei prædicet.1.pet.4 c
prædicantibus Apostolis dabat Deus incrementum,act. 2 g
prædicatoribus ius conceditur,vt ab eis alantur quibus prædicant,1.corint.9 a
prædicatores promittit Deus,isa. 30 e
prædicatores mendaces,2.pet.2 a. b.c
Prædo vendens hominem moriatur,deut.24 c
Præfecti Salomonis.550.3.reg. 9 d
prægnantem percutiens rixando,exod.21 d
prægnantes scinduntur à Manahem,4.reg. 15 d
ad Prælium docet Deus, 2.reg. 22 c
Præparāda corda Deo, soli illi fidendo & seruiēdo, 1.reg. 7 a
præpositis obediendum,hebr. 13 c
præputiū nihil prodest christiano,aut circuncisio,1.corin.7 d
Præputia ligno tum auferenda, leuit.9 c
præsciti Paulo dicuntur qui & prædestinati, rom.8 f
in præsepio natus Christus,luc.2 a
præsidendum in solicitudine,roma.12 b
ad Prandium inuitatur Christus à Pharisæo, luc.11 f
Presbyteri in singulis ciuitatibus,act.14 d.tit. 1 b
20 f.tit.1 b:philip. 1 a
presbyteros quales esse oporteat,tit.1 b
ad presbyteros exhortatio,act.20 d:1.pet.5 a
pretio mortis Christi redempti,1.corinth. 6 d.7 d
Primatum tenet Christus,coloss.1 c
de primatu contendunt Apostoli,matth.18 a
primitiarum lex,nume. 5 a. b
primitiæ reddendæ solicitè,exod.22 d.34 d: leuit.23 b
primitiæ,sacerdotum erant,nume.5 b.18 b
de Primitijs.ezech. 45 d
primitias spiritus habentes Apostoli,roma.8 d
primitiæ resurgentium Christus,1.corint.15 c:coloss. 1 c
Primogenita sua paruipendit Esau,gene.25 d
primogenita, Dei erant, exod.13 a. b: & sæpius alibi
promigenita AEgyptiorum moriuntur, exod.12 d
primogenituræ ius nō dandum filijs ex affectibus,deute.21 c
primogenitus Christus inter fratres,ro.8 f:1.col.3 c.1.co.15 c
principes, Dei ministri,roma.13 a:tit.3 a
principum status mutat Deus,iob.12 c
principes quales esse oportet,deut.1 b
ad principes Israel exhortatio,ezech.45 c
in principes pauperum oppressores,amos.4.a.6 a:sopho. 3 a
principis impij,sunt & ministri impij, prouer. 29 b
principi non maledicendum,exod.22 d
principes ex Iudæis multi credunt in Christum,non audentes eum confiteri propter Pharisæos,iohan.12 f
principis in terra promissionis portio,ezech. 45 c.48 c
principis holocaustum spontaneum, ezech. 46 d
principes Iudæorum ignorantes crucifixerunt Christum, 1.corint.2 b:act.3 c
princeps aëris, diabolus,ephe.2 a:coloss.2 c:iohan. 12 e
principatus omnis caput,Christus,coloss. 2 b
Prisca & Aquila,rom.16 a: act.18 a
Probanda omnia,1.thessa.5 d
Probatio spem auget,roma.5 a
probemus an simus in fide, 1.corinth.11 f
prodigalitas prohibetur,prouer. 5 b
Prodigia in morte Christi,matth.17 f
proditores Ziphæi,1.reg.23 c
non prohibendi quomodocunque verbum Dei verè annuntiantes,marc.9 f:philip.1 b.c
Proijcere sermones Dei,1.reg.15 f
promissionis terra qualis,deut.8 b
promissiones omnes adimpleuit Deus Iudæis, ios. 21 d.23 d
promissiones etiam indignis complet Deus,leuit.26 g
promissiones Dei dignis dantur,1.reg.2 f
propter promissiones Dei ad Abraham &c.omnia egit Deus erga Iudæos,exod.2 d.6 a:1.reg.12 d
promissionum Dei memor Iacob orat,gene.32 c
promissiones Deo obijcit orans Moyses pro peccato Israel, exod.32 c:deute.9 d
quod Promisimus Deo, reddendum,deut 23 d
promissionis verbum Abrahæ factum,rom.5 a.c
promissionis filij, roma.9 b
promissiones suas impleuit Deus misso filio suo Christo, act.3 b.13 d
promissio patris Spiritus sanctus,act.1 a. 4 c
Prophana vitet episcopus,2.timo.2 c
Propheta olim dicebatur videns,1.reg.9 b
per Prophetas respondebat Deus,1.reg.28. a
Prophetis in visione & per somnium loquebatur Deus : soli Moysi facie ad faciem, num.12 b
propheta Dei loquitur quod illi ponit in os,3.reg.22.c:num. 22 d. f. g.23 b. 24 c
prophetæ Dei authoritas,mich.3 c:4.reg.5 c
propheta corripit Ieroboam,3.reg.13 a
prophetæ centum absconsi, 3.reg.18 a
propheta inobediens verbo Dei occiditur à leone,3.reg.13 d
Prophetæ de salute nostra per Christum, & de remissione peccatorum prophetauerunt,1.pet.1.b:act. 10 g
prophetæ cupierunt videre Christum,matth. 13 c
prophetæ exemplum patientiæ, iaco.5 c
propheta Abraham,gene.20 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

propheta Moysi erat Aaron, exod.7 a
vt prophetet omnis Populus optat Moyses,nume.11 f
in prophetarum contemptores Iudæos, ierem. 7 c:act.7 f.g
prophetat Eliseus psalte canente,4.reg.3 b.c
prophetæ in Ecclesia interpretentur, 1.corinth.12 d
prophetarum spiritus prophetis subiectus est,1.corinth. 14 f
prophetarum filij pauperes & esurientes,4.reg.4 g.6 a
prophetis Debora,iudic.4 a:item Holda.4.reg.22 c
propheta falsus vnde dignoscitur,deute.18 d: ierem.28 b
propheta , post euentum suæ prophetiæ abducens à Deo, occidatur, deure.13 a
prophetæ falsi,850:solus Elias Dei propheta,3.reg.18 c
de prophetis falsis conqueritur Ieremias,ierem.14 b
prophetas Baal occidit Elias,3.reg.18 g
ad prophetiam ex agricultura vocatur Eliseus,3.reg. 19 d
propheta noster Christus, deut.18 c
prophetia, Dei donum, roma. 12 b
prophetiæ donum optandum,1.corinth.14 a
prophetiæ interpentatio,à Deo,2.pet.1 d
Propinquitatis iuri quomodo cedebant Iudæi,ruth.4 a.b
Propitiatorij forma,exod.25 b
Propitiatio pro peccatis Christus,1.iohan.2 a. 4 c
Propositionis panes,leuit. 24 a
Propositionis panes comedit Dauid,1.reg. 21 b:luc.6 a
Proselytos faciebant Iudæi,matth.22 b
Prospera & aduersa à Deo,prouer. 3 b
prosperitas impiorum. iob. 21 a
Prostibuli merces non offerenda,deut.23 c
Protector noster Deus,psal.17 e.26 a.30 a. &c.
Protector Abrahæ Deus,gene.20 b
Prouerbium,Num,& Saul inter prophetas? 1.reg. 10 c. 19 d
in Prouerbium facti Iudæi,deute.28 d
Prouidentia Dei erga seruos suos,psal.144 b.146 b:prouerb. 15 a.19 c:etiam ab vtero matris,psal.138.ver.12
prouidentia Dei erga ingratos,3.reg.18 a
prouidentiæ Dei omnia committenda, eccli.11 b
prouidentia Dei super Elia,3.reg.17 a.b
prouidentiam Dei negantes,isa. 40 g
Proximorum contemptores,malach.2 b
proximus omnis indigens ope nostra,luc.10 e
proximo placendum ad ædificationem,roma.15 a
proximi dilectio est legis impletio,roma.13 c
proximi cura cuique commissa,eccli.17 b
proximi rex perdita non negligenda,deut.22 a
proximo dandum mutuum, eccli. 29 a
Prudentes & simplices simus,matth.10 b
prudentia spiritus & carnis,roma.8 a
prudens Dauid in omnibus,1.reg.18 b.c
prudentiæ carnis non innitendum, abdiæ,1 c
Prurigine percutiuntur inobedientes, deute.28 c
¶Psallendum Deo spiritu & mente,eique gratię agendę, 1.corinth. 14 c
Psalmis hymnis & canticis Deo canendum,ephe. 5 d
psallente Dauide recedit spiritus malus à Saule,1.reg.16 d
psaltes egregius Dauid,2.reg.23 a
à Pseudapostolis cauendum,philip.3 d
pseudapostoli operarij subdoli,2.corinth.11 c
Pseudopropheta quomodo dignoscendus,deut.18 d
de Pseudoprophetarum doctrina, ezech.13 a. 22 e
Pseudoprophetarum miracula,ierem.23 f
Pseudoprophetæ surrecturi,matth.24 a
¶Ptolemæus rex AEgypti,1.machab.10 e.11 a.b
¶Publicani euangelio credunt,matth.21 c
publicani Deum laudant,luc.7 e
publicani non plus exigant quàm constitutum est eis, luc.3 c
Publicani & Pharisæi parabola,matth.18 b
Puella vouens an teneatur voto,nume.30 a
Pueris angeli custodes,matth.18 b
pueri adducuntur ad Christum,matth. 19 b
puerum amplectitur Christus,marc.9 f.10 b
puer efficiatur qui vult ingredi regnum Dei, matth.18 a
puerorum est regnum cælorum,matth.19 b
pueri non scandalizandi,matth.18.a
pueri laudant Christum,matth.21 b
pueritia virgis coërcenda,prouer.13 d.22 c. 23 d
pueri irridentes Eliseum deuorantur ab vrsis, 4.reg.2 d
Pugnator noster Deus, exod.15 a
pugnat pro Israelitis Deus,exod. 14 d
Pulcherrima Sarai, gene.12 c.d
pulcherrima Rebecca.gene.24 b:item Rachel,gene. 29 b
pulchra Abigail,1.reg.25 a:ité Bethsabee,2.reg.12 a:&. Thamar soror Absalom,2.reg. 13 a
Pulchri,Dauid & Absalom,1.reg.16 b:2.reg.14 f
Pulicem se dicit Dauid præ Saule,1.reg.26 d
Puluis homo,gene.3 d.18 d
puluere caput aspergebant Iudæi dolentes.ios.7 b:1.reg. 4 c
puluis pedum excutiendus in contemptores euangelij. matth.10 b
vt pupilla oculi custoditus Israel,deut.23 b
pupillam oculi Dei tangit,qui Christos suos tangit,zach,2 b
pupillo iudicium facit Deus,deut.10 d
pupilli decimis tertij anni alendi,deut. 14 d
de pupillis,deut.24 d.26 a.27 c:prouer.13 a:eccli.4 b
purgatio peccatorum per Christum, hebr.1 a
purificatio leuitarum,nume.8 b
Pusillanimes consolandi,1.thessa.5 c
Puteos Abraham obturant philisthæi,gene.26 c
puteos à Philisthiim obstructos refodit Isaac,gene.26 d. e.g
¶Pygargum comedunt Iudæi,deut.14 a
Pythones non consulendi,deut. 18 b
pythones habentes,moriantur,leuit.20 d
pythonem habentem mulierem consulit Saul, 1.reg. 28. a. b
pythones aufert Iosias,4.reg.23 e

Q.

Quærendus Deus toto corde,& sic inuenietur,deut.4 d
Quæstiones vitandæ,2.timo.2. d:tit. 3 c
in Quæstionarios, 1.timo.6 a
Quæstus magnus pium esse,1.timo.6 b
sine Querela viuendum,philip.2 b:1.thess.3 d
Quieti simus,1.thessa. 4 c
Quinquagenarios constituit Moyses super Israelē, exo.18 d
Quinquagenarij duo cum sibi subditis ad verbum Eliæ igni cælesti absorpti,4.reg. 1 c
Qui stat,videat ne cadat,1.corinth.10 c

R.

Rabba obsidetur à Ioab,2.reg.11 a
Rabbath vrbs Ammonitarum,2.reg. 12 g
Rabbi cupiebant vocari Scribæ & Pharisæi,matth.23 a
Rachelis acta,gene.29.30. 31.35
sicut Rachel fœcunda,ruth.4 c
Radix Dauid Christus, roma.15 c:apoca.22 c
Radix Iudæorum sancti Patres,roma.11 b
Raguel sacerdos Madian,exod. 2 c
Raguel socer Tobiæ iunioris,tob.4 c.8 b.d.10 c
Rahab meretrix aut potius caupona,ios.2 6
Rama ædificatur ac destruitur,3.reg. 15 c.e
Rameses terra datur filijs Israel, gene.47 c
Rameses ædificatur,exod. 1 b
Rami naturales oleæ,Iudæi,roma.11 c
Ramoth-Galaad obsidetur,3.reg.22 a
Ranæ super terram AEgypti,exod.8 a
Rapiuntur bona non obedientium Deo, deut.28 d
Raptores alienarum rerum, 1.corinth.6 b
Raphaël deducens Tobiam iuniorem,tob.5.6.9.12
Rationale iudicij quale,exod.28 c.39 b
Rationi propriæ non fidendum,deut.12 a:prouer. 3 a
rationem reddet vuusquisque Deo,roma. 14 b
ratio omnibus reddenda de spe nostra si interrogauerint, 1. pet.3 c
Razin rex Syriæ,4.reg. 16 b
Raziæ mors,2.mach. 4 f
Rason aduersarius Salomonis,3.reg. 11 a
¶Rebeccæ vxoris Isaac acta,gene. 22 d.24.25.26.27 c roma. 9 c
Rebelles in Moysen combusti,nume.16 c

rebelles Israelitæ,deut.9 d.31 g
rebellio Core,nume.16 a
recalcitrauit Israel,deut.32 c
non recedendum à Deo,deut.11 b
recedere à tergo Domini,1.reg.12 d
Rechab occidit regem Isboseth,2.reg.4.b.c
Rechabitarum obedientia erga patrem,ierem.35 a
Recipere Christum siue in eum credere, iohan.1 b
reconciliauit nos sibi Deus per Christum, roma.5 b
reconciliemur cum fratre, matth.5.d.20 d
recordatur nostri Deus cum nos liberat,aut aliquid donat, 1.reg.1 c:gene.30 b
vt recordemur beneficiorum Dei exhortatio,deut. 8 a
Rectoris officium,eccli.32 a
rectum coram Deo faciendum,exod.15 g
rectus Deus,deut.32 a:psal.91. ver.vltimo
redemptio per sanguinem Christi,1.pet.1 d
redemptio quæ,ephe.16:hebr.9 c
redemptor noster Christus,1.corinth.1 d:marc. 10 c
redemptionem percipiemus in die iudicij,luc.21 f
Reductio populi à Babylone, ierem. 30 a
refugij vrbes.ios.29.a:nume.35 a:deut.4.g.19 a
refugium nostrum Deus,2.reg.22 a:psal.9 b:ierem.16 d
regeneratio spiritum per Christum,isa.65 c
Regina Saba audit Salomonem,3.reg.10 a.d
Regiones à filijs filiorum Noë primum diuisæ, gene.10 a
regiones albæ ad messem,iohan. 4 e
regnabit Deus in perpetuum,exod.15 e
regnabat Deus super Israelem, antequam regem peterent. 1.reg.12 c
regni lex,1.reg. 8 c.10 d
regnorum mutatio à Deo,iob.34 b
de Regnis quatuor mundi,danie.7 e:zacha. 6 a
regnum Dei sacerdotale,Israel,exod. 19 a
regni Christi descriptio,isa. 32 a
regnum Christi æternum,isa.9 b:danie.7.g: luc.1 e
regnare nolentes Christum iubet coram se occidi, luc. 19 d
luc.12 d
regnum Christus disponit suis,luc.22 e
regnum Dei paratum electis,matth.25 e
in regnum Dei per multas tribulationes intratur,act. 14 d
regnum cælorum ecclesia,matth.13 g
de regno Dei multa apud euangelistas
regnum Dei intra nos,luc. 17 e
regnum Dei primum quærendum,matth.6 d
regnum Dei quando sit venturum interrogabant Pharisæi, luc.17 e
regnum Dauidis Christum restituturum credebant Iudæi, marc.11 b:act.1 a
ne regnet peccatum in nobis, roma.6 b
regula æqua,leuit.19 g
regulam Christi sequentes,galat.6 d
in regula eadem permaneamus,philip.3 d
Religio munda,quæ iaco.1 d
non relinquit nos Deus,deut.4 c
relinquentes Deum affliguntur,ios.24 e:iudic. 10 b
relinquere patrem &c.propter Christum,matt.19 d:luc.14 e
reliquiæ populi Israel seruandæ,ierem.21.g.23 a:rom.9.f.11.a
remissio iubilæus,leuit. 25 b
remissio debiti anno septimo,deute.15 a
remissio peccatorum gratuita,act. 2.f:coloss.1 c
remittendum ex corde fratribus,coloss. 3 b
renascimur per verbum Dei,1.pet. 1.d.2 a
renatus ex aqua & spiritu sancto,iohan.3 a
Renes accincti in esu agni Paschalis,exod.12 b
vt renouaremur venit Christus,tit.3 b
renuntiandum omnibus quæ possidemus,luc.14 f
de reprobis,matth. 13 b
reprobum se non esse dicit Paulus, 2.corint.13 c
Reptilia terræ creantur verbo Dei,gene.1 c
reptile immundum,leuit.11 f
repudium permittit Moyses, deut. 24 a: matth. 19 a
repulerunt Deum Israelitæ , nume. 11 d
requies nulla inobedientibus,deute. 28 g
requies ferentibus iugum Christi, matth.11 d
in requiem Dei ingressuri credentes,hebr. 4 a
requies tribulatis,2.thessa.1 c
requieuit Deus die septimo, gene.2 a
respiscere omnes desiderat Deus,2.pet. 3 c
ren.5 d
respiscentia Israelis.ierem.3 g
Respha acta,2.reg.3 b:21 b
respicere dicitur Deus populum,quando à quouis malo liberat,ruth.1 b
respicit Deus super obedientes,leui.26 b
vt respiciat ipsum Deus, orat Israel,deut. 26 d
Respublicæ quando florent,prouer. 28.b:29 a
resurrectionem Christi prædixit Dauid, act.2 e
resurgunt in morte Christi corpora sanctorum,matth.27 f
resurrexit Christus,matth.28 a: act. 2.d.e
resurrectionis Christi virtus,osee.6 a
resurrexit Christus propter iustificationem nostram, roma.4 d
de resurrectione Christi,1.corinth. 15 a
resurrexisse Christum testantur Apostoli,act.4 g
resurrectio & vita Christus,iohan.11 c
resurgere cum Christo, roma.6 a
resuscitat Christus in se credentes,iohan. 6 d
de resurrectione prophetia,iob.14 b:danie. 12 a
resurgent omnes,2.corint.4 c
de resurrectione mortuorum,1.corinth. 15 b
in resurrectione non contrahent matrimonium, matth. 22 c
retribuit Deus cuique iuxta iustitiam,1.reg. 26 d
retribuit Deus obedientibus se,deut. 32.f
Reu nascitur,gene.11 c
reuelat Deus aurem alicuius,cum aliquid illi prænuntiat, 1.reg.20 c:2.reg.7 d
Rex ad quid constituitur,3.reg. 10 b
rex iustus,prouer.29 a.b
rex qualis esse debet,deute.17 d
regibus ebrietas fugienda,prouerb. 31 a
regis ius,1.reg. 8 d
regis cor in manu Dei, prouer. 21 a
à regis indignatione cauendum,prouer.16. b:20 a
sub rege puero infœlicitas, eccles. 10 d
rex legat deuteronómium, deut.17 d
regem honorificemus,1.pet.2 c
pro regibus orandum,1. timo.2 a
regem petunt Israelitæ,1.reg. 8.a.10 c
rex Saul constituitur inuitus, 2.reg. 10 d
rex Salomon petit à Deo sapientiam,3.reg.3 b
rex seculorum immortalis,inuisibilis,1.timo.1 d
regem volunt Christum constituere,10.6 b
reges & sacerdotes Dei Christiani,apoc.1.b:5 c:1. pet. 2 b
¶Rhamni parabola,iudic. 9 b
Rhode puella,act.12 c
¶Ridentibus væ,& quare,luc.6 d
rigauit Apollo,1.corinth.3 b
Rixa,opus carnis,galat. 5 d
de rixantibus lex,exod.21 c
de rixarum suscitatione,prouer.10.b: 15 b
¶Roboam acta,3.reg.11.g.12.14
non roboratur homo in fortitudine sua,sed ex solo Deo, 1.reg.2 b
Rogat Paulus eos quibus euangelizat,2.thessa.2 a
Roma concubina Nahor,gene.22 d
de Romano imperio vaticinium Balaam,num.24 d
Romanos venturos timent Iudæi,iohan. 11 f
Romanum se dicit Paulus,act.16. g.22 f
Romani neminem condemnant indicta causa,act.15 e
Romanis prædicandum euangelium,act.23 c
Romam appulit Paulus,act.28 d
Romani non prohibent Paulo prædicare omnibus euangelium, act. 28.e.g
ros in solitudine,qui & man,siue manna, exod.16 c
rori caligantes cæli,deut.33 d

Universidad de Deusto Biblioteca

ros & pluuia non data eſt tribus annis , temporibus Achab, 3.reg.17 a
ros & pluuia non deſcendant ſuper mõtes Gelboê, 2.reg.1 c
Rotarum viſio,ezech.1.d.e.10 b. c
¶Ruben natiuitas & eius acta, gen.29 g.35 d.42 a: 42 d deute.33 a
Rubenitæ interficiunt Agarenos,1.paral.5 b
Rubenitarum habitatio,ioſ.13 b
Rubus ardens non comburitur,exod.3 a
Ruinam præcedit exaltatio, & gloriam deiectio,prouer.18 c
in Ruinam Iudæis reliquit Deus Chananæos,iudic.2 a
Ruituros per Chriſtum multos Iudæos prædicit Symeon, luc.2 c
Ruth acta vide in ſuo libro.

S.

Saba regina inuiſit Salomonem,3.reg.10 a:matth.12 d
Sabbathum benedicit Deus, gene.3 a
Sabbathum præcipitur,exod.16 e.20 b
Sabbathi ſanctificatio,ierem.17 c
ſabbathum quare inſtitutum,exod.20 b.23 b:deut.5 b
ſabbathum,cuius ſignum,exod.31 d:ezech.20 b
ſabbathi violatores increpãtur,exo.16 f:num.15 d. 2.eſd.13 d
ſabbathum terræ,exod.23 b:leuit.25 a
ſabbatho legit Chriſtus prophetas,luc.3 c
ſabbathum propter hominem factum,& non ediuerſo, marc.2 d
ſabbathi Dominus Chriſtus, matth.12 a
ſabbathis benefaciendum, matth.12 a
ſabbatho Chriſtus mulierem incuruatam ſanat,luc. 13 c
de ſabbatho violato reprehenditur Chriſtus,iohan. 5 c.d e. 7 c. 9 c: luc.13 c
ſabbatha perpetua,iſa.66 g
ſabbathiſmus,ceſſatio ab operibus mortuis,iſa.56 a: 58 d
de ſabbatho & requie chriſtianorum poſt tribulationes, hebr.4 b
Saccus in lumbis ſignum doloris,3.reg.20 e.21 g
Sacerdoti Leuitico obſeruandæ,leuit.10 b.c.16 a.26 a
ad Sacerdotis officia qui non ſuſcipiebantur, leuit. 21 d
ſacerdotum conſecrandorum modus ,exod.29 h
ſacerdos virginem ducat,leuit.21 c
ſacerdotum hæreditas Deus,deut.18 a
ſacerdotum officium præcipuum,malach.2 a
à Sacerdotibus legem accipiat rex,deut.17 d
ſacerdotis filia fornicans,leuit. 21 b
ſacerdotes Baal occiduntur,3.reg.18 g:4.reg.10 f.23 b
in ſacerdotes,oſee.5 a:ierem.2 b
ſacerdotum auaritia,iſæ.3 b:malach.2 a
ſacerdotum principes fuerunt cauſa mortis Chriſti, matth. 26 a.27 b:luc.19 f.20 c
ſacerdotes prohibent Chriſtum annuntiari,act.4 d
ſacerdotum turba obedit fidei,act.6 b
ſacerdotium Leui tranſlatum,hebr.5 b.7 a.8 a: pſalm. 109
ſacerdotes Chriſtiani ſpirituales, qui hoſtias ſpirituales offerunt per Chriſtum, 1.pet.2 a:apoc.1 b.5 c
ſacerdotale Dei regnum,Iſraelitæ,exod. 19 a
Sacramentum,Chriſtus natus,1. timo.3 d
ſacramentum Dei reuelatum Paulo,coloſ.1 d
Sacrificij lex,leuit.6 b.deut.18 a
ſacrificia carnalium ſubſannantur,oſee.5 b
ſacrificia Iudæorum polluta,agg. 2 b
ſacrificia veteris legis reijcit Deus,pſal.49 ver. 8: ierem. 6 c: malach.2 c
ſacrificia quæ requirit Dominus, mich.6 b
ſacrificio miſericordia potior, matth.9 b:oſee. 6 b
ſacrificijs maior dilectio,marc.12 c
ſacrificia Deo accepta,malach.3 a.pſal.50.ver.18. pſalm.49. ver.24
Sacras literas nouerat Timótheus ab infantia, 2,timo. 3 d
ſacrorum vaſorum forma, exod.15 c
Sadducæi negant reſurrectionem, act.23 b
Sadoc ſacerdos,1.reg.2 g:3.reg.2 f
Sagenæ parabola,matth.13 f
Saga tabernaculi,exod.26 b
Sagittis ſuis minatur Deus Iſraeli,deute.32 d
in Salis ſtatuam verſa vxor Lot,gene.19 f
Sal ſeminauit Abimelech ſuper ſolum vrbis Sichem à ſe vaſtatę,iudic.9 f
ſalis ardore comburendi inobedientes,deut. 29 d
ſale conditum ſacrificium,leuit.2 d
ſale condita victima,marc.9 g
ſal terræ Apoſtoli, matth.5 b
ſale conditus ſit ſermo,coloſſ.4 a
Sale naſcitur,gene. 11 c
Salmana occiditur.iudic.8 e
Salmanaſſar transfert Iſraelem in Aſſyrios,4.reg. 18 b
Salomonis natiuitas & acta,2.reg.12 f.vſque 3.reg.12 d
Salomonis oratio pro ſapientia habenda,ſapi.9 a
Salomonis commendatio,eccli.47 b
quæ Salomon à Deo expetiuit,3.rug.3 b:prouer.30 a
Salphaad filiæ,nume.27 a. 36 a
Saltantem Dauidem ridet Michol,2. reg. 6 c
Salutare in pace,1.reg.10 a
ſalutatio,Dominus tecum,iudic.6 b: ruth.2 a
ſalutatio angeli ad Mariam,luc. 1 c
ad ſalutationem Mariæ exultat Iohannes in vtero,luc. 1 d
ſalutare in oſculo ſancto,philip.4 d
ſalutationes in foro,matth.23 a
ſalutare neminem per viam,luc.10 a:4.reg. 4 e
ſaluator noſter Deus,2.reg.22 a
ſaluat Deus abſque gladio,1.reg.17 f
Salutem feciſſe dicitur Deus , quando dedit victoriam, 2.reg.23 b
Saluus fieri à morte petit Chriſtus, iohan.12 d
ſaluare animam ſuam, matth.10 d
ſaluator ſiue liberator Iſraelis Othoniel,iudic.3 b
ſaluator omnium Deus,1.timo.4 c
ſalutare Dei Chriſtus,gene.49 c:luc.2 d
ſalutem habemus per Chriſtum, 1.theſſa.5 b
vt ſaluos faceret peccatores,venit Chriſtus,1.timo. 1 d
ſalus à Deo,pſal.3.ver.8.& 64.ver.6
ſalus vera à Deo petenda,ierem.17 b
ſalus ex Iudæis,iohan.4 c
ſalutis author Chriſtus, hebr.2 c
ſalui facti ex gratia Dei,ephe.2 b
ſalutis dies,dies Chriſti,2.corinth.6 a
ſalus nuſquam niſi in Chriſto,act.4 b
ſaluos nos omnes vult Deus,1.timo. 2 a
ſaluandorum numerus paruus,luc,13 e
Samariæ mons,3.reg.16 e
Samariæ mala,oſee.14 a
Samaria obſidetur,3.reg.20 a:4.reg.6 e
Samaritæ Deo & dæmonibus ſeruiunt,4.reg. 17 f
Samaritani parabola,luc. 10 c
Samaritani Chriſtum nolunt recipere, luc.8 f
Samaritanæ hiſtoria,iohan.4 a
ex Samaritanis Chriſto credunt,iohan.4 e
Samaritanum eſſe Chriſtum blaſphemant Iudæi, iohan. 8 f
Samaritanis annuntiat Philippus Chriſtum,act.8 a:quos Simon magus multis annis dementauerat,act.8 b
Samgar percutit Philiſthæos vomere, iudic.3 b
Samſai ſcriba, 1.eſdr.4 b
Samſonis acta,iudic.13.14.15
Samuelis natiuitas & acta,1.reg. 1.vſque ad ca. 25
Samuelis laudes,eccli.46 c
Sanctificare pro conſecrare, leuit.27 ſæpius
à Sanctificatorum eſu quibus ſit abſtinendum.leuit. 22
ſanctificare feſtum hoc eſt celebrare, leuit.15 b
ſanctificari vult Deus, leuit. 10 a
ſanctificare Dominum coram populo, nume.20 b:deut.32 g
ſanctificemus Chriſtum in cordibus,1.pet.3 c
vt ſanctificet pater Apoſtolos orat Chriſtus,iohan. 17 c
ſanctificat ſeipſum patri Chriſtus pro nobis & immolat. ibidem

ſanctificati chriſtiani per Chriſtum,1.corinth.6 c

INDEX VETERIS AC NOVI TESTAMENTI.

ſanctificemus nos,1.iohan. 3 a
ſanctificator noſter Deus,leuit,20 b

ſancti ſumus Deo,deute.14 a
vt ſancti ſimus exhortatio,nume.15 d
ſanctus Dei populus Iſraelitæ,deute. 14 c
ſanctos Vocat Paulus Chriſtianos, roma. 16 a:b.ephe.1 a: philip. 4 d
vt ſanctos nos faceret & mundos miſit Deus filium ſiium coloſſ. 1 c
ſancti ſimus in omni conuerſatione,1.pet. 1.c
pro ſanctis ſiue chriſtianis ſemper orandum.ephe.6 c
Sancta ſanctorum in quæ intrauit Ieſus,cælum eſt, hebr.9 f
ſancti in manu Dei ſunt,deute. 33 a
ſanctus panis,1.reg.21 a: item locus,exod.3 b.ioſ.5 d
Sanctuarij forma,exod.25 a
ſanctuarij expiatio,leuit.16 c
ſanctuarium Dei metuendum,leuit. 19 f
ſanctuarium Dei terra Chanaan,exod.15 d
ſanctum non dandum canibus, matth.7 a
ad ſanctitatem hortatur nos Deus, quòd ipſe ſanctus ſit, leuit.11.g.19.a.20.b.d. 21.b
ſanctimonium ſectemur,heb. 12 d
Sanguis anima eſt omnis carnis ,leui.17 c
ſanguis prohibetur Iudæis,deut.12.b.c.d.15.d. gen.9 a
ſanguinem comedens populus peccat. 1.reg. 14.e
ſanguine fiebat expiatio peccatorum, leui.17 c
ſanguine holocauſti aſpergitur populus, exod.24 b
ſine ſanguine nihil penè expiabatur in veteri teſtamento, hebr.9 f
ſanguis Chriſti petit remiſsionem,hebr.12 g
ſanguine Chriſti redemptio,matth.26 c:hebr.9 c:1.pet.1 a
ſanguinem Chriſti pollutum ducentes,hebr. 10 e
ſanguis & aqua exeunt de latere Chriſti,iohan. 19 f
ſanguis pro homine occiſo,iudic. 20 b
ſanguis vuæ,deute.23 b: 2.macha. 6 d
ſanati ſumus à peccatis per Chriſtum,1.pet.2 d
ſanator noſter Deus,exod.15 g
Saph gigas occiditur,2.reg.21 d
vt ſapiant Iudæi optat Deus,deute.32 d
Sapientia Iudæorum,verbum & præcepta Dei,deut.4 a
ſapientia timor domini,iob.28 d
ſapientia Dei diues & profunda,roma. 11 d
ſapientia Dei Chriſtus,luc.11 g: matth. 23 d
ſapientiæ theſauri in Chriſto,coloſſ.2 a
ſapientia Dei abſcondita, euangelium quod nunc reuelatũ eſt,1.corinth. 2 b
ſapientiam docet ſpiritus Dei,3.reg.3 b
ſapientia & cor intelligens,idem, 3.reg. 3 b
ſapientiæ laudes & commoda,prouer.1.2.3.4:&in libro ſapientiæ.
ſapientiam petit Salomon,3.reg. 3 b
ſapientia Salomonis, quanta,3.reg.3 d. 4 d.10 a
ſapientia à Deo poſtulanda,iaco.1.a
ſapientes in bono,roma.16 c
ſapiendum quomodo,roma.12 a
ne ſapiamus alta,roma.11 c
ſapientia mundi,ſtultitia apud Deum, 1.corinth.1. c.3 d
ſapientia carnis non pòteſt ſubijci legi Dei,roma.8.b: 1.corinth.3 d
ſapiens audit conſilia, & gaudet argui,prouer.13 c.25 b
ſapientes ſui amantes vix corriguntur,prouer.26 b
ſapientis & ſtulti differentia,eccles. 10 a
ſapiens vir,artificioſus,exod.28.a.35 b
ſapientia replentur artifices.exod. 31 a
ſapienter ambulandum,coloſſ.4 a
Sarai ſiue Saræ vxoris Abraham acta,gene. 11. 16. 17. 18. 20. 21.23
Saræ fides,hebr.11 c
Sara obediens Abrahæ,& dominum vocans,1.pet.3 a
Sara vxor Tobiæ iunioris,tob.3. 7.10
Sarepthana mulier,3.reg.17 b
Saruiæ ſororis Dauid filij,1.paralip.2 b
Saruiæ filios timet Dauid, 2. reg. 3. g: vnius tamen eorum conſilium reſpuit,2.reg.16.b.19 d
Satan Deus huius ſeculi, 2.corint. 4 a
Satan impetrata à Deo facultate,percutit ſubſtantiã & corpus Iob,iob.1.b. 2 c
Satan Apoſtolos appetiuerat,luc.22 c
Satanæ traditur fornicator,1.corint.5 b
à Satana impeditur Paulus,1.theſſa. 2 d
ſatanas in angelum lucis transfiguratur,2.corint.11 c
ſatanas ligatus ſoluetur, apoc.20.a.b
ſatanam vocat Chriſtus Petrum,marc.8.d
Satiati ne obliuiſcamur Dei,deute.8 c
ſaturat Deus obedientes ſibi,deut.11 b
ſaturati ne obliuiſcamur Dei,deute. 6. b.c
ſaturatus Iſrael relinquit Deum,deut.32 c
ſaturis væ,& quare,luc.6 d
Saulis acta.1.reg.9.vſque ad. 31.caput
Saulis mors nuntiatur Dauidi,2.reg. 1.a
Saulis regnum decreſsit, 2. reg.3 a
Saulis ſeptem filij ſuſpenſi, 2.reg. 21 b
Saulis & Ionathæ oſſa ſepelit Dauid,2.reg. 21 c
Saulus qui & Paulus,act.7.g.13 b
¶Scabie percutiuntur inobedientes,deut. 28 c
ne ſcandalo ſint,præcipit Deus idololatras occidi, deuter. 7 c
Scandala ſunt impij,matth.13 f
ſcandalum paſsi Apoſtoli,matt.26 c
ſcandalizantur diſcipuli aliquot,à Chriſto recedẽtes,ioh.6 g
ne Scandalo ſint Iudæi firmi infirmis , veſcendo quoslibet cibos,1.corint. 8 c
ſcandalizati Phariſæi,matth. 15 b
à Scandalis dehortatur Chriſtus,matth. 18 a
ſcandalizantur ciues Nazareth in Chriſto,matth.13 g
Scenofactoriam artem exercet Paulus,act.18 a
Scenopegiæ oblationes, ezech.45 g
Schiſmaticus arguitur,prouer.6.b
ſchiſmata Corinthiorum vitanda,1.corinth.3 b
Scientia ſalutis,luc.1 g
ſcientia Ieſu Chriſti,præ qua Paulus cætera arbitratur vt ſtercora, philip.3 b
arboris ſcientiæ boni & mali interdictio, gene.2 c
ſcientia veritatis,2.timo.3 b
quæ ſcientia inflet,1.corint. 8 a
ſcientiarum dominus eſt Deus, 1.reg.2 a
Scintillam ſuam vocat vidua filium ſuum vnicum,2.reg.14 b
Scortatores ne ſint in Iſrael,deute. 23 g
ſcortatio vitanda,vt prouer, 5.a.7 a
Scribæ cuidam obijcit Chriſtus ſuam paupertatem, matth.8 c
ſcribarum opera reprehendit Chriſtus,matth.23 a
Scribit Deus legem ac mandata,exo.24 c
ſcribatur verbum Dei in oſtijs,deute. 6.b.11.c
ſcripturis non credunt Iudæi,iohan.5 f
ſcripturis vtitur Chriſtus contra diabolum,matth.4 a
ſcripturis probat Chriſtus ſe à patre miſſum,iohan.5 f
vt ſcripturas impleret venit Chtiſtus,luc. 24 g
ſcripturis reuincit Apollo Iudæos,act. 18 g
ſcripturas ſcrutantur viri nobiles Theſſalonicenſium, act.17 c
ſcripturarum vtilitas,2.timo.3.d:roma.15 a
ſcripturis prophetarum attendendum,2.pet.1.d
Scrutator cordium Deus, roma.8 e:ierem.17 b
Sculptile qui facit vt adoretur,maledictus,deut.27 c
Scurrilitas vitanda, ephe.5 a
Scutum auxilij Deus,deute.33.d:2.reg.22 c
ſcuta aurea Salomonis,3.reg.14 g
¶Sebæ acta,2.reg.20.a.d.g
Sectæ,opus carnis,galat.5 d
ſecta Chriſtianorum,act. 28 e
in ſectarum introductores,2.pet. 2 b
ſecuritas populo promittitur, exod.34 c
Sedecias falſus propheta,3.reg. 22 b

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sedeciæ regis Iudæ,qui & Mathanias acta,4.reg.24 d. 25 a.b: ierem.37.39.52:ezech.12 c.21 f
sedentes in domo meditemur verbum Dei,deut. 11 c
seditiosi damnantur,prouer.24 c
seductores proficiunt in peius,2.timo.3 c
vt seductor habitus Christus,matth. 27 g
seductor quis dicendus,2.iohan c
sedulitas patrisfamilias,prouerb.20 b
de segete proximi,deut.23 d
Segor ciuitas seruatur,gene.14 a. 19 e
Sehon occiditur,deut.2 g
Seis mons,deut.2.a. 33 a
Sela filius Iudæ tertius, gene.38 a
Sellum interficit Zachariam,4.reg. 15 c
Sem generatio,gene.9.d.10.d.11 b
Semei acta,2.reg.16 b.19.d:3.reg.2.b.f.g
de Semeia propheta,3.reg.12 f
sementis & messis non cessent,gen.8 d
semini dat Deus corpus,1.corint.15 c
semen paucum inobedientibus,deu. 28 d
seminis fratri suscitandi lex,deute.25 b
semen Abrahæ,qui ex Isaac nati sunt.gene.21 b
semen Dauidis Christus,2.reg. 7 c
semen ex Iudæis Apostoli,roma.9 f
semen verbum Dei,matth.13 c
semen tacitè fructificans,marc.4 c
seminantis parabola,matth. 13 a
quæ seminamus,metemus,galat.6 b
seminiuus vir,leuit.15 a
Semer ciuitas ædificatur,3.reg. 16 f
Semma percutit Philisthæos, 2.reg. 23 b
Senum consilium,3.reg.12 b
seniores.70.super Israelem,nume.11 d.e.f
senioribus traditur deuteronomium, deut.31 b
senes quales esse debeant,tit.2 a
senes honorandi,leuit.19 f
senes sensibus florebunt,isa. 65 d
senectutis commendatio,prouer. 16 d
sennacherib exercitus occiditur,4.reg.19 g
in sensum reprobum tradi,isa. 57 d
sensum Dei nemo nouit,roma. 11 d.1.corint.2 d
sensum Christi tenet Paulus,1.corint.2 d
non sensu sed malitia pueri simus,1.corint.14 d
in sensu suo abundet quisque,roma.14 a
separatur populus Israel à cæteris populis.leuit.20 g
sepelitur Moyses à Deo,sed ignoratur eius sepulchrum, deut.34 b
quòd sepelissent Saulem viri Iabes , benedicuntur à Dauide 2. reg.2 b
sepeliri vult propheta in sepulchro alterius prophetæ. 3.reg.13 g
sepelitur Iohannes Baptista,matth. 14 b
sepelitur Christus,matth.27 g
Sephora vxor Moysi.exod.4 f
Septuaginta duo discipuli prædicant,luc.10. a c
Sepulchrum Moysi ignoratur,deut.34 b
sepulchra concupiscentiæ,nume.11 g
sepulchrum Christi,matth.27.g.28 a
sepulchra dealbata Pharisæi & quare,matth.13 c
sepulchra prophetarum extruentes,matth.23 d
sequendus Deus,deut. 13.a:1.reg.12 c
sequitur Caleth Deum,deute.1.e:iosu.14 c
sequi vestigia Christi,1. pet.2 d
sequi volens Christum scriba propter temporalia, matth.8 c
sequi volens Christum tollat crucem suam,matth. 10 d
sequentibus Christum nihil deest, vt patet in multiplicatione quinque panum,matth. 14 b
sequens Christum,animo sit immobilis,matth.8 c
Sergius Paulus, act.13 b
Sermonem Dei,quærere.i.eius voluntatem inuestigare, 1.reg.22 a
sermones Dei proijcere.i. inobedientem esse,1.reg. 15 f
sermones Dei loquatur qui loquitur populo , 1.pet.4 c
sermo Christianorum,est est,non non,matth.5 f:iaco.5 c
in sermone confirmet nos Deus,2.thessa.2 d
Serit Israel & perdit omnia,& quare,iudic.6 a
Serpens deducit mulierem & maledicitur,gene.3.a.c
serpentes igniti immittuntur in populum,nume.21 a
serpens æneus erigitur,nume.21 c:iohan.3 b: & confringitur,4.reg.18 a
serpentes,pharisæi,matth.23 d
seruiamus inuicem,galat.5 b
serure Deo,iosu.22 f
seruiendum soli Deo,exod.23 e:hebr.12 g: deut.28 e: iosu.24 a
seruire Deo & dæmonibus,4.reg.17 f
vt seruiremus ei, redemit nos Christus,1.thessa.1 d
seruitus, circuncidi,galat.2 a
à seruitute legis liberati, hebr.2 d
serui Iudæorum,peregrini,leuit.25 f
de seruis emendis & liberandis,exod.21 a:deute.15 c
seruus quomodo tractandus,prouer. 29 c
serui quales esse debeant,ephes.6 a
seruus probus Iacob,gene. 31 e
seruus fidelis erat seruus Abraham,gene. 24 a
serui regis,omnes subditi,1.reg.8 c. d
seruus Dei Moyses fidelissimus,nume.12 b: deut.34 b: hebr. 3 a
seruus Dei Israelitæ,leuit. 25 g
serui Dei sumus,liberati à peccato,iohan.8 d:roma.6 d
serui sumus iustitiæ,roma.6 c
serui Dei,omnes nos,quibus data talenta,luc.12 c.17 b
seruus non est maior Domino,iohan.15 c
seruus Christi esse non potest, qui quærit hominibus placere,galat. 1 c
seruus omnium Paulus,1.corint. 9 c
serui peccati,iohan.8.d:2.pet.2 d
Sesac rex AEgypti,3.reg. 14 g
Seth nascitur,gene. 4 d
Seueritas Dei in Iudæos reiectos,roma. 11 c
¶Sibæ serui Miphiboseth acta,2.reg.9 a.c.d.16 a
Siccitas in Iudæa,iere.14 a
Siceleg ciuitas Dauidis,1.reg. 27 b.30 a
Siceram non biberunt Iudæi. 40.annis,deut. 29 a
Sihem occiditur,gene.34 d
Sichimitæ destruuntur,iudic.9 f
Sichem ædificat Ieroboam,3.reg. 12 f
siclus, exod.30 b:ezech.45 d
in Sidonem sermo Domini,ezech. 28 c
Sidrach cum sociis mittitur in fornacem,danie. 3 b
signati Dei,apoca.7 a
in signa constituit Deus Solem & Lunam,gene.1 b
signum petit Abraham,gene.15.b.17 b
signum petit Gedeon,iudic.6 d
signis confirmatur Saul.1.reg.10 a
signo certificatur Ionathas,1. reg.14 b
signum Ezechiæ datum in horologio,4.reg.20 b
signa petunt Iudæi,matth. 12 c
signa sequentia credentes,marc.16 d
signa præcedentia iudicium in sole & luna,matth.24 c: marc.13 c:luc.21 e
silentium seruandum in tempore,prouer.5 d
in silo domus Dei.iosu.18 d
in silo cessat apparere Deus,1.reg. 3 a
Siluanus,1.pet. 5 d
Simeonis acta,gene.19.34.42.46.49 :iosu.19 a
Simeon suscipit Christum in vlnas,luc.2 d
simile oblatio.leuit.2 a
simile simili coniungitur, eccli. 13 c
Simon frater Iudæ,1.machab.13.c. 14.a.16 e
Simon dicitur Petrus,marc.3 b
apud Simonem Pharisæum manducat Christus,luc.7 f
Simon magus,act.8 b
simplex vir Iacob erat,gene. 25 d
ad simplicitatem hortatur Christus, matth.10 b

in sim-

in simplicitatem tribuendum,roma. 12 b
in simplicitate conuersatus Paulus, 2.corint.1.c
simplici corde diligendum,1.pet. 1 d
simplices in malo,roma.16 c
simulachrorum seruitus,auaritia,colos.3 a
simulachrorum cultus fugiendus, act. 15 e
simulat Dauid insaniam,1.reg. 21 d
simulationes absint à christianis,1.pet.2.a
Sinai mons,exod.19 a:galat.4 d
Sinapis parabola,matth.13 e
Sion arx quæ & ciuitas Dauid,1.paral. 11 b
Sisara occiditur,iudic.4.c.d
Sitiens Dauid non vult bibere allatam aquam,2.reg.23 c
sitiens Christus potatur aceto,iohan. 19 f
sitis inobedientibus,deuter. 28 e
sitientes inuitat Christus,iohan.7 f
¶Sobach occiditur,2.reg.10 d
Sobna præfectus Ezechiæ,isa.22 e
ad sobrietatem exhortatio,1.thessa. 5 a
ad sobrietatem sapiendum,roma.12 a
societatē habere cum Deo & eius filio,est credere in Christum,1.iohan.1 a
Socothitæ occiduntur,iudic.8 d
Socrus Petri sanatur,matth.8 b
de Sodomitis,gene.13.14.18.19:ezech.16.f.2. pet.2 b
Sodomitæ subuersi,matth.10 b:deut. 29 d
Sol verbo Dei creatur,gene.1.b
Sol obedit Iosue,iosu.10 c
In Sole & Luna signa, luc.21 e
solis & lunæ equi,4.reg. 23 c
Solennitates Iudæorum,exod.23 b
Solicitudines huius seculi,luc.8 b.14 d. 21 f
à solicitudine temporalium cauendum, matth.6 d
solicitudo Pauli pro ecclesia,2.corint.7 c.11 f
soliciti seruare vnitatem,ephe. 4 a
solicitus Deus pro Abraham,gene. 12 d
Solitarij molestia vana,eccles. 4 b
Solus est Deus,Deus noster,deut. 32 e
Solus Deus saluat à malis & tribulationibus,1.reg. 10 c
soli Deo seruiendum,deuter. 10 d
in Somnis videt Iacob scalam,gene. 28 c
per somnium loquitur Deus Abimelech,gene.20 a
per somnium loquebatur Deus prophetis,nume.12 b
somnia Ioseph,gene. 37 b
somnium Madianitæ,iudic. 7 d
somniorum interpretatio Dei est,gene.40 b
somnia non obseruanda,leuit.19 f
Soror Abrahæ erat Sara,& vxor.gene.20 c
Sortem mittit Iosue in diuidenda terra coram Deo,iosu. 18 b
sortem facit cadere Deus, prouer.16 d
in sortem Christi fideles,ephe.1 b
sortem mittunt Apostoli pro Mathia, act.1 d
Sosipater comes Pauli,act. 20 a
Sosthenes princeps synagogæ,act. 18 d
¶ab omni Specie mala abstinendum,1.thessa.5 d
Spectaculum facti mundo Apostoli,1.corinth. 4 b
in Speculo fidei Deum intuemur,1. corint. 13 d
de speculis mulierum factum labrum æneum,exod.38 a
Speluncam latronum fecerant domū Dei Iudæi, matth. 21 b
Spes à Deo,2.thessa. 2 d
spes non est de eo quod videtur,rom. 8 e
spes in Christo,1.pet.1.d:matth.12 b
sperans in Deum Abia,victor est,2.paralip. 13 d
spes nostra,qua speramus vitam æternam,hebræo.9 d: ephe.4 a
spes,galea nostra,1.thess. 5 b
spe gaudendum,roma.12 c
spes impiorum vana,sapien.5 b
spe salui Christiani,roma.8.d
spem augent scripturæ,roma.15 a
spes non confundit,roma.5 a
Spicas licebat manu decerpere de segete proximi, deuter. 23 d
Spinæ & tribuli,propter peccatum, gene.3 d
spinæ,fallacia diuitiarum,marc.4 b
spinea corona coronatur Christus, matth.27 c
Spiritus, ventus,gene.8 c
per Spiritum sanctum sanctificatio,1.pet. 1 a
Spiritus sancti missio,ioël.2.g. act.2 a
spiritum sanctum promittit Christus Apostolis,luc. 24 g iohan.14 d:act.1 b: dat illum,act.2 a
Spiritus sanctus datur obedientibus euangelio,galat.2.a. b
Spiritus sanctus datus fidelibus,signum est eos esse ex Christi ouibus,ephe.1.c. est & arrabo ac pignus salutis, 2. corint.1.d.5 a
Spiritum Dei non habens non est eius,rom.8 b
Spiritus sancti templum membra nostra,1.corinth. 6 d
Spiritum sanctum ne contristemus,ephe.4 g
spiritus & caro inuicem aduersantur,galat.5 c
à Spiritu sancto innouamur,iohan.3.a:1.corint. 12 b
Spiritus Dei dat sapientiam,iob.32 b
Spiritus Dei omnia scrutatur,1.corinth.2 c
Spiritus sanctus facit credere Christo,iohan.3 a
Spiritus sanctus testatur conscientijs nostris quòd simus filij Dei,roma.8 c
à Spiritu sancto diffunditur charitas in viscera nostra. rom.5 a
Spiritus sancti opera,gala. 5 d
Spiritu Dei facta carnis mortificantur, roma.8 c
Spiritus sanctus orat in nobis,roma.8 e
Spiritus sanctus dat quòd fideles respondeant aduersarijs, matth. 10 c
Spiritus sancti gratiæ sunt variæ,1. corinth. 12 a
in Spiritum sanctum blasphemia nō remittitur,matth.12 c
in Spiritu adorandus Deus,iohan.4 c
spiritus bonus petendus.luc. 11.b
spiritu simus feruentes,roma.12 c
Spiritualis omnia dijudicat,prouer.18 a
spiritui omni non credendum,1. iohan.4 a
spiritu & mente psallendum,1.corinth. 14 c
spiritus mendacij in ore prophetarum,3.reg.22 c
spiritus odij inter Abimelech & Sichimitas,iudic. 9 c
spiritus mendaces,isa. 19 c
Spolia hostium ex æquo diuidenda,deute.20 c
Sponsa Christi,ecclesia,psal.44
Sponsorem instruit Salomon,prouer. 6 a
¶Stans videat ne cadat,1.corint.9 c
Statêra æqua,leuit.19 g
Statuas sicut apud Gentes fieri,prohibet Deus,deuter.16 d
statuæ Gentium confringendæ,exod.23.c.34 b:deut. 7 a
Stellæ verbo Dei creatæ,gene.1 c
stellarum septem sacramentum,apoc.1.d
Stephani electio,accusatio,defensio & lapidatio,act.6.7
Stephanæ familia,1.corint.1 c
Sterilis nulla inter obedientes Deo Iudæos,exod.23 e
sterilitas opprobrio Iudæis,luc.1 c
Stigmata Christi circunfert Paulus,galat.6 d
stipendium peccati mors,roma.6 d
Stoici & Epicuræi cum Paulo disputant,act. 17 d
Stolis albis amicti in conspectu Agni qui sint,apoca. 7 d
Struthionem non comedunt Iudæi.deut.14 b
Stulti virga castigandi,prouer.26 a
de stultis,prouer.12.13.14.15.16.17.18.23.26
stulta mundi elegit Deus,1.corinth.1 d
stulam fecit Deus sapientiam mundi,1.corint.1.c.3 d
¶Sua vxor Iudæ,gene.38 c
Sua rex AEgypti,4.reg.17 a
Subcineritij panes,exod.12 f
subditi simus inuicem, ephe. 5 e
subiecti simus regibus & ducibus,1.pet.2 c
in sudore vultus acquirendus victus,gene.3 d
sufficientiam didicerat Paulus,philip.4.c:2.corinth.3 b
suffocatum prohibetur, gene.9 a
sulphur super terram inobedientium,deute. 29 d
Sum qui sum,est nomen Dei,exod.3 c
Sunamitis hospita Elisei,4.reg.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sunamitis peregrinatur tempore famis,4 reg.8 a
Superbi deiecti à Deo,isa.29 f
superbus, non credens euangelio,1.timo.6 a
superbis resistit Deus,1.pet. 5 b
non superbe de se sentiendum,philip. 2 a
super humerale quale,exod.28 b
superstitio Athenienſium taxatur,act.17 c
supportemus inuicem,ephe. 4 a
surdum facit Deus,exod.4 c
surdo non maledicendum,leuit. 19 c
surdus sanatur,marc. 7 d
surgentes verbum Dei meditemur,deute. 11 c
Sus,immundum animal,leuit.11 a
Susannæ historia,danie.13
susciabit nos Deus,1.corinth.6 c
susciandi seminis fratri lex,deute. 25 b
suspensus,ipsa die sepeliebatur,deute. 21 d
susurro in populo,leuit.19 d: prouer.26 e
¶Synagoga impia vocatur ad pœnitentiam,osee,2 a
de Syris,2.reg. 8.g.10:4.reg. 5.6.7.13

T.

in Tabernaculis habitat Abraham,gene.12 b:heb. 11 b
tabernaculi forma,exo.26.a:36.a.39.f.g
tabernaculorum festum,exod.23 c
tabernaculum corpus nostrum,2.corint.5 a
Tabitha susciatur,act.9 g
tabulæ testimonij,exod.32 d
tabulas frangit Moyses,exod.32 d:aliasque parat,exod.34 a
taciturnitas laudatur,prouer.17 d
talenta auri 420.allata ex Ophir ad Salomonem,3.reg.4 d
talentorum parabola,matth. 25 b
Talionis lex,gene.9 a:exo.21 c
¶Tectum domus muro muniendum,deuter.22 b
temeritas infœlix,prouer.15 c
Templum Salomonis,3.reg.6 a.8 g
ad Templum qui admittendi, ezech. 44 c
Templum Salomonis se reiecturum minatur Deus, si idola coluerint,3.reg. 9 b
templum diripitur,4.reg. 14.c.g. 25 b.c
templi restauratio, agg.1.b: 1.esd.4 a
templi secundi gloria, agg.2 a
templi euersio prædicitur,amos.9 a:zacha. 11 a
templum spoliatur,2.machab.5 c:violatur,2. machab:6 a
è Templo eiecti vendentes,matth.21 b
in Templo orant Apostoli,act.2 g
in Templis manufactis non habitat Deus,act.7 f. in quibus habitet,isa. 66 a
templum Dei membra nostra, 1.corinth. 3.c.6 d
templum pro corpore,iohan.2 d
Tempora distincta,gene.1.b. 8 d
temporibus suis omnia fiunt,eccles.3 a
tempora nosse non est nostrum,act.1 b
tempus vitæ breue,1.corint.7 e
tempus redimendum,coloss. 4 a
Tenebræ super Abyssum, gene.1.a
Tenebræ AEgypti,exod.10 c
tenebræ non sunt in Deo,1.iohan.1 c
tenebræ gentes,ephe.5 b
tenebrarum opera,roma.13 d
in tenebris est qui odit fratrem, 1.iohan.2 b
tenebras Deum illuminat,2.reg.22 c
Tentat Deus populum suum,exo.15.f.16 a
tentat Deus Abraham, gene.22 c
tentat nos Deus miraculis pseudoprophetarum, deuter.13 a
in tentationibus orandum,psal.33
tentandus non est Deus,deute.6 c:matth.4 b:1.corint.10 b
tentant Deum Israelitæ petentes aquam, exod.17 a
tentauerunt decies Deum Israelitæ in solitudine, nume.14 d
tantatio perpetua vita nostra, iob.7 a.
tentatur Christus,matth.4 a: hebr. 2 d
in tentationibus Christi manserũt cum eo Apostoli,luc.22 c
tentari non finit nos Deus vltra vires,1.corint. 9 c
Tentorij forma,exod. 26 g
Tepidus euomendus,apoca. 3 c
Termini non transferendi,deuter.29 d: 27 c
Terræ creatio, gene.1 a
terra maledicta,gene.3 c
terræ à quibus primum diuisæ, gene.10 a
tetra omnis Dei est,exo.9 f
terræ fructus maledictus inobedientibus,deut.11.b:28.b:29. d:leuit.26 c
terræ venditio,leuit. 25 d
terra bibens imbrem,& non proferens fructus,reproba est, hebr. 6 b
in terram reuertetur homo,gene.3 d
terræ motus in morte & resurrectione Christi,matt.27 f.28 a
terra, & quæ in ipsa sunt opera, exurentur in die iudicij, 2.pet.3 c
Terrenus primus homo,1.corint. 15 f
Terribilis Deus noster,deut. 10 d
Testamentum vetus dedicat Moyses sanguine, exod. 24 c: hebr.9 e
Testamenti veteris repetitio,ios.24. hebr.9
testamentum nouum,hebr.10 c:matth.26 c
de Testamento nouo,hebr.8 b: galat.3 c:1 cor.9 c:2.cor.3 b
Testimonium falsum,exod.20 c.23 a
testimonium Dei de filio,1.iohan.5 c
Teste vno nemo occidebatur,nume.35 d
testium duorum testimonium,deute.17 a
testis falsi pœna,deut.19 d: prouer. 19 a
testes Christi Apostoli,luc.24 g
Testiculi attriti vel amputati, deut.23 a
¶Thamar viduæ acta,gene.38
Thamar soror Amnon,2.reg.13 a
Thamar filia Absalom,2.reg. 14 f
Thare generatio,gene.11 d
Thebes ciuitas oppugnatur,iudic. 9 g
Thesauri templi diripiuntur,3.reg.7 g: 14 g
Thesauri in terra non recondendi,sed in cælo, matth. 6 e
Thesaurus cordis,matth.12 c
Thesauri absconditi parabola,matth.13 f
in Thesaurizantes,luc 12 c
Thesauri sapientiæ in Christo,coloss.2 a
Thessalonicensibus prædicat Paulus,act.17 a
Thola iudex Israel,iudic.10 a
de Thoma, iohan.11.b:14 a:20 f
Topheth destruitur,4.reg.23 c
Thou rex Emath,3. reg. 8 c
Thuris oblatio, leuit.2 a
Thymiamatis confectio,exod.30 d
¶Tibicines in mortuis,matth.9 c
Tigris fluuius,gene.2 c
Timendus Deus,leuiti.19 g:deut.6 a: matth. 10 c:act.10 e
timendi parentes,leui. 19 a
timentibus Deum misericordia,luc.1 e
de timore Dei,deute.4.b.14.d.17 d.31.c.exod.33 a:proue. 28 c:malach.1 a
timore Dei reuocamur à peccatis,leuit.19 c
absque timore,seruantes præcepta Dei,leuit.26 a
timebunt hostes obedientium Deo,deut.11 c
vt timerentur Israelitæ fecit Deus, deut.2 e
timor tribuendus cui debetur,roma.13 c
in timore dominari populo,2 reg.23 a
vt sine timore Deo seruiremus,redempti sumus, luc.1 g
ne timeamus non datum iri nobis regnum æternũ, luc. 12 g
de Timótheo episcopo,1.corint.4 d.16 b:philip.2 c:act. 16 a
Tintinnabula in tunica Aaronis,exod.28 f
Titus gentilis non circunciſus,galat. 2 a
Titulus crucis Christi,matth.27 e
¶Tobiæ senioris ac iunioris acta,in libro Tobiæ
Tonitruis percutiuntur AEgyptij,exo.9 e
tonitrua quum lex datur.exod. 19 c
tonante Deo conteruntur Philisthæi ad preces Samuelis, 1.reg.7 c
in Tonsione ouium celebrabantur conuiuia,1. reg. 25 f
¶Tradit Deus idololatras Iudæos in manus diripientium,

iudic.2.b.3 a.4 a. 6 a
tradit Deus hostes in manus Israelitarum,nume.21.g. deute. 2.f.g:ios.2.8.10.11:iudic.1.3.7.11.20
Tragelaphum comedebant Iudæi,deut.14 a
Trahuntur à Deo patre ad Christum credentes.iohan.6 e
transferuntur Henoch & Elias,gene.5 d:4.reg.2 b
transfiguratur Christus,matth. 17 a
transgressione Adæ omnes cõstituimur peccatores, gen. 3 b
transgressionum expiatio,nume.5 a
transit Deus ante populum.i.deducit eum,deute.31 a
transire ad numerum.i.recenseri,exod.30 b
transitus victima,agnus paschalis,exod.12 d
tria quæ bene gradiuntur,prouer.30 d
per tria mouetur terra,prouer. 30 c
tribulationes credentibus Christo, 1.Pet.1 b
tribulationes prædicatoribus,1.thess.3 b
tribulationes pati, donum Dei,philip.1 d
per tribulationes opotret intrare regnum,act.14 d
tribulationes ad probationem,1,petr. 4 c
tribulatio patientiam parit.roma.5 a.12 c
tribulationibus conuertit nos Deus ad se, deute.4 c:isa.26 e
ad tribulationes perferendas exhortatio,iohan.15 c. 16 g: hebr.12 a
tribulationem patientibus,requies,2.thessa. 1 c
à tribulationibus eripit solus Deus, 1.reg. 10 c
in tribulatione fidendum & canendum,isa.8 c:psal.41.ver.11
exemplo Iob,Pauli & Silæ,iob.1 d:act.16 e
tribulationes non patiantur fideles ob homicidia & huiusmodi,1.pet.4 d
tribulatio non separat nos à dilectione Dei,roma.8 g
tribulationis Dies,4.reg.19 a
tribulati oratio ad Deum,psal. 42.ver.1
tribulatoribus piorum,pœna æterna,2.thessa. 1 c
ad Tribunal Christi oportet omnes sisti,2.corinth.5 c
tribuni constituti super Israelem,exod. 18 c
tribuendum in simplicitate,roma.12 b
tribuum sortes,ezech.48 a.c
tributaria ciuitas,deuter.20 c
tributa reddenda & census,matth. 26 b:roma. 13 c
tributum soluit Christus,matth.17 d
Trinitatis mysterium in verbo,faciamus,gen. 1 d.2 c: in verbo,Nobis,gene.3 d:item in tribus illis quos Abrahã excepit hospitio,gene. 18 a
à Tristitia mors, matth.26 d
tristitia salutaris,& quæ mortem adfert,2.corint.7 c
in tristitia constitutus,oret.iaco. 5 c
tristis Christus ob cæcitatem Iudæorum,marc.3 a
non ex tristitia aut necessitate pauperibus subueniendum, 2.corinth.9 b
Trullæ cæmentarij visio,amos.7 b
Tryphon dux exercitus Antiochi,1.machab.13 c
¶Tubæ argenteæ & earum officia,nume. 10 a
tubarum festum,leuit.23 d
Tubalcain ærarius,gene.4 d
tunica Aaron,& Tunicæ lineæ filiorum eius,exod.28 g
tunica Christi,iohan.19 e
turbator terræ Achab,3.reg. 18 c
turpiloquium abijciendum, ephe.5 a
cum Tympanis canunt Deo mulieres, exod. 15 c: iud.11 f
tyrranni imago,prouer. 28 c
Tyrus euertenda,ezech. 26. 27

V.

Vacca rufa,nume.19 g
vaccæ lactantes reducunt arcam Dei,1.reg.6 c
Vagao eunuchus,iudith.12 c
vaniloquia vitanda,2.timoth.2 c
vanitati subiecta creatura,roma.8 d
vanitates idola,1.reg.12 d:3.reg. 16 f
vasa ad vsum tabernaculi,exod.25 c. 37 b
vasa pro corporibus hominum, 1.reg. 21 b
vasa fictilia,corpora nostra,2.corinth.4 b
vasthi regina repudiatur, esth.1 b
¶Vectigal pendendum,roma.13 c
vectium tabernaculi forma,exod. 26 e
velum tabernaculi quale,exod. 26 f
velum templi scissum,matth. 27 e
velamen super faciem Moysi,exod.34 d:2.corinth. 3 c
velamen super cor Iudæorum, 2.corinth.3 d
velamen tabernaculi,hebr.10 d
velle & perficere operatur Deus,philip. 2 b
vellus Gedeonis,iudic.6 g
venator robustus Nemrod,gene. 10 b
venator Esau,gene. 25 d
de venditionibus,leuit. 25
de venditore,eccli. 26 d
vendere & dare pauperibus,iudic. 12 d.18 d: matth.19 c: act.2 g. 4 g
venduntur hostibus inobedientes, iudic.2 b:deute.32 e
venire ad Christum,iohan.6 d
ventris fructus multiplicatur obedientibus, deut.28 a
venter leuandus extra castra,deut.23 b.c
venundatus Achab vt faceret malum,3.reg.21 f
verax Deus,exod.34 a:iohan.3 d
verberibus cæduntur impij,deut. 25 a
verbo Dei creatur lux,gene.1 a
verbum Dei sapientia nostra,deute.4 a
ex verbo Dei vitæ ratio petenda, isa. 8 d
verbo Dei prædicato conuertuntur corda, ierem. 23 e
verbo Dei scortatio vitatur,prouer. 2 c
de verbo Dei viuo ex ecclesia manante, zacha. 14 b
verbo Dei pascimur,matth.4 a: sicut patet in Elia.4.reg.8 a: item in Moyse,deute.9 b.c
verbum Dei quomodo tractandum,deute. 6 b
verbo Dei obediendum,1.reg. 15 e
verbo Dei obedientibus benedictio, deute. 11 d
verbi Dei contemptoribus pœna,isa.28 a.c
verbi Dei commendatio.prouer. 30 a
verbum Dei sit in corde, deute.6 b.11 c
verbum Dei sequendum,deut.5 d
verbum Dei filij docendi,deut.11 c
verbum Dei Christus,iohan. 1 a
verbum Dei æternum,euangelium,1.pet.1 d
verbum veritatis,euangelium,ephe. 1 c
verbum Dei audiens & faciens cui similis,matth.7 d
verbum Dei habitet in nobis,coloss. 3 c
vt verbum Dei currat,orandum,2.thessa.2 a
verbi ministris victus dandus,roma.15 f
verbum Dei rectè tractet episcopus,2.timo. 2 c
verbi Dei fames,amos.5 d
verbum oportunè dictum,laudabile,prouer.25 b
verba bona de corde bono,matth.12 c
verbo non offendens,perfectus,iaco.3 a
de omni verbo otioso reddenda ratio,matth.12 c
verborum pugnæ vitandæ,1.timo.6. a
verbis non contendendum,2.timo.2 b
verecundia Saræ,gene.18 b
veritas Dei in promissionibus,gene.32 c
in veritatæ ambulandum,3.reg.2 a
in veritate seruiendum Deo,ios.24 c
veritas tandem vincit,prouer.28 d
contra veritatem non acquiescendum,mich.7 b
veritas in iudicibus, exod. 18 c
veritas cinctorium renum,ephe.6 c
veritatem loquamur, ephe.4 f
veritas, Christus, iohan.14 f
veritas, euangelium,2.pet. 1 c
in resistentes veritati euangelij,2.timo. 2 d.3 b
veritatis doctrina à Deo petenda,zach. 10 a
à vero non deuiet iudex,exo.23 a
vermis mœroris cor rodens,marc.9 g
vesicæ in hominibus,exo.9 b
vespertilionem non comedunt Iudæi,deut.14 b
vestimenti textura non sit ex lana & lino,deut. 22 b
vestimentis fimbriæ faciendæ, deut.22 b
vestimentum viduæ loco pignoris nõ accipiendũ, deut.24 d

Universidad de Deusto
Biblioteca

vestimentorum scisio,Iudæis signũ tristitiæ & indignationis,ioſ.7 b:iud.11.f.matth.26 f:2. reg.1.a
vestimentum auferenti danda tunica.luc.6 e
vestimenta Christi partita,matth.27 d
veste virili non vtatur mulier,nec ediuerso,deut.22 a
vestem non habentibus demus,luc.3 c
vestitum & victum habentes simus contenti,1. timot.6 b
vestitum & viaticum petit Iacob à Deo,gen.28 d
vestis nuptialis,matth.22 b
vetus testamentum,vide testamentum
vetus homo exuendus & crucifigendus,roma.6 a:coloſ.3 b
¶viæ Dei rectæ & iudicia,deut.32 a:roma.11.d
de via Dei recedentibus maledictio,deut.11.d
viam Dei deserunt Israelitæ,exod.32 b.c
via dura,adinuentiones & idòla adorata,iudic.2 d
via regia,nume.21 e
via, Christus,iohan.14 a
via veritatis,2.pet.2.d
via arcta,matth.7 c
viæ Iacob custos Deus,gene.28 c
viam nostram dirigit Deus,2 reg.22 c
vias suas non dirigit inobediens Deo,deut. 28 c
iuxta vias cuiusque reddit Deus,3.reg. 8 d
viam vniuersæ terræ ingredi,pro mori,ioſ.23.d:3 reg.2 a
vicinus bonus,prouer.27 b
victima sale salitur,marc.9 g
victimas iustitiæ immolare,deut.33 c
victimæ & ieiunia obstinatis non prosunt,iere.14 b
victoria Dei est,1.reg. 14 a:gene.14. d
victor Dauid Deo pugnante, 2.reg.5 d
victus parandus in sudore,gene.3.d
victum prouidet Deus omnibus,gene.1.d
victum ac vestitum dat Deus pupillo,viduæ & peregrino, deut.10.d
victus,vide vestitus
videre Deum nemo potest,exo. 33 d
vidit Deum Moyses,exo. 24 c
vidit Iacob Deum,gene.32 g
videns pro propheta,1.reg.9 b
videntes oculi,obedientibus,deuter.29 a
de viduis præcepta,exo.22 d:deut.14 d.24 d. 26 c. 27 c
viduæ iudicium facit Deus,deut.10 d
viduæ quæ ab iniquo iudice crebris interpellationibus iudicium habuit parabola,luc.18 a
viduarum ministerium,act.6 a
de viduis iunioribus & ijs quæ verè viduæ sunt, 1. timo.5 a.b
viduæ filius suscitatur,luc.7 b
viduarum domos deuorant Pharisæi, luc.20 g
vigilandum omnibus,matth. 24 d.25 a
vigilemus & sobrij simus,1.thessa.5 a
vigilemus in orationibus,coloss. 4 a
villici parabola,luc.16 a
vinctorum meminerimus, hebr.10 g.13 a
vindemia abundans obedientibus,leuiti.26 a
vindemiæ leges,leuit.19 b:deuter. 24 d
vindex Deus,1.thessa. 4 b
vindicta,Dei est,roma.12 d
vindicta prohibetur,prouer.20 c:1.reg. 11 d
vindictam reseruat Dauid Deo,1.reg.24 c
vineæ plantata inebriatur Noë,gen.9 c
vinearum leges exod.22.b:deut.20.b.22.b.23 d
vineæ suæ racemos non comedit inobediens,deut.28 c
vineæ Dei fructus mali,isa.5 b
vinum lætificat cor,iudic.9 b:psal.103 b
vinum dat Deus obedientibus,deut.11.b:non autem inobedientibus,deut.28 e
vinum quare creatum,eccli.3 d
vinum felle mistum propinatur Christo,matth.27 d
vinum Iudæorum,fel draconum,deut.32 e
vino interdicitur sacerdotibus,leuit.10 b
vinum non biberunt Iudæi 40 annis,deut.29 b
vini potorem Christum criminantur Iudæi,matth.11 c
in vinum aqua mutatur,iohan.2 a
vino non inebriemur,ephe.5 d
viperarum genimina,matth. 3 b
à vipera morsus Paulus.act. 28 b
vir ne vtatur veste muliebri,nec ediuerso, deut.22 c
vir vxorem suam habeat,1.cor. 7 a
de viris multa,1.cor.7. 11:ephe.5.e:coloss.3 c
virorum raritas in excidio Ierusalem,isa. 4 a
vir Dei,propheta,1.reg.7.e.9.a:3.reg.12.f
viriliter agamus,deut.31.a:psal.26.ver. vlt.
virago aut vira seu virissa dicitur mulier,quòd de viro sumpta sit,gene.2 d
vires tribuit Deus, deut.8 d
de viribus diffidit Gedeon,iudic.6 c
vim patitur regnum cælorum,matth.11 b
virga Moysi versa in colubrum,exo.4 à
virga Aaronis germinat,num. 17 b
virga percutit petram Moyses,exod.17 c
virga Pauli erga Corinthios,1.corint.4 d
virgis ter cæsus Paulus,2.corinth. 11 f
virginis constupratæ lex,exo.22 c:deut.22 d
virgines raptæ in choreis,iudic.21 d
virgines in bello captæ,num.31 c
de virginibus consilium Pauli,1.corinth.7.e.f.g
virginum parabola,matth.25 a
virginitatem filiæ quomodo testabantur parentes apud Iudæos,deut. 22 c
viridi ligno Christo non parcitur,luc.23 d
virtus Dei qua saluat euangelium,rom. 1.b
virtute Dei custodimur in fide,1.pet. 1 a
virtute indui exalto,luc.24 g
virtus in infirmitate perficitur,2.cor.12 c
virtutes operatur Deus in nobis,gala.3 a
viscera misericordiæ Dei,luc.1.g.
per visionem loquitur Deus Abrahæ,gene.15 a
in visione rarò manifestabat se Deus temporibus Heli in Silo,1.reg.3 a
visio calathorum ficuum,iere.24 a
visio quatuor animalium & rotarum,ezech. 1.b.d
visitat Deus peccata,cum punit.exod.32 g
vita hominis,vapor,iaco. 4 d
vitæ huius tempus breue,1.corinth.7 e
vita hominis,malitia, iob.7 a
vita hominis,vanitas,psal. 38.vers.6
vitæ huius breuitas & miseria per peccatum, psal.89
vita longior obedientibus parentibus,ephe.6.a
vita longior obedientibus Deo,deut.30 d
vitæ suæ non credit inobediens,deut. 28 g
vita æterna,Christus,iohan.14.a. coloss.3 d
vita per Christum datur,iohan.1 a
vita æterna cognoscere Deum solum, & quem misit Iesum Christum,iohan.17 a
vita æterna reuelata nostris temporibus,ephes.1.a
vita æterna datur gratia Dei,rom.6 d
vita æterna datur ex obseruatione mandatorum,matth.19 c
vita christianorum abscondita in Christo,coloss.3 a
vitæ arbor,gene. 2 b
vitis Christus,iohan.15 a
quos vitare debeamus,2. timoth. 3 a
vitulum aureum adorant Israelitæ,exo.32 a
vitulus aureus dicitur peccatum,deut. 9 c
vitulus aureus comminuitur,exod.32.c. deut.9 c
vituli aurei,3.reg.12.g:4.reg.17 c
vitulam suam vocat Samson vxorem suam,iudic.14 d
viuens Deus,ioſ. 3 c
viuere facit Deus & occidit,deut.32 f
viuit anima tua,asseueratio,1.reg.1.d
vt viuamus, mandata seruanda.deut.4.a:32 g
viuit homo in verbo Dei etiam in fame,deut.8 a
viuendum in lætitia,eccles.8.c.9 b
viuo ego,iuramentum Dei,deut.32 f
viuit Dominus,iurantis vox. ruth. 3.c:iudic.8.d:2.reg.2.f

viuat

viuat rex,1.reg.10 d
viuit Christus in christianis,gala.2 d
viuimus ac morimur in gloriam Dei,rom.4 b
viuere Deo opera Dei facere,rom.6 b
viuunt omnes Deo,luc.20 f
¶Vlcera in hominibus,exo.9 b
vlcere percutiuntur inobedientes,deut. 28 d
vltio non quærenda,leui.19.d:luc.9 g
vltionem capere,Dei est,deut.32.e
vlciscitur Dauid iniuriam seruis suis factam,2.reg.10
vlulam non comedunt Iudæi,deut.14 b
¶Vmbra vetus testamentum, hebr.8 a
¶vnanimitas commendatur,philip.1.d. 2 a
vnctionis oleum,exo.30 d
vnctio Christi,Spiritus sanctus,1. iohan. 2 d
vnctio Christi,dani.9 g
vngebantur reges,1.reg.9.c.10.a.16 c
vngebantur corpora mortuorum,gene.50 a
non vnguntur oleo suo inobedientes,deut.18 d
vnitas fidei christianorum,iohan.17. d:act.4 f
vnitas spiritus commendatur,ephe.4 a
vnum sumus in Christo,gala.3 d
vocat Adam Deus vt ostendat ei peccatum suum,gen.3 b
vocatur Samuel à Deo,1.reg. 3 a
vt vocaret peccatores venit Christus, matth.9 b
quos vocauit Deus,credunt,act.2.f:matth.20 a
vocati multi,matth.20.b:rom. 9 c
vocatio Gentium & Iudæornm,rom.15 c
vocationem nostram certam faciamus operibus,2.pet.1 b
vocationis nostræ brauium,vita æterna,philip.3 c
volatilibus cæli dautur cadauera inobedientium, deut.28 c
voluntate sua creauit Deus omnia,ephe.1.b:apoc.4 d
voluntati Dei omnia tribuit Dauid, 2.reg.7 c
voluntati Dei nemo resistit,gen.50 c
voluntas Dei immutabilis,prouer.19 c
voluntate Dei venditus est Ioseph,gen.45.b.c
voluntate Dei diuisum regnum Roboam,2.para.11 a
non volentis est,sed Dei miserentis,rom.9 c
voluntas Dei est vt qui Christo credit habeat vitam æternã, iohan.6 d
voluntatem patris implere desyderat Christus,iohan. 4 d
voluntatem Dei sciens et non faciens,vapulabit plagis multis,luc.12 f
voluntarem Dei faciens,mater,frater,soror, &c. Christi est, matth.12 d
voluntas quidem bona adest Christiano, quam tamen ex se non potest perficere, rom.7 d
voluntate Dei excæcati Iudæi,sap.2 d
voluntati Dei committendum quod agimus, iaco.4 d
voluntari Dei committit iter suum Paulus, rom.15 g
voluntas propria uitanda,eccli. 18 d
voluptates seculi impediunt fructum verbi,luc. 8 b
vomere percussi Philisthæi,iudic.3 d
vota Deo reddenda,nume.30.a:deut. 23 d
vota varia & redemptio eorundem,leuit. 27 a
vota Iacob,Israelitarum.Iephte,adiecta conditione,gen.28. d:num.21.a:iudic.11 f
votum Annæ,1.reg.1 b
vouere Deo,pro consecrare Deo,leuit. 27 frequenter.
vox Dei audienda,exo.15.g:deut. 30 d
vox non audiebatur cum Anna oraret, 1.reg. 1.b. c
vocem suam vt audiamus,conuertit nos Deus,deut.4 e
vocem Dei non audientes puniuntur.nume..3.g: deut. 9 d
vocum nouitates vitandæ,1.timo.6.b d
¶Vpupam non comedunt Iudæi,deut.14 b
¶Vrbes refugij,deut. 35 b
vrbium protector Deus,4.reg. 19 g
Vrias maritus Bethsabee,2.reg. 11 b.c
Vrias sacerdos,4.reg. 16 c
Vrsum occidit Dauid,1.reg. 17 b
¶Vsuram capiant ab extraneis Iudæi,non à fratribus, deut.23 d
ad vtilitatem datur Spiritus,1.cor. 12 a
¶Vua Iudæorum vua fellis,deut. 32 e
vulpes Samsonis,iudic. 15 a
vulpes foueas habent,matth.8.c.9.g
vulpes Herodes,luc.13 g
vulturem non comedunt Iudæi,deut. 14 b
vt vultum conuertat ad nos Deus,orandum,num. 6 d
vuluam Annæ concluserat Deus,1. reg. 1.a
vxor prudens,Dei donum,prouer. 19 b
vxores adolescentes quales esse debeant,tit.2 a
vxores viris subditæ sint,ephe. 5 c
de vxorum obedientia edictum Assueri,esth.5 d
vxor diligenda,ephe.5.d: prouer.5 d
vxor,parentes aut filij non amentur supra Christũ,matt.10 d
ab vxore non licet separari nisi ob solam fornicationem, matth.5.e. 19 b
vxores de filiabus Chanaam non licebat Iudæis accipere, exo.34 c
vxores alienigenas accipientes arguuntur,malach.2 b
vxorem ducentes immunes primo anno,deut.24 b
de vxore non inuenta virgine, deut. 22 b
vxoris adulterium quo modo deprehendi possit,num. 5 c
cum vxore inobedientis Deo dormit alienus, deut. 28 e
vxor abducens à fide occidenda,deut. 13 b
vxor Pilati matth. 27 b
vxor Lot sit nobis exmplo, luc. 9 g
vxores Dauidis captiuæ,1.reg. 30 a
vxores & concubinas accipit Dauid in Ierusalem,2.reg.5 c
vxores Salomonis.700.& concubinæ.300,3.reg.11 a

z

Zabulonis natiuitas et genealogia,gene.30.c.46 b.49 b:deutero.33 c
de Zacchæo publicano,luc. 19 a
Zacharias filius Ieroboam rex Israel,4.reg.14 g
Zacharias pater Iohannis baptistæ,& eius canticum,luc.1
Zacharias filius Barachiæ,zach.1.a:matth.23 d:2.paral.24 f
Zacharias propheta filius Ioiadæ,2. para.24 f
Zambri regis Israel acta, 3.reg. 16
Zara filius Iudæ,gene. 38 g
¶Zeb occiditur,iudic.7 g
Zebee occiditur,iudic. 8 e
de Zebedæi filijs,matth. 20 c
Zebel princeps ciuitatis Sichem,iudic. 9 d
Zelotes nomen Dei,exo.20.a:34 b
Zelotypiæ lex, nume.5 c
Zelpha ancilla Liæ,gene.29 c.30 b
Zelus Dei impios,deut. 29 c
Zelus Moysi & Phinees, exo.32.f:nume.25 b
Zelus Eliæ,3.reg.10 d
Zelus Iehu pro Deo,4.reg.10 d.e
¶Ziphæi produnt Dauidem,1.reg.23 c
Zizaniorum parabola,matth.13 d
¶Zomzommim gigantes,deut.2 d
Zona pellicea accinctus Elias,4.reg.1.b:item Iohannes Baptista,matth. 3 a
Zorobabel filius Salathiel,agg. 1 d
Zorobabel & Iosue ædificant altare.1.esdr. 3.a
Zorobabel typus Christi.agg.2.d

FINIS.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ORDO LIBRORVM
Veteris testamenti.

Genesis	Folio 1	Ecclesiastes	249
Exodus	20	Canticum canticorum	252
Leuiticus	34	Liber Sapientiæ	253
Numeri	44	Ecclesiasticus	259
Deuteronomium	59	Isaiæ prophetia	275
Iosue	72	Ieremiæ	293
Liber Iudicum	81	Baruch	316
Ruth	90	Ezechielis	319
Regum I	92	Danielis	338
Regum II	104	Osee	347
Regum III	115	Ioelis	350
Regum IIII	127	Amos	351
Paralipomenon I	139	Abdiæ	353
Paralipomenon II	159	Ionæ	354
Esdræ I	163	Michææ	355
Esdræ II	167	Nahum	356
Esdræ III	172	Habacuc	358
Esdræ IIII	177	Sophoniæ	359
Tobias	187	Aggæi	360
Iudith	191	Zachariæ	361
Esther	196	Malachiæ	364
Iob	201	Machabæorum I	366
Liber Psalmorum	213	Machabæorum II	378
Prouerbia Salomonis	240		

Hos Veteris testamenti libros Christus Iesus in Legem, Prophetas, et Psalmos, simplicissimè partitus est, Matthæi septimo, vndecimo & vigesimosecundo, & Lucæ vltimo. Hæc sunt, inquit verba, quæ loquutus sum ad vos cùm adhuc essem vobiscum: quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis, & Psalmis, de me. Quam distinctionem secuti sunt Apostoli, patrésque nostri Latini. Nec ab hac aliena est Hebræorum distinctio, vocantium Legem, Prophetas, Hagiographa, inter quæ & Psalmi Dauid numerantur: author est Hieronymus in Prologo quem præposuit libris Regum.

Ordo librorum Noui testamenti.

Euangelium secundum Matthæum	Folio	2		Ad Thessalonicenses	I	78	II		79
Euangelium secundum Marcum		14		Ad Timótheum	I	80	II		81
Euangelium secundum Lucam		22		Ad Titum					82
Euangelium secundum Iohannem		35		Ad Philémonem					83
Acta Apostolorum		44		Ad Hebræos					83
Pauli epistola ad Romanos		58		Iacobi epistola					88
Ad Corinthios I	64	II	68	Petri epistolæ,	I	89	II		91
Ad Galatas			72	Iohannis epistolæ,	I	93	II 95	III	96
Ad Ephesios			74	Iudæ epistola					97
Ad Philippenses			76	Apocalypsis					99
Ad Colossenses			77						

HIERO-

HIERONYMI PROLOgus Galeatus.

VIGINTI & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoque lingua & Chaldæorum testatur, quæ Hebrææ magna ex parte confinis est. nam & ipsi viginti duo elementa habẽt eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam Pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant, figuris tantum & apicibus discrepantes. Certúmque est Esdram scribam, legisq; doctorem, post captam Ierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse quibus nunc vtimur: cum ad illud vsque tempus ijdem Samaritanorũ & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoq; Numerorum hæc eadem suppu tatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu, mystice ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Græcis voluminibus, vsq; hodie antiquis expressum literis inuenimus. Sed & psalmi triceſimussextus, & centesimusdecimus, & centesimusvndecimus, & centesimusoctauus, & centesimusquadragesimusquartus, quanquam diuerso scribantur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius: Salomonis quoque in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait: Mulierem fortem quis inueniet? ijsdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porrò quinque literæ duplices apud Hebræos sunt: Caph, Mem, Nun, Pe, Sade. aliter enim scribuntur per has principia, medietatésque verborum, aliter fines. Vnde & quinque à plerisque libri, duplices existimantur, Samuel, Melachim, Dibre haiamim, Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est lamentationibus suis. Quomodo igitur viginti duo elementa sunt, per quæ scribimus Hebraice omne quod loquimur, & eorum initijs vox humana compræhenditur: ita viginti duo vo lumina supputantur, quibus quasi literis & exordijs in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia.

Primus apud eos liber vocatur Beresith: quem nos Genesin dicimus.
Secundus, Veelle semoth: qui Exodus appellatur.
Tertius, Vaijcra, id est Leuiticus.
Quartus, Vaiedabber, quem Numeros vocamus.
Quintus, Elle haddebarim, qui Deuteronómium prænotatur.

Hi sunt quinque libri Moysi, quos proprie Thora, id est, Legem appellant.

Secundum prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Iesu filio Naue: qui apud eos Iehosua bin Nun dicitur. Deinde subtexunt Sophetim, id est, Iudicum librum. Et in eundem compingunt Ruth: quia in diebus Iudicum facta eius narratur historia.

Tertius sequitur Samuel, quem nos Regum primum & secundum dicimus.
Quartus Melachim, id est regum, qui tertio & quarto Regum volumine continetur.

Meliúsque

Universidad de Deusto
Biblioteca

Meliúſque multo eſt Melachim, id eſt regum, quàm Melachoth, id eſt regnorũ dicere: Non enim multarum gentium deſcribit regna, ſed vnius Iſraëlitici populi, qui tribubus duodecim continetur.
Quintus, eſt Iſaias.
Sextus, Ieremias.
Septimus, Ezechiel.
Octauus, liber duodecim Prophetarum: qui apud illos vocatur There aſar.

Tertius ordo, Hagiographa poſsidet.
Et primus liber incipit à Iob.
Secundus à Dauid: quem quinque inciſionibus & vno pſalmorum volumine compræhendunt.
Tertius eſt Salomon, tres libros habens: prouerbia, que illi Misle, id eſt Parabolas appellant.
Quartus, Eccleſiaſten, id eſt Coheleth.
Quintus, Canticum canticorum, quem titulo Sir haſsirim prænotant.
Sextus, eſt Daniel.
Septimus, Dibréhaiamim, id eſt verba dierum: quod ſignificantius Chronicon totius diuinæ hiſtoriæ poſſumus appellare. qui liber apud nos paralipoménon primus & ſecundus inſcribitur.
Octauus, Eſdras: qui & ipſe ſimiliter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuiſus Nonus, Eſther.

Atque ita ſiunt pariter veteris legis libri viginti duo: id eſt Moyſi quinq;, & Prophetarum octo, Hagiographorum nouem. Quanquam nonnulli Ruth & Cinóth, inter Hagiographa ſcriptitent, & hos libros in ſuo putent numero ſupputandos: ac per hoc eſſe priſcæ legis libros vigintiquatuor: quos ſub numero vigintiquatuor ſeniorum Apocalypſis Iohannis inducit adorantes Agnum, & coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes: ſtantibus coràm quatuor animalibus oculatis antè & retrò, id eſt in præteritũ & in futurũ reſpicientibus, & indefeſſa voce clamantibus, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui eſt, & qui venturus eſt. Hic prologus, Scripturarum quaſi galeatũ principium, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinũ, conuenire poteſt: vt ſcire valeamus, quicquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Syrach liber, & Iudith, & Tobias, & Paſtor: non ſunt in canone. Machabæorum primũ librum, Hebraicum reperi. Secundus, Græcus eſt: quod ex ipſa quoque phraſi probari poteſt. Quæ cũ ita ſe habeant, obſecro te Lector, ne laborem meũ, repræhenſionem exiſtimes antiquorũ. In templo Dei offert vnuſquiſq; quod poteſt: alij aurum, argentũ & lapides pretioſos, alij byſſum & purpurã & coccum offerunt & hyacinthum: nobiſcũ bene agitur, ſi obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamẽ Apoſtolus contẽptibiliora noſtra magis neceſſaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per ſingulas ſpecies, eccleſiæ præſentis futuræq́ue diſtinctio, pellibus tegitur & cilicijs: ardorémque ſolis & iniuriam imbrium ea quæ viliora ſunt prohibent.

EPISTOLA SANCTI HIERONYMI
ad Paulinum presbyterum de omnibus diuinæ hiſtoriæ libris.

FRATER Ambroſius tua mihi munuſcula perferens, detulit ſimul & ſuauiſsimas literas, quæ à principio amicitiarum, fidem probatæ iam fidei & veteris amicitiæ præferebant. Vera enim illa neceſsitudo eſt, & Chriſti glutino copulata, quam non vtilitas rei familiaris: non præſentia tantum corporum, non ſubdola & palpans adulatio: ſed Dei timor, & Diuinarum ſcripturarum ſtudia conciliant. Legimus in veteribus hiſtorijs quoſdam luſtraſſe prouincias, nouos adiſſe populos, maria tranſiſſe: vt eos quos ex libris nouerant, coràm quoque viderent. Sic Pythagoras Memphiticos vates, ſic Plato AEgyptum & Architam Tarentinum, eamq́ue oram Italiæ, quæ quondam magna Græcia dicebatur, laborioſiſsime peragrauit: vt qui Athenis magiſter erat, & potens, cuiſque doctrinam Academiæ gymnaſia perſonabant, fieret peregrinus atque diſcipulus: malens aliena verecundè diſcere, qàm ſua impudenter ingerere. Deniq; cum literas quaſi toto fugientes orbe perſequitur, captus à piratis & venundatus, etiam tyranno crudeliſsimo paruit, captiuus, vinctus & ſeruus, tamen quia philoſophus, maior emente ſe fuit. Ad Titum Liuium lacteo eloquentiæ fonte manantem, de vltimis Hiſpaniæ Galliarumq́ue finibus quoſdam veniſſe nobiles legimus: & ad contemplationem ſui Roma non traxerat, vnius hominis fama perduxit. Habuit illa ætas inauditum omnibus ſeculis, celebrandumq́ue miraculum, vt vrbem tantam ingreſsi, aliud extra vrbem quærerent. Apollonius, ſiue ille magus (vt vulgus loquitur) ſiue philoſophus, vt Pythagorici tradunt, intrauit Perſas, pertranſiuit Caucaſum, Albanos, Scythas, Maſſagetas, opulentiſsima Indiæ regna penetrauit: & ad extremum, latiſſimo Phiſon amne transmiſſo, peruenit ad Brachmanas, vt Hiarcham in throno ſedentem aureo, & de Tantali fonte potantem, inter paucos diſcipulos de natura, de motibus ſyderum, ac dierum curſu audiret docentem. Inde per AElamitas, Babylonios, Chaldæos, Medos, Aſſyrios, Parthos, Syros, Phœnices, Arabes, Palæſthinos, reuerſus Alexandriam, perrexit AEthiopiam, vt Gymnoſophiſtas, & famoſiſsimam Solis menſam videret in ſabulo. Inuénit ille vir vbique quod diſceret, & ſemper proficiens, ſemper ſe melior fieret. Scripſit ſuper hoc pleniſsime octo voluminibus Philoſtratus.

II Quid loquar de ſeculi hominibus? cum Apoſtolus Paulus, vas electionis & magiſter Gentiũ, qui de conſcientia tanti in ſe hoſpitis loquebatur. An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus? poſt Damaſcum Arabiamq́; luſtratam aſcenderit Ieroſolymam, vt videret Petrum, & manſerit apud eum diebus quindecim. Hoc enim myſterio hebdomadis & ogdoadis futurus gentium prædicator inſtruendus erat. Rurſumq́ue poſt annos quatuordecim, aſſumpto Barnaba & Tito expoſuerit Apoſtolis Euangelium, ne forte in vacuum curreret, aut cucurriſſet. Habet enim neſcio quid latentis ἐνεργείας viua vox, & in aures diſcipuli de authoris ore transfuſa, fortius ſonat. Vnde et AEſchines cùm Rodi exularet, et legeretur illa Demoſthenis oratio, quam aduerſus eum habuerat, mirantibus cunctis atque laudantibus, ſuſpirans ait, Quid ſi ipſam au-
III diſſetis beſtiam ſua verba reſonantem? Hæc non dico, quòd ſit in me aliquid tale, quod vel poſsis à me audire, vel velis diſcere: ſed quòd ardor tuus & diſcendi ſtudium etiam abſq; nobis per ſe probari debeat. Ingenium docile, & ſine doctore laudabile eſt. Non quid inuenias, ſed quid quæras conſyderamus. Mollis cera, & ad formandum facilis, etiam ſi artificis & plaſtæ ceſſent manus: tamen virtute totum eſt quicquid eſſe poteſt. Paulus apoſtolus ad pedes Gamalielis legem Moyſi, & prophetas didiciſſe ſe gloriatur, vt armatus ſpiritalibus telis, poſtea diceret confidenter, Arma noſtræ militiæ, non carnalia ſunt ſed potentia Deo, ad deſtructionem munitionum conſilia deſtruentes, & omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei, & captiuantes omnem intellectum ad obediendum Chriſto, & parati ſubiugare omnem inobedientiam. Ad Timótheum ſcribit ab infantia ſacris literis eruditum, & hortatur ad ſtudium lectionis, ne negligat gratiam quæ data ſit ei per impoſitionem manus presbyterij. Tito præcipit vt inter cæteras virtutes epiſcopi, quem breui ſermone dipinxit, ſcientiam quoq; in eo eligat ſcripturarum, Obtinentem (inquit) eum, qui ſecundum doctrinam eſt, fidelem ſermonem: vt potens ſit
IIII exhortari in doctrina ſana, & contra dicentes reuincere. Sancta quippe ruſticitas ſolum ſibi prodeſt: & quantum ædificat ex vitæ merito Eccleſiam Chriſti, tantum nocet ſi deſtruentibus non reſiſtat.

Act. 9. e
1. Cor. 13. a
Gala. 1. d
Gala. 2. d
Act. 22. d
2. Cor. 10. b
2. Tim. 3. d
1. Timo. 4. d
Tit. 1. b

Malach. 2.b Deut. 32.2 Psal. 2. Daniel. 12.b Act. 4.c Isa. 54.d Iohan. 6.e Luc. 2.f 2.Cor. 11.b Iohan. 1.a Abd. 1.c. isa. 29 e. 1.Cor. 1. c 2.Cor. 1 b Coloss. 2.a Iohan. 8.g Ezech. 1.a Psal. 118. Rom. 7.e 2. Cor. 3.d Apoc. 5. a Isa. 29.d Apoc. 3.b Act. 8.

resistat. Malachias propheta, imò per Malachiam Dominus interrogauit sacerdotes Legem: in tantum sacerdotis officium est interrogatum respondere de lege. Et in Deuteronomio legimus, Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: seniores tuos, & dicent tibi. In Psalmo quoque centesimo decimooctauo, Cantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ. Et in descriptione iusti viri, cum eũ Dauid arbori vitæ, quæ est in paradiso, compararet, inter cæteras virtutes & hoc intulit. In lege Domini voluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte. Daniel in fine sacratissimæ visionis ait iustos fulgere sicut stellas: & intelligẽtes, id est, doctos, quasi firmamentum. Vides quantum inter se distent iusta rusticitas, & docta iustitia? Alij stellis, alij cælo comparantur. Quanquam iuxta Hebraicam veritatem vtrunque de eruditis possit intelligi. Ita enim apud eos legimus, Qui autẽ docti fuerint, fulgebunt quasi splendor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Cur dicitur Paulus apostolus vas electionis? Nempe quia legis & scripturarum erat sanctarum armarium. Pharisæi stupent in doctrina Domini: & mirantur in Petro & Iohanne quomodo Legem sciant, cum literas non didicerint. Quicquid enim alijs exercitatio, & quotidiana in Lege meditatio tribuere solet, illis hoc Spiritus sanctus suggerebat, & erant iuxta quod scriptum est, θεοδίδακτοι. Duodecim annos Saluator impleuerat, & in templo senes de quæstionibus legis interrogans, magis docet dum prudenter interrogat. Nisi forte rusticum Petrum, rusticum dicimus Iohannem: quorum vterque dicere poterat, Etsi imperitus sermone, non tamen scientia. Iohannes rusticus, piscator, indoctus? & vnde illa vox obsecro, In principio erat verbũ, et verbum erat apud Deum, et Deus erat verbum? λόγος enim Græce multa significat. nam & verbũ est, et ratio, & supputatio, et causa vniuscuiusq; rei, per quam sunt singula quæ subsistunt: quæ vniuersa, rectè intelligimus in Christo. Hoc doctus Plato nesciuit, hoc Demosthenes eloquens ignorauit. Perdam (inquit) sapien- V
tiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Vera sapientia perdet falsam sapientiã. & quanquam stultitia prædicationis in cruce sit: tamen Paulus sapientiam loquitur inter perfectos: sapientiam autem nõ seculi huius, nec principum seculi istius, qui destruuntur, sed loquitur Dei sapientiam in mysterio absconditum, quam prædestinauit Deus ante secula. Dei sapientia, Christus est. Christus enim, Dei virtus, et Dei sapientia: hæc sapientia in mysterio abscondita est: de qua et noni psalmi titulus prænotatur, Pro occultis filij: in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei absconditi. Et qui in mysterio absconditus erat, prędestinatus est ante secula: prędestinatus autem et præfiguratus in Lege et Prophetis. Vnde & Ptophetæ appellabantur videntes: quia videbant eum, quem cæteri non videbant. Abraham vidit diem eius, & lætatus est. Aperiebantur cæli Ezechieli, qui populo peccatori clausi erant. Reuela (inquit Dauid) oculos meos, et consyderabo mirabilia de lege tua. Lex enim spiritualis est, et reuelatione opus est, vt intelligatur ac reuelata facie Dei gloriam contemplemur. Liber in Apocalypsi septem sigillis signatus ostenditur: quem si dederis homini scienti literas vt legat, respondebit tibi, Non possum: signatus est enim. Quanti hodie putant se nosse literas, et tenent signatum librum, nec aperire possunt, nisi ille reserauerit qui habet clauẽ Dauid: qui aperit, et nemo claudit: claudit, et nemo aperit. In Actibus apostolorum sanctus Eunuchus, imò vir (sic enim eum scriptura cognominat) cum legeret Isaiam prophetam, interrogatus à Philippo, Putásne intelligis quæ legis? respondit, Quomodo possum, nisi aliquis me docuerit? Ego (vt de me loquar interim) nec sanctior sum hoc Eunucho, nec studiosior, qui de AEthiopia, id est de extremis mundi finibus venit ad templum, reliquit aulam regiam: & tantus amator legis diuinæque scientiæ fuit, vt etiam in vehiculo legeret literas sacras. Et tamen cum librum teneret, et verba Domini cogitatione conciperet, lingua volueret, labijs personaret, ignorabat eum, quem in libro nesciens venerabatur. Venit Philippus, ostendit Iesum, qui clausus latebat in litera. O mira doctoris virtus. Eadem hora credit Eunuchus, baptizatur, & fidelis et sanctus factus est, ac magister de discipulo, plus in deserto fonte Ecclesiæ, quàm in aurato synagogæ templo reperit. Hæc à me perstricta sunt breuiter (neque enim epistolaris angustia euagari longius patiebatur) vt intelligeres te in scripturis sacris sine præuio, et monstrante semitam non posse ingredi.

Taceo de grãmaticis, rhetoribus, philosophis, geometris, dialecticis, musicis, astronomis, astro- VI
logis, medicis: quorũ scientia mortalibus vel vtilissima est, et in tres partes scinditur, Τὸ δόγμα, τὴν μέθοδον, τὴν ἐμπειρίαν. Ad minores artes veniam, et quæ non tã lingua, quàm manu administrãtur. Agricolæ, cementarij, fabri metallorum, lignorumq; cæsores, lanarij quoq; et fullones, et cæteri qui variam suppellectilem, et vilia opuscula fabricantur, absq; doctore esse non possunt quod cupiunt.

piunt. Quod medicorum est, promittunt medici: tractant fabrilia fabri. Sola scripturarum ars est, quam sibi passim omnes vendicant. Scribimus indocti, doctique poemata passim. Hanc garrula anus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc vniuersi presumunt, lacerant, docent antè quàm discant. Alij adducto supercilio, grandia verba trutinantes inter mulierculas de sacris literis philosophantur. Alij discunt, proh pudor, à fœminis, quod viros doceant. & ne parum hoc sit, quadam facilitate verborum, imò audacia edisserunt alijs, quod ipsi non intelligunt. Taceo de mei similibus, qui si fortè ad scripturas sanctas post seculares literas venerint, & sermone composito aures populi mulserint, quicquid dixerint, hoc legẽ Dei putant. nec scire dignantur quid Prophetæ, quid Apostoli senserint, sed ad sensum suũ incongrua aptant testimonia, quasi grande sit, & non vitiosissimum docendi genus, deprauare sententias, & ad voluntatem suam, scripturã trahere repugnantem. Quasi non legerimus Homerocentonas, & Vergiliocentonas: ac non sic etiam Maronem sine Christo possimus dicere Christianum, quia scripserit, Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna, Iam noua progenies cælo demittitur alto. Et patrem loquentem ad filium, Natæ meæ vires, mea magna potentia solus. Et post verba Saluatoris in cruce, Talia prestabat memorans, fixusq; manebat. Puerilia sunt hæc, & circulatorũ ludo similia, docere quod ignores: imò, vt cum stomacho loquar, ne hoc quidem scire quod nescias.

VII. Videlicet manifestissima est Genesis, in qua de creatura mundi, de exordio generis humani, de diuisione terræ, de confusione linguarum & gentium, vsque ad exitum scribitur Hebræorum. Genesis

Paret Exodus cum decem plagis, cum decalogo, cum mysticis diuinisque præceptis. Exodus

In promptu est Leuiticus liber, in quo singula sacrificia, imò singulæ penè syllabæ, & vestes Aaron, & totus ordo Leuiticus spirant cælestia sacramenta. Leuiticus

Numeri verò, nónne totius Arithmeticæ, & prophetiæ Balaam, & quadraginta duarum per eremum mansionum mysteria continent? Numeri

Deuteronomium quoque secunda lex, & Euangelicæ legis præfiguratio, nónne sic ea habet quæ priora sunt, vt tamen noua sint omnia de veteribus? Hucusque Moyses, hucusque Pentateuchus: quibus quinque verbis loqui se velle Apostolus in Ecclesia gloriatur. Deuteronomium. 1.Cor. 14.d

Iob exemplar patientiæ, quæ non mysteria suo sermone complectitur? Prosa incipit, versu labitur, pedestri sermone finitur: omnesque leges dialecticę, propositione, assumptione, confirmatione, conclusione, determinat. Singula in eo verba, plena sunt sensibus. Et (vt de cæteris sileam) resurrectionem corporũ sic prophetat, vt nullus de ea vel manifestius, vel cautius scripserit. Scio (inquit) quòd redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. & rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum, quem visurus sum egoipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. Iob Cap. 19. d

Veniam ad Iesum Naue, qui typum Domini non solum gestis, verumetiam nomine præfert. transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo, & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes atque confinia, Ecclesiæ cælestisque Ierusalem spiritualia rega describit. Iosue, siue Iesus Naue

In Iudicum libro, quot principes populi, tot figuræ sunt, Lib. Iudicum

Ruth Moabithis, Isaiæ explet vaticinium, dicentis, Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti, ad montem filiæ Sion. Ruth. Esa. 16.a

Samuel in Heli mortuo, & in occiso Saul, veterem legem abolitam monstrat. Porro in Sadoc atque Dauid, noui sacerdotij, nouique imperij sacramenta testatur. Reg. I. & II.

Malachim, id est tertius & quartus regum liber, à Salomone vsque ad Iechoniam, & à Ieroboã filio Nabat vsque ad Osee qui ductus est in Assyrios, regnum Iuda & regnum describit Israel. Si historiam respicias, verba simplicia sunt: si in literis, sensum latentem inspexeris, Ecclesiæ paucitas, & hæreticorum contra Ecclesiam bella narrantur. Reg. III. & IIII

Duodecim prophetę in vnius voluminis angustias coartati, multò aliud quàm sonant in litera, præfigurant.

Osee crebro nominat Ephraim, Samariam, Ioseph, Iezrahel, & vxorem fornicariam, & fornicationis filios, & adulteram cubiculo clausam mariti, multo tempore sedere viduam, & sub veste lugubri viri ad se reditum præstolari. Osee

Ioel filius Phathuel describit terram duodecim tribuum, eruca, brucho, locusta, rubigine vastante consumptam: & post euersionem prioris populi, effusum iri Spiritum sanctum super seruos Dei & ancillas, id est super centum viginti credentium nomina, & effusum iri in cœnaculo Sion. Qui centum viginti ab vno vsque ad quindecim paulatim, & per incrementa surgentes, quinde- Ioel Act. 1.b

cim

Universidad de Deusto
Biblioteca

decim graduum numerum efficiunt, qui in psalterio mysticè continentur.

Amos

Amos pastor & rusticus, & ruborum mora distringens, paucis verbis explicari non potest. Quis enim dignè exprimat tria & quatuor scelera Damasci, & Gazæ, & Tyri, & Idumææ, & filiorum Ammon, & Moab: & in septimo & octauo gradu Iudæ & Israel? Hic loquitur ad vaccas pingues, quæ sunt in Samariæ monte, & ruituram domum maiorem, minoremque testatur. Ipse cernit fictorem locustæ, & stantem dominum super murum litum vel adamantinum, & vncinum pomorum attrahentem supplicia peccatoribus: et famem in terrā, nō famem panis, nec sitim aquę, sed audiendi verbum Dei.

Abdias

Abdias, qui interpretatur seruus Dei, pertonat contra Edom sanguinem terrenumque hominem, fratris quoque Iacob semper æmulum, hasta percutit spiritali.

Ionas

Ionas pulcherrima columba naufragio suo passionem Domini præfigurans, mundum ad pœnitentiam reuocat: & sub nomine Niniue, Gentibus salutem nuntiat.

Michæas

Michæas de Morasthi cohæres Christi, vastationem annuntiat filiæ latronis, & obsidionem ponit contra eam: quia maxillam percusserit iudicis Israel.

Nahum

Nahum consolator orbis, increpat ciuitatem sanguinum, & post euersionem illius loquitur, Ecce super montes pedes euangelizantis, & annuntiantis pacem.

Habacuc

Habacuc luctator fortis & rigidus, stat super custodiam suam, & figit gradum super munitionem, vt Christum in cruce contempletur, & dicat, Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Splendor eius vt lux erit: cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

Cap. 3. a

Sophonias

Sophonias speculator, & arcanorum Dei cognitor, audit clamorem à Porta piscium, & eiulatum à Secunda, & contritionem à collibus. Indicit quoq; vlulatum habitatoribus Pilæ, quia conticuit omnis populus Chanáan, disperierunt vniuersi qui inuoluti erant argento.

Aggæus

Aggæus festiuus & lætus, qui seminauit in lachrymis, vt in gaudio meteret: destructum templum ædificat, Deumq; patrem inducit loquentem, Adhuc vnum modicum, & ego cōmouebo

Cap. 2. b

cælū & terrā, & mare, & aridā, & mouebo omnes gentes, & veniet desyderatus cunctis gentibus.

Zacharias

Zacharias memor Domini sui, multiplex in prophetia, Iesum vestibus sordidis indutum, & lapidem oculorum septem: candelabrumq; aureum cum totidem lucernis quot oculis: duas quoque oliuas à sinistris lampadis cernit & à dextris: vt post equos nigros, rufos, albos, & varios, & dissipatas quadrigas ex Ephráim, & equum de Ierusalem, pauperem regem vaticinetur & prædicet, sedentem super pullum filium Asinæ subiugalis.

Malachias

Malachias apertè, & in fine omnium prophetarum, de abiectione Israel, & vocatione Gentium, Non est mihi, ait, voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de

Cap. 1. e

manu vestra. Ab ortu enim solis vsque ad occasum, magnum est nomen meum in Gentibus: & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda.

Isaias

Isaiam, Ieremiam, Ezechielem, & Danielem quis potest vel intelligere, vel exponere? Quorū primus non prophetiam mihi videtur texere, sed Euangelium.

Ieremias

Secundus virgam nuceam, & ollam succensam à facie Aquilonis, & pardum spoliatum suis coloribus & quadruplex diuersis metris nectit alphabetum.

Ezechiel

Tertius principia & finem tantis habet obscuritatibus inuoluta, vt apud Hebræos istæ partes cum exordio Geneseos ante annos triginta non legantur.

Daniel

Quartus verò, qui & extremus inter quatuor prophetas, temporum conscius, & totius mundi philoistor, lapidem præcisum de monte sine manibus, & regna omnia subuertentem, claro sermone pronuntiat.

Dauid

Dauid Simonides noster, Pindarus & Alcæus, Flaccus quoque, Catullus, atq; Serenus, Christum lyra personat, & in decachordo psalterio, ab inferis excitat resurgentem.

Prouerbia Ecclesiastes Canticum Esther

Salomon pacificus, & amabilis Domini, mores corrigit, naturam docet, Ecclesiam iungit, & Christum sanctarumq; nuptiarum dulce canit epithalamium.

Esther in Ecclesiæ typo populum liberat de periculo, & interfecto Aman, qui interpretatur iniquitas, partes conuiuij, & diem celebrem mittit in posteros.

Paralipomenon

Paralipoménon liber, id est instrumēti veteris ἐφοπτικὸν, tantus ac talis est, vt absque illo siquis scientiam scripturarum sibi voluerit arrogare, seipsum irrideat. Per singula quippe nomina iuncturasque verborum, & prætermissæ in Regum libris tanhuntur historiæ, & innumerabiles explicantur Euangelij quæstiones.

Esdras Nehemias

Esdras & Nehemias, adiutor videlicet, & consolator à Domino, in vnum volumē coarctantur, instaurant templum, muros extruunt ciuitatis: omnisque illa turba populi redeuntis in patriam, & de-

scriptio sacerdotum, Ieuitarum, Israelis, proselytorum, ac per singulas familias murorum, ac turrium opera diuisa, aliud in cortice præferunt, aliud in medulla retinent. Cernis me scripturarum amore raptum, excessisse modum epistolæ, & tamen non implesse quod volui. Audiuimus tantū quid nosse, quid cupere debeamus, vt & nos quoque possimus dicere. Concupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas in omni tempore. Cæterum illud Socraticum impletur in nobis, Hoc tantum scio, quod nescio. Tangam & nouum breuiter testamentum. Psalm. 118. e

Matthæus Marcus Lucas Iohannes

Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohānes quadriga Domini, & verum Cherubim, quod interpretatur scientiæ multitudo, per totum corpus oculati sunt, scintillæ emicant, discurrūt fulgura, pedes habent rectos, & in sublime tendentes, terga pennata & vbique volitantia, tenent se mutuò, sibique perplexi sunt, & quasi rota in rota voluuntur, & pergunt quòcunque eos flatus Spiritus sancti perduxerit.

Paulus Apostolus

Paulus Apostolus ad septem scribit Ecclesias, octaua enim ad Hebræos, à plerisque extra numerum ponitur. Timótheum instruit ac Titum, & Philémonem pro fugitiuo famulo deprecatur. Super quo melius tacere puto, quàm pauca scribere.

Actus apostolorum

Actus Apostolorum nudam quidem videntur sonare historiam, & nascentis ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus sciptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in Euangelio, animaduertemus pariter omnia verba illius, animæ languentis esse medicinam.

Iacobus Petrus Iohannes Iudas

Iacobus, Petrus, Iohannes, Iudas, septem epistolas ediderunt tam mysticas quàm succinctas, & breues pariter ac longas: breues in verbis, longas in sententijs: vt rarus sit, qui non in earum cæcutiat lectione.

Apocalypsis

Apocalypsis Iohannis tot habet sacramenta, quot verba. Parum dixi pro merito voluminis, laus omnis inferior est. In verbis singulis multiplices latent intelligentiæ. Oro te frater charissime, inter hæc viuere, ista meditari, nihil aliud nosse, nihil quærere: nónne tibi videtur iam hic in terris regni cælestis habitaculum? Nolo offendaris in scripturis sanctis simplicitate, & quasi vtilitate verborum, quæ vel vitio interpretum, vel de industria sic prolata sunt, vt rusticam concionem facilius instruerent, & in vna eademque sententia aliter doctus, aliter audiret indoctus. Non sum tam petulans & hebes, vt hæc me nosse pollicear, & eorum fructus capere, quorū radices in cælo fixæ sunt: sed velle fateor. Sedenti me præfero, magistrum renuens, comitem spondeo. Petenti datur, pulsanti aperitur, quærens inuenit. Discamus in terris, quorum scientia nobis perseueret in cælo. Obuijs te manibus excipiam, & (vt ineptè aliquid, ac de Hermagoræ tumiditate effutiā) quicquid quæsieris, tecum scire conabor. Habes hic amantissimum tui fratrem Eusebium, qui literarum tuarum mihi gratiam duplicauit, referens honestatem morum tuorum, contemptum seculi, fidem amicitiæ, amorem Christi. Nam prudentiam & eloquij venustatem: etiam absque illo ipsa epistola præferebat. Festina, quæso te, & hærentis in salo nauiculæ funem magis præscinde, quàm solue. Nemo renuntiaturus seculo bene potest vendere, quæ contempsit vt vēderet. Quicquid in sumptus de tuo tuleris, pro lucro computa. Antiquum dictum est, Auaro tam deest quod habet, quàm quod non habet. Credenti totus mundus diuitiarum est: infidelis autem, etiam obolo indiget. Sic viuamus tanquā nihil habentes, & omnia possidentes. Victus & vestitus diuitiæ Christianorum sunt. Si habes in potestate rem tuam, vende: Si non habes, proijce. Tollenti tunicam, & pallium relinquendum est. Scilicet nisi tu semper recrastinans, & diem de die trahens, cautè & pedetentim tuas possessiunculas vendideris, nō habet Christus vnde alat pauperes suos. Totum Deo dedit, qui seipsum obtulit. Apostoli nauem tantùm & retia reliquerunt. vidua duo æra misit in gazophylacium, & præfertur Crœsi diuitijs. Facile contemnit omnia, qui se semper cogitat esse moriturum

Iacobus Petrus Iohannes Iudas

2. Cor. 6. b

Matth. 5. g

Matth. 4. c Marc. 12. d Luc. 21. a

PRAE-

Universidad de Deusto
Biblioteca

PRAEFATIO SANCTI HIERONYMI presbyteri in Pentateuchum Moysi.

DESYDERII mei desyderatas accepi epistolas, qui quodam præsagio futurorum, cum Daniele sortitus est nomen: obsecrantis, vt translatum in Latinam linguam de Hebræo sermone Pentateuchum, nostrorum auribus traderem. Periculosum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens: qui me asserunt in Septuaginta interprætum suggillationem noua pro veteribus cudere, ita ingenium quasi vinum probantes: cũ ego sæpissime testatus sim me pro virili portione in Tabernaculo Dei offerre quæ possim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me studiũ prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miscuit, asteriſco & obelo omne opus distinguens: dum aut illucescere facit quæ minus antè fuerant: aut superflua quæque iugulat & confodit, maximè quæ Euangelistarum & Apostolorum authoritas promulgauit. In quibus multa de vetere testamento legimus, quæ in nostris codicibus non habentur: vt est illud. Ex AEgypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: &, Quæ nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit Deus diligentibus se: & multa alia quæ propriũ σύνταγμα desyderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc scripta sint: & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum testimonium est in Osee: Secundum in Isaia: Tertium in Zacharia: Quartum in Prouerbijs: Quintum æquè in Isaia. Quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta sectantur: & Hiberas nænias libris authenticis præferunt. Causas erroris non est meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt esse consilio: ne Ptolemæus vnius Dei cultor, etiam apud Hebræos duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maxime idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Denique vbicunque sacratum aliquid scriptura testatur de Patre & Filio & Spiritu sancto, aut aliter interpretati sunt, aut omnino tacuerunt: vt & regi satisfacerent, & arcanum fidei non vulgarent. Et nescio quis primus author septuaginta cellulas Alexandriæ mendacio suo extruxerit: quibus diuisi eadem scriptitarint: cum Aristeus eiusdem Ptolemæi ὑπερασπιστὴς, & multo post tempore Iosephus nihil tale retulerint: sed in vna basilica congregatos, contulisse scribant, non prophetasse. Aliud est enim esse vatem: aliud est esse interpretem. Ibi Spiritus ventura prædicit: hic eruditio & verborum copia, ea quæ intelligit transfert. Nisi fortè putandus est Tullius OEconomicum Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demosthenis pro Ctesiphonte, afflatus rethorico spiritu transtulisse. Aut aliter de eisdem libris per Septuaginta interpretes, aliter per Apostolos Spiritus sanctus testimonia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi scriptum esse mentiti sint. Quid igitur? Damnamus veteres? Minimè. Sed post priorum studia, in domo Domini quod possumus laboramus. Illi interpretati sunt ante aduentum Christi, & quod nesciebant, dubijs protulêre sententijs: nos verò post passionem & resurrectionẽ eius, non tam prophetiam quàm historiam scribimus. Aliter enim audita: aliter visa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator ausculta: non damno, non reprehendo Septuaginta: sed confidenter cunctis illis Apostolos præfero. Per istorũ os Christus mihi sonat, quos ante prophetas inter spiritalia charismata positos lego: in quibus vltimum penè gradum interprẽtes tenent. Quid liuore torqueris? quid imperitorũ animos contra me concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare: interroga Hebræos, diuersarum vrbium magistros consule. Quod illi habent de Christo, tui codices nõ habent. Aliud est si contra se postea ab Apostolis vsurpata testimonia probauerunt: & emẽdatiora sunt exemplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Verum hæc contra inuidos. Nunc te deprecor Desyderi charissime, vt quia me tantum opus subire fecisti, & à Genesi exordium capere, orationibus iuues: quo possim eodem Spiritu quo scripti sunt libri, in Latinum eos transferre sermonem.

Creatio mundi.

Liber Geneſis, Hebraice Bereſith.



S. De mundi creatione, rerum creatarum distinctione & ornatu, deque hominis formatione, cui subiecit Deus omnia quæ creauerat.

CAP. I.

A Acto.14.c. 17.f. Psa.32.2. 135.a. Eccle.18.a. Hebr.11.a.

IN PRINCIPIO creauit Deus cœlum & terram. Terra autem erat inanis & vacua & tenebræ erãt super faciem abyssi: & spiritus domini ferebatur super aquas. Dixitq; Deus, ‖Fiat lux. Et facta est lux. Et vidit Deus lucẽ quòd esset bona: & diuisit *lucem à tenebris. appellauitque lucem diem, & tenebras noctem: factumque est vespere & mane dies vnus. Dixit quoque Deus, Fiat firmamentum in medio aquarum: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diuisitque aquas quæ erant sub firmamento, ab his ‖quæ erãt super firmamentum. Et factum est ita. Vocauitque Deus firmamentum, cœlum: & factum est vespere & mane dies secundus. Dixit verò Deus, Congregentur aquæ quæ sub cœlo sunt, in locum vnũ: & appareat arida. Et factũ est ita. Et vocauit Deus aridam terram: congregationesque aquarum appellauit maria. Et vidit Deus quòd esset bonum, & ait, Germinet terra herbam virentem & facientem semen, & lignum pomiferum faciẽs fructum iuxta genus suum, cuius semẽ in semetipso sit super terram. Et factum est ita. Et protulit terra herbam virentem, & facientem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodq; sementem secundum speciem suam. Et vidit Deus quòd esset bonum. Et factum est vespere & mane dies tertius. Dixit autem Deus, Fiant luminaria in firmamẽto cœli, & diuidant diem ac noctem: & sint ‖in signa & tempora, & dies & annos: vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factum est ita. Fecitque Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præesset diei: & luminare minus, vt præesset nocti: & stellas. & posuit eas* in firmamẽto cœli, vt lucerent super terram, & præessent diei ac nocti, & diuideret lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd esset bonum. Et factum C est vespere & mane dies quartus. Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram sub firmamento cœli. Creauitque Deus cete grandia, & omnẽ animam viuentem atque motabilem, quam produxerãt aquæ in species suas, & omne volatile secundum genus suum. Et vidit Deus quòd esset bonum, benedixitque eis, dicens, Crescite & multiplicamini, & replete aquas maris: auesque multiplicentur super terram. Et factum est vespere & mane dies quintus. Dixit quoque Deus, Producat terra animam viuentem in genere suo, iumenta & reptilia & bestias terræ secundũ species suas. Factũq; est ita. Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, & iumenta & omne reptile terræ in genere suo. Et vidit Deus quòd esset bonũ, & ait, Faciamus hominẽ ad ‖imaginẽ & similitudinem nostram, & præsit piscibus maris, & volatilibus cœli, & bestijs, *vniuersæque ‖terræ, ‖omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem D ▷& similitudinem ‖suam, ad imaginem Dei creauit illum, ‖masculũ & fœminam creauit eos. Benedixitque illis Deus, & ait, ‖Crescite, ▷. & multiplicamini, & replete terram, & subijcite eam, & dominamini piscibus maris, & volatilibus cœli, & vniuersis animãtibus quæ mouentur super terram. Dixitque Deus, Ecce dedi vobis omnem herbam afferentem semen super terram, & vniuersa ligna quæ habent in semetipsis sementem generis sui, ‖vt sint vobis in escam, & cunctis animantibus terræ, omniq; volucri cœli, & vniuersis quæ mouentur in terra, & in quibus est anima viuens, vt habeant ad vescendum. Et factum est ita. ‖Viditque Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factũ est vespere & mane dies sextus.

B Pſal. 135.a. Iere. 10.b. Pſal.148.a Pſ.32.b. & 88.b.135.b Iob.38.a.

Pſal. 135.b

Col.3.b. Iũ.5.a.9.a 1.Co. 11.b. Matt.19.a. Eccl. 17.a. Inf. 8.c.9.

*deus.1.

*terræ.8. *creaturæ.10. ▷.12.

Infr.9.a.

Eccl.39.e. Marc. 7.d.

S. Deus completo sex diebus opificio, septimũ benedixit: hominem in paradiſum pariſ arboribus fructiferis ac fluminibus inſignitum poſuit, cui Euam ex ipſius coſta in adiutorium formauit.

CAP. II.

IGitur perfecti sunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitque Deus die septimo opus suum quod fecerat: & A ‖requie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exo.20.b. Heb.4.b. ‖requieuit die septimo ab vniuerso opere quod patrarat. Et benedixit diei septimo, & sanctificauit illum: quia in ipso cessauerat ab omni opere suo quod creauit Deus vt faceret. Istæ sunt generationes cœli & terræ, quãdo creatæ sunt, in die quo fecit Dominus Deus cœlum, & terram, & omne virgultum agri antequam oriretur in terra, omnemq́ herbam regionis priusquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus super terram, & *eam.3. homo nõ erat qui operaretur *terram: sed fons ascendebat è terra, irrigans vniuersam superB ficiem terræ. Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ, & inspirauit in faciẽ 1.Cor.15.f eius spiraculum vitæ, &‖factus est homo in animam viuentem. Plantauerat autem Dominus Deus paradisum voluptatis à principio: in quo posuit hominem quem formauerat. Produxitq́ue Dominus Deus de humo omne lignum pulchrum visu, & ad vescendũ suaue: lignum etiam vitæ in medio paradisi, lignumq́ue scientiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandũ paradisum, qui inde diuiditur in quatuor caEccle.24.c pita, nomen vni‖Phison: ipse est qui circuit omnẽ terram Heuilath. vbi nascitur aurum, & aurum terræ illius optimum est, ibiq́ue inuenitur bdellium, & lapis onychinus. Et nomen fluuij secundi Gehon. ipse est qui circC cumit omnem terrã Aethiopiæ. Nomen verò fluminis tertij, Tigris: ipse vadit contra Assyrios. Fluuius autem quartus, ipse est Euphrãtes. Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradisum voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum: præcepitq́; ei, dicens, Ex omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientiæ boni & mali ne comedas. In quocunq; enim die comederis ex eo, morte morirêris. Dixit quoque Dominus Deus, Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animãtibus terræ, & vniuersis volatilibus cœli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. omne enim quod vocauit Adam animæ viD uentis, ipsum est nomen eius. Appellauitq́ue Adam nominibus suis cuncta animantia, & vniuersa volatilia cœli, & omnes bestias terræ: Adæ verò non inueniebatur adiutor similis eius. Immisit ergo Dominus Deus sopor em in Adam: cumq́ue obdormisset, tulit vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam 1.Cor.11.b ad Adam. Dixitq́ue Adam, ‖Hoc nunc, os ex Matt.19.a. ossibus meis, & caro de carne mea: hæc voca- Mar.10.a. bitur virago, quoniam de viro sumpta est. Ephes.5.g. 1.Cor.6.d ‖Quamobrem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. Erat autem vterque nudus, Adam scilicet & vxor eius: & non erubescebant.



S. Serpentis astutia primi parentes Dei præceptum transgrediuntur, atque indicta singulis pœna è paradiso pelluntur.

CAP. III.

SEd & serpens erat callidior cunctis aniA mantibus terræ, quæ fecerat Dominus Deus. Qui dixit ad mulierem, Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respondit mulier, De fructu lignorum quæ sunt in paradiso vescimur: de fructu verò ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. Dixit autem serpens ad mulierem, ‖Ne- 2.Cor.11.d quaquam morte moriemini. scit enim Deus quòd in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicut dij scientes bonum & malũ. Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignum ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectuq́; delectabile: & tulit de fructu illius, &‖comẽdit: deditq́; viro suo, qui Eccl.25.c comẽdit. Et aperti sunt oculi amborum: cum- 1.Tim.2.d B q́ue cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerũt sibi perizomata. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem, abscondit se Adam & vxor eius à facie Domini Dei in medio ligni paradisi. Vocauitq́; Dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? Qui ait, Vocẽ tuam *audiui in paradiso: & timui, eo quòd *domine nudus essem, & abscondi me. Cui dixit▷Do- ▷.8. minus', Quis enim indicauit tibi quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno de quo præceperam tibi ne comederes, comedisti? Dixitq́ue Adam, Mulier quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit Domi- C nus Deus ad mulierem, Quare hoc fecisti? Quæ respõdit, Serpens decepit me, & comedi.

Et ait



▷.13. Et ait Dominus▷Deus' ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animãtia, & bestias terræ: super pectus tuum gradiêris, & terram comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierem, *ipse.2. & semen tuum & semen illius: *ipsa' conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoq; dixit, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries fi1.Cor.14.f lios, & sub viri potestate eris, & ‖ipse dominabitur tui. Adæ verò dixit, Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ, spinas & tribulos ger D minabit tibi, & comedes herbas terræ. In fu▷.18. dore vultus tui vescêris pane▷tuo', donec reuertaris in terram de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertêris. Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, Heua: eo quòd mater esset cunctorum viuentium. Fecit quoque Dominus Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait, Ecce Adam qua si vnus ex nobis factus est, sciens bonum &



malum. nunc ergo ne forte mittat manum ‖Et emisit. suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & come- 4. dat, & viuat in æternum. ‖Emisit' eum Dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram de qua sumptus est. Eiecitq́ue Adam: & collocauit ante paradisum voluptatis cherubin, & flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ.

S. Impius Cain pium Abel fratrem occîdit, & à Deo punitus, ac profugus vitam agens Enoch genuit: sed & Adam Seth generauit, cui natus est Enos.

CAP. IIII.

ADam verò cognouit Vxorem suam A Heuam: quæ concepit & peperit Ca- Hebr.12.a. in, dicens, Possedi hominem per Deum. Rursumq́; peperit fratrem eius Abel. Fuit autem Abel pastor ouium, & Cain agricola. Factum est autem post multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera Domino. Abel quoque obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum: Et respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain autem, & ad munera illius non respexit: Iratusq́ue est Cain vehementer, & cõcidit vultus eius. Dixitq́ue Dominus ad eum, Quare iratus es? & cur cõcidit facies tua? Nónne si benè egeris, recipies: sin autem malè, statim in foribus peccatum ▷ tuum' aderit? Sed sub te ▷.12. erit appetitus eius, & tu dominaberis illius. B Dixitq́ue Cain ad Abel fratrem suum, Egrediamur foras. Cumq́ue essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suum Abel, & ‖interfecit eũ. Et ait Dominus ad Cain, Vbi Sapi.10.a. est Abel frater tuus? Qui respondit, Nescio: Matt.23.d. nunquid custos fratris mei sum ego? Dixit- 1.Ioan.3.b. q́ue ad eum, Quid fecisti? vox sanguinis fra- Iud.1.d. tris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terrã: quæ aperuit os suum, & susc epit sanguinẽ fratris tui de manu tua. Cum operatus fueris eam, non dabit tibi fructus suos: vagus & profugus eris super terrã. Dixitq́ue Cain ad Dominum, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Ecce eijcis me hodie à facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me, Dixitq́; ei Dominus, Nequaquam ita fiet: sed C omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitq́ue Dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum, Egressusq́ue Cain à facie Domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. Cognouit autem Cain vxorem suam, quæ concepit, & peperit Henoch: & ædificauit ciuitatem, vocauitq́ue nomen eius ex nomine filij sui, Henoch. Porrò Henoch genuit Irad, & Irad genuit Maũiael: & Maũiael genuit Mathusael & Matusael genuit Lamech. Qui accepit duas vxores, nomen vni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitq́ue Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs, atque pastorum: & nomen fratris eius Iubal, ipse fuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

D pater canētium cithara & organo. Sella quoque genuit Tubal-cain, qui fuit malleator & faber in cuncta opera æris & ferri. Soror verò Tubal-cain, Noema. Dixitque Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ, Audite vocem meam vxores Lamech, auscultate sermonem meum: quoniam occîdi virum in vulnus meum, & adolescentulum in liuorem meum. septuplum vltio dabitur de Cain: de Lamech verò septuagies septies. Cognouit quoque adhuc Adam vxorem suam: & peperit filium, vocauitque nomen eius Seth: dicens, Posuit mihi Deus semen aliud pro Abel, quem occîdit Cain. Sed & Seth natus est filius quem vocauit Enos. iste cœpit inuocare nomen Domini.

S. Propagatio Adæ ac posterorum annique vitæ ipsorum vsque ad Noë.

CAP. V.

A HIc est liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominem, ‖ad similitudinem Dei fecit illum. Masculum & fœminam creauit eos: & benedixit illis: & vocauit nomen eorum Adam, in die quo creati sunt. Vixit autem Adam centum triginta annis: & genuit ▷ filium' ad imaginem & similitudinem suam, vocauitque nomen eius Seth. Et facti sunt dies ‖Adam postquam genuit Seth, octingenti anni: genuitque filios & filias. Et factum est omne tempus quo vixit Adam, anni nongenti triginta, & mortuus est. Vixit quoq; Seth centum quinque annis, B & genuit Enos. Vixitque Seth postquam genuit Enos, octingentis septem annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Seth nongentorum duodecim annorum, & mortuus est. Vixit verò Enos nonaginta annis, & genuit Cainan. Post cuius ortum vixit octingentis quindecim annis, & genuit filios & filias. Factique sunt omnes dies Enos nongenti quinque anni, & mortuus est. Vixit quoque Cainan septuaginta annis, & genuit Malaleel. Et vixit Cainan postquam genuit Malaleel, octingentis quadringenta annis, genuitque filios & filias. Et facti sunt omnes dies Cainan nongenti decem anni, & mortuus est. Vixit autem Malaleel sexaginta quinque annis, & genuit Iared. Et vixit Malaleel postquam genuit Iared, octingentis triginta annis: & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Malaleel octingenti nona- C ginta quinq; anni, & mortuus est. Vixitq; Iared cētum sexaginta duobus annis, & genuit Henoch. Et vixit Iared postquā genuit Henoch octingentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt oēs dies Iared nongēti sexaginta duo anni, & mortuus est. Porrò Henoch vixit sexaginta quinq; annis, & genuit Mathusalā. Et ambulauit Henoch cum Deo: & vixit Henoch postquam genuit Mathusalam, trecentis annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Henoch trecenti sexaginta quinque anni. ambulauitque cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Vixit quoque Mathusala centum octoginta septem annis, & genuit Lamech. Et vixit Mathusala postquam genuit Lamech, septingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Mathusalæ nongenti sexaginta nouem anni, & mortuus est. Vixit autem Lamech centum octoginta duobus annis, & genuit filium: vocauitque nomen eius Noe, dicens, Iste consolabitur nos ab operibus & laboribus manuum nostrarum in terra cui maledixit Dominus. Vixitque Lamech, postquam genuit Noe, quingentis nonaginta quinque annis, & genuit filios & filias. Et facti sunt omnes dies Lamech, septingenti septuaginta septem anni, & mortuus est. Noe verò cum quingentorum esset annorū, genuit Sem, Cham, & Iapheth.

Sapi. 2.d. Eccle. 17.a. Supra. 1.d. Infra. 9.a. ▷.6. 1.Para. 1.a. Eccl. 44.c Hebr. 11.a.

S. Hominis peccata fuêre diluuij causa, Noë tamen iustus inuentus est, cui arca fabricanda mandatur, in qua ipse & cunctorum animantium genera seruentur. CAP. VI.

A CVmque cœpissent homines multiplicari super terrā, & filias procreassent, videntes filij Dei filias hominū quòd essent pulchræ, acceperunt sibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus, Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est: eruntque dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant super terram in diebus illis. postquam enim ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæque genuerunt, isti sunt potentes à seculo viri famosi. Videns autem Deus quòd multa malitia hominum esset in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta esset ad malum omni tempore, pœnituit eum quòd hominem fecisset in terra. ▷ Et præcauens in futurum', & tactus dolore cordis intrinsecus, ‖Delebo, inquit, hominem quem creaui, à facie terræ, ab homine vsque ad animantia, à reptili vsque ad volucres cœli. pœnitet enim me fecisse eos. Noe verò inuenit gratiam coram Deo. Hæ sunt generationes Noe: ‖Noe vir iustus atq; perfectus fuit in generationibus suis, cū Deo ambulauit. Et genuit tres filios, Sem, Cham, & Iapheth. Corrupta est autem terra coram Deo, & repleta est iniquitate. Cumque vidisset Deus terrā esse corruptam (omnis quippe caro corruperat viam suam super terram) dixit ad Noe, Finis vniuersæ carnis venit coram me: repleta est terra iniquitate eorum, & ego disperdam eos cum terra, Fac tibi arcam C de lignis

B ▷.2. Infra. 8.d. Eccl. 44.c

de lignis leuigatis: mansiunculas in arca facies, & bitumine linies intrinsecus & extrinsecus. Et sic facies eam, Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Fenestram in arca facies & in cubito consummabis summitatem eius, ostium autem arcæ pones ex latere deorsum cœnaculà, & tristega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij super terram, vt interficiam omnem carnem in qua spiritus vitæ est subter cœlum, & vniuersa quæ in terra sunt, consumentur. Ponamq; fœdus meum tecum: & ingredieries arcam tu & filij tui, vxor tua, & vxores filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis animantibus vniuersæ carnis bina induces in arcam, vt viuant tecum: masculini sexus & fœminini. De volucribus iuxta genus suū, & de iumentis in genere suo, & ex omni reptili terræ secundum genus suum: bina de omnibus ingredientur tecum, vt possint viuere. Tolles igitur tecū ex omnibus escis quæ mandi possunt, & comportabis apud te: & erunt tam tibi, quam illis in escam. Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus.

D



S. Ingressio Noë cum suis in arca, statim aqua omnium montiū cacumina. 150. diebus superauit, reliquaq; animantia submersit. CAP. VII.

A DIxitque Dominus ad eum, Ingredere tu & omnis Domus tua in arcam: ‖te enim vidi iustum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolles septena & septena, masculum & fœminam: de animantibus verò immundis duo & duo, masculum & fœminam. Sed & de volatilibus cœli septena & septena masculum & fœminam: vt saluetur semen super faciem vniuersæ terræ, Adhuc enim, & post dies septem ego pluam super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus: & delebo omnem substantiam quam feci, de superficie terræ. Fecit ergo Noe omnia quæ mandauerat ei Deus. Eratque sexcentorum annorum quando diluuij aquæ inundauerunt super terram. Et ‖ingressus est Noe & filij eius,

2.Pet.2.b. Matt.24.d

vxor eius & vxores filiorum eius cum eo in arcam, propter aquas diluuij. De animantibus quoque mundis & immundis, & de volucribus, & ex omni quod mouetur super terram, duo & duo ingressa sunt ad Noe in arcam, masculus & fœmina, sicut præceperat Deus Noe. Cumque transissent septem dies, aquæ diluuij inundauerunt super terrā. Anno sexcentesimo vitæ Noe, mense secundo, septimo decimo die mensis, rupti sunt omnes fontes abyssi magnæ, & cataractæ cœli apertæ sunt: & facta est pluuia super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. In ar- C ticulo diei illius ingressus est Noe, & Sem, & Cham, & Iapheth filij eius: & vxor illius, & *vxores filiorum eius cum eis in arcam: ipsi & omne animal secundum genus suum, vniuersaque iumēta in genere suo, & omne quod mouetur super terram in genere suo, cunctumque volatile secundū genus suum, vniuersæ aues, omnesque volucres ingressæ sunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne, in qua erat spiritus vitæ. Et quæ ingressa sunt, masculus & fœmina ex omni carne introierunt, sicut præceperat ei Deus: & inclusit eum Dominus deforis. Factumque est diluuium quadraginta diebus *super terram: & multiplicatæ sunt aquæ, & eleuauerunt arcam in sublime à terra. Vehementer enim inundauerunt, & omnia repleuerūt in superficie terræ: porrò arca ferebatur super aquas. Et aquæ D præualuerunt nimis super terram: opertique sunt omnes montes excelsi sub vniuerso cœlo. Quindecim cubitis altior fuit aqua super montes quos operuerat. ‖Consumptaque est omnis caro quæ mouebatur super terram, volucrum, animantium, bestiarum, omniumque reptilium quæ reptant super terram. Vniuersi homines & cuncta in quibus spiraculum vitæ est in terra, mortua sunt. Et deleuit *omnem substantiam quæ erat super terram, ab homine vsque ad pecus, tam reptile quàm volucres cœli: & deleta sunt de terra: remansit autem solus Noe & qui cum eo erant in arca. Obtinueruntque aquæ terram centum quinquaginta diebus.

Luc.17.f. 1.Pet.3.d. *& quadraginta noctibus.7. Sap.10.a. Eccle.39.c *Deus.

S. Imminutis paulatim aquis diluuij, post corui ac columbæ emissionem, Noë cum vniuersis quæ in arca continebantur egreditur, & altari extructo offert holocausta. CAP. VIII.

REcordatus autem Deus Noe cuncto- A rumque animantium & omnium iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit spiritum, super terram, & imminutæ sunt aquæ. Et clausi sunt fontes abyssi, & cataractæ cœli: & prohibitæ sunt pluuiæ de cœlo. Reuersæq; sunt aquæ de terra euntes & redeuntes: & cœperunt minui post centū quin-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quaginta dies. Requieuitque arca mense septi
mo, vicesimoseptimo die mensis super mon-
tes Armeniæ. At verò aquæ ibant & decresce-
*autem. 4. bant vsq; ad decimũ mensem: decimo" enim'
mense, prima die mensis apparuerunt cacumi
B na montium. Cumq; transissent quadraginta
dies, aperiens Noe fenestram arcæ quam fece-
▷. 4. rat, dimisit coruum: qui egrediebatur, &▷nõ'
reuertebatur, donec siccarentur aquæ super
terram. Emisit quoque columbam post eum,
vt videret si iam cessassent aquæ super faciem
terræ. Quæ cum non inuenisset vbi requiesce
ret pes eius, reuersa est ad eum in arcã: aquæ
enim erant super vniuersam terrã: extenditq;
▷. 7. manum▷suam', & apprehensam intulit in ar-
cam. Expectatis autem vltrà septem diebus a-
lijs, rursum dimisit columbam ex arca. At illa
venit ad eum ad vesperam, portans ramum
oliuæ virentibus folijs in ore suo. intellexit
C ergo Noe quòd cessassent aquæ super terram.
Expectauitq; nihilominus septem alios dies:
& emisit columbam, quæ non est reuersa vl-
trà ad eum. Igitur sexcentesimo primo anno,
primo mense, prima die mensis imminutæ
sunt aquæ super terram: & aperiens Noe tectũ
arcæ aspexit, viditque quòd exiccata esset su-
perficies terræ. Mense secundo, septimo & vi-
cesimo die mensis arefacta est terra. Locutus
est autem Deus ad Noe, dicens, Egredere de
arca tu & vxor tua, filij tui & vxores filiorum
tuorum tecum. Cuncta animantia quæ sunt
apud te, ex omni carne tam in volatilibus
quàm in bestijs & vniuersis reptilibus quæ
reptant super terram, educ tecum & ingredi-
mini super terram: ‖crescite & multiplicami-
D ni super eã. Egressus est ergo Noe & filij eius:
Supr. 1. c. d Infra. 9. a. vxor illius, & vxores filiorum eius cum eo.
Sed & omnia animantia, iumenta, & reptilia
quæ reptant super terram secundum genus
suum, egressa sunt de arca. Aedificauit autem
Noe altare Domino: & tollens de cunctis pe-
coribus & volucribus mundis: obtulit holo-
Supra. 6. a. causta super altare. Odoratusque est Domi-
nus odorem suauitatis, & ait ad eum, Nequa-
quam vltrà maledicam terræ propter homi-
nes: ‖sensus enim & cogitatio humani cordis
in malum prona sunt ab adolescentia sua: nõ
▷. 6. igitur vltrà percutiam omnem animam ▷vi-
uentem' sicut feci. Cunctis diebus terræ, se-
mentis & messis, frigus & æstus, æstas &
hyems, nox & dies non requiescent.

S. Deus Noë ac filijs eius benedicit, cunctaq; ani mantia vnà cum piscibus in cibum tribuit, prohibito tamen illis sanguine: fœdus inter Deum & homines de non inducendis amplius aquis diluuij, iride firmatur: Noë ebrium ridens filius Cam in Chanáan filio maledicitur, Sem verò & Iaphet benedicuntur.

Genesis.

CAP. IX.

BEnedixitque Deus Noe & filijs eius. A
Et dixit ad eos, ‖Crescite, & multipli- Su. 1. c. d
camini, & replete terram. Et terror ve-
ster ac tremor sit super cuncta animalia ter-
ræ, & super omnes volucres cœli, cum vni-
uersis quæ mouentur super terram: omnes
pisces maris manui vestræ traditi sunt. Et
omne quod mouetur & viuit, erit vobis in ci
bum: quasi olera virẽtia tradidi vobis omnia.
Excepto quòd carnem cum sanguine nõ co-
medetis. Sanguinem enim animarum vestra-
rum requiram de manu cunctarum bestiarũ:
& de manu hominis, de manu viri &▷de ma- ▷. 10.
nu' fratris eius requiram animam hominis.
Quicunque ‖effuderit humanum sanguinẽ, Matt. 26. d
fundetur sanguis illius: ‖ad imaginem quippe Apoc. 13. c
Dei factus est homo. ‖Vos autem crescite & Su. 5. 2. c
multiplicamini, & ingredimini super terram, Sup. 1. c. d
& implete eam. Hæc quoque dixit Deus ad 8. d.
Noe, & ad filios eius cum eo, Ecce ego statuã B
pactum meum vobiscum, & cum semine ve-
stro post vos: & ad omnem animam viuen-
tem quæ est vobiscũ, tã in volucribus quàm
in iumentis & pecudibus terræ, cunctisque
quæ egressa sunt de arca, & vniuersis bestijs
terræ. ‖Statuam pactum meum vobiscum, & Isai. 54. b
nequaquam vltrà interficietur omnis caro a-
quis diluuij, neq; erit deinceps diluuium diss-
ipans terram. Dixitque Deus, Hoc est signũ
fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnẽ
animam viuentem quæ est vobiscum in ge-
nerationes sempiternas: Arcum meum ponã
in nubibus, & erit signum fœderis inter me & Eccl. 43. b
inter terram. ‖Cumq; obduxero nubibus cœ- C
lum, apparebit arcus meus in nubibus: & re-
cordabor fœderis mei vobiscũ & cum omni
anima viuente quæ carnem vegetat: & non
erunt vltrà aquæ diluuij ad delẽdam vniuer-
sam carnem. Eritque arcus ▷meus' in nubi- ▷. 5.
bus, & videbo illum, & recordabor fœderis
sempiterni quod pactum est inter Deum &
*omnem animam viuentem vniuersæ carnis *inter. 8.
quæ est super terram. Dixitq; Deus ad Noe,
Hoc" est' signum fœderis quod constitui in- "erit. 8.
ter me &"omnem carnem' super terram. Erãt "inter omnem animam vi uentem. 3.
ergo filij Noe qui egressi sunt de arca, Sem,
Cham, et Iapheth: porrò Cham ipse est pater
Chanáan. Tres isti, filij sunt Noe: & ab his
dissẽminatũ est omne genus hominum super
vniuersam terram. Cœpitq; Noe vir agricola D
exercere terrã, & plantauit vineam. Bibensq;
vinũ inebriatus est, & nudatus *in tabernacu *iacuit
lo suo. Quod cũ vidisset Cham pater Cha-
náan, verenda scilicet patris sui esse nudata,
nũtiauit duobus fratribus suis foras. At verò
Sem & Iapheth palliũ imposuerunt humeris
suis,

suis, & incedentes retrorsum, operuerunt ve-
renda patris sui: faciesque eorum auersæ erãt,
& patris virilia non viderunt. Euigilans autẽ
Noe ex vino, cum didicisset quæ fecerat ei fi-
*puer. lius suus minor, ait, Maledictus *Chanáan,
seruus seruorum erit fratribus suis. Dixitque,
Benedictus Dominus Deus Sem, sit Cha-
náan seruus eius. Dilatet Deus Iapheth, &
habitet in tabernaculis Sem, sitque Chanáan
seruus eius. Vixit autem Noe post diluuium
trecentis quinquaginta annis. & impleti sunt
omnes dies eius nongentorum quinquagin-
ta annorum: & mortuus est.

S. Genealogia filiorum Noë à quibus diuisæ sunt gentes post diluuium. CAP. X.

A HAe▷sunt' generationes▷filiorũ' Noe,
1. Para. 1. a. Sem, Cham, & Iapheth: natique sunt
▷. 6. ▷. 3. eis filij post diluuium. Filij Iapheth:
Gomer, & Magog, et Madai, et Iauan, & Thu
bal, & Mósoch, et Thiras. Porrò filij Gomer:
Ascenez et Riphath et Thógorma. Filij au-
tem Iauan: Elisa et Tharsis, Cethim et Do-
danim. Ab his diuisæ sunt insulæ gentium in
regionibus suis, vnusquisque secundum lin-
▷. 9. guam ▷suam' & familias suas in nationibus
suis. Filij autem Cham: Chus, et Mesráim, et
Phut, et Chanáan. Filij autem Chus: Saba,
*Gen. 12. *Heuila, et Sabatha, et Regma, et Sabathacha.
B Filij Regma: Saba, et Dadan. Porrò Chus ge-
nuit Nemrod: ipse cœpit esse potens in terra,
Dob hoc. 5. et erat robustus venator coram Domino. "ab
hoc' exiuit prouerbium, Quasi Nemrod robu
stus venator coram Domino. Fuit autẽ prin-
cipiũ regni eius Babylon et Arach, et Achad,
& Chalanne, in terra Sennaar. De terra illa e-
gressus est Assur, et ædificauit Niniuen, et pla
teas ciuitatis, & Chale. Resen quoq; inter Ni-
niuen et Chale: hæc est ciuitas magna. At ve-
rò Mesráim genuit Ludim, et Anamim, &
Laabim, & Nephthuim, et Phetrusim, et Cha
sluim: de quibus egressi sunt Philistijm, &
C Caphtorim. Chanáan autem genuit Sidõnẽ
primogenitum suum, Hethæum et Iebusæum
& Amorrhæum et Gergesæum & Heuæum
& Aracæum, Sinæum et Aradium, Samaræum
& Hamathæum: et per hos dissẽminati sunt
populi Chananæorum. Factique sunt termi-
ni Chanáan venientibus à Sidõne Geraram
vsque ad Gazam, donec ingrediaris Sodomã
& Gomorrham, et Adamam et Seboim vsque
Lasa. Hi sunt filij Cham in cognationibus et
linguis et generationibus, terrisque et genti-
bus suis. De Sem quoque nati sunt, patre om-
nium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore.
Filij Sem: Aelam et Assur et Arphaxad et Lud
et Aram. Filij Aram: Hus et Hul et Gether et
Mes. At verò Arphaxad genuit Sale, de quo
ortus est Heber. Natique sunt Heber filij duo. D
nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius di
uisa sit terra: et nomen fratris eius Iectan,
Qui Iectã genuit Elmodad et Saleph, et Asar-
moth, Iare et Adoram et Vzal et Decla et He
bal et Abimael, Saba et Ophir et Heuila et
Iobab. omnes isti, filij Iectan. Et facta est ha-
bitatio eorum de Messa pergentibus vsque
Sephar montem orientalem. Isti sunt filij
Sem secundum cognationes et linguas et re-
giones in gẽtibus suis. Hæ familiæ Noe iuxta
populos et nationes suas. Ab his diuisæ sunt
gentes in terra post diluuium.

S. In turris Babel ædificationæ, superborum fastus ac lingua confunditur, Sem genealogia vsque ad Abraham texitur. CAP. XI.

ERat autẽ terra labij vnius, et sermonum A
eorundem. Cumque proficiscerentur
de oriente, inuenerunt campum in ter-
ra Sennaar, et habitauerunt in eo. Dixitque
alter ad proximum suum, Venite, faciamus
*lateres, et coquamus eos ignĩ. Habueruntq; *nobis. 6.
lateres pro saxis, et bitumen pro cæmento: et
dixerunt, Venite, facimus nobis ciuitatem et
turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum: et
celebremus nomen nostrum antequam diui-
damur in vniuersas terras.

Descendit autem Dominus vt videret ci-
uitatem et turrem quam ædificabant filij A-
dam, et dixit, Ecce, vnus est populus, et vnum
est labium omnibus: cœperuntque hoc face-
re, nec desistent à cogitationibus suis, donec
eas opere compleant. Venite igitur, descenda- B
mus, et confundamus ibi linguam eorum, vt
non audiat vnusquisque vocem proximi sui.
Atque ita diuisit eos Dominus ex illo loco in
vniuersas terras, et cessauerunt ædificare ciui
tatem. Et idcirco vocatum est nomen eius Ba
bel, quia ibi confusum est labium vniuersæ
terræ: et inde dispersit eos Dominus super fa-
ciem cunctarum regionum. Hæ▷sunt' genera ▷. 6.
tiones Sem, ‖Sem erat centum annorũ quan- 1. Para. 1. b.
do genuit Arphaxad, biennio post diluuiũ.
Vixitque Sem postquam genuit Arphaxad,
quingentis annis: et genuit filios et filias. Por
rò Arphaxad vixit triginta quinque annis, et
genuit Sale. Vixitque Arphaxad postquam ge
nuit Sale, "trecentis' tribus annis, et genuit fi- "quadrin-
lios et filias. Sale quoque vixit triginta annis, gentis. 5.
& genuit Heber. Vixitq; Sale postquã genuit C
Heber, quadringentis tribus annis, et genuit
filios et filias. Vixit autem Heber tringinta
quatuor annis, et genuit Phaleg. Et vixit He-
ber postquam genuit Phaleg, quadringentis
triginta annis: et genuit filios et filias. Vixit
quoque Phaleg triginta annis, et genuit Reu.
Vixitque Phaleg postquam genuit Reu, du-
centis nouem annis, et genuit filios et filias.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Vixit autem Reu triginta duobus annis, et genuit Sarug. Vixit quoque Reu postquam genuit Sarug, ducentis septem annis: & genuit filios et filias. Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixitque Sarug postquam genuit Nachor, ducētis annis: & genuit filios & filias. Vixit autem Nachor viginti nouem annis, et genuit Thare. Vixitq; Nachor postquam genuit Thare, centum decem et nouem annis: et genuit filios et filias. Vixitque Thare septuaginta annis: ‖& genuit Abraham et Nachor et Aran. Hæ sunt autem generationes Thare, Thare genuit Abram, Nachor et Aran. Porrò Aran genuit Lot. Mortuusque est Aran ante Thare patrem suum, in terra natiuitatis suæ in Vr Chaldæorum. Duxerunt autem Abram & Nachor vxores: nomen vxoris Abram, Sarái: et nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran patris Melchæ & patris Ieschæ. Erat autem Sarái sterilis, nec habebat liberos. ‖Tulit itaque Thare Abram filium suum, et Lot filium Aran filium filij sui, et Sarái nurum suam, vxorem Abram filij sui, et eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt "irent' in terram Chanáan: veneruntque vsque Haran, & habitauerunt ibi. Et facti sunt dies Thare ducentorum quinque annorum, & mortuus est in Haran.

1.Para.1.b. Iosu.24.a.

"iret.6.

S. Abram Dei mandato parens, promissaq; accipiens, patria relicta, comitante Lot, Domino in Sichem sacrificauit. Inde propter famem Ægyptum ingressus vxorem suam vocat sororem, quam in domum regis sublatam posteà ditatus recipit.

CAP. XII.

DIxit autem Dominus ad Abram, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, et veni in terram quam monstrauero tibi. Faciamq; te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, erisque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi, & maledicā maledicentibus tibi, atque ‖in te benedicētur vniuersæ cognationes terræ. Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot: septuagintaquinque annorum erat Abram cum egrederetur de Haran.

Act.7.a.

Galat.3.b. Infra.18.c. 22.d.26.a. Heb.11.b.

TUlitque Sarái vxorem suam, & Lot filium fratris sui, vniuersamque substantiam quam possederant, & animas quas fecerant in Haran: & egressi sunt vt irent in terram Chanáan. Cumque venissent in eam, pertransiuit Abram terram vsque ad locum Sichem, & vsque ad conuallem illustrem: Chananæus autem tunc erat in terra. Apparuit autem Dominus Abram, et dixit ei, ‖Semini tuo dabo terram hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei*. Et inde transgrediens ad montem qui erat contra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum suum, ab occidente habens Bethel, et ab oriente Hai: ædificauit quoque ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. Perrexitque Abram vadens & vltra progredies ad meridiē. Facta est autem fames in terra: descenditque Abram in Aegyptum, vt peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra. Cumque propè esset vt ingredetur Aegyptum, dixit Sarái vxori suæ, Noui quòd pulchra sis mulier: et quòd cū viderint te Aegiptij, dicturi sunt, Vxor illius est. et interficient me, & te reseruabūt. ‖Dic ergo obsecro te, quòd soror mea sis: vt bene sit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiā tui. Cum itaque ingressus esset Abram Aegyptum, viderunt Aegyptij mulierem quòd esset pulchra nimis. Et nuntiauerunt principes Pharaoni, et laudauerunt eam apud illum: & sublata est mulier in domum Pharaonis, Abram verò bene vsi sunt propter illam. Fueruntque ei oues et boues & "asini' & serui, & "famulæ' &▷asinæ' et cameli, Flagellauit autem Dominus Pharaonem plagis maximis, et domum eius propter Sarái vxorem Abram, Vocauitque Pharao Abram, & dixit ei, Quid nam est hoc quod fecisti mihi? quare non indicasti mihi quod vxor tua esset? Quam ob causam dixisti esse sororem tuam, vt tollerē eam mihi in vxorem? Nunc igitur ecce coniunx tua, accipe eam, & vade. Præcepitq; Pharao super Abram viris: & deduxerunt eum & vxorem illius, et omnia quæ habebat.

Infra.13.d. 15.d.26.a. Deu.34.b.

*& inuo-

"asinæ.5. "familiæ.6. ▷.5.

S. Abram & Lot Ægyptum egressi præ nimia opulentia separantur, & Lot Iordanis fines eligente, Abram habitat in terra Chanáan, vbi rursum Dei promissiones de multiplicando semine terraque possidenda accipit.

CAP. XIII.

ASCendit ergo Abram de Aegypto, ipse & vxor eius, et omnia quæ habebat, et Lot cum eo ad Australem plagam. Erat aūt dies valde* in possessione auri et argenti. Reuersusque est per iter quo venerat, à meridie in Bethel, vsque ad locum vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai: in loco altris ‖quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. Sed et Lot qui erat cum Abrā, fuerunt greges ouium & armenta et tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent simul: ‖erat quippe substantia eorum multa, & nequibant habitare communiter. Vnde* facta est rixa inter pastores gregum Abram et Lot. Eo autem tempore Chananæus et Phærezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abrā ad Lot, Ne quæso sit iurgium inter me et te, et inter pastores meos & pastores tuos: fratres enim sumus. Ecce vniuersa

*Abram.4

Inf.36.a

*&.13.

cauit ibi nomen eius.

uersa terra coram te est: recede à me obsecro. si ad sinistram ieris, ego dexteram tenebo: si tu dexteram elegeris, ego ad sinistram pergā. Eleuatis itaque Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuersa irrigabatur antequam subuerteret Dominus Sodomam & Gomorrham, sicut paradisus Domini, et sicut Aegyptus venientibus in Segor. Elegitque sibi Lot regionem circa Iordanē, & recessit ab oriente: diuisique sunt alterutrum à fratre suo. Abram habitauit in terra Chanáan: Lot verò moratus est in oppidis quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autem Sodomitæ pessimi erāt, & peccatores coram Domino nimis. Dixitque Dominus ad Abram postquam diuisus est ab eo Lot, ‖Leua oculos tuos▷in directum' & vide à loco in quo nunc es ad aquilonem &*meridiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram quam conspicis, tibi dabo, et semini tuo vsque in sempiternum. Faciamque semen tuum sicut puluerem terræ: si quis potest hominum numerare puluerem ▷.5. ▷terræ', semen quoque tuum "numerare' poterit. Surge▷ergo', & perambula terram in lō gitudine & in latitudine sua: quia tibi daturus sum eam. Mouens igitur tabernaculum suum Abram, venit, & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ est in Hebron: ædificauitque ibi altare Domino.

Sup.12.b. Infra.15.b 26.a.

▷.10. *ad.6.

"numerari. 3.

▷.10.

S. Deuictis quinque regibus ac spoliatis Sodomis, Lot cum plerisque alijs captiuus ducitur à quatuor regibus victoribus, quos Abram persequutus, omnes captiuos spoliaq; reduxit, atque benedictione à Melschisedec accepta, cuncta regi Sodomorum reddidit.

CAP. XIIII.

FActum est autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, & Arioch rex Ponti, & Chodorlahómor rex Aelamitarum, & Thadal rex gentium inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Bersa regem Gomorrhæ, & contra Senaab regem Adamæ, & contra Seméber regem Seboim, contraque regem Balæ, ipsa est Segor. Omnes hi cōuenerunt in vallem Syluestrem quæ nunc est mare salis. Duodecim enim annis seruierant Chodorlahómor, & tertio decimo anno recesserunt ab eo. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahómor, & reges qui erant cum eo: percusseruntque Raphaim in Astaroth▷&' Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathāim, & Gorrhæos in montibus Seir, vsque ad campestria Pharan, quæ est in solitudine. Reuersique sunt, & venerunt ▷vsque'ad fontem Misphat, ipsa est Cades: & percusserunt omnem regionē Amalecitarū, & Amorrhæorū qui habitabant in Asasonthamar. Et egressi sunt rex Sodomorū, & rex Gomorrhæ, rexq; Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ est Segor: et direxerunt aciē contra eos in valle Syluestri, scilicet aduersus Chodorlahómor regem Aelamitarum, et Thadal regem gentium, et Amraphel regem Sennaar, et Arioch regem Ponti: quatuor reges aduersus quinque. Vallis autem Syluestris habebat puteos multos bituminis. Itaque rex Sodomorum, &▷rex, Gomorrhæ terga verterunt, ▷.6. ceciderunt que ibi: & qui remanserant, fugerunt ad montem. Tulerunt autem omnem substantiam Sodomorū & Gomorrhæorum, & vniuersa quæ ad cibum pertinent, & abierunt: necnon & Lot & substantiam eius, filium fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. Et ecce vnus qui euaserat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in conualle Mambre Amorrhæi fratris Eschol, & fratris Aner: hi enim pepigerant fœdus cum Abram. Quod cum audisset Abram, captum videlicet Lot fratrem suum, numerauit expeditos vernaculos suos trecentos decem & octo: & persecutus est eos vsque Dan. Et diuisis socijs, irruit super eos nocte: percussitque eos, & persecutus est eos vsque Hoba▷& Phœnicen', quæ ▷.13. est ad leuam Damasci. Reduxitque omnem substantiam, & Lot fratrem suum cum substantia illius, mulieres quoque & populum. Egressus est autē rex Sodomorum in occursum eius postquam reuersus est à cæde Chodorlahómor, & regum qui cum eo erant in valle Saue, quæ est vallis regis. ‖At verò Melchisedec rex Salem, proferens panem & vinū Hebr. 7.a. (erat enim sacerdos Dei altissimi) benedixit ei, & ait, Benedictus Abram Deo excelso qui creauit cœlum & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui respondit ei, Leuo manum meam ad Dominum Deū excelsum possessorem cœli & terræ, quòd à filo subtegminis vsque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua sunt, ne dicas, Ego ditaui Abram: exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorū qui venerunt mecum, Aner, Eschol, & Mambre: isti accipient partes suas.

▷.12.

▷.10.

S. Deus Abræ de posteritate desperanti filium promittit, cui credens Abram iustificatur, & in signum promissæ terræ præscriptum à Domino offert sacrificium, auditq; suæ posteritatis futuram peregrinationem. CAP. XV.

HIs itaq; trāsactis, factus est sermo Domini ad Abram per visionē dicēs, Noli timere Abrā ego protector tuus sum, & merces

Universidad de Deusto
Biblioteca

& merces tua magna nimis. Dixitq́ue Abram, Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam absque liberis: & filius procuratoris domus meæ iste Damascus Eliézer. Additq́ue Abram, Mihi autem non dedisti semen: & ecce vernaculus meus, hæres meus erit. Statimq́ue sermo Domini factus est ad eum dicens, Non erit hic hæres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo, ipsum habebis hæredem. Eduxitq́; eũ foras, & ait illi, ‖Suspice cœlum, & numera stellas si potes. Et dixit ei, Sic erit semen tuum. Roma. 4.c. B Roma. 4.a Galat. 3.a. Iaco. 2.a.d. Supra. 11.d ‖Credidit Abram Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Dixitq́; ad eum, Ego Dominus qui eduxit te de Vr Chaldæorũ, vt darem tibi terram istam, & possideres eam. At ille ait, Domine Deus, vnde scire possum quòd possessurus sim eam? Et respondens Dominus, Sume, inquit, mihi vaccam triennem, & capram trimam, & arietem annorum trium, turturem quoque & columbam. Qui tollens vniuersa ▷.5 hæc, ‖diuisit▷ea' per medium, & vtrasque partes contra se altrinsecus posuit: aues autem Iere. 34.d. C non diuisit. Descenderuntq́ue volucres super cadauera, & abigebat eas Abram. Cumq́ue sol "occubuisset. 4. "occumberet', sopor irruit super Abram, & horror magnus & tenebrosus inuasit eum. Actu. 7.a. Dictumq́; est ad eum, Scito prænoscens quòd ‖peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua: & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Veruntamen gentem cui seruituri sunt, ego iudicabo: et post hæc egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace, sepultus in D senectute bona. ‖Generatione autem quarta Exod. 12.f. reuertẽtur huc: necdum enim completæ sunt iniquitates Amorrhæorum vsque ad præsens tempus. Cum ergo occubuisset sol, facta est caligo tenebrosa, et apparuit clibanus fumãs, & lampas ignis transiens inter diuisiones illas. In illo die ‖pepigit Dominus fœdus cum Su. 12.b. 13 d. inf. 26.a Deut. 34.b Abram, dicens, Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti vsque ad fluuium magnum Euphráten, Cinæos, & Cenezæos, Cedmonæos, & Hethæos, & Phærezæos, Raphaim quoque, et Amorrhæos, et Chananæos, & Gergesæos, et Iebusæos.

S. Agar à domina Sarái traditur Abræ vxor, quæ vbi concepisset, atque ob id dominam contemnere, ab illa afflicta fugam init, sed iussu angeli eidem submissa parit Ismahelem.

CAP. XVI.

A IGitur Sarái vxor Abram non genuerat ▷.8. ▷sibi' liberos: sed habens ancillam Aegyptiam nomine Agar, dixit marito suo, Ecce, conclusit me Dominus, ne parerem: ingredere ad ancillam meam, si fortè saltem ex illa suscipiam filios. Cumq́ue ille acquiesceret deprecanti, tulit Agar Aegyptiam ancillam suam post annos decem quàm habitare cœperant in terra Chanáan: et dedit eam viro suo vxorem. Qui ingressus est ad eam. At illa concepisse se videns, despexit dominam suam. Dixitq́ue Sarái ad Abram. Iniquè agis B contra me: ego dedi ancillam meam in sinum tuum, quæ videns quòd conceperit, despectui me habet. iudicet Dominus inter me et te. Cui respondens Abram, Ecce, ait, ancilla tua in manu tua est, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Sarái, fugam inijt. Cumq́ue inuenisset eam angelus Domini iuxta fontem aquæ in solitudine quæ est in via Sur in deserto, dixit ad illam, Agar ancilla Sarái vnde venis? et quò vadis? Quæ respõdit, A facie Sarái dominæ meæ ego fugio. Dixitq́ue ei angelus C Domini: Reuertere ad dominam tuam, et humiliare sub manu illius. Et rursum, Multiplicans, inquit, multiplicabo semen tuum, et nõ numerabitur præ multitudine. Ac deinceps, Ecce, ait, concepisti, & paries filium: vocabisq́ue nomen eius Ismahel, eo quòd audierit Dominus afflictionem tuam. Hic erit ferus homo: manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: et eregione vniuersorum fratrum suorum figet tabernacula. Vocauit autem "nomen Domini qui loquebatur ad eam, Tu Deus qui vidisti me. Dixit enim, Profectò hic vidi posteriora videntis me. Propterea appellauit puteum illum, Puteum viuentis et videntis me. Ipse est inter Cades et Barad. Peperitq́ue Agar Abræ filiũ: qui vocauit nomen eius Ismahel. Octoginta & sex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Ismahelem. D "Agar. Galat. 4.a

S. Abræ repetuntur promissiones, ipsius & Sarái nomina immutantur, circuncisio præcipitur, filius ex Sara promittitur vnà cum successu Ismahelis, & Abraham circuncisionis præceptum exequitur.

CAP. XVII.

POstquã verò nonaginta & nouem annorum esse cœperat, apparuit ei Dominus: dixitq́; ad eum, Ego dominus omni potens: ambula coram me, et esto perfectus. Ponamq́; fœdus meum inter me & te: & multiplicabo te vehemẽter nimis. Cecidit Abram pronus in faciem. Dixitq́; ei Deus, Ego sum, Eccl. 44.d Roma. 4.c & "pactum meum tecum, ‖erisq́ue pater multarum gentium. Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram: sed appellaberis Abraham, quia patrem multarum gentium constitui te. Faciamq́ue te crescere vehementissime, & ponam▷te' in gentibus, regesq́; ex te egredien- ▷.6. tur. Et statuam pactum meum inter me & te, & inter semẽ tuum post te in generationibus suis *ponam

suis fœdere sempiterno: vt sim Deus tuus & B seminis tui post te. Daboq́ue tibi & semini *post 16.4. tuo *terram peregrinationis tuæ, omnem terram Chanáan in possessionem æternam, eroq́ue Deus eorum. Dixit iterum Deus ad Actu. 7.a. Abraham, ‖Et tu ergo custodies pactum meum, et semen tuum post te in generationibus ▷.6. suis. Hoc est pactum▷meum' quod obseruabitis inter me & vos et semen tuum post te. Circuncidetur ex vobis omne masculinum: Rom. 4.b. & circuncidetis carnem præputij vestri, vt sit Lucæ. 2.c. ‖in signum fœderis inter me & vos. ‖Infans octo dierum circuncidetur in vobis, omne masculinum in generationibus vestris: tam vernaculus quàm emptitius circuncidetur, & quicunque non fuerit de stirpe vestra: eritq́; pactum meum in carne vestra in fœdus æternum. Masculus cuius præputij caro circuncisa non fuerit, delebitur anima illa de populo suo: quia pactum meum irritum fecit. Dixit C quoque Deus ad Abraham, Sarái vxorem tuã non vocabis Sarái, sed Saram. Et benedicam ei, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturus sum, eritq́ue in nationes, & reges populorum orientur ex eo. Cecidit Abraham in faciem suam, & risit: in corde suo dicens, Putásne cẽtenario nascetur filius? & Sara nonagenaria In. 18. b. & 21.a. pariet? Dixitq́ue ad Deum, Vtinam Ismahel viuat coram te. Et ait Deus ad Abraham, ‖Sara vxor tua pariet tibi filium, vocabisq́ue nomen eius Isaac, et constituam pactum meũ illi in fœdus sempiternum, et semini eius post D eum. Super Ismahel quoque exaudiui te. ecce benedicam ei, & augebo, et multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, et faciam illum in gentem magnam. Pactum verò meum statuam ad Isaac quem pariet tibi Sara, tempore isto in anno altero. Cumq́ue finitus esset sermo loquentis cum eo, ascendit Deus ab Abraham. Tulit autem Abraham Ismahel filiũ suum, & omnes vernaculos domus suæ: vniuersosq́ue quos emerat, cunctos mares ex omnibus viris domus suæ: et circuncidit carnem præputij eorum statim in ipsa die, sicut præceperat ei Deus. Abraham nonaginta & nouem erat annorũ quando circuncidit carnem præputij sui. Et Ismahel filius suus tredecim annos impleuerat tempore circuncisionis suæ. Eadem die circuncisus est Abraham et Ismahel filius eius. Et omnes viri domus illius, tam vernaculi, quàm emptitij & alienigenæ pariter circuncisi sunt. Galat. 4.a

S. Angeli ab Abraham hospitio susceptii filium ex Sara promittunt, quæ ob id ridens corripitur, Sodomorum euersio prædicitur, pro quibus Abraham sæpius deprecatur.

CAP. XVIII.

APparuit autẽ ei Dominus in conual- A le Mambre sedenti in ostio tabernaculi sui in ipso feruore diei. Cumq́ue eleuasset oculos, apparuerunt ei tres viri stantes prope eum: quos cum vidisset, cucurrit in occursum eorum de ostio tabernaculi▷sui', ▷.6. & adorauit in terram. Et dixit, Domine, si inueni gratiam in oculis tuis, ne transeas seruũ tuum: sed afferam pauxillum aquæ, & lauentur pedes vestri, et requiescite sub arbore. Ponamq́; buccellam panis, & cõfortetur cor vestrum, postea trãsibitis: idcirco enim declinastis ad seruũ vestrum. Qui dixerunt, Fac vt locutus es. Festinauit Abraham in tabernaculũ ad Saram, dixitq́; ei, Accelera, tria sata▷similæ' cõmisce, et fac subcinericios panes. Ipse verò ad armentũ cucurrit, & tulit inde vitulum ▷.4. tenerrimum & optimum: deditq́; puero, qui festinauit & coxit illum. Tulit quoque butyrũ & lac, & vitulum quẽ coxerat, & posuit co B ram eis: ipse verò stabat iuxta eos sub arbore.

Cumq́ue comedissent, dixerunt ad eũ, Vbi est Sara vxor tua? Ille respondit, Ecce in tabernaculo est. Cui dixit, ‖Reuertẽs veniam ad te Infra. 21.a. tempore isto vita comite, & habebit filium Rom. 9.b. Sara vxor tua. Quo audito Sara risit post ostium tabernaculi. Erãt autem ambo senes prouectæq́ue ætatis, & desierant Saræ fieri mulie bria. Quæ risit occultè dicens, Postquam cõsenui, & dominus meus vetulus est, voluptati operam dabo? Dixit autẽ Dominus ad Abraham, Quare risit Sara, dicens, Num verè paritura sum anus? Nunquid Deo quicquam est difficile? Iuxta conditum reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite, & habebit Sara filium. Negauit Sara, dicens, Non risi. timore perterrita. Dominus autem, Non est, inquit, ita: sed risisti. Cum ergo surrexissent inde viri, direxerunt oculos cõtra Sodomã: & Abraham simul gradiebatur deducens eos. Dixitq́ue Dominus, Num celare potero Abraham quæ gesturus sum: cum futurus sit in gentem C magnam ac robustissimam, & benedicendæ sint in illo omnes nationes terræ? Scio enim quòd præcepturus sit filijs suis, & domui suæ post se vt custodiant viam Domini, & faciãt iudicium & iustitiam: vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus est ad eum. Dixit itaque Dominus, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorũ multiplicatus est, & peccatum eorũ aggrauatum est nimis. Descendam & videbo vtrum clamorem qui venit ad me, opere compleuerint: an non est ita, vt sciã. Conuerterunt q́; se inde, & abierũt Sodomam: Abraham verò adhuc stabat corã Domino. Et appropinquãs ait, Nũquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? & non

parces

Universidad de Deusto
Biblioteca

parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? Absit à te vt rem hanc facias, & occidas iustum cum impio, fiatque iustus sicut impius. non est hoc tuũ, qui iudicas omnem terram: nequaquã facies iudicium ▷hoc'. ▷.6. Dixitque Dominus ad eũ, Si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, D dimittam omni loco propter eos. Respondensque Abraham, ait, Quia semel cœpi, loquar ad Dominum meum, cum sim puluis & cinis. Quid si minus quinquaginta iustis *quinque. 2 quinque fuerint? delebis propter 'quadraginta quinque' vniuersam vrbem? Et ait, Non delebo, si inuenero ibi quadraginta quinque. Rursumque locutus est ad eum, Sin autem ▷.6. quadraginta ▷ibi' inuenti fuerint, quid facies? Ait, Non percutiam propter quadraginta. Ne quæso inquit, indigneris Domine, si loquar. Quid si ibi inuenti fuerint triginta? Respondit, Nõ faciam, si inuenero ibi triginta. Quia semel, ait, cœpi, loquar ad Dominum meum. Quid si ibi inuenti fuerint viginti? Ait, Non interficiam propter viginti. Obsecro, inquit, ne irascaris Domine, si loquar adhuc semel. Quid si inuenti fuerint ibi decem? Et dixit, Non delebo propter decem. Abijtque Dominus postquam cessauit loqui ad Abraham: & ille reuersus est in locum suum.

S. Lot angelis hospitio susceptis à Sodomitis vim patitur: cum vxore & vtraque filia à Sodomitico ereptus incendio, vxorem in via amisit: tandemque inebriatus cum vtraque filia incestum ignorans commisit, vnde ortum habuerunt Moabitæ & Ammonitæ.

CAP. XIX.

A VEneruntq; duo angeli Sodomam vespere, sedẽte Lot in foribus ciuitatis. Qui cum vidisset ▷eos', surrexit, & i- Heb. 13. 2.
▷.4. uit abiam eis: adorauitque pronus in terram, & dixit, Obsecro domini, declinate in domum pueri vestri, & manete ibi: lauate pedes vestros, & mane proficiscemini in viam vestram. Qui dixerunt, Minimè, sed in platea manebimus. Compulit illos oppidò vt diuerterent ad eum: ingressisque domum illius, fecit conuiuium, & coxit azyma, & comederunt. Prius autem quàm irent cubitum, viri ciuitatis vallauerunt domum à puero vsq; ad senem, omnis populus simul. Vocaueruntque Lot, & dixerunt ei, Vbi sunt viri qui introierunt ad te nocte? educ illos huc, vt cognoscamus eos. Egressus ad eos Lot, post tergum acB cludẽs ostiũ, ait, Nolite quæso fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias, quæ necdũ cognouerunt virũ: educã eas ad vos, & abutimini eis sicut vobis placuerit, dũmodo viris istis nihil mali faciatis, quia ingressi sunt sub vmbra culminis meæ. At illi dixerunt, Recede illuc. Et rursus, Ingressus es, inquiunt, vt aduena, nunquid vt iudices? te ergo ipsum magis quàm hos affligemus. ‖Vimque facibãt 2. Pet. 2. b.
Lot vehementissime: iamque propè erat vt effringerent fores. Et ecce miserunt manũ viri, & introduxerunt ad se Lot, clausseruntque ostium: & eos qui foris erant, ‖percusserunt Sapi. 19. a.
cæcitate à minimo vsque ad maximum, ita vt ostium inuenire non possent. Dixerunt au- C
tem ad Lot, Habes hic quempiã tuorum? genẽrum, aut filios aut filias, omnes qui tui sunt, educ de vrbe hac: delebimus enim locum istũ, eo quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui misit nos vt perdamus illos. Egressus itaq; Lot, locutus est ad generos suos qui accepturi erant filias eius, & dixit, Surgite, ▷&'egredimini de loco isto: quia delebit Do- ▷.7.
minus ciuitatẽ hanc. Et visus est eis quasi ludens loqui. Cumque esset mane, cogebant eũ angeli, dicentes, Surge, *tolle vxorem tuã & *Gen. 18.
duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in scelere ciuitatis. Dissimulante illo, appre- D
henderũt manum eius, & manum vxoris, *ac *eius. 6.
duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi. ‖Eduxeruntque eum, & posuerũt ex- Sap. 10. b.
tra ciuitatem: Ibi ▷que' locuti sunt ad eum, di- ▷.5.
cẽtes, Salua animam tuam: noli respicere post tergum, nec stes in omni circà regione: sed in monte saluum te fac, ne & tu simul pereas. Dixitque Lot ad eos, Quæso Domine mi, quia inuênit seruus tuus gratiam coram te, & magnificasti misericordiam tuam quam fecisti mecum vt saluares animam meã, nec possum in monte saluari, ne fortè apprehendat me malum, & moriar: Est ciuitas hæc iuxtà, ad quam possum fugere, parua, & saluabor in ea: nunquid non modica est, & viuet anima mea? Dixitq; ad eum, Ecce etiam in hoc su- E
scepi preces tuas, vt non subuertam vrbem pro qua locutus es. ‖Festina, & saluare ibi: Sapi. 10. d.
quia non potero facere quicquam, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum est nomen vrbis illius Segor. Sol egressus est super terram, & Lot ingressus est Segor.

‖Igitur Dominus pluit super Sodomam & Isai. 13. d.
Gomorrham sulphur & ignem à Domino de Iere. 50. d.
cœlo: & subuertit ciuitates has & omnem cir Ezec. 16. b.
cà regionem, vniuersos habitatores vrbium, Osee. 11. c.
& cuncta terræ virentia. ‖Respicienſque vxor eius post se, versa est in statuam salis. Abraham autem consurgens mane vbi steterat prius cũ Domino, intuitus est Sodomam & Gomorrham, & vniuersam terram regionis illius: viditque ascendentem fauillam de terra quasi fornacis fumum. Cum enim subuer- F
teret Deus ciuitates regionis illius, recordatus est Abrahæ, & liberauit Lot de subuersione vrbiũ in quibus habitauerat. Ascenditq;

Lot de

Lot de Segor, & mansit in monte, duæ quoque filiæ eius cum eo, (timuerat enim manere in Segor) & mansit in spelunca ipse, & duæ
▷.4. filiæ eius ▷cum eo'. Dixitque maior ad minorem, Pater noster senex est, & nullus virorum remansit in terra qui possit ingredi ad nos iuxta morem vniuersæ terræ. Veni, inebriemus eum vino, dormiamusque cum eo: vt seruare possimus ex patre nostro semen. Dederunt itaque patri suo bibere vinum nocte illa. Et ingressa est maior, dormiuitque cum patre: at G ille non sensit, nec quando accubuit filia, nec quando surrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorem, Ecce dormiui heri cum patre meo, demus ei bibere vinũ etiam hac nocte, & dormies cum eo, vt saluemus semen
▷.4. de patre nostro. Dederuntque ▷etiam &'illa nocte patri suo bibere vinum, ingressaque minor Filia, dormiuit cum eo: & nec tunc quidem sensit quando cõbuerit, vel quando illa surrexit. Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre suo. Peperitque maior filium, & vocauit nomen eius Moab: ipse est pater Moabitarum vsque in præsentem diem. Minor quoque peperit filium, & vocauit nomen eius Ammon, id est filius populi mei: ipse est pater Ammonitarum vsque hodie.

S. Abrahæ in Geraris peregrinanti vxor à rege tollitur, quæ ad Domini iussum cum magnis donis intacta redditur, & Abraham orante salus domui regis restituitur.

CAP. XX.

A PRofectus inde Abraham in terram australem, habitauit inter Cades & Sur: & peregrinatus est in Geraris. Dixitq; de Sara vxore sua, Soror mea est. Misit ergo Abimélech rex Geraræ, & tulit eam. Vẽnit autem Deus ad Abi-mélech per somniũ nocte, & ait illi, En moriẽris propter mulierem quam tulisti: habet enim virum. Abi-mélech verò non tetigerat eam, & ait, Domine, num gentem ignorantem & iustam interficies? Nónne ipse dixit mihi, Soror mea est: & ipsa ait, Frater meus est? in simplicitate cordis mei, & munditia manuum mearum feci hoc.
B Dixitq; ad eum Deus, Et ego scio quòd simplici corde feceris: & ideo custodiui te ne peccares in me, & nõ dimisi vt tangeres eam. Nunc ergo redde viro suo vxorem, & orabit pro te: quia propheta est, & viues. si autem nolueris reddere, scito quòd morte morieris tu & omnia quæ tua sunt. Statimque de nocte cosurgens Abi-mélech, vocauit omnes seruos suos: & loquutus est vniuersa verba hæc in auribus eorum, timueruntque omnes viri valde, Vocauit autem Abi-mélech etiam
C Abraham, & dixit ei, Quid feciſti nobis? quid peccauimus in te, quia induxisti super me & super regnum meum peccatum grande? quæ non debuisti facere, feciſti nobis. Rursumque expostulans ait, Quid vidisti, vt hoc faceres? Respondit Abraham, Cogitaui mecum dicens, Forsitan non est timor Dei in loco isto, & interficient me propter vxorem meã: aliàs autem ▷&'vere soror mea est, filia patris mei, ▷.8.
& non filia matris meæ, & duxi eam in vxorem. Postquam autem eduxit me Deus de domo patris mei, dixi ad eam. Hanc misericordiã facies mecum, In omni loco ad quem ingrediemur, dices quòd frater tuus sim. Tulit D
igitur Abi-mélech oues & boues & seruos & ancillas, & dedit Abraham: redditque illi Sarã vxorem suam, & ait, Terra coram vobis est, vbicunque tibi placuerit habita. Saræ autem dixit, Ecce mille argẽteos dedi fratri tuo, hoc erit tibi in velamen oculorum ad omnes qui tecum sunt: & quocunque perrexeris, memento te deprehensam. Orante autem Abraham, sanauit Deus Abi-melech & vxorem, ancillasque eius: & pepererunt, concluserat enim Dominus omnem vuluam domus Abi-melech propter Saram vxorem Abrahæ.

S. Nascitur Isaac & ablactatur, Ismaël verò cum matre domo pellitur in desertis victurus. Abi-melech cum Abraham fœdus medio iuramento percussit. CAP. XXI.

VIsitauit autem Dominus Saram sicut A
‖promiserat: & impleuit quæ locutus Su. 17. c. 18 b.
est. Concepitque, & ‖peperit filium Gala. 4. c.
in senectute sua, tempore quo prædixerat ei Hebr. 11. c.
Deus. Vocauitque Abraham nomen filij sui Supr. 17. d.
quem genuit ei Sara, Isaac, & circuncidit eum Matt. 1. a
octauo die, sicut ‖præceperat ei Deus, cum centum esset annorum: hac quippe ætate patris, natus est Isaac. Dixitque Sara, Risum fecit mihi Deus, quicunque audierit, corridebit mihi. Rursumque ait, Quis *auditurus 'crederet Abraham quòd Sara lactaret filium quẽ *auditorũ. 5
peperit ei iam seni? Creuit igitur puer, & ablactatus est fecitque Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Cumque vidisset Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem
▷.2. ▷cum Isaac filio suo', dixit ad Abraham, ‖Eij- Galat. 4. d
ce ancillam hanc, & filium eius: non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Isaac.
Durè accepit hoc Abrahã pro filio suo. Cui B
dixit Deus, Nõ tibi videatur asperũ super puero & super ancilla tua: omnia quæ dixerit tibi Sara, audi vocem eius: quia ‖in Isaac vocabi Rom. 9. b.
tur tibi semen. Sed & filium ancillæ faciam Heb. 11. d.
in gentem magnam, quia semen tuũ est. Surrexit itaq; Abraham mane, & tollens panẽ & vtrem aquæ, imposuit scapulæ eius, tradiditque *puerum, & dimisit eam, Quæ cũ abijsset, *ei. 5.

errabat

Universidad de Deusto
Biblioteca

errabat in solitudine Ber-sabee. Cumq; consumpta esset aqua in vtre, abiecit puerū subter vnam arborum quæ ibi erant. Et abijt, seditque eregionē procul quantum potest arcus iacere, dixit enim, Non videbo morientē puerum, & sedens contrà leuauit vocem suā, & fleuit. Exaudiuit autem Deus vocem pueri: vocauitq; angelus Dei Agar de cœlo, di-C cens, Quid agis Agar? noli timere: exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo est. Surge, tolle puerum & tene manū illius: quia in gentem magnam faciam eum. Aperuitque oculos eius Deus: quæ videns puteum aquæ, abijt, & impleuit vtrem, deditque puero bibere. Et fuit *cum eo: qui creuit, & moratus est *Deut.1. in solitudine, factusq; est iuuenis sagittarius. Habitauitque in deserto Pharan, & accepit illi mater sua vxorem de terra Aegypti. Eodem tēpore dixit Abi-mélech, & Phigol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecum est in vniuersis quæ agis. Iura ergo per Deū, ne noceas mihi & posteris meis, stirpique meæ: Sup.20.d. sed iuxta misericordiam ‖quā feci tibi, facies mihi & terræ in qua versatus es aduena. Di-D xitque Abraham, Ego iurabo. Et increpauit Abi-mélech propter puteum aquæ quem vi abstulerant serui eius. Respōditque Abi-mélech, Nesciui quis fecerit hanc rem: sed & tu non indicasti mihi, & ego non audiui præter hodie. Tulit itaque Abraham oues & boues, & dedit Abi-mélech: percusseruntque ambo fœdus. Et statuit Abraham septem agnas gregis seorsum. Cui dixit Abi-mélech, Quid sibi volunt septem agnæ istæ, quas stare fecisti seorsum? At ille, Septem, inquit, agnas accipies de manu mea: vt sint mihi in testimonium quoniam ego fodi puteum istum. Idcirco vocatus est locus ille Ber-sabee: quia ibi vterque iurauit. Et inierunt fœdus pro puteo iuramēti. Surrexit autē Abi-mélech, & Phichol princeps exercitus eius, reuersique sunt in terram Palesthinorum. Abraham verò plantauit nemus in Ber-sabee, & inuocauit ibi nomen Domini Dei æterni. Et fuit colonus terræ Palesthinorum diebus multis.

S. Fides & obedientia Abrahæ in filij sui præcepta immolatione probatur, sed ab ipsius immolatione prohibetur, promissionesq; ei confirmantur: & filij Nachor fratris Abrahæ numerantur.

CAP. XXII.

A QVæ postquā gesta sunt, ‖tentauit Deus Iudith.8.e Abraham, & dixit ad eum, Abraham Heb.11.d. ▷Abraham'. At ille respondit, Adsum. ▷.3. Ait illi, tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Isaac, & vade in Terram visionis: atque ibi offer eum holocaustum super vnum montiū quem monstrauero tibi. Igitur Abra-



ham de nocte consurgens strauit asinum suū: ducens secum duos iuuenes, & Isaac filium suum: Cumque concidisset ligna in holocaustum, abijt ad locū quem præceperat ei Deus. Die autem tertio, eleuatis oculis, vidit locū procul, dixitq; ad pueros suos, Expectate hic cum asino: ego autem & puer illuc vsque properantes, postquam adorauerimus reuertemur ad vos. Tulit quoque ligna holocausti, B & imposuit super Isaac filium suum: ipse verò portabat in manibus suis ignem & gladiū. Cumque duo pergerent simul, dixit Isaac patri suo, Pater mi. At ille respondit, Quid vis fili? Ecce, inquit, ignis & ligna: vbi est victima holocausti? Dixit▷autem'Araham, Deus ▷.12. prouidebit sibi victimam holocausti, fili mi. Pergebant ergo pariter: & venerūt ad locum Iacob. quem ostenderat ei Deus, in quo ædificauit altare, & desuper ligna composuit: cumque colligasset Isaac filium suum, posuit eum in altare super struem lignorum. Extenditque manum, & arripuit gladium vt immolaret filium suum. Et ecce angelus Domini de cœlo clamauit, dicēs, Abraham, Abraham. Qui re-C spondit, Adsum. Dixitque ei, non extendas manum tuam super puerum, neque facias illi quicquam: nūc cognoui quòd timeas Deum, & non pepercisti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos suos, viditque post tergum arietem inter vepres, hærentem cornibus: quem assumens obtulit holocaustum pro filio. Appellauitque nomen loci illius, Dominus-videt. Vnde vsque hodie dicitur, In monte Dominus-videbit. Vocauit Psal.104. Luc.1.g. autem angelus Domini Abraham secundò de Eccl.44.j. cœlo, dicens: ‖Per memetipsum iurauī, dicit D Heb.6.c. Dominus: quia fecisti hanc rem, & non pe- 1.Matt.b. percisti filio tuo vnigenito ▷propter me', be- ▷.12. nedicam tibi, & multiplicabo semen tuum si- Luc.1.d. cut stellas cœli, & velut arenam quæ est in lit- Sup.12.b. tore maris: possidebit semen tuum portas ini- 18.c. micorum suorum, & ‖Benedicentur in semi- Infr.26.e. ne tuo omnes gentes terræ, quia obedisti vo- Actuū.3.f. ci meæ. Reuersus est Abrahā ad pueros suos, Eccl.44.j. abierūtque Ber-sabee simul, & habitauit ibi.

His ita

His ita gestis nunciatum est Abrahæ quòd Melcha quoque genuisset filios Nachor fratri suo, Hus primogenitum, & Buz fratrem eius, & Camuel patrem Syrorum, & Cased, & Azau, Pheldas, quoque & Iedlaph, ac Bathuel, de quo nata est Rebecca. octo istos genuit Melcha, Nachor fratri Abrahæ. Concubina verò illius nomine Roma, peperit Tabee & Gaham & Thaas & Maacha.

S. Sara mortua plangitur atque in spelunca duplici quam Abraham ab Ephron cum agro præsenti emit pecunia, sepelitur.

CAP. XXIII.

A VIxit autem Sara centum vigintiseptē annis. Et mortua est in ciuitate Arbee, quæ est Hebron, in Terra-Chanáan venitque Abraham vt plangeret & fleret eam. Cumque surrexisset ab officio funeris, locutus est ad filios Heth, dicens, Aduena sum & peregrinus apud vos: date mihi ius sepulchri vobiscum, vt sepeliam mortuum meum. ▷.5. Respōderunt filij Heth, ▷dicētes', Audi nos domine, princeps dei es apud nos: in electis sepulchris nostris sepeli mortuum tuum, nullusque te prohibere poterit quin in monumento eius sepelias mortuū tuum. Surrexit Abraham, & adorauit populū terræ, filios vi-B delicet Heth: dixitque ad eos, Si placet animæ vestræ vt sepeliam mortuū meum, audite me, ▷.6. & intercedite ▷pro me' apud Ephron filium Seor: vt det mihi speluncam duplicem quam habet in extrema parte agri sui: pecunia digna tradat eam mihi coram vobis in possessionē sepulchri. Habitabat autem Ephron in medio filiorū Heth. Respondítq; Ephron ad Abraham cunctis audientibus qui ingrediebantur portam ciuitatis illius, dicens, Nequaquam ita fiet domine mi, sed tu magis ausculta quod loquor. Agrum trado tibi, & speluncam quæ in eo est, præsentibus filijs populi mei, sepeli mortuum tuum. Adorauit Abraham coram populo terræ. Et locutus est ad Ephron cir-C cumstante plebe▷eius', Quæso vt audias me, ▷.8. Dabo pecuniam pro agro: susципe eam, & sic ‖eo.7. sepeliam mortuum meum in 'agro'. Respon-▷.9. ditque Ephron, Domine mi, audi▷me': terra quam postulas, quadringentos siclos argenti valet: istud est pretium inter me & te: sed quātum est hoc? sepeli mortuū tuum. Quod cùm audisset Abraham appendit pecuniam quam Ephron postulauerat, audientibus filijs Heth, "probati.4. quadringentos siclos argenti 'probatæ' mone-D tæ publicæ. Confirmatusque est ager quondam Ephronis in quo erat spelunca duplex respiciens Mambre: tam ipse quàm spelunca, & omnes arbores eius in cunctis terminis ▷.7. ▷eius' per circuitū, Abrahæ in possessionem, videntibus filijs Heth, & cunctis qui intrabāt portam ciuitatis illius. Atque ita sepeliuit Abraham Saram vxorem suam in spelunca agri 'duplici', quæ respiciebat Mābre, hæc est He- "duplicis.6. bron in Terra-Chanáan. Et confirmatus est ager & antrū quod erat in eo, Abrahæ in possessionem monumenti à filijs Heth.

S. Seruus Abrahæ ab ipso adiuratus & in Mesopotamiam ad quærendam vxorem Isaac missus, signo à Domino petito Rebeccam inuenit, & habito parentum ac fratris ipsius que consensu adducit ad Isaac, quam ille ducit in vxorem, & ita super matris morte accipit consolationem.

CAP. XXIIII.

ERat autem Abraham senex dierumque A multorum: & Dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitque ad seruum senio rem domus suæ, qui præerat omnibus quæ habebat, ‖Pone manum tuam subter femur Infr.47.g. meum: vt adiurem te per Dominum Deum cœli & terræ, vt non accipias vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos habito: sed ad terram, & cognationem meam proficiscaris, & inde accipias vxorem filio meo Isaac. Respondit seruus, Si noluerit mulier venire mecum in terram hanc, num reducere debeo filium tuum ad locum de quo tu egressus es? Dixitq; Abraham, Caue nequando reducas filium meū illuc. Dominus Deus cœli*, qui tulit me de domo patris mei, & de *& terræ. terra natiuitatis meæ, qui locutus est mihi, & iurauit mihi, dicens, ‖Semini tuo dabo terram Supr.12.b. hanc: ipse mittet angelum suum coram te, & accipies inde vxorē filio meo, sin autem mulier noluerit sequi te, non teneberis iuramento: filium meū tantum ne reducas illuc. Posuit ergo seruus manū sub femore Abraham domini sui, & iurauit illi super sermone hoc. Tulit-B que decem camelos de grege domini sui, & abijt, ex omnibus bonis eius portans secum, profectusque perrexit in Mesopotamiam ad vrbem Nachor. Cumque camelos fecisset accumbere extra oppidum iuxta puteum aquæ vespere, eo tempore quo solent mulieres egredi ad hauriendā aquam, "dixit' Domiue Deus "Orauit Domini mei Abraham, occure obsecro mihi minū dicens. hodie, & fac misericordiā cum domino meo Abraham. Ecce ego sto prope fontem aquæ, & filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendā aquā. Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriam tuam vt bibam: & illa responderit, Bibe, quin & camelis tuis dabo potum: ipsa est quam præparasti seruo tuo Isaac, & per hoc intelligam quòd feceris misericordiam cum domino meo. Necdum intra se verba compleuerat, & ecce Rebecca egre-

diebatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

diebatur filia Bathuel filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abraham, habens hydriam in scapula sua: puella decôra nimis, virgoque pulcherrima, & incognita viro. descenderat autẽ ad fontem, & impleuerat hydriam, ac reuertebatur. Occurritq; ei seruus, & ait: Pauxillum aquæ mihi ad *bibendũ* præbe de hydria tua.
C Quæ respondit, Bibe domine mi. Celeriterq; depositum hydriam super vlnam suam, & dedit ei potum. Cumque ille bibisset, adiecit, Quin & camelis tuis hauriam aquam, donec cuncti bibant. Effundensque hydriam in canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret aquã: & haustam omnibus camelis dedit. Ipse autẽ contemplabatur eam tacitus, scire volens vtrum prosperum iter suum fecisset Deus, an non. Postquam aũt biberunt cameli, protulit vir inaures aureas, appendentes siclos duos: & armillas totidem pondo siclorum decem. Dixitque ad eam, Cuius es filia? indica mihi. est in domo patris tui locus ad manendum?
Melchæ quẽ peperit Nachor.12. Quæ respõdit, Filia sum Bathuelis filij Nachor, quem peperit ei Melcha'. Et addidit, dicens, Palearum quoque & fœni plurimũ est apud nos, & locus spatiosus est ad manẽdum. Inclinauit se homo, & adorauit Dominum, dicens, Benedictus Dominus Deus domini mei Abraham, qui non abstulit misericordiã & veritatem suam à domino meo, & recto iti nere me perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit itaque puella, & nuntiauit in
D domum matris suæ omnia quæ audierat. Habebat autem Rebecca fratrem nomine Labã: qui festinus egressus est ad hominẽ vbi erat fons. Cumque vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referentis, Hæc locutus est mihi homo: vênit ad virum qui stabat iuxta camelos & prope fontem aquæ, dixitque ad eum, Ingredere benedicte domini: cur foris stas? præparaui domum & locum camelis. Et introduxit eum in hospitium: ac destrauit camelos, deditque paleas & fœnum, & aquam ad lauandos pedes camelorum, & virorum qui venerant cũ eo. Et appositus est in conspectu eius panis. Qui ait, Non comedam, donec loquar sermones meos. Respondit ei, Loquere. At ille, Seruus, inquit, Abraham sum. Et Dominus benedixit domino meo valde, magnificatusque est: & dedit ei oues & boues, argentum & aurum, seruos & ancillas, camelos & asinos. Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua, deditque illi omnia quæ habuerat. Et adiurauit me dominus meus dicens, Non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito: sed ad domum patris mei perges, & de cognatione mea accipies vxorẽ filio meo. Ego verò

forbendũ.8

respondi domino meo, Quid si noluerit venire mecum mulier? Dominus ait, in cuius E conspectu ambulo, mittet angelum suum tecum, & diriget viam tuam: accipiesque vxorem filio meo de cognatione mea, & de domo patris mei. Innocens eris à maledictione mea, cum veneris ad proximos meos, & non dederint tibi. Vêni ergo hodie ad fontem ▷a- ▷.9.
quæ', & dixi, Domine Deus domini mei Abraham, si direxisti viam meam in qua nunc ambulo, ecce sto iuxta fontem aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam audierit à me, Da mihi pauxillum aquæ ad bibendum de hydria tua: & dixerit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis hauriam: ipsa est mulier quam præparauit Dominus filio domini mei. Dũque hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca veniens cum hydria, quam portabat in schapula: descenditque ad fontem, & hausit aquam. Et aio ad eam, Da mihi paululum bibere. Quæ festinas deposuit hydriam de humero, & dixit mihi, Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum. Bibi, & adaquauit camleos. Interrogauique eam, & dixi, Cuius es filia? Quæ respondit, Filia Bathuélis sum filij Nachor, quem peperit ei Melcha. Suspendi itaq; inaures ad ornandum faciem eius, & armillas posui in manibus ▷eius'. Pronusque adorani F
dominum, benedicens Domino Deo domini ▷.5'
mei Abraham, qui perduxit me recto itinere, vt sumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quamobrem si facitis misericordiam & veritatem cum domino meo, indicate mihi. sin autem aliud placet: & hoc dicite mihi, vt vadam ad dexteram, siue ad sinistram. Respõderuntque Laban & Bathuel, A domino egressus est sermo: non possumus extra placitũ eius quicquam aliud loqui tecum. En Rebecca coram te est, tolle eam, & proficiscere, & sit vxor filij Domini tui, sicut locutus est Dominus. Quod cùm audisset puer Abrahã, ▷procidens: adorauit in terram Dominum, ▷.9'
Prolatisque vasis argenteis, & aureis, ac vestibus, dedit ea Rebeccæ pro munere: fratribus quoque eius, & matri dona obtulit. Inito cõuiuio vescentes pariter & bibentes, manserũt ibi. Surgens autem mane, locutus est puer, Dimitte me, vt vadam ad dominum meum. Responderuntque *fratres' eius & mater, Maneat *fratres.
puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur. Nolite, ait, me retinere, quia Dominus direxit viam meã: dimittite me vt pergam ad dominum meum. Et dixerunt, Voccemus puellam, & quæramus ipsius voluntatẽ. Cumque vocata venisset, sciscitati sunt, Vis G
ire cum homine isto? Quæ ait, Vadam. Dimiserunt ergo eam, & nutricem illius *seruumque Abraham, & comites eius, imprecantes *Debet.

prospera

prospera sorori suæ atque dicentes, Soror nostra es, crescas in mille millia, & possideat semen tuum portas inimicorum suorum. Igitur Rebecca, & puellæ illius ascensis camelis secutæ sunt virum: qui festinus reuertebatur ad dominum suum. Eo autem tempore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad
Supr.16.d. Puteum, ‖cuius nomen est viuentis & videntis: habitabat enim in terra australi. Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die: cumque eleuasset oculos, vidit camelos venientes procul. Rebecca quoq; conspecto Isaac, descendit de camelo, & ait ad puerum, Quis est ille homo qui venit per agrum in occursum nobis? Dixitque ei, Ipse est dominus meus. At illa tollens cito pallium suũ, operuit se. Seruus autem cuncta quæ gesserat.
▷.8. narrauit ▷domino suo' Isaac. Qui introduxit eã in tabernaculũ Saræ matris suæ, & accepit eã vxorẽ: & in tantũ dilexit eam, vt dolorem qui ex morte matris eius acciderat, tẽperaret.

S. Abraham multis ex Cetura susceptis filijs mortuus est: Ismaël quoque postquã duodecim genuit duces moritur. Isaac pro vxore sua sterili precatus, geminos genuit Esau & Iacob, quorum maior vendidit minori primogenita.

CAP. XXV.

A Braham verò aliam duxit vxorem nomine Cetûram: quæ peperit ei Zam-
1.Para.1.c. ram, & Iecsan, & Madan, & Madian, & Iesboc, & Sue. Iecsan quoq; genuit Saba & Dadan. Filij Dadan fuerunt Assurim, & Latusim, & Laômim. At verò ex Madian ortus est Epha, & Epher, & Henoch, & Abida, & Eldaa. omnes hi filij Ceturæ. Deditque Abraham cuncta quæ possederat, Isaac: filijs autem concubinarum largitus est munera, & seorsum parauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viueret, ad plagam orientalem. Fuerunt autẽ dies vitæ Abrahæ centum septuaginta quinq; anni. Et deficiens mortuus est in senectute bona, proiectæque ætatis, & plenus dierum: congregatusque est ad populum suum. Et sepelierunt eũ Isaac & Ismael filij sui in spelunca duplici, quæ sita est in agro Ephrõ filij Se-
Supr.23.d. or Hethæi, eregione Mãbre, quã ‖emerat à filijs
B Heth. ibi sepultus est ipse & Sara vxor eius. Et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio
Supr.16.d. eius, qui habitabat ‖iuxta Puteum nomine viuentis & videntis. Hæ sunt generationes Ismael filij Abrahæ quem peperit ei Agar Aegyptia, famula Saræ: & hæc nomina filiorum
1.Para.1.b. eius in vocabulis & generationibus suis. ‖Primogenitus Ismaelis Nabaioth, deinde Cedar & Adbeel, & Mabsam, Masma quoq; & Duma, & Massa, & Hadad, & Thema, et Ietur, & Naphis, & Cedma. isti sunt filij Ismaelis: et hæc nomina per castella et oppida eorũ, duodecim principes tribuũ suarũ. Et facti sunt anni vitæ Ismaelis centũ tringinta septẽ, deficiensq; mortuus est & appositus ad populum suũ. Habitauit autem ab Heuila vsq; Sur, quæ respicit Aegyptum introeũtibus Assyrios. coram cũctis fratribus suis obijt. Hæ quoq; sunt C
generationes Isaac filij Abraham. Abraham genuit Isaac: qui cum quadraginta esset annorum, duxit vxorem Rebeccam filiam Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororem Laban. Deprecatusque est Isaac Dominum pro vxore sua, eo quòd esset sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccæ. Sed collidebantur in vtero eius paruuli: quæ ait, Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit *concipere? Perrexitq; vt consuleret Dominum. Qui re- *me.1.
spondens ait, ‖ Duæ gentes sunt in vtero tuo, Rom.9.c.
& duo populi ex ventre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori. Iam tempus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. ‖Qui pri- D
mus egressus est, rufus erat, & totus in morem Osee.12.a.
pellis hispidus: vocatumque est nomen eius Esau. ‖Protinus alter egrediens, plantam fra- Matth.1.a.
tris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob. Sexagenarius erat Isaac quando nati sunt ei paruuli. Quibus adultis factus est Esau vir gnarus venandi, & homo agricola: Iacob autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Isaac amabat Esau, eo quòd de venationibus illius vesceretur: & Rebecca diligebat Iacob. Coxit autem Iacob pulmentum: ad quem cũ veniisset Esau de agro lassus, ait, Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius
‖Edom, Cui dixit Iacob, Vẽde mihi primoge- Hebr. 1.a.
nita tua. Ille respondit, En morior, quid mi- Abdiæ.1.a.
hi proderunt primogenita? Ait Iacob, Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & vẽdidit primogenita. Et sic accepto pane & lentis edulio comedit, & bibit, & abijt paruipendens quòd primogenita vendidisset.

S. Isaac ob famem in Geraris peregrinatus, post acceptam terræ promissionem & seminis benedictionem, reprehenditur ab Abi-mélech quòd Rebeccam dixerit sibi esse sororem: & pastoribus ipsorum pro puteis iurgantibus, Abi-mélech cum Isaac fœdus percussit.

CAP. XXVI.

O Rta autẽ fame super terram post eam A
sterilitatem quæ acciderat in diebus Abrahã, abijt Isaac ad Abi-mélech regem Palesthinorũ in Gerara. Apparuitque ei Dominus, & ait, Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi. Et peregrinare in ea, eroque tecum, & benedicam tibi: tibi enim & semini tuo dabo Sup.12.b.
vniuersas regiones has, ‖complens iuramen- 13.d.15.d.

B tum

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum quod spopondi Abrahã patri tuo, Et multiplicabo semen tuum sicut stellas cœli: dabo
Sup.12.a. 18.c.22.d. que posteris tuis vniuersas regiones has: & ‖benedicentur in semine tuo omnes gentes
terræ, eo quòd obedierit Abraham voci meæ,
B & custodierit præcepta & mandata mea, & ce
remonias leges que seruauerit. Mansit itaque
Isaac in Geraris. Qui cum interrogaretur
à viris loci illius super vxore sua, respondit,
Soror mea est. timuerat enim confiteri quod
sibi esset sociata coniugio: reputans, ne fortè interficerent eum propter illius pulchritudinem. Cumque pertransissent dies plurimi,
& ibidem moraretur, prospiciẽs Abi-mélech
rex Palesthinorum per fenestram, vidit eum
iocantem cum Rebecca vxore sua. Et accersito eo ait, Perspicuum est quòd vxor tua sit: cur
mentitus es eam sororem tuam esse? Respondit, Timui ne morerer propter eam. Di-
C xitque Abi-mélech, Quare imposuisti nobis?
potuit coire quispiam de populo cum vxore
tua, & induxeras super nos grande peccatum. Præcepitque omni populo, dicens, Qui
tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. Seuit autem Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplum: benedixitque ei Dominus. Et locupletatus est homo,
& ibat proficiens atque succrescens: donec
magnus vehementer effectus est, habuitque
possessiones ouium & armentorum, & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palesthi
ni, omnes puteos quos foderant serui patris
D illius Abraham, illo tempore obstruxerunt,
implentes humo: in tantũ vt ipse Abi-mélech
diceret ad Isaac, Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. Et ille discedẽs,
vt veniret ad Torrentem-Geraræ, habitaretque ibi: rursum fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abrahã, & quos illo mortuo olim obstruxerãt Philisthijm: appellauitque eos eisdem nominibus quibus antè pater
vocauerat. Foderuntque in Torrente, & repererunt aquam viuam. Sed & ibi iurgium fuit
pastorum Geraræ aduersus pastores Isaac, dicentium, Nostra est aqua. quam ob rem nomen putei ex eo quod acciderat, vocauit Ca-
E lumniam. Foderunt autem & alium: & pro illo quoq; rixati sunt, appellauitque eum Inimicitias. Profectus inde fodit aliũ putẽũ, pro
quo non contenderunt: itaq; vocauit nomen
eius Latitudo: dicens, Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terram. Ascen-
*Isaac. dit autem *ex illo loco in Ber-sabee, vbi apparuit ei Dominus in ipsa nocte, dicẽs, Ego sum
Deus Abraham patris tui, noli timere, quia
ego tecum sum: benedicam tibi, & multipli-
F cabo semen tuum propter seruum meũ Abraham. Itaque ædificauit ibi altare: & inuoca-

to nomine Domini extendit tabernaculum:
præcepitque seruis suis vt foderent puteum.
Ad quem locum cum venissent de Geraris
Abi-mélech, & Ochozath amicus illius, &
Phichol dux militum, locutus est eis Isaac,
Quid venistis ad me hominem quem odistis,
& expulistis à vobis? Qui responderunt, Vidimus tecum esse Dominum: & idcirco "nos' "nũm. 1.
diximus, Sit iuramentum inter nos, & ineamus fœdus: vt non facias nobis quicquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet, sed cũ pace dimisimus
auctum benedictione Domini. Fecit ergo eis
conuiuium. & post cibum & potum surgen-
G tes mane, iurauerunt sibi mutuo: dimisitque "domum
eos Isaac pacificè in "locum suum'. Ecce au- "suam.
tem venerũt in ipso die serui Isaac annuntian
tes ei de puteo quem foderant, atq; dicentes,
Inuenimus aquam. Vnde appellauit eum
Abundantiam: & nomen vrbi impositum est
Ber-sabee, vsque in præsentem diem. Esau ve- "vxores
rò quadragenarius duxit "vxores duas' Iu- "uxorem.
dith filiam Beeri Hethæi, & Basemath filiam
Elon eiusdem loci: ‖quæ ambæ offenderant Infr.27.
animum Isaac & Rebeccæ.



S. Iacob matris cõsilio benedictionem loco Esau accepit, ad cuius odium fugiendum monetur à matre vt in Haran ad Laban concedat.

CAP. XXVII.

A Senuit autem Isaac, & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitq;
Esau filium suum maiorem, & dixit ei,
Fili mi? Qui respondit, Adsum, Cui pater, Vides, inquit, quòd senuerim, & ignorem diem
mortis meæ. Sume arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras. Cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, sicut velle me nosti, & affer vt comedam: & benedicat tibi anima mea antequam
moriar. Quod cum audisset Rebecca, & ille
abijsset in agrũ vt iussionẽ patris impleret, di
xit filio suo Iacob, Audiui patrẽ tuũ loquentẽ
cũ Esau fratre tuo, et dicentẽ ei, Affer mihi de ve-

venatione tua, & fac cibos vt comedam, &
benedicam tibi coram Domino antequam
B moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consilijs
meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos
hœdos optimos, vt faciam ex eis escas patri
tuo, quibus libenter vescitur: quas cum intule
ris, & comederit, benedicat tibi priusquam
moriatur. Cui ille respõdit, Nosti quòd Esau
frater meus homo pilosus sit, & ego lenis: si
attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo
ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat
super me maledictionem pro benedictione.
Ad quem mater, In me sit, ait, ista maledictio
fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens
affer quæ dixi. Abijt, & attulit, dedit que ma-
tri. Parauit illa cibos sicut velle nouerat patrem illius. Et vestibus Esau valde bonis, quas
apud se habebat domi, induit eum: pelliculasque hœdorum circundedit manibus, & colli
nuda protexit. Deditq; pulmentum, & panes
C quos coxerat, tradidit. Quibus illatis dixit, Pater mi? At ille respondit, Audio: quis es tu fili
mi? Dixitque Iacob, Ego sum primogenitus
tuus Esau: feci sicut præcepisti mihi: surge, sede, & comede de venatione mea, vt benedicat
mihi anima tua. Rursumque Isaac ad filium
suum, Quomodo, inquit, tam cito inuenire
potuisti fili mi? Qui respondit, Voluntas Dei
fuit vt cito occurreret mihi quod volebam.
Dixitque Isaac, Accede ad me, vt tangam te
fili mi, & probem vtrum tu sis filius meus
Esau, an non. Accessit ille ad patrem: & palpato eo, dixit Isaac, Vox quidem, vox Iacob est:
sed manus, manus sunt Esau. Et non cognouit eũ, quia pilosæ manus similitudinẽ maio-
D ris expresserant. Benedicẽs ergo illi, ait, Tu es
filius meus Esau? Respondit, Ego sum. At ille, Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua
fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cũ
oblatos comedisset, obtulit ei etiã vinũ: quo
hausto, dixit ad eum, Accede ad me, & da mihi osculũ fili mi. Accessit, & osculatus est eũ.
Statimq; vt sensit vestimentorũ illius fragran
▷.10. tiã, benedicens▷illi, ait, Ecce odor filij mei si
▷.5. cut odor agri▷pleni, cui benedixit Domin⁹.
Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedinẽ
et olei. terræ, abundantiam frumenti & vini. Et seruiant tibi populi, & adorent te tribus: esto dominus fratrum tuorũ, & incuruentur ante te
filij matris tuæ. qui maledixerit tibi, sit ille ma
ledictus: & qui benedixerit tibi, benedictioni-
E bus repleatur. Vix Isaac sermonem impleuerat: Et egresso Iacob foras, venit Esau, coctosque de venatione cibos intulit patri, di-
cens, Surge pater mi, & comede de venatione filij tui: vt benedicat mihi anima tua.
▷.7. Dixitque▷illi' Isaac. Quis enim es tu? Qui
respondit, Ego sum filius tuus primogenitus
Esau. Expauit Isaac stupore vehementi: &
vltrà quàm credi potest admirans, ait, Quis
igitur ille est qui dudum captã venationem
attulit mihi, & comedi ex omnibus priusquã
tu venires? benedixique ei, & erit benedictus. Auditis Esau sermonibus patris, irrugijt
clamore magno: & consternatus, ait, Benedic
etiam & mihi, pater mi, Qui ait, Vênit germa
nus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. At ille subiunxit, Iustè vocatum F
est nomen eius Iacob: supplantauit enim me
en altera vice: ‖primogenita mea antè tulit, Sup.25.d.
& nunc secundò surripuit benedictionem
meam. Rursumque ad patrem, Nunquid non
reseruasti, ait, & mihi benedictionem? Respondit Isaac, dominum tuum illum constitui, & omnes fratres eius seruituti illius subiugaui: frumento & vino *stabiliui eum, & ti- *et oleo.
bi post hæc fili mi vltrà quid faciam? Cui
Esau, Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes pater? mihi quoque obsecro vt benedicas. Cumque eiulatu magno fleret, motus Isaac dixit ad eum, ‖In pinguedine terræ, Hebr.11.d.
& in rore cœli desuper erit benedictio tua. Vi
ues in gladio, & fratri tuo seruies: tempusque
veniet cum excutias & soluas iugum eius de
ceruicibus tuis. Oderat ergo semper Esau Ia- G
cob pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitq; in corde suo, ‖Venient dies luctus Abd.1.c.
patris mei, "& 'occidam Iacob fratrem meum. "vt.7.
Nuntiata sunt hæc *Rebeccæ: quæ mittens, & *verba.4.
vocans Iacob filium suum, dixit ad eum, Ecce Esau frater tuus minatur vt occidat te. Nũc
ergo fili mi, audi vocẽ meam, & consurgens
fuge ad Laban fratrem meum in Haran: habitabisque cũ eo dies paucos, donec requiescat
furor fratris tui, & cesset indignatio eius,
obliuiscaturque eorum quæ feceris in eum:
postea mittam, & adducam te inde huc. cur
vtroque orbabor filio in vno die? Dixitq; Rebecca ad Isaac, Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: si acceperit Iacob vxorem de stirpe
huius terræ, nolo viuere.

S. Iacob in Mesopotamiam transiens, videt in somnis scalam cui innitebatur Dominus: & accepta de terra ac seminis multiplicatione promissione, experrectus votum Deo vouet.

CAP. XXVIII.

V Ocauit itaque Isaac Iacob, & bene- A
dixit eum, præcepitque ei dicens, Noli accipere coniugem de genere Cha
nãan: sed vade, & proficiscere in Mesopotamiam Syriæ, ad domum Bathuel patris matris
tuæ, & accipe tibi inde vxorem de filiabus La
bã auunculi tui. Deus autẽ omnipotens bene
dicat tibi, & crescere te faciat atq; multiplicet:
vt sis in turbas populorũ. Et det tibi benedi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctiones Abrahæ,& semini tuo post te:vt possideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus est auo tuo . ‖Cumq́ue dimisisset eum
Osee.12.d Isaac, profectus peruenit in Mesopotamiam
B Syriæ ad Laban filium Bathuel Syri , fratrem Rebeccæ matris suæ. Vidēs autem Esau quòd benedixisset pater suus Iacob,& misisset eum in Mesopatamiam Syriæ, vt inde vxorem duceret: & quòd post benedictionem præcepisset ei , dicens, Non accipies vxórem de filiabus Chanáan:quodq́ue obediens Iacob paren
▷.8. tibus▷suis'isset in Syriam : probans quoque quòd non libenter aspiceret filias Chanáan pater suus : iuit ad Ismahelem , & duxit vxorem absque ijs quas prius habebat, Maheleth filiam Ismahel filij Abraham , sororem Nabaioth.

Igitur egressus Iacob de Bersabee,pergebat Haran.Cumq́ue venisset ad quendam locum, & vellet in eo requiescere post solis occubitum,tulit de lapidibus qui iacebant,& supponens capiti suo,dormiuit in eodem loco . Viditq́ue in somnis scalam stantem super terrā, & cacumen illius tangens cœlum : angelos quoque Dei ascendentes & descendentes per eam : & Dominum innixum scalæ dicentem sibi, Ego sum Dominus Deus Abraham patris tui,& Deus Isaac,Terram in qua dormis, tibi dabo & semini tuo. Eritq́ue semen tuum
Deu.12.c. 19.c. quasi puluis terræ : ‖dilataberis ad Orientem,
Sup.26.a. & Occidentem,& Septētrionem, & Meridiē: & ‖benedicentur in te & in semine tuo cunctæ tribus terræ . Et ero custos tuus quocunque perrexeris, & reducam te in terram hanc: nec dimittam nisi compleuero vniuersa quæ
D dixi.Cumq́; euigilasset Iacob de somno , ait, Verè Dominus est in loco isto,& ego nesciebam,Pauensq́ue, Quàm terribilis est,inquit, locus iste ? non est hic aliud nisi domus Dei, & porta cœli.Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem, quem suppossuerat capiti suo,& erexit in titulum,fundens oleum désuper.Appellauitq́ue nomen vrbis Beth-el,quæ prius Luza vocabatur. Vouit etiam votum, dicens,Si fuerit Dominus mecum,& custodierit me in via per quam ego ambulo,& dederit mihi panē ad vescendum, & vestimentum ad induendum reuersusq́ue fuero prosperè ad domum patris mei:erit mihi Dominus in Deum, & lapis iste quem erexi in titulum, vocabitur Domus-Dei: cunctorumq́ue quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

S. Iacob à Laban susceptus, septem annis pro Rachel seruiuit, cui cum supposita esset Lia, septem alios annos pro eadem implere coactus est,Rachele autem sterili,Lia quatuor peperit filios.

CAP. XXIX.

PRofectus ergo Iacob venit in terram o- A
rientalem.Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum:nam ex illo adaquabantur pecora , & os eius grandi lapide claudebatur . Morisq́; erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerunt lapidē, & refectis gregibus rursum super os putei ponerent.Dixitq́ue ad pastores,Fratres vnde estis? Qui responderunt,De Haran. Quos interrogans, Nunquid,ait, nostis Laban filiū Nachor? Dixerunt,Nouimus. Sanúsne est?inquit. Valet,inquiunt:& ecce Rachel filia eius venit cum grege suo. Dixitq́ue Iacob. Adhuc multum diei supereſt,nec est tempus vt reducantur ad caulas greges: date antè potum ouibus,& sic eas ad pastum reducite. Qui respōderunt, Non possumus, donec omnia pecora congregentur,& amoueamus lapidem de ore putei,vt adaquemus greges. Adhuc loqueban B
tur,& ecce Rachel veniebat cū ouibus patris sui:nam gregem ipsa pascebat. Quam cum vidisset Iacob , & sciret consobrinam suam , ouesq́ue Laban auunculi sui: amouit lapidem quo puteus claudebatur . Et adaquato grege osculatus est eam:& eleuata voce fleuit,& indicauit ei quòd frater esset patris sui , & filius Rebeccæ:at illa festinans nuntiauit patri suo. Qui cum audisset venisse Iacob filium sororis suæ,occurrit obuiam ei,cōplexusq́ue eum, & in oscula ruens , duxit in domum suā. Auditis aūt causis itineris, respondit , Os meum es,& caro mea . Et postquam impleti sunt dies mensis vnius , dixit ei , Num quia frater meus es, gratis seruies mihi ? dic quid mercedis accipias.Habebat verò duas filias, nomen maioris Lia : minor verò appellabatur Rachel.Sed Lia,lippis erat oculis : Rachel decora facie,& venusto aspectu.Quam diligēs Ia- C
cob, ait,Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore, septem annis. Respondit Laban , Melius est vt tibi eam dē quàm altri viro: mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel septem annis : & videbantur illi pauci dies præamoris magnitudine.Dixitq́ue ad Laban,Da mihi vxorem meam:quia iam tempus impletum est, vt ingrediar ad illam . Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias . Et vespere Liam filiam suam introduxit ad eum, dans ancillam filiæ , Zelpham nomine.Ad quam cum ex more,Iacob fuisset ingressus , facto mane vidit Liam : & dixit ad
▷.6. *hoc.s. socerum▷suum', Quid est*quod facere voluisti ? nónne pro Rachel seruiui tibi ? quare
*Liam.s. *impositi mihi?Respondit Laban,Non est in loco nostro consuetudinis,vt minores antè tradamus ad nuptias .Imple hebdomadam dierum huius copulæ : & hanc quoque dabo pro opere quo seruiturus es mihi septem annis alijs.

nis alijs.Acquieuit placito:& hebdomada trā
D sacta,Rachel duxit vxorem . cui pater seruam Balam tradiderat . Tandemq́; potitus optatis nuptijs,amorem sequentis priori prætulit, seruiens apud eum septem annis alijs.Videns autem Dominus quòd despiceret Liam aperuit vuluam eius,sorore sterili permanente. Quæ conceptū genuit filium , vocauitq́ue nomen eius Ruben , dicens,Vidit Dominus humilitatem meam,nunc amabit me vir meus.Rursumq́ue concepit & peperit filium , & ait,
E Quoniam audiuit me Dominus haberi contemptui, dedit etiam istum mihi.vocauitq́ue nomen eius Simeon.Concepitq́ue tertio , & genuit alium filium:dixitq́ue, Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus , eo quòd pepererim ei tres filios,& idcirco appellauit nomen eius Leui . Quarto concepit , & peperit filium,& ait , Modo confitebor Domino , & ob hoc vocauit eum Iudam : cessauitq́ue párere.

S. Rachel sterilis & Lia párere cessans ancilla suas marito tradunt, ex quibus singulæ binos suscipiunt filios: præter quos Lia duos alios & filiam parit,Rachel verò Ioseph:quibus natis Laban de mercede paciscitur cum Iacob, qui hoc modo plurimum ditatus est.

CAP. XXX.

A CErnens autem Rachel quòd infœcunda esset,inuidit sorori suæ,& ait marito suo,Da mihi liberos,alioquin moriar.Cui iratus respōdit Iacob,Num pro Deo ego sum,qui priuauit te fructu ventris tui?At illa,Habeo,inquit,famulam Balam: ingredere ad illam,vt pariat super genua mea , & habeam ex illa filios.Deditq́ue illi Balam in cōiugium:quæ ingresso ad se viro, concepit , & peperit filium . Dixitq́ue Rachel,Iudicauit mihi Dominus , & exaudiuit vocem meam, dās mihi filium. & idcirco appellauit nomen eius Dan . Rursumq́ue Bala concipiens, pe-
B perit alterum: pro quo ait Rachel , Comparauit me Dominus cum sorore mea , & inualui:vocauitq́ue eum Nephthali. Sentiens Lia quòd párere desijsset , Zelpham ancillam suam marito tradidit . Qua post conceptum edente filium,dixit.Fœliciter,& idcirco vocauit nomen eius Gad.Peperit quoque Zelpha alterum. Dixitq́ue Lia, Hoc pro beatitudine
*omnes. mea:beatam quippe me dicent*mulieres.propterera appellauit eum Aser. Egressus autem Ruben tempore messis triticeæ in agrum , reperit mandragoras : quas matri Liæ detulit. Dixitq́; Rachel,Da mihi partem de mandragoris filij tui.Illa respondit,Parúmne tibi videtur quòd præripueris maritum mihi,nisi e-
C tiam mandragoras filij mei tuleris ? Ait Rachel,Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui . Redeuntiq́ue ad vesperam Iacob de agro,egressa est in occursum eius Lia, & ait, Ad me, inquit, intrabis : quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei.Dormiuitq́ue cum ea,nocte illa . Et exaudiuit Deus preces eius:concepitq́ue,& peperit filiū quintum,& ait,Dedit Deus mercedem mihi,quia dedi ancillam meam viro meo . appellauitq́; nomen eius Issachar . Rursum Lia cōcipiens pepetit sextū filium,& ait, Dotauit me Deus dote bona , etiam hac vice mecum erit maritus , meus eo quòd genuerim ei sex filios , & idcirco appellauit nomen eius Zabulon.Post D
quem peperit filiam nomine Dinam.

Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudiuit eam, & aperuit vuluam eius . Quæ concepit, & peperit filium, dicens , Abstulit Deus opprobrium meum.Et vocauit nomen eius Ioseph,dicens, Addat mihi Dominus filium alterū . Nato autem Ioseph, dixit Iacob socero suo, Dimitte me vt reuertar in patriā
▷meam',& ad terram meam.Da mihi vxores, ▷.10. & liberos meos,pro quibus seruiui tibi , vt abeam : tu▷verò'nosti seruitutem qua seruiui ▷.9. tibi. Ait illi Laban,Inueniam gratiam in cōspectu tuo : experimento didici quia benedixerit mihi Deus propter te:constitue mercedem tuam, quam dem tibi . At ille respondit, Tu nosti quomodo seruierim tibi & quanta E
in manibus meis fuerit possessio tua.Modicū habuisti antequā venirem▷ad te',& nunc di- ▷.7. ues effectus es: benedixitq́ue tibi Deus ad introitum meum: iustum est igitur vt aliquādo prouideam*domui meæ . Dixitq́ue Laban, *etiam.s. Quid tibi dabo?At ille ait,Nihil volo:sed si feceris quod postulo,iterum pascam , & custodiam pecora tua. Gyra omnes greges tuos,& separa cunctas oues varias,& sparso vellere:et quodcunque furuū & maculosum , variumque fuerit, tam in ouibus quàm in capris,erit merces mea.Respondebitq́ue mihi cras iustitia mea,quando placiti tempus aduenerit,coram te:& omnia quæ non fuerint varia,et maculosa , & furua , tam in ouibus quàm in capris, furti me"argues'.Dixitq́ue Laban, Gra- F
tum habeo quod petis.Et separauit in die illa *arguent.s. capras, & oues, & hircos et arietes varios,atque maculosos:cunctum autem gregem vnicolorem, id est albi & nigri velleris , tradidit in manu filiorum suorum.Et posuit spatium itineris trium dierum inter se & generū , qui pascebat reliquos greges eius . Tollens ergo Iacob virgas populeas virides , & amygdalinas , & ex platanis , ex parte decorticauit eas: detractisq́; corticibus,in hisquæ spoliata fuerant , candor apparuit : illa verò quæ integra fuerant,viridia permanserunt: atque in hunc modum color effectus est varius.Posuitq́; eas

in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cũ venissent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas, & in aspectu earum conciperẽt.
G Factumque est vt in ipso calore coitus oues intuerentur virgas, & parerẽt maculosa, & varia, & diuerso colore respersa. Diuisitque gregem Iacob, & posuit virgas in canalibus ante oculos arietum: erant autẽ alba & nigra quæque, Laban: cætera verò, Iacob, separatis inter se gregibus. Igitur quando primo tempore ascendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum, & ouium, vt in earum contemplatione concipe rent, quando verò serotina admissura erat, & conceptus extremus, non ponebat eas. Factaque sunt ea quæ erant serotina, Laban: & quæ primi temporis, Iacob. Ditatusque est homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas & seruos, camelos & asinos.

S. Iacob iubente Domino ad patrem cum omnibus suis tacitus reuertitur, quem Laban insequitur: Rachel autem patris idolis ablatis, ipsum quærentem astu decipit: tandemq; Iacob & Laban inito fœdere, ad propria quisque discedit. CAP. XXXI.

A POstquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium, Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris nostri, & de illius facultate ditatus, factus est inclytus: animaduertit quoque faciem Laban quod non esset erga se sicut heri & nudiustertius, maxime dicente sibi Domino, Reuertere in terram patrũ tuorum, & ad generationem tuam, eroq; tecum.
Iacob. 1. Misit, & vocauit Rachel & Liam in agrum, vbi pascebat greges, dixitq; eis, Video faciem patris vestri, quod non sit erga me sicut heri & nudiustertius: Deus autem patris mei fuit mecum, Et ipsæ nostis quòd totis viribus seruierim patri vestro. Sed & pater vester circũuênit me, et mutauit mercedem meam decem vicibus: & tamen non dimisit eũ Deus vt noceret mihi. Si quãdo dixit, Variæ erunt mercedes tuæ: pariebant omnes oues varios fœtus, quando verò econtrario ait, Alba quæque accipies pro mercede: omnes greges alba pepererunt. Tulitq; Deus substantiam patris vestri
B & dedit mihi. Postquam enim conceptus ouium tempus aduenerat, leuaui oculos meos, & vidi in somnis ascendentes mares super fœminas, varios & maculosos, & diuersorum colorum. Dixitque angelus Dei ad me in somnis, Iacob? Et ego respondi, Adsum. Qui ait, Leua oculos tuos, & vide vniuersos masculos ascendentes super fœminas, varios, maculosos, atque respersos. Vidi enim omnia quæ
Supr. 28. d fecit tibi Laban. Ego sum Deus Beth-el, ‖ vbi vnxisti lapidem, & votum vouisti mihi. Nũc ergo surge, & egredere de terra hac, reuertens in terram natiuitatis tuæ. Responderuntque Rachel & Lia, Nũquid habemus residui quicquam in facultatibus, & hæreditate domus patris nostri? Nõne quasi alienas reputauit nos, & vendidit, comeditque pretium nostrũ? Sed Deus tulit opes patris nostri, & eas tradidit nobis, ac filijs nostris: vnde omnia quæ præcepit tibi Deus, fac. Surrexit itaque Iacob: & C impositis liberis, ac coniugibus suis super camelos, abijt. Tulitque omnem substantiam suam & greges, & quicquid in Mesopotamia acquisierat, pergens ad Isaac patrem suum in Terram-Chanáan. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues, & Rachel furata est idôla patris sui. Noluitque Iacob confiteri socero suo quòd fugeret. Cúmque abijsset tam ipse quã omnia quæ iuris sui erant, & amne transmisso pergeret contra Montem-Galaad: nuntiatum est Laban die tertio quòd fugeret Iacob. Qui assumptis fratribus suis, persecutus est eum diebus septem: et comprehendit eum in Monte-Galaad. Viditque in somnis dicen- D tem sibi Dominum, Caue ne quicquam asperè loquaris contra Iacob. Iamq; Iacob extenderat in mõte tabernaculum: cumq; ille consecutus fuisset eum cum fratribus suis, in eodem Monte-Galaad fixit tentorium. Et dixit ad Iacob, Quare ita egisti, vt clã me abigeres filias meas quasi captiuas gladio? Cur ignorante me fugere voluisti, nec indicare mihi: vt prosequerer te cum gaudio, & canticis, & tympanis & citharis? Non es passus vt osculari filios meos & filias: stultè operatus es & nunc quidem. Valet manus mea reddere tibi malum: sed Deus patris "tui' heri dixit mihi, "vestri.
Caue ne loquaris "contra' Iacob quicquam durius. Esto, ad tuos ire cupiebas, & desyderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es deos meos? Respõdit Iacob, Quòd insció te profectus sum, timui ne violẽter auferres filias tuas. Quòd autem furti me arguis: apud quemcunque inueneris deos tuos, necetur coram fratribus nostris. scrutare, quicquid tuorum apud me inueneris *aufer. hæc dicens, ignorabat * Gen. 6. quòd Rachel furata esset idôla. Ingressus ita- E que Laban tabernaculum Iacob, & Liæ, & vtriusq; famulæ, non inuenit. Cumq; intrasset tentorium Rachelis, illa festinans abscondit idôla subter stramenta cameli, & sedit désuper: scrutantique omne tentorium, & nihil inuenienti, ait, Ne irascatur dominus meus, quòd coram te assurgere nequeo: quia iuxta consuetudinem fœminarum nunc accidit mihi, sic deluſa solicitudo quærentis est. Tumensque Iacob, cum iurgio ait, Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum sic exarsisti post me, & scrutatus es omnem supellectilem meam? Quid inueniſti de cuncta sub-

cta substantia domus tuæ? pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis, & iudicẽt inter me & te. Idcirco viginti annis fui tecum? oues tuæ & capre steriles non fuerunt, arietes gregis tui nõ comẽdi: nec captum à bestia ostendi tibi, ego damnum omne reddebam:
F quicquid furtim peribat, à me exigebas: die noctuque æstu vrebar, & gelu, fugiebatque somnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos in domo tua seruiui tibi, quatuordecim pro filiabus, & sex pro gregibus tuis: immutasti quoque mercedem meam decem vicibus. Nisi Deus patris mei Abraham & timor Isaac affuisset mihi, forsitan modò nudum me dimisisses: afflictionem meam & laborem manuum mearum respexit Deus, & arguit te heri. Respondit ei Laban, Filiæ meæ & filij, & greges tui, & omnia quæ cernis, mea sunt:
*Sed. 7. *quid possum facere filijs & nepotibus meis? Veni ergo, & ineamus fœdus: vt sit in testimonium inter me & te. Tulit itaq; Iacob lapidem, & erexit illum in titulum. Dixitq; fratribus suis, Afferte lapides. Qui congregantes fecerunt tumulum, comederuntq; super eum. Quem vocauit Laban Tumulum-testis: & Iacob, Aceruum-testimonij, vterque iuxta pro-
G prietatem linguæ suæ. Dixitque Laban, Tumulus iste erit testis inter me & te hodie, & idcirco appellatum est nomen eius Galaad,
*Et adiecit Laban. id est Tumulus-testis, *Intueatur & iudicet Dominus inter nos quando recesserimus à nobis, si afflixeris filias meas, & si introduxeris alias vxores super eas: nullus sermonis nostri testis est absque Deo, qui præsens respicit. Dixitq; rursus ad Iacob, En tumulus hic, & lapis quem erexi inter me & te, testis erit: tumulus, inquam, iste & lapis sint in testimonium, si aut ego transiero illum pergens ad te: aut tu præterieris, malum mihi cogitãs. Deus Abraham & Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui Isaac: immolatisq; victimis in Monte, vocauit fratres suos vt ederent panem. Qui cũ comedissent manserunt ibi. Laban verò de nocte consurgens, osculatus est filios & filias suas, & benedixit illis: reuersusq; est in locum suum.

S. Iacob visis angelis, nuntios & munera ad fratrem suum Esau territus mittit, interea cum angelo luctans, & benedictionem ac nominis mutationem tacto femoris neruo accepit.

CAP. XXXII.

A IAcob "autem' abijt in itinere quod cœperat: fueruntque ei obuiã angeli Dei. Quos
"quoque. 7. cum vidisset, ait, Castra Dei sunt hæc. & appellauit nomen loci illius Mahanáim, id est Castra. Misit autem & nuntios ante se ad Esau fratrem suum in Terram-Seir, in regionem-Edom: præcepitque eis, dicens, Sic loquimini Domino meo Esau, Hæc dicit frater tuus Iacob, Apud Laban peregrinatus sum, & fui vsque in præsentem diem. Habeo boues et asinos & oues, & seruos & ancillas: mittoque nunc legationem ad Dominum meum, vt inueniam gratiam in conspectu tuo. Reuersiq; B sunt nuntij ad Iacob, dicentes, Venimus ad Esau fratrem tuum, & ecce properat in occursum tuum cum quadringentis viris. Timuit Iacob valde: & perterritus diuisit populũ qui secum erat, greges quoque & oues & boues et camelos in duas turmas, dicens, Si venerit Esau ad vnam turmam, & percusserit eam, alia turma quæ reliqua est, saluabitur. Dixitque Iacob, Deus patris mei Abraham, & Deus patris mei Isaac: Domine qui dixisti mihi, Re- C uertere in terram tuam, & in locum natiuitatis tuæ, & benefaciam tibi: minor sum cunctis miserationibus tuis, & veritate tua quam expleuisti seruo tuo. In baculo meo transiui Iordanem istum: & nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Esau, quia valde eum timeo: ne fortè veniens percutiat matrem cũ filijs. Tu locutus es quòd bene faceres mihi, & dilatares semen meum sicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non potest. Cumque dormisset ibi nocte il D la, separauit de his quæ habebat, munera Esau fratri suo, capras ducẽtas, hircos viginti, oues ducẽtas, & arietes viginti, camelos fœtas cum pullis suis triginta, vaccas quadraginta, & tauros viginti, asinas viginti, & pullos earum decem. Et misit per manus seruorum suorũ singulos seorsum greges, dixitque pueris suis, Antecedite me, & sit spatium inter gregẽ & gregem. Et præcepit priori, dicens, Si obuium ha E bueris fratrem meum Esau, & interrogauerit te, Cuius es? aut, Quo vadis? aut, Cuius sunt ista quæ sequeris? respõdebis, Serui tui Iacob, munera misit domino suo Esau: ipse quoque post nos venit. Similiter dedit mãdata secundo & tertio, & cunctis qui sequebantur greges, dicens, Iisdem verbis loquimini ad Esau cum inueneritis eum. & addetis, Ipse quoque seruus tuus Iacob iter nostrum insequitur, dixit enim, Placabo illũ muneribus quæ præcedunt, & postea videbo illum, forsitan propitiabitur mihi. Præcesserunt itaque munera ante eum, ipse verò mansit nocte illa in castris. Cumque "mature' surrexisset, tulit duas vxo- F "mane. 8.
res suas & totidem famulas cum vndecim filijs, & transiuit Vadum-iaboc, Traductisque omnibus quæ ad se pertinebant, mansit solus: & ecce vir luctabatur cum eo vsq; manè. Qui cum videret quòd eum superare non posset, tetigit neruum femoris eius, & statim emar-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuit. Dixitque ad eum, Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit, Non dimittam te nisi benedixeris mihi. Ait ergo, Quod nomen est tibi? Respõdit, Iacob. At ille, Nequaquam, inquit, Iacob appellabitur nomen tuum, sed Israel: quoniam si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prævalebis? G Interrogauit eum Iacob, Dic mihi, quo appellaris nomine? Respondit, Cur quæris nomen meum*? Et benedixit ei in eodem loco. Vocauitque Iacob nomen loci illius Phanûel, dicens, Vidi Dominum facie ad faciem, & salua facta est anima mea.

*quod est mirabile.

Ortusque est ei statim sol postquam transgressus est Phanûel: ipse verò claudicabat pede. Quam ob causam non comedunt neruum filij Israel, qui emarcuit in femore Iacob vsque in præsentem diem: eo quòd tetigerit neruum femoris eius, & obstupuerit.

S. Iacob ab Esau occurrente benignè excipitur, ægréque adigit vt munera accipiat, domúmque reuertatur: & sic Iacob in Salem profectus agri partem emit, fixísque tabernaculis altare erexit.

CAP. XXXIII.

A ELeuans autem Iacob oculos suos, vidit venientem Esau, & cum eo quadringentos viros: diuisitq; filios Liæ et Rachel, ambarumq; famularum: & posuit vtrãque ancillam & liberos earum in principio: Liam verò, & filios eius in secundo loco: Rachel autẽ, & Ioseph nouissimos. Et ipse progrediens adorauit pronus in terram septies, donec appropinquaret frater eius. Currens itaque Esau obuiam fratri suo, amplexatus est eum: stringensque collum eius, & osculans fleuit. Leuatisque oculis vidit mulieres & paruulos earum, & ait. Quid sibi volunt isti? et si B ad te pertinent? Respondit, paruuli sunt quos donauit mihi Deus seruo tuo. Et appropinquantes ancillæ & filij earum, incuruati sunt. Accessit quoque Lia cum pueris suis: & cum similiter adorassent, extremi Ioseph & Rachel adorauerunt. Dixitque Esau, Quæ nam sunt istæ turmæ quas obuiam habui? Respondit, Vt inuenirem gratiam corã domino meo. Alt ille ait, Habeo plurima frater mi, sint tua tibi. Dixitq; Iacob, Noli ita obsecro: sed si inueni gratiam in oculis tuis, accipe munuscũlũ de manibus meis. sic enim vidi faciẽ tuam, C quasi viderim vultũ Dei: esto mihi propitius, & suscipe benedictionem quam attuli tibi, & quã donauit mihi Deus tribuens omnia. Vix fratre compellente susciens ait, Gradiamur simul, eroque socius itineris tui. Dixitq; Iacob, Nosti domine mi quòd paruulos habeam teneros, & oues & boues fœtas mecum: quas si plus in ambulãdo fecero laborare, morientur vna die cuncti greges. Præcedat dominus meus ante seruum suum: & ego sequar paulatim vestigia eius, sicut videro paruulos meos posse, donec veniam ad dominum meum in Seir. Respondit Esau, Oro te, vt de populo qui mecum est, saltem socij remaneant viæ tuæ. Non est, inquit, necesse: hoc vno tantum indigeo, vt inueniam gratiã in conspectu tuo domine mi. Reuersus est itaque illo die Esau D itinere quo venerat in Seir. Et Iacob venit in Socoth: vbi ædificata domo & fixis tentorijs appellauit nomen loci illius Socoth, id est tabernacula. Transiuitque in Salem vrbem Sichimorum, quæ est in Terra-Chanáan, postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ: & habitauit iuxta oppidum. Emitque patrem agri in qua fixerat tabernacula, à filijs Hemor patris Sichem centum agnis. Et erecto ibi altari, inuocauit super illud fortissimũ Deum Israel.

S. Ob Dinæ raptum ac stuprũ, Sichimitæ prius circuncisi, à Simeone & Leui Dinæ fratribus perimuntur, atque à reliquis Iacob filijs vrbs eorum vastatur: quapropter Simeon & Leui à patre arguuntur. CAP. XXXIIII.

A EGressa est autem Dina filia Liæ vt videret mulieres regionis illius. Quã cum vidisset Sichem filius Hemor Heuæi, princeps terræ illius, adamauit ▷eã?: & rapuit, ▷.8. et dormiuit cum illa, vi opprimens virginem. Et conglutinata est anima eius cũ ea, tristemque deliniuit blanditijs. Et pergẽs ad Hemor patrem suum, Accipe, inquit, mihi puellam hanc cõiugem. Quod cum audisset Iacob absentibus filijs, et in pastu pecorum occupatis, siluit donec redirent. Egresso autem Hemor patre Sichem vt loqueretnr ad Iacob, ecce filij eius veniebant de agro: auditoq; quod acciderat, irati sunt valde, eo quòd fœdam rem operatus esset in Israel, & violata filia Iacob rem illicitam perpetrasset. Locutus est itaque Hemor ad eos, Sichem filij mei adhæsit anima filiæ vestræ: date eam illi vxorem. Et iungamus vicissim connubia, filias vestras tradite nobis, et filias nostras accipite. Et habitate no B biscum: terra in potestate vestra est, exercete, negotiamini, & possidete eam, Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait, Inueniam gratiam coram vobis: & quæcunque statueritis dabo. augete dotem, & munera postulate, & libenter tribuam quod petieritis: tantum date mihi puellam hanc vxorem. Responderunt filij Iacob Sichẽ & patri eius in dolo, sæuientes ob stuprum sororis, Non possumus facere quod petitis, nec dare sororem nostram homini incircunciso: quod illicitum & nephas est apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari, si volueritis esse similes nostri, & circuncidatur in vobis omnis masculini sexus. Tũc dabimus & accipiemus mutuo filias vestras ac nostras: & habitabimus vobiscum, eri C musq; vnus populus. Si autem circuncidi noluerit is, tollemus filiam nostrã, & recedemus. Placuit oblatio eorũ Hemor, & Sichem filio eius. Nec distulit adolescẽs quin statim quod petebatur expleret: amabat enim puellam valde, & ipse erat inclytus in omni domo patris sui. Ingressique portam vrbis, locuti sunt ad populum, Viri isti pacifici sunt, & volunt habitare nobiscum: negotientur in terra, & exerceant eam, quæ spatiosa & lata cultoribus indiget: filias eorum accipiemus vxores, & nostras illis dabimus. Vnũ est quo differtur tantum bonum, Si circuncidamus masculos nostros, ritum gentis imitantes. Et substantia eorum, & pecora, & cũcta quæ possident, nostra erunt: tantum in hoc acquiescamus, & habitantes simul, vnum efficiamus populum. Assensiq; sunt omnes, circuncisis cunctis maribus. Et ecce, die tertio quando grauissimus vulnerem dolor est, arreptis, duo filij Iacob, D Simeon & Leui fratres Dinæ, gladijs, ingressi sunt vrbem confidenter: interfectisque omnibus masculis, Hemor & Sichem pariter necauerunt, tollentes Dinam de domo Sichem sororem suam. Quibus egressis irruerunt super occisos cæteri filij Iacob: & depopulati sunt vrbem in vltionem stupri. Oues eorum, & armenta, & asinos, cunctaq; vastantes quæ in domibus & in agris erant, paruulos quoq; eorum & vxores duxerunt captiuas. Quibus perpetratis audacter, Iacob dixit ad Simeon & Leui. Turbastis me, & odiosum fecistis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius. nos pauci sumus: illi congregati percutient me, & delebor ego & domus mea. Responderunt. Nunquid vt scorto abuti debuêre sorore nostra?

S. Vbi Iacob idôla suorum iuxta Sichem defodisset, iubente Domino ascendit in Beth-el, vbi Debora moritur: nascitur Ben-iamin cum morte matris Rachel: Ruben cum Bala dormit: numerantur filij Iacob, cuius pater Isaac moritur. CAP. XXXV.

A INterea locutus est Deus ad Iacob, Surge, & ascende Beth-el, & habita ibi, facq; altare Deo qui ‖apparuit tibi quando fugiebas Esau fratrem tuum. Iacob verò conuocata omni domo sua, ait, Abijcite deos alienos qui in medio vestri sunt, & mũdamini, ac mutate vestimenta vestra, Surgite, et ascendamus in Beth-el, vt faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ, & socius fuit itineris mei. Dederunt ergo ei omnes deos alienos quos habebant, & inaures quæ erãt in auribus ‖eorum?: at ille infodit eas sub- ‖earum.5. ter terebinthum, quæ est post vrbem Sichem. Cumque profecti essent, terror Dei inuasit omnes per circuitum ciuitatis, & nõ sunt ausi persequi recedentes. Venit igitur Iacob Luzam, quæ est in Terra-Chanáan, cognomento Beth-el: ipse & omnis populus cum eo. Aedificauitq; ibi altare, & appellauit nomen loci illius Domus-Dei: ibi enim ‖apparuit ei Sup. 28.6. Deus cum fugeret fratrem suum. Eodem tempore mortua est Debora nutrix Rebeccæ, & sepulta est ad radices Beth-el subter quercũ: vocatumq; est nomen loci illius Quercus-fletus. Apparuit autem iterum Deus Iacob postquam reuersus est de Mesopotamia Syriæ, benedixitq; ei dicens, ‖Non vocaberis vltrà Ia- Sup. 32.f. cob, sed Israel erit nomẽ tuum. Et appellauit eum Israel, dixitq; ei, Ego Deus omnipotens, cresce & multiplicare: gentes et populi nationũ ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur. Terramq; quam dedi Abraham & Isaac, dabo tibi & semini tuo post te. Et recessit ab C eo: ille verò erexit titulum lapideum in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans super eum libamina, & effundens oleum: vocansque nomen loci illius Beth-el. Egressus▷autem'inde ▷.6. venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephrátham: in qua cum parturiret Rachel, ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitque ei obstetrix, Noli timere, quia & hunc habebis filium. Egrediente autem anima præ dolare, & imminẽte iam morte, vocauit nomen filij sui Ben-oni, id est filius doloris mei: pater verò appellauit eum Ben-iamin, id est filius dextræ. Mortua est ergo Rachel, & sepulta est in via quæ ducit Ephrátã, hæc est Bethléhem. Erexitque Iacob titulum super sepulchrum eius: hic est titulus monumenti Rachel, vsque in præsentem diem. Egressus inde fixit tabernaculum trans Turrem-gregis. Cumque habitaret in illa regione, abijt Ru- D ben, & dormiuit cum Bala concubina patris sui: quod illum minime latuit. Erant autem filij Iacob duodecim. Filij Liæ: primogenitus Ruben, & Simeõ & Leui & Iudas & Issachar & Zabulõ. Filij Rachel: Ioseph & Beniamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis: Dan & Nephthali. Filij Zelphæ ancillæ Liæ: Gad & Aser. hi sunt filij Iacob qui nati sunt ei in Mesopotamia Syriæ.

Venit etiam ad Isaac patrẽ suum in Mambre, Ciuitatem-Arbee, hæc est Hebron: in qua peregrinatus est Abrahã & Isaac. Et completi sunt dies Isaac centum octoginta annorum. Consumptusque ætate mortuus est: & appositus est populo suo senex & plenus dierum: & sepelierunt eum Esau & Iacob filij sui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Esau cum vxoribus & filijs à fratre Iacob ob nimiam vtriusque opulentiam separatur: filiorum Esau genealogia cum habitatione describitur. CAP. XXXVI.

A HAe sunt autem generationes Esau, ipse est Edō. Esau accepit vxores de filiabus Chanáan: Ada filiam Elon Hethæi, & Oolibama filiam Anæ filiæ Sebeon Heuæi: Báſemath quoque filiam Iſmahel sororem Nabaioth. ‖Peperit autem Ada, Eliphaz: Báſemath genuit Rahuel: Oolibama genuit Iehus & Ihelom & Core. hi filij Esau qui nati sunt ei in Terra-Chanáan.

Tulit autē Esau vxores suas & filios & filias, & omnem animam domus suæ, & substātiam, & pecora, & cuncta quæ habere poterat in Terra-Chanáan: & abijt in alteram regionem, recesſitque à fratre suo Iacob. ‖Diuites enim erant valde, & simul habitare non poterant: nec sustinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum. Habitauitq; B Esau in Monte Seir, ipse est Edom. Hæ autem sunt generationes Esau patris Edom in Monte-Seir, & hæc nomina filiorum eius: Eliphaz filius Ada vxoris Esau: Rahuel quoque filius Báſemath vxoris eius. Fueruntque Eliphaz filij: Theman, Omar, Sepho, & Gathā, & Cenez. *Erat autem Thamna, concubina Eliphaz filij Esau: quæ peperit ei Amalec. hi sunt filij Ada vxoris Esau. Filij autem Rahuel: Nahath & Zara, Sāma & Meza. hi filij Báſemath vxoris Esau. Isti quoq; erant filij Oolibama filiæ Anæ filiæ Sebeon, vxoris Esau, quos genuit ei, Iehus & Ihelom & Core. Hi duces filiorū Esau. Filij Eliphaz primogeniti Esau: dux Theman, dux Omar, dux Sepho, dux Cenez, dux Core, dux Gathā, dux Amalec. hi filij Eliphaz in Terra-Edom, & hi filij Ada. Hi quoq; filij Rahuel filij Esau: dux Nahath, dux Zara, dux Samma: dux Meza. hi autem duces ▷.3. Rahuel in Terra-Edom: ▷isti filij Báſemath C vxoris Esau'. Hi autem filij Oolibama vxoris Esau: dux Iehus, dux Ihelom, dux Core. hi duces Oolibama filiæ Anæ vxoris Esau. Isti sunt filij Esau, & hi duces eorum: ipse est Edom. Isti sunt filij Seir Horræi: habitatores Terræ: Lotan & Sobal & Sebeon & Ana & Diſon & Aſer & Diſan. hi duces horræi, filij Seir in Terra-Edom, Facti sunt autem filij Lotan: Hori & Hemam. erat autem soror Lotan Thamna. Et isti filij Sobal: Aluan & Manáhath & Ebal, & Sepho & Onam. Et hi filij Sebeō: Aia & Ana. Iste est Ana qui inuenit aquas calidas in solitudine, cū pascēret asinas Sebeō patris sui. Habuitq; filiū Diſon, & filiā Oolibama. Et isti filij Diſon: Hamdā & Esebam & Iethran & Charā. Hi quoq; filij Eſer: Balaan & Zauan & Acan. Habuit autē filios Diſan: Hus, & Aran. Hi duces Horræorum: dux Lotan, dux Sobal, dux Sebeon, dux Ana, dux Diſon, dux Eſer, dux Diſan: Isti duces Horræorum qui imperauerūt in Terra-Seir. Reges autem qui regnauerūt in Terra-Edom D antequam haberent regem filij Iſrael, fuerunt hi: Bela filius Beor, nomenq́ue vrbis eius Denāba. Mortuus est autē Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Boſra. Cumq́ue mortuus esſet Iobab, regnauit pro eo Huſam de terra Themanorum. Hoc quoq; mortuo regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percusſit Madian in Regione-Moab: & nomen vrbis eius Auith. Cumq́ue mortuus esſet Adad, regnauit pro eo Semla de Maſreca. Hoc quoq; mortuo regnauit pro eo Saul de fluuio Roho both. Cumq́ue & hic obijsſet, succesſit in regnum Balanan filius Achobor. Isto quoque mortuo regnauit pro eo Adar, nomenq́; vrbis eius Phau: & appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab. Hæc ergo nomina ducū Esau in cognationibus, & locis, & vocabulis suis: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinō, dux Cenez, dux Theman, dux Mapſar, dux Magdiel, dux Hiram: hi duces Edom habitantes in terra imperij sui ipse est Esau pater Idumæorum.



S. Ioseph fratres apud patrem accusans, visaque somnia narrans, fratrum odium in se concitat: quare primum volentes illum occidere, consilio Iudæ vendunt Iſmahelitis inscio Ruben: à patre autem lugetur, & in Ægypto Phutiphari venditur. CAP. XXXVII.

HAbitauit autem Iacob in Terra-Cha- A náan, in qua pater suus peregrinatus est. Et hæ sunt generationes eius: Ioseph cum sedecim esſet annorū, pascebat gregem cū fratribus suis ad huc puer: & erat cum filijs Balæ, & Zelphæ vxorum patris sui: accusauitque fratres suos apud patrē crimine pessimo. Israhel autem diligebat Ioseph super omnes filios, eo quod in senectute genuisſet eum: fecitque ei tunicā polymitam: Videntes autem

autem fratres eius quod à patre plus cunctis filijs amaretur, oderant eum, nec poterant ei quicquam pacificè loqui. Accidit quoque vt visum somniū referret fratribus suis, quæ cau B sa maioris odij seminarium fuit. Dixitque ad eos, Audite somnium meum quod vidi. Putabam nos ligare manipulos in agro: & quasi consurgere manipulū meum, & stare vestrosque manipulos circunstantes adorare manipulum meū. Responderunt fratres eius, Nunquid rex noster eris, aut subijciemur ditioni tuæ? Hæc ergo causa somniorum atque sermonum, inuidiæ & odij fomitem ministrauit. Aliud quoque vidit somnium, quod narrans fratribus, ait, Vidi per somnium quasi solem, C & lunā, & stellas vndecim adorare me. Quod cum patri suo, & fratribus retulisſet, increpauit eum pater suus, et dixit, Quid sibi vult hoc somniū quod vidisti? num ego & mater tua, & fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui: pater verò rem tacitus considerabat. Cumq́ue fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Iſrael, Fratres tui pascunt oues in Sichimis: veni, mittam te ad eos. Quo respondente, Præsto sum: ait ei, Vade, & vide si cuncta prospera sint erga fratres tuos, D & pecora: & renuntia mihi quid agatur. Missus de Valle-Hebron, vēnit in Sichem: inuenitque eum vir errantem in agro, & interrogauit quid quæreret. At ille respondit, Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges. Dixitque ei vir, Recesſerunt de loco isto: audiui autem eos dicentes, Eamus in Dothain. Perrexit itaque Ioseph post fratres suos, & inuenit eos in Dothain. Qui cum vidisſent eum procul, antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuò loquebantur, Ecce somniator venit, venite occidamus eum, & mittamus in cisternam veterem: dicemusq́ue, Fera pessima deuorauit eum. & tunc E apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat, Non ᵃinterficiamus tis' animam eius, nec ᵇeffundatis' sanguinem: sed proijcite eum in cisternam ᶜhanc', quæ est in solitudine, manusq́ue vestras seruate innoxias. hoc autem dicebat, volens eripere eū de manibus eorum, & reddere patri suo. Confestim igitur vt peruēnit ad fratres suos, nudauerunt eum tunica talari, & polymita: miseruntq́; eum in cisternam ▷veterem, quæ non habebat aquam. Et sedentes vt comederēt panem, viderunt Iſmahelitas viatores venire de Galaad, & camelos eorum portantes aromata, & resinam, & stacten, in Ægyptum. Dixit F ergo Iudas fratribus suis, Quid nobis prodest si occiderimus fratrem nostrū, & celauerimus sanguinem ipsius? Melius est vt venundetur Iſmahelitis, & manus nostræ non polluantur: frater enim, & caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius. ‖Et prætereuntibus ‖'Madianitis' negotiatoribus, extrahentes eum de cisterna, vendiderunt eum Iſmahelitis ‖'viginti' argenteis: qui duxerunt eum in Ægyptum, Reuersusq́; Ruben ad cisternam, non inuenit puerum: & scisis vestibus pergens ad fratres suos, ait, Puer non compāret, & ego quò ibo? Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguinem hœdi quem occiderant, tinxerunt: mittentes qui ferrent ad patrem, & G dicerēt, Hanc inuenimus: vide vtrum tunica filij tui sit, an non. Quam cum agnouisſet pater, ait, Tunica filij mei est, fera pessima comēdit eum, bestia deuorauit Ioseph. Scissisq́ue vestibus, indutus est cilicio, lugens filiū suum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius vt lenirent dolorem patris, noluit consolationem accipere: sed ait, Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseuerante in fletu, Madianitæ vendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari eunucho Pharaonis magistro militum.

Sapi.10.c. Psa.104.b

ᵃinterficiamus. ᵇeffundamus. ᶜveterem. ▷.8. ‖'triginta'.

S. Iudas ex vxore Chananæa tribus filijs susceptis, primum & deinde secundum Thamar copulauit, quibus mortuis, eam inscius pro scorto cognouit, quo concubitu Phares & Zaram genuit. CAP. XXXVIII.

EOdem tēpore descendens Iudas à fratri- A bus suis, diuertit ad virum Odollamiten, nomine Hiram. ‖Viditq́; ibi filiam 2.Para.2.a hominis Chananæi, vocabulo Sua: & accepta vxore, ingressus est ad eam. Quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomen eius Her. Rursumq́; concepto fœtu, natum filium vocauit Onan. Tertium quoque peperit: quem appellauit Sela. quo nato, párere vltrà cessauit. Dedit autem Iudas vxorem primogenito B suo Her, nomine Thamar. ‖Fuit quoque Her Num.26.a primogenitus Iudæ, nequam in cōspectu Domini: & ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onan filium suum, Ingredere ad vxorem fratris tui, & sociare illi, vt suscites semen fratri tuo. Ille sciens non nasci sibi filios, introiens ad vxorem fratris sui, semen fundebat in terram: ne liberi, fratris nomine nascerentur. Et idcirco percusſit eum Dominus, eo quòd rem detestabilem faceret. Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui suæ, Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus: timebat enim nē & ipse moreretur, sicut fratres eius. Quæ abijt, & habitauit in domo pa- C tris sui. Euolutis autem multis diebus mortua est 'Sua' vxor Iudæ: qui post luctum consola- 'filia Sua.4. tione susceptā, ascēdebat ad tonsores ouiū suarum, ipse & Hiras opilio gregis Odollamites, in Tham-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in Thamnas. Nuntiatũque est Thamar quòd
socer illius ascenderet in Thamnas ad tundẽ-
das oues. Quæ depositis viduitatis vestibus,
assumpsit theristrũ: & mutato habitu sedit in
biuio itineris, quod ducit Thamnã: eo quòd
creuisset Sela, & nõ eum accepisset maritum.
D Quam cum vidisset Iudas, suspicatus est esse
meretricem: operueret enim vultum suum, ne
agnosceretur. Ingredienstque ad eam, ait, Di-
mitte me vt coeam tecũ: nesciebat enim quòd
nurus sua esset. Qua respondente, Quid da-
bis mihi, vt fruaris concubitu meo? dixit, Mit
tam tibi hœdum de gregibus. Rursumque illa
dicente, Patiar quod vis, si dederis mihi arrha-
bônem, donec mittas quòd polliceris. Ait Iu-
das, Quid tibi vis pro arrhabône dari? Respõ-
dit, Annulum tuum, & armillam, & baculum
quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum
mulier concepit. & surgens abijt: depositoq;
habitu quem sumpserat, induta est viduitatis
E vestibus. Misit autem Iudas hœdum per pa-
storem suum Odolamiten, vt reciperet pig-
nus quod dederat mulieri: qui cum non inue
nisset eam, interrogauit homines loci illius,
Vbi est mulier quæ sedebat in biuio? Respon-
dentibus cunctis, Non fuit in loco isto me-
retrix: reuersus est ad Iudam, & dixit ei, Non
inueni eam: sed & homines loci illius dixe-
runt mihi nunquam sedisse ibi scortum. Ait
F Iudas, Habeat sibi, certe mẽdacij arguere nos
non potest: ego misi hœdum quem promise-
ram, & tu nõ inuenisti eam. Ecce autem post
tres menses nuntiauerunt Iudæ, dicentes, For
nicata est Thamar nurus tua, & videtur vte-
rus illius intumescere. Dixitque Iudas, Pro-
ducite eam vt comburatur. Quæ cum duce-
retur ad pœnam, misit ad socerum suum, di-
cens, De viro cuius hæc sunt, concepi: cogno-
sce cuius sit annulus, & armilla, & baculus.
Qui agnitis muneribus ait, Iustior me est:
G quia non tradidi eam Sela filio meo. Attamen
Matth.1.a. vltrà non cognouit eã. ‖Instante autem par-
tu, apparuerunt gemini in vtero: atque in ip-
sa effusione infantiũ vnus protulit manum,
in qua obstetrix ligauit coccinum, dicens, I-
ste egredietur prior. Illo verò retrahente ma-
num egressus est alter: dixitque mulier, Qua-
re diuisa est propter te maceria? & ob hanc
1.Para.2.a. causam vocauit nomen eius Phares. Postea
egressus est frater eius, in cuius manu erat
coccinum: quem appellauit Zara.

S. Quum prosperè ageret Ioseph apud herum Phutipharem, cõtemnens heram sæpius de concubitu interpellantem, accusatur apud dominum, & in carcerem conijcitur, vbi custodis gratiam nactus, omnium vinctorum curam habet. CAP. XXXIX.

IGitur Ioseph ductus est in Aegyptum, e- A
mitque eum Phutiphar eunuchus Pha-
raonis, princeps exercitus sui, vir Aegy-
ptius de manu Ismahelitarum, à quibus per-
ductus erat. Fuitq; Dominus cum eo, & erat
vir in cunctis prospere agens: habitauitque in
domo domini sui, qui optimè nouerat Domi
num esse cũ eo, & omnia quæ "gereret ab eo' "gereretur ab eo.5.
dirigi in manu illius. Inuenitque Ioseph gra-
tiam coram domino suo, & ministrabat ei: à
quo præpositus omnibus gubernabat credi-
tam sibi domũ, & vniuersa quæ ei tradita fue-
rant: benedixitq; Dominus domui Aegyptij B
propter Ioseph, & multiplicauit tã in ædibus
quàm in agris cunctam eius substantiam. nec
quicquam aliud nouerat, nisi panẽ quo vesce-
batur. Erat autem Ioseph pulchra facie, & de-
cõrus aspectu. Post multos itaque dies iniecit
domina sua oculos suos in Ioseph, & ait, Dor
mi mecum. Qui nequaquam acquiescens ope
ri nephario, dixit ad eam, Ecce dominus meus
omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in
domo sua: nec quicquam est quod non in
mea sit potestate, vel non tradiderit mihi, præ
ter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo pos- "Deum.5.
sum hoc malum facere, & peccare in "Domi-
nũ meum'? Huiuscemodi verbis per singulos
dies* & mulier molesta erat adolescenti, & il- *loquebatur.4.
le recusabat stuprum. Accidit autem qua- C
dam die vt intraret Ioseph domum, & operis
quippiam absque arbitris faceret: & illa, ap-
prehensa lacinia vestimenti eius, diceret, Dor
mi mecum. Qui relicto in manu eius pallio,
fugit, & egressus est foras. Cumque vidisset
mulier vestem in manibus suis: & se esse con
temptã, vocauit▷ad se' homines domus suæ, ▷.9.
& ait ad eos, En introduxit virum Hebræũ, vt
illuderet nobis: ingressus est ad me, vt coiret
mecum: cumque ego succlamassem, & audis-
set vocem meam, reliquit pallium quod tene-
bam, & fugit foras. In argumentum ergo fi-
dei retentum pallium ostendit marito reuer-
tenti domum, & ait, Ingressus est ad me ser- D
uus Hebræus quem adduxisti, vt illuderet mi-
hi: cumq; audisset me clamare, reliquit palliũ
quod tenebam, & fugit foras. His auditis do-
minus, & nimium credulus verbis coniugis,
iratus est valde, ‖tradiditque Ioseph in carce- Psa.104.b
rem, vbi vincti regis custodiebantur, & erat
ibi clausus. Fuit autem Dominus cum Ioseph,
& misertus est illius: & dedit ei gratiam in
conspectu principis carceris. Qui tradidit in
manu illius vniuersos vinctos qui in custodia
tenebantur: & quicquid fiebat, sub ipso erat.
Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis: Do-
minus enim erat cum illo, & omnia opera ẽ-
ius dirigebat.

S. Eunuchorum Pharaonis in carcere Ioseph somnia

*somnia interpretatus, alterum officio restituen-
dum, alterum suspendio finiendum prædixit:
quæ omnia in Pharaonis natalitio euenerunt.*

CAP. XL.

A His itaque gestis accidit vt peccarent
duo eunuchi, pincerna regis Aegypti,
& pistor, domino suo, Iratusque cõtra
eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter
pistoribus) misit eos in carcerem principis
militum, in quo erat vinctus & Ioseph. At
custos carceris tradidit eos Ioseph, qui & mi-
nistrabat eis: aliquãtulum temporis fluxerat,
& illi in custodia tenebantur. Videruntque
ambo somnium nocte vna, iuxta interpreta-
tionem congruam sibi. ad quos cum introis-
set Ioseph mane, & vidisset eos tristes, sciscita-
tus est eos, dicens. Cur tristior est hodie so
B lito facies vestra? Qui responderunt, Somniũ
vidimus, & non est qui interpretetur nobis.
Dixitque ad eos Ioseph. Nunquid non Dei
est interpretatio? referte mihi quid videri-
tis, Narrauit prior: præpositus pincernarum
somnium suum, Videbam coram me vitem,
in qua erant tres propagines, crescere paula-
▷.9. tim▷in'gemmas, & post flores vuas matures-
cere: calicemque Pharaonis in manu mea. tu-
li ergo vuas: & expressi in calicem quem tene-
bam, & tradidi poculum Pharaoni. Respondit
Ioseph, Hæc est interpretio somnij, Tres pro-
pagines, tres adhuc dies sunt, post quos recor-
dabitur Pharao ministerij tui, & restituet te
in gradum pristinum: dabisq; ei calicem iuxta
officium tuum, sicut antè facere consueueras.
C Tantũ memento mei, cum tibi bene fuerit, &
facies mecũ misericordiam: vt suggeras Pha-
raoni vt educat me de isto carcere: quia furtim
sublatus sum de terra Hebræorum, & hic inno
cens in lacum missus sum.

Videns pistorum magister quod prudemter
somnium dissoluisset, ait, Et ego vidi somni-
um, Quòd tria canistra farinæ haberem super
caput meum: & in vno canistro quod erat ex-
celsius portare me omnes cibos qui fiunt arte
pistoria, auesque comedere ex eo, Respondit
D Ioseph, Hæc est interpretatio somnij, Tria ca
nistra, tres adhuc dies sunt: post quos auferet
Pharao caput tuum, ac suspendet te in cruce,
et lacerabũt volucres carnes tuas. Exinde dies
tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens
grande conuiuium pueris suis: recordatus est
inter epulas magistri pincernarum, & pisto-
rum principis. Restituitque alterum in lo-
"regi.9. cum suum, vt porrigeret "ei' poculum: alterum
suspendit in patibulo, vt coniectoris veritas
probaretur. Et tamẽ succedentibus prosperis
præpositus pincernarum oblitus est interpre-
tis sui.

S. Somnia Pharaonis de bobus & spicis vnicus

*Ioseph interpretatus, toti Ægypto præficitur,
& ex Asseneth data sibi à Pharaone vxore
duos sustulit filos ante septem famis annos.*

CAP. XLI.

POst duos annos vidit Pharao somniũ. A
Putabat se stare super fluuium, de quo
ascendebant septem boues, pulchræ &
crassæ nimis: & pascebantur in locis palustri-
bus. Aliæ quoque septem emergebant de flu-
mine, fœde, confectæque macie: & pascebã-
tur in ipsa amnis ripa in locis virentibus de-
uoraueruntque eas quarum mira species & ha
bitudo corporum erat.

Expergefactus Pharao, rursum dormiuit, &
vidit alterum somnium. Septem spicæ pullu-
labant in culmo vno plenæ atq; formosæ: aliæ
quoque totidem spicæ tenues, & percussæ vre
dine oriebantur, deuorantes omnem priorum
pulchritudinem. Euigilans Pharao post quie
tẽ, & facto mane, pauore perterritus, misit ad
▷omnes' coniectores Aegypti, cunctosque sa- ▷.10.
pientes: & accersitis narrauit somnium, nec e-
rat qui interpretaretur. Tunc demũ remini- B
scens pincernarum magister, ait, Confiteror
peccatum meũ, Iratus rex seruis suis, me et ma
gistrum pistorum retrudi iussit in carcerem
principis militum: vbi vna nocte vterque vi-
dimus somnium, præsagium futurorũ. Erat i-
bi puer Hebræus, eiusdem ducis militũ famu-
lus: cui narrãtes somnia, audiuimus quicquid
postea rei probauit euentus. ego enim redditus
sum officio meo: & ille suspensus est in
cruce. Protinus ad regis imperium eductũ de
carcere Ioseph totonderunt: ac veste mutata
obtulerũt ei. Cui ille ait, Vidi somnia, nec est
qui edisserat: quæ audiui te sapientissime cõ-
ijcere. Respondit Ioseph, Absq; me Deus res-
pondebit prospera Pharaoni. Narrauit ergo C
Pharao quod viderat: Putabã me stare super
ripam fluminis, & septem boues de amne cõ-
scendere, pulchras nimis, & obesis carnibus,
quæ in pastu paludis virecta carpebant. & ec-
ce, has sequebantur aliæ septẽ boues, in tantũ
deformes & macilente, vt nunquam tales in
Terra-Aegypti viderim. quæ deuoratis & cõ-
sumptis prioribus, nullum saturitatis dedêre
vestigiũ: sed simili macie & squalore torpe-
bant. Euigilans, rursus sopore depressus, vidi
somniũ, Septem spicæ pullulabant in culmo
vno plenæ atq; pulcherrimæ. aliæ quoque se-
ptem tenues & percussæ vredine, oriebantur
è stipula: quæ priorum pulchritudinem deuo
rauerunt. Narraui coniectoribus "somnium', "somnio-
& nemo est qui edisserat. Respondit Io- rum.4.
seph, Somnium regis vnum est: quæ facturus
est Deus, ostendit Pharaoni. Septem boues
pulchræ, & septẽ spicæ plenæ: septem huber-
tatis anni sunt, eandemque vim somni com-
prehen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Deprehendunt. Septem quoq; boues tenues atque macilentæ, quæ ascenderunt post eas, & septem spicæ tenues, & vento vrētē percussæ: septem anni venturæ sunt famis. Qui hoc ordine complebuntur. Ecce, septem anni veniēt fertilitatis magnæ in vniuersa Terra-Aegypti: quos sequentur septē anni alij tantæ sterilitatis, vt obliuioni tradatur cūcta retrò abūdantia: consumptura est enim fames omnē terram & hubertatis magnitudinē perditura est inopiæ magnitudo. Quòd autē vidisti secundo ad eandem rem pertinens somnium: firmitatis indicium est, eo quòd fiat sermo Dei, et velocius impleatur. Nunc ergo prouideat rex virum sapientem & industrium, & præficiat eum Terræ-Aegypti. Qui constituat præpositos per cūctas regiones: & quintam partem fructuum per septē annos fertilitatis, qui iam nunc futuri sunt, congreget in horrea: & omne frumentum sub Pharaonis potestate condatur, seruetuŕque in vrbibus. Et præparetur futuræ septem annorum fami que oppressura
E est Aegyptū, & non cōsumetur terra inopia.

Placuit Pharaoni consilium & cunctis ministris eius: locutuśque est ad eos, Num inuenire poterimus talem virum, qui spiritu Dei plenus sit? Dixit ergo ad Ioseph, Quia ostendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid sapientiorem & consimilem tui inuenire po-
Psa.104.b tero? ‖Tu eris super domum meam, & ad tui
1.Mach.2.f oris imperium cunctus populus obediet: vno
Actu. 7.b. tantum regni solio te præcedam. Dixitq́; rursum Pharao ad Ioseph, Ecce, constitui te su-
[a]*Tulit.* 8. per vniuersam Terram-Aegypti. [a]tulitq́;'annulum de manu sua, & dedit eum in manu eius: vestiuitq́; eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit. Fecitq́; eum as-
[b]*secum.* 6. cendere super currum suum [b]secundum', clamante præcone, vt omnes coram eo genu flec-
F ctērent, & præpositum esse scirent vniuersæ
D.10. Terræ-Aegypti. Dixit quoque rex Aegypti' ad Ioseph, Ego sum Pharao: absque tuo imperio non mouebit quisquam manū aut pedem in omni Terra-Aegypti. Vertitq́ue nomen eius, & vocauit eū lingua Aegyptiaca, Saluatorem-mundi. Deditque illi vxorem Aseneth filiam Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Egressus est itaque Ioseph ad Terram-Aegypti (triginta autem annorum erat quando stetit in conspectu regis Pharaonis) & circuiuit omnes regiones Aegypti. Venitq́ue fertilitas septem annorum: & in manipulos redactæ segetes congregatæ sunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abūdantia in singulis vrbibus condita est. Tantaq́ue fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia
G mensuram excederet. Natiq́; sunt Ioseph filij
Inf. 46. c. duo antequam veniret fames: quos peperit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos. Vocauitq́; nomen primogeniti, Manasses, dicēs, Obliuisci me fecit Deus omniū laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoque secundi appellauit Ephráim, dicens, Crescere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Igitur transactis septem hubertatis annis, qui fuerant in Aegypto, cœperūt venire septem anni inopiæ: quos prædixerat Ioseph: & in vniuerso orbe fames prævaluit, in cuncta autem Terra-Aegypti [a]panis' erat. [a]*fames.* Qua esuriente clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens. Quibus ille respondit, Ite ad Ioseph: & quicquid ipse vobis dixerit, facite. Crescebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitq́; Ioseph vniuersa horrea, & vendebat Aegyptijs: nam & illos oppresserat fames. Omnesq́ue prouinciæ veniebant in Aegyptum, vt emerent escas, & malū inopiæ temperarent.

S. Fratres Ioseph in Ægyptum pro emendis frumentis à patre missi ab eo cognoscuntur, at durius tractantur, & in carcerem conijciuntur: tandem Simeone in vinculis relicto reuertuntur, pecuniam in saccis vnà cum frumento inscij referentes. CAP. XLII.

AVdiens autem Iacob quòd alimenta A
venderentur in Aegypto, dixit filijs suis, Quare negligitis? audiui quòd triticum vænundetur in Aegypto: descēdite, & emite nobis necessaria, vt possimus viuere, & non consumatur inopia. Descendentes igitur fratres Ioseph decem, vt emerent frumenta in Aegypto, Ben-iamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, Ne fortè in itinere quicquam patiatur mali: ingressi sunt Terram-Egypti cum alijs qui pergebant ad emendum. Erat autem fames in Terra-Chanáan. Et Ioseph [a]erat princeps in Terra- [a]*princeps Aegypti.*
Aegypti', atque ad eius nutum frumenta po- B
pulis vendebantur. Cumq́ue adorassent eum fratres sui, & agnouisset eos, quasi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde venistis? Qui responderunt, De Terra-Chanáan, vt emamus victui necessaria. Et tamen fratres ipse cognoscens, non est cognitus ab eis. Recordatusq́; somniorum quæ aliquādo viderat, ait ad eos, Exploratores estis: vt videatis infirmiora terræ venistis. Qui dixerunt, Non est ita domine, sed serui tui venerunt vt emerent cibos. Omnes filij vnius viri
C sumus: pacifici venimus, nec quicquā famuli
C tui machinantur mali. Quibus ille respondit, Aliter est: immunita terræ huius consyderare venistis, At illi dixerunt, Duodecim, inquiūt, serui tui fratres sumus, filij viri vnius in Terra-Chanáan: minimus cum patre nostro est, alius non est super. Hoc est, ait, quod locutus sum,

coram eo: qui benedicens illi, & interrogatus ab eo, Quot sunt dies annorum vitæ tuæ? Respondit, Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum sunt, parui & mali, & non peruenerunt vsque ad dies patrum meo-
C rum quibus peregrinati sunt. Et benedicto rege egressus est foras. Ioseph verò patri & fratribus suis dedit possessionem in Aegypto in optimo Terræ loco, Ramesses, vt præceperat Pharao. Et alebat eos, omnemq́ue domum patris sui, præbens cibaria singulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppresserat fames terram, maxime Aegypti & Chanáan. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. Cumq́ue defecisset emptoribus pretium, vēnit cuncta Aegyptus ad Ioseph, dicens, Da
[a]*panem.* 4. nobis [a]panes': quare morimur coram te, defi-
D ciente pecunia? Quibus ille respondit, Adducite pecora vestra, & dabo vobis pro eis cibos, si pretium non habetis. Quæ cū adduxissent, dedit eis alimenta pro equis, & ouibus, & bobus, & asinis: sustentauitq́; eos illo anno pro commutatione pecorum. Venerunt quoque anno secundo, & dixerūt ei, Non celamus domino nostro quòd deficiente pecunia, pecora simul defecerunt: nec clàm te est quòd absque corporibus & terra nihil habeamus. Cur ergo moriemur te vidēte? & nos, & terra nostra tui erimus: eme nos in seruitutem regiam, & præbe semina, ne pereunte cultore redigatur ter-
E ra in solitudinē. Emit igitur Ioseph omnem Terram-Aegypti, vendentibus singulis possessiones suas præ magnitudine famis. Subiecitq́; eam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouissimis terminis Aegypti vsque ad extremos fines eius: præter terram sacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & statuta ciboria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non sunt cōpulsi vendere possessiones suas. Dixit ergo Ioseph ad populos, En vt cernitis, & vos & terram vestram Pharao possidet: accipite semina, & serite agros, vt fruges habere
F possitis? Quintam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in sementem, & in cibū familijs & liberis vestris. Qui responderunt, Salus nostra in manu tua est: respiciat nos tātum dominus noster: & læti seruiemus regi. Ex eo tempore vsq; in præsentem diem in vniuersa Terra-Aegypti, regibus quinta pars soluitur, & factum est quasi in legē absq; terra sacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Israel in Aegypto, id est in Terra-Gessen, & possedit eam: auctusque est & multiplicatus nimis. Et vixit in ea
G decem & septem annis: factiq́ue sunt omnes dies vitæ illius, centum quadraginta septem annorum. Cumq́ue appropinquare cerneret diem mortis suæ, vocauit filium suum Ioseph, & dixit ad eum, Si inueni gratiam in conspectu tuo, ‖pone manum tuā sub fœmore meo: Sup. 24.a.
& facies mihi misericordiam & veritatem, vt non sepelias me in Aegypto: sed dormiā cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq́ue in sepulchro maiorum meorum. Cui respondit Ioseph, Ego faciam quod iussisti. Et ille, Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Israel Dominum, conuersus ad lectuli caput.

S. Iacob ægrotantem inuisit Ioseph, cuius filios Manassen & Ephráim Iacob sibi adoptat ac benedicit, minorem contradicente Ioseph maiori præponens, & supra fratres partem vnam Ioseph tribuens.

CAP. XLVIII.

HIs itaque transactis nuntiatum est Io- A
seph quod ægrotaret pater suus: qui assumptis duobus filijs Manasse & Ephráim, ire perrexit. Dictumq́; est seni, Ecce filius tuus Ioseph venit ad te. Qui confortatus sedit in lectulo. Et ingresso ad se Ioseph' ait, D.10.
Deus omnipotēs ‖apparuit mihi in Luza, quæ Sup. 28.c.
est in Terra-Chanáan: benedixitq́ue mihi, & ait, Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboq́ue tibi terram hanc, & semini tuo post te in possessionem sempiternam. Duo ergo filij tui qui ‖nati sunt Sup. 41.f.
tibi in Terra-Aegypti antequam huc venirem ad te, mei erunt: ‖Ephráim & Manasses, sicut Iosue.13.b
Ruben & Simeon reputabuntur mihi. Reli- d.16.17.a.
quos autem quos genueris post eos, tui erunt & nomine fratrum suorum vocabuntur in possessionibus suis. Mihi enim quādo venie- B
bam de Mesopotamia, ‖mortua est Rachel in Sup.35.c.
Terra-Chanáan in ipso itinere, eratq́ue vernū tempus: & ingrediebar Ephratham, & sepeliui eam iuxta viā Ephrathæ, quæ alio nomine appellatur Beth-léhem. Vidēs autem filios eius dixit ad eum, Qui sunt isti? Respōdit, Filij mei sunt quos donauit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis. Oculi enim Israel caligabant præ nimia senectute, & clare videre non poterat. Applicitosq́ue ad se deosculatus & circumplexus eos, dixit ad filium suum, Non sum fraudatus aspectu tuo: insuper ostendit mihi Deus semen tuum. Cumq́ue tulisset eos Ioseph de gremio patris adorauit pronus in terram. Et posuit Ephráim ad dexteram suā, id est ad sinistram Israel, Manassen verò in sinistra sua ad dexte C
ram scilicet patris, applicuitq́; ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram, posuit super caput Ephráim minoris fratris: sinistram autem super caput Manasse qui maior natu Hebr.11.b.
erat, commutans manus. ‖Benedixitq́; [a]Iacob [a]*Ioseph filio*
suo.

Universidad de Deusto Biblioteca

filijs Ioseph', & ait, Deus in cuius conspectu ambulauerunt patres mei Abraham, & Isaac, Deus qui pascit me ab adolescentia mea vsq; Su.13.a.31 d. in præsentem diem: ‖angelus qui eruit me de Mat. 18.b. cunctis malis, benedicat pueris istis: & inuocetur super eos nomen meum, nomina quoque patrum meorũ Abraham & Isaac, & crescant in multitudinem super terram. Videns autem D Ioseph quòd posuisset pater suus dextrã manum super caput Ephráim, grauiter accepit: & apprehensam manũ patris leuare conatus est de capite Ephráim, & transferre super caput Manasse. Dixitq; ad patrem, Non ita conuenit pater: quia hic est primogenitus, pone dexteram tuam super caput eius. Qui renuens ait, Scio fili mi, scio: & iste quidẽ erit in populos & multiplicabitur: sed frater eius minor, maior erit illo, & semen illius crescet in gen- *Heb. 4. tes. Benedixitq; *eis' in tempore illo, dicens, In te benedicetur Israel atque dicetur, Faciat tibi Deus sicut Ephráim & sicut Manasse. Constituitq; Ephráim ante Manassen. Et ait ad Ioseph filium suum, En ego morior, & erit Deus vobiscum, reducetq; vos ad terram Ios.13.a.16 a. patrum vestrorum. Do tibi ‖ partem vnam Iosu.24.b. extra fratres tuos, quam tuli de manu ‖ Amorrhæi in gladio & arcu meo.



S. Iacob singulis filijs suis benedicẽs, & quorundam defectus arguens, futura illis prædicit: tandémque declarato sepulturæ suæ loco moritur. CAP. XLIX.

A VOcauit autẽ Iacob filios suos, & ait eis, Congregamini, vt annũtiem quæ Deut.33.a. b. ventura sunt vobis in diebus nouissimis. Congregamini & audite filij Iacob, audite Israel patrem vestrum.

Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei: prior in do- Sup. 35.d. 1.Para.5.a. nis, maior in imperio. Effusus es ficut aqua, non crescas: ‖quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.

Simeon & Leui fratres: vasa iniquitatis bellantia. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorũ non sit gloria mea: Sup.34.d. ‖quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: ‖diuidam eos in Iacob, Iosu.19.d & 21.d.b. & dispergam eos in Israel.

Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua B in ceruicibus inimicorum tuorum, adorabũt te filij patris tui. ‖Catulus leonis Iuda, ad præ- 1.Para.5.b dam fili mi ascendisti: requiescens accubuisti vt leo, & quasi leæna, quis suscitabit eum? Io.1.g.5.f ‖Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de Matt.2.b fœmore eius: donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem ô fili mi asinam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuæ pallium suum. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

Zabûlon in littore maris habitabit, & in statione nauium pertingẽs vsq; ad Sidônem.

Issachar asinus fortis accubans inter termi nos. Vidit requiem quòd esset bona, & terram quòd optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusq; est tributis seruiens.

Dan iudicabit populum suum sicut & alia C tribus in Israel. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro. Salutare tuum expectabo Domine.

Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipse accingetur, retrorsum.

Aser pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus.

Nephthali ceruus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.

‖Filius accrescens Ioseph, filius accrescens 1.Para.5.b & decôrus aspectu: filiæ discurrerunt super murum. Sed exasperauerunt eum, & iurgati sunt, inuiderunt q́ue illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt viscula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde ‖ pastor egressus est, lapis Sup.42.d Inf. 50.b. Israel. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotẽs benedicet tibi benedictionibus cœli desuper, benedictionibus abysi iacẽtis deorsum, benedictionibus huberum & vuluæ. Benedictiones patris tui confortatæ sunt be- D nedictionibus patrum eius: donec 'veniret' *venias. 6 desyderium colliũ æternorum. fiant in capite Ioseph et in vertice nazaræi inter fratres suos.

Ben-iamin lupus rapax, mane comedet prædam, & vespere diuidet spolia. Omnes hi in tribus Israel duodecim: hæc locutus est eis pater suus, benedixitq; singulis, benedictionibus proprijs. Et præcepit eis, dicẽs, Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patri-

patribus meis in spelunca dupliei quæ est in agro Ephron Hethæi contra Mambre in Ter- Sup. 23.d. ra-Chanáan, ‖quam emit Abraham cũ agro ab Ephron Hethæo in possessionẽ sepulchri. Ibi sepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet. Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obijt: appositusque est ad populum suum.

S. Ioseph corpus patris curans cum senioribus Ægypti proficiscitur, vt in terra Chanáan sepeliat: quo magna solennitate peracto, fratres ob irrogatam illi iniuriam sibi timentes, benignè suscipit & consolatur: qui vbi mandatum dedisset de suis ossibus in terrã Chanáan deferendis, in pace quieuit.

CAP. L.

A QVod cernes Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum. Præcepitq; seruis suis medicis, vt aromatibus condirent patrem. Quibus iussa explẽtibus, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadauerum conditorum, fleuitque eum Aegyptus septuaginta diebus. Et expleto planctus tempore, locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis, Si inueni gratiam in cõspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis: eo quòd pater meus adiurauerit me, dicens, Sup.47.g. En morior, in sepulchro meo ‖quod fodi mihi in Terra-Chanáan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac reuertar. Dixtiq; ei Pharao, Ascende, & sepeli patrem B tuum sicut adiuratus es. Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctiq́ue maiores natu Terræ-Aegypti: domus Ioseph cum fratribus suis, absque paruulis & gregibus, atque armentis quæ derelique runt in Terra-Gessen. Habuit quoq; in comitatu currus & equites: & facta est turba non modica. Veneruntq́ue ad Aream-atad, quæ sita est trans Iordanem, vbi celebrãtes exequias planctu magno atq; vehementi impleuerunt septem dies. Quod cum vidissent habitatores Terræ-Chanáan, dixerunt, Planctus magnus est iste Aegyptijs. Et idcirco vocatum est nomen loci illius, Planctus-Aegypti. Fecerunt ergo filij Iacob sicut præceperat eis: & portantes eum in Terram-Chanáan, ‖sepelierunt Actu.7.b. eum in spelunca duplici, ‖quam emerat Abra Supr.23.d. ham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre. Re- C uersusque est Ioseph in Aegyptum cum fratribus suis & omni comitatu, sepulto patre. Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuò colloquentes, Ne fortè memor sit iniuriæ quã passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus, mandauerũt ei, dicentes', Pater tuus p.8. præcepit nobis antequam moreretur, vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obsecro vt obliuiscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerũt in te. nos quoque oramus vt *seruo Dei patri tuo' dimittas *seruis Dei patris tui.2. iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioseph. Veneruntq; ad eum fratres sui: & proni adorantes in terrã, dixerunt. Serui tui sumus. Quibus ille respõdit, Nolite timere: nium Dei possumus resistere voluntati? ‖ Vos cogita- Sup.45.b. stis de me malum, sed Deus vertit illud in bo- D num: vt exaltaret me sicut impræsentiarum cernitis, & saluos faceret multos populos. Nolite timere: ego ‖pascam vos & paruulos ve- Sup.49.c. stros. consolatusque est eos, & blandè ac leniter est locutus. Et habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui: vixitq; centum decem annis. Et vidit Ephráim filios vsq; ad tertiam generationem. ‖Filij quoque Machir filij Ma Num.32.g nasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus transactis ‖locutus est fratribus suis, Post mor Heb. 11.d. tem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac, & Iacob. Cumque adiurasset eos, atque dixisset, Deus visitabit vos, ‖as- Exod.13.d portate ossa mea vobiscum de loco Iosu. 24.g istó: mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis. Et cõditus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liber Exodus, Hebraicè Veelle se-

moth. id est, Et hæc sunt nomina.



S. Nomina filiorum Israël qui Ægyptum ingressi sunt, quorum multiplicationem nouus Pharao fustra impedire nititur onerum impositione, masculorum cæde ac submersione: de obstetricum miseratione & earum à Deo præmiatione. CAP. I.

A Hæc sunt nomina filiorum Israel qui ingressi sunt in Aegyptum cum Iacob: singuli cum domibus suis introierunt: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabûlon, & Ben-iamin, Dan, & Nephthali, Gad, & Aser. Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de fœmore Iacob, septuaginta: Ioseph autẽ in Aegypto erat. Quo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omniq́ue cognatione sua: ‖filij Israel creuerũt, & quasi germinãtes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleuerunt Terram. Surrexit interea rex nouus super Aegyptũ qui ignorabat Ioseph: & ait ad populum suum, Ecce, populus filiorum Israel multus, & fortior nobis est. Venite, sapienter opprimamus eum: ne fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisq́; nobis egrediatur de terra. Præposuit itaq; eis magistros operum vt affligerent eos oneribus: ædificaueruntq́ue vrbes tabernaculorum Pharaoni, Phithom, & Rameſſes. Quantoq́; opprimebãt eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant: oderantq́ue filios Israel Aegyptij, & affligebant illudentes eis. *Atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omniq́ue famulatu, quo in terræ operibus premebantur. Dixit autem rex Aegypti obstetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis, Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tẽpus aduenerit: si masculus fuerit, interficite eum: si fœmina, reseruate. Timuerunt aũt obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti, sed conseruabant mares. Quibus accersitis ad se rex ait, Quidnam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Quæ responderunt, Non sunt Hebrææ sicut Aegyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquã veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit populus, confortatusq́ue est nimis. Et quia timuerunt obstetrices Deum ædificauit eis domos. Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens, Quicquid masculini sexus natũ fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminini, reseruate.

S. Moyses aquis expositus & inde extractus, ac à matre sua nutritus iussu filiæ Pharaonis quæ ipsum adoptauit, propter Aegyptij sædem in Madian metu regis fugit, vbi accepta vxore filia sacerdotis duos genuit filios. CAP. II.

E Gressus est post hæc vir de domo Leui. Et accepit vxorem stirpis suæ: quæ concepit & peperit filium: & videns eum elegantem abscõdit tribus mensibus. Cumq́; iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitq́ue intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis, stante procul sorore eius, & consyderante euẽtum rei. ‖Ecce autem descendebat filia Pharaonis: vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crẽpidinem aluei. Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam è famulabus suis: & allatã aperiens, cernensq́; in ea paruulum vagientem, miserta eius, ait, De infantibus Hebræorum est hic. Cui soror pueri, Vis, inquit, vt vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum? Respondit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem suam. Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuã. Suscepit mulier, et nutriuit puerum: adultumq́ue tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in locum filij, vocauitq́; nomen eius Moyses, dicens, Quia de aqua tuli eum.

In diebus illis postquam creuerat Moyses, ‖egressus est ad fratres suos: viditq́ue afflictionem eorum, & virum Aegyptium percutientem quẽdam de Hebræis fratribus suis. Cumq́ue circunspexisset huc atq; illuc, & nullum adesse vidisset, percussum Aegyptium abscondit sabulo. Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitq́; ei qui faciebat iniuriam, Quare percutis proximum tuum? Qui

Qui respondit, Quis constituit te principem & iudicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Aegyptium? Timuit Moyses, & ait, Quomodo palàm factum est verbum istud? Audiuitq́ue Pharao sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in Terra-Madian, & sedit iuxta puteũ. Erant autem sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adaquare cupiebant *greges' patris sui. Superuenêre pastores & eiecerunt eas: surrexitq́ue Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues *Ietbro. earum. Quæ cum reuertissent ad *Rachuel' patrem suum, dixit ad eas, Cur velocius venistis solito? Respõderunt: Vir Aegyptius liberauit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscum, potumq́ue dedit ouibus. At ille, Vbi est, inquit? quare dimisistis hominẽ? vocate eum vt comedat panem, Iurauit ergo Moyses quòd habitaret cum eo.

Infra. 18. a. 1. Par. 23. b. ‖Accepitq́ue Sephoram filiam eius vxorem: quæ peperit ei filium, quẽ vocauit Gersam, dicens, Aduena fui in terra aliena. ▷. 2. Alterum verò peperit: quem vocauit Eliẽzer, dicens, Deus enim patris mei ▷ adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis'. Post multum verò temporis mortuus est rex Aegypti: & in gemiscentes filij Israel, propter opera vociferati sunt: ascenditq́ue clamor eorum ad Deum ab operibus. Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac, & Iacob. Et respexit Dominus filios Israel, & *liberauit' eos. *cognouit. 10.



S. Dominus Moysi, oues Iethro soceri pascenti, in rubo apparens, mittit eum etiam renitentem ad filios Israël de manu Pharaonis liberandos, spoliatis Ægyptijs. CAP. III.

A Moyses autem pascebat oues Ietrho soceri sui sacerdotis Madian: cumq́ue minasset gregem ad interiora deserti, Actu. 7. d. vẽnit ad montem Dei Horeb. ‖Apparuitq́ue ei Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & nõ comburetur. Dixit ergo Moyses, Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non cumburatur rubus. Cernẽs autem Dominus quòd pergeret ad videndum, vocauit eum de medio rubi, et ait, Moyses Moyses? Qui respondit, Adsum. At ille, Ne appropies, inquit, huc: solue calceamentum de pedibus tuis. locus enim in quo stas, terra sancta est. Et ait, ‖Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Isaac, et Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum. Cui ait Dominus, Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, et clamorem eius audiui propter duritiam eorum qui præsunt operibus: et sciens dolorem eius, descendi vt liberem eum de manibus Aegyptiorum, et educam de terra illa in terram bonam, et spatiosam, in terrã quæ fluit lacte et melle, ad loca Chananæi, et Hethæi, et Amorrhæi, et Pherezæi, et Heuæi, *et Iebusæi. Clamor ergo filiorum Israel vênit ad me: vidiq́ue afflictionem eorum qua ab Aegyptijs opprimuntur. Sed veni, et mittam te ad Pharaonem vt educas populum meum filios Israel de Aegypto. Dixitq́; Moyses ad Deum, Quis sum ego, vt vadam ad Pharaonem, et educam ▷ filios' Israel de Aegypto? Qui dixit ei, Ego ero tecum: et hoc habebis signum quod miserim te, Cum eduxeris populum ▷ meum' de Aegypto, immolabis Deo super mõtem istum. Ait Moyses ad Deum, Ecce ego vadam ad filios Israel, et dicam eis, Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi, Quod est nomen eius? quid dicam eis? Dixit Dominus ad Moysen, Ego sum qui sum. Ait, Sic dices filijs Israel, Qui est, misit me ad vos. Dixitq́ue iterum Deus ad Moysen, Hæc dices filijs Israel, Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos: hoc nomen mihi est in æternum, & hoc memoriale meum in generatione & generationem. Vade, & congrega seniores Israel, & dices ad eos, Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Iacob, dicens, Visitans visitaui vos: & vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto: & dixi vt educam vos de afflictione Aegypti in Terram Chananæi & Hethæi & Amorhæi & Pherezæi & Heuæi & Iebusæi, ad terram fluentem lacte & melle. Et audient vocem tuam: ingredierisq́; tu & seniores Israel ad regẽ Aegypti, & dices ad eum, Dominus Deus Hebræorum vocauit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt immolemus Domino Deo nostro. Sed ego scio quòd non dimittet vos rex Aegypti vt eatis: nisi per manum validam. Extẽdam'q́;' manum meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus sum in medio eorum: post hoc dimittet vos. Daboq́; gratiam popu-

Matt. 22. c. Marci. 12. c. Luc. 20. f. *Gergesæi. 5. Hebr. 11. b. Heb. 11. c. *enim. 10.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Inf.11.a.& 12.c. lo huic coram Aegyptijs: ‖& cum egrediemini,non exibitis vacui, ſed poſtulabit mulier à vicina ſua & ab hoſpita ſua, vaſa argentea & aurea, ac veſtes,ponetiſque eas ſuper filios & filias veſtras,& ſpoliabitis Aegyptum.

S. Moyſes tribus ſignis à Deo acceptis,in Ægyptum cum vxore proficiſcitur, vxor circuncîdit filiũ. Aaron fratri Moyſi occurrit,ſimúlque venerunt ad filios Iſraël.

CAP. IIII.

A REſpondens Moyſes ait,Non credẽt mihi,neque audient vocem meam: ſed dicent,Non apparuit tibi Dominus. Dixit ergo ad eum,Quid eſt quod tenes in manu tua? Reſpondit, Virga. Dixitque Dominus, Proijce eam in terram. Proiecit,& verſa eſt in colubrum, ita vt fugeret Moyſes. Dixitq; Dominus,Extende manum tuam,& apprehende caudam eius. Extendit,et tenuit,verſaq; eſt in virgã. Vt credant,inquit,quòd apparuerit tibi Dominus Deus patrum *tuorum', Deus Abraham & Deus Iſaac & Deus Iacob. Dixitque Dominus rurſum, Mitte manum tuam in ſinum tuũ. Quam cum miſiſſet in ſinum,protulit leproſam inſtar niuis. Retrahe, ait,manum tuam in ſinum tuum. Retraxit,& protulit ite rum, & erat ſimilis carni reliquæ. Si non crediderint,inquit,tibi,neque audierint ſermonem ſigni prioris, credent verbo ſigni ſequentis. Quòd ſi nec duobus quidem his ſignis crediderint, neque audierint vocem tuam: ſume aquam fluminis, & effunde eam ſuper aridam, & quicquid hauſeris de fluuio,vertetur in ſanB guinem. Ait Moyſes, Obſecro Domine,non ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius: & ex quo locutus es ad ſeruum tuũ,impeditioris & tardioris linguæ ſum. Dixit Dominus ad eũ, Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus eſt mutum & ſurdum, videntem & cæcum? nónC ne ego? Perge igitur, ‖& ego ero in ore tuo: doceboque te quid loquaris. At ille, Obſecro Domine,inquit,mitte quem miſſurus es,Iratus Dominus in Moyſen, ait, Aaron frater tuus Leuites,ſcio quòd eloquens ſit: ecce ipſe egredietur in occurſum tuum,videnſq; te lætabitur corde. ‖Loquere ad eum,& pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo,& in D ore illius. ‖& oſtendam vobis quid agere debeatis. Et ipſe loquetur pro te ad populum,& erit os tuũ: tu aũt eris ei in his quæ ad Deum pertinent. Virgam quoq; hanc ſume in manu tua,in qua facturus es ſigna. Abijt Moyſes,& *cognatũ.6. reuerſus eſt ad Iethro *ſocerum' ſuum: dixitq; ei, Vadam & reuertar ad fratres meos in Aegyptum, vt videam ſi adhuc viuant. Cui ait Iethro, Vade in pace. Dixit ergo Dominus adE Moyſen in Madian, Vade, reuertere in Aegyptum: mortui ſunt enim omnes qui querebãt animam tuam. Tulit ergo Moyſes vxorem ſuam,& filios ſuos, & impoſuit eos ſuper aſinum: reuerſuſq; eſt in Aegyptum, portans virgam Dei in manu ſua. Dixitque ei Dominus reuertenti in Aegytum, Vide vt omnia oſtenta quæ poſui in manu tua facias coram Pharaone: ego indurabo cor eius,& non dimittet populum. Diceſq; ad eum,Hæc dicit Dominus,Filius meus primogenitus,Iſrael. Dixi tibi,Dimitte filium meũ vt ſeruiat mihi: & noF luiſti dimittere eum, ecce ego interficiam filium tuum primogenitum. Cumque eſſet in itinere,in diuerſorio occurrit ei Dominus,& volebat occidere eum. Tulit ilicò Sephora acutiſsimam petram, & circuncîdit præputium filij ſui,tetigitque pedes eius,& ait, Sponſus ſanguinum tu mihi es. Et dimiſit eum poſtquam dixerat, Spõſus ſanguinum tu mihi es: ob circũciſionem. Dixit autem Dominus ad Aaron, Vade in occurſum Moyſi in deſertũ. Qui perrexit obuiam ei in Montem-Dei, & G oſculatus eſt eum. Narrauitq; Moyſes Aaron omnia verba Domini pro quibus miſerat eũ, & ſigna quæ mandauerat. Veneruntq; ſimul, & congregauerunt cunctos ſeniores filiorum Iſrael. Locutuſque eſt Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moyſen: & fecit ſigna coram populo, & credidit populus. Audieruntque quòd viſitaſſet Dominus' filios Iſ.5. rael,& quòd reſpexiſſet afflixionem illorum: & proni adorauerunt.



S. Moyſes & Aaron Pharaoni Dei mandata referunt, quæ ille contemnens, grauius Iſraëlitas premit negatis paleis, quod audiẽs Moyſes orat pro eis Dominum.

CAP. V.

POſt hæc ingreſsi ſunt Moyſes et Aarõ, A & dixerunt Pharaoni, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto. At ille reſpõdit, Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius,& dimittam Iſrael? neſcio Dominum,& Iſrael non dimittam. Dixeruntque, Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacrificemus Domino

mino Deo noſtro: ne fortè accidat nobis peſtis aut gladius. Ait ad eos rex Aegypti, Quare Moyſes & Aaron ſolicitatis populum ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra. Dixitque Pharao, Multus eſt populus terræ: videtis quòd turba ſuccreuerit: quãto magis ſi dederitis eis requiem ab operibus? Præcepit ergo B in die illo præfectis operũ & exactoribus populi, dicens, Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad cõficiendos lateres, ſicut prius: ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas. Et menſuram laterum, quam prius faciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quicquam. vacant enim,& idcirco vociferantur, dicẽtes, Eamus, & ſacrificemus Deo noſtro. Opprimantur operibus,& expleant ea: vt nõ acquieſcant verbis mendacibus. Igitur egreſsi præfecti operum & exactores,ad populum dixerũt, Sic dicit Pharao, Non do vobis paleas. ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicquam de opere veſtro. Diſperſuſque eſt populus per omnem Terram-Aegypti ad colC ligendas paleas. Præfecti quoque operum inſtabant, dicentes, Complete opus veſtrũ quotidie, vt prius facere ſolebatis quando dabantur vobis paleæ. Flagellatique ſunt qui præerant operibus filiorum Iſrael, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus, Quare non impleſtis menſuram laterũ ſicut prius, nec heri nec hodie. Veneruntque præpoſiti filiorum Iſrael,& vociferati ſunt ad Pharaonem dicentes, Cur ita agis cõtra ſeruos tuos? Paleæ non dantur nobis,& lateres ſimiliter imperãtur: en famuli tui flagellis cædimur, & iniuſtè agitur contra populum tuum. Qui ait, Vacatis otio, & ▷.4. ▷idcirco' diciris, Eamus,& ſacrificemus DoD mino. Ite ergo, & operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis conſuetũ numerum laterum. Videbantq; ſe præpoſiti filiorum Iſ- *in malo.4. rael *in malum' eo quòd diceretur eis, Non minuetur quicquã de lateribus per ſingulos dies. Occurreruntq; Moyſi & Aaron, qui ſtabant ex aduerſo: egrediẽtes à Pharaone: & dixerunt ad eos, Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorẽ noſtrum coram Pharaone et ſeruis eius, et præbuiſtis ei gladium vt occideret nos. Reuerſuſq; eſt Moyſes ad Dominum, & ait, Domine, cur afflixiſti populum iſtũ? quare miſiſti me? Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad Pharaonem vt loquerer in nomine tuo, afflixit populũ tuum, & non liberaſti eos.

S. Conſolatur Deus Iſraëlitas per Moyſen, terræ Chanáan promiſsione, recenſetúrque genealogia Ruben, Simeonis & Leui vſque ad Moyſen & Aaron. CAP. VI.

A DIxitq; Dominus ad Moyſen, Nunc videbis quæ facturus ſum Pharaoni: per manũ enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eijciet illos de terra ſua. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ego Dominus qui apparui Abraham, Iſaac & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum Adonai nõ indicaui eis. Pepigique fœdus cum eis, vt darem eis Terram-Chanáan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitum filiorum Iſrael quo Aegyptij oppreſſerunt eos: & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filijs Iſrael, Ego Dominus qui educam vos de ergaſtulo Aegyptiorũ, & eruam de ſeruitute: ac redimam in brachio excelſo & iudicijs magnis. Et aſſumam vos mihi in populũ, & ero veſter Deus: & ſcietis quòd ego ſum Dominus Deus veſter qui eduxerim vos de ergaſtulo Aegyptiorum: & induxerim B vos in terram, ſuper quam leuaui manũ meam vt darem eam Abraham, Iſaac & Iacob: daboque illam poſsidendam vobis, ego Dominus. Narrauit ergo Moyſes omnia filijs Iſrael: qui non acquieuerunt ei propter anguſtiam ſpiritus, & opus duriſsimum. Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Aegypti vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. Reſpondit Moyſes coram Domino, Ecce filij Iſrael non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, præſertim cum in circunciſus ſim labijs? Locutuſque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron: & dedit mandatum, ad filios Iſrael, & ad Pharaonem regem Aegypti vt educerent filios Iſrael de Terra-Aegypti. ‖Iſti ſunt principes do-C morum der familias ſuas. Filij Ruben primo- Gen.46.b geniti Iſraelis: Henoch & Phallu, Heſron & Charmi. hæ cognationes Ruben: ‖Filij Si- Num.26.a meon: Iamuel & Iamin, & Ahod, & Iachin, 1.Par.5.a. & Sohar, & Saul filius Chananitidis. hæ pro- 1.Par.4.d. genies Simeon.

Et hæc nomina filiorum Leui per cognationes ſuas: Gerſon & Caath & Merari. Anni autem vitæ Leui fuerunt centum triginta ſeptẽ. ‖Filij Gerſon: Lobni & Semei, per cognatio- 1.Par.6.a. nes ſuas. ‖Filij Caath: Amram, & Iſaar, & He- &.23.a. bron & Oziel. Anni quoque vitæ Caath, cen- Num.3.c. tum triginta tres. Filij Merari: Moholi & Mu- Num.26.g ſi. hæ cognationes Leui per familias ſuas. Ac- 1.Para.6. cepit autem Amram vxorem Iochabed patruelem ſuam: quæ peperit ei Aaron & Moyſen. *&Mariã. Fuernntque anni vitæ Amram, centum triginta ſeptem. Filij quoque Iſaar: Core, & Nepheg, & Zechri, Filij quoque Oziel: Miſael, & Eliſaphan, & Sethri. Accepit autem Aaron vxorem Elizabeth filiam Aminadab, ſororem Nahaſon, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. ‖Filij quoque Co- Num.3.a. re: Aſer, & Elcana, et Abiaſaph. hæ ſunt cognationes Coritarum. At verò Eleazar filius Aaron accepit vxorem de filiabus Phutiel:

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ peperit ei Phinees. hi ſunt principes familiarum Leuiticarũ per cognationes ſuas. Iſte eſt Aaron & Moyſes quibus præcepit Dominus vt educerent filios Iſrael de Terra-Aegypti per turmas ſuas. Hi ſunt qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti, vt educant filios Iſrael de Aegypto: iſte eſt Moyſes & Aaron, in die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen, in Terra-Aegypti. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ego Dominus: loquere ad Pharaonem regẽ Aegypti, omnia que loquor tibi. Et ait Moyſes coràm Domino, En incircuciſus labijs ſum, quomodo audiet me Pharao.

S. *Moyſes & Aaron ad Pharaonem loquuntur, virgam vertunt in ſerpentem, & aquam virga percuſſam in ſanguinem, quæ etiam faciunt magi Pharaonis ſuis incantationibus: quam ob cauſam Pharao magis induratur.*

CAP. VII.

A Dixitque Dominus ad Moyſen, Ecce conſtitui te deũ Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Tu loquêris ei omnia quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo ſigna & oſtenta mea in Terra-Aegypti, & non audiet vos: immittamque manum meam ſuper Aegyptum, et educam exercitum & populum meum filios Iſrael de Terra-Aegypti per iudicia maxima. Et ſcient Aegyptij quia ego ſum Dominus qui extenderim manum meam ſuper Aegyptũ, et eduxerim filios Iſrael de medio eorum. Fecit itaq; Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: ita egerũt. Erat aũt Moyſes octoginta annorum, & Aaron octogintatriũ, quando locuti ſunt ad Pharaonem. Dixtq; Dominus ad Moyſen & Aaron, Cũ dixerit vobis Pharao, Oſtendite ſigna: dices ad Aaron, Tolle virgam tuã, & proijce eam coram Pharaone, ac vertatur in colubrum. Ingreſſi itaque Moyſes & Aaron ad Pharaonem, fecerunt ſicut præceperat Dominus. Tulitque Aaron virgam coram Pharaone & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrum.

2.Tim.3.b. ‖Vocauit autem Pharao ſapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipſi per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam ſimiliter. Proieceruntq; ſinguli virgas ſuas, que verſæ ſunt in dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorum. Induratumque eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. Dixit autem Dominus ad Moyſen, Ingrauatum eſt cor Pharaonis, non vult dimittere populũ. Vade ad eum mane: ecce, egredietur ad aquas: & ſtabis in occurſum eius ſuper ripam C fluminis: & virgam quæ cõuerſa eſt in draconem, tolles in manu tua, diceſq; ad eum, Dominus Duus Hebræorum miſit me ad te, dicens, Dimitte populum meũ vt ſacrificet mihi in deſerto: & vſque ad præſens audire noluiſti. Hæc igitur dicit Dominus, In hoc ſcies quòd ſim Dominus: ecce percutiã virga quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem, Piſces quoque qui ſunt in fluuio morientur, & computreſcent aquæ, & affligentur Aegyptij bibentes aquam fluminis. Dixit quoque Dominus ad Moyſen, Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, et extẽde manum tuã ſuper aquas Aegypti, & ſuper fluuios eorum, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, vt vertãtur in ſanguinem: & ſit cruor in omni Terra-Aegypti, tã in ligneis vaſis quàm in ſaxeis. Feceruntq; Moyſes & Aaron ſicut D præceperat Dominus: ‖et eleuans virgam percuſsit aquam fluminis coram Pharaone et ſeruis eius: quæ verſa eſt in ſanguinem. Et piſces qui erãt in flumine, mortui ſunt: computruitque fluuius, & non poterant Aegyptij bibere aquã fluminis, & fuit ſanguis in tota Terra-Aegypti. ‖Feceruntque ſimiliter malefici Aegyptiorum incãtationibus ſuis, & induratum eſt cor Pharaonis, nec audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. Auertitque ſe, & ingreſſus eſt domum ſuam, nec appoſuit cor etiam hac vice. Foderunt autem omnes Aegyptij per circuitum fluminis aquam vt biberẽt: non enim poterant bibere de aqua fluminis. Impletiq; ſunt ſeptem dies, poſtquam percuſsit Dominus fluuium.

Supr. 4.d.

Pſal. 77.c.

Sap.17.b.

S. *Secũda Ægyptiplaga eſt ranarum, pro quarum ablatione promittit Pharao populum dimittere nec facit: quare additur tertia ciniphum & quarta muſcarum, propter quas rurſum promittit Pharao ſe filios Iſraël dimiſſurum, quod non facit.* CAP. VIII.

A Dixit quoq; Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eũ, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. Si autem noluero dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis. Et ebuliet fluuius ranas: quæ aſcendent, & ingrediẽtur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratũ tuum, & in domos ſeruorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum: & ad te & ad populum tuum, & ad omnes ſeruos tuos intrabunt ranæ. Dixitque Dominus ad Moyſen, Dic ad Aaron, Extende manum tuam ſuper fluuios ac ſuper riuos & paludes, & educ ranas ſuper Terram-Aegypti. Et extendit Aaron manum ſuper aB quas Aegypti, & aſcenderunt ranæ, operueruntque Terram-Aegypti. ‖Fecerunt autem Sapi.17.b. & malefici per incantationes ſuas ſimiliter: eduxeruntque ranas ſuper Terram-Aegypti. Vocauit autem Pharao Moyſen & Aaron, & dixit

dixit eis, Orate Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populũ vt ſacrificet Domino. Dixitque Moyſes ad Pharaonem, Conſtitue mihi quãdo deprecer pro te & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo tua, ▷ & à ſeruis tuis, & à populo tuo: & tantum in flumine C remaneant. Qui reſpondit, Cras. At ille, Iuxta, inquit, verbum tuum faciam: vt ſcias quoniam non eſt ſicut Dominus Deus noſter. Et recedent ranæ à te & à domo tua, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: & tantum in flumine remanebunt. Egreſsiq; ſunt Moyſen & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyſes ad Dominum pro ſponſione ranarum quam condixerat Pharaoni. Fecitque Dominus iuxta verbum Moyſi: & mortuæ ſunt ranæ de domiD bus, & de villis, & de agris. Congregaueruntque eas in immenſos aggeres, & computruit terra. Videns autem Pharao quòd data eſſet requies, ingrauauit cor ſuum, & non audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. Dixitq; Dominus ad Moyſen, Loquere ad Aaron, Extende virgam tuam, & percute puluerem terræ: & ſint ciniphes in vniuerſa Terra-Egypti. Feceruntq; ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens: percuſsitque puluerem terræ, & facti ſunt ciniphes in hominibus & in iumentis, omnis puluis terræ verſus eſt in ciniphes per totam Terram-Aegypti. Feceruntque ſimiliter malefici incantationibus ſuis, vt educerent ciniphes, & non potuerunt: erantque ciniphes tam in hominibus quàm in iumenE tis. Et dixerunt malefici ad Pharaonem, Digitus Dei eſt hic. induratumq; eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos ſicut præceperat Dominus. Dixit quoque Dominus ad Moyſen, Conſurge diluculo, & ſta coram Pharaone, egredietur enim ad aquas: & dices ad eũ, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meũ vt ſacrificet mihi. Quòd ſi non dimiſeris eum, ecce ego immittam in te, & in ſeruos tuos, & in populum tuũ, & in domos tuas omne genus muſcarum: & implebuntur domus Aegyptiorũ muſcis diuerſi generis, & vniuerſa terra in F qua fuerint. Faciamque mirabilem in die illa Terram-Geſſen, in qua populus meus eſt, vt non ſint ibi muſcæ: & ſcias quoniã ego Dominus in medio terræ. Ponamq; diuiſionem inter populum meum: & populum tuum: cras Sapi.16.b. erit ſignũ iſtud. Fecitque Dominus ita. ‖Et venit muſca grauiſſima in domos Pharaonis & ſeruorum eius, & in omnẽ Terram-Aegypti: corruptaq; eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. Vocauitque Pharao Moyſen & Aaron, & ait *domino. 5. eis, Ite, & ſacrificate* Deo veſtro in terra hac. Et ait Moyſes, Non poteſt ita fieri: abominaG tiones enim Aegyptiorum immolabimus Domino Deo noſtro? quòd ſi mactauerimus ea quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in ſolitudinẽ: & ſacrificabimus Domino Deo noſtro, ‖ ſicut præcepit nobis. Dixitque Pharao, Ego dimittã vos vt ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto: veruntamen longius ne abeatis, rogate pro me. Et ait Moyſes, Egreſſus à te, orabo Dominũ: & recedet muſca à Pharaone & à ſeruis ſuis, & à populo eius cras: veruãtamen noli vltrà fallere, vt nõ dimittas populũ ſacrificare Domino. Egreſſuſq; Moyſes à Pharaone, orauit Dominum. Qui fecit iuxta verbũ illius: & abſtulit muſcas à Pharaone & à ſeruis ſuis, & à populo eius: nõ ſuperfuit ne vna quidem. Et ingrauatum eſt cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

Supr.3.f.

S. *Quinta plaga eſt peſtis in iumentis, ſexta vlcerum, ſeptima grandinis, ad quam promittit Pharao ſe dimiſſurum populum ſi ceſſet, verum nec id complet: nullus autem filiorum Iſraël in his malis vllum patitur damnum.*

CAP. IX.

A Dixit autem Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eũ, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi. Quòd ſi adhuc renuis, & retines eos: ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos & aſinos, & camelos, & oues, & boues peſtis valde grauis. Et faciet Dominus mirabile inter poſſeſsiones Iſrael, & poſſeſsiones Aegyptiorũ, vt nil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Iſrael. Conſtituitq; Dominus tempus, dicens, Cras faciet Dominus verbum iſtud in terra. Fecit ergo Dominus verbũ hoc B altera dei: mortuaque ſunt omnia animantia Aegyptiorum: de animalibus vero filiorum Iſrael nihil omnino perijt. Et miſit Pharao ad videndum: nec erat quicquam mortuum de his quæ poſsidebat Iſrael. Ingrauatumque eſt cor Pharaonis, & non dimiſit populum. Et dixit Dominus ad Moyſen, & Aaron, Tollite plenas manus cineris de camino, & ſpargat illum Moyſes in cœlum coram Pharaone. Sitque puluis ſuper omnem Terram-Aegypti: erunt enim in hominibus, & iumentis ‖ vlcera', & veſicæ turgentes in vniuerſa Terra-Aegypti. Tuleruntq; cinerem de camino, & ſteterunt coram Pharaone, & ſparſit illum Moyſes in C cœlum: factaq; ſunt ‖ vlcera' veſicarum turgentium in hominibus, & iumentis: nec poterant 10. malefici ſtare coram Moyſe propter ‖ vlcera' quæ in illis erant, & in omni Terra-Aegypti. Indurauitq; Dominus cor Pharaonis: & non audiuit eos, ſicut locutus eſt Dominus ad Moyſen. Dixitq; Dominus ad Moyſen, Mane conſurge, & ſta coram Pharaone, & dices ad

‖ vulnera. 6

‖ vulnera. 9

‖ vulnera.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ces ad eum, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt sacrificet mihi. Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuũ, & super seruos tuos, & super populum tuum: vt scias quòd nõ sit similis mei in omni terra. Nunc enim extendens manum *percutiam te, & populũ tuum *meam.1.
Rom.9.d. peste, peribisq́ de terra. ‖Idcirco autem posD sui te, vt ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra: Adhuc retines populum meũ: & non vis dimittere eum? En pluam cras hac ipsa hora grandinem multam nimis: qualis non fuit in Aegypto à die qua fundata est, vsque in præsens tempus. Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim, & iumenta, & vniuersa quæ inuenta fuerint foris, nec congregata de agris, ceciderit q́; super ea grando, morientur. Qui
E timuit verbum Domini de seruis Pharaonis, fecit confugere seruos suos, & iumenta in domos: qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit seruos suos, & iumenta in agris. Et dixit Dominus ad Moysen, Extende manum tuam in cœlũ, vt fiat grando in vniuersa Terra-Aegypti super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri in Terra-Aegypti. ‖Extendit q́ue Moyses virgam in cœ-
Sap.16.c. &.19.d. lum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac discurrentia fulgura super Terram: pluit q́ue Dominus grandinẽ super Terram-Aegypti. Et grando & ignis mista pariter ferebantur: tantæ q́ue fuit magnitudinis, quanta antè nunquam apparuit in vniuersa Terra-Aegypti ex quo gens illa cõdita est. Et percus-
F sit grando in omni Terra-Aegypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine vsq; ad iumẽtum: cunctam q́ue herbam agri percussit grando, & omne lignum regionis confregit. Tantum in Terra-Gessen, vbi erant filij Israel, grãdo non cecidit. Misit q́; Pharao, & vocauit Moysen & Aaron, dicens ad eos, Peccaui etiam nunc, Dominus iustus: & ego & populus meus, impij. Orate Dominum vt desinant tonitrua Dei, & grando: vt dimittam vos, & nequaquam hic vltrà maneatis. Ait Moyses, Cum egressus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad Dominũ, & cessabunt tonitrua, & grando non erit: vt scias quia Domini est terra. noui autem quòd & tu, & serui tui necdum timeatis Dominũ Deum.
G Linum ergo, & hordæũ læsum est, eo quòd hordæum esset virens, & linum iam folliculos germinaret: triticum autem, & far non sunt læsa, quia serotina erant. Egressus q́ue Moyses à Pharaone ex vrbe, tetendit manus ad Dominum: & cessaueruut tonitrua et grando, nec vltrà stillauit pluuia super Terram. Videṡ autem Pharao quòd cessasset pluuia, & grando & tonitrua, auxit peccatum: & ingrauatum est cor eius, & seruorum illius, & induratum nimis: nec dimisit filos Israel, sicut præceperat Dominus per manum Moysi.

S. Octauum signum est locustarum, quibus ablatis obduratus Pharao ne sic quidem iuxta cõdictum dimittit populum, quapropter nonum additur, nempe tenebrarum densissimarum, propter quas permittit Pharao vt exeant, sed protinus idem denegat, Moysiq́ minatur.

CAP. X.

ET dixit Dominus ad Moysen: Ingrede- A
re ad Pharaonem: ego enim induraui cor eius, & seruorum illius: vt faciam signa mea hæc in eo, & narres in auribus filij tui, et nepotum tuorum, quoties contriuerim Aegyptios, & signa mea fecerim in eis: & sciatis quia ego Dominus. Introierũt ergo Moyses & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorũ, Vsquequo non vis subijci mihi? dimitte populum *indefero
meum, vt sacrificet mihi*. ‖Sin autẽ resistis, B
& non vis dimittere eum: ecce ego inducam Sapi.16.b.
cras locustam in fines tuos: quæ operiet superficiem terræ, ne quicquam eius appareat, sed comedatur quod residuũ fuerit grandini. corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris. Et implebunt domos tuas, & seruorum tuorum, & omnium Aegyptiorum: quantam non viderunt patres tui, & aui, ex quo orti sunt super terram, vsque in præsentem diem. Auertit q́; se, & egressus est à Pharaone. Dixerũt autem serui Pharaonis ad eum, Vsquequo patiemur hoc scandalum? dimitte homines, vt sacrificent Domino Deo suo. nõne vides C
quòd perierit Aegyptus? Reuocaueruntq́ue Moysen, & Aaron ad Pharaonem: qui dixit eis, Ite, sacrificate Domino Deo vestro: quinam sunt qui ituri sunt? Ait Moyses, Cũ paruulis nostris, & senioribus pergemus, cũ filijs & filiabus, cum ouibus & armentis: est enim
P.S. solennitas Domini▷Dei' nostri. Et respõdit Pharao, Sic Dominus sit vobiscũ, quomodo ego dimittam vos, & paruulos vestros: cui dubium est quòd pessimè cogitetis? Non fiet ita, sed ite tãtum viri, & sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petistis. Statim q́ue eiecti sunt de
D conspectu Pharaonis. Dixit autem Dominus ad Moysen, Extende manum tuam super Terram-Aegypti ad locustam, vt ascendat super terram, & deuoret omnem herbam quæ residua fuerit grandini. Et extendit Moyses virgam super Terrã-Aegypti: & Dominus induxit ventum vrentem tota die illa, & nocte: & mane facto, vẽtus vrens leuauit locustas. Quæ ascenderunt super vniuersam Terram-Aegypti: & sederunt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futuræ sunt. Operuerunt q́ue vniuersam superficiem terræ, vastan
E tes omnia. Deuorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grando dimiserat: nihil quoque omnino virens relictum est in lignis, & in herbis terræ, in cuncta Aegypto. Quam ob rem festinus Pharao vocauit Moysen & Aaron, & dixit eis, Peccaui in Dominum Deum vestrum, & in vos. Sed nũc dimittite peccatũ mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deũ vestrum, vt auferat à me mortem istam. Egressusq́; est
P.S. ▷Moyses' de conspectu Pharaonis, & orauit Dominum. Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam locu-
F stam proiecit in Mare-rubrum: non remansit ne vna quidem in cunctis finibus Aegypti. Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel. Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cœlum: & sint tenebræ super Terram-Aegypti tam densæ, vt palpari queant. Extenditq́ue Moyses manũ in cœlum: & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa Terra-Aegypti tribus die-
Sapi.17.a. bus. ‖Nemo vidit fratrem suum, nec mouit se
Sapi.18.a. de loco in quo erat: ‖vbicunque autem habita
G bant filij Israel, lux erat. Vocauit q́ue Pharao Moysen & Aaron, & dixit eis, Ite, sacrificate Domino: oues tantũ vestræ, & armenta remaneant, paruuli vestri eant vobiscum. Ait Moyses, Hostias quoq; & holocausta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo nostro. Cuncti greges pergent nobiscum: non remanebit ex eis vngula: quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri: præsertim cũ ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locũ perueniamus. Indurauit autẽ Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixit q́ue Pharao ad Moysen, Recede à me, & caue ne vltrà videas faciẽ meam: quocunq; die apparueris mihi, moriẽris. Respondit Moyses, Ita fiat vt locutus es, nõ videbo vltrà faciã tuam.

S. Ante decimum signum quod prædicit Dominus, hortatur ad Aegypti spoliationem.

CAP. XI.

A (ET dixit Dominus ad Moysen, Adhuc vna plaga tangã Pharaonẽ & Aegytũ, & post hæc dimittet vos, & exi re cõpellet. ‖Dices ergo omni plebi vt postu-
Supr.3.g. Infra.12.c. let vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea, & aurea. Dabit autem Dominus
Eccl.45.a. B gratiam populo suo coram Aegyptijs. ‖Fuitq́ue Moyses vir magnus valde in Terra-Aegypti coram seruis Pharaonis, & omni populo.) Et ait, Hæc dicit Dominus, Media nocte
*egrediar.8 *'ingrediar' in Aegyptum: & morietur omne primogenitum in Terra-Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsque ad primogenitum ancillæ quæ est ad C
molam, & omnia primogenita iumentorum. Eritq́; clamor magnus in vniuersa Terra-Aegypti, qualis nec antè fuit, nec postea futurus est. Apud omnes autem filios Israel non mutiet canis ab homine vsque ad pecus: vt sciatis quãto miraculo diuidat Dominus Aegyptios
& *Israel. Descendentq́ue omnes serui tui isti *filios.5.
ad me, & *'adorabunt' me, dicẽtes, Egredere tu *'orabunt.5.
& omnis populus qui subiectus est tibi: post D
hæc egrediemur. Et exiuit à Pharaone iratus nimis. Dixit autẽ Dominus ad Moysen, Non audiet vos Pharao vt multa signa fiãt in Terra-Aegypti. Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa▷& ostenta' quæ scripta sunt, co-
▷.S. rã Pharaone: & indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

S. Paschalis agni ritu declarato ac celebrato, eiusq́; sanguine domorum superliminaribus illito, cæsis omnibus Ægyptij primogenitis, Israelitæ cum diuitijs Ægyti egrediuntur: de ritu Phase ac esu azymorum, & tempore habitationis Israël in Ægypto. CAP. XII.

DIxit quoque Dominus ad Moysen & A
Aaron in Terra-Aegypti, Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtum filiorum Israel, & dicit eis, Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendum agnum: assumet vicinum suum qui coniunctus est domui suæ, iuxta numerũ animarum quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit aũt agnus absq; macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tolletis & hœdum. Et seruabitis eum vsque ad quartam decimam diẽ mensis huius: immolabitq́ue eum vniuersa multitudo filiorum Israel ad vesperam. Et sument B
de sanguine eius, ac ponent super vtrunq; postem, & in superliminaribus domorũ in quibus comedent illum. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes, cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aqua, sed assum tãtum igni: caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis. Nec remanebit quicquam ex eo vsq; mane. si quid residuum fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illum, Renes vestros accingeris, &
calceamẽta* habebitis in pedibus, tenentes ba- *vestra.b
culos in manibus, & comedetis festinãtes: est enim Phase (id est trãsitus) Domini. Et transibo per Terram-Aegypti nocte illa, percutiamq́; omne primogenitum in Terra-Aegypti ab homine vsq; ad pecus: & in cunctis dijs Aegypti faciã iudicia, ego Dominus. Erit autem sanguis vobis in signũ in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinẽ, & transibo vos:

nec erit

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec erit in vobis plaga disperdēs quando percussero Terram-Aegypti. Habebitis aūt hunc
C diem in monumentum: & celebrabitis eam solennem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicunque comederit fermentum, peribit anima illa de Israel, à primo die vsque ad diem septimum. Dies prima erit sancta atque solennis, & dies septima eadem festiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendum pertinent. Et obseruabitis azyma: in eadē enim ipsa die educam exercitum vestrū de Terra-Aegypti, & custodietis diem istum in generationes ve-
Leui.23.a. Num.28.c stras ritu perpetuo. ‖Primo mense, quartadecima die mensis ad vesperam comedetis azyma vsque ad diē viceſimamprimam eiusdem
*fermentū.1 mensis ad vesperam. Septem diebus *fermentatum'nō inuenietur in domibus vestris: qui comederit fermentatum, peribit anima eius
D de cœtu Israel, tam de aduenis quàm de indigenis terræ. Omne fermentatum non comedetis: in cunctis habitaculis vestris edetis azyma. Vocauit autem Moyses omnes seniores filiorum Israel, & dixit ad eos, Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Pha-
Hebr.11.c. se. ‖Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrunq; postem: nullus vestrum egrediatur ostiū domus suæ vsq; mane. Transibit enim Dominus percutiens Aegyptios: cumq; viderit sanguinem in superliminari et
▷.5. in vtroq; poste, transcendet ostium▷domus', & non sinet percussorem ingredi domos vestras & lædere. *Custodi'verbum istud legitimū *tibi'& filijs *tuis'vsq; in æternum. Cumque introieritis terram quam Dominus *datu
*Custodite. 4. *vobis.4. *vestris.4. *Deus. rus est vobis vt pollicitus est, obseruabitis ceremonias istas. Et cum dixerint vobis filij vestri, Quæ est ista religio? dicetis eis, Victima transitus Domini est, quando transiuit super domos filiorum Israel in Aegypto percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans. Incuruatusque populus adorauit. Et egressi filij Israel fecerūt sicut præceperat Dominus Moy
E si & Aaron. Factum est autē in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in Terra-Aegypti, à primogenito Pharaonis qui
Sapi.18.b. in solio eius sedebat, ‖vsq; ad primogenitum captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumētorum. Surrexitq; Pharao nocte & omnes serui eius, cunctaque Aegyptus: & ortus est clamor magnus in Aegypto: neque enim erat domus in qua non iacēret mortuus. Vocatisque Pharao, Moyse & Aaron nocte, ait, Surgite & egredimini à populo meo, vos & filij Israel: ite, immolate Domino sicut dicitis. Oues vestras: & armenta assumite vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantque Aegyptij populum de terra exire velociter, dicentes. Omnes moriemur. Tulit igitur populus conspersam farinam antequam fermētaretur: & ligans in pallijs posuit super humeros suos. Feceruntque filij Israel
Supr.11.b. ‖sicut præceperat Dominus Moysi: & petierunt ab Aegyptijs vasa argentea & aurea, vestemque plurimam. Dominus aūt dedit gratiam populo coram Aegyptijs vt commoda-
F rent eis: et spoliauerunt Aegyptios. Profectiq; sunt filij Israel de Rameſſe in Socoth, sexcenta ferè millia peditum virorum, absq; paruulis ▷.12. ▷& mulieribus'. Sed & vulgus promiscuum innumerabile ascendit cum eis, oues & armenta & animantia diuersi generis multa nimis. Coxeruntq; farinam quam dudum de Aegypto conspersam tulerant: & fecerunt subcinericios panes azymos: neque enim poterat fermentari cogētibus exire Aegyptijs, & nullam facere sinentibus moram: nec pulmenti quicquam occurrerat præparare. Habitatio autem filiorum Israel qua mansērunt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorū. Quibus expletis, eadē die egressus est omnis exercitus Domini de Terra-Aegypti. Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de Terra-Aegypti: hanc obseruare debēt omnes filij Israel in generationibus suis. Dixitq; Dominus ad Moysen & Aaron, Hæc est religio Phase, Omnis alienigena non comedet ex eo.
G Omnis autem seruus emptitius circūcidetur, & sic comedet. Aduena & mercenarius non edent ex eo. ‖In vna domo comedetur, nec ef-
Num.9.b. Iohan.19.c feretis de carnibus eius foras, ‖nec os illius cōfringetis. Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud. Quod si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circuncidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit: eritque sicut indigena terræ. si quis autem circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo. Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos. Feceruntque omnes filij Israel sicut præcepe rat Dominus Moysi & Aaron. Et eadem die eduxit Dominus filios Israel de Terra-Aegypti per turmas suas.

S. Liberationis ab Ægypto Dominus religione Phase ac primogenitorum consecratione meminisse iubet. Inde Israël per desertum egrediens ossa Ioseph secum defert, & columnæ ignis ac nubis ducatum accipit.

CAP. XIII.

A Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, ‖Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filijs Israel,
Instr.34.c Num.3.d Luc.2.d Leui.27.c

Israel, tam de hominibus quàm de iumentis: mea sunt enim omnia. Et ait Moyses ad populum, Memētote diei huius in qua egressi estis de Aegypto & de domo seruitutis: quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto: vt non cōmedatis fermentatum panem. Hodie egredimini mense nouarum frugum.
*vos.3. Cumque introduxerit *te' Dominus in Terram Chananæi et Hethæi et Amorrhæi et Heuæi & Iebusæi, quam iurauit patribus tuis vt
*celebrabis. 8. daret tibi terram fluentem lacte & melle, *celebrabitis'hunc morem sacrorum mense isto. Septem diebus vescēris azymis: & in die septimo erit solennitas Domini. Azyma comedetis septem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cūctis finibus tuis.
B Narrabisque filio tuo in die illo, dicens, Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Aegypto. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos: & vt lex Domini semper sit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto. Custodies huiuscemodi cultum statuto tempore à diebus in dies. Cumque introduxerit te Dominus in Terrā-Chananæi, sicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: separabis omne quod aperit vuluam Domino, & quod primitiuū est in pecoribus tuis: quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino. Primogenitum asini mutabis oue, quòd si non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filijs
C tuis, pretio redimes. Cumque interrogauerit te filius tuus cras, dicens, Quid est hoc? respondebis ei, In manu forti eduxit nos Dominus de Terra-Aegypti, de domo seruitutis. Nam cum induratus esset Pharao, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in Terra-Aegypti à primogenito hominis vsque ad primogenitum iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorū redimo. Erit igitur quasi signū in manu tua, & quasi appensum quid,
*iuter.6. ob recordationē, *ante'oculos tuos: eo quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Aegypto. Igitur cum emisisset Pharao populum, non eos duxit Dominus per viam Terræ-Philistijm quæ vicina est: reputans ne fortè pœniteret eum, si vidisset aduersum se bella consurgere, & reuerteretur in Aegyptum. Sed circ-
D cunduxit per viam deserti, quæ est iuxta Mare-rubrum: & armati ascenderunt filij Israel de Terra-Aegypti. Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum: eo quòd adiurasset filios Israel,
Gen.50.d Num.14.c dicens, ‖Visitabit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum. Profectique de Socoth castra metati sunt in Etham in extremis finibus solutudinis. ‖Dominus autem præcedebat eos ad ostendendam viam per diem in colum
1.Cor.10.a Nehe.9.d na nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux esset itineris vtroq; tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.



S. Pharao Israëlem persequens, & mare per siccum illum ingrediens, cum vniuerso equitatu ac curribus submergitur.

CAP. XIIII.

A Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, Reuersi castra metentur e regione Phi-hahiroth quæ est inter Magdalum & mare contra Beel-sephon: in conspectu eius castra ponetis super mare. Dicturusque est Pharao super filijs Israel, Coarctati sunt in terra, concluſit eos desertum. Et indurabo cor eius, ac persequetur vos: & glorificabor in Pharaone & in omni exercitu eius? scientque Aegyptij quia ego sum Dominus. Feceruntque ita. Et nun-B tiatum est regi Aegiptyorum quòd fugisset populus: immutatumque est cor Pharaonis & seruorum eius super populum, et dixerunt, Quid voluimus facere vt dimitteremus Israel, ne seruiret nobis? iunxit ergo currum, & omnem populū suum assumpsit secum. Tulitq; sexcētos currus electos, & quicquid in Aegypto curruū fuit: & duces totius exercitus. Indurauitq; Dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & persecutus est filios Israel: at illi egressi erant in manu excelsa. ‖Cumq; persequerē- 1.Mac.4.a tur Aegyptij vestigia præcedentium, repererūt eos in castris super mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuersus exercitus erant in Phi-hahiroth cōtra Beel-sephon. Cū-C que appropinquasset Pharao, leuātes filij Israel oculos, viderunt Aegyptios post se: & timuerūt valde, clamaueruntq; ad Dominum, & dixerunt ad Moysen, Forsitan non erāt sepulchra in Aegypto, ideo tulisti nos vt moreremur in solitudine: quid hoc facere voluisti, vt educeres nos ex Aegypto? Nōne iste est sermo quē loquebamur ad te in Aegypto, dicētes,

Recede

Recede à nobis, vt seruiamus Aegyptijs? multò enim melius erat seruire eis, quàm mori in solitudine. Et ait Moyses ad populum, Nolite timêre: state, & videte magnalia Domini quæ facturus est hodiè: Aegyptios enim quos nũc videtis, nequaquam vltrà videbitis vsque in
D sempiternum. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Dixitque Dominus ad Moysen, Quid clamas ad me? Loquere filijs Israel vt proficiscantur. Tu aũt eleua virgam tuam, & extende manum tuam super mare, & diuide illud: vt gradiantur filij Israel in medio mari per siccum. Ego autem indurabo cor Aegyptiorum vt persequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus illius. Et sciẽt Aegyptij quia ego sum Dominus: cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atque in e-
▷.4. quitibus eius. Tollensque ▷se' angelus Domi-
E ni qui præcedebat castra Israel, abijt post eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens post tergum, stetit inter castra Aegyptiorum & castra Israel: & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita vt ad se inuicem toto noctis tempore accedere non valerent. Cumque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus, flante vento vehementi & vrente tota nocte, & vertit in siccum: ‖diuisaque est aqua. ‖Et ingressi sunt filij Israel per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus à dextra eorum & læua. Persequentesque Aegyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & & equites per medium maris. Iamque aduene
Sapi. 18.b. rat vigilia matutina ‖ &▷ecce' respiciens Do-
F minus super castra Aegyptiorum per colum-
▷.11. nam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum, & subuertit rotas curruum, ferebanturq; in profundum. Dixerunt ergo Aegyptij, Fugiamus Israelem: Dominus enim pugnat pro eis contra nos. Et ait Dominus ad Moysen, Extende manum tuam super mare, vt reuertãtur aquæ ad Aegyptios super currus & equites eorum. Cumque extendisset Moyses manum contra mare, reuersum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibusque Aegyptijs occurrerunt aquæ, & inuoluit eos Domi
G nus in medijs fluctibus. Reuersæq; sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec vnus quidem superfuit ex eis. Filij autem Israel perrexerunt per mediũ sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro à dextris & à sinistris: liberauitque Dominus in die illa Israel de manu Aegyptiorum. Et viderunt Aegyptios mortuos super littus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, &

Pſa.113.a. Pſ.77.b.d. 104.d. Heb.11.e.

crediderunt Domino, & Moysi seruo eius.

S. *Israëlitæ gratijs Deo cum cantu peractis venerũt in Marath, vbi amaritudine aquarum versa in dulcedinem venerunt in Helim.*

CAP. XV.

TVnc cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc Domino, & dixerunt. A

Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus est, equum & ascẽsorem deiecit in mare.

‖Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum, Deus patris mei & exaltabo eum. Sapi.10.d. Isa.12.a. Pſal.117.c.

Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

Currus Pharaonis & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in Mari-rubro.

Abyssi operuerunt eos, descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua Domine percussit inimicum.

Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios ″meos″: misisti iram tuam quæ de ″ſuos. A.
uorauit eos sicut stipulam.

Et in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquæ: B
stetit vnda fluens, congregatæ sunt abyssi in medio mari.

Dixit inimicus, Persequar & comprehẽdam, diuidam spolia, implebitur anima mea: euaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

Flauit spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, *faciens mirabilia? *Or.18.

Extendisti manum tuam, & deuorauit eos terra.

Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.

Ascenderunt populi, & irati sunt: dolores obtinuerunt habitatores Philistijm.

Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerũt omnes habitatores Chanaan.

Irruat super eos formido & pauor: in magni- C
tudine brachij tui: fiant immobiles quasi lapis: donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus tuus iste quem possedisti.

Introduces eos, & plantabis in monte hæreditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine: sanctuarium tuum

Domi-

Domine, quod firmauerunt manus tuæ.

Dominus regnabit in æternum & vltrà.

"equus. 6. ▷.4. Ingressus est enim ▷eques' Pharao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris: filij autem Israel ambulauerũt per siccum in medio eius.

Sumpsit ergo Maria prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua: egressæque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris, quibus præcinebat, dicens, Cantemus Domino: glorioſè enim magnificatus est equum & ascensorem eius deiecit in mare. Tulit autem Moyses Israel de Mari-rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaueruntq; tribus diebus per solitudinem, & non inuenie
D bant aquam. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eo quòd essent amaræ. vnde & congruum loco nomen impo suit: vocans illum Mara, id est amaritudinem. Et murmurauit populus contra Moysen, dicens, Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominum qui ostendit ei lignum: quod cum mi
Iudit. 5.e. Eccl. 38.2. sisset in aquas, in dulcedinem versæ sunt. ‖ibi constituit ei præcepta, atq; iudicia, & ibi tentauit eum, dicens, Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, custodierisq; omnia præcepta illius: cunctum languorem quẽ posui in Aegypto, non inducam super te. ego
Num. 33.b ▷.9. enim sum Dominus Deus sanator tuus. ‖Venerunt autem in Elim ▷filij Israel', vbi erant duodecim fontes aquarũ, & septuaginta palmæ: & castrametati sunt iuxta aquas.



S. *Murmurantibus in Sin pro cibo Israëlitis, pluit Dominus coturnices & Man ad saturitatem, iussio Domini de eo colligendo & in monimentum reponendo.*

CAP. XVI.

Sapi.11.a. APROfectiq; sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinai: quintodecimo die mensis secundi, postquã egressi sunt de Terra-Aegypti. Et murmurauit om-

nis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine. Dixeruntque filij Israel ad eos, Vtinam mortui essemus per manum Domini in Terra-Aegypti, quando sedebamus super ollas carnium, & comedebamus panem in saturitate: cur induxistis nos in desertum istud, vt occideretis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moysen, Ecce ego pluam vobis panes de cœ- B
lo: egrediatur populus, & colligat quæ sufficiunt per singulos dies: vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non. Die autẽ sexto parent quod inferãt: & sit duplum quam colligere solebant per singulos dies. Dixeruntq; Moyses & Aaron ad omnes filios Israel, Vespere scietis quòd Dominus eduxerit vos de Terra-Aegypti, & mane videbitis gloriam Domini: audiui enim murmur vestrum contra Dominũ: nos verò quid sumus, quia mussitastis contra nos? Et ait Moyses, Dabit vobis Dominus vespere carnes edere, & mane panes in saturitate: eo quòd audierit murmurationes vestras, quibus murmurati estis contra eum: nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.

Dixit quoque Moyses ad Aaron, Dic vniuer- C
sæ congregationi filiorum Israel, Accedite coram Domino: audiuit enim murmur vestrum. Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem: & ecce gloria Domini apparuit in nube. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens, ‖Audiui murmurationes filiorum Eccl. 45.e
Israel, loquere ad eos, Vespere comedetis carnes, & mane saturabimini panibus: scietisque quòd ego sum Dominus Deus vester. Factum est ergo vespere, & ascendens coturnix, cooperuit castra: mane quoque ros iacuit per circuitum castrorum. Cumque operuisset su- D
perficiem terræ, ‖apparuit in solitudine mi- Num.11.b.
nutum, & quasi pilo tusum in similitudinem Pſal. 77.c.
pruinæ super terram. Quod cum vidissent filij Sapi. 16.c.
Israel, dixerunt adinuicem, Man hu. (quod Iohan. 6.d
significat, Quid est hoc?) ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses, ‖Iste est panis 1.Co. 10.a
quem Dominus dedit vobis ad vescendũ. Hic est sermo quem præcepit Dominus, Colligat vnusquisq; ex eo quantum sufficit ad vescendum: gomor per singula capita, iuxta numerũ animarum vestrarum quæ habitant in tabernaculo sic tolletis. Feceruntque ita filij Israel: & collegerũt, alius plus, alius minus. Et mensi E
sunt ad mensuram gomor: ‖nec qui plus col- 2.Co.8.d.
legerat, habuit amplius: nec qui minus parauerat, reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant congregauerunt. Dixitque Moyses ad eos, Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierunt eum, sed dimiserunt

D quidam

quidam ex eis vsq; mane, & scatere cœpit vermibus, atque computruit. & iratus est contra eos Moyses. Colligebant autem mane singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum: cumque incaluisset sol, liquefiebat. In die aũt sexta collegerunt cibos duplices, id est duo gomor per singulos homines: venerunt autem, omnes principes multitudinis, & narrauerũt Moysi. Qui ait eis, Hoc est quod locutus est Dominus: requies sabbathi sanctificata, est Domino cras. quodcunq; operandum est facite: & quæ coquenda sunt coquite: quicquid autem reliquum fuerit, reponite vsque in mane. Feceruntque ita vt præceperat Moyses, & non computruit, neque vermis inuentus est
F in eo. Dixitque Moyses, Comedite illud hodie, quia sabbathum est *Domini: nõ inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in die
▷.1. autem septimo sabbathum est▷Domini, idcirco non inuenietur. Venitque septima dies: & egressi de populo vt colligerent, non inuenerunt. Dixit autẽ Dominus ad Moysen. Vsquequo non vultis custodire mandata mea, & legem meam? Videte quod Dominus dederit vobis sabbathum, & propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo. Et sabbathizauit populus die septimo. Appellauitque domus Israel nomen eius Man: quod erat quasi semen coriandri album, gustusque eius quasi simile cum
G melle. Dixit autẽ Moyses, Iste est sermo quem præcepit Dominus, Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrò generationes: vt no uerint panẽ quo alui vos in solitudine, quando educti estis de Terra-Aegypti. Dixitque Moyses ad Aaron. Sume vas vnum, & mitte ibi man, quantum potest capere gomor: & re
*futuras retro. 6. pone coram Domino ad seruandum in *generationes vestras, sicut præcepit Dominus Moysi. Posuitque illud Aaron in tabernaculo reseruandum. ‖Filij autem Israel comederunt Man quadraginta annis: donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt, vsquequo tangerent fines Terræ-Chanáan. Gomor autem decima pars est ephi.

Neh. 9. d. Iudit. 5. c.

S. Rursum murmurantibus in Raphidim pro aqua filijs Israël, dat Dominus aquam de petra: & in monte Moysi extensis manibus orante, vincunt ipsi Amalechitas.

CAP. XVII.

AIGitur profecta omnis multitudo filiorum Israel de deserto Sin, per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad
Nu. 20. a. bibendũ populo. ‖Qui iurgatus contra Moysen, ait, Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus respondit Moyses, Quid iurgamini cõtra me? cur tentatis Dominum? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria, & murmurauit contra Moysen, dicens, Cur fecisti nos exire de Aegypto, vt occideres nos, & liberos nostros, ac iumẽta siti? Clamauit autem Moyses ad Dominum dicens, Quid faciam populo huic? ad- B
huc paululũ, & lapidabit me. Et ait Dominus ad Moysen, Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israel: & virgam qua ‖ percussisti fluuiũ, tolle in manu tua, & vade. ‖ En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutiesq; petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israel. Et vocauit nomen loci illius Tentatio, propter iurgium filiorum Israel, & quia tentauerunt Dominum, dicentes, Estne Do- C
minus in nobis, an non? ‖Venit autem Amalec* & pugnabat contra Israel in Raphidim. Dixitque Moyses ad Iósue, Elige viros, & egressus pugna cõtra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea. Fecit Iósue vt locutus erat Moyses, & pugnauit contra Amalec: Moyses aũt, & Aaron & Hur, ascenderũt super verticem collis. Cumque leuaret Moyses manus, vincebat Israel: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec. Manus autẽ Moysi erant graues: sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem, & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum D
est vt manus illius non lassarentur vsq; ad occasum solis. Fugauitque Iósue Amalec, & populum eius in ore gladij. Dixit aũt Dominus ad Moysen, Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Iósue: delebo enim memoriã Amalec sub cœlo, Aedificauitq; Moyses altare: & vocauit nomen eius, Dominus-exaltatio-mea, dicens, Quia manus *soli' Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

*solium

Iudit. 4. d. Sapi. 11. a. Deut. 32. d. *ad prę. 4.

S. Iethro socer Moysi vxorem cum filijs ad eum reduxit, & auditis Dei operibus, quum Domino sacrificasset, sanum consilium Moysi dedit in constituendis iudiciorum magistratibus.

CAP. XVIII.

CVmque audisset Iethro sacerdos Ma- A
dian, cognatus Moysi, omnia quæ fecerat Deus Moysi, & Israeli populo suo, & quòd eduxisset Dominus Israel de Aegypto: tulit Sephoram vxorem Moysi quam remiserat: & duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gersam, dicente patre, ‖Aduena fui Sup. 2. d.
in terra aliena. Alter verò Eliézer, Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis. Vênit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius & vxor eius ad Moysen in deserto,

desertũ, vbi erat castrametatus iuxta Mõtem-Dei. Et mandauit Moysi, dicens, Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui cum ea. Qui egressus in occursum cognati sui, adorauit, & osculatus est eum: salu-
B tauerunt q́ se mutuo verbis pacificis. Cumque intrasset tabernaculum, narrauit Moyses cognato suo cũcta quæ fecerat Dominus Pharaoni & Aegyptijs propter Israel: vniuersumque laborem qui accidisset eis in itinere, & quòd liberauerat eos Dominus. Lætatusque est Iethro super omnibus bonis quæ fecerat Dominus Israeli, eo quòd eruisset eum de manu Aegyptiorũ, & ait, Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Aegypti. Nũc cognoui quia magnus
Su. 1. b. c. d 5. b. c. d. 14 b. Dominus super omnes deos: eo quòd ‖ superbe egerint contra illos. Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausto & hostias Domino: veneruntque Aaron & omnes seniores Israel, vt comederẽt panem cum eo corã Deo.
C Altera autem die sedit Moyses vt iudicaret populum, qui assistebat Moysi à mane vsque ad vesperam. Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet quæ agebat in populo, ait, Quid est hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane vsque ad vesperam? Cur respondit Moyses, Venit ad me populus quærens sententiã Dei. Cumque acciderit eis aliqua disceptatio, veniũt ad me vt iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges eius. At ille, Non bonam, inquit, rem facis: stulto labore consumeris & tu, & populus iste qui tecũ est: vltrà
Deut. 1. b. vires tuas est negotium, ‖solus illud non poteris sustinere. Sed audi verba mea atque cõsilia, & erit Dominus tecum. Esto tu populo in his quæ ad Deum pertinent, vt referas quæ dicuntur ad eum: ostendasq; populo ceremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant.
D Prouide autem de omni plebe viros *sapientes' & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referãt ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent: leuiusque sit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca sua cum pace. Quibus audi-
tis Moyses fecit omnia quæ ille suggesserat. Et electis viris strenuis de cuncto Israel, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos. Qui iudicabant plebem, omni tempore: quic-

*potẽtes. 18

quid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. Dimisitque cognatum suum: qui reuersus abijt in terram suam.



S. Iuxta montem Sinai commemorato liberationis ex Ægypto beneficio populus sanctificari iubetur, vt descendat Dominus in fulgure & tonitru, coram omni plebe Moysi loquiturus.

CAP. XIX.

MEnse tertio egressionis *Israel de Ter A
ra-Aegypti, in die hac venerunt in so- Num. 33. c.
litudinẽ Sinai. Nam profecti de Rha- *filiorum. 3
phidim, & peruenientes vsq; in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israel fixit tentoria eregione montis. ‖Moy- Actu. 7. c.
ses autem ascendit ad Deum: vocauitq; eum Dominus de monte, & ait, Hæc dices domui Iacob, & annũtiabis filijs Israel. Vos ipsi vidistis quæ fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi. ‖Si ergo audieritis vocem meam, &
Deu. 29. a. custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: ‖mea est enim om Psa. 23. a.
nis terra. ‖Et vos eritis mihi in regnum sacer 1. Pet. 2. b.
dotale, & gens sancta, hæc sunt verba quæ loquẽris ad filios Israel. Vênit Moyses: & cõuo- B
catis maioribus natu populi, exposuit omnes sermones quos mandauerat Dominus. Respondit́q; omnis populus simul. Cuncta quæ locutus est Dominus, faciemus. Cumq́; retulisset Moyses verba populi ad Dominum, ait ei Dominus, Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuũ. Nuntiauit ergo Moyses verba populi ad Dominum. Qui dixit ei, Vade ad populum, & sanctifica illos hodie, & cras, lauentque vestimenta sua. Et sint parati in diem tertium: in die enim tertia descendet Dominus coram omni plebe super
montem Sinai. Constituesque terminos po- C
pulo per circuitum, & dices▷ad eos, Cauete ▷. 8.
ne ascendatis in montem, ‖nec tangatis fines Hebr. 12. c.
illius: omnis qui tetigerit mõtem, morte morietur. Manus non *tanget' eum, sed lapidi- *tanget. 7.

bus oppri-

bus opprimetur, aut confodietur iaculis: ſiue iumentũ fuerit ſiue homo, non viuet. cum cœperit clangere buccina, tunc aſcendant in montem. Deſcenditq́ue Moyſes de monte ad populum, & ſanctificauit eum. Cumq́; lauiſſent veſtimenta ſua, ait ad eos, Eſtote pariti in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. Iamq́; aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſsima operire montem, clangorq́ue buccinæ
*omnis. 2. vehemẽtius perſtrepebat: & timuit *populus qui erat in caſtris. Cumq́; eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſtete-
D runt ad radices montis. ‖Totus autem mons
Deu. 4. b. Sinai fumabat: eo quòd deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: eratq́ue omnis mons terribilis. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius, & prolixius tendebatur: Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat ei. Deſcenditq́ue Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice, & vocauit Moyſen in cacumen eius. Quò cum aſcendiſſet dixit ad eum, Deſcende, & conteſtare populum: ne fortè velit tranſcendere terminos ad videndum Dominũ, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoq; qui accedunt ad Dominum, ſanctificẽtur ne percutiat eos. Dixitq́ue Moyſes ad Dominum, Non poterit vulgus aſcendere in montẽ Sinai: tu enim teſtificatus es & iuſsiſti, dicens, Pone terminos circa montẽ, & ſanctifica illum. Cui ait Dominus, Vade, deſcende: aſcendesq́ue tu, & Aaron tecum: ſacerdotes autem & populus ne tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos. Deſcenditq́ue Moyſes ad populum, & omnia narrauit eis.

S. *Moyſes decalogum à Domino auditum territo populo narrat, ac terreum aut lapideum de inſectis lapidibus altare fieri iubet, ad quod non ſit per gradus aſcendendum.*

CAP. XX.

A Locutusq́ue eſt Dominus cunctos ſermones hos, Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de Terra-Aegypti, de domo ſeruitutis. Non habebis deos alienos coram me. ‖Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cœlo déſuper, & quæ in terra deorſum, nec eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neque coles: ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitãs iniquitatem patrũ in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me: & faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præ-
B cepta mea. Non aſſumes nomẽ Domini Dei tui in vanum. nec enim habebit inſontem

[Margin: Deut. 5. a. Pſa. 80. c. 96. b. 113. b Leui. 26. a Deut. 4. c Iud. 6. b. Ioſ. 24. c. d Deu. 24. c]

Dominus eum qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra. Memento vt diem ſabbathi ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die ſabbathum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus ▷in eo', tu & filius tuus & filia tua, ſeruus tuus & ancilla tua, iumentum tuum & aduena qui eſt intra portas tuas. ‖Sex enim diebus fecit Dominus cœlum & terrã & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo, idcirco benedixit Dominus diei ſabbathi, & ſanctificauit eum. Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terrã quam Domi-
C nus Deus tuus dabit tibi. Non occides, Non Mœchaberis, Nõ furtum facies. Non loquêris cõtra proximum tuum falſum teſtimonium. Non concupiſces domum proximi tui: nec deſyderabis vxorem eius, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia quæ illius ſunt. Cunctus autem populus "videbat' voces & lampades, & ſonitum buccinæ, montemq́; fumantem: & perterriti ac pauore cõcuſsi, ſteterunt procul, dicentes Moyſi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne fortè moriamur. Et ait Moyſes ad populum, Nolite timere: vt enim probaret vos vênit Deus, & vt terror illius eſſet in vobis, & non peccaretis. Stetitq́; populus de longe. Moyſes autem acceſsit ad caliginem in qua erat Deus. Dixit præterea Dominus ad Moyſen, Hæc dices filijs Iſrael, Vos vidiſtis
D quòd de cœlo locutus ſim vobis. Non facietis *deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. ‖Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta & pacifica veſtra, oues veſtras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei: veniam ad te, & benedicam tibi. ‖Quòd ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis lapidibus: ſi enim leuaueris cultrum *ſuper eum, polluetur. Non aſcendes per gradus altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

[Margin: Deut. 5. b Leui. 19. c Mat. 5. c Ezec. 20. b Deu. 5. b. ▷&. Infr. 31. b. Gene. 2. a. Deu. 5. b. Matt. 15. a Ephe. 6. a Matt. 5. c Roma. 7. b 13. c. "audiebat. Heb. 12. d Deut. 18. a *mecum. Infra. 27. b 38. a. Deu. 27. a Ioſu. 8. f. *tuum. 16.]

S. *Præcepta iudicialia quo ad emptitios ſeruos & ancillas, furta, homicidia, parricidia, parẽtum maledicta, rixas, & talionis pœnas, atque cornupetam bouem.*

CAP. XXI.

A Haec ſunt iudicia quæ propones eis, Si emeris ſeruum Hebræũ, ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo egredietur liber gratis. Cum quali veſte intrauerit, cum tali exeat, ſi habens vxorem: & vxor egredietur ſimul. Sin autẽ dominus dederit illi vxorem, & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erunt domini ſui, ipſe verò exhibuit cum veſtitu ſuo. Quòd ſi dixerit ſeruus, Diligo dominum meum & vxorem ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dominus dijs, & applicabitur

[Margin: Deu. 15. c Iere. 34. c]

cabitur ad oſtium & poſtes, perforabitq́; au-
B rem eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſeculum.

Si quis vendiderit filiam ſuam in famulam, non egredietur ſicut ancillæ exire conſueuerunt. Si diſplicuerit oculis domini ſui cui tradita fuerat, dimittet eam: populo autem alieno vendendi non habebit poteſtatem ſi ſpreuerit eam. Sin autẽ filio ſuo deſponderit eam,
Leui. 24. c. iuxta morem filiarum faciet illi. Quòd ſi alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & veſtimenta, & pretium pudicitiæ non negabit. Si tria iſta non fecerit, egredietur gratis abſq; pecunia. Qui percuſſerit hominem vo-
C lens occidere, morte moriatur. Qui autem nõ eſt inſidiatus, ſed Deus illũ tradidit in manus
Deut. 19. a eius: ‖conſtituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis per induſtriam occiderit proximum ſuum, & per inſidias: ab altari meo e-
Leui. 20. b uelles eũ vt moriatur. Qui percuſſerit patrem
Prou. 20. c ſuum "aut' matrem, morte moriatur. Qui male
Matt. 15. a. Marci. 7. b dixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur.
"&. 4. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur.

D Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximum ſuum lapide vel pugna, & ille mortuus nõ fuerit, ſed iacuerit in lectulo: ſi ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocens erit qui percuſſerit, ita tamen vt operas eius, & impẽſas in medicos, reſtituat. Qui percuſſerit ſeruum ſuum, vel ancillam virga, & mortui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Sin autem vno die vel duobus ſuperuixerit, non ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit: ſubiacebit dãno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iu-
E dicauerint. Sin autem mors eius fuerit ſubſe-
Matt. 5. f. cuta, reddet animam pro anima, ‖oculum pro
Leui. 24. d oculo, dentem pro dente, manum pro manu,
Deut. 19. pedem pro pede, aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore. Si percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoque ſi excuſſerit ſeruo vel ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos. Si bos cornu percuſſerit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur: & non comedentur carnes eius, dominus quoque bouis innocens erit. Quòd ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & conteſtati ſunt dominum eius, nec recluſerit eum, occideritq́ue virum aut mulierem: & bos lapidibus obruetur, & dominum eius occîdent. Quod ſi pretium fuerit ei impoſitum, dabit pro anima ſua quicquid fuerit poſtulatus. Filium quoque & filiam ſi cornu percuſſerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit. Si ſer-

uum ancillamq́ue inuaſerit, triginta ſiclos ar- G
genti domino dabit, bos verò lapidibus opprimetur. Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eã, cecideritq́ue bos aut aſinus in eã, reddet Dominus ciſternæ pretium iumẽtorum: quod autem mortuum eſt, ipſius erit. Si bos alienus bouem alterius vulnerauerit, & ille mortuus fuerit: vendent bouem viuum, & diuidẽt pretium, cadauer autem mortui inter ſe diſpertient. Si autem ſciebat quòd bos cornupeta eſſet ab heri & nudiuſtertius, & non cuſtodiuit eum Dominus ſuus: reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

S. *Furti damnique illati pœna, depoſiti, commodati atque ſtupri lex, idololatriæ ſupplicium: aduenæ, viduæ & pupillo nocentium pœnæ: mutui, vſuræ, & pignoris lex, ac obedientiæ & decimarum.*

CAP. XXII.

Si quis furatus fuerit bouem aut ouem, & A
occiderit, vel vendiderit: quinque boues pro vno boue reſtituet, ‖& quatuor oues 2. Re. 12. b.
pro vna oue. Si effringens fur domum ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percuſſor nõ erit reus ſanguinis. Quòd ſi orto ſole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipſe morietur. Si non habuerit quod pro furto reddat, ipſe venundabitur. ſi inuentum fuerit apud eum quod furatus eſt, viuẽs, ſiue bos, ſiue aſinus, ſiue ouis: duplum reſtituet. Si læſerit quiſpiam agrum vel vineam, & dimiſerit iumentum ſuum vt depaſcatur aliena: quicquid optimum habuerit in agro ſuo vel in vinea, pro damni æſtimatione reſtituet. Si egreſſus ignis inuenerit "ſpi- "ſpinas. 5.
cas,' & comprehenderit aceruos frugum, ſiue ſtantes ſegetes in agris: reddet damnum qui ignem ſuccenderit. Si quis commendauerit a- B
mico pecuniam aut vas in cuſtodiam: & ab eo qui ſuſceperat, furto ablata fuerint: ſi inuenitur fur, duplum reddet: ſi latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd non extenderit manum in rem proximi ſui, ad perpetrandam fraudem, tam in boue quàm in aſino, & oue ac veſtimento, & quicquid damnum inferre poteſt: ad deos vtriuſq; cauſa perueniet: & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo. Si quis commendauerit proximo ſuo aſinum, bouem, ouem, & omne iumentum ad cuſtodiam, & mortuum fuerit aut debilitatum, vel captum ab hoſtibus, nulluſq́; hoc viderit: iuſiurandum erit in medio quòd non extenderit manum ad rem proximi ſui: ſuſcipietq́ue Dominus iuramentum, & ille reddere non cogetur. ‖ Quòd ſi furto abla- Gen. 31. f.
tum fuerit, reſtituet damnum Domino. Si co- C
meſtũ à beſtia, deferat ad eum quod occiſum

Universidad de Deusto
Biblioteca

est,& non restituet. Qui à proximo suo quicquam horum mutuo postulauerit, & debilitatũ aut mortuum fuerit domino non præsente: reddere cõpelletur. Quòd si impræsentiarum dominus fuerit, non restituet, maximè si con-
Deu.22.d. ductum venerat pro mercede operis sui. ‖Si seduxerit quis virginem necdum desponsatam, dormieritque cum ea: dotabit eam, & habebit eam vxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgines accipere consueuerunt. Maleficos non patieris viuere. Qui coierit cum iumẽto,
Leuit.19.g morte moriatur. ‖Qui immolat dijs, occidetur, præterquam Domino soli. Aduenam non contristabis, neq; affliges eum: aduenæ enim
D & ipsi fuistis in Terra-Aegypti. Viduæ & pu-
Zach.7.c. pillo non nocebitis. Si læseritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiam clamorem eorum: & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erunt vxores vestræ viduæ, & filij vestri pupilli. Si pecuniam mutuã dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quasi exactor, nec vsuris opprimes.

Si pignus à proximo tuo acceperis vestimentum, ante solis occasum reddes ei. Ipsum enim est solum quo operitur, indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: si
Actu.23.a. clamauerit ad me, exaudiam eum, quia misericors sum. Dijs non detrahes, &‖principi po-
Leuit.22.b puli tui non maledices. Decimas tuas & pri-
Eze.44.g. mitias tuas non tardabis reddere: ‖primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoque, & ouibus similiter facies: septem diebus sit cum matre sua, die octaua reddes illum mihi. Viri sancti eritis mihi: carnem quæ à bestijs fuerit prægustata, nõ comedetis, sed proijcietis canibus.

S. Leges præfixæ iudicibus, bos & asinus inimici seruandus, non accipienda iudicibus munera, de anni & diei septimi, quiete, tribusq; festis præcipuis, de angelo in ducem itineris præmittendo, & præmijs seruantium præcepta.

CAP. XXIII.

A NOn suscipies vocẽ mendacij: nec iunges manum tuam vt pro impio dicas falsum testimonium. Non sequêris turbam ad faciendum malum: nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. Pauperis quoq; non misereberis in ″iudi-
″negotio.12 cio'. ‖Si occurreris boui inimici tui, aut asino
Deut.22.a. erranti, reduc ad eũ. Si videris asinum odientis te iacêre sub onere, non pertransibis, sed
″iudicio.13. subleuabis cum eo. Non declinabis in ″iudicium' pauperis. Mendacium fugies. Insontem & iustum non occîdes: quia auersor impium.
Dani.13.f. ‖Nec accipies munera, quæ etiã excæcant prudentes, & subuertunt verba iustorum. Peregri- B
no molestus non eris. scitis enim aduenarum animas: quia & ipsi ‖peregrini fuistis in Ter- Deu.16.d Eccl.20.d
ra-Aegypti. Sex annis seminabis terram tuam, Gen.46.c
& congregabis fruges eius. Anno autem septimo dimittes eam, & requiescere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit edant bestiæ agri. ita facies in vinea, & in olieto tuo. Sex diebus operaberis: C
septimo die cessabis, vt requiescat bos & asinus tuus, & refrigeretur filius ancillæ tuæ, & aduena. Omnia quæ dixi vobis custodite. Et per nomen externorum deorum non iurabitis, neque audietur ex ore vestro. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Solennitatem azymorum custodies. Septem diebus comedes azyma, ‖sicut præcepi Supr.13.a Infr.34.b
tibi, tempore mensis nouorum, ‖quando e- Deu.16.d
gressus es de Aegypto: non apparebis in con- Eccl.35.a
spectu meo vacuus. Et solennitatẽ messis
primitiuorum operis tui, quæcunq; seminaueris in agro: solennitatem quoque in exitu an- D
ni, quando congregaueris omnes fruges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne mas-
culinum tuum coram Domino Deo ▷tuo'. ▷.6.
Deu.16.d
Non immolabis super fermento sanguinem Infr.34.d
victimæ ″tuæ', nec remanebit adeps solennitatis meæ vsque mane. Primitias frugum terræ ″meæ.5.
tuæ deferes in domum Domini Dei tui.

Non coques hœdum in lacte matris suæ. Ecce ego mittam angelum ▷meum', qui præce- ▷.6.
dat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem præparaui. Obserua eum, & audi
vocem eius, nec contemnendum putes: quia E
non dimittet cum ″peccaueris', & est nomen ″peccauerit
meum in illo. Quòd si audieris vocem eius, 5.
& feceris omnia quæ loquor, inimicus ero
inimicis tuis, & affligam affligentes te. ‖Præ- Infra.23.d Iosue.24.d
cedetque te angelus meus, & introducet te ad Deut.7.b
Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum,
Chananæumque, & Heuæum, & Iebusæum,
quos ego conterã. Non adorabis deos eorum,
nec coles eos: non facies opera eorum, sed de-
strues eos, & cõfringes statuas eorum. Seruie
tisq; Domino Deo vestro, vt benedicam pani F
bus tuis & aquis, & auferam infirmitatem de
medio tui. Non erit infœcũda, nec sterilis ▷in' ▷.7.
terra tua: numerum dierum tuorum implebo.
Terrorem meum mittã in præcursum tuum,
& occidam omnem populum, ad quem ingre Deut.7.b
diêris: cunctorumq; inimicorum tuorum coram te terga vertam: emittẽs crabrones prius,
qui fugabunt Heuæum, & Chananæum, &
Hethæum, antequã introeas. Non eijciam eos G
à facie tua anno vno: ne terra in solitudinem
redigatur, & crescant contra te bestiæ. Paulatim expellam eos de conspectu tuo, donec
augearis, & possideas Terram. Ponam autem
terminos

terminos tuos à Mari-rubro vsque ad Mare Palæsthinorum, & à deserto vsque ad Fluuium: tradam in manibus vestris habitatores Terræ, & eijciam eos de conspectu vestro. ‖Non inibis cum eis fœdus, nec cum dijs eo-
Deut.7.a. rum. Non habitent in terra tua, ne fortè peccare te faciant in me, si seruieris dijs eorum: quod
Infr.34.b. tibi certè erit in scandalum.

S. Oblatis Domino sacrificijs, fœderisq; sanguine in populum respersо, Moyses, cæteris ad radicem montis manentibus, solus in montem ascendit, vbi cum Domino.40. diebus permansit.

CAP. XXIIII.

A MOysi quoque dixit, Ascende ad Dominum tu & Aaron, Nadab & Abiu,
▷.1. & septuaginta senes ▷ex' Israel, & adorabitis procul. Solusque Moyses ascendet ad Dominum, & illi non appropinquabunt: nec populus ascendet cum eo. Venit ergo Moyses & narauit plebi omnia verba Domini, atque iudicia: responditque omnis populus vna voce, Omnia verba Domini quæ locutus est, faciemus. Scripsit autem Moyses vniuersos sermones Domini: & mane consurgens ædificauit altare ad radices montis, & duodecim titu-
B los per duodecim tribus Israel. Misitque iuuenes de filijs Israel, & obtulerunt holocausta, immolaueruntque victimas pacificas Domi-
▷.4. no, vitulos ▷duodecim'. Tulit itaque Moyses dimidiam patrem sanguinis, & misit in crateras: partem autem residuam fudit super altare. Assumensque volumen fœderis, legit audiente populo. qui dixerunt, Omnia quæ locutus est Dominus faciemus, & erimus obedientes. Ille vero, sumptum sanguinem respersit in populum, & ait, Hic est sanguis fœderis quod
Heb.9.e. pepigit Dominus vobiscum super cunctis ser-
C monibus his. Ascenderuntque Moyses & Aaron, Nadab & Abiu, & septuaginta de senioribus Israel: & viderunt Deum Israel: & sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlum cum serenum est. Nec super eos qui procul recesserant de filijs Israel, misit manum suam: videruntque Deum, & comederunt, ac biberunt. Dixit autem Dominus ad Moysen, Ascende ad me in montem, & esto ibi: daboque tibi tabulas lapideas, & legem, ac
″filios Israel. mandata quæ scripsi, vt doceas ″eos'. Surrexerunt Moyses, & Iosue minister eius: ascendensque Moyses in montem Dei, senioribus
D ait, Expectate hic donec reueramur ad vos. habetis Aaron: & Hur vobiscum: si quid natum fuerit quæstionis, referetis ad eos. Cumque ascendisset Moyses, operuit nubes montem & habitauit gloria Domini super Sinai, tegens illum nube sex diebus: septimo au-
″Dominus. tem die vocauit eum ″de medio caliginis. Erat autem species gloriæ Domini, quasi ignis ardens super verticem montis in cõspectu filiorum Israel. Ingressusq; Moyses medium nebulæ, ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.



S. Iubetur primitiarum ac donorum oblatio ad Dei tabernaculum formandum, arcam, mensam, & candelabrum, cunctáque illis pertinentia.

CAP. XXV.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, A
dicens, Loquere filijs Israel, vt tollant
mihi primitias ab ‖omni homine qui Infra.35.a.
offert vltroneus, accipietis eas. Hæc sunt autem quæ accipere debetis, Aurum, & argentũ,
& æs, hyacinthum & purpuram, coccumque
bis tinctum, & byssum, pilos caprarum, & pelles arietum rubricatas, pellesque ianthinas, &
ligna setim. oleum ad luminaria concinnanda, aromata in vnguentum, & thymiamata
boni odoris: lapides onychinos, & gemmas
ad ornandum ephod, ac rationale. Facientq;
mihi sanctuarium, & habitabo in medio eo-
rum: ‖iuxta omnem similitudinem taberna- Hebr.9.a.
culi quod ostẽdam tibi, & omnium vasorum
in cultum eius: sicque facietis illud. Arcam de
lignis setim compingite, cuius longitudo habeat duos & semis cubitos, latitudo cubitum
& dimidium, altitudo cubitum similiter ac
semissem. Et deaurabis eam auro mundissimo
intus & foris: faciesq; suprà coronam auream
per circuitum: & quatuor circulos aureos,
quos pones per quatuor arcæ angulos. duo
circuli sint in latere vno, & duo in altero. Fa- B
cies quoque vectes de lignis setim, & operies
eos auro. Inducesque per circulos qui sunt in
arcæ lateribus, vt portetur in eis: qui sem-
per erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Ponesque in arca testificationem quam dabo tibi. Facies & propitiatorium de auro mundissimo: duos cubitos & dimidium tenebit longitudo eius, & cubitũ ac
semissem latitudo. Duos quoq; cherûbim aureos, & productiles facies, ex vtraq; parte ora-

culi. Cherub vnus sit in latere vno, & alter in altero. Vtrunque latus propitiatorij tegant expandentes alas, & operientes oraculum, respiciantque se mutuò versis vultibus in propitiatorium quo operienda est arca, in qua pones testimonium quod dabo tibi. Inde præcipiam, & loquar ad te supra propitiatorium, ac de medio duorum cherûbim, qui erunt super arcam testimonij, cuncta quæ mandabo
C per te filijs Israel. Facies & mensam de lignis setim, habentem duos cubitos longitudinis, & in latitudine cubitum, & in altitudine cubitum ac semissem. Et inaurabis eam auro purissimo: faciesque illi labium aureum per circuitum, & ipsi labio coronam interrasilem altam quatuor digitis: & super illam, alteram coronam aureolam. Quatuor quoque circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiusdem mensæ per singulos pedes. Subter coronam erunt circuli aurei, vt mittantur vectes per eos, & possit mensa portari. Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & circundabis auro ad subuehendā mensam. Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, &
D cyathos, in quibus offerenda sunt libamina, ex auro purissimo. Et pones super mēsam panes propositionis in conspectu meo semper. Facies & candelabrum ductile de auro mundissimo, hastile eius, & calamos, scyphos & sphærulas, ac lilia ex ipso procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. Tres scyphi quasi in nucis modum per calamos singulos, sphærulæq; simul, & lilia: & tres similiter scyphi instar nucis in calamo altero, sphærulæque simul & lilia. hoc erit opus sex calamorum, qui producendi sunt de hastili. In ipso autem cādelabro erunt quatuor scyphi in nucis modum, sphærulæque per singulos, & lilia. Sphærulæ sub duobus calamis per tria loca, qui simul sex fiunt procedentes de hastili vno. Et sphærulæ igitur & calami ex ipso erunt. vniuersa ductilia de auro purissimo. Facies & lucernas septem, & pones eas super candelabrum, vt luceant ex aduerso. Emunctoria quoq;, & vbi quæ emuncta sunt extinguantur, fiant auro purissimo. Omne pondus candelabri cum vniuersis vasis suis habebit talentum auri purissimi.
Hebr. 8.b. Actu. 7.f. ‖Inspice, & fac secundum exemplar quod tibi in monte monstratum est.

S. Forma ac cōstructio tabernaculi Mosaici, veli, arcæ, propitiatorij, mensæ, candelabri, & tentorij, iuxta suas quæque mensuras.

CAP. XXVI.

A TAbernaculum verò ita facies, Decem cortinas de byssо retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoq; bis tincto, variatas opere plumario facies. Longitudo cortinæ vnius habebit vigintiocto cubitos: latitudo, quatuor cubitorum erit. vnius mensuræ fient vniuersa tentoria. Quinque cortinæ sibi iungentur mutuò, & aliæ quinque nexu simili cohærebunt. Ansulas hyacinthinas in lateribus ac summitatibus facies cortinarum, vt possint inuicem copulari. Quinquagenas ansulas cortina habebit in vtraque parte, ita insertas, vt ansa contra ansam veniat, & altera alteri possit adaptari. Facies & quinquagin B ta circulos aureos quibus cortinarū vela iungenda sunt, vt vnum tabernaculum fiat. Facies & saga cilicina vndecim, ad operiendum tectum tabernaculi. Longitudo sagi vnius habebit triginta cubitos, & latitudo, quatuor: æqua erit mensura sagorum omnium. E quibus quinque iunges seorsum, & sex sibi mutuò copulabis, ita vt sextum sagum in frōte tecti duplices. Facies & quinquaginta ansas in ora sagi vnius, vt cōiungi cum altero queat: & quinquaginta ansas in ora sagi alterius, vt cū altero copuletur. Facies & quinquaginta fibulas C æneas quibus iungantur ansæ, vt vnū ex omnibus operimentum fiat. Quod autem superfuerit in sagis quæ parantur tecto, id est vnum sagum quod amplius est, ex medietate eius o-



peries posteriora tabernaculi. Et cubitus ex vna parte pendebit, & alter ex altera qui plus est in sagorum longitudine, vtrunque latus tabernaculi protegens. Facies & operimentum aliud tecto de pellibus arietum rubricatis: &

tis: & super hoc rursum aliud operimentum
D de ianthinis pellibus. Facies & tabulas stantes tabernaculi de lignis setim, quæ singulæ denos cubitos in longitudine habeant, & in latitudine singulos ac semissem. In lateribus tabulæ, duæ incastraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ connectatur: atque in hunc modum cunctæ tabulæ parabuntur. Quarum viginti erunt in latere meridiano quod vergit ad Austrum. Quibus quadraginta bases argenteas fundes, vt binæ bases singulis tabulis per duos angulos subijciātur. In latere quoque secundo tabernaculi quod vergit ad Aquilonē, viginti tabulæ erunt, quadraginta habentes bases argēteas: binæ bases singulis tabulis sup
E ponentur. Ad occidentalem verò plagam tabernaculi facies sex tabulas, & rursum alias duas quæ in angulis erigantur post tergum tabernaculi. Eruntq; coniunctæ à deorsum vsque sursum, & vna omnes compago retinebit. Duabus quoq; tabulis quæ in angulis ponendæ sunt, similis iunctura seruabitur. Et erunt simul tabulæ octo, bases earum argenteæ sedecim, duabus basibus per vnam tabulam suppu tatis. Facies & vectes de lignis setim quinque ad continendas tabulas in vno latere tabernaculi, & quinq; alios in altero, & eiusdem numeri ad occidentalem plagam: qui mittentur per medias tabulas à summo vsque ad sum-
F mum. Ipsas quoq; tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos per quos vectes tabulata contineant, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculum iuxta exemplar
Sup. 24.c. quod tibi in ‖Monte monstratum est. Facies & velum de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byssо retorta, opere plumario & pulchra varietate contextum: quod appendes ante quatuor columnas de lignis setim, quæ ipsæ quidem deauratæ erunt, & habebunt ca-
G pita aurea, sed bases argenteas. Inferetur autē velum per circulos, intra quod pones arcam testimonij quo & Sanctuarium, & Sanctuarij sanctuaria diuidentur. Pones et propitiatoriū super arcam testimonij in Sancta sanctorum: mensamque extra velum: & contra mensam candelabrum in latere tabernaculi meridiano: mensa enim stabit in parte Aquilonis. Facies & tentorium in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byssо retorta, opere plumarij. Et quinque columnas deaurabis lignorū setim ante quas ducetur tentorium, quarum erunt capita aurea, & bases æneæ.

S. Altare & atrium tabernaculi, tentorium, columnæ, & oleum lucernarum parari iubentur.

CAP. XXVII.



FAcies & altare de lignis setim, quod ha- A
bebit quinque cubitos in longitudine, Inf. 38.a.b
& totidem in latitudine, id est quadrum, & tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipso erunt: & operies illud ære. Faciesq; in vsus eius lebetes ad suscipiendos cineres, & forcipes atque fuscinulas, & ignium receptacula. Omnia vasa ex ære frabricabis. Craticulamque in modum retis æneam: per cuius quatuor angulos erunt quatuor annuli ænei, quos pones *subter' aru- *Super. 7.
lam altaris. eritque craticula vsque ad altaris medium. Facies & vectes altaris de lignis se- B
tim duos, quos operies laminis æneis: & indu ces per circulos, eruntq; ex vtroq; latere altaris ad portandum. ‖Non solidum, sed inane & Sup. 20.d.
cauum intrinsecus facies illud, sicut tibi in Monte monstratum est. Facies & atriū tabernaculi, in cuius australi plaga contra meridiē erunt tentoria de byssо retorta: centum cubitos vnum latus tenebit in longitudine. Et columnas viginti cum basibus totidem æneis, quæ capita cum cælaturis suis habebūt argentea. Similiter & in latere aquilonis per longū erunt tentoria centum cubitorum, columnæ viginti, & bases æneæ eiusdem numeri, & capita earum cum cælaturis suis argentea. In la- C
titudine verò atrij quod respicit ad occidentē erunt tentoria per quinquaginta cubitos, & columnæ decem, baseq; totidem. In ea quoque atrij latitudine quæ respicit ad orientem, quinquaginta cubiti erunt, in quibus quindecim cubitorū tentoria lateri vno deputabuntur, columnæque tres & bases totidem: & in latere altero erunt tentoria cubitos obtinentia quindecim, columnæ tres, & bases totidē. In introitu verò atrij fiet tentorium cubitorum viginti ex hyacintho & purpura, coccoque bis tincto, & byssо retorta, opere plumarij: columnas habebit quatuor, cū basibus totidem. Omnes columnæ atrij per circuitum vestitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & basibus æneis. In longitudine oc- D
cupabit atrium cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinq; cubitorū erit.

fietque

fietq; de byſſo retorta,& habebit baſes æneas. Cuncta vaſa tabernaculi in omnes vſus & ceremonias,tam paxillos eius quàm atrij,ex ære facies.Præcipe filijs Iſrael vt afferant tibi oleũ de arboribus oliuarum puriſsimum, piloque contuſum: vt ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij, extra velum quod oppanſum eſt teſtimonio. Et collocabunt eam Aaron & filij eius, vt vſque mane luceat coram Domino.Perpetuus erit cultus per ſucceſsiones eorum coram filijs Iſrael.



S. Pontificalia indumenta Aaronis & filiorum eius deſcribuntur.

CAP. XXVIII.

A APplica quoque ad te Aaron fratrem tuum cum filijs ſuis de medio filiorũ Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi: Aaron,Nadab & Abiu,Eleazar,& Ithamar.Faciesq; veſtem ſanctã Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. Et loquêris cunctis ſapiẽtibus corde, quos repleui ſpiritu prudentiæ, vt faciant veſtes Aaron in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. Hæc autem erunt veſtimenta quæ facient,Rationale & ſuperhumerale, tunicam & lineam ſtrictam,cidarim & balteum. Facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron & filijs eius,vt ſacerdotio fungantur mihi.Accipientq; aurum & hyacinthum & purpuram,
B coccumq; bis tinctum,& byſſum. Faciẽt autem ſuperhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta, opere polymito.Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere ſummitatum,vt in vnum redeãt. Ipſa quoque textura & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho & purpura,coccoq; bis tincto, & byſſo retorta. Sumesq; duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael, ſex nomina in lapide vno, & ſex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuita-
Sapi.18.d. tis eorum.‖Opere ſculptoris & cælatura gemmarij, ſculpes eos nominibus filiorum Iſrael, incluſos auro atque circundatos, & pones in vtroque latere ſuperhumeralis,memoriale filijs Iſrael. Portabitque Aaron nomina eorum coram Domino ſuper vtrunque humerum,ob recordationem. Facies & vncinos C ex auro, & duas catenulas auri puriſsimi ſibi inuicem cohærentes, quas inſeres vncinis. Rationale quoque iudicij facies opere polymito iuxta texturam ſuperhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, & byſſo retorta. Quadrangulum erit & duplex: menſuram palmi habebit tam in longitudine quàm in latitudine. Ponesque in eo quatuor ordines lapidum. in primo verſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus.in ſecundo: carbunculus, ſapphirus, & iaſpis. in tertio: ligurius, achates, & amethyſtus. in quarto:chryſolithus, onychinus, & beryllus. incluſi auro erunt per ordines ſuos. Habebuntque nomina filiorum Iſrael: duodecim nominibus cælabuntur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus. Facies in rationali catenas ſibi inuicem co- D hærentes ex auro puriſsimo: & duos annulos aureos quos pones in vtraq; rationalis ſummitate:catenasque aureas iunges annulis qui ſunt in marginibus eius: & ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroq; latere ſuperhumeralis quod rationale reſpicit. Facies & duos annulos aureos quos pones in ſummitatibus rationalis,in oris quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora eius aſpiciunt. Necnon & alios duos annulos aureos qui ponendi ſunt in vtroq; latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit contra faciem iuncturæ inferioris,vt aptari poſsit cũ ſuperhumerali, & ſtringatur rationale annulis ſuis cum annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina,vt maneat iunctura fabrefacta,& à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequant ſeparari. Portabitq; Aaron nomina filiorum E Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuum, quando ingredietur Sanctuarium, memoriale coram Domino inæternum.Pones autẽ in rationali iudicij Doctrinam & Veritatem quæ erunt in pectore Aaron quando ingrediatur coram Domino: & geſtabit iudiciũ filiorum Iſrael in pectore ſuo, in conſpectu Domini ſemper. Facies & tunicã ſuperhumeralis totum hyacinthinam, in cuius medio ſuprà erit capitium,& ora per gyrum eius textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus,ne facilè rumpatur. Deorſum verò ad pedes eiuſdẽ F tunicæ per circuitum quaſi mala punica facies ex hyacintho,& purpura,& cocco bis tincto, *miſtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulum ſit aureum & malum punicum:rurſumque tintinnabulum aliud aureum & malũ punicum.‖Et veſtietur ea Aaron in officio Eccli.45.b
miniſterij,vt audiatur ſonitus quando ingreditur & egreditur Sanctuarium in conſpectu

& byſſo retorta.

Domini,

Domini,& non moriatur. Facies & laminam de auro puriſsimo: in qua ſculpes opere cælatoris, Sanctum Domino.Ligabisq; eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiaram, imminens fronti pontificis. Portabitq; Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerũt filij Iſrael, in cunctis muneribus & donarijs ſuis. Erit aũt lamina ſemper in fronte eius,vt
G placatus ſit ei Dominns. Stringesq; tunicam byſſo,& tiaram byſsinam facies,& balteũ opere plumarij. Porrò filijs Aaron tunicas lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriam & decorem: veſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cum eo.Et cunctorum cõſecrabis manus,ſanctificabisque illos, vt ſacerdotio fungantur mihi.Facies & fœminalia linea,vt operiant carnem turpitudinis ſuæ,à renibus vſq; ad fœmora:& vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum teſtimonij, vel quando appropinquant ad altare vt miniſtrent in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum ſempiternum erit Aaron,& ſemini eius poſt eum.

S. Quæ fuerit ſacerdotum conſecratio, rituſque oblationis pro illis, & qui his oblationibus veſcentur: ac de duobus agnis anniculis quotidie offerendis. CAP. XXIX.

A SEd & hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur. Tolle vitulum de armento,& arietes duos immaculatos, paneſq; azymos, & cruſtulam abſque fermento, quæ conſperſa ſit oleo,lagana quoque azyma oleo lita:de ſimila triticea cuncta facies. Et poſita in caniſtro offeres: vitulum autem & duos arietes.Et Aaron,ac filios eius applicabis ad oſtium tabernaculi teſtimonij. Cumque laueris patrem cum filijs ſuis aqua, indues Aaron
p.4. veſtimentis ſuis, id eſt linea & tunica, & ſuperhumerali & rationali, quod conſtringes balteo. Et pones tiaram in capite eius, & laminam ſanctam ſuper tiaram, & oleum vnctionis fundes ſuper caput eius, atque hoc ritu conſecrabitur.Filios quoque illius applicabis,& indues tunicis lineis,cingeſque balteo, Aaron ſcilicet & liberos eius, & impones eis mitras,eruntq; ſacerdotes mihi religione per-
B petua.Poſtquã initiaueris manus eorum,‖ap-
Leuit.1.b. plicabis & vitulum coram tabernaculo teſtimonij.Imponentq; Aaron & filij eius manus ſuper caput illius,& mactabis eum in conſpectu Domini, iuxta oſtium tabernaculi teſtimonij. Sumptumq; de ſanguine vituli, pones
Leu.3.a. ſuper cornua altaris digito tuo, reliquum aũt ſanguinem fundes iuxta baſim eius.‖Sumes & adipem totum qui operit inteſtina,& reticulum iecoris,ac duos renes,& adipem qui ſuper eos eſt, & offeres incenſum ſuper altare, Carnes verò vituli & corium & ſimum combures foris extra caſtra, eo quòd pro peccato ſit.Vnum quoque arietem ſumes,ſuper cuius caput ponet Aaron & filij eius manus.Quem C cũ mactaueris,tolles de ſanguine eius,& fundes circa altare. ipſum autem arietem ſecabis in fruſta: lotaq; intẽſtina eius ac pedes pones ſuper conciſas carnes,& ſuper caput illius. Et offeres totum arietem in incenſum ſuper altare: oblatio eſt Domino, odor ſuauiſsimus victimæ Domini. Tollès quoque arietem alterũ, ſuper cuius caput Aaron & filij eius ponent manus. Quem cum immolaueris,ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremum auriculæ dextræ Aaron & filiorum eius,& ſuper pollices manus eorũ ac pedis dextri, fundeſque ſanguinem ſuper altare per circuitum. Cumque tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare & de oleo vnctionis, aſperges Aaron & veſtes eius,filios & veſtimenta eorum.Con- D ſecratiſque ipſis & veſtibus, tolles adipem de ariete,& caudam & aruinam quæ operit vitalia, ac reticulum iecoris, & duos renes, atque adipem qui ſuper eos eſt, armumq; dextrum, eo quòd ſit aries conſecrationis: tortamque panis vnius, cruſtulam conſperſam oleo, laganum de caniſtro azymorum,quod poſitum eſt in conſpectu Domini: poneſq; omnia ſuper manus Aaron & filiorum eius, & ſanctificabis eos eleuans coram Domino. Suſcipieſque vniuerſa de manibus eorum:& incendes ſuper altare in holocauſtum,odorem ſuauiſsimum in conſpectu Domini,quia oblatio eius eſt. Sumes quoq; pectuſculum de ariete quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabisq; illud eleuatum coram Domino,& cedet in partem tuam. Sanctificabisq; & pectuſculum conſe- E cratum, & armum quem de ariete ſeparaſti, quo initiatus eſt Aaron & filij eius, cedentq; in partem Aaron & filiorum eius iure perpetuo à filijs Iſrael, quia primitiua ſunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino.Veſtem aũt ſanctam qua vtetur Aaron, habebunt filij eius poſt eum, vt vngantur in ea,& conſecrentur manus eorũ. Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filijs eius, & qui ingredietur tabernaculum teſtimonij vt miniſtret in Sanctuario.Arietem aũt "conſecrationis tolles, & co- "*conſecratio num.7.*
ques carnes eius in loco ſancto,quibus veſcetur Aaron & filij eius.‖Panes quoq; qui ſunt Leui.8.f.
in caniſtro, in veſtibulo tabernaculi teſtimonij comedent, vt ſit placabile ſacrificium, & ſanctificentur,offerentium manus. Alienigena nõ veſcetur ex eis,quia "ſancti ſunt. Quòd F ſi remanſerit de carnibus conſecratis ſiue de "*ſancta.* panibus vſque mane, combures reliquias ignis:nõ comedentur,quia ſanctificata ſunt. Omnia quæ præcepi tibi, facies ſuper Aaron & filijs

filijs eius. Septem diebus consecrabis manus eorũ: & vitulum pro peccato offeres per singulos dies ad expiandum. Mundabisque altare cum immolaueris expiationis hostiam, & vnges illud in sanctificationem. Septem diebus expiabis altare & sanctificabis, & erit sanctum sanctorũ. omnis qui tetigerit illud, sanctificabitur. Hoc est quod facies in altare, ‖Agnos anniculos duos per singulos dies iugiter, Num.28.a vnum agnum mane, & alterum vespere, decimam partẽ similæ conspersæ oleo tuso, quod habeat mensuram quartam partem hin, & vinum ad libandum eiusdem mensuræ in agno vno. Alterum verò agnum offeres ad vesperam iuxta ritum matutinæ oblationis, & iuxta ea quæ diximus, in odorem suauitatis. sacrificium est Domino, oblatione perpetua in generationes vestras, ad ostium tabernaculi G testimonij coram Domino, vbi constituam vt loquar ad te. Ibique præcipiam filijs Israel, & sanctificabitur altare in gloria mea. Sãctificabo & tabernaculum testimonij cum altari, & Aaron cum filijs suis, vt sacerdotio fungantur mihi. Et habitabo in medio filiorum Israel, eroque eis Deus, & scient quia ego Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de Terra-Aegypti, vt manerem inter illos, ego Dominus Deus ipsorum.



S. Institutio altaris thimiamatis, & pecuniæ in vsus tabernaculi exigendæ, labij æneiconstruendi, vnctionis thymiamatis, & reliquorum quæ ad tabernaculum spectant. CAP. XXX.

A FAcies quoque altare ad adolendum thymiama, de lignis setim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id est quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipso procedent. Vestiesque illud auro purissimo, tam craticulam eius, quàm parietes per circuitum, & cornua. Faciesque ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & altare portetur. Ipsos quoque vectes facies de lignis setim, & inaurabis. Ponesque altare contra velum, quod ante arcam pendet testimonij coram propitiatorio quo tegitur testimonium, vbi loquar tibi. Et adolebit incensum super eo Aaron, suaue fragrãs mane. Quando componet lucernas, incendet illud: & quando collocabit eas ad vesperum, vret thymiama sempiternum coram Domino in generationes vestras. Non offeretis super eo thymiama cõpositionis alterius, nec oblationem & victimã nec libabitis ▷libamina'. Et deprecabitur ▷.8. Aaron super cornua eius semel per annum, in B sanguine quod oblatũ est pro peccato, & placabit super eo in generationibus vestris. sanctum sanctorum erit Domino. Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, ‖Quando tuleris summam filiorum Israel iuxta numerum, Numer.1.b dabunt singuli pretium pro animabis suis Domino, & non erit plaga in eis, cum fuerint recensiti. Hoc autem dabit omnis qui transit ad "numeros. 1 'nomen', dimidium sicli iuxta mensuram templi. ‖Siclus, viginti obolos habet. Media pars Leui.27.a Num.3.b sicli offeretur Domino. Qui habetur in nu- Exo.45.b mero, à vinginti annis & suprà, dabit pretiũ. Diues non addet ad medium sicli, & pauper nihil minuet. Susceptamque pecuniam, quæ collata est à filijs Israel, trades in vsus tabernaculi testimonij, vt sit monimentum eorum coram Domino, & propitietur animabus eorum. Locutusque est Dominus ad Moysen, C dicens, Facies & labium æneum cum basi sua ad lauandum: ponesque illud inter tabernaculum testimonij & altare. Et missa aqua lauabunt in ea Aarõ, & filij eius manus suas ac pedes, quando ingressuri sunt tabernaculum testimonij, & quando accessuri sunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, ne fortè moriantur. legitimum sempiternum erit ipsi, & semini eius per successiones. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Sume tibi aromata, primæ myrrhæ & electæ quingentos siclos, & cinnamomi medium, id est ducentos quinquaginta siclos, calami similiter ducentos quinquaginta, casiæ autẽ quingentos siclos in pondere sanctuarij, olei de oliuetis mensuram hin: faciesque vnctionis oleum sanctum, vnguentum compositum opere vnguentarij, & vnges ex eo tabernaculum testimonij, & arcam testamenti, mensamque cum vasis suis, candelabrum, & vtensilia eius, altaria thymiamatis & holocausti, & vniuersam supellectilem quæ ad cultum eorum pertinet. Sanctificabisque omnia, & erunt sancta sanctorum: qui tetigerit ea, sanctificabitur. Aaron D & filios eius vnges, sanctifibisque eos, vt sacerdotio fungantur mihi. Filijs quoque Israel dices, Hoc oleum vnctionis sanctum erit mihi in generationes vestras. Caro hominis non vngetur ex eo, & iuxta compositionem

eius

eius non facietis aliud, quia sanctificatum est, & sanctum erit vobis. Homo quicunque tale composuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo suo. Dixitque Dominus ad Moysen, Sume tibi aromata, stacten & onicha, galbanum boni odoris, & thus lucidissimum, æqualis ponderis erunt omnia: faciesque thymiama compositum opere vnguentarij, mistum diligenter, & purum, & sanctificationem dignissimum. Cumq; in tenuissimum puluerem vniuersa cõtuderis, pones ex eo coram tabernaculo testimonij, in quo loco apparebo tibi. sanctum sanctorum erit vobis thymiama. Talem cõpositionem non facietis in vsus vestros, quia sanctum est Domino. Homo quicunque fecerit simile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis suis.



S. Deputantur à Domino Beseleel & Ooliab ad extructionem tabernaculi ac cæterorum quæ dicta sunt, de sabbathi obseruatione, & de tabulis à Domino Moysi datis. CAP. XXXI.

A LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Ecce, vocaui ex nomine Beseleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda, & impleui eum spiritu Dei, sapientia, & intelligentia, & scientia in omni opere, ad excogitandum quicquid fabrefieri potest ex auro, & argento, & ære, & marmore, & gemmis, & di- B uersitate lignorum. Dediq; ei socium Ooliab filium Achisamech de tribu Dan. Et in corde omnis eruditi posui sapientiam: vt faciant cuncta quæ præcepi tibi, tabernaculum fœderis, & arcã testimonij, & propitiatorium quod super eam est, & cuncta vasa tabernaculi, mensamque, & vasa eius, candelabrum puri- "altare. 3 simũ cum vasis suis, & 'altaria' thymiamatis & holocausti, & omnia vasa eorũ, labium cum basi sua, vestes sanctas in ministerio Aaron sacerdoti, & filijs eius, vt fungantur officio suo in sacris, oleum vnctionis, & thymiama aromatum in sanctuario. omnia quæ præ- Sup.20.b. cepi tibi, facient. Et locutus est Dominus ad Ezec.20.b Moysen dicens, loquere filijs Israel, & dices C ad eos ‖. Videte vt sabbathum meum custodia tis: quia signum est inter me & vos in generationibus vestris: vt sciatis quia ego Dominus qui sanctifico vos. Custodite sabbathũ ▷me- ▷.3. um', sanctum est enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi sui. Sex diebus "facietis' opus: in die septimo sabbathũ "faciet.3.a est, requies sancta Domino. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Custodiant filij Israel sabbathum, & celebrent illud in generationibus suis. Pactum est sempiternum in- D ter me & filios Israel, signumque perpetuum. ‖sex enim diebus fecit Dominus cœlũ & ter- Genes.1.d. ram, & in septimo ab opere cessauit. Deditq; Dominus Moysi, completis huiuscemodi sermonibus in monte Sinai, duas tabulas testi- Deut. 9.b. monij lapideas, scriptas digito Dei.

S. Ob vitulum adoratum Moyses Deum precatur, tabulas frangit, vitulum cõburit, & Aarone obiurgato idololatras occidi iubet, cæteris q; veniam impetrat.

CAP. XXXII.

VIdens autem populus quòd morã faceret descendendi de monte Moyses, A congregatus aduersus Aaron, dixit, ‖Surge, fac nobis deos qui nos præcedãt: Moy Act.7.a. si enim huic viro qui nos eduxit de Terra-Aegypti, ignoramus quid acciderit. *Dixitq; *ei.3. ad eos Aaron. Tollite inaures aureas de vxorum, filiorumq;, & filiarũ vestrarum auribus, & afferte ad me. Fecitq; populus quæ iusserat, deferens inaures ad Aaron. ‖Quas cum ille ac Psa.105.b. cepisset, formauit opere fusorio, & fecit ex eis vitulum conflatilem. Dixeruntq;. Hi sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt de Terra-Aegypti. Quod cum vidisset Aaron, ædificauit altare coram eo, & præconis voce clamauit, ▷dicẽs,' ▷.3. Cras solennitas Domini est. Surgenteque B mane, obtulerunt holocausta, & hostias pacificas, & ‖sedit populus mãducare, & bibere, & 1.Co.10.b surrexerunt ludere. Locutus est autẽ Dominus ad Moysen, ▷dicens,' ‖Vade descende: pec- ▷.7. cauit populus tuus quẽ eduxisti de Terra-Ae- Deut.9.b. gypti. Recesserunt citò de via, quam ostendisti eis: feceruntq; sibi vitulum conflatilem, & adorauerunt, atq; immolantes ei hostias, dixe runt, ‖Isti sunt dij tui Israel, qui te eduxerunt 3.Reg.12.g de Terra-Aegypti. Rursumque ait Dominus ad Moysen, ‖Cerno quòd populus iste, duræ Infra.33.a. ceruicis sit, dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, *faciamque te in C gentem magnam. Moyses autẽ orabat Domi- *de tetra.9 num Deum suum, dicens. ‖Cur Domine irascitur furor tuus cõtra populum tuum: quem Psal.105.b eduxisti de terra-Aegypti, in fortitudine magna, & in manu robusta? ‖Ne quæso dicant Ae- Num.14.e gyptij, Callidè eduxit eos, vt interficeret in mõtibus, & deleret è terra: quiescat ira tua, &

esto pla-

esto placabilis super nequitia poluli tui. Recordare Abraham, Isaac, & Israel seruorum tuorũ, quibus iurasti per temetipsum, dicens, Gen. 12.b. 15.b. 48.c ‖Multiplicabo semen vestrum sicut stellas cœli: & vniuersam terram hanc, de qua locutus sum, dabo semini vestro, & possidebitis eam
D semper. Placatusque est Dominus ne faceret malũ quod locutus fuerat aduersus populum suum. Et reuersus est Moyses de monte, portans duas tabulas testimonij in manu sua, scriptas ex vtraq; parte, & factas opere Domini: scriptura quoque Dei erat sculpta in tabulis.

Audiens autẽ Iósue tumultum populi vociferantis, dixit ad Moysen, Vlulatus pugnæ auditur in castris. Qui respondit, Non est clamor adhortantium ad pugnam, neque vocifera-
E tio compellentium ad fugam: sed vocẽ cantantium ego audio. Cumque appropinquasset ad castra, vidit vitulum, & choros, iratusque valde, proiecit de manu tabulas, & cõfregit eas ad radicem montis. Arripiensque vitulum quem fecerant, combusit, & cõtriuit vsque ad puluerem, quem sparsit in aquam, &
*Moyses.6. dedit ex eo potum filijs Israel. Dixitque *ad Aaron. Quid tibi fecit hic populus, vt induceres super eum peccatum maximum? Cui ille respondit, Ne indignetur Dominus meus: tu enim nosti populum istum quòd pronus sit ad malum. dixerunt mihi, Fac nobis deos, qui nos præcedant: huic enim Moysi, qui nos eduxit de Terra-Aegypti, nescimus quid acciderit. Quibus ego dixi, Quis vestrũ habet aurum? Tulerunt & dederunt mihi: & proieci illud in ignẽ, egressusq; est hic vitulus. Videns ergo Moyses populũ quòd esset nudatus (spoliauerat enim eum Aaron propter ignominiam sordis, & inter hostes nudum constitue-
F rat) & stans in porta castrorum, ait, Si quis est Domini, jungatur mihi. Congregatique sunt ad eum omnes filij Leui: quibus ait, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ponat vir gladium super fœmur suum: ite, & redite de porta vsque ad portam per medium castrorum, & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum. Feceruntq; filij Leui iuxta sermonem Moysi, ceciderunt q; in die illa quasi
▷.8. ▷ triginta' tria millia hominũ. Et ait Moyses, Consecrastis manus vestras hodie Domino, *vigiati.6.* vnusquisque in filio, & in fratre suo, vt detur vobis benedictio. Facto aũt altero die, locutus est Moyses ad populum, Peccastis peccatum maximũ: ascendam ad Dominum, si quo modo quiuero eum deprecari pro scelere vestro.
*Domine. Reuersusq; ad Dominum, ait, Obsecro, *peccauit populus iste peccatum maximum, fecerunt q; sibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele me de libro tuo quem scripsisti. Cui respõdit Dominus, Qui peccauerit mihi, delebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populum istum quò locutus sum tibi, angelus meus præcedet te. Ego autem in die vltionis visitabo & hoc peccatum eorum. Percusit ergo Dominus populum pro reatu vituli quem fecerat Aaron.

S. Minis Dei in populum sedatis à Moyse, populus luget delictum: loquitur Dominus cum Moyse facie ad faciem, qui cupit videre faciem & gloriam Domini.

CAP. XXXIII.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, A
▷ dicens, 'Vade, ascende de loco isto tu ▷.8.
& populus tuus quem eduxisti de Terra-Aegypti, in terram quam iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens, ‖Semini tuo dabo eam. Gen.12.d Sup.24.c Ios.24.c
& mittam præcursorem tui angelum, vt eijciam Chananæum, & Amorrhæum, & Hethæum, & Pherezæum, & Heuæum, & Iebusæum, & intres in terrã fluentem lacte & melle. ‖Non enim ascendam tecum, quia populus Deu.9.c Sup.32.b
duræ ceruicis "est: 'ne fortè disperdam te in via. "et.5.
Audiens q; populus sermonẽ hunc pessimum, luxit: & nullus ex more indutus est cultu suo. Dixitq; Dominus ad Moysen, Loquere filijs Israel, Populus duræ ceruicis es, semel ascendam in medio tui, & delebo te. Iam nunc depone ornatum tuum, vt sciam quid faciam tibi. Deposuerunt ergo filij Israel ornatũ suum B
à monte Horeb. Moyses quoque tollens tabernaculum, tetendit extra castra procul, vocauitq; nomen eius Tabernaculum fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquam quæstionem, egrediebatur ad tabernaculum fœderis extra castra. Cumq; egrederetur Moyses ad tabernaculum, surgebat vniuersa plebs, & stabat vnusquisq; in ostio papillionis sui, aspiciebantque tergum Moysi, donec ingrederetur tentorium. Ingresso autem illo Tabernaculum fœderis, descẽdebat columna nubis, & *Tabernac. li.2.
stabat ad ostium, *loquebaturq; *cum Moyse, cernentibus vniuersis quòd columna nubis staret ad ostiũ Tabernaculi. Stabantq; ipsi, & adorabãt per fores tabernaculorum suorum. Loquebatur autem Dominus ad Moysen facie ad faciem, sicut solet loqui homo ad
C amicum suum. Cumq; ille reuerteretur in castra, minister eius Iósue filius Nun, puer, non recedebat de Tabernaculo. Dixit autem Moyses ad Dominum, Præcipis vt educam populum istum: & non indicas mihi quem missurus es mecum, præsertim cum dixeris, Noui te ex nomine, & inueniſti gratiam coram me. Si ergo inueni gratiã in conspectu tuo, ostende *Exod.33.c
mihi "faciem' tuam, vt sciam te & inueniam gratiam ante oculos tuos: respice populum tuum gentem hanc. Dixitq; Dominus, Facies mea

mea præcedet te, & requiem dabo tibi. Et ait Moyses, Si nõ tuipse præcedas, ne educas nos de loco isto. In quo enim scire poterimus ego & populus tuus inuenisse nos gratiam in conspectu tuo, nisi ambulaueris nobiscum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant
D super terram? Dixit autem Dominus ad Moysen, Et verbum istud quod locutus es, faciam: inuenisti enim gratiam coram me, & teipsum noui ex nomine. Qui ait, ostende mihi gloriam tuam. Respondit, Ego ostendam omne
"vocabor. bonũ tibi, & 'vocabo' in nomine Domini coRom.9.c. ram te: & ‖miserebor cui voluero, & clemens ero in quem mihi placuerit. Rursumque ait, Non poteris videre faciem meam: nõ enim videbit me homo, & viuet. Et iterum, Ecce, inquit, est locus apud me, & stabis supra petrã. Cumque transibit gloria mea, ponam te in foramine petræ, & protegam dextera mea, donec transeam: tollamq; manum meam, & videbis posteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.



S. Moyses reparatis tabulis, prohibitáque Gentium societate & idololatria, datisq; præceptis de primogenitis, Sabbatho, Azymis, cæterisque festis, post.40. dierum ieiunium cornutus de monte descendit, ac velata facie populo loquitur. CAP. XXXIIII.

A
Deut.10.a AC deinceps, Præcide, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorum, & scribam super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisq; mecum super verticem montis. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiam per totũ montem, boues quoque & oues non pascantur e-
cõtra. Excîdit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei
*duas.1. Dominus, portans secum *tabulas. Cumque descẽdisset Dominus per nubem, stetit Moyses cum eo, inuocans nomen Domini. Quo transeunte corã eo, ait, Dominator Domine Deus, misericors & clemẽs, patiens & multæ misérationis, ac verax, qui ‖custodis misericor- Psal.142.a
diam in millia: qui auferas iniquitatem, & scelera, atq; peccata, nullusq; apud te per se innocẽs est. ‖Qui reddis iniquitatem patrum filijs, Iere.32.c Deut.5.a
ac nepotibus in tertiam & quartã progeniem. Festinusque Moyses, curuatus est pronus in terram, & adorãs ait, Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum: populus enim duræ ceruicis est, & auferas iniquitates nostras atq; peccata, nosque possideas. Respondit Dominus, Ego inibo B
pactum videntibus cunctis, signa faciam quæ nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus ▷ iste, 'in cuius es ▷.5.
medio, opus Domini terribile quod facturus sum. Obserua cuncta quæ hodie mandaui tibi: ego ipse eijciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananæum, & Hæthæum, Pherezæum quoq;, & Heuæum, & Iebusæum. *Ca- *& Gergeseum.4.
ue ne vnquam cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam: sed aras eorum destrue, *cõfringe statuas, lucosq; *&.1.
succide. Noli adorare deũ alienum. Dominus zelótes nomen eius, Deus est æmulator. ‖Ne Supra.23.d Deu.7.a
ineas pactum cum hominibus illarum regionum: ne cum fornicati fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet te quispiam 'vt' comedas de immolatis. ‖Nec vxo- *&.1.
rem de filiabus eorum accipies filijs tuis: ne 3.Re.11.a
postquam ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos suos. Deos conflaC
tiles non facies tibi. Solennitatẽ azymorum custodies. Septem diebus vescêris azymis, sicut præcepi tibi, in tempore mẽsis nouorum: mẽse enim verni temporis egressus es de Aegypto. ‖Omne quod aperit vuluam generis Sup.13.a
masculini, meum erit. De cunctis animantibus tam de bobus, quàm de ouibus, meum erit. Primogenitum asini redimes oue. sin autem nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitum filiorum tuorum redimes: nec apparebis in conspectu meo vacuus. ‖Sex die- Sup.23.b Deu.16.d
bus operaberis, die septimo cessabis arare & metere. ‖Solennitatem hebdomadarum facies Eccl.35.a Supr.23.b
tibi in primitijs frugum messis tuæ triticeæ, & solennitatem quando redeunte anni tempore cuncta conduntur. Tribus temporibus anni apparebit omne masculinum tuum in conspectu omnipotentis Domini Dei Israel. Cũ enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos: nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente te & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno.

‖Non immolabis super fermento sanguinẽ D
hostiæ meæ: neque residebit mane de victima Supr.23.c
solennitatis Phasę. Primitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. ‖Non Deu.14.c
coques hœdum in lacte matris suæ. Dixitque

Domi-

Dominus ad Moyſen, Scribe tibi verba hæc,
Sup.24.d. quibus & tecum & cum Iſrael||pepigi fœdus.
*Moyſes. Fuit ergo ibi cum Domino *quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis
Deut.4.b ||verba fœderis, decem. Cumque deſcenderet Moyſes de monte Sinai, tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini. Videntes autem Aaron & filij Iſrael cornutam Moyſi faciem, timuerunt propè accedere, Vocatique ab eo, reuerſi ſunt tam Aaron, quàm principes ſynagogæ. Et poſtquam locutus eſt ad eos, venerunt ad eum etiam omnes filij Iſrael: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai. Impletiſq; ſermoni
2.Cor.3.c bus||poſuit velamen ſuper faciẽ ſuam. "Quod'
*Qui.1. ingreſſus ad Dominum, & loquens cum eo auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Iſrael omnia quæ ſibi fuerant imperata. Qui videbant faciem egredientis Moyſi eſſe
*velamine.4. cornutam, ſed operiebat ille rurſus *faciem ſuam ſi quando loquebatur ad eos.

S. Præcipitur ſabbathum, petuntur primitiæ & donaria ac artifices ad conſtruenda omnia quæ dicta ſunt, quibus deputati à Domino dicuntur Beſeleel & Ooliab.

CAP. XXXV.

A IGitur cōgregata omni turba filiorum Iſrael, dixit ad eos. Hæc ſunt quæ iuſsit Dominus fieri. Sex diebus facietis opus: ſeptimus dies erit vobis ſanctus, ſabbathum & requies Domini: qui fecerit opus in eo, occidetur. Non ſuccendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris per diem ſabbathi. Et ait Moyſes ad omnem cateruam filiorum Iſrael, Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus, dicens,
Sup.25.a. Separate apud vos primitias Domino. ||Omnis volũtarius & prono animo offerat eas Domino: aurum & argentum, & æs, hyacinthum & purpurã, coccumq; bis tinctum & byſſum, pilos caprarum, pelleſq; arietum rubricatas, & ianthinas, ligna ſetim, & oleum ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguentum, & thymiama ſuauiſsimum, lapides onychinos, & gemmas ad ornatũ ſuperhumeralis & rationalis. Quiſquis veſtrum ſapiens eſt, ve
B niat, & faciat quod Dominus imperauit, Tabernaculum ſcilicet, & tectum eius, atq; operimentum, annulos & tabulata cum vectibus, paxillos & baſes: Arcam & vectes, propitiatorium, & velum quod ante illud oppanditur: Menſam cum vectibus & vaſis & propoſitionis panibus: Candelabrũ ad luminaria ſuſtentanda, vaſa illius & lucernas, & oleum ad nutrimenta ignium: Altare thymiamatis, & vectes & oleum vnctionis & thymiama ex aromatibus: Tentorium ad oſtium tabernaculi; Altrae holocauſti, & craticulam eius æneam cum vectibus & vaſis ſuis: Labrum & "baſes', *baſim. eius: Cortinas atrij cum columnis & baſibus, tentorium in foribus veſtibuli, paxillos tabernaculi & atrij cum funiculis ſuis: Veſtimenta quorum vſus eſt in miniſterio ſanctuarij, veſtes Aaron pontificis ac filiorum eius vt ſacerdotio fungantur mihi. Egreſſaque omnis C multitudo filiorum Iſrael de conſpectu Moyſi, obtulerunt mente promptiſsima atq; deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi teſtimonij. Quicquid ad cultum et ad veſtes ſanctas neceſſarium erat, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas & inaures, annulos & dextralia: omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt. Si quis habebat hyacinthum, & purpuram, coccumq; bis tinctum, byſſum & pilos caprarũ, pelles arietum rubricatas, & hyacinthinas, argenti *æriſque *& æris. metalla obtulerunt Domino, lignaque ſetim in varios vſus. Sed & mulieres doctæ, quæ neuerant dederunt, hyacinthum, purpuram, & vermiculum ac byſſum, & pilos caprarum, ſponte propria cuncta tribuentes. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad ſuperhumerale & rationale, aromataque, & oleum ad luminaria concinnanda, & ad præparandum vnguentum, ac thymiama D odoris ſuauiſsimi componendum. Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt donaria, vt fierent opera quæ iuſſerat Dominus per manum Moyſi. Cuncti filij Iſrael voluntaria Domino dedicauerunt. Dixitque Moy- Supra.31. ſes ad filios Iſrael, ||Ecce, vocauit Dominus ex nomine Beſeleel filium Vri filij Hur de tribu Iuda: impleuitque eum ſpiritu Dei, ſapientia & intelligentia & ſcientia, & omni doctrina ad excogitandum, & faciẽdum opus in auro & argento, & ære, ſculpendiſque lapidibus, & opere carpentario. quicquid fabrè ad inueniri poteſt, dedit *in corde eius: Ooliab quo- *Dominus 5. que filium Achiſamech de tribu Dan: ambos erudiuit ſapientia, vt faciant opera abietarij, polymitarij, ac plumarij de hyacinto ac purpura, coccoque bis tincto, & byſſo, & texant omnia, ac noua quæque reperiant.

S. Oblatis plus quàm opus eſſet donarijs, paratur tabernaculum iuxta omnes partes ſuas, nempè cortinas, ſaga, opertoria, tabulata, vectes, velum, & tentorium.

CAP. XXXVI.

FEcit ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis A Supra.31. vir ſapiens, quibus dedit Dominus ſapientiam & intellectum, vt ſcirent fabrè operari quæ in vſu ſanctuarij neceſſaria ſunt, & quæ præcepit Dominus. Cumque vocaſſet eos Moyſes, & omnem eruditum virum cui dederat Dominus ſapientiã, & qui ſponte ſua ob-

ſua obtulerant ſe ad faciendum opus, tradidit eis vniuerſa donaria filiorum Iſrael. Qui cum inſtarent operi, quotidie mane vota populus offerebat. Vnde artifices venire compulſi, dixerunt Moyſi, Plus offert populus quã neceſſarium eſt. Iuſsit ergo Moyſes præconis voce cantari, Nec vir nec mulier quicquam offerat vltrà in opere ſanctuarij. Sicque ceſſatum eſt à muneribus offerendis, eo quòd oblata ſufficerent & ſuperabundarent.

B Feceruntque omnes corde ſapientes ad explendum opus tabernaculi, cortinas decem de byſſo retorta, & hyacintho, & purpura, coccoque bis tincto, opere vario, & arte polymita. quarum vna habebat in longitudine viginti octo cubitos, & in latitudine quatuor. vna menſura erat omnium cortinarum. Coniunxitque cortinas quinque, alteram alteri, & alias quinque ſibi inuicem copulauit. Fecit & anſas hyacinthinas in ora cortinæ vnius ex vtroque latere, & in ora cortinæ alterius ſimiliter, vt cõtra ſe inuicem venirent anſæ, & mutuò iungerentur. vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui morderẽt cortinarum anſas, & fieret vnum tabernaculum. Fecit & ſaga vndecim de pilis caprarum ad operiendũ tectum tabernaculi: vnũ ſagum in longitudine habebat cubitos triginta, & in latitudine cubitos quatuor. vnius menſuræ erant omnia ſaga: quorum quinq; iunxit ſeorſum, & ſex alia ſeparatim. Fecitque anſas quinquaginta in ora ſagi vnius, & quinquaginta in ora ſagi alterius, vt ſibi inuicem iungerentur. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur tectũ,
C vt vnum pallium ex omnibus ſagis fieret. Fecit & opertorium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis: aliudq; deſuper velamentum
*hyacinthinis. de pellibus "ianthinis'. Fecit & tabulas tabernaculi de lignis ſetim ſtantes. Decem cubitorum erat longitudo tabulæ vnius: & vnum ac ſemis cubitum latitudo retinebat. Binæ incaſtraturæ erant per ſingulas tabulas, vt alteri altera iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabulis. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra auſtrum cum quadraginta baſibus argenteis. Duæ baſes ſub vna tabula ponebantur ex vtraque parte angulorum, vbi incaſtraturæ laterum in angulis terminãtur. Ad plagam quoque tabernaculi quæ reſpicit ad aquilonem, fecit viginti tabulas cum quadraginta baſibus argenteis, duas baſes per ſingulas tabulas. Contra occidentem verò, id eſt ad eam partem tabernaculi quæ mare reſpicit, fecit ſex tabulas, & duas alias per ſingulos angulos tabernaculi retro: quæ iunctæ erant à deorſum vſq; ſurſum, & in vnam compaginem pariter ferebantur. Ita fecit ex vtraque parte per angulos: vt octo eſſent ſimul tabulæ, & haberent baſes argenteas ſedecim, binas ſcilicet baſes ſub ſingulis tabulis.

Fecit & vectes de lignis ſetim, quinque, ad D continendas tabulas vnius lateris tabernaculi, & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas: & extra hos, quinque alios vectes ad occidentalem plagam tabernaculi contra mare. Fecit quoque vectem alium, qui per medias tabulas ab angulo vſque ad angulum perueniret. Ipſa autem tabulata deaurauit, fuſis baſibus earum argenteis. Et circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci poſſent: quos & ipſos laminis aureis operuit. Fecit & velum de hyacintho, & purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, opere polymitario, varium atque diſtinctum: & quatuor columnas de lignis ſetim, quas cum capitibus deaurauit: fuſis baſibus earum argenteis. Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex hyacintho, purpura, vermiculo, byſſoque retorta, opere plumarij: & columnas quinque cum capitibus ſuis, quas operuit auro, baſeſq; earum fudit æneas.

S. Formatur arca, propitiatorium, menſa, candelabrum, lucernæ, altare thymiamatis, ipſumque thymiama.

CAP. XXXVII.

FEcit autẽ Beſeleel & arcam de lignis ſe- A tim, habentẽ duos ſemis cubitos in longitudine, & cubitum ac ſemiſſem in latitudine, altitudo quoque vnius cubiti fuit & dimidij: veſtiuitque eam auro puriſsimo intus ac foris. Et fecit illi coronam auream per gyrum, conflans quatuor annulos aureos per quatuor angulos eius: duos annulos in latere vno, & duos in altero. Vectes quoque fecit de lignis ſetim, quos veſtiuit auro, & quos miſit in annulos qui erant in lateribus arcæ, ad portandum eam. Fecit & propitiatorium, id eſt oraculum, de auro mundiſsimo, duorum cubitorũ & dimidij in longitudine, & cubiti ac ſemis in latitudine. Duos etiam cherûbim ex B auro ductili, quos poſuit ex vtraq; parte propitiatorij, cherub vnum in ſummitate vnius partis, & cherub alterum in ſummitate partis alterius: duos cherûbim in ſingulis ſummitatibus propitiatorij, extendentes alas, & tegentes propitiatorium, ſeque mutuò & illud reſpicientes. Fecit & menſam de lignis ſetim in longitudine duorum cubitorum, & in latitudine vnius cubiti, quæ habebat in altitudine cubitum ac ſemiſſem. circundeditque eam auro mũdiſsimo, & fecit illi labium aureum per gyrum, ipſique labio coronam auream interraſilem quatuor digitorum, & ſuper eandem alteram coronam auream. Fudit & quatuor circulos aureos, quos poſuit in quatuor angulis per ſingulos pedes menſæ cõtra coronam, miſitque in eos vectes, vt poſsit menſa portari. Ipſos quoque vectes fecit de lignis ſetim,

Universidad de Deusto Biblioteca

C & circundedit eos auro. Et vaſa ad diuerſos vſus menſæ, acetabula, phialas, & cyathos, & thuribula, ex auro puro, in quibus offerenda ſunt libamina. Fecit & candelabrum ductile de auro mundiſsimo. De cuius vecte calami, ſcyphi, ſphærulæq; ac lilia procedebant: ſex in vtroq; latere, tres calami ex parte vna, & tres ex altera, tres ſcyphi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphærulæque ſimul & lilia: & tres ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulæque ſimul & lilia. Aequũ erat opus ſex calamorum, qui procedebant de ſtipite candelabri. In ipſo autem vecte erant quatuor ſcyphi in nucis modum, ſphærulæque per ſingulos ſimul & lilia: & ſphærulæ ſub duobus calamis per loca tria, qui ſimul ſex fiunt calami procedentes de vecte vno. & ſphærulæ igitur, & calami ex ipſo erant, vniuerſa ductilia ex auro puriſsimo.

D Fecit & lucernas ſeptem cum emunctorijs ſuis, & vaſa vbi ea quæ emuncta ſunt, extinguãtur, de auro mundiſsimo. Talentũ auri appendebat candelabrũ cum omnibus vaſis ſuis. Fecit & altare thymiamatis de lignis ſetim, per quadrũ ſingulos habens cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua. Veſtiuitq; illud auro puriſsimo cũ craticula ac parietibus & cornibus. Fecitq; ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, vt mittantur in eos vectes, & poſsit altare portari. Ipſos autem vectes fecit de lignis ſetim, & operuit laminis aureis. Compoſuit & oleũ ad ſanctificationis vnguentum, & "thymiamata' de aromatibus mundiſsimis opere pigmentarij.

"thymiama. 7.

S. *Formatur altare holocauſti cum labio æneo & atrio, oblataq; donaria recenſentur.*

CAP. XXXVIII.

A FEcit & altare holocauſti de lignis ſetim, quinq; cubitorum per quadrum, & triũ in altitudine: cuius cornua de angulis procedebãt, operuitq; illud laminis æneis. Et in vſus eius parauit ex ære vaſa diuerſa, lebetes, forcipes, fuſcinulas, vncinos, & ignium receptacula. Craticulamque eius in modum retis fecit æneam, & ſubter eam in altaris medio arulam, fuſis quatuor annulis per totidem retiaculi ſummitates, ad immittendos vectes ad portãdum. quos & ipſos fecit de lignis ſetim, & operuit laminis æneis: induxitque in circulos qui in lateribus altaris eminebant. Ipſum autem altare non erat ſolidum, ||ſed cauum ex tabulatis, & intus vacuum.

Exo. 20. d.

B Fecit & labrum æneũ cum baſi ſua de ſpeculis mulierum quæ excubabant in oſtio tabernaculi. Fecit & atrium, in cuius auſtrali plaga erant tentoria de byſſo retorta, cubitorum centum, columnæ æneæ viginti cum baſibus ſuis, capita columnarum, & tota operis cælatura, argentea. Aequè ad ſeptentrionalẽ plagam tentoria, columnæ, baſeſq;, & capita columnarum eiuſdem menſuræ, & operis ac metalli, erant. In ea verò plaga quæ ad occidentem reſpicit, fuerũt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cũ baſibus ſuis æneæ, & capita columnarũ, & tota operis cælatura, argentea. Porrò contra orientẽ quinquaginta cubitorum parauit tentoria, è quibus, quindecim cubitos, columnarum trium, cum baſibus ſuis vnum tenebant latus: & in parte altera "(quia inter vtraque' introitum tabernaculi fecit) quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columneq; tres, & baſes totidẽ. C Cuncta atrij tentoria byſſus retorta texuerat. Baſes columnarum fuêre æneæ, capita autem earum cũ cunctis cælaturis ſuis argentea, ſed & ipſas columnas atrij veſtiuit argẽto. Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byſſo retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine, altitudo verò quinq; cubitorũ erat iuxta menſuram quã cuncta atrij tentoria habebant. Columnæ aũt in ingreſſu fuere quatuor cum baſibus æneis, capitaq; earum & cælaturæ argenteæ. Paxillos quoq; tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos. Hæc ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonij, quæ enumerata ſunt iuxta præceptum Moyſi in cæremonijs Leuitarum per manũ Ithamar filij Aaron ſacerdotis: quæ Baſeleel filius Vri filij Hur de tribu Iuda, Domino per Moyſen iubente, cõpleuerat, iuncto ſibi ſocio Ooliab filio Achiſamech de tribu Dan: qui & ipſe artifex lignorũ egregius fuit, & polymitarius atq; plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo, & byſſo. D Omne aurum quod expẽſum eſt in opere ſanctuarij, et quod oblatum eſt in donarijs, viginti nouem talentorum fuit, & ſeptingentorum triginta ſiclorum ad menſuram ſanctuarij. Oblatum eſt autem ab his qui tranſierunt ad numerum à viginti annis & ſuprà, de ſexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta, armatorum. Fuerunt præterea centum talenta argẽti, è quibus conflatæ ſunt baſes ſanctuarij, & introitus vbi velum pẽdet. Centum baſes factæ ſunt de talentis centum, ſingulis talentis per baſes ſingulas ſupputatis. De mille autem ſeptingentis, & ſeptuagintaquinque *fecit capita columnarum, quas & ipſas veſtiuit argento. Aeris quoque oblata ſunt talenta ſeptuaginta duo millia, & quadringenti ſuprà ſicli, ex quibus fuſæ ſunt baſes in introitu tabernaculi teſtimonij, & altare æneũ cum craticula ſua, omniaq; vaſa quæ ad vſum eius pertinẽt, & baſes atrij tam in circuitu, quã in ingreſſu eius, & paxilli tabernaculi atque atrij, per gyrum.

"quæ alt- troque.

*ſicli.

S. Ponti-

S. *Pontificalia ſacerdotaliaq; conficiuntur ornamenta, totumq; iniũctum opus perficitur.*

CAP. XXXIX.

Sup. ca. 28.

A DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac byſſo fecit veſtes, quibus indueretur Aaron quãdo miniſtrabat in ſanctis, ſicut præcepit Dominus Moyſi. Fecit igitur ſuperhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta, opere polymitario. inciditque bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt poſſent torqueri cum priorum colorum ſubtegmine, duaſque oras ſibi inuicem copulatas in vtroque latere ſumitatum, B & balteũ ex eiſdem coloribus, ſicut præceperat Dominus Moyſi. Parauit & duos lapides onychinos, aſtrictos & incluſos auro, & ſculptos arte gemmaria nominibus filiorum Iſrael. *Poſuitque eos in lateribus ſuper humeralis in monimentum filiorum Iſrael, ſicut præceperat Dominus Moyſi.

*ſex nomina in lapide vno, & ſex in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum.

Fecit & rationale opere polymito iuxta opus ſuperhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta: C quadrangulum, duplex, menſuræ palmi. Et poſuit in eo gemmarum ordines quatuor. in primo verſu erat ſardius, topazius, ſmaragdus. in ſecundo, carbunculus, ſapphirus & iaſpis. in tertio, ligyrius, achates & amethyſtus. in quarto, chryſolithus, onychinus, & berillus, circundati & incluſi auro per ordines ſuos. Ipſiq; lapides duodecim, ſculpti erant nominibus duodecim tribuum Iſrael, ſinguli pet nomina ſingulorum. Fecerunt in rationali & catenulas ſibi inuicem cohærentes, de auro puriſsimo: & duos vncinos, totidemq; annulos aureos. Porrò annulos poſuerunt in vtroque latere rationalis, è quibus penderent duæ catenæ aureæ, quas inſeruerunt vncinis qui in ſuperhumeralis D angulis eminebant. Hæc & antè & retrò ita conueniebant ſibi, vt ſuperhumerale & rationale mutuò necterentur, ſtricta ad balteum & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent, & à ſe inuicem mouerentur, ſicut præcepit Dominus Moyſi. Fecerunt quoque tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam: & capitium in ſuperiori parte contra medium, oramque per gyrum capitij textilẽ: Deorſum autem ad pedes mala punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac biſſo retorta: & tintinabula de auro puriſsimo, quæ poſuerunt inter malogra- E nata in extrema patre tunicæ per gyrum: tintinabulum autem aureum, & malum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando miniſterio fungebatur, ſicut præceperat Dominus Moyſi. Fecerunt & tunicas byſsinas opere textili Aaron & filijs eius: & mitras cũ coronulis ſuis ex byſſo: fœminalia quoq; linea, byſsina: cingulum verò de byſſo retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo diſtinctum arte plumaria, ſicut præceperat Dominus Moyſi. Fecerunt & laminam ſacræ venerationis de auro puriſsimo, ſcripſeruntq; in ea opere gẽmario. Sanctum Domini: & ſtrinxerunt eam cum mitra vitta hyacinthina, ſicut præceperat Dominus Moyſi. Perfectum eſt igitur omne opus tabernaculi & tecti teſtimonij. Feceruntque filij Iſrael cuncta quæ præceperat Dominus Moyſi. Et obtulerũt tabernaculum & tectũ & vniuerſam ſupellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac baſes, opertoriũ de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentum de hyacinthinis pellibus, velum: arcam, vectes, propitiatorium, menſam cum vaſis ſuis & propoſitionis panibus: candelabrũ, lucernas, & vtenſilia earum cum oleo: altare aureum, & vnguentum, & thymiama ex aromatibus, & tentorium in introitu tabernaculi: altare æneum, retiaculum, vectes, & vaſa e- G ius omnia: labrum cum baſi ſua: tentoria atrij, & columnas cum baſibus ſuis, tentorium in introitu atrij, funiculoſque illius & paxillos. Nihil ex vaſis defuit quæ in miniſterium tabernaculi, & in tectum fœderis iuſſa ſunt fieri. Veſtes quoque quibus ſacerdotes vtuntur in ſanctuario, Aaron ſcilicet & filij eius obtulerunt filij Iſrael, ſicut præceperat Dominus. Quæ poſtquam Moyſes cuncta vidit completa, benedixit eis.

S. *Primo menſe tabernaculum erigendũ & conſecrandum præcipitur, quo facto maieſtate Dei repletur, nube tabernaculum continuè operiente, niſi dum eſſet proficiſcendum.* CAP. XL.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, A dicens, Menſe primo, prima die menſis eriges tabernaculum teſtimonij, & pones in eo arcam, demitteſque ante illam velum: & illata menſa pones ſuper eam quæ ritè præcepta ſunt. Candelabrum ſtabit cum lucernis ſuis, & altare aureum in quo adoletur incenſum, coram arca teſtimonij. Tentorium in introitu tabernaculi "teſtimonij' pones, & ante illud altare holocauſti: labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. Circundabiſque atrium tentorijs, & ingreſſum eius. Et aſſumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cũ vaſis ſuis, vt ſanctificentur: altare holocauſti & omnia vaſa eius: labrum cum baſi ſua: omnia vnctionis oleo conſecrabis, vt ſint ſancta ſanctorum. Applicabiſq; Aaron & B filios eius ad fores tabernaculi teſtimonij, & lotos aqua indues ſanctis veſtibus, vt miniſtrent mihi, & vnctio eorum in ſacerdotium ſempiternum proficiat. Fecitq; Moyſes omnia quæ præceperat Dominus. Igitur menſe primo anni ſecundi, prima die menſis collo-

"-.8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Num.7.a. catum est tabernaculum. ‖Erexitque Moyses illud, & posuit tabulas ac bases & vectes, statuitque columnas, & expandit tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut Dominus imperauerat. Posuit & testimonium in arca, subditis infrà vectibus, & oraculum desuper. Cumque intulisset arcam *testimonij. in tabernaculum *appendit ante eam velum, C vt expleret Domini iussionem. Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam septentrionalem extra velum, ordinatis coram propositionis panibus, sicut præceperat Dominus Moysi. Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonij eregione mēsæ in parte australi, locatis per ordinem lucernis, iuxta præceptum Domini. Posuit & altare aureum sub tecto testimonij contra velum, & adoleuit super eo incensum aromatum, sicut iusserat Dominus Moysi. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij, & altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustum & sacrificia, vt Dominus imperauerat. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij, & altare, implens illud aqua. Laue D runtque *Moyses & Aaron, ac filij eius manus suas & pedes, cum ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt, ‖operuit nubes tabernaculum testimonij, & Num.9.c. 3.Reg.8.b gloria Domini impleuit illud. Nec poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiēte omnia, & maiestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes tabernaculum deserebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas: si pendebat desuper, manebant in eodem loco. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

*in ea.1.

Liber Leuiticus, Hebraicè Vaicra, *id est, & vocauit.*



S. Varius ritus ac modus holocaustorum, armentorum, pecudum & auium offerendorum.

CAP. I.

A VOcauit autem Moysen, & locutus est ei Dominus de tabernaculo testimonij, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Homo qui obtulerit ex vobis hostiam Domino: de pecoribus, id est
Exo.29.b. de bobus & ouibus offerens victimas, ‖Si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de armento, masculum immaculatum offeret ad ostium tabernaculi testimonij, ad placādum sibi Dominum: ponetque manus super caput hostiæ,
B & acceptabilis erit, atque in expiationem eius proficiens. Immolabitq; vitulum coram Domino, & offerent filij Aaron 'sacerdotis' sanguinem eius, fundentes per altaris circuitum, *sacerdotes.3. quod est ante ostium tabernaculi: detractaq; pelle hostiæ, artus in frustra cōcident, & subijcient in altari ignem, strue lignorum antè compositā: & membra quæ sunt cæsa, désuper ordinantes, caput videlicet, & cuncta quæ ad- C hærēt iecori, intestinis & pedibus lotis aqua: adolebitque ea sacerdos super altare in holocaustum & suauem odorē Domino. Quòd si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum: 'agnum anniculum & 'absque macula offeret: immolabitq; ad latus altaris quod respicit Aquilonem, corā Domino: sanguinem verò illius fundent super altare filij Aaron per circuitum: diuidentq; membra, caput & omnia quæ adhærent iecori: & impo D nent super ligna, quibus subijciendus est ignis: intestina verò & pedes lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit sacerdos super altare in holocaustum & odorem suauissimum Domino. Si autem de auibus, holocausti oblatio fuerit Domino: de turturibus & pullis columbæ offeret eam sacerdos ad altare: & retorto ad collum capite, ac rupto vulneris loco, decurrere faciet sanguinē super crepidinem altaris: vesiculā verò gutturis & plumas proijciet prope altare ad orientalem plagam, in loco in quo cineres effundi solent: confringetque

*masculum.

getque ascellas eius, & non secabit, neque ferro diuidet eam, & adolebit super altare, lignis igne suppositō. Holocaustum est & oblatio suauissimi odoris Domino.

S. Ritus oblationis sacrificiorum similæ oleo conspersæ, thuris, panum, laganorum, atque primitiarum, addito in omnibus sale, nusquam autem fermento nec melle.

CAP. II.

A ANima cum obtulerit oblationem sacrificij Domino, similа erit eius oblatio. fundetq; super eam oleum, & ponet
*sacerdotes.1. thus, ac deferet ad filios Aarō 'sacerdotis': quorum vnus tollet pugillum plenum similæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale super
Eccl.7.d. altare in odorem suauissimū Domino, ‖quod autem reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblaB tionibus Domini. Cum autem obtuleris sacrificium coctum in clibano: de simila, panes scilicet absque fermento conspersos oleo, & lagana azyma oleo lita. Si oblatio tua fuerit de sartagine: similæ conspersæ oleo & absque fermento, diuides eam minutatim, & fundes super eam oleum. Sin autem de craticula fuerit sacrificium, æque simila oleo conspergetur: quam offerens Domino, trades manibus sacerdotis. Qui cum obtulerit eam, tollet me-
C moriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis Domino. quicquid autem reliquum est, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus Domini.

Omnis oblatio quæ offertur Domino, absque fermento fiet, nec quicquam fermenti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini. Primitias tantum eorum offeretis ac munera: super altare verò non imponentur in odorem
D suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec offeres sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autem obtuleris munus primitiarum frugum tuarum Domino, de spicis adhuc virentibus torrebis igni, & confringes in morem farris, & sic offeres primitias tuas Domino, fundens super ea oleum: & thus imponens, quia oblatio Domini est. de qua adolebit sacerdos in memoriam muneris partem farris fracti & olei ac totum thus.

S. Quo pacto offerantur hostiæ pacificorum, nempe de bobus, ouibus, agnis, & capris.

A CAP. III.

*immaculatum.9. QVòd si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre, mare siue fœminam 'immaculata' offeret coram Domino. Ponetque manum super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in introitu tabernaculi testimonij. fundentque filij Aaron 'sacerdotis' sanguinem per altaris cir- *sacerdotes.1. cuitum. Et offerent de hostia pacificorum in oblationem Domino, ‖adipem qui operit vi- Exo.29.b. talia, & quicquid pinguedinis est intrinsecus: duos renes cum adipe quo teguntur ilia, & reticulum iecoris cum renunculis. adolebuntq; B ea super altare in holocaustū, lignis igne supposito: in oblationem suauissimi odoris Domino. Si verò de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorum hostia, siue masculum obtulerit siue fœminam, immaculata erunt.

Si agnum obtulerit coram Domino, ponet manum suam super caput victimæ suæ: quæ immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij: fundētque filij Aaron sanguinem eius per circuitum altaris. Et offerent de paci- C ficorum hostia sacrificium Domino: adipem & caudam totam cum renibus, & pinguedinem quæ operit ventrem atque vniuersa vitalia, & vtrunq; renunculum cum adipe qui est iuxta ilia, reticulumque iecoris cum renunculis. & adolebit ea sacerdos super altare in pabulum ignis & oblationis Domini. Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit eam Domino, ponet manum suam super caput eius, immolabitque eam in introitu tabernaculi testimonij. Et fundent filij Aaron sanguinē eius *per altaris circuitum. Tollentq; ex ea in pa- *super.2. stum ignis dominici, adipem qui operit ventrem, & qui tegit vniuersa vitalia: duos renunculos cum reticulo, quod est super eos iuxta ilia, & aruinam iecoris cum renunculis, adolebitque ea super altare sacerdos in alimoniam ignis, & suauissimi odoris. Omnis adeps, Domini erit iure perpetuo in generationibus, & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinem nec adipem omnino comedetis.

S. Modus offerendi hostias sacerdotis, principis, & multitudinis per ignorantiam peccantis.

CAP. IIII.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, A dicens, Loquere filijs Israel, Anima quum peccauerit per ignorantiam, & de vniuersis mandatis Domini quæ præcepit vt non fierent, quippiam fecerit: Si sacerdos qui vnctus est peccauerit, delinquere faciens populum, offeret pro peccato suo vitulū immaculatum, Domino, & adducet illum ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino, ponetque manum super caput eius, & immolabit eum Domino. Hauriet quoq; de sanguine vituli, inferens illum in tabernaculum testimonij. Cumq; intinxerit digitum in san B guinem, asperget *eum 'septies corā Domino *eos.2. contra velū sanctuarij: ponetq; de eodem san- *eo.2. guine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo te-

stimonij. omnem autē reliquum sanguinem
fundet in basim altaris holocausti in introitu
auferet.5. tabernaculi. Et adipē vituli offeret pro pec-
cato, tam eum qui vitalia operit, quàm omnia
quæ intrinsecus sunt: duos renunculos & re-
ticulum quod est super eos iuxta ilia, & adi-
aufertur.6 pem iecoris cum renunculis, sicut offertur de
vitulo hostiæ pacificorum: & adolebit ea su-
C per altare holocausti. Pellem verò & omnes
carnes cum capite & pedibus & intestinis &
fimo, & reliquo corpore efferet extra castra in
locum mundum, vbi cineres effundi solent:
incendetq; ea super lignorum struem, quæ in
loco effusorum cinerum cremabūtur. Quòd
filiorum. si omnis turba Israel ignorauerit, & per im-
peritiam fecerit quod contra mandatum Do-
mini est, & postea intellexerit peccatū suum,
offeret pro peccato suo vitulum, adducetque
eum ad ostium tabernaculi. Et ponent senio-
res populi manus super caput eius coram Do
D mino. Immolatoq; vitulo in conspectu Do-
mini, inferet sacerdos qui vnctus est, de san-
guine eius in tabernaculum testimonij, tincto
digito aspergens septies contra velum. ponet-
que de eodem sanguine in cornibus altaris,
quod est coram Domino in tabernaculo te-
stimonij. reliquum autem sanguinem fundet
iuxta basim altaris holocaustorum, quod est
in ostio tabernaculi testimonij. Omnemque
eius adipem tollet, & adolebit super altare: sic
faciens & de hoc vitulo quomodo fecit &
prius: & rogante pro eis sacerdote, propitius
erit eis Dominus. Ipsum autem vitulum effe-
ret extra castra, atque comburet sicut & prio-
rem vitulum: quia est pro peccato multitudi-
E nis. Si peccauerit princeps, & fecerit vnum è
pluribus per ignorantiam, quod Domini lege
prohibetur: & postea intellexerit peccatum
suum, offeret hostiam Domino, hircū de ca-
pris immaculatum. Ponetq; manum suam su-
per caput eius: cumq; immolauerit eum in lo
co vbi solet mactari holocaustum coram Do
mino, quia pro peccato est, tinget sacerdos di
gitum in sanguine hostiæ pro peccato, tan-
gens cornua altaris holocausti, & reliquum
*sanguinē.3 *fundens ad basim eius. Adipem verò adole-
altare.3. bit, sicut in victimis pacificorū fieri solet: ro
gabitque pro eo sacerdos, & pro peccato eius,
F & dimittetur ei. Quòd si peccauerit anima per
ignorantiam, de populo terræ, vt faciat quic-
quam de his quæ Domini lege prohibentur,
atq; delinquat, et cognouerit peccatum suum,
offeret caprā immaculatam. Ponetq; manus
super caput hostiæ quæ pro peccato est, & im
molabit eam in loco holocausti. Tolletque
sacerdos de sanguine in digito suo: & tangens
cornua altaris holocausti, reliquum fundet
G ad basim eius. Omnem autem adipem aufe-

rens, sicut auferri solet de victimis pacifico-
rum, adolebit super altare in odorem suauita-
tis Domino: rogabitque pro eo, & dimittetur
ei. Sin autem de pecoribus obtulerit victimam
pro peccato, ouem scilicet immaculatam: po-
net manum super caput eius, & immolabit
eam in loco vbi solent cædi holocaustorum
hostiæ. Sumetque sacerdos de sanguine eius
digito suo, & tangens cornua altaris holo-
causti, reliquum fundet ad basim eius. Om-
nem quoque adipem auferens, sicut auferri
solet adeps arietis qui immolatur pro pacifi-
cis, cremabit super altare incensum Domini:
rogabitque pro eo & pro peccato eius & di-
mittetur ei.

S. De hostijs pro peccatis ex silentio veritatis, immunditia, errore, iuramento, sacrorum abusu, atque ignorantia.

CAP. V.

SI peccauerit anima, & audierit vocem A
*iurantis', testisq; fuerit quòd aut ipse vi *adiurabit
dit, aut conscius est: nisi indicauerit, por-
tabit iniquitatem suam. Anima quæ tetigerit
aliquid immundum, siue quod occisum à be-
stia est, aut per se mortuū, aut quodlibet aliud
reptile: & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea
est, & deliquit. & si tetigerit quicquam de im
mūditia hominis iuxta omnem impuritatem
qua pollui solet, oblitaq; cognouerit postea,
subiacebit delicto. Anima quæ iurauerit, & B
protulerit labijs suis vt vel male quid faceret,
vel bene, & idipsum iuramēto & sermone fir-
mauerit, oblitaq; postea intellexerit delictum
suum, agat pœnitentiam pro peccato, & offe-
rat de gregibus agnam siue capram, orabitque
pro ea sacerdos & pro peccato eius: sin autem
non potuerit offerre pecus, offerat duos tur-
tures, vel duos pullos columbarum Domi-
no, vnum pro peccato, & alterum in holocau
stum, dabitque eos sacerdoti. Qui primum
offerens pro peccato, retorquebit caput eius
ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non pe-
nitus abrūpatur. Et asperget de sanguine eius
parietem altaris. quicquid aūt reliquum fue-
rit, faciet distillare ad fundamētum eius, quia
pro peccato est. Alterū verò in holocaustum
adolebit, vt fieri solet: rogabitq; pro eo sacer-
dos & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quòd C
si non quiuerit manus eius duos offerre tur-
tures, aut duos pullos columbarū, offeret pro
peccato suo similæ partē ephi decimam. non
mittet in eam oleū, nec thuris aliquid impo-
net, quia pro peccato est. tradetq; eam sacerdo
ti: qui plenum ex ea pugillum hauriens crema
bit super altare in monimentum eius qui ob-
tulerit, rogans pro illo & expians, reliquam
verò partē ipse habebit in munere. Locutusq; D
est Dominus ad Moysen, dicēs, Anima si præ-
uaricans

uaricās ceremonias, per errorē in his quæ Do-
mino sunt sanctificata peccauerit, offeret pro
D delicto suo arietem immaculatū de gregibus,
qui emi potest duobus siclis, iuxta pondus san
ctuarij: ipsumq; quod intulit damni restituet,
& quintam partē ponet suprà, tradens sacerdo
ti, qui rogabit pro eo offerens arietē, & dimit-
tetur ei. Anima si peccauerit per ignorantiam,
feceritq; vnum ex his quæ Domini lege pro-
hibentur, & peccati rea intellexerit iniquita-
tem suam, offerret arietem immaculatum de
gregibus sacerdoti, iuxta mensuram æstima-
tionem que peccati: qui orabit pro eo, quia ne-
sciens fecerit: & dimittetur ei, quia per erro-
in Domi- rem deliquit in Domino'.
num.7.

S. Oblatio pro peccato ex certa scientia commisso: leges holocausti, ignis perpetui, singulorum sacrificiorum & oblationum sacerdotis in die vnctionis suæ: & in genere de hostia pro peccato: quinæ & quando his vesci possint.

CAP. VI.

A LOcutus est Dominus ad Moysen, di-
cēs, Anima quæ peccauerit, & contēpto
Domino negauerit proximo suo depo
sitū, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi ali
quid extorserit, aut calumniā fecerit, siue rem
perditam inuenerit, & inficians insuper peiera
uerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit in
quibus solent peccare homines, conuicta de-
licti, reddet omnia quæ per fraudem voluit ob-
tinere, integra, & quintam insuper partem do-
mino cui damnum intulerat. Pro peccato au-
tem suo offeret arietem immaculatum de gre-
ge, & dabit eū sacerdoti, iuxta æstimationem
mensuramq; delicti: qui rogabit pro eo coram
Domino, & dimittetur illi pro singulis quæ fa
ciendo peccauit. Locutusque est Dominus ad
B Moysen, dicens, Præcipe Aaron & filijs eius,
Hæc est lex halocausti. Cremabitur in altari
tota nocte vsque mane: ignis in eodem altari
erit: vestietur tunica sacerdos & fœminalibus
lineis: tolletque cineres, quos vorans ignis ex-
usit, & ponens iuxta altare, spoliabitur prio-
ribus vestimentis, indutusque alijs, efferet eos
D.1.D.12. extra castra, ▷ &' in loco mundissimo◁ vsque
ad fauillam consumi faciet'. Ignis autem in
altari semper ardebit, quem nutriet sacerdos
subijciens ligna mane per singulos dies, & im-
posito holocausto, désuper adolebit adipes pa
cificorum. ignis est iste perpetuus, qui nun-
quam deficiet in altari. Hæc est lex sacrificij
& libamentorum, quæ offerent filij Aaron co
rā Domino, & coram altari, Tollet sacerdos
pugillum similæ, quæ consparsa est oleo, & to
tum thus quod super similam positum est: ado
lebitq; illud in altari in monimentum odoris
C suauissimi Domino: reliquam autem partem
similæ comedet Aaron cum filijs suis, absque

fermento: & comedet in loco* sanctuarij' ta- *sancto, in atrio.3.
bernaculi. ideo autem nō fermentabitur, quia
pars eius in domini offertur incensum. san-
ctum sanctorum erit, sicut pro peccato atque
delicto. Mares tantum stirpis Aaron come-
dent illud. Legitimum ac sempiternum erit
in generationibus vestris de sacrificijs Domi-
ni. omnis qui tetigerit illa, sanctificabitur. Lo
cutusque est Dominus ad Moysen, dicens,
Hæc est oblatio Aaron, & filiorum eius, quam
offerre debent Domino in die vnctionis suæ.
Decimam partem ephi offerent similæ in sa-
crificio sempiterno, mediū eius mane, & me-
dium eius vespere, quæ in sartagine oleo con-
sperſa frigetur. Offeret autem eam calidam in
odorem suauissimum Domino sacerdos, qui
iure patri successerit, & tota cremabitur in al-
tari. Omne enim sacrificium sacerdotum igne
consumetur, nec quisquam comedet ex eo. Lo D
cutus est autem Dominus ad Moysen, dicens,
Loquere Aaron & filijs eius, Ista est lex ho-
stiæ pro peccato, In loco vbi offertur holo-
caustum, immolabitur, coram Domino. san-
ctum sanctorum est. Sacerdos qui offert, come
det eam in loco sancto, in atrio tabernacu-
li. Quicquid tetigerit carnes eius, sanctifi-
cabitur. Si de sanguine illius vestis fuerit as-
persa, lauabitur in loco sancto. Vas autem fi-
ctile in quo cocta est, confringetur. quòd si
vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur a-
qua. Omnis masculus de genere sacerdotali
vescetur de carnibus eius, quia sanctum san-
ctorum est. Hostia* enim' quæ cæditur pro pec *autem.5.
cato, ‖cuius sanguis infertur in tabernaculum Heb.13.b.
testimonij ad expiandum in sanctuario, non Supra.4.
comedetur, sed comburetur igni.

S. Ritus oblationis hostiæ pro delicto & hostiæ ac victimæ pacificorum: adeps & sanguis in vniuersum comedi prohibentur.

CAP. VII.

HAec quoque est lex hostiæ pro delicto, A
sancta sanctorum est: idcirco vbi im-
molabitur holocaustum, mactabitur
& victima pro delicto: sanguis eius per gyrum
altaris fundetur. Offerent ex ea caudam & a-
dipem qui operit vitalia. Duos renunculos, &
pinguedinem quæ iuxta ilia est, reticulumque
iecoris cum renunculis, & adolebit ea sacerdos
super altare: incensum est Domini pro deli-
cto. Omnis masculus de sacerdotali genere, in
loco sancto vescetur his carnibus, quia sanctū
sanctorum est. Sicut pro peccato offertur ho-
stia, ita & pro delicto: vtriusq; hostiæ lex vna
erit. ad sacerdotem qui eam obtulerit, pertine-
bit. Sacerdos qui offert holocausti victimā, ha
bebit pellem eius. Et omne sacrificium similæ,
quod coquitur in clibano, & quicquid in cra-
ticula, vel in sartagine præparatur, eius erit sa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cerdotis à quo offertur: siue oleo conspersa, siue arida fuerint, cunctis filijs Aaron mensura æqua per singulos diuidetur.

B Hæc est lex hostiæ pacificorũ quæ offertur Domino. Si pro gratiarum actione oblatio fuerit, offerent panes absq; fermento consperſos oleo, & lagana azyma vncta oleo, coctamque similã, & collyridas olei admistione consperſas, panes quoq; fermentatos cum hostia gratiarũ, quæ immolatur pro pacificis: ex quibus vnus pro primitijs offertur Domino, & erit sacerdotis qui fundet hostiæ sanguinem. cuius carnes eâdem comedentur die, nec remanebit ex eis quicquam vsque mane. Si voto, vel sponte quispiam obtulerit hostiam, eâdem similiter edetur die: sed & si quid in crastinum remanserit, vesci licitum est: quicquid autẽ tertius inuenerit dies, ignis absumet, *si- *Ge. 2.
quis de carnibus victimæ pacificorum die ter *eius. tio comederit, irrita fiet *oblatio, nec proderit offerenti: quin potius quæcunque anima tali se edulio cõtaminauerit, præuaricationis
C rea erit. Caro quæ aliquid tetigerit immundũ, non comdetur, sed comburetur igni: qui fuerit mũdus vescetur ex ea. Anima polluta, quæ ederit de carnibus hostiæ pacificorum, quæ oblata est Domino, peribit de populis suis. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, siue omnis rei quæ polluere potest, & comederit de huiusce modi carnibus, interibit de populis suis. Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, Adipem ouis, & bouis, & capræ non comedetis. Adipẽ cadaueris morticini, & eius animalis quod à bestia captum est, habebitis in varios vsus. Si quis Adipem, qui offerri debet in incensum Domini, comederit, peribit de populo suo. Sanguinem quoque omnis animalis non sumetis in cibo, tam de auibus, quàm de pecoribus. Omnis anima quæ ederit sanguinem, peribit de populis suis. Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, Qui offert victimam pacificorum
D Domino, offerat simul & sacrificium, id est libamenta eius. tenebit manibus adipem hostiæ, & pectusculum: cumq; ambo oblata Domino consecrauerit, tradet sacerdoti, qui adolebit adipem super altare, pectusculum autem erit Aaron, & filiorum eius. armus quoque dexter de pacificorum hostijs cedet in primitias sacerdotis. Qui obtulerit sanguinem, & adipem, filiorum Aaron, ipse habebit & armum dextrum in portione sua. Pectusculum enim eleuationis, & armum separationis tuli à filijs Israel de hostijs eorum pacificis, & dedi Aaron sacerdoti, & filijs eius lege perpetua, ab omni populo Israel. Hæc est vnctio Aaron & filiorum eius in ceremonijs Domini in die quo obtulit eos Moyses, vt sacerdotio fungerentur, & quæ præcepit eis dari Dominus à filijs Israel religione perpetua in generationibus suis. Ista est lex holocausti, & sacrificij pro peccato atq; delicto, & pro consecratione & pacificorum victimis: quam constituit Dominus Moysi in monte Sinai quãdo mandauit filijs Israel vt offerrent oblationes suas Domino in deserto Sinai.



S. *Aaronis & filiorum eius consecratio, ac tabernaculi supellectilisq; eius vnctio.*

CAP. VIII.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, A
dicens, Tolle Aaron cum filijs suis, vestes eorum, & vnctionis oleum, vitulum pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis, & congregabis omnem cœtum ad ostium tabernaculi. Fecitq; Moyses vt Dominus imperauerat. Congregataq; omni turba ante fores tabernaculi, ait, Iste est sermo quem iussit Dominus fieri. Statimq; obtulit Aaron & filios eius. Cumque lauisset eos, vestiuit pontificem subucula linea, accingens eum balteo, & induens eum tunica hyacinthina, & desuper humerale imposuit, quod astringens cingulo aptauit rationali, in quo etat doctrina & veritas. Cidari quoque texit B
caput: & super eam, contra frontem, posuit laminam auream cunsecratam in sanctificatione, sicut præceperat ei Dominus. Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculũ cum omni supellectili sua. Cumq; sanctificans aspersisset altare septem vicibus, vnxit illud, & omnia vasa eius, labrumq; cum basi sua sanctificauit oleo. ‖Quod fundens super caput Ecclæs.
Aaron, vnxit eum, & cõsecrauit. filios quoq; eius oblatos vestiuit tunicis lineis, & cinxit balteis, imposuitq; mitras, vt iusserat Domi- C
nus. Obtulit & vitulum pro peccato. cumque super caput eius posuisset Aaron & filij eius manus suas, immolauit eum: hauriens sanguinẽ, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum, quo expiato & sanctificato, fudit reliquum

quum sanguinem ad fundamenta eius. Adipem verò qui erat super vitalia, & reticulum iecoris, duosq; renunculos cum aruinulis suis adoleuit super altare: vitulum cum pelle, & carnibus, & fimo, cremans extra castra, sicut præceperat Dominus. Obtulit & arietem in holocaustum: super cuius caput cum imposuissent Aaron & filij eius manus suas, immolauit eum, & fudit sanguinem eius per circui-
D tum altaris. Ipsumq; arietem in frusta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis prius intestinis & pedibus. totumq; simul arietem incendit super altare, eo quòd esset holocaustum suauissimi odoris Domino, sicut præceperat ei. Obtulit & arietem secundum, in consecrationem sacerdotum: posueruntq; super caput eius Aaron & filij eius manus suas. quem cum immolasset Moyses, sumens de sanguine eius, tetigit extremum auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius
E dextræ, similiter & pedis. Obtulit & filios Aaron, cumq; de sanguine arietis immolati tetigisset extremum auriculæ singulorum dextræ, *pollicem.2.
& *pollices manus ac pedis dextri, reliquum fudit super altare per circuitum: adipem verò, & caudam, omnemque pinguedinem quæ operit intestina, reticulumque iecoris, & duos renes cum adipibus suis, & armo dextro separauit, Tollens aũt de canistro azymorum, quod *vnum.1.
erat coram Domino, panem absque fermento, * & collyridam consperſam oleo, laganumque posuit super adipes, & armum dextrum, tradens simul omnia Aaron & filijs eius. Qui
F postquam leuauerunt ea coram Domino, rursum susceptа de manibus eorum, adoleuit super altare holocausti, eo quod consecrationis esset oblatio in odorem suauitatis sacrificij Domini. Tulitque pectusculum eleuans illud coram Domino, de ariete consecrationis in patrem suam, sicut præceperat ei Dominus. Assumensq; vnguentum, & sanguinem qui erat in altari, aspersit super Aarõ & vestimenta eius, & super filios illius ac vestes eorũ. Cumque sanctificasset eos in vestitu suo, præcepit eis, dicens, Coquite carnes ante fores taberna-
G culi, & ibi comedite eas. panes quoque consecrationis edite, qui positi sunt in canistro, sicut præcepit mihi Dominus, dicẽs, ‖Aaron & Exod. 29.c
filij eius comedent eos: quicquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis absumet. De ostio quoque tabernaculi non exibitis septem diebus, vsque ad diem quo complebitur tempus consecrationis vestræ. septem enim diebus finitur consecratio: sicut impræsentiarum factum est, vt ritus sacrificij compleretur. Die ac nocte manebitis in tarnaculo obseruantes custodias Domini: ne moriamini: sic enim mihi præceptum est. Feceruntque Aaron & filij eius cuncta quæ locutus est Dominus per manum Moysi.

S. *Primitijs sacrificiorum pro sacerdote ac populo Deo redditis, Aaron populo benedixit, gloria Domini apparuit, ignisq; holocaustum deuorauit.*

CAP. IX.

FActo autem octauo die, vocauit Moyses A
Aaron & filios eius, ac maiores natu Israel, dixitq; ad Aaron, ‖Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocaustum, vtrunque immaculatum, & offer illos coram Domino. Et ad filios Israel loquẽris, Tollite hircum pro peccato, & vitulum atq; agnum *anniculum, & sine macula in holo- *anniculos.
caustum, bouẽ & arietem pro pacificis: & im- 5.
molata eos coram Domino, in sacrificio singulorum similam consperſam oleo offerentes. hodie enim Dominus apparebit vobis. Tulerunt ergo cuncta quæ iusserat Moyses ad ostiũ tabernaculi: vbi cum omnis multitudo a- B
staret, ait Moyses, Iste est sermo quem præcepit Dominus: facite, & apparebit vobis gloria eius. Et dixit ad Aarõ, Accede ad altare, & immola pro peccato tuo. offer holocaustum, & deprecare pro te & pro populo. cumq; mactaueris hostiã populi, ora pro eis, sicut præcepit Dominus. Statimq; Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato suo: cuius sanguinem obtulerunt ei filij sui: in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit re
siduum & basim eius. Adipemq;, & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ sunt pro peccato, adoleuit super altare, sicut præceperat Dominus Moysi: carnes verò & pellem eius, ex- C
tra castra combusit igni. Immolauit & holocausti victimam: obtleruntq; ei filij sui sanguinem eius, quem fudit per altaris circuitum. ipsam etiam hostiam in frusta concisam, cum capite & membris singulis obtulerunt: quæ omnia super altare cremauit igni, lotis aqua prius intestinis & pedibus. Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum: expiatoque altari, fecit holocaustum, addens in sacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur, & adolens ea super altare, absque cæremonijs holocausti matutini. Immolauit & bouem D
atque arietem hostias pacificas populi: obtleruntque ei filij sui sanguinem, quem fudit super altare in circuitum: Adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculosq; cum adipibus suis, & reticulum iecoris posuerunt super pectora: cumque cremati essent adipes super altare, pectora eorum, & armos dextros separauit Aaron, eleuans coram Domino, sicut præceperat Moyses. Et extendens manum ad populum, benedixit ei. Sicque completis hostijs pro peccato, & holocaustis, & pacificis, descendit. Ingressi autem Moyses & Aaron

& Aaron in tabernaculũ teſtimonij, & deinceps egreſsi benedixerunt populo. ‖ Apparuitque gloria Domini omni multitudini: & ecce egreſſus ignis à Domino, deuorauit holocauſtum, & adipes qui erant ſuper altare. Quod cum vidiſſent turbæ, laudauerunt Dominum, ruentes in facies ſuas. 2.Mac.2.c



S. Igne Nadab & Abiu conſumpti plangũtur à populo, non à ſacerdotibus: vino autem ſacerdotibus interdicto, præcipitur vt reſiduum oblationis comedant.

CAP. X.

ARreptiſq; Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis, ‖ impoſuerũt ignem, & incenſum déſuper, offerẽtes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egreſſuſque ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino. Dixitque Moyſes ad Aaron, Hoc eſt quod locutus eſt Dominus, Sanctificabor in ijs qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. Quod audiẽs, tacuit Aaron. Vocatis autem Moyſes Miſaele, & Eliſaphan filijs Oziel, patrui Aaron, ait ad eos, Ite, & tollite fratres veſtros de conſpectu ſanctuarij, & aſportate extra caſtra. Confeſtimque pergentes, tulerunt eos ſicut iacebant, veſtitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt ſibi fuerat imperatum. Locutuſq; eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius, Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne fortè moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres *veſtri, & omnis domus Iſrael plangant incendium quod Dominus ſuſcitauit: vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis: oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptũ Moyſi. Dixitq; Dominus ad Aaron, Vinum, & omne quod inebriare poteſt, non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras: Et vt habeatis ſcientiam diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutum & mundum: doceatis que filios Iſrael omnia legitima mea quæ locutus eſt Dominus ad eos per manum Moyſi. Locutusque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erant reſidui, Tollite ſacrificium quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud abſque fermento iuxta altare, quia ſanctum ſanctorum eſt. Comedetis autẽ in loco ſancto: quòd datum eſt tibi & filijs tuis de oblationibus Domini, ſicut præceptum eſt mihi. Pectuſculum quoq; quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt edetis in loco mundiſsimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum. tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de hoſtijs ſalutaribus filiorum Iſrael: eo quòd armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, ſicut præcepit Dominus. ‖ Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato cum quæreret Moyſes, exuſtũ reperit: iratuſq; contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant, ait, Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ ſancta ſanctorum eſt, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini, præſertim cum de ſanguine illius nõ ſit illatum intra ſancta*, & comedere debueratis eam in ſanctuario, ſicut præceptum eſt mihi? Reſpondit Aaron, Oblata eſt hodie victima pro peccato, & holocauſtũ coram Domino: mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eam, aut placere Domino in ceremonijs mẽte lugubri? Quod cum audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.

Num.3.a. 26.g. 1.Par.24.a

*quoque.1.

*ſanctũ.1.

S. Animalium mundorum ab immundis ſeparatio, eorumq; vſus, vt ſancti ſint filij Iſraël ſicut & Dominus.

CAP. XI.

LOcutusque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens, Dicite filijs Iſrael, ‖ Hæc ſunt animalia quæ comedere debetis de cunctis animantibus terræ, Omne quod habet diuiſam vngulam & ruminat in pecoribus, comedetis. Quicquid autem ruminat quidem, & habet vngulam, ſed non diuidit eam, ſicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. Chœrogryllus qui ruminat, vngulamq; non diuidit, immundus eſt. Lepus quoque: nam & ipſe ruminat, ſed vngulam non diuidit. Et ‖ ſus: qui cum vngulam non diuidat, ruminat. horum carnibus non veſcemini, nec cadauera contingetis, quia immunda ſunt vobis.

Deut.14.a *caſtella omnia quæ ſcripſit ſub his vt ſus Deus vocat.

2.Mac.6.d

Hæc ſunt quæ gignuntur in aquis, & veſci licitum eſt. Omne quod habet pinnulas & ſquamas, tam in mari quàm in fluminibus & ſtagnis, comedetis. Quicquid autem pinnulas & ſquamas non habet eorum quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis execrandumque erit. carnes eorum non comedetis, morticina vitabitis, Cuncta quæ non habent pinnulas & ſquamas in aquis, polluta erũt. Hæc ſunt quæ de auibus comedere nõ debetis, & vitanda ſunt vobis, Aquilam, & gryphem, & haliæetum, & miluum ac vulturem iuxta genus ſuum, & omne coruini generis in ſimilitudinem ſuam, ſtruthionẽ, & noctuam, & larum, & accipitrem iuxta genus ſuum: bubonem, & mergulum, & ibin, & cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem, herodionem & charadriõ iuxta genus ſuum, vpupam quoque & veſpertilionem. Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retro crura, per quæ ſalit ſuper terram, comedere debetis, vt eſt brucus in genere ſuo, & attacus atque ophiomachus, ac locuſta, ſingula iuxta genus ſuum. Quicquid autem ex volucribus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis: & quicunq; morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vſque ad veſperũ: & ſi neceſſe fuerit vt portet quippiam horum mortuum, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad occaſum ſolis. Omne animal quod habet quidem vngulam, ſed non diuidit eam, nec ruminat, immundum erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. Quod ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundum erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vſque ad veſperum. Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum: quia omnia hæc immunda ſunt vobis. Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in terra, muſtẽla & mus & crocodilus, ſingula iuxta genus ſuum, mygale, & chamæleon, & ſtellio, & lacerta, & talpa: omnia hæc immunda ſunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vſque ad veſperum: & ſuper quod ceciderit quicquam de morticinis eorum, polluetur tam vas ligneum & veſtimẽtum, quàm pelles & cilicia: & in quocunque fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vſque ad veſperum, & ſic poſtea mundabuntur. Vas autem fictile in quod horum quic quã intrò ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum eſt. Omnis cibus quem comedetis, ſi fuſa fuerit ſuper eum aqua, immundus erit: & omne liquens quod bibitur de vniuerſo vaſe, immundum erit. Et quicquid de morticinis huiuſcemodi ceciderit ſuper illud, immundum erit: ſiue clibani, ſiue chytropodes, deſtruentur, & immundi erunt. Fontes verò & ciſternæ, & omnis aquarum cõgregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. Si ceciderit ſuper ſementem, non polluet eam. Si autem quiſpiam aqua ſementem perfuderit, & poſtea morticinis tacta fuerit, illi co polluetur. Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immundus erit vſque ad veſperum. & qui comederit ex eo quippiam, ſiue portauerit: lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum. Omne quod reptat ſuper terrã, abominabile erit, nec aſſumetur in cibum. Quicquid ſuper pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, ſiue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile eſt. Nolite contaminare animas veſtras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi ſitis. Ego enim ſum Dominus Deus veſter. ‖ Sancti eſote, quia ego ſanctus ſum. Ne polluatis animas veſtras in omni reptili, quod mouetur ſuper terram. Ego enim ſum Dominus, qui eduxi vos de Terra-Aegypti, vt eſſem vobis in Deũ. Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum. Iſta eſt lex animantium ac volucrum, & omnis animæ viuentis, quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, vt differentias noueritis mundi & immundi, & ſciatis quid comedere & quid reſpuere debeatis.

1.Pet.1o.

S. Puerperæ immunditia & mundatio cum oblatione.

CAP. XII.

LOcutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, ‖ Mulier ſi ſuſcepto ſemine pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus iuxta dies ſeparationis menſtruæ. ‖ Et die octauo circũcidetur infantulus: ipſa verò triginta tribus diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Omne ſanctum non tanget, nec ingredietur in ſanctuarium donec impleantur dies purificationis ſuæ. Sin autem fœminam pepererit, immũda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum fluxus menſtrui, & ſexaginta ſex diebus manebit in ſanguine purificationis ſuæ. Cumque expleti fuerint dies purificationis ſuæ, pro filio, ſiue pro filia, deferet agnum anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ ſiue turturem pro peccato ad oſtium tabernaculi teſtimonij, & tradet ſacerdoti qui offeret illa coram Domino, & orabit pro ea, & ſic mundabitur à profluuio ſanguinis ſui. iſta eſt lex parientis maſculum aut fœminam. ‖ Quòd ſi nõ inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, ſumet duos turtures vel duos pullos columbarum, vnum in holocauſtum, & alterum pro peccato. orabitq; pro ea ſacerdos, & ſic mundabitur.

Luc.2.d. Iohan.7.c. Luc.2.a.c. Luc.2.d.

S. Lex & cognitio lepræ in homine & veſtimento.

CAP. XIII.

Locu-

A LOcutusq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnum quemlibet filiorum eius. Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsamq; speciem lepræ humiliorem cute & carne reliqua, plaga lepræ est, & ad arbitriū eius separabitur. Sin autem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus, & cōsyderabit die septimo. & si quidē lepra vltrà non creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rur-
B sum recludet eum septem diebus alijs. Et die septimo contēplabitur: si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eum, quia scabies est: lauabitq; homo vestimenta sua, & mundus erit. Quòd si postquam à sacerdote visus est, & redditus mūditiæ, iterum lepra creuerit: adducetur ad eum, & immunditiæ condemnabitur. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, & videbit eum. Cumq; color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua apparuerit: lepra vetustissima iudicabitur atque inolita cuti. Contaminabit itaq; eum sacerdos, & non recludet, quia perspicuæ immunditiæ est. Sin autem efflorerit discurrēs lepra in cute, & operuerit omnē carnem à capite vsque ad pedes, quicquid sub aspectum oculorum cadit, consyderabit eum sacerdos, & tenéri lepra mundissima iudicabit: eo quòd omnis in candorem versa sit, & idcirco homo mundus erit. Quando verò caro viuens in eo apparuerit, tunc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur. caro enim viua si lepra aspergitur, immūda est.
C Quòd si rursum versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, consyderabit eū sacerdos, & mundum esse decernet. Caro autem & cutis in qua hulcus natum est, & sanatum, & in loco hulceris cicatrix alba apparuerit siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotem: qui cum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos versos in candorem, contaminabit eum: plaga enim lepræ orta est in hulcere. Quòd si pilus, coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carnō est humiliorre, cludet eum septem diebus. & si quidem creuerit, adiudicabit eum lepræ: sin autem steterit in loco suo, hulceris est cicatrix, & homo mundus erit. Carò autem & cutis quam ignis exusserit, & sanata albam siue rufam habuerit cicatricem, consyderabit
fi.7. eam sacerdos, ecce versa est in alborem, & locus eius reliqua cute est humilior: contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta
D est. Quòd si pilorum color non fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, & die septimo contemplabitur. si creuerit in cute lepra, contaminabit eum. sin autem in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga combustionis est, & idcirco mundabitur, quia cicatrix est combustu
ræ. Vir siue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos sacerdos. & siquidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus solitoq; subtilior: contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est. Sin autem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrum: recludet eos' *eum.s.
E septem diebus, & die septimo intuebitur. Si nō creuerit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis: radetur homo absque loco maculæ, & includetur septem diebus alijs: Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotisq; vestibus suis mundus erit. Sin autem post emendationem rursus creuerit macula in cute, nō quæret amplius vtrum capillus in flauum colorem sit commutatus, quia apertè immundus est. Porrò si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confidenter eum pronuntiet mundum. Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos. si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi & hominem mundum. Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est: & si à fronte
F ceciderint pili, recaluaster & mundus est. Sin autem in caluitio siue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus, & hoc sacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiè lepræ, quæ orta est in caluitio. Quicunque ergo maculatus fuerit lepra, & separatus est ad arbitrium sacerdotis, habebit vestimenta dissuta, caput nudum, os veste contectum, contaminatum ac sordidum se clamabit. Omni tempore quo leprosus est, & immundus, solus habitabit extra castra. Vestis lanea siue linea, quæ lepram habuerit in stamine atque subtegmine, aut certe pellis, vel quicquid ex pelle confectum est, si alba vel rufa macula fuerit, infecta lepra reputabitur, ostenderq; sacerdoti. qui consyderatam recludet
G septem diebus: & die septimo rnrsus aspiciens si deprehenderit creuisse, lepra perseuerans est: pollutum iudicabit vestimentum, & omne in quo fuerit inuenta, & idcirco comburetur flammis. Quòd si eam viderit non creuisse, præcipiet, & lauabunt id in quo lepra est, recludet-

recludet q̃uet illud septem diebus alijs. Et cum viderit faciem quidem pristinam non reuersam, nec tamen creuisse lepram, immundum iudicabit, & igne comburet, eo quòd infusa sit in superficie vestimenti vel per totum, lepra. Sin autem obscurior fuerit locus lepræ postquam vestis est lota, abrumpet eum, & à solido diuidet. Quòd si vltra apparuerit in his locis, quæ prius immaculata erant: lepra volatilis & vaga: debet igne comburi. si cessauerit, lauabit aqua ea quæ pura sunt, secundò, & munda erunt. Ista est lex lepræ vestimenti lanei & linei, stamins atque subtegminis, omnisq; supellectis pelliceæ, quomodo mundari debeat vel contaminari.

S. Lepræ expiandæ sacrificia pro homine, domo ac vestimento.

CAP. XIIII.

A LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Hic est ritus leprosi quādo mundandus est: ‖ Adducetur ad sacerdotem: qui egressus de castris cum inuenerit lepram esse mundatam, præcipiet ei qui purificatur vt offerat duos passeres viuos pro se, quos vesci licitum est, & lignum cedrinū, vermiculumq; & hyssōpum. & vnum ex passeribus immolari iubebit in vase fictili super aquas viuentes: alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyssōpo tinget in sanguine passeris immolati, quo asperget illum qui mundandus est, septies, vt iure purgetur, & dimittet passerem viuū, vt in agrum auolet. Cumq; lauerit homo vestimenta sua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatusque ingredietur castra, ita duntaxat vt maneat extra tabernaculum suum septem diebus, & die septimo radet capillos capitis, barbamq; & su-
B percilia, ac totius corporis pilos. Et lotis rursum vestibus & corpore, dei octauo assumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculam absque macula, & tres decimas similæ in sacrificium quæ conspersa sit oleo, & seorsum olei sextarium. Cumque sacerdos purificans hominem statuerit eum, & hæc omnia coram Domino in ostio tabernaculi testimonij, tollet agnum, & offeret eum pro delicto, oleique sextarium. Et oblatis ante Dominum omnibus, immolabit agnum vbi solet immolari hostia pro peccato & holocaustum, id est in loco sancto. Sicut enim pro peccato, ita & pro delicto ad sacerdotem pertinet hostia: sancta sanctorum est. Assumensque sacerdos de sanguine hostiæ quæ immolata est pro delicto,
C ponet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus dextræ & pedis, & de olei sextario mittet in manum suam sinistram, tingetque digitum dextrum in eo, & asperget coram Domino septies. quod autem reliquum est olei in læua manu, fundet super extremum auriculæ dextræ eius qui mundatur, & super pollices manus ac pedis dextri, & super sanguinem qui effusus est pro delicto, & super caput eius. Rogabitque pro eo coram Domino, & faciet sacrificium pro peccato. tunc immolabit holocaustum, & ponet illud in altari cum libamentis suis, & homo ritè mundabitur. Quòd si pauper est, & non potest manus eius inuenire quæ dicta sunt, pro delicto assumet agnum ad oblationem vt roget pro eo sacerdos, decimamq; partem similæ conspersæ oleo in sacrificium, & olei sextarium, duosq; turtures siue duos pullos columbæ, quorum vnus sit pro peccato, & alter in holocaustum: offeretque ea die octauo purificationis suæ sacerdoti, ad ostium tabernaculi testimonij coram Domino. qui D
suscipiens agnum pro delicto & sextarium olei, leuabit simul: immolatoque agno, de sanguine eius ponet super extremū auriculæ dextræ illius, qui mūdatur, & super pollices manus eius ac pedis dextri: olei verò partem mittet in manum suam sinistram, in quo tingens digitū dextræ manus asperget septies coram Domino: tangetque extremum dextræ auriculæ illius qui mūdatur, & pollices manus ac pedes dextri in loco sanguinis qui effusus est pro delicto: reliquam autem partem olei quæ est in sinistra manu, mittet super caput purificati, vt placet pro eo Dominū: & turturem siue pullū columbæ offeret, vnum pro delicto, & alterum in holocaustum cum libamentis suis. hoc est sacrificiū leprosi, qui habere non
E potest omnia in emundationē sui. Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicēs, Cū ingressi fueritis terram Chanáan, quam ego dabo vobis in possessionem, si fuerit plaga lepræ in ædibus, ibit cuius est domus, nuntians sacerdoti, & dicet, Quasi plaga lepræ videtur mihi esse in domo mea. At ille præcipiet vt efferant vniuersa de domo priusquam ingrediatur eam, & videat vtrum leprosa sit, ne immunda fiant omnia quæ in domo sunt. Intrabitq; postea vt consyderet lepram domus: & cum viderit in parietibus illius quasi vallículas pallore siue rubore deformes, & humiliores superficie reliqua, egredietur ostium domus, & statim claudet illam septem diebus.
F Reuersusque die septimo, consyderabit eam. si inuenerit creuisse lepram, iubebit erui lapides in quibus lepra est, & proijci eos extra ciuitatem in locum immūdum: domum autem ipsam radi intrinsecus per circuitum, & spargi puluerem rasuræ extra vrbem in locum immundū, lapidesq; alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domū. Sin aūt postquam eruti sunt lapides, & puluis elatus,

Universidad de Deusto Biblioteca

&alia terra lita, ingreſſus ſacerdos viderit re-
uerſam lepram, & parietes reſperſos maculis,
lepra eſt perſeuerans, & immunda domus:
quam ſtatim deſtruent, & lapides eius ac lig-
na, atque vniuerſum puluerem proijcient ex-
tra oppidum in locum immundum. Qui in-
trauerit domum quando clauſa eſt, immun-
dus erit vſque ad veſperum: & qui dormierit
in ea, & comederit quippiã, lauabit veſtimen-
G ta ſua. Quòd ſi introiens ſacerdos viderit le-
pram non creuiſſe in domo, poſtquam denuo
lita fuerit, purificabit eam reddita ſanitate: &
in purificatione eius ſumet duos paſſeres, lig-
numque cedrinum, & vermiculum atq; hyſ-
ſôpum: & immolato vno paſſere in vaſe ficti-
li ſuper aquas viuas, tollet lignum cedrinum,
& hyſſôpum & coccum & paſſerem viuum,
& tinget omnia in ſanguine paſſeris immola-
ti, atque in aquis viuentibus: & aſperget do-
mum ſepties, purificabitq; eam tam in ſangui
ne paſſeris: quã in aquis viuentibus, & in paſ-
ſere viuo, lignoq; cedrino & hyſſôpo atq; ver
miculo. Cumq; dimiſerit paſſerem auolare in
agrũ liberè, orabit pro domo, & iure munda-
bitur. Iſta eſt lex omnis lepræ & percuſſuræ, le
præ veſtium & domorũ, cicatricis & erumpen
tium papularum, lucentis maculæ & in varias
ſpecies coloribus immutatis, vt poſsit ſciri quo
tempore mundum quid, vel immundum eſt.

S. *Seminiflui viri & menſtruoſæ mulieris expiatio.* CAP. XV.

A LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen
& Aaron, dicens, Loquimini filijs Iſ-
rael, & dicite eis, Vir qui patitur fluxũ
ſeminis, immundus erit. Et tunc iudicabitur
huic vitio ſubiacere, cum per ſingula momen
ta adhæſerit carni eius, atque concreuerit fœ-
dus humor. Omne ſtratum in quo dormierit,
immundum erit, & vbicunque ſederit. Si quis
hominum tetigerit lectum eius, lauabit veſti-
menta ſua: & ipſe lotus aqua, immundus erit
vſque ad veſperum. Si ſederit vbi ille ſederat,
& ipſe lauabit veſtimẽta ſua: & lotus aqua im
mundus erit vſque ad veſperum. Qui tetigerit
carnẽ eius, lauabit veſtimenta ſua: et ipſe lotus
aqua, immundus erit vſq; ad veſperum. Si ſali
uam huiuſcemodi homo iecerit ſuper eũ qui
mundus eſt, lauabit veſtimẽta ſua, & lotus a-
B qua, immundus erit vſq; ad veſperũ. Sagma ſu
per quod ſederit, immũdum erit: & quicquid
ſub eo fuerit qui fluxum ſeminis patitur, pol-
lutum erit vſque ad veſperum. Qui portaue-
rit horum aliquid, lauabit veſtimenta ſua: &
ipſe lotus aqua, immundus erit vſque ad veſ-
perum. Omnis quem tetigerit qui talis eſt, nõ
lotis antè manibus, lauabit veſtimenta ſua: &
lotus aqua, immundus erit vſq; ad veſperum.
Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas
autem ligneum lauabitur aqua. Si ſanatus fue
rit qui huiuſcemodi ſuſtinet paſsionem, nu-
merabit ſeptem dies poſt emundationem ſui,
& lotis veſtibus, & toto corpore in aquis vi-
uentibus, erit mundus. Die autẽ octauo ſumet C
duos turtures, aut duos pullos columbæ, & ve
niet in conſpectum Domini ad oſtium taber
naculi teſtimonij, dabitque eos ſacerdoti. qui
faciet vnum pro peccato, & alterum in holo-
cauſtum, rogabitque pro eo coram Domino,
vt emundetur à fluxu ſeminis ſui. Vir de quo
egreditur ſemẽ coitus, lauabit aqua omne cor
pus ſuum: & immundus erit vſque ad veſpe-
rum. Veſtem & pellem quam habuerit, lauabit
aqua, & immunda erit vſq; ad veſperum. Mu-
lier cũ qua coierit, lauabitur aqua, & immun-
da erit vſq; ad veſperum. Mulier quæ redeun-
te menſe patitur fluxum ſanguinis, ſeptẽ die-
bus ſeparabitur. Omnis qui tetigerit eam, im-
mundus erit vſq; ad veſperum: & *in quo dor
mierit vel ſederit diebus ſeparationis ſuæ, pol
luetur. Qui tetigerit lectum eius, lauabit veſti
menta ſua, & ipſe lotus aqua, immundus erit
vſque ad veſperum. Omne vas ſuper quod illa D
ſederit, quiſquis attigerit, lauabit veſtimenta
ſua: & ipſe lotus aqua, pollutus erit vſque ad
veſperum. Si coierit cum ea vir tempore ſan-
guinis menſtrualis, immundus erit ſeptẽ die-
bus: & omne ſtratum in quo dormierit, pol-
luetur. Mulier quæ patitur multis diebus flu- E
xum ſanguinis non in tempore menſtruali,
vel quæ poſt menſtruũ ſanguinem fluere non
ceſſat, quandiu ſubiacet huic paſsioni, immũ-
da erit quaſi ſit in tempore menſtruo. omne
ſtratum in quo dormierit, & vas in quo ſede-
rit, pollutum erit. quicunque tetigerit "eam',
lauabit veſtimenta ſua: & ipſe lotus aqua, im-
mundus erit vſque ad veſperũ. Si ſteterit ſan-
guis, & fluere ceſſauerit, numerabit ſeptẽ dies
purificationis ſuæ, & de octauo offeret pro ſe
ſacerdoti duos turtures, aut duos pullos co-
lumbarum ad oſtium tabernaculi teſtimonij:
qui vnũ faciet pro peccato, & alterum in ho-
locauſtum, rogabitque pro ea coram Domi-
no, & pro fluxu immunditiæ eius. Docebitis
ergo filios Iſrael vt caueant immũtias, & non
moriantur in ſordibus ſuis, cum polluerint ta
bernaculum meum quod eſt inter eos. Iſta eſt
lex eius qui patitur fluxum ſeminis, & qui pol
luitur coitu, & quæ menſtruis temporibus ſe-
paratur, vel quæ iugi fluit ſanguine, & homi-
nis qui dormierit cum ea.

S. *Quando & quomodo ſacerdos ingredi debeat ſanctuarium, ipſumq́ expiare vnà cum tabernaculo & altari, emiſſarium caprum abigere, & feſtum expiationum celebrare.*

CAP. XVI.

Locu-

Sup.10.a. A LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen
poſt ‖mortem duorum filiorum Aarõ,
quando offerentes ignem alienum in-
terfecti ſunt: & præcepit ei, dicens, Loquere
Exo.30.b. Heb.9.b. ad Aaron fratrem tuum‖ne omni tempore in-
grediatur ſanctuarium, quod eſt intra velum
coram propitiatorio quo tegitur arca, vt non
moriatur (quia in nube apparebo ſuper oracu-
lum) niſi hæc antè fecerit, Vitulum pro pecca-
to offeret, & arietem in holocauſtum. Tunica
linea veſtietur, fœminalibus lineis verenda
cælabit: accingetur zona linea, cidarim lineam
imponet capiti: hæc enim veſtimenta ſunt ſan
cta: quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur.
Suſcipietque ab vniuerſa multitudine filiorũ
Iſrael duos hircos pro peccato, & vnum arie-
B tem in holocauſtum. Cumque obtulerit vitu-
lum, & orauerit pro ſe & pro domo ſua, duos
hircos ſtare faciet coram Domino in oſtio ta-
bernaculi teſtimonij: mittenſque ſuper vtrun-
que ſortem, vnam Domino, & alteram capro
emiſſario: cuius exierit ſors Domino, offeret
illum pro peccato: cuius autem in caprum e-
miſſarium, ſtatuet eum viuum coram Domi-
no, vt fundat preces ſuper eum, & emittat eum
in ſolitudinem. His ritè celebratis, offeret vi-
tulum, & rogans pro ſe & pro domo ſua, im-
molabit eum: aſſumptoque thuribulo quod
de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu
compoſitum thymiama in incenſum, vltra ve-
C lum intrabit in Sancta: vt poſitis ſuper ignem
aromatibus, nebula eorum & vapor operiat
oraculum quod eſt ſupra teſtimonium, & nõ
Heb.9.d. &.10.a. moriatur. ‖Tollet quoq; de ſanguine vituli, &
aſperget digito ſepties contra propitiatoriũ ad
orientem. Cumque mactauerit hircum pro-
peccato populi, inferet ſanguinem eius intra
velum, ſicut præceptum eſt de ſanguine vitu-
li, vt aſpergat eregione oraculi, & expiet ſan-
ctuarium ab immunditijs filiorum Iſrael, & à
præuaricationibus eorum, cunctiſque pecca-
tis. Iuxta hunc ritum faciet tabernaculo teſti-
D monij, quod fixum eſt inter eos in medio ſor-
Lucæ.1.a. dium habitationis eorum. ‖Nullus hominum
ſit in tabernaculo quando pontifex ſanctua-
rium ingreditur, vt roget pro ſe & pro domo
ſua, & pro vniuerſo cœtu Iſrael, donec egredia
tur. Cum autem exierit ad altare quod coram
Domino eſt, oret pro ſe, & ſumptum ſangui-
nem vituli atque hirci fundat ſuper cornua e-
ius per gyrum: aſpergenſque digito ſepties,
expiet, & ſanctificet illud ab immunditijs fi-
liorum Iſrael.

Poſtquam emundauerit ſanctuarium & ta
bernaculum & altare, tunc offerat hircum vi-
uentem: & poſita vtraq; manu ſuper caput e-
ius, confiteatur omnes iniquitates filiorũ Iſ-
rael, & vniuerſa delicta atq; peccata eorũ: quæ
imprecans capiti eius, emittet illum per ho-
minem paratũ, in deſertum. Cumque porta- E
uerit hircus omnes iniquitates eorum in ter-
ram ſolitariam, & dimiſſus fuerit in deſerto,
reuertetur Aaron in tabernaculũ teſtimonij,
& depoſitis veſtibus quibus prius indutus e-
rat cum intraret ſanctuarium, relictiſque ibi,
lauabit carnẽ ſuam in loco ſancto, induetur-
que veſtibus ſuis. Et poſtquam egreſſus ob-
tulerit holocauſtum ſuum ac plebis, rogabit
tam pro ſe quàm pro populo: & adipem qui
oblatus eſt pro peccatis, adolebit ſuper altare.
Ille verò qui dimiſerit caprum emiſſariũ, la-
uabit veſtimenta ſua & corpus aqua, & ſic in-
gredietur in caſtra. Vitulũ autem & hircum F
qui pro peccato fuerant immolati, & quorum
ſanguis illatus eſt in ſanctuarium vt expiatio
compleretur, aſportabunt foras caſtra, ‖ & Hebr.13.b.
comburent igni tam pelles quàm carnes eo-
rum ac fimum: & quicunque combuſſerit ea,
lauabit veſtimenta ſua & carnem aqua, & ſic
ingredietur caſtra. Eritq; vobis hoc legitimũ
ſempiternũ. Menſe ſeptimo, decima die men-
ſis affligetis animas veſtras, nullumque opus
facietis, ſiue indigena ſiue aduena qui peregri
natur inter vos. ‖In hac die expiatio erit ve- G
ſtri atque mundatio ab omnibus peccatis ve- Infra.23.e.
ſtris: coram Domino mundabimini. ſabba-
thum enim requietionis eſt, & affligetis ani-
mas veſtras religione perpetuo. Expiabit au-
tem ſacerdos qui vnctus fuerit, & cuius ma-
nus "initiatæ ſunt' vt ſacerdotio fungatur pro *initiata
patre ſuo: indueturque ſtola linea & veſtibus eſt.7.
ſanctis, & expiabit ſanctuarium & tabernacu-
lum teſtimonij atque altare, ſacerdotes quo-
que & vniuerſum populum. Eritque vobis
hoc legitimum ſempiternum, vt oretis pro fi-
lijs Iſrael, & pro cũctis peccatis eorum ſemel
in anno. Fecit igitur ſicut præceperat Domi-
nus Moyſi.

S. *Nuſquam niſi ad oſtium tabernaculi ſacrificandum, atque à ſanguine & morticino abſtinendum.* CAP. XVII.

ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, di A
cẽs, Loquere Aaron & filijs eius & cun
ctis filijs Iſrael, dicens ad eos, Iſte eſt ſer
mo quem mandauit Dominus, ▹dicens', Ho- ▹.4.
mo quilibet de domo Iſrael, ſi occiderit bouẽ
aut ouẽ, ſiue capram in caſtris vel extra caſtra,
& non obtulerit ad oſtiũ tabernaculi oblatio
nem Domino, ſanguinis reus erit: quaſi ſi ſan
guinem fuderit, ſic peribit de medio populi
ſui. Ideo ſacerdoti offerre debẽt filij Iſrael ho-
ſtias ſuas quas occidunt in agro, vt ſanctifi-
centur Domino ante oſtiũ tabernaculi teſti-
monij, & immolent eas hoſtias pacificas Do
mino. Fundetq; ſacerdos ſanguinem ſuper al B
tare Domini ad oſtium tabernaculi teſtimo-
nij, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

nij, & adolebit adipem in odorem suauitatis Domino, & nequaquam vltrà immolabunt hostias suas dæmonibus cum quibus fornicati sunt. Legitimum sempiternum erit illis & posteris eorũ. Et ad ipsos dices, Homo de domo Israel & de aduenis qui peregrinantur apud vos qui obtulerit holocaustũ siue victimam, & ad ostium tabernaculi testimonij non adduxerit eã, vt 'offeratur' Domino, interibit de
*offerat.3. C populo suo. Homo quilibet de domo Israel, & de aduenis qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinẽ, obfirmabo faciem meam contra animam illius, & disperdam eam de populo suo, quia anima carnis in sanguine est: &
*meum.10. ego dedi illum vobis, vt super altare 'in eo' expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. Idcirco dixi filij, Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem, nec ex aduenis qui peregrinãtur apud vos. Homo
D quicunque de filijs Israel & de aduenis qui peregrinantur apud vos, si venatione atq; aucupio ceperit feram vel auem, quibus vesci licitum est, fundat sanguinem eius, & operiat illum terra. ‖anima enim omnis carnis in sanguine
Gene.9.b. est. Vnde dixi filijs Israel, Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicunque comederit illum, interibit. Anima quæ comederit morticinum vel captum à bestia, tam de indigenis quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua & semetipsum aqua, & contaminatus erit vsque ad vesperum: & hoc ordine mundus fiet. Quòd si non lauerit vestimenta sua vel corpus, portabit iniquitatem suam.

S. Gradus coniugij illiciti, ac gentium opera fugienda in varia carnali turpitudine.

CAP. XVIII.

A LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Ego Dominus Deus vester: iuxta consuetudinem Terræ-Aegypti in qua habitastis, non facietis: & iuxta morem Regionis-Chanáã ad quam ego introducturus sum vos, non agetis, nec in legitimus eorum ambulabitis. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. ego Dominus Deus vester. ‖Custodite leges meas atque
Rom.10.a Ezec.20.b Gala.3.b. iudicia, quæ faciẽs homo, viuet in eis. ego Dominus. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet, vt reuelet turpitudinem eius.
B ego Dominus. Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non discooperies. mater tua est, non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem vxoris patris tui non discooperies: turpitudo enim patris tui est. Turpitudinẽ sororis tuæ ex patre siue ex matre quæ domi vel foris genita est, non reuelabis. Turpitudinem filiæ, filij tui vel neptis ex filia non reuelabis: quia turpitudo tua est. Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, quam peperit patri tuo, & est soror tua, non reuelabis. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui. Turpitudinẽ sororis matris tuæ non reuelabis, eo quòd caro sit matris tuæ. Turpitudinem patrui tui non reuelabis, nec accedes ad vxorem eius quæ tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui est: nec discooperies ignominiam eius. *Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis: quia turpitudo fratris tui est. Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius, & filiam filiæ illius non sumes, vt reueles ignominiam eius: quia caro illius sunt, & talis coitus incestus est. Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente. Ad mulierem quæ patitur menstrua non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. Cum vxore proximi tui non coibis, nec seminis commistione maculaberis. De semine tuo non dabis vt consecretur
4.Reg.23 ‖idólo Moloch, nec pollues nomen Dei tui. ego Dominus. Cum masculo non commiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est.
D Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento, nec miscebitur ei: quia scelus est. Nec polluamini in omnibus his quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes, quas ego eijciam ante cõspectum vestrum, & quibus polluta est terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos. Custodite legitima mea atq; iudicia, & non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena, quàm colonus qui peregrinatur apud vos. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terræ, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam. Cauete ergo ne & vos similiter euomat, cum paria feceritis, sicut euomuit gẽtem quæ fuit ante vos. Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis. ego Dominus Deus vester.

S. Varia præcepta moralia ac iudicialia.

CAP. XIX.

A LOcutus est Dominus ad Moysen, dicẽs, Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos, ‖Sancti estote, quia ego sanctus sum Dominus Deus ves- 1.Pet.1.b
ter. Vnusquisq; patrem suum & matrem suam timeat. Sabbatha mea custodite: ego Dominus Deus vester. Nolite conuerti ad idôla, nec deos conflatiles faciatis vobis. ego Dominus Deus vester. Si immolaueritis hostiam pacificorum Domino vt sit placabilis: eo die quo fuerit



fuerit immolata, comedetis eam, & die alte-
B ro: quicquid autem residuum fuerit in diem tertium, igne comburetis. si quis post biduum comederit ex ea, prophanus erit & impietatis reus: portabitque iniquitatem suam, quia sanctum Domini polluit, & peribit anima illa de
*medio populi sui. 4. 'populo suo'. Cumque messueris segetes terræ tuæ, non tondebis vsque ad solum superficiem terræ: nec remanentes spicas colliges. Neque in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpẽda dimittes. ego Dominus Deus vester.
Exo.20.b. Deu.5.b. C Non facietis furtum. Non mẽtiemini, nec decipiet vnusquisq; proximũ suum. Non periurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei
Eccle.10.a Deu.24.c. Tob.4.c. tui. ego Dominus. Non facies calumniã proximo tuo, nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane.
Non maledices surdo, nec coram cæco pones offendiculum: sed timebis Dominum Deum
Deut.1.c. 16.d. Iac.2.a. Prou.24.c *populis.10 1.Io.2.b.3.c. tuum, quia ego sum Dominus. Non facies quod iniquum est, nec iniuste iudicabis. ‖Nõ consyderes personam pauperis, nec honores vultum potentis. Iustè iudica proximo tuo.
Non eris criminator, nec susurro in 'populo'. Non stabis contra sanguinem proximi tui. e-
D go Dominus. Non oderis fratrem tuum in
Eccl.19.b. Matt.18.b Luc.17.a. Matt.5.g. 22.d. Rom.13.c. *Iumenta 22a.11. Gala.5.c. Iacob.2.b. corde tuo, sed publice argue eum, ne habeas super illo peccatum. ‖Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. ‖Diliges amicum tuum sicut teipsum. ego Dominus. Leges meas custodite. 'Iumentum tuum' non facies coire cum alterius generis animãtibus. Agrum tuum non seres diuerso semine.
Veste quæ ex duobus texta est, non inuẽris. Homo si dormierit cum muliere coitu seminis, quæ sit ancilla etiam nobilis, & tamẽ pretio non redempta, nec libertate donata: vapulabunt ambo, & non morientur, quia nõ fuit
E libera. pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonij arietẽ: orabitq; pro eo sacerdos, & pro peccato eius coram Domino, & repropitiabitur ei dimitturque peccatũ. Quando ingressi fueritis terram, & plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum: poma quæ germinãt immunda erunt vobis, nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autẽ anno comedetis fructus, cõgregantes poma quæ proferunt. ego Dominus Deus vester. Non
F comedetis *cum sanguine. Non augurabimini, dec obseruabitis somnia. Neque in rotun- *carnem.
dum attondebitis comam: nec radetis barbã. Et super mortuo nõ incidetis carnes vestras, neque figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. ego Dominus. Ne prostituas filiã tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Sabbatha mea custodite, & sanctuariũ meum metuite. ego Dominus. Non declinetis ad magos, nec ab ariolis aliquid scisciteminí, vt polluamini per eos. ego Dominus Deus vester.
Coram cano capite consurge, & honora personam senis: & time Dominũ Deum tuum.
ego sum Dominus. Si habitauerit aduena in G
terra vestra, & moratus fuerit inter vos, non Exo.21.c.
exprobretis ei: sed sit inter vos quasi indigena: & diligetis eum quasi vosmetipsos. fuistis enim & vos aduenæ in terra Aegyti. ego Dominus Deus vester. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio, in regula, in pondere, in mensura. Statêra iusta, & æqua sint põdera, iustus modius, æquusque sextarius. ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra-Aegypti. Custodite omnia præcepta mea, & vniuersa iudicia, & facite eã. ego Dominus.

S. Morte plectendi sunt qui de semine suo Moloch offerunt, qui magos vel ariolos consulunt, qui parentibus maledicunt, qui varios exercent coitus illicitos.

CAP. XX.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, A
dicens, Hæc loquêris filijs Israel, Ho- Sup.18.c.
mo de filijs Israel & de aduenis qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idôlo Moloch, morte moriatur: populus terræ lapidabit eum. Et ego ponã faciem meam contra illum, succidamque eum de medio populi sui, eo quòd dederit de semine suo Moloch, & contaminauerit sanctuariũ meum, ac polluerit nomen sanctum meũ. Quòd si negligens populus terræ, & quasi paruipendens imperium meũ, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch, nec voluerit eum occidere: ponam faciem meam super hominem illum, & cognationem eius, succidamque & ipsum, & omnes qui consenserunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui.
Anima quæ declinauerit ad magos & ario- B
los, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam cõtra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Sanctificamini, et estote sancti, quia ego sum Dominus Deus vester. Custo-
F dite præ-

Universidad de Deusto Biblioteca

Exo.21.c. Prou.20.c Mat.15.a. Marc.7.b. Ioan.8.a. Deut.22.d

B dite præcepta mea, & facite ea: Ego Dominus qui ſanctifico vos. Qui maledixerit patri ſuo, aut matri, morte moriatur, patri matriq́; qui maledixerit ſanguis eius ſit ſuper eum. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi ſui, morte moriantur & mœchus & adultera. Qui dormierit cum nouerca ſua, & reuelauerit ignominiam patris ſui, morte moriantur ambo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Si quis dormierit cum nuru ſua, vterq; moriatur, quia ſcelus operati ſunt: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Qui dormierit cum maſculo coitu fœmineo, vterque operatus eſt nefas, morte C moriantur: ſit ſanguis eorum ſuper eos. Qui ſupra vxorem filiā, duxerit matrem eius, ſcelus operatus eſt: viuus ardebit cū eis, nec permanebit tantum nefas in medio veſtri. Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur: pecus quoque occidite. Mulier quæ ſuccubuerit cuilibet iumento, ſimul interficietur cum eo: ſanguis eorum ſit ſuper eos. Qui acceperit ſororem ſuam filiam patris ſui, vel filiam matris ſuæ, & viderit turpitudinem eius, illaq́; cōſpexerit fratris ignominiam: nefariam rem operati ſunt: occidentur in conſpectu populi ſui, eo quòd turpitudinem ſuam mutuò reuelauerint, & portabunt iniquitatem ſuam. Qui coierit cum muliere in fluxu menſtruo, & reuelauerit turpitudinem eius, ipſaque aperuerit fontem ſanguinis ſui, interficientur ambo de medio populi ſui. Turpitudinē materteræ, & amitæ tuæ non diſcooperies. qui hoc fecerit, ignominiam carnis ſuæ nudauit, portabūt D ambo iniquitatem ſuam. Qui coierit cum vxore patrui, vel auunculi ſui, & reuelauerit ignominiam cognationis ſuæ, portabunt ambo peccatum ſuum: abſq; liberis morientur. Qui duxerit vxorem fratris ſui, rem facit illicitam, turpitudinem fratris ſui reuelauit: abſq; liberis erūt. Cuſtodite leges meas, atq; iudicia, & facite ea: ne & vos euomat terra quā intraturi eſtis & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationū, quas ego expulſurus ſum ante vos. Omnia enim hæc fecerūt, & abominatus ſum eas. Vobis autem loquor, Poſsidete terram eorum, quam dabo vobis in hæreditatem, terram fluentē lacte & melle. ego Dominus Deus veſter, qui ſeparaui vos à cæteris populis. Separate ergo & vos iumentum mūdum ab immundo, & auem mundam ab immunda: ne polluatis animas veſtras in pecore & auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis oſtē- *Et.2. di eſſe polluta. * Eritis mihi ſancti, quia ſanctus ſum ego Dominus, & ſeparaui vos à cæte- Deut.18.b 1.Re.28.b ris populis, vt eſſetis mei. ||Vir ſiue mulier, in quibus pythonicus, vel diuinationis fuerit ſpiritus, morte moriantur, lapidibus obruēt eos: ſanguis eorum ſit ſuper illos.

S. Quibus funeribus intereſſe poſsint ſacerdotes, & quales ducere vxores, quiue inepti ſint ad ſacerdotium, & de filia ſacerdotis fornicante.

CAP. XXI.

A DIxit quoq; Dominus ad Moyſen, Loquere ad ſacerdotes filios Aaron, & dices ad eos, Ne cōtaminetur ſacerdos in mortibus ciuium ſuorum, niſi tantū in conſanguineis, ac propinquis, id eſt ſuper patrem & matrē & filium & filiam, fratrem quoq;, & ſororem virginem quæ nō eſt nupta viro: ſed nec in principe populi ſui contaminabitur. Sup.19.f ||Nec radent caput, nec barbam, neq; in carnibus ſuis facient inciſuras. Sancti erunt Deo ſuo, & non polluent nomen eius: incenſum enim Domini, & panes Dei ſui offerunt, & ideo ſancti erunt. Scortum, & vile proſtibulum non ducet vxorem, nec eam quæ repudiata eſt à marito: quia conſecratus eſt Deo ſuo, & panes propoſitionis offert. Sit ergo B ſanctus, quia & ego ſanctus ſum Dominus, qui ſanctifico vos. Sacerdotis filia ſi deprehēſa fuerit in ſtupro, & violauerit nomen patris ſui, flammis exuretur. Pontifex, id eſt ſacerdos maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum eſt vnctionis oleum, & cuius manus in ſacerdotio conſecratæ ſunt, veſtitusq́; eſt ſanctis veſtibus, caput ſuū non diſcooperiet, veſtimenta *non ſcindet, & ad omnem *ſua. mortuū nō ingredietur omnino. ſuper patre quoq; ſuo, & matre non contaminabitur. Nec egredietur de ſanctis, ne polluat ſanctuarium "Domini' quia oleum ſanctæ vnctionis Dei "Dei ſui. Ezec.44 ſui ſuper eum eſt. ego Dominus. ||Virginem C ducet vxorē: viduam autem & repudiatam, & ſordidam, atque meretricem non accipiet, ſed puellam de populo ſuo: ne cōmiſceat ſtirpem generis ſui vulgo gentis ſuæ: quia ego Dominus qui ſanctifico eum. Locutusq́; eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, Loquere ad Aaron, *ſuas. Homo de ſemine tuo per familias *qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius: ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo vel grandi vel torto naſo, ſi fracto pede, ſi manu, ſi gibbus, ſi lippus, ſi albuginem habēs in oculo, ſi iugem ſcabiem, D ſi impetiginē in corpore, vel hernioſus. Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo: veſcetur tamen panibus qui offeruntur in ſanctuario, ita dūtaxat vt intra velum non ingrediatur, nec accedat ad altare, "qui' maculam habet & conta- "quia. minare non debet, ſanctuarium meum. Ego Dominus qui ſanctifico eos. Locutus eſt ergo Moyſes ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnē Iſrael cuncta quæ fuerāt ſibi imperata.

S. Ab eſu ſanctificatorum qui abſtinere debeant, & quæ debeant offerri.

CAP. XXII.

A LOcutus quoq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere ad Aaron & ad filios eius vt caueant ab his quæ conſecrata ſunt filiorum Iſrael, & non cōtaminent nomen ſanctificatorum mihi, quæ ipſi offeruntur. ego Dominus. Dic ad eos, & ad poſteros eorum. Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ cōſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filij Iſrael Domino, in quo eſt immunditia, peribit coram Domino. ego ſum Dominus. Homo de ſemine Aarō qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis, nō veſcetur de his quæ ſanctificata ſunt mihi, donec ſanetur. Qui tetigerit immundum ſuper mortuo, & ex quo egreditur ſemen quaſi coitus, & qui tangit reptile, & quodlibet immūdum, cuius tactus eſt ſordidus, immundus erit vſq; ad veſperum, & non veſcetur his quæ ſancti- "corpus ſuū. 4. ficata ſunt: ſed cum lauerit "carnē ſuam' aqua, & occubuerit ſol tunc mundatus veſcetur de Exod.22.d Eze.44.g ſanctificatis, quia cibus illius eſt. ||Morticinū & captum à beſtia non comedēt, nec polluen B tur in eis. ego ſum Dominus. Cuſtodiant præcepta mea, vt non ſubiaceant peccato, & moriantur in ſanctuario, cum polluerint illud. ego Dominus qui ſanctifico eos. Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis, inquilinus ſacerdotis, & mercenarius non venſcentur ex eis. Quem autem ſacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit: de his quæ ſanctificata ſunt, & de primitijs non veſcetur, ſin autem vidua, vel repudiata, & abſq; liberis reuerſa fuerit ad domum patris ſui: ſicut puella conſueuerat, aletur cibis patris ſui. Omnis alienigena comedendi ex eis non habet poteſtatem. Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam, addet quintam partem cum eo quod comedit, & dabit ſacerdoti in ſanctuarium. Nec contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael, quæ offerūt C Domino: ne fortè ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, cum ſanctificata comederint. ego Dominus qui ſanctifico eos. Locutusq́; eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, Loquere ad Aaron, & filios eius, & ad omnes filios Iſrael, dicesq́; ad eos, Homo de domo Iſrael, & de aduenis qui habitant apud vos, qui obtulerit oblationem ſuam vel vota ſoluens, vel ſponte offerēs, quicquid illud obtulerit in holocauſtum Domini vt offeratur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus, & ouibus, & ex capris, ſi maculam habuerit, non offeretis, neque erit Deut.15.d Eccl.35.b. acceptabile. ||Homo qui obtulerit victimam pacificorum Domino, vel vota ſoluens, vel ſponte offerens, tam de bobus quàm de ouibus, immaculatum offeret, vt acceptabile ſit: omnis macula nō erit in eo. Si cæcum fuerit, ſi fractum, ſi cicatricem habēs, ſi papulas, aut ſcabiem, aut impetiginem: non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis ſuper altare Domini. Bouem & ouē aure & cauda ampu- D tatis, voluntariè offerre potes, votum autem ex ijs ſolui non poteſt. Omne animal quod vel contritis, vel tunſis, vel ſectis ablatiſq́; teſticulis eſt, non offeretis Domine, & in terra veſtra hoc omnino ne faciatis. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro, & quicquid aliud dare voluerit: quia corrupta, & maculata ſunt omnia: non ſuſcipietis ea. Locutuſq́; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Bos ouis, & capra cum genita fuerint, ſeptem diebus erūt ſub hubere matris ſuæ: die autem octauo, & deinceps offerri poterunt Domino. Siue illa bos, ſiue ouis, non immolabuntur vna die cum fœtibus ſuis. Si immolaueritis hoſtiam pro gratiarū actione Domino, vt poſſit eſſe placabilis, eodem die comedetis eam, non remanebit quicquam in mane alterius diei. ego Dominus. Cuſtodite mandata mea, & facite ea: ego Dominus. Ne polluatis nomen meum ſanctum, vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael. Ego Dominus qui ſanctifico vos, & eduxi de Terra-Aegypti, vt eſſem vobis in Deum. ego Dominus.

S. Solennitatis Sabbathi, Paſchæ, Primitiarum, Hebdomadarum, Meſsis, Tubarum, Expiationis ac tabernaculorū, & quibus ritibus peragi debeant.

CAP. XXIII.

LOcutuſque eſt Dominus ad Moyſen, A dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis ſanctas. Sex diebus facietis opus: dies ſeptimus, quia ſabbathi requies eſt, vocabitur ſanctus. omne opus non facietis in eo. ſabbathū Domini eſt in "cunctis habitationibus veſtris. Hæ ſunt ergo feriæ Domini ſanctæ, quas cele Exo.12.a. Num.18.c brare debetis temporibus ſuis. Menſe primo, quartadecima die menſis ad veſperum, Phaſe Domini eſt: & quintadecima die menſis huius, ſolennitas azymorum Domini eſt. Septem diebus azyma comedetis. dies primus erit vobis celeberrimus, ſanctuſq́;: omne opus ſeruile non facietis in eo: ſed offeretis ſacrificium in igne Domino ſeptem diebus. dies au B tē ſeptimus erit celebrior & ſanctior: nullumq́ue ſeruile opus facietis ▷in eo'. Locutuſque ▷.1. eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Cum ingreſſi fueritis terram quam ego dabo vobis, & meſſueritis ſegetem, feretis manipulos ſpicarū primitias meſsis veſtræ ad ſacerdotem. qui eleuabit

Universidad de Deusto
Biblioteca

fascículum coram Domino, vt acceptabile sit pro vobis, altero die Sabbathi, & sanctificabit illum. Atq; in eodem die quo manipulus consecratur, cædetur agnus immaculatus anniculus in holocaustum Domini. Et libamenta offerentur cum eo, duæ decimæ similæ cõspersæ oleo in incensum Domini, odoremq; suauissimum: liba quoq; vini, quarta pars hin. Panem, & polentam, & pultes non comedetis ex segete, vsque ad diem qua offeratis ex ea Deo vestro. Præceptum est sempiternum in
C generationibus, cunctisq; habitaculis vestris.
Deut.16.b Numerabitis ergo ab altero die Sabbathi in quo obtulistis manipulũ primitiarum septem hebdomadas plenas, vsque ad alterã diem expletionis hebdomadæ septimæ, id est, quinquaginta dies: & sic offeretis sacrificiũ nouum Domino ex omnibus habitaculis vestris, panes primitiarũ duos de duabus decimis similæ fermẽtatæ, quos coquetis in primitias Domini. Offeretisq; cum panibus septem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento vnum, & arietes duos, & erunt in holocaustum cum libamentis suis, in odorem suauissimum Domino. Facietis & hircum pro peccato, duosque agnos anniculos hostias paci-
D ficorum. Cumque eleuauerit eos sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino, cedent in vsum eius. Et vocabitis hunc diem celeberrimum, atq; sanctissimum: omne opus seruile non facietis in eo. Legitimum sempiternum erit in cunctis habitaculis, & gene-
Sup.19.b. rationibus vestris. ‖Postquam autem messueritis segetem terræ vestræ, non secabitis eam
Deut.24.b vsq; ad solum: ‖nec remanentes spicas colligetis, sed pauperibus & peregrinis dimittetis eas. ego sum Dominus Deus vester. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicẽs, Loquere
Num.29.a filijs Israel, ‖Mẽse septimo, prima die mensis erit vobis sabbathum, memoriale, clangentibus tubis, & vocabitur sanctum: omne opus seruile non facietis in eo, & offeretis holocau-
E stum Domino. Locutusque est Dominus ad
Sup.16.g. Moysen, dicens, ‖Decimo die mensis huius
Num.29.b septimi, dies expiationum erit celeberrimus, & vocabitur sanctus: affligetisque animas vestras in eo, & offeretis holocaustum Domino. Omne opus seruile non facietis in tempore diei huius: quia dies propitiationis est, vt propitietur vobis Dominus Deus vester. Omnis anima quæ afflicta nõ fuerit die hac, peribit de populis suis: & quæ operis quippiam fecerit, delebo eam de populo suo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum sempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus vestris. sabbathum requietionis est, & affligetis animas vestras die nono mensis. A vespera vsque ad vesperam celebrabitis sabbatha vestra. Et locutus est Domi-F nus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, A quintodecimo die mensis huius septimi, erunt feriæ tabernaculorũ septem diebus Domino. Dies primus vocabitur celeberrimus atque sanctissimus: omne opus seruile nõ facietis in eo. Et septem diebus offeretis holocausta Domino. ‖dies quoque octauus erit ce- Iohan.7.d
leberrimus atque sanctissimus, & offeretis holocaustum Domino: est enim cœtus atq; collectæ: omne opus seruile nõ facietis in eo. Hæ sunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atq; sanctissimas, offeretisq; in eis oblationes Domino, holocausta & libamẽta iuxta ritum vniuscuiusque diei: exceptis sabbathis Domini, donisq; vestris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ sponte tribuetis Domino. A G quintodecimo ergo die mensis septimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ vestræ, celebrabitis ferias Domini septẽ diebus. die primo & die octauo erit sabbathum, id est requies. Sumetisque vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, spatulasq; palmarum, & ramos ligni densarum frondium, & salices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo vestro. Celebrabitisq; solennitatem eius septem diebus per annum. legitimum sempiternũ erit in generationibus vestris. Mense septimo festa celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis septem diebus. omnis qui de genere est Israel, manebit in tabernaculis: vt discant posteri vestri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Israel, cum educerem eos de Terra-Aegypti. ego Dominus Deus vester. Locutusq; est Moyses super solennitatibus Domini ad filios Israel.

S. Ritus concinnandarum lucernarum, panum propositionis, pœna blasphemorum ac talionis.

CAP. XXIIII.

ET locutus est Dominus ad Moysen, di- A
cens, Præcipe filijs Israel, vt afferant tibi oleum de oliuis purissimum ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter, extra velum testimonij in tabernaculo fœderis. Ponetque eas Aaron à vespere vsq; in mane coram Domino, cultu rituque perpetuo in generationibus vestris. Super candelabrũ mundissimum ponentur semper in cõspectu Domini. Accipies quoq; similam, & coques ex ea duodecim panes, qui singuli habebunt duas decimas: quorũ senos altrinsecus super mensam purissimam coram Domino statues, & pones super eos thus lucidissimum, vt sit panis in monimentum oblationis Domini. Per B
singula sabbatha mutabuntur coram Domino suscepti à filijs Israel fœdere sempiterno: ‖eruntque Aaron & filiorum eius, vt come- Matt.12.b
dant eos in loco sancto: quia sanctum sanctorum est

rum est de sacrificijs Domini iure perpetuo. Ecce autem egressus filius mulieris Israelitidis, quem pepererat de viro Aegyptio inter filios Israel, iurgatus est in castris cum viro Israelite. Cumque blasphemasset nomen Domini, & maledixisset ei, adductus est ad Moysen. (Vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.) Miseruntq; eum in carcerem, donec nossent quid iuberet Domi-
C nus. Qui locutus est ad Moysen, dicens, Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt, manus suas super caput eius, & lapidet eum populus vniuersus. Et ad filios Israel loquẽris, Homo qui maledixerit Deo suo, portabit peccatum suum: & qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur: la-
D.2. pidibus opprimet eum omnis multitudo populi, siue ille ciuis, siue peregrinus fuerit. Qui blasphemauerit nomen Domini, morte mo-
Exod.21.b riatur. ‖ Qui percusserit & occiderit hominẽ, morte moriatur. Qui percusserit animal, reddet vicarium, id est animam pro anima. Qui
D irrogauerit maculam cuilibet ciuiũ suorum:
Matt.5.f. ‖sicut fecit, sic fiet ei, fracturam pro fractura,
Exod.21.c oculum pro oculo, dentem pro dente restituet. qualem inflixerit maculam, talem sustinere cogetur. Qui percusserit iumentum, red-
Deut.19.d det aliud. Qui percusserit hominem punietur. Aequum iudicium sit inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit: quia ego sum Dominus Deus vester. Locutusque est Moyses ad filios Israel, & eduxerunt eum qui blasphemauerat, extra castra, ac lapidibus oppresserunt. Fecerunt que filij Israel sicut præceperat Dominus Moysi.

S. Septimi & quinquagesimi anni lex: non sumendæ à fratribus vsuræ, nec ipsi seruitute perpetua opprimendi sunt, sed magis ab aduenis potentibus redimendi.

CAP. XXV.

A LOcutusque est Dominus ad Moysen in monte Sinai, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Quando ingres-
Exod.23.b si fueritis terram quam ego dabo vobis, ‖sab-
populus.4 bathizet sabbathum Domini. Sex annis seres agrum tuum, & sex annis putabis vineam tuam, colliges que fructus eius: septimo autem anno sabbathum erit terræ, requietionis Domini: agrum non seres, & vineam non putabis. Quæ sponte gignet humus, non metes: & vuas primitiarum tuarum non colliges quasi vindemiam: annus enim requietionis terræ est.
Exod.7. sed erunt vobis in cibum, tibi & seruo tuo, ancillæ & mercenario tuo, & aduenæ qui peregrinatur apud te: iumentis tuis & pecoribus omnia quæ nascuntur præbebunt cibum. Numerabis quoque tibi septem hebdomadas annorum, id est septies septem, quæ simul faciunt annos quadraginta nouem: & clanges buccina mense septimo, decima die mensis, propitiationis tempore in vniuersa terra vestra. Sanctificabis q; annum quinquagesimũ, B
& vocabis remissionem cunctis habitatoribus terræ tuæ, ipse est enim iubileus. Reuertetur homo ad possessionẽ suam, & vnusquisq; rediet ad familiam pristinam: quia iubileus est & quinquagesimus annus. Nõ seretis atq; meretis sponte in agro nascentia, & primitias vindemiæ non colligetis, ob sanctificationem iubilei, sed statim oblata comedetis. Anno iubilei redient omnes ad possessiones suas. quãdo vendes quippiam ciui tuo, vel emes ab eo, ne contristes fratrem tuum, sed iuxta numerum annorũ iubilei emes ab eo, & iuxta supputationem frugum vendet tibi. Quãto plures anni remanserint post iubileum, tanto crescet & pretium: & quanto minus temporis numeraueris, tanto minoris & emptio constabit. tempus enim frugum vendet tibi. Nolite affligere contribules vestros, sed timeat vnusquisque Deum suum, quia ego Dominus Deus vester. Facite præcepta mea, & iu- C
dicia custodite, & implete ea, vt habitare possitis in terra absque vllo pauore, & gignat vobis humus fructus suos, quibus vescamini vsque ad saturitatem, nullius impetum formidantes. Quòd si dixeritis, Quid comedemus anno septimo, si non seuerimus, neq; collegerimus fruges nostras? Dabo benedictionẽ meam vobis anno sexto, & faciet fructus trium annorum: feretisq; anno octauo, & comedetis veteres fruges vsq; ad nonum annum: donec noua nascantur, edetis vetera. Terra quoque non vendetur in perpetuum: quia mea est, & vos aduenæ & coloni mei estis. vnde cuncta regio possessionis vestræ sub redemptionis conditione vendẽtur. Si attenuatus D
frater tuus vendiderit possessiunculam suam, & voluerit propinquus eius, potest redimere quod ille vendiderat. si autem non habuerit proximum, & ipse pretium ad redimendum potuerit inuenire: computabuntur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod reliquum est, reddet emptori, ficque recipiet possessionem suam. quòd si non inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quòd emerat vsque ad annum iubileum. In ipso enim omnis venditio redibit ad dominũ, & ad possessorem pristinum. Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licẽtiam redimendi, donec vnus impleatur annus. si non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor possidebit eam, & posteri eius in perpetuum, & redimi non poterit, etiam in iubileo. Sinautem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum iure vendetur. si

Universidad de Deusto
Biblioteca

E antè redempta non fuerit, in iubileo reuertetur ad dominum. Aedes Leuitarum quæ in vrbibus sunt, semper possunt redemi: si redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad dominos, quia domus vrbium Leuitarum pro possessionibus sunt inter filios Israel. Suburbana autem eorum non veneant, quia possessio sempiterna est. Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, & susceperis eum quasi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, ne accipias vsuras ab eo, nec amplius quàm dedisti. time Deum tuum, vt viuere possit frater tuus apud te. Pecuniam tuam nō dabis ei ad vsuram, & frugum superabundantiam non exiges. Ego Dominus Deus vester,
F qui eduxi vos de Terra-Aegypti, vt darem vobis Terram-Chanáan, & essem vester Deus. Si paupertate compulsus vendiderit se tibi frater tuus, non eum opprimes seruitute famulorum, sed quasi mercenarius & colonus erit. vsque ad annum iubileum operabitur apud te, & postea egredietur cum liberis suis & reuertetur ad cognationem & ad possessionem patrum suorum. mei enim serui sunt, & ego eduxi eos de Terra-Aegypti. nō veneant conditione seruorum: ne affligas eum per potentiam, sed metuito Deum tuum. Seruus & ancilla sint vobis de nationibus quæ in circuitu vestro sunt. Et de aduenis qui peregrinantur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra vestra, hos habebitis famulos, & hæreditario iure transmittetis ad posteros, ac possidebitis in æternum. fratres autem vestros filios Israel
G ne opprimatis per potentiam. Si inualuerit apud vos manus aduenæ atque peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit se ei, aut cuiquam de stirpe eius: post venditionem potest redemi. Qui voluerit ex fratribus suis, redimet eum, & patruus, & patruelis, & consanguineus, & affinis. Sin autem et ipse potuerit, redimet se, supputatis duntaxat annis à tempore venditionis suæ vsque in annum iubileum: & pecunia qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mercenarij supputata. Si plures fuerint anni qui remanent vsq; ad iubileum, secundum hos reddet & pretium. si pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquum est annorum, quibus antè seruiuit mercedibus imputatis: non affliget eum violenter in conspectu tuo. Quòd si per hæc redemi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis suis. Mei enim sunt serui filij Israel, quos eduxi de Terra-Aegypti.

S. Dei præcepta seruantibus bona promittuntur, non seruantibus verò plurima mala.

CAP. XXVI.

EGo Dominus Deus vester, ‖ Nō facietis A Exo.20.d. Deu.5.d. Psal.96.b
vobis idōlum & sculptile nec titulos erigetis, nec insignem lapidem ponetis in terra vestra, vt adoretis eum. ego enim sum Dominus Deus vester. Custodite sabbatha mea, & pauete sanctuarium meum. ego Dominus. ‖ Si in præceptis meis ambulaueritis, & Deut.28.d
mandata mea custodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus suis, & terra gignet germen suum, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet messiū tritura vindemiam, & vindemia occupabit sementem: & comedetis panem vestrum in saturitate, & ‖ absque pa Iob.11.d
uore habitabitis in terra vestra. Dabo pacem in finibus vestris: dormietis, & nō erit qui exterreat. Auferam malas bestias: & gladius non transibit terminos vestros. Persequemini inimicos vestros, & corruent coram vobis. perse
B quentur quinq; de vestris centum alienos, & centum de vobis decem millia: cadent inimici vestri gladio in conspectu vestro. Respiciam vos, & crescere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiscum. Comedetis vetustissima veterum, & vetera nouis superuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio vestri, & non 2.Cor.6.d
abijciet vos anima mea. ‖ Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosq; eritis populus meus. Ego dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra-Aegyptiorum, ne seruiretis eis, & qui
C confregi catenas ceruicum vestrarū, vt incedere erecti. ‖ Quod si non audieritis me, nec fe Deut.28.d Thren.2.d Malac.2.d
ceritis omnia mandata mea, si spreueritis leges meas, & iudicia mea cōtempseritis, vt non faciatis ea quæ à me cōstituta sunt, & ad irritum perducatis pactū meū, ego quoq; hæc faciam vobis, Visitabo vos velociter in egestate & ardore, qui conficiat oculos vestros, & consumat animas vestras. Fruſtra seretis sementem, quæ ab hostibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis corā hostibus vestris, & subijciemini his qui oderūt vos fugietis nemine persequente. Sin autem nec sic obedieritis mihi, addam correptiones vestras
D septuplū propter peccata vestra, & conteram superbiā duritiæ vestræ. Daboq; vobis cœlum desuper sicut ferrum, & terram æneam. Consumetur incassum labor vester, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebūt. Si ambulaueritis ex aduerso mihi, nec volueritis audire me, addam plagas vestras vsque in septuplum propter peccata vestra: immittamq; in vos bestias agri, quæ consumāt vos, & pecora vestra, & ad paucitatē cuncta redigant, desertæq; fiant viæ vestræ. Quod si nec sic volueritis recipere disciplinā, sed & ambulaueritis ex aduerso mihi: ego quoq; contra vos aduersus incedam, & percutiā vos septies propter peccata ve-

cata vestra. inducamq; super vos gladiū vltorem fœderis mei. Cumq; cōfugeritis in vrbes, mittā pestilentiam in medio vestri, & trademini in manibus hostium, postquam cōfregero baculum panis vestri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non saturabimini.
E Sin autem nec per hæc audieritis me, sed ambulaueritis contra me: & ego incedam aduersus vos in furore contrario, & corripiam vos septem plagis propter peccata vestra, ita vt comedatis carnes filiorum vestrorū & filiarum vestrarum. destruam excelsa vestra, & simula-
vestra.6. chra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum vestrorum, & abominabitur vos anima mea, in tantum vt vrbes vestras redigam in solitudinem, & deserta faciam sanctuaria vestra, nec recipiam vltra odorem suauissimum. Disperdamq; terram vestram, & stupebunt super ea inimici vestri, cum habitatores illius fuerint. Vos autem dispergam in Gentes, & euaginabo post vos gladium, eritque terra vestra deserta, & ciuitates vestræ dirutæ. Tunc placebunt Terræ sabbatha sua cunctis diebus solitudinis suæ: quando fueritis in terra hostili,
F sabbathizabit, & requiescet in sabbathis solitudinis suæ, eo quòd non requieuerit in sabbathis vestris quando habitabatis in ea. Et qui de vobis remanserint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hostium, terrebit eos sonitus folij volantis, & ita fugient quasi gladium: cadent nullo persequēte, & corruent singuli super fratres suos quasi bella fugientes, nemo vestrum inimicis audebit resistere. Peribitis inter Gentes, & hostilis vos terra consumet. Quòd si & de ijs aliqui remanserint, tabescent in iniquitatibus suis, in terra inimicorum suorum, & propter peccata patrum suorum & sua affligentur: donec confi-
*malorū suo vñ recordentur.8. teātur iniquitates suas, & *maiorum suorum, quibus præuaricati sunt in me, & ambulauerunt ex aduerso mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terrā hostilem, donec erubescat incircuncisa mens eo-
G rum: tunc orabunt pro impietatibus suis. Et recordabor fœderis mei quod pepegi cum Iacob, & Isaac, & Abraham. Terræ quoque memor ero: quæ cum relicta fuerit ab eis, complacebit sibi in sabbathis suis, patiens solitudinem propter illos. Ipsi verò rogabunt pro peccatis suis eo quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas despexerint. Attamē etiā cum essent in terra hostili, non penitus abieci eos, neque sic despexi vt consumerentur, & irritum facerem pactum meum cum eis. Ego enim sum Dominus Deus eorum, & recordabor fœderis mei pristini, quando eduxi eos de Terra-Aegypti in cōspectu Gentium, vt essem Deus eorum. ego Dominus Deus. Hæc sunt iudi- D.1.
cia atque præcepta & leges, quas dedit Dominus inter se & inter filios Israel in monte Sinai per manum Moysi.

S. Variorum generum vota, & illorum ac decimarum persolutio.

CAP. XXVII.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen, A
dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Homo qui votum fecerit, & sponderit Deo animam suam, sub æstimatione dabit pretium. Si fuerit masculus à vicesimo anno vsq; ad sexagesimū annum, dabit quinquaginta siclos argenti ad mensuram sanctuarij: si mulier, triginta. A quinto autem anno vsque ad vicesimum, masculus dabit viginti siclos: fœmina, decem. Ab vno mense vsque ad annū quintum, pro masculo dabuntur quinq; sicli: pro fœmina tres. Sexagenarius & vltrà masculus dabit quindecim siclos: fœmina, de-
cem. Si pauper fuerit, & *æstimationem red- *ad.2.
dere non valebit, stabit coram sacerdote: & quātum ille æstimauerit, & viderit eum posse reddere, tantum dabit. Animal autem quod immolari potest Domino, siquis vouerit*, *Domino. 2
sanctum erit, & mutari non poterit, id est nec melius malo, nec peius bono. quòd si mutauerit: & ipsum quod mutatum est, & illud pro quo mutatum est, cōsecratum erit Domino. B
Animal *immundum quod immolari Domi- *autem.13.
no non potest, siquis vouerit, adducetur ante sacerdotem: qui dijudicans vtrum bonum an malum sit, statuet pretium. quòd si dare voluerit is qui offert, addet super æstimationem quintam partem. Homo si vouerit domum suam, & sanctificauerit Domino, consyderabit eam sacerdos vtrum bona an mala sit, & iuxta pretium quod ab eo fuerit constitutum, venundabitur. sinautem ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æstimationis supra, & habebit domū. Quòd si agrum possessionis suæ vouerit, & consecrauerit Domino: iuxta mensuram semētis æstimabitur pretium. si triginta modijs hordei seritur terra, quinquaginta siclis venundetur argenti. Si statim ab anno incipiētis iubilei vo
uerit agrum, quanto valere potest, tanto æstimabitur. sinautem post aliquantum temporis: supputabit sacerdos pecuniam iuxta annorum qui reliqui sunt numerum vsq; ad iubi-
leum, & detrahetur ex pretio. Quòd si volue- C
rit redimere agrū ille qui vouerat, addet quintam partem æstimatæ pecuniæ, & possidebit eum. Sinautem noluerit redimere, sed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum qui vouerat redimere non poterit: quia cum iubilei venerit dies, sanctificatus erit Domino, & possessio consecrata ad ius pertinet sacerdotū.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si ager emptus est, & non de possessione maiorum sanctificatus fuerit Domino: supputabit sacerdos iuxta annorum numerum vsque ad iubileum, pretium: & dabit ille qui vouerat eum, Domino. in iubileo autem reuertetur ad priorem dominum qui vendiderat eum, & habuerat in sorte possessionis suæ. Omnis æstimatio siclo sanctuarij ponderabitur. Siclus viginti obolos habet. ‖Primogenita quæ ad Deum pertinent, nemo sanctificare poterit & vouere, siue bos siue ouis fuerit: Domini sunt. Quòd si immundum est animal, redimet qui obtulit iuxta æstimationem 'suam', & addet quintam partem pretij. si redimere noluerit, vendetur alteri quantumcunque fuerit antè æstimatum. Omne quod Domino consecratur, siue homo fuerit, siue animal, siue ager, non veniet, nec redimi potest. Quicquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino. Et omnis consecratio quæ offertur ab homine, non redimetur, sed morte morietur. Omnes decimæ terræ siue de frugibus, siue de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. Siquis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum. Omnium decimarum bouis & ouis ▹& capræ', quæ sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum venerit, sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum nec malum, nec altero commutabitur. siquis mutauerit: & quod mutatum est, & pro quo mutatum est, sanctificabitur Domino, & non redimetur. Hæc sunt præcepta quæ mandauit Dominus Moysi ad filios Israel in monte Sinai.

Exo. 30.b
Num. 3. g.
Eze. 45. d.

Ioſ. 6. d.

*tuam. 2.

Liber Numeri Hebraicè

Vaiedabber, id est, & vocauit.



S. Numeratis duodecim tribuum bellicis viris, filij Leui ad deferendum tabernaculum instituuntur.

CAP. I.

A IOcutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai in tabernaculo fœderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto, dicens, ‖Tollite summam vniuersæ congregationis filiorum Israel per cognationes & domos suas, & nomina singulorum, quicquid sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, omnium virorum fortium ex Israel, & numerabitis eos per turmas suas, tu & Aaron. Eruntque vobiscum principes tribuum ac domorum in cognationibus suis, quorum ista sunt nomina, De Ruben, Elisur filius Sedeur. De Simeon, Salamiel filius Surisaddai. de Iuda, Nahasson, filius Aminadab. de Issachar, Nathanael filius Suar. de Zabû- B lon, Eliab filius Helon. Filiorum autem Ioseph, de Ephráim, Elisama filius Ammiud. de Manasse, Gamaliel filius Phadasseur. De Ben-iamin, Abidan filius Gedeônis. de Dan, Ahi-ézer filius Ammi-saddai. de Aser, Phegiel filius Ochran. de Gad, Eliasaph filius Duel. De Nephthali, Ahira filius Enan. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus & cognationes suas, & capita exercitus Israel: quos tulerunt Moyses & Aaron cum omni vulgi multitudine, & congregauerunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognationes & domos ac familias & capita & nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, sicut præceperat Dominus Moysi. C Numeratique sunt in deserto Sinai, De Ruben primogenito Israelis per generationes & familias ac domos suas, & nomina capitum singulorum, omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, procedentium ad bellum, quadraginta sex millia quingenti. De filijs Simeon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina & capita singulorum, omne quod sexus est masculini à vicesimo anno & suprà, procedentium ad bellum, quinquagintanouem millia trecenti. De filijs Gad per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorum à viginti annis & suprà, omnes qui ad bella procederent, quadragintaquinque millia sexcenti quinquaginta.

Exo. 30. b.

De filijs

D De filijs Iuda per generationes & familias ac domos cognationū suarum, per nomina singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, recensiti sunt septuagintaquatuor millia sexcenti. De filijs Issachar per generationes & familias ac domos cognationum suarum, per nomina singulorū à vicesimo anno & suprà, omnes qui ad bella procederēt, recensiti sunt quinquagintaquatuor millia quadringenti. De filijs Zabûlon per generationes & familias ac domos cognationum suarum recēsiti sunt per nomina singulorū à vicesimo anno & suprà, E omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta millia quingenti. Porrò filiorum Manasse per generationes & familias ac domos cognationum suarum recēsiti sunt per nomina singulorū à viginti annis & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, trigintaduo millia ducenti. De filijs Ben-iamin per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt nominibus singulorū à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, trigintaquinque millia quadringenti. De filijs Dan per generationes, & familias ac domos cognationum suarū recensiti sunt nominibus singulorū à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, sexagintaduo millia septingenti. De F filijs Aser per generationes & familias ac domos cognationum suarum recensiti sunt per nomina singulorū à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ac bella procedere, quadraginta millia & mille quingenti. De filijs Nephthali per generationes & familias ac domos cognationū suarum recensiti sunt nominibus singulorum à vicesimo anno & suprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quinquagintatria millia quadringēti. Hi sunt quos numerauerūt Moyses & Aaron, & duodecim principes Israel singulos per domos cognationum suarū. Fueruntq; omnis numerus filiorum Israel per domos & familias suas à vicesimo anno & suprà, qui poterant ad bella procedere, sexcentatria millia virorum quingenti G quinquaginta. Leuitæ autem in tribu familiarum suarum non sunt numerati cum eis. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Tribum Leui noli numerare, neque pones summam eorum cum filijs Israel, sed constitue eos super tabernaculū testimonij & cuncta vasa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum & omnia vtensilia eius & erunt in ministerio, ac per gyrū tabernaculi metabuntur. Cum proficiscendū fuerit, deponent Leuitæ tabernaculū: cum castra metanda, erigent. quisquis externorum accesserit, occidetur. Metabuntur autē castra filij Israel vnusquisque per turmas & cuneos atque exercitum suum. Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, & excubabunt in custodijs tabernaculi testimonij. Fecerunt ergo filij Israel iuxta omnia quæ præceperat Dominus Moysi.



S. Quæ tribus ad quamuis mundi plagam ordinentur, recensitis familiarum principibus.

CAP. II.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen & A Aaron, dicēs, Singuli per turmas, signa atque vexilla & domos cognationum suarum castrametabuntur filiorum Israel per gyrum tabernaculi fœderis. Ad Orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus sui: eritque princeps filiorum eius Nahasson filius Aminadab. & omnis de stirpe eius summa pugnantium, septuagintaquatuor millia sexcentorum. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar. & omnis numerus pugnatorum eius quinquaginta quatuor millia quadringenti. In tribu Zabûlon princeps fuit Eliab filius Helon: omnisq; de stirpe eius exercitus pugnatorum, quinquagintaseptem millia quadringenti. Vniuersi qui in castris Iudæ annumerati sunt, fuerunt centū octoginta sex millia quadringenti: & per turmas suas primi egredientur. In castris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Elisur filius B Sedeur. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadragintasex millia quingēti. Iuxta eum castrametati sunt de tribu Simeon: quorum princeps fuit Salamiel filius Suri-saddai. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quinquagintanouem millia trecenti. In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel. & cunctus exercitus

pugnato-

pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta quinque millia sexcenti quinquaginta.
Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centū quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas suas: in secundo loco proficiscentur. Leuabitur autem tabernaculum testimonij per officia Leuitarū & turmas eorū. quomodo erigetur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines suos pro-
C ficiscentur. Ad occidētalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud. cūctus exercitus pugnatorū eius, qui numerati sunt, quadraginta millia quingenti. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. cunctusq; exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, triginta duo millia ducēti. In tribu filiorum Ben-iamin princeps fuit Abidan filius Gedeōnis: & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recēsiti sunt, trigintaquinque millia quadringenti. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, cētum octo millia cētum per turmas suas. tertij pro-
D ficiscētur. Ad Aquilonis partem castrametati sunt filij Dan: quorum princeps fuit Ahi-ézer filius Ammi-saddai. cunctus exercitus pugnatorum eius, qui numerati sunt, sexaginta duo millia septingenti. Iuxta eum fixere tentoria de tribu Azer, quorum princeps fuit Phegiel filius Ochran. cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati sunt, quadraginta millia & mille quingenti. De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. cunctus exercitus pugnatorū eius quinquaginta tria millia quadringēti. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem millia sexcenti. & nouissimi proficiscentur. Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum & turmas diuisi exercitus, sexcentatria millia quingenti quinquaginta. Leuitæ autem non sunt numerati inter filios Israel: sic enim præceperat Dominus Moysi. Feceruntque filij Israel iuxta omnia quæ mādauerat Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, & profecti per familias ac domos patrum suorum.

S. *Leuitæ in tabernaculi ministerium assumpti numerantur, cum suis principibus ac ministerijs, & loco primogenitorum Israël suscipiuntur, reliqua primogenita numerum Leuitarum excedentia pretio redimuntur.*

CAP. III.

A HAe sunt generationes Aaron & Moysi in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai. Et hæc no-
Exod.6.d. mina filiorum Aaron, ‖ primogenitus eius Nadab, deinde Abiu & Eleazar & Ithamar.

Hæc nomina filiorum Aaron sacerdotum qui vncti sunt, & quorum repletæ & consecratæ manus vt sacerdotio fungerentur. ‖Mortui sunt enim Nadab & Abiu cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini in deserto Sinai, absq; liberis: functiq; sunt sacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aarō patre suo. Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Applica tribum Leui, & fac stare in conspectu Aaron sacerdotis vt ministrent ei, & excubent, & obseruent quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonij, & custodiant vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius. Dabisque dono Leui- B
tas Aaron & filijs eius, quibus traditi sunt à filijs Israel. Aaron autem & filios eius constitues super cultum sacerdotij. Externus qui ad ministrādum accesserit, morietur. Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Ego tuli Leuitas à filijs Israel pro omni primogenito qui aperit vuluam in filijs Israel, eruntq; Leuitæ mei. Meum est enim omne primogenitum ex quo percussi ‖primogenitos in Terra-Aegypti: sanctificaui mihi quicquid primum nascitur in Israel ab homine vsque ad pecus, mei sunt: ego Dominus. Locutusque est Domi- C
nus ad Moysen in deserto Sinai, dicens, Numera filios Leui per domos patrum suorum & familias, omnem masculum ab vno mense & suprà. ‖Numerauit Moyses vt præceperat Exod.6.a
Dominus, & inuēti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari. Filij Gerson: Lebni, & Semei. Filij Caath: Amram, & Iesaar, Hebron, & Oziel. Filij Merari: Moholi, & Musi. De Gerson fuere familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica, quarum numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & suprà, septem millia quingentorū. Hi post tabernaculum metabuntur ad occidentem sub principe Heliasaph filio Lael. Et habebunt excubias in tabernaculo fœderis, ipsum tabernaculum & operimentū eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrij: tentorium quoque quod appenditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritū altaris pertinet, funes tabernaculi & omnia vtensilia eius. Cognatio Caath habebit popu D
los Amramitas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarum, recensitæ per nomina sua: omnes generis masculini ab vno mēse & suprà, octo millia sexcenti. habebunt excubias sanctuarij, & castrametabūtur ad meridianam plagam. Princepsq; eorum erit Elisaphan filius Oziel: & custodient arcam, mensamq; & candelabrum, altaria & vasa sanctuarij, in quibus ministratur, & velum, cunctamq; huiuscemodi supellectilem. Princeps autem principum Leuitarū Eleazar filius

filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores
E custodiæ sanctuarij. At verò de Merari erunt populi Moholitæ & Musitæ recensiti per nomina sua: omnes generis masculini ab vno mense & suprà, sex millia ducenti. Princeps eorum Suriel filius Abihaiel: in plaga septentrionali castrametabuntur. Erunt sub custodia eorum tabulæ tabernaculi & vectes, & columnæ ac bases earum, & omnia quæ ad cultum huiuscemodi pertinent: columnæq; atrij per circuitum cum basibus suis, & paxilli cum funibus. Castrametabuntur ante tabernaculum fœderis, id est ad orientalē plagam, Moyses & Aaron cum filijs suis, habentes custo-
F diam sanctuarij in medio filiorum Israel. quisquis alienus accēsserit, morietur. Omnes Leuitæ quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino à mense vno & suprà, fuerunt vigintiduo millia.

Et ait Dominus ad Moysen, Numera primogenitos sexus masculini de filijs Israel ab vno mense & suprà, & habebis summam eorum. Tollesq; Leuitas mihi pro omni primogenito filiorum Israel, ego sum Dominus: & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecorum filiorum Israel. Recensuit Moyses sicut præceperat Dominus primogenitos filiorum Israel. & fuerunt masculi per nomina sua à mense vno & suprà, vigintiduo millia ducenti septuagintatres. Locutusq; est Domi-
G nus ad Moysen, dicēs, Tolle Leuitas pro primogenitis filiorum Israel, & pecora Leuitarum pro pecoribus eorum: eruntque Leuitæ mei, ego sum Dominus. In pretio autem ducentorum septuagintatrium qui excedūt numerum Leuitarum de primogenitis filiorum Israel, accipies quinque siclos per singula capita ad mensuram sanctuarij. ‖Siclus habet vi- Exo.30.b. Leuit.27.c Eze.45.d.
ginti obolos. Dabisque pecuniam Aaron & filijs eius pretium eorum qui suprà sunt. Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerāt amplius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexaginta quinq; siclorum iuxta pondus sanctuarij, & dedit eam Aaron & filijs eius iuxta verbum quod præceperat sibi Dominus.

S. *Ritus & officia Leuitarum iuxta cuiusque familiam destribuuntur.*

CAP. IIII.

A LOcutusq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Tolle summam filiorū Caath de medio Leuitarū per domos & familias suas, à triceſimo anno & suprà vsque ad quinquagesimum annum, omniū qui ingrediuntur vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis. Hic est cultus filiorū Caath, Tabernaculum fœderis & Sanctum sancto-
rum ingredientur Aaron & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponent velū quod pendet ante fores, inuoluentque eo arcam testimonij, & operient rursum velamen "ianthi- "hyacinthinarum'pellium, extendentq; désuper pallium narum.
totum hyacinthinū, & inducent vectes. Mensam quoq; propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, cyathos & cratéras ad liba fundenda: panes semper in ea erunt. extendentq; désuper pallium coccineum, quod rursum o-
perient velamento "ianthinarum' pellium. & "hyacinthinarum. inducent vectes. Sument & pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis & forcipibus suis & emūctorijs & cunctis vasis olei, quæ ad concinnandas lucernas necessaria sunt. & super omnia ponent operimentum "ianthinarum' pellium, & inducent "hyacinthinarum. vectes. Necnon & altare aureum inuoluent
hyacinthino vestimento, & extendent désu- B
per operimentum "ianthinarum' pellium, in- "hyacinthinarum. ducentque vectes. Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario inuoluent hyacinthino pallio, & extendent désuper operimentum "ianthinarum' pellium, inducentque vectes. "hyacinthinarum. Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento, ponentque cum eo omnia vasa quibus in ministerio eius vtuntur, id est ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, vncinos & batilla. Cuncta vasa altaris operiēt simul velamine "ianthinarum' "hyacinthi-
pellium, & inducent vectes. Cumque inuol- narum.
uerint Aaron & filij eius sanctuarium & omnia vasa eius in commotione castrorum, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta: & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis: super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, & compositionis incensum, & sacrificium quod semper offertur, & oleum vnctionis: & quicquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniumq; vasorum quæ in sanctuario sunt. Locutusq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Nolite perdere populum Caath de medio Leuitarū: sed hoc facite eis, vt viuāt, & non moriantur, si tetigerint Sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabunt, ipsique disponent "opera' sin- "onera.6.
gulorum, & diuidēt quid portare quis debeat. Alij nulla curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquam inuoluātur, alioquin morientur. Locutusq; est Dominus ad Moysen, C
dicēs, Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias & cognationes suas à triginta annis & suprà, vsque ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis. Hoc est offi-

est officium familiæ Gersonitarum, vt portēt cortinas tabernaculi & tectum fœderis operimentum aliud, & super omnia velamen "ianthinum', tentoriumq; quod pendet in introitu tabernaculi fœderis, cortinas atrij, & velum in introitu quod est ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos & vasa ministerij, iubente Aaron & filijs eius, portabunt filij Gerson: & scient singuli cui debeant oneri mancipari. Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis, eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis.

"hyacinthinum.

Filios quoque Merari per familias & domos patrum suorum recensebis à triginta annis & suprà, vsque ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui & cultum fœderis testimonij. Hæc sunt onera eorum, Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac bases earū, columnas quoque atrij per circuitum cum basibus & paxillis & funibus suis. Omnia vasa & supellectilem ad numerum accipient, sicque portabunt. Hoc est officium familiæ Meraritarum & ministerium in tabernaculo fœderis: eruntque sub manu Ithamar filij Aaron
D sacerdotis. Recensuerunt igitur Moyses & Aaron & principes synagógæ filios Caath per cognationes & domos patrum suorum à triginta annis & suprà, vsq; ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi fœderis: & inuenti sunt duo millia septingenti quinquaginta. Hic est numerus populi Caath qui intrant tabernaculum fœderis: hos numerauit Moyses & Aaron iuxta sermonem Domini per manum Moysi. Numerati sunt & filij Gerson per cognationes, & domos patrū suorum à triginta annis & suprà, vsq; ad quinquagesimum annum, omnes qui ingrediuntur vt ministrent in tabernaculo fœderis: & inuenti sunt duo millia sexcenti triginta. Hic est populus Gersonitarum, quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta verbum Domini. Numerati sunt & filij Merari per cognationes & domos patrum suorum à triginta annis & suprà, vsque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis: & inuenti sunt tria millia ducenti. hic est numerus filiorum Merari, quos recensuerunt Moyses & Aaron iuxta imperium Domini per manum Moysi. Omnes qui recensiti
*retēferi. 1. sunt de Leuitis, & quos *fecit ad nomē Moyses & Aaron, & principes Israel per cognationes & domos patrum suorum à triginta annis & suprà, vsque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium tabernaculi, & onera portāda, fuerūt simul octo millia quingenti octoginta. Iuxta verbū Domini recensuit eos Moyses, vnumquemque iuxta officiū & onera sua, sicut præceperat ei Dominus.

S. Qui immundi extra castra arcendi, satisfactio transgressionis per negligentiam, de primitijs ac oblationibus & lege zelotypiæ.

CAP. V.

LOcutusque est Dominus ad Moysen, A dicens, Præcipe filijs Israel vt eijciant de castris omnem leprosum, & qui semine fluit, pollutusque est super mortuo: tam masculum quàm fœminam eijcite de castris, ne contaminent ea, cum habitauerint vobiscum. Feceruntque ita filij Israel, & eiecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, Vir siue mulier cum fecerint ex omnibus peccatis quæ solent hominibus accidere, & per negligentiā transgresi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, confitebuntur peccatum suum, & reddēt ipsum caput, quintamq; partem dēsuper ei in quem peccauerint. Sinautem nō fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit sacerdotis, excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt sit placabilis hostia. Omnes quoq; primitiæ quas offerunt filij Israel, ad sacerdotem pertinēt: & quicquid in sanctuarium offertur à singulis, & traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. Locutusque est Dominus ad Moy- B
sen, dicens, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Vir cuius vxor errauerit, maritumq; contemnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, sed latet adulterium, & testibus argui non potest, quia non est inuēta in stupro: si spiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspitione appetitur: adducet eam ad sacerdotem, & offeret oblationem pro illa decimam partem sati farinæ hordeaceæ. non fundet super eam oleum, nec imponet thus: quia sacrificium zelotypiæ est, & oblatio inuestigans adulteriū. Offeret igitur eam sacerdos, & statuet coram Domino, assumetque aquam sanctam in vase fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumq; steterit mulier in con- C
spectu Domini, discooperiet caput eius, & ponet super manus illius sacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipse autē tenebit aquas amarissimas, in quibus cum execratione maledicta cōgesit, adiurabitq; eam, & dicet, Si non dormiuit vir alienus tecum, & si non polluta es deserto mariti thoro, non te nocebunt aquæ istæ amarissimæ, in quas maledicta congesi. Sinautem declinasti à viro tuo, atque polluta es, & concubuisti cum altero viro: his maledictionibus subiacebis,

Det te

Det te Dominus in maledictionem, exemplumque cunctorum in populo "suo'. putrescere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus disrumpatur. ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuum, & vtero tumescente putre-
D scat femur. Et respondebit mulier, Amen, amen. Scribetq; sacerdos in libello ista maledicta, & delebit ea aquis amarissimis, in quas maledicta congesit, & dabit ei bibere. Quas cum exhauserit, tollet sacerdos de manu eius sacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud corā Domino, imponetque illud super altare: ita dun taxat vt prius, pugillum sacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat super altare: & sic potum det mulieri aquas amarissimas. Quas cum biberit, si polluta est, & contempto viro adulterij rea, pertransibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computrescet femur: eritque mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Quòd si polluta nō fuerit, erit innoxia, & faciet liberos. Ista est lex zelotypiæ. Si declinauerit à viro suo, & si polluta fuerit, maritusque zelotypiæ spiritu concitatus adduxerit eam in conspectu Domini, & fecerit ei sacerdos iuxta omnia quæ scripta sunt, maritus absque culpa erit, & illa recipiet iniquitatem suam.

"suo. 1.

S. Nazaræorum consecratio & oblatio, quibusq; verbis sacerdotes populo benedicerent.

CAP. VI.

A LOcutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Vir siue mulier cū fecerint votum vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare: à vino, & omni quod inebriare potest, abstinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, non bibent: vuas recētes siccasq; nō comedent cunctis diebus quibus ex voto Domino consecrantur: quicquid ex vinea esse potest, ab vua passa vsque ad acinum non co-
Iud. 13. a. medent. Omni tempore separationis suæ ‖ nouacula non "transibit per' caput eius vsque ad
"ascendet super. 7. cōpletum diem quo Domino cōsecratur. Sanctus erit, crescente cæsarie capitis eius. Omni tempore consecrationis suæ super mortuum non ingredietur, nec super patris quidē & matris & fratris sororisq; funere cōtaminabitur, quia consecratio Dei sui super caput eius est.
B Omnibus diebus separationis suæ sanctus erit Domino. Sinautē mortuus fuerit subitò quispiam coram eo, polluetur caput consecrationis eius: quod radet ilico in eadem die purgationis suæ, & rursum septima. in octaua autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ sacerdoti in introitu fœderis testimonij: faciētque sacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocaustum, & deprecabitur pro eo, quia peccauit super mortuo: sanctificabitque caput eius in die illo, & consecrabit Domino dies separationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamen vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta est sanctificatio eius. Ista est lex consecrationis, Cum dies quos ex voto decreuerat, comple- C
buntur: adducet eum ad ostium tabernaculi fœderis, & offeret oblationem eius Domino, agnum anniculum immaculatum, in holocaustum, & ouem anniculam immaculatam pro peccato, & arietem immaculatum, hostiam pacificam, canistrum quoque panum azymorum qui conspersi sint oleo, & lagana absque fermento vncta oleo, ac libamina singulorum: quæ offeret sacerdos coram Domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocaustum. Arietem verò immolabit hostiam pacificam Domino, offerēs simul canistrum azymorum, & libamenta quæ ex more debentur. ‖ Tunc radetur nazaræus ante ostium ta- Act. 21. d. e
bernaculi fœderis cæsarie consecrationis suæ: tolletque capillos eius, & ponet super ignem, qui est suppositus sacrificio pacificorum. Et D
armum coctum arietis, tortamq; absque fermēto vnam de canistro, & laganum azymum vnum, & tradet in manus nazaræi, postquam rasum fuerit caput eius. Susceptaque rursum ab eo, eleuabit in cōspectu Domini: & sanctificata sacerdotis erūt, sicut pectusculum quod separari iussum est, & femur. post hæc potest bibere nazaræus vinum. Ista est lex nazaræi, cum vouerit oblationem suam Domino tempore consecrationis suæ, exceptis his quæ inuenerit manus eius. iuxta quod mente deuouerat, ita faciet ad perfectionem sanctificationis suæ. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere Aaron & filijs eius, ‖ Sic Eccl. 39. c.
benedicetis filijs Israel, & dicetis eis, Benedicat tibi Dominus, & custodiat te. Ostendat Dominus faciem suam tibi, & misereatur tui. Conuertat Dominus vultum suum ad te, & det tibi pacem. Inuocabuntq; nomen meum super filios Israel, & ego benedicam eis.

S. Oblationes principum duodecim tribuum in dedicationem tabernaculi & altaris: loquitur Dominus Moysi de propitiatorio.

CAP. VII.

FActum est autem in die qua compleuit A
Moyses tabernaculum, & erexit illud: ‖ vnxitque & sanctificauit cum omnibus Exo. 40. b
vasis suis, altare similiter & omnia vasa eius: Obtulerunt principes Israel > & "capita fami- >. 1.
liarum qui erant per singulas tribus, præfecti eorum qui numerati fuerant, munera coram Domino sex plaustra tecta cum duodecim bobus. Vnum plaustrum obtulēre duo duces, & vnum bouem singuli, obtuleruntque ea in

ea in cōſpectu tabernaculi. Ait autem Dominus ad Moyſen, Suſcipe ab eis vt ſeruiant in *teſtimonij. miniſterio tabernaculi, *& trades ea Leuitis iuxta ordinem miniſterij ſui. Itaq; cum ſuſce *ca.4. piſſet Moyſes plauſtra, & boues, tradidit *eos' Leuitis. Duo plauſtra & quatuor boues dedit filijs Gerſon, iuxta id quod habebant neceſſarium. quatuor alia plauſtra, & octo boues dedit filijs Merari ſecundum officia & cultum ſuum, ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis. filijs autem Caath non dedit plauſtra & boues: quia in ſanctuario ſeruiunt, & onera proprijs portant humeris. Igitur obtulerunt duces in dedicationē altaris, die qua vnctum eſt, oblationem ſuam ante altare. Dixitq; Dominus ad Moyſen, Singuli duces per ſingulos dies offerant munera in dedicationem altaris.

B Primo die obtulit oblationem ſuam Nahaſſon filius Aminadab de tribu Iuda: fueruntq; in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta ſiclorum, phiala argentea habens ſeptuaginta ſiclos iuxta pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum ex decem ſiclis aureis plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnū anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc eſt oblatio Nahaſſon filij Aminadab. Secundo die obtulit Nathanael filius Suar, dux de tribu Iſſachar, acetabulum argenteū appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, iuxta pondus ſanctuarij, vtrūque plenum ſimila conſperſa, oleo in ſacrificium: mortariolum aureum habens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento & arietem, & agnum anniculum in holocauſtū: hircumque pro peccato: & in ſacrificio pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Nathanael filij Suar. Tertio die princeps filiorum Zabûlon Eliab filius Helon, obtulit acetabulum argenteū appendens cen

C tum triginta ſiclos, phialam argēteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinque. hæc eſt oblatio Eliab filij Helon. Die quarto princeps filiorū Ruben, Eliſur filius Sedeur obtulit acetabulum argenteum appēdens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pōdus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Elisama filij Ammiud. Die octauo E princeps filiorū Manaſſe Gamaliel filius Phadaſſur, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Elisaph filij Duel. Die ſeptimo princeps filiorum Ephraim Eliſama filius Ammiud, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habētem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleum in ſacrificiū: mortariolum aureum appēdens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum, boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſama filij Ammiud. Die octauo E princeps filiorū Manaſſe Gamaliel filius Phadaſſur, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arites quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliaſaph filij Duel. Die ſeptimo princeps filiorum Ephraim Eliſama filius Ammiud, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habētem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleum in ſacrificiū: mortariolum aureum appēdens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum, boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſama filij Ammiud. Die octauo E princeps filiorū Manaſſe Gamaliel filius Phadaſſur, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Gamalel filij Phadaſſur. Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeōnis, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtū: hircumq; pro peccato: et in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinq;, hircos quoq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Eliſur filij Sedeur. Die quinto princeps filiorū Simeon Salamiel filius Suri-ſaddai, obtulit acetabulū argenteum appēdens centum triginta ſiclos, phialam argēteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues

D duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Salamiel filij Suri-ſaddai. Die ſexto princeps filiorum Gad Eliaſaph filius Duel, obtulit acetabulū argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arites quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliaſaph filij Duel. Die ſeptimo princeps filiorum Ephraim Eliſama filius Ammiud, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habētem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleum in ſacrificiū: mortariolum aureum appēdens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum, boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Eliſama filij Ammiud. Die octauo E princeps filiorū Manaſſe Gamaliel filius Phadaſſur, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Gamalel filij Phadaſſur. Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeōnis, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentē ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtū: hircumq; pro peccato: & in hoſtias pacificorū boues duos, arietes quinq;, hircos quoq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Eliſur filij Sedeur. Die quinto princeps filiorū Simeon Salamiel filius Suri-ſaddai, obtulit acetabulū argenteum appēdens centum triginta ſiclos, phialam argēteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues

F duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Abidan filij Gedeōnis. Die decimo princeps filiorum Dan Ahi-ezer filius Ammi-ſaddai obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos, ad pōdus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureū appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumq; pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahi-ézer filij Ammi-ſaddai. Die vndecimo princeps filiorum Aſer, Phegiel filius Ochrā, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appēdēs decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtū: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochrā. Die duodecimo princeps filiorum Nephthali Ahira filius Enan, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunque plenum ſimila oleo conſperſa in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenū incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato, & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque. hæc fuit oblatio Ahira filij Enan.

G Hæc in dedicationē altaris oblata ſunt à principibus Iſrael, in die qua cōſecratum eſt: acetabula argētea duodecim: phialæ argenteæ duodecim: mortariola aurea duodecim: ita vt centum triginta ſiclos argenti haberet vnum acetabulum, & ſeptuaginta ſiclos haberet vna phiala: id eſt in commune vaſorum omnium ex argento ſicli duo millia quadringenti, ponderē ſanctuarij. mortariola aurea duodecim plena incenſo, denos ſiclos appendentia ponderē ſanctuarij. id eſt ſimul auri ſicli centum viginti, boues de armento in holocauſtū duo decim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum. hirci duodecim pro peccato. in hoſtias pacificorum, boues viginti quatuor, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hæc oblata ſunt in dedicationem altaris, quando vnctum eſt. Cumq; ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt cōſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos cherūbim, vnde & loquebatur ei.

8. *Candelabri & lucernarum ſitus ac forma: ætas q; & conſecratio Leuitarum.*

CAP. VII.

LOcutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, A dicens, Loquere Aaron, & dices ad eū, Cum poſueris ſeptem lucernas, *candelabrum in auſtrali parte erigatur'. Hoc igitur præcipe vt lacernæ contra boream eregione reſpiciant ad menſam panum propoſitionis, cōtra eam partem quam candelabrum reſpicit lucere debebunt. Fecitq; Aaron, & impoſuit lucernas ſuper candelabrum, vt præceperat Dominus Moyſi. Hæc autem erat factura candelabri, Ex auro ductili, tam medius ſtipes quàm cuncta quæ ex vtroque calamorum latere naſcebantur. iuxta exemplum quod oſtendit Dominus Moyſi, ita operatus eſt candelabrū. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Tolle Leuitas ex medio filiorū Iſrael, & purificabis eos iuxta hūc ritum, Aſpergantur aqua luſtrationis, & radant omnes pilos carnis ſuæ. Cumq; lauerint veſtimenta ſua, & B mundati fuerint, tollent bouem de armētis, & libamentum eius ſimilam oleo conſperſam, bouem autem alterum de armēto tu accipies pro peccato, & applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, cōuocata omni multitudine filiorum Iſrael. Cumque Leuitæ fuerint coram Domino, ponēt filij Iſrael manus ſuas ſuper eos, & offeret Aaron Leuitas, munus in cōſpectu Domini à filijs Iſrael, vt ſeruiant in miniſterio eius. Leuitæ quoq; ponent manus ſuas ſuper capita boum, è quibus vnum facies pro peccato, & alterum in holocauſtum Domini, vt depreceris pro eis. Statueſq; Leuitas in conſpectu Aaron & filiorum eius, & conſecrabis oblatos Domino, ac ſeparabis de medio filiorū Iſrael vt ſint mei: & poſtea ingrediantur tabernaculū fœderis vt ſeruiāt mihi. Sicq; purificabis & cōſecrabis eos in oblationē Domini, quoniam dono donati ſunt mihi à filijs Iſrael. Pro primogenitis quæ aperiūt omnem Supra.3.c. Exod.13.a vuluam in Iſrael, accepi eos. Mea ſunt enim Lucæ.2.d. omnia primogenita filiorū Iſrael, tam ex hominibus

D.5.< *candelabrū, in auſtrali parte eriganiur.5

Universidad de Deusto Biblioteca

minibus quàm ex iumentis. Ex die quo percuſſi omne primogenitum in Terra-Aegypti, ſanctificaui eos mihi: & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Iſrael: tradidique eos dono Aaron & filijs eius de medio "populi", vt ſeruiant mihi pro Iſrael in tabernaculo fœde- (*"filiorum Iſrael.1.*) D ris, & orēt pro eis ne ſit in populo plaga, ſi auſi fuerint accedere ad ſanctuarium. Fecerūtq; Moyſes & Aarō & omnis multitudo filiorum Iſrael ſuper Leuitis quæ præceperat Dominus Moyſi: purificatique ſunt, & lauerunt veſtimenta ſua. Eleuauitq; eos Aaron in conſpectu Domini, & orauit pro eis, vt purificati ingrederētur ad officia ſua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filijs eius. Sicut præceperat Dominus Moyſi de Leuitis, ita factū eſt. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Hæc eſt lex Leuitarum, A vigintiquinque annis, & ſuprà, ingredientur vt miniſtrēt in tabernaculo fœderis. Cumque quinquageſimum annum ætatis impleuerint, ſeruire ceſſabunt, eruntque miniſtri fratrum ſuorum in tabernaculo fœderis, vt cuſtodiant quæ ſibi fuerint commendata, opera autem ipſa non faciant. ſic diſpones Leuitis in cuſtodijs ſuis.

S. *Quo tempore debeant mundi Phaſe celebrare, & quo immundi: nubes tabernaculum operiens ducit exercitum.*

CAP. IX.

A LOcutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai anno ſecundo, poſtquam egreſſi ſunt de Terra-Aegypti menſe primo, dicens, Faciant filij Iſrael Phaſe in tēpore ſuo, quartadecima die menſis huius ad veſperam, iuxta omnes ceremonias & iuſtificationes eius. Præcepitq; Moyſes filijs Iſrael vt facerent Phaſe. Qui fecerunt tempore ſuo: quartadecima die menſis ad veſperam in monte Sinai. Iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moyſi, fecerunt filij Iſrael.

Ecce autem quidam immundi ſuper anima hominis, qui non poterant facere Phaſe in die illo, accedentes ad Moyſen & Aaron, dixerunt eis, Immūdi ſumus ſuper anima hominis: quare fraudamur vt nō valeamus oblationem offerre Domino in tempore ſuo inter filios Iſ- B rael? Quibus reſpondit Moyſes, State vt conſulam quid præcipiat Dominus de vobis. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, Homo qui fuerit immundus ſuper anima ſiue in via procul in gēte veſtra, faciat Phaſe Domino in menſe ſecundo, quartadecimo die menſis ad veſperā: cum azymis & lactucis agreſtibus comedent illud. non relinquent ex eo quippiam vſque mane, ||& os eius (*Exod.12.g. Ioan.19.f.*) non confringent, omnem ritum Phaſe obſeruabunt. Siquis autem & mundus eſt, & in itinere non fuit, & tamen nō fecit Phaſe, exterminabitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium Domino non obtulit tempore ſuo: peccatum ſuum ipſe portabit. Peregrinus quoque & aduena ſi fuerint apud vos, facient Pha- C ſe Domino iuxta ceremonias & iuſtificationes ſuas. Præceptum idem erit apud vos tam aduenæ, quàm indiginæ. ||Igitur die qua erectū (*Exo.40.d.*) eſt tabernaculum, operuit illud nubes. A veſpere autem ſuper tentorium erat quaſi ſpecies ignis vſque mane. ſic fiebat iugiter. per diem operiebat illud nubes, & per noctem quaſi ſpecies ignis. Cumque ablata fuiſſet nubes quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiſcebantur filij Iſrael, & in loco vbi ſtetiſſet nubes, ibi caſtrametabātur. Ad imperium Domini proficiſcebantur, & ad imperium illius figebant tabernaculum. ||Cunctis diebus quibus ſtabat (*1.Co.10.a.*) nubes ſuper tabernaculum, manebant in eodem loco: & ſi eueniſſet vt multo tēpore maneret ſuper illud, erant filij Iſrael in excubijs D Domini, & non proficiſcebantur quotquot diebus fuiſſet nubes ſuper tabernaculum. Ad imperium Domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Si fuiſſet nubes à veſpere vſq; mane, & ſtatim diluculo tabernaculum reliquiſſet, proficiſcebātur: & ſi poſt diem & noctem receſſiſſet, diſſipabant tentoria. Si verò biduo aut vno menſe vel longiori tempore fuiſſet ſuper tabernaculum, manebāt filij Iſrael in eodem loco, & non proficiſcebantur: ſtatim autem vt receſſiſſet, mouebant caſtra. Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiſcebantur, erantque in excubijs Domimi iuxta imperium eius per manum Moyſi.

S. *Vſus tubarum: quo ordine mota ſint caſtra de deſerto Sinai: orat Moyſes cognatum Hobab vt cum ipſis proficiſcatur: & verba quæ loquebatur Moyſes quum eleuaretur vel deponeretur arca.*

CAP. X.

LOcutusque eſt Dominus ad Moyſen, A dicens, Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus conuocare poſſis multitudinē quando mouenda ſunt caſtra. Cumque increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad oſtium tabernaculi fœderis. Si ſemel clangueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Iſrael. Si autem prolixior atque conciſus clangor increpuerit, mouebunt caſtra primi qui ſunt ad orientalem plagam. in ſecundo autem ſonitu & pari vlulatu tubæ, leuabunt tentoria qui habitant ad meridiem. & iuxta hunc modum reliqui facient vlulantibus tubis in profectionem. Quando autem congregandus eſt populus, ſimplex tubarum clangor erit, & nō conſciſē vlulabunt. Filij autem Aaron ſacerdotis clangent tubis: erit-

B eritque hoc legitimum ſempiternum in generationibus veſtris. Si exieritis ad bellum de terra veſtra cōtra hoſtes qui dimicant aduerſum vos, clāgetis vlulantibus tubis, & erit recordatio veſtri coram Domino Deo veſtro, vt eruamini de manibus inimicorum veſtrorum. Siquando habebitis epulum, & dies feſtos, & calendas, canetis tubis ſuper holocauſtis, & pacificis victimis, vt ſint vobis in recordationem Dei veſtri. ego Dominus Deus veſter. Anno ſecundo, menſe ſecundo, viceſima die menſis eleuata eſt nubes de tabernaculo fœderis: profectiq; ſunt filij Iſrael per turmas ſuas de deſerto Sinai, & recubuit nubes in ſolitudine Pharan. Moueruntque caſtra primi iuxta imperium Domini per manum Moyſi. (*Sup.1.a.*) ||Filij Iuda per turmas ſuas, quorum princeps erat Nahaſſon filius Aminadab. In tribu filiorum Iſſachar fuit princeps Nathanael filius Suar. In tribu Zabûlon erat princeps Eliab filius Helon. Depoſitumq; eſt tabernaculum, quod portantes egreſſi ſunt filij Gerſon & Merari. Profectique ſunt & filij Ruben, per turmas & ordinem C ſuum, quorum princeps erat Heliſur filius Sedeur. In tribu autem filiorū Simeon, princeps fuit Salamiel filius Suri-ſaddai. Porrò in tribu Gad erat princeps Eliaſaph filius Duel. Profectique ſunt & Caathitæ portantes ſanctuarium. Tamdiu tabernaculum portabatur, donec venirent ad erectionis locum. Mouerunt caſtra & filij Ephráim per turmas ſuas, in quorum exercitu princeps erat Eliſama filius Ammiud. In tribu autem filiorum Manaſſe princeps fuit Gamaliel filius Phadaſſur. & in tribu Ben-iamin erat dux Abidan filius Gedeônis. Nouiſſimi caſtrorum omnium profecti ſunt filij Dan per turmas ſuas, in quorum exercitu princeps fuit Ahi-ézer filius Ammi-ſaddai. In tribu autem filiorum Aſer erat principes Phegiel filius Ochran. Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enā. Hæc ſunt caſtra, & profectiones filiorum Iſrael per turmas ſuas quando egrediebantur. Dixitq; Moy- D ſes Hobab filio Raguel Madianitæ cognato ſuo, Proficiſcimur ad locum quem Dominus daturus eſt nobis: veni nobiſcum, vt benefaciamus tibi: quia Dominus bona promiſit Iſraeli. Cui ille reſpondit, Non vadam tecum, ſed reuertar in terram meā in qua natus ſum. Et ille, Noli, inquit, nos relinquere: tu enim noſti in quibus locis per deſertum caſtra ponere debeamus, & eris ductor noſter. Cumq; nobiſcum veneris quicquid optimum fuerit ex opibus quas nobis traditurus eſt Dominus, dabimus tibi. Profecti ſunt ergo de Monte Domini viam trium dierum, arcaq; federis Domini præcedebat eos, per dies tres prouidens caſtrorum locum. Nubes quoque Domini ſuper eos erat per diem cum incederent. Cumq; eleuaretur arca, dicebat Moyſes, ||Surge Domine, & diſſipentur inimici tui, & fu- (*Pſal.67.a.*) giant qui oderunt te à facie tua. Cum autem deponeretur, aiebat, Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Iſrael.

S. *Murmuris pœna plexi Iudæi coturnicum carnes impetrant: turbatoq; Moyſi ſpiritu, Deus illius onus in ſeptuaginta ſeniores partitur, qui omnes prophetant, puniturq; populus propter carnium concupiſcentiam.*

CAP. XI.

INterea ortum eſt murmur populi, quaſi A dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cùm audiſſe Dtominus iratus eſt. Et accēſus in eos ignis Domini deuorauit extremam caſtrorum partem. Cumq; clamaſſet populus ad Moyſen, orauit Moyſes ad Dominum, & abſorptus eſt ignis. Vocauitq; nomen loci illius Incenſio: eo quòd ſuccenſus fuiſſet contra eos ignis Domini. Vulgus quippe promiſcuū quod aſcenderat cum eis, flagrauit deſyderio*, ſedens & flens, iunctis ſibi pariter fi- (**carnium.*) lijs Iſrael, & ait, ||Quis dabit nobis ad veſcen- (*1.Co.10.a.*) dum carnes? Recordamur piſcium quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis B veniunt cucumeres, & pépones, porrique, & cepe, & allia. Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi Man. ||Erat (*Exo.16.c. Sapi.16.c. Pſal.77.c. Ioan.6.d.*) autem Man quaſi ſemen coriādri coloris bdellij. Circuibatque populus & colligens illud, frangebat mola, ſiue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas ſaporis quaſi panis oleati. Cumque deſcenderet nocte ſuper caſtra ros, deſcendebat pariter & Man. Audiuit ergo Moyſes flentem populum per familias, ſingulos per oſtia tentorij ſui. Iratusque eſt furor Domini valde: ſed & Moyſi intoleranda res viſa eſt, & ait ad Dominum, Cur afflixit ſeruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? & cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius ſuper me? Num- C quid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam vt dicas mihi, Porta eos in ſinu tuo ſicut portare ſolet nutrix infantulum, & defer in Terram pro qua iuraſti patribus eorum? Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? flent contra me, dicentes, Da nobis carnes vt comedamus. Non poſſum ſolus ſuſtinere omnem hunc populum, quia grauis eſt mihi. Sin aliter tibi videtur, obſecro vt interficias me, & inueniam gratiam in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Et dixit Dominus ad Moyſen, Congrega mihi ſeptuaginta viros de ſenibus Iſrael, quos tu noſti quòd ſenes populi ſint ac magiſtri: & duces eos ad oſtium tabernaculi fœderis facieſque ibi ſtare tecum vt deſcendā & loquar tibi: & auferam

de Spiritu tuo, tradamq́; eis, vt sustentent tecum onus populi, & non tu solus graueris. Po-
*&.11. pulo quoque dices, Sanctificamini cras: *comedetis carnes. ego enim audiui vos dicere. Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Aegypto. Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis: non vno die, nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem, sed vsque ad mensem dierum, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eo quòd repuleritis Dominum qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo, dicentes, Quare egressi
▷.4. sumus ex Aegypto? Et ait Moyses ▷ad Domi-
E num', Sexcenta millia peditum huius populi sunt, & tu dicis, Dabo eis esum carnium men-
Ioh.6.b. se integro? ‖ Nunquid ouium & bouium multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibũ? vel omnes pisces maris in vnum congregabũtur,
Esai.59.a. vt eos satient? Cui respondit Dominus, ‖ Nunquid manus Domini inualida est? Iam nunc videbis vtrum meus sermo opere compleatur. Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba Domini, congregans septuaginta viros de
*populi,1. senibus 'Israel', quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditq́; Dominus per nubem, & locutus est ad eum auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumq́; requieuisset in eis Spiritus, prophetauerunt, nec
F vltrà cessauerunt. Remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit Spiritus. nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cumq́; prophetarent in castris cucurrit puer, & nuntiauit Moysi, dicẽs, Eldad & Medad prophetant in castris. Statim Iosue filius Nun, minister Moysi, & electus è pluribus, ait, Domine mi Moyses prohibe eos. At ille, Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, &
G det eis Dominus Spiritum suũ? Reuersusq́; est
Psal.77.c. Moyses, & maiores natu Israel in castra. ‖ Ventus autẽ egrediens à Domino arreptas trãs mare coturnices detulit, & demisit in castra itinere quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantq́; in aere duobus cubitis altitudine super terrã. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum multitudinem: qui parum, decem coros: & siccaue-
Psal.77.c. runt eas per gyrum castrorum. ‖ Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusce modi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populum, percussit eum plaga magna nimis. Vocatusque est ille locus Sepulchra-
concupiscentiæ: ibi enim sepelierũt populum
*quem peremit dominus quia desyderauerat. carnes. 4. 'qui desyderauerat'. Egressi autem de Sepulchris-concupiscentiæ, venerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

S. Aaron & Maria in mitissimum Moysen murmurant, apud quos Deus Moysen laudat à familiaritate ergo Dominum: Maria lepra percussa, & septem diebus à populo separata, sanitati restituitur.

CAP. XII.

LOcutaque est Maria & Aaron contra A
Moysen propter vxorem eius Aethiopissam, & dixerunt, Num per solũ Moysen locutus est Dominus? nónne & nobis similiter est locutus? Quod cum audisset Dominus, iratus est. Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Statim locutus est Dominus ad eum, & ad Aaron & Mariam, Egredimini vos tantum tres ad tabernaculum fœderis. Cumque B
fuissent egressi, descendit Dominus in colũna nubis & stetit introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariam. Qui cũ issent, dixit ad eos, Audite sermones meos, Si quis fuerit inter vos
Hebr.3.a. propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses, ‖ qui in omni domo mea fidelissimus est. ore enim ad os loquor ei: & pa-
C làm, & non per enigmata & figuras Dominũ videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi? Iratusq́; contra eos, abijt: nubes quoque recessit quæ erat super tabernaculum: & ecce Maria apparuit candẽs lepra quasi nix. Cumq́; respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, ait ad Moysen, Obsecro Do-
mine mi, ne imponas nobis hoc peccatũ quod D
stultè commisimus, ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuũ quod proijcitur de vulua matris suæ. ecce iam medium carnis eius deuoratum est à lepra. Clamauitque Moyses ad Dominum, dicens, Deus obsecro sana eam. Cui respondit Dominus, Si pater eius spuisset in faciem illius, nónne debuerat saltem septẽ diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Exclusa est itaque Maria extra castra septem diebus: & populus non est motus de loco illo donec reuocata est Maria.

S. Missi exploratores ad consyderandam terram promissionis palmitem cum botro alijsq́; fructibus in fertilitatis signum referunt, qui tamen vniuersi præter Caleb & Iosue murmur in populo concitant.

CAP. XIII.

PRofectusque est populus de Haseroth A
fixis tentorijs in deserto Pharan. Ibique locutus est Dominus ad Moysen, dicens, Mitte viros qui consyderent Terram-Chanáan, quam daturus sum filijs Israel, singulos de singulis tribubus, ex principibus. Fecit Moyses quod Dominus imperauerat, de deserto Pharan mittens principes viros, quorum

B quorum ista sunt nomina. De tribu Ruben, Sammûa filium Zechur. De tribu Simeon, Saphat filium Huri. De tribu Iuda, Caleb filium Iephone. De tribu Issachar, Igal filium Ioseph. De tribu Ephráim, Osee filium Nun. De tribu Ben-iamin, Phalti filium Raphu. De tribu Zabûlon, Geddiel filium Sodi. De tribu Ioseph sceptri Manasse, Gaddi filium Susi. De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli.
C De tribu Aser, Sthur filium Michael. De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapsi. De tribu Gad, Guel filium Machi. hæc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad consyderandam Terram: vocauitq́; Osee filium Nun. Iosue. Misit ergo eos Moyses ad consyderandam Terram-Chanáan, & ẽduxit ad eos, Ascẽdite per meridianam plagam. Cumq́; veneritis ad montes, consyderate Tertam, qualis sit: & populum qui habitator est eius, vtrum fortis sit an infirmus, pauci numero an plures: ipsa terra, bona an mala: vrbes quales, muratæ an absque muris: humus, pinguis an sterilis, nemoro
D sa an absq; arboribus. Cõfortamini, & afferte nobis de fructibus Terræ. Erat autem tempus quando iãpræcoquæ vuæ vesci possunt. Cũq́; ascendissent, explorauerunt Terram à deserto Sin, vsque Rohob intrantibus Emath. Ascenderuntque ad meridiem, & venerunt in Hebron, vbi erant Achiman & Sisai & Tholmai
Deut.1.a. filij enac. nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Aegypti condita est. ‖ Pergentesq́;
E vsque ad Torrentem-botri, absciderunt palmitem cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri. De malis quoque granatis & de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Nehel-escol, id est torrens-botri, eo quòd botrũ portassent inde filij Israel. Reuersiq́; exploratores Terræ post quadraginta dies omni regione circuita venerunt ad Moysen & Aaron
F & ad omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan, quod est in Cades. Locutiq́; eis & omni multitudini ostenderunt fructus Terræ: & narrauerunt, dicẽtes, Venimus in Terrã ad quã misisti nos quære vera fluit lacte & mel
*nimis.1. le, vt ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes *atque muratas. Stirpem enac vidimus ibi: Amalec habitat in meridie, Hethæus & Iebusæus & Amorrhæus in montanis. Chananæus verò moratur iuxta mare & circa fluenta Iordanis. Inter hæc Caleb compescens murmur populi qui oriebatur cõtra Moysen, ait, Ascendamus, & possideamus Terram, quoniam poterimus obtinere eam. Alij vero qui fuerant cum eo, di-
G cebant, Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. Detraxeruntq́; Terræ quam inspexerãt, apud filios Israel, dicentes, Terra quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. populus quem aspeximus proceræ staturæ est: ibi vidimus monstra quædam filiorum enac de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

S. Murmur populi frustra sedare conantur Iosue & Caleb, iratum Dominum placat Moyses: omnes morti in deserto addicuntur præter Caleb ac Iosue: & pugnantes Israëlitæ contra Domini voluntatem cæduntur ab hostibus.

CAP. XIIII.

IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte A
illa, & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicentes. Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in Terram istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nónne melius est reuerti in Aegyptum? Dixerũtq́; alter ad alterum, Constituamus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Quo audito Moyses & Aaron ceciderunt proni in terram coram omni multitudi-
Eccl.46.b 1.Mac.2.f. ne filiorũ Israel. ‖ At verò Iosue filius Nun, & B
Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerant Terram, sciderunt vestimenta sua, & ad omnem multitudinẽ filiorum Israel locuti sunt, Terra quam circuiuimus, valde bona est. si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eã, & tradet humum lacte & melle manantem. Nolite rebelles esse contra Dominum: neque timeatis populum Terræ huius, quia sicut panem ita eos possumus deuorare. recessit ab eis omne præsidium, Dominus nobiscum est, nolite metuere. Cumque clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria Domini super tectum fœderis cun
▷.6. ctis ▷ videntibus' filijs Israel. Et dixit Domi-
nus ad Moysen, Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quousq; non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilentia atque consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem quàm hæc est. Et ait Moyses ad Domi- C
num, Vt audiant Aegyptij de quorum medio eduxisti populum istũ, & habitatores Terræ huius qui audierũt quòd tu Domine in popu-
Exod.13.d. lo isto sis, & facie videaris ad faciem, ‖ & nubes tua protegat illos, & in colũba nubis præcedas eos per diem, & in columna ignis per noctem: quod occideris tãtam multitudinem quasi vnum hominem, & dicant, Non poterat introducere populũ in Terram pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut iurasti,
Psal.102.b dicens, ‖ Dominus patiens & multæ misericordiæ, auferẽs iniquitatem & scelera, nullumq́; innoxiũ derelinquens, qui visitas peccata pa-

trum in filios in tertiam & quartã generationem. Dimitte obsecro peccatum populi tui' huius secundum magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de Aegypto vsq; ad locum istum. Dixitq́ue Dominus, Dimisi iuxta verbum tuum. Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuersa terra. Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meam, & signa quæ feci in Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, nõ videbunt terram pro qua iurauí patribus eorũ, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eã.

*Sed.3. Iosue.14.b *‖Seruum meum Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in Terram hanc quam circuiuit, & semen eius possidebit eam. Quoniam Amalecites & Chananæus habitãt in vallibus, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam Maris-rubri. Locutusq́ue est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, ‖Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat contra me? querelas filiorum Israel audiui. Dic ergo eis, Viuo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiente me, sic faciam vobis. In solitudine hac iacebunt cadauera vestra. ‖Omnes qui numerati estis à viginti annis & supra, & murmurastis cõtra me, nõ intrabitis Terrã super quam leuauí manum meã vt habitare vos facerẽ, ‖præter Caleb filiũ Iéphone, & Iosuẽ filium Nun. Paruulos autem vestros de quibus dixistis quòd præ de hostibus forẽt, introducã: vt videant Terram quæ vobis displicuit. Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationem vestram, donec consumantur cadauera patrum in deserto, iuxta numerum quadraginta dierũ quibus considerastis Terram: annus pro die imputabitur. ‖Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meam: quoniam sicut locutus sum, ita faciam omni multitudini huic pessimæ quæ cõsurrexit aduersum me: in solitudine hac deficiet & morietur. Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contemplandam Terrã, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes Terræ quòd esset mala,

1.Co.10.b Hebr.3.d. Iudæ.1.b. ‖mortui sunt atq; percussi in conspectu Domini. Iosuẽ autẽ filius Nun, & Caleb filius Iéphone vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam Terram. Locutusq́ue est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. Et ecce mane primo surgentes, ascenderunt verticẽ montis, atque dixerunt, Parati sumus ascendere ad locum de quo Dominus locutus est: quia peccauimus. Quibus Moyses, Cur, inquit, trãsgredimini verbũ Domini, quod vobis non cedet in

prosperũ? Nolite ascendere: non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris. Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorum gladio corruetis, eo quòd nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Arca autem testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris, Descẽditq́; Amalecites & Chananæus qui habitabat in monte: & percutiens eos atq; concidens, persecutus est eos vsque Horma.

S. Quæ libamenta ingressis terrã offerenda sint, ac primitiæ separandæ: pœna peccati per ignorantiam aut superbiam commissi: lapidatur qui subbatho ligna collegit: fimbriæ ac vittæ per quatuor angulos palliorum ponendæ.

CAP. XV.

LOcutus est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis Terram habitationis vestræ quam ego dabo vobis. & feceritis oblationem Domino in holocaustũ aut victimam pacificam vota soluentes, vel spõte offerentes munera, aut in solẽnitatibus vestris adolentes odorẽ suauitatis Domino, de bobus siue de ouibus: offeret quicunq; immolauerit victimam, sacrificium similæ, decimam partẽ ephi conspersam oleo, quod mensuram habebit quartam partem hin: & vinũ & liba fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum siue in victimam. Per agnos singulos & arietes erit sacrificium similæ duarum decimarum quæ consperſa sit oleo tertiæ partis hin, & vinum ad libamentũ tertiæ partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis Domino. Quando verò de bobus seceris holocaustũ aut hostiam, vt impleas votum vel pacificas victimas, dabis per singulos boues similæ tres decimas consperſæ oleo, quod habeat mediũ mensuræ hin, & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ in oblationem suauissimi odoris Domino. Sic facies per singulos boues & arietes & agnos & hœdos. Tam indigenæ quàm peregrini eodẽ ritu offerent sacrificia. vnum præceptum erit atque iudicium tã vobis quàm aduenis Terræ. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Cum veneritis in terram quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino de cibis vestris. Sicut de areis primitias separabitis, ita & de pulmentis dabitis primitiua Domino.

Quòd si per ignorantiã præterieritis quicquam horum quæ locutus est Dominus ad Moysen, & mandauit per eũ ad vos, à die qua cœpit iubere & vltrà, oblitaq́ue fuerit facere multitudo: offeret vitulum de armento, holocaustum

C caustum in odorem suauissimum Domino, & sacrificiuum eius ac liba vt ceremoniæ postulant, hircumq́; pro peccato, & rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorum Israel: & dimittetur eis, quoniam non sponte peccauerunt, nihilominus offerẽtes incensum Domino pro se & pro peccato atque errore suo: & dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, &

*Exo.12.7. aduenis qui peregrinantur inter' eos', quoniã culpa est omnis populi per ignorantiã. Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo, & deprecabitur pro ea sacerdos, quòd inscia peccauerit, coram Domino: impetrabitq́; ei veniam, & dimittetur illi. Tã indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes. Anima verò quæ per superbiam aliquid cõmiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: quoniã aduersus Dominum rebellis fuit, peribit de populo suo. verbũ enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem suam. Factum est autem: cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligentẽ ligna in die Sabbathi, obtulerunt eum Moysi & Aaron & vniuersæ multitudini. Qui recluserũt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere debeRẽt. Dixitq́; Dominus ad Moysen, Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cumq́; eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus. Dixit quoq; Dominus ad Moysen: Loquere filijs Israel, & di-

Deut.22.b Matt.23.a. ces ad eos ‖vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorum, ponẽtes in eis vittas hyacinthinas: quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, nec sequantur cogitationes suas & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintq́; sancti Deo suo. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de Terra Aegypti, vt essem Deus vester.

S. Core Dathan & Abiron seditionem, mouent, hosq́; viuos terra absorbet, illum verò cũ socijs deuorat ignis, sed & alios. 14700. murmurantes consumpsit incendium.

CAP. XVI.

AEcce autẽ Core filius Isaar, filij Caath, filij Leui, & Dathan atque Abiron filij Eliab, Hon quoque filius Pheleth de filijs Ruben, surrexerunt contra Moysen, alijq́ue filiorum Israel ducenti quinquaginta viri próceres synagógæ, & qui tempore consilij

Eccl.45.c. Iudæ.1.d. 1.Co.10.b per nomina vocabãtur. ‖Cumq́; stetissent aduersum Moysen & Aaron, dixerunt, Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est Dominus: cur eleuamini super populum Domini? Quod cum audisset Moyses, cecidit pronus in faciem: locutusq́ue ad Core & ad omnem multitudinẽ, Mane, inquit, notum faciet Dominus qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit, appropinquabunt ei. Hocigitur facile, Tollat vnusquisque thuribula sua, tu Core & omne concilium tuum: & hausto cras igne ponite desuper thymiama coram Domino, & quem cunque elegerit, ipse erit sanctus. multum erigimini filij Leui. Dixitq́ue rursum ad Core, B Audite filij Leui, Num parum vobis est quòd separauit vos Deus Israel ab omni populo, & iunxit sibi, vt seruiretis ei in cultu tabernaculi, & staretis coram frequentia populi, & ministraretis ei? idcirco ad se fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt vobis etiam sacerdotium vendicetis, & omnis globus tuus stet contra Dominum? quis est enim Aaron vt murmuretis contra eum? Misit ergo Moyses vt vocaret Dathan & Abiron filios Eliab. Qui responderunt, Nõ venimus. nunquid parũ est tibi quòd eduxisti nos de terra quæ lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? Reuera indu- C xisti nos in terram quæ fluit riuis lactis & mel lis, & dedisti nobis possessiones agrorum & vinearum? an & oculos nostros vis eruere? nõ venimus. Iratusq́ue Moyses valde, ait ad Dominum. Ne respicias sacrificia eorum: tu scis quòd nec asellum quidem vnquam acceperim ab eis, nec afflixerim quempiam eorum. Dixitq́ue ad Core, Tu, & omnis congregatio tua state seorsum coram Domino, & Aaron die crastino separatim. Tollite singuli thuribula vestra, & ponite super ea incensum, offerentes Domino, ducenta quinquaginta thuribula, Aaron quoque teneat thuribulum suum. Quod cum fecissent, stantibus Moyse & Aaron, & coaceruassent aduersum eos omnem multitudinem ad ostiũ tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini. Locutusq́ue Dominus ad Moysen & Aaron, ait, Separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam. Qui ceciderunt proni in fa- D ciem, atque dixerunt, Fortissime Deus spirituum vniuersæ carnis, num vno peccante, contra omnes ira tua desæuiet? Et ait Dominus ad Moysen, Præcipe vniuerso populo vt separetur à tabernaculis Core & Dathan & Abiron. Surrexitq́ue Moyses, & abijt ad Dathan & Abiron: & sequentibus eum senioribus Israel, dixit ad turbam, Recedite à tabernaculis hominum *impiorum, & nolite tangere *istorum.1. quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum. Cumq́ue recessissent à tentorijs eorum per circuitũ, Dathan & Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorũ cum vxoribus & liberis, omniq; frequentia. Et ait

Moyses, In hoc scietis quod Dominus miserit me vt facerem vniuersa que cernitis, & nō ex proprio ea corde protulerim: Si cōsueta hominū morte interierint, & visitauerit eos plaga, qua & cæteri visitari solent: non misit me Dominus. sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiēs terra os suum deglutiat eos & omnia quæ ad illos pertinēt, descenderintque viuentes in infernum, scietis quòd blasphemauerint Dominum. ‖ Confestim igitur vt cessauit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorū: & aperiens os suum deuorauit illos cum tabernaculis suis & vniuersa substantia eorū, descenderuntque viui in infernum operti humo, & perierunt de medio multitudinis. At verò omnis Israel qui stabat per gyrum, fugit à clamore pereuntium, dicens, Ne fortè & nos terra deglutiat. Sed & ignis egressus à Domino interfecit ducentos quinquaginta viros qui offerebant incensum. Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Præcipe Eleazaro filio Aaron sacerdoti vt tollat thuribula quæ iacent in incendio, & ignem huc illucq; dispergat: quoniā sanctificata sunt in mortibus peccatorum: producatq; ea in laminas, & affigat altari, eo quòd oblatum sit in eis incensum Domino, & sanctificata sint, vt cernāt ea pro signo & monimento filij Israel. Tulit ergo Eleazar sacerdos thuribula ænea in quibus obtulerant hi quos incendium deuorauit, & produxit ea in laminas, affigens altari: vt haberent postea filij Israel quibus commonerētur, ne quis accedat alienigena, & qui non est de semine Aaron ad offerendū incensum Domino, ne patiatur sicut passus est Core, & onis congregatio eius, loquente Domino ad Moysen. Murmurauit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen & Aaron, dicens, Vos interfeciſtis populum Domini. Cumq; oriretur seditio, & tumultus increscēret, Moyses & Aaron fugerūt ad tabernaculum fœderis. Quod postquā ingressi sunt operuit nubes, * & apparuit gloria Domini. Dixitq; Dominus ad Moysen, Recedite de medio huius multitudinis, etiā nūc delebo eos. Cumq; iacērēt in terra, dixit Moyses ad Aaron, Tolle thuribulum, & hausto igne de altari mitte incensum dēsuper, ‖ pergens citò ad populum vt roges pro eis: iam enim egressa est ira à Domino, & plaga desæuit. Quod cū fecisset Aaron, & cucurrisset ad mediam multitudinē, quam iam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos ac viuētes, pro populo deprecatus est, & plaga cessauit. Fuerunt aūt qui percussi sunt quatuordecim millia hoīm & septingenti, absque his qui perierant in seditione Core. Reuersusq; est Aaron ad Moysen ad ostium tabernaculi fœderis postquā quieuit interitus.

Psal. 105. b
Deut. 11. a.

*tabernaculum. 10.

Sapi. 18. d.

S. Sumptis virgis à duodecim tribuum principibus, sola Aaronis virga floruit ac fructum produxit, seruataq; est in tabernaculum testimonij. CAP. XVII.

ET locutus est Dominus ad Moysen, di A
cens, Loquere ad filios Israel, & accipe ab eis virgas singulas per cognationes suas, à cunctis principibus tribuū, virgas duodecim, & vniuscuiusque nomen superscribes virgæ suæ: nomen autem Aaron erit in tribu Leui, & vna virga cunctas eorā familias continebit: ponesque eas in tabernaculo fœderis B
coram testimonio vbi loquar ad te. quem ex his elegero, germinabit virga eius: & cohibebo à me querimonias filiorum Israel, quibus contra vos murmurant. Locutusque est Moyses ad filios Israel: & dederunt ei omnes principes virgas per singulas tribus: fueruntq; virgæ duodecim absque virga Aaron. Quas cum posuisset Moyses coram Domino in tabernaculo testimonij, sequenti die regressus inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui: C
& turgentibus gemmis eruperant flores, qui folijs dilatatis, in amygdalas deformati sunt. Protulit ergo Moyses omnes virgas de conspectu Domini ad cunctos filios Israel: viderunt que, & receperunt singuli virgas suas. Di D
xitque Dominus ad Moysen, Refer virgam Aaron in tabernaculum testimonij, ‖ vt seruetur ibi in signum rebellium filiorum Israel, & quiescant querelæ eorum à me, ne moriantur. Fecitq; Moyses sicut præceperat Dominus. Dixerunt autem filij Israel ad Moysen, Ecce cōsumpti sumus, omnes peribimus: quicunq; accedit ad tabernaculum Domini moritur. num vsque ad internecionem cuncti delendi sumus?

Hebr. 9. b

S. De onere sacerdotum & excubijs Leuitarum: primitiæ & oblationes ac sacrificia sacerdotibus, decimæ autem Leuitis assignantur, qui earum decimam rursum dabant Aaron. CAP. XVIII.

DIxitq; Dominus ad Aaron, Tu, & filij A
tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem sanctuarij: & tu & filij tui simul sustinebitis peccata sacerdotij vestri, sed & fratres tuos de tribu Leui, & sceptrum patris tui sume tecum, præstoq; sint, & ministrent tibi: tu aūt & filij tui ministrabitis in tabernaculo testimonij. Excubabuntq; Leuitæ ad præcepta tua, & ad cuncta opera tabernaculi: ita dúntaxat vt ad vasa sanctuarij & altare non accedant, ne & illi moriantur, & vos pereatis simul. sint autem tecum, & excubent in custodijs tabernaculi, & in omnibus ceremonijs eius. Alienigena non miscebitur vobis. Excubate in custodia sanctuarij, & in ministe-

rio altaris: ne oriatur indignatio super filios Israel. Ego dedi vobis fratres vestros Leuitas de medio filiorum Israel, & tradidi donum Domino, vt seruiant in ministerijs tabernaculi eius. Tu autē & filij tui custodite sacerdotium vestrum: & omnia quæ ad cultum altaris pertinent, & intra velum sunt, B
per sacerdotes administrabuntur. siquis externus accesserit, occidetur. Locutusque est Dominus ad Aaron, Ecce dedi tibi custodiam primitiarum mearum. Omnia quæ sanctificantur à filijs Israel, tradidi tibi & filijs tuis pro officio sacerdotali legitima sempiterna. Hæc ergo accipies de his quæ sanctificantur, & oblata sunt Domino. Omnis oblatio, & sacrificium, & quicquid pro peccato atque delicto redditur mihi, & cedit in Sancta sanctorum, tuum erit, & filiorum tuorum. In sanctuario comedes illud: mares tantum edent ex eo, quia consecratum est *tibi*. Primitias autem quas vouerint & obtulerint filij Israel, tibi dedi, & filijs tuis, ac filiabus tuis iure perpetuo. qui mūdus est in domo tua, vescetur eis. Omnem medullam olei, & vini, ac frumenti, quicquid offerunt primitiarum Domino, tibi dedi. vniuersa frugum initia, quæ gignit humus, & Domino deportātur, cedent in vsus tuos. qui mundus est in domo tua, vescetur eis. Omne quod ex voto reddiderint filij Israel, tuū erit. C
Quicquid primum erumpit è vulua cunctæ carnis, quam offerunt Domino, siue ex hominibus, siue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita dúntaxat, vt pro hominis primogenito pretiū accipias, & omne animal quod immundum est redimi facias, cuius redemptio erit post vnum mensem, siclis argenti quinque, pondere sanctuarij. ‖ Siclus viginti obolos habet. primogenitum autem bouis & ouis & capræ non facies redimi, quia sanctificata sunt Domino. sanguinem tātùm eorum fundes super altare, & adipes adolebis in suauissimū odorem Domino. Carnes verò in vsum tuum cedent, sicut pectusculum consecratum, & armus dexter, tua erūt. Omnes primitias sanctuarij quas offerunt filij Israel Domino, tibi dedi & filijs, ac filiabus tuis iure perpetuo. Pactum *salis* est sempiternum coram Domino, tibi ac filijs tuis. Dixitq; Dominus ad Aaron, In terra eorum nihil *possidebis, nec habebis* tem inter eos: ‖ ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Israel. Filijs autem Leui dedi omnes decimas Israelis in possessionem pro ministerio quo seruiunt mihi in tabernaculo D
fœderis: vt non accedant vltrà filij Israel ad tabernaculum, nec committant peccatum mortiferū, solis filijs Leui mihi in tabernaculo seruientibus, & portātibus peccata populi. legitimum sempiternum erit in generationibus ve-

Supr. 3. g.

*Domino. 2.

*pacti. 4.

*possidebis, nec habebis. 1. Deut. 18. a

stris. Nihil aliud possidebūt, decimarū oblatione contenti, quas in vsus eorum & necessaria separaui. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Præcipe Leuitis, atque denuntia, Cum acceperitis à filijs Israel decimas quas dedi vobis, primitias earum offerte Domino, id est decimam partem decimæ, vt reputetur vobis in oblationem primitiuorum tam de areis quā de torcularibus: & vniuersis quorū accipitis primitias, offerte Domino, & date ea Aarō sacerdoti. Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini separabitis, optima & electa erunt cuncta. Diceſque ad eos, Si præclara & meliora quæque obtuleritis ex decimis, reputabitur vobis quasi de area & torculari dederitis primitias: & comedetis eas in omnibus locis vestris, tam vos quàm familiæ vestræ: quia pretium est pro ministerio quo seruitis in tabernaculo testimonij. Et nō peccabitis super hoc, egregia vobis & pinguiare seruantes: ne polluatis oblationes filiorum Israel, & moriamini.

S. Ex cinere vaccæ rufæ fiebat aqua expiationis, qua variæ immunditiæ abluebantur: de moriente in tabernaculo, & vase non habente operculum, ac tangente cadauer hominis. CAP. XIX.

LOcutusque est Dominus ad Moysen A
& Aaron, dicens, Ista est religio victimæ, quam constituit Dominus. Præcipe filijs Israel vt adducāt ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla sit macula, nec portauerit iugum: tradetisque eam Eleazaro sacerdoti. qui eductam extra castra, immolabit in conspectu omnium: & ‖ tingens digitum in Hebr. 9. b.
sanguine eius, asperget contra fores tabernaculi septem vicibus, comburetque eam cunctis videntibus, tā pelle & carnibus eius quàm sanguine & fimo flammæ traditis. Lignum quoq; cedrinum, & hyssōpum, coccumq; bis tinctum sacerdos mittet in flammam quæ vacam vorat. Et tunc demum lotis vestibus, & B
corpore suo ingredietur in castra, cōmaculatusque erit vsque ad vesperum. Sed & ille qui combusserit eam, lauabit vestimēta sua & corpus, & immundus erit vsq; ad vesperum. Colliget autem vir mundus cineres vaccæ, & effundet eos extra castra in loco purissimo, vt sint multidini filiorum Israel in custodiam, & in aquam aspersionis: quia pro peccato vacca combusta est. Cumque lauerit qui vaccæ portauerat cineres vestimēta sua, immundus erit vsq; ad vesperum. Habebunt hoc filij Israel & aduenæ, qui habitāt inter eos, sanctum iure perpetuo. Qui tetigerit cadauer hominis, & propter hoc septem diebus fuerit immundus: aspergetur ex hac aqua die tertio & septimo, & sic mūdabitur. Si die tertio asper-

sus non fuerit, ſeptimo non poterit emũdari.
C Omnis qui tetigerit humanæ animæ mortici
num,& aſperſus hac cominiſtione nõ fuerit,
polluet tabernaculũ Domini,& peribit ex Iſ-
rael:quia aqua expiationis nõ eſt aſperſus,im
mundus erit, & manebit ſpurcitia eius ſuper
eum. Iſta eſt lex hominis qui moritur in ta-
bernaculo, Omnes qui ingrediuntur tento-
rium illius,& vniuerſa vaſa quæ ibi ſunt,pol-
luta erunt ſeptem diebus. Vas quod non ha-
buerit operculum,nec ligaturam déſuper, im
mũdum erit. Si quis in agro tetigerit cadauer
occiſi hominis, aut per ſe mortui, ſiue os il-
lius,vel ſepulchrum,immundus erit ſeptẽ die-
bus.Tollentq́; de cineribus cõbuſtionis atq;
D peccati, & mittent aquas viuas ſuper eos in
vas:in quibus cũ homo mundus tinxerit hyſ-
ſõpũ,aſperget ex eo omne tentorium,& cun-
ctam ſupellectilem, & homines huiuſcemodi
contagione pollutos: atque hoc modo mun-
dus luſtrabit immundũ tertio & ſeptimo die.
expiatuſq́ue die ſeptimo, lauabit & ſe & veſti
menta ſua,& immundus erit vſque ad veſpe-
rum.Si quis hoc ritu non fuerit expiatus, pe-
ribit anima illius de medio eccleſiæ:quia ſan-
ctuarium Domini polluit,& non eſt aqua lu-
ſtrationis aſperſus. erit hoc præceptum legiti
mum ſempiternum.Ipſe quoque qui aſpergit
aquas,lauabit veſtimenta ſua. Omnis qui teti
gerit aquas expiationis, immundus erit vſq;
ad veſperũ. Quicquid tetigerit immundus,im
mundum faciet: & anima quæ horum quip-
piã tetigerit,immunda erit vſq; ad veſperum.

S. Maria moritur:murmurãti populo aquæ contradictionis è petra fluit:neganteq́; tranſitum Edom,diſcedunt ad montem Hor, vbi conſecrato in ſummum ſacerdotem Eleazaro moritur Aaron pater ipſius.

CAP. XX.

A VEneruntq́; filij Iſrael, & omnis mul-
titudo in deſertum Sin,menſe primo:
& mãſit populus in Cades. Mortua-
q́ue eſt ibi Maria, & ſepulta in eodem loco.
Cumq́ue indigeret aqua populus, conuene-
runt aduerſum Moyſen & Aaron, & verſi in
ſeditionem,dixerunt,Vtinam perijſſemus in-
Exod.17.b ter fratres noſtros coram Domino.‖Cur edu
xiſtis eccleſiam Domini in ſolitudinem, vt
& nos & noſtra iumenta moriamur? Quare
nos feciſtis aſcendere de Aegypto,& adduxi-
ſtis in locum iſtum peſsimũ,qui ſeri non po-
teſt,qui nec ficum gignit,nec vineas,nec ma-
lograna,inſuper & aquam non habet ad bi-
bendum? Ingreſſuſq́ue Moyſes & Aaron di-
miſſa multitudine in tabernaculum fœderis,
D.2. corruerunt proni in terram>clamaueruntq́;
ad Dominum atque dixerunt,Domine Deus
audi clamorẽ huius populi,& aperi eis theſau
rum tuũ fontem aquæ viuæ, vt ſatiati ceſſet
murmuratio eorũ'.Et apparuit gloria Domi B
ni ſuper eos.Locutuſq́; eſt Dominus ad Moy
ſen,dicens, Tolle virgam, & congrega popu-
lum tu & Aaron frater tuus, & loquimini ad
petram coram eis, & illa dabit aquas.Cumq́;
eduxeris aquã de petra, bibet omnis multitu- Sapi. 11.d.
do & iumẽta eius.‖Tulit igitur Moyſes virgã,
quæ erat in conſpectu Domini, ſicut præce-
perat ei,congregata multitudine ante petram, Pſal. 77.b
dixitq́; eis,Audite rebelles & increduli,‖Num 1.Co.10.d
de petra hac vobis aquam poterimus eijcere?
Cumque eleuaſſet Moyſes manum,percutiẽs
virga bis, ſilicẽ egreſſæ ſunt aquæ largiſsimæ,
ita vt populus biberet & iumenta*. Dixitque *eint.&c.
Dominus ad Moyſen & Aaron,‖Quia nõ cre Deu.1.c.
diſtis mihi, Vt ſanctificaretis me coram filijs
Iſrael, non introducetis hos populos in terrã
quam dabo eis.Hæc eſt aqua contradictionis,
vbi iurgati ſunt filij Iſrael contra Dominum,
& ſanctificatus eſt in eis. Miſit interea nun-
tios Moyſes de Cades ad Regem Edom, qui
dicerent,Hæc mandat frater tuus Iſrael,Noſti C
omnem laborem qui apprehendit nos, quo-
modo deſcenderint patres noſtri in Aegyptũ,
& habitauerimus ibi multo tempore: afflixe-
rintq́; nos Aegyptij,& patres noſtros:& quo
modo clamauerimus ad Dominum, & exau-
dierit nos, miſeritque angelum qui eduxerit
nos de Aegypto.*Ecce in vrbe Cades,quæ eſt *Et.c.
in extremis finibus tuis,poſiti,obſecramus vt
nobis tranſire liceat per terram tuam.Non ibi
mus per agros,nec per vineas,non bibemus a-
quas de puteis tuis ſed gradiemur via publica,
nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram declinãtes,
donec tranſeamus terminos tuos.Cui reſpõ-
dit Edom,Non tranſibis per me,alioquin ar-
matus occurram tibi. Dixeruntq́; filij Iſrael,
Per tritam gradiemur viam:& ſi biberimus a-
quas tuas nos & pecora noſtra dabimus quod
iuſtum eſt:nulla erit in pretio difficultas, tan
tum velociter tranſeamus. At ille reſpondit,
Non*trãſibitis'. Statimq́; egreſſus eſt obuius, *tranſibis.&
cum infinita multitudine, & manu forti, nec D
voluit acquieſcere deprecanti, vt concederet
tranſitum per fines ſuos.quam ob rem diuer-
tit ab eo Iſrael. Cumque caſtra mouiſſent de
Cades, venerunt in montem Hor, qui eſt in
finibus terræ Edom: vbi locutus eſt Domi-
nus ad Moyſen, Pergat,inquit,Aaron ad po-
pulos ſuos: non enim intrabit terram quã de-
di filijs Iſrael, eo quòd incredulus fuerit ori
meo ad Aquas contradictionis.‖Tolle Aaron Infra.33.d.
& filium eius cum eo, & duces eos in mõtem Deut.32.d
Hor.Cumque nudaueris patrem veſte ſua, in
dues ea Eleazarum filium eius,& Aaron colli
getur,& morietur ibi.Fecit Moyſes vt præce-
perat

Deu.10.b. perat Dominus, & aſcenderunt in montem
Hor coram omni multitudine.‖Cumq́; Aa-
ron ſpoliaſſet veſtibus ſuis,induit eis Eleaza-
rum filiũ eius. Illo mortuo in montis ſuperci
lio,deſcendit cum Eleazaro. Omnis aũt mul-
titudo videns occubuiſſe Aaron, fleuit ſuper
eo triginta diebus per cunctas familias ſuas.



S. Vincitur ab Iſraël Rex Chananæus, ſerpentes in populum ob itineris tædium murmurantem immittũtur, quorum morſibus erectus ſerpens æneus medetur: Seon & Og reges vincuntur.

CAP. XXI.

A QVod cum audiſſet Chananæus rex A-
rad,qui habitabat ad meridiem,veniſſe
ſcilicet Iſrael per exploratorum vi-
am,pugnauit contra illum,& victor exiſtens,
duxit ex eo prædam. At Iſrael voto ſe Domi-
no obligans,ait, Si tradideris populum iſtum
in manu mea delebo vrbes eius. Exaudiuitq́;
Dominus preces Iſrael,& tradidit Chananæ-
um, quem ille interfecit ſubuerſis vrbibus e-
ius:& vocauit nomẽ loci illius, Horma id eſt
anáthema. Profecti ſunt autem & de monte
Hor,per viam quæ ducit ad Mare-rubrum, vt
B circumirent Terram-Edom. Et tædere cœpit
populum itineris ac laboris:locutuſq́ue contra
Dominum & Moyſen, ait, Cur eduxiſti nos
de Aegypto,vt moreremur in ſolitudine?De-
eſt panis, non ſunt aquæ: anima noſtra iam
Sap.16.a. nauſeat ſuper cibo iſto leuiſsimo. Quamob-
1.Co.10.b rem‖miſit Dominus in populum ignitos ſer-
pentes,ad quorum plagas,& mortes plurimo
rum, venerunt ad Moyſen, atque dixerunt,
Peccauimus,quia locuti ſumus contra Domi
num & te:ora vt tollat à nobis ſerpentes. Ora
uitque Moyſes pro populo,& locutus eſt Do
minus ad eum.Fac ſerpentem æneum, & po-
ne eum pro ſigno. qui percuſſus aſpexerit eũ,
C viuet.‖Fecit ergo Moyſes ſerpentem æneũ,&
Iohan.3.b. poſuit eum pro ſigno:quem cũ percuſſi aſpice
rent,ſanabãtur.Profectiq; filij Iſrael caſtrame
tati ſunt in Oboth. Vnde egreſſi fixere tẽtoria
in Ie-abarim,in ſolitudine quæ reſpicit Moab
contra orientalem plagam. Et inde mouen-
tes, venerunt ad Torrentem-Zared. Quẽ re-
linquentes caſtrametati ſunt cõtra Arnon,quæ
eſt in deſerto, & prominet in finibus Amor-
rhæi.‖ſiquidẽ Arnon terminus eſt Moab,diui Iudi.11.e.
dens Moabitas & Amorrhæos. Vnde dicitur
in libro bellorum Domini, Sicut fecit in Ma D
ri-rubro,ſic faciet in torrentibus Arnon. Sco-
puli torrentium inclinati ſunt, vt requieſce-
rent in Arnon,& recũberent in finibus Moa-
bitarum. Et ex eo loco apparuit puteus, ſuper
quo locutus eſt Dominus ad Moyſen, Con-
grega populum,& dabo ei aquam. Tunc ceci
nit Iſrael carmen iſtud,Aſcendat puteus. Cõ-
cinebant,Puteus quem foderunt principes,&
parauerũt duces multitudinis in datore legis,
& in baculis ſuis.>profectiq́; ſunt'de ſolitudi >.12.
ne Mathana:de Mathana in Nahaliel: de Na-
haliel in Bamoth.*Bamoth,vallis eſt in regio *o'.8.
ne Moab, in vertice Phaſga, *quod reſpicit *De.12.
contra deſertum.‖Miſit autem Iſrael nuntios Deut.2.f.
ad Sehon regem Amorrhæorum,dicens,Ob- Iudi. 11.d.
ſecro vt tranſire mihi liceat per terram tuam E
non declinabimus in agros & vineas, non bi-
bemus aquas ex puteis. via regia gradiemur,
donec tranſeamus terminos tuos. Qui conce-
dere noluit vt tranſiret Iſrael per fines ſuos:
quin potius exercitu congregato, egreſſus eſt
obuiã in deſertũ, & venit in Iaſa,pugnauitq́;
cõtra eum.‖A quo percuſſus eſt in ore gladij, Amos.2.c.
& poſſeſſa eſt terra eius ab Arnon vſq; Ieboc, Pſal.134.c
& filios Ammon:quia forti præſidio tenebã- F
tur termini Ammonitarum. Tulit ergo Iſrael
omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus
Amorrhæi,in Heſebõ ſcilicet, & viculis eius.
Vrbs Heſebon fuit Sehõ regis Amorrhæi,qui
pugnauit cõtra regem Moab:& tulit omnem
terram quæ ditionis illius fuerat,vſq; Arnon.
Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Heſe-
bon ædificetur,& conſtruatur ciuitas Sehon.
Ignis egreſſus eſt de Heſebon,flamma de op-
pido Sehon,& deuorauit Ar Moabitarum, &
habitatores excelſorũ Arnon.‖Væ tibi Moab, Iudi.11.c.
‖periſti populе Chamos. Dedit filios eius in 3.Re.11.b.
fugam, & filias in captiuitatem regi Amor-
rhæorum Sehon. Iugum ipſorum diſperijt ab
Heſebon vſq; Dibõ,laſsi peruenerunt in No-
phe,& vſq; Medaba. Habitauit itaq; Iſrael in
Terra-Amorrhæi. Miſitq́; Moyſes qui explo G
rarent Iazer:cuius ceperunt viculos,& poſſe-
derunt habitatores.‖Verteruntq́; ſe,& aſcen- Deut.3.a.
derunt per viam Baſan,& occurrit eis Og rex 29.b.
Baſan cum omni populo ſuo, pugnaturus in
Edrai.Dixitque Dominus ad Moyſen, Ne ti-
meas eum,quia in manu tua tradidi illum,&
omnẽ populum,ac terram eius:faciesq́; illi ſi-
cut feciſti Sehõ regi Amorrhæorũ habitatori
Heſebon.

Universidad de Deusto Biblioteca

Hesebon. Percusserunt igitur & hunc cum filijs suis, vniuersumque populum eius vsq; ad internecionem, & possederunt terram illius.

S. *Bis vocatur Balaam à rege Balac vt Israëlitis malediceret, quem angelus asina loquente corripit.*

CAP. XXII.

A PRofectique castrametati sunt in campestribus Moab, vbi trans Iordanem Iericho sita est. Videns autem Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, & quòd pertimuissent eum Moabitæ, & impetum eius ferre nō possent, dixit ad maiores natu Madian, Ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorantur, quomodo solet bos herbas vsque ad radices carpere. Iosu. 24.b Ipse autem erat eo tēpore rex in Moab. ||Misit ergo nuntios ad Balaam filium Beor ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorū B Ammon, vt vocarent eum, & dicerent, Ecce egressus est populus ex Aegypto, qui operuit superficiem terræ, sedens contra me. Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me est: si quomodo posim percutere, & eijcere ▷.1. eum de terra▷mea', noui enim, quòd benedictus sit cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta congesseris. Perrexeruntq; seniores Moab, & maiores natu Madian, habentes diuinationis pretium in manibus. Cumq; venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac, ille respondit, Manete hic nocte, & respōdebo quicquid mihi dixerit Dominus. Manentibus autem illis apud Balaam, venit Deus, & ait ad eum, Quid sibi volunt homi- C nes isti apud te? Respōdit, Balac filius Sephor rex Moabitarum misit ad me, dicēs, Ecce populus qui egressus est de Aegypto, operuit superficiē terræ: veni, & maledic ei, siquo modo posim pugnans abigere eum. Dixitq; Deus ad Balaam, Noli ire cum eis, neque maledicas populo, quia benedictus est. Qui mane consurgens dixit ad principes, Ite in terram vestram, quia prohibuit me Dominus venire vobiscum. Reuersi principes dixerunt ad Balac, Noluit Balaam venire nobiscum. Rursum ille multò plures & nobiliores quàm ante miserat, misit. Qui cum venissent ad Balaam, dixerunt, Sic dicit Balac filius Sephor, Ne cuncteris venire ad me: paratus sum honorare te, & quicquid volueris dabo tibi: veni, & male- D dic populo isti. Respondit Balaam, ||Si dede- Infr.24.c. rit mihi Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero immutare verbum Domini Dei mei, vt vel plus, vel minus loquar. Obsecro vt hic maneatis etiam hac nocte, & scire queam quid mihi rursum respondeat Dominus. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei, Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis: ita dúntaxat, vt quòd tibi præcepero, facias. Surrexit Balaam mane, & strata asina sua profectus est cum eis. Et iratus est Deus. Stetitque angelus Domini in via cōntra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secum. ||Cernens asina angelum E *stantem in via euaginato gladio, auertit se 2.Pet.2.c. Iudę.1.d. *Domini. de itinere, & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad semitam reducere, stetit angelus in angustijs duarum maceriarum, quibus vineæ cingebantur. Quem vidēs asina, iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedem. At ille iterum verberabat eam: & nihilominus angelus ad locum angustum transiēs, vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiari, obuius stetit. Cumque vidisset asina stantem angelum, cōncidit sub pedibus sedētis. Qui iratus, vehementius cædebat fuste latera eius. Aperuitq; Dominus os asinæ, & locuta est, Quid feci tibi? cur percutis me ecce iā tertiò? Respōdit Balaam, Quia cōmeruisti F & illusisti mihi: vtinam haberem gladium vt te percuterē. Dixit asina, Nónne animal tuum sum, cui semper sedere consueuisti vsque in præsentem diem? dic quid simile vnquam fecerim tibi. At ille ait, Nunquam. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelū stantem in via euaginato gladio, adorauitq; eum pronus in terram. Cui angelus, Cur, inquit, tertiò verberas asinam tuam? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihiq; contraria: & nisi asina declinasset de via, dans locum resistenti, te occidissem, & illa viueret. Dixit Balaam, Peccaui, nesciens quòd tu stares contra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar. Ait angelus, Vade cum istis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi loquaris. Iuit igitur cum principibus. Quod cum G audisset Balac, egressus est in occursum eius in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnō, Dixitq; ad Balaam, Misi nuntios vt "vocarent' te, cur non statim venisti ad me? an quia mercedem aduētui tuo reddere nequeo? "vocaret. Cui ille respondit, Ecce adsum: nunquid loqui potero aliud, nisi quod Deus posuerit in ore meo? Perrexerunt ergo simul, & venerunt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat. Cumq; occidisset Balac boues, & oues, misit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera. Mane autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.

S. *Balaam loco maledictionis benedicit semel ac iterum populo Israël, multa de illo vaticinatus.*

CAP. XXIII.

A DIxitque Balaam ad Balac, Aedifica mihi hîc septem aras, & para totidem vitulos, eiusdemque numeri arietes. Cumque

Cumque fecisset iuxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulum & arietem super aram. Dixitque Balaam ad Balac, Sta paulisper iuxta holocaustum tuum donec vadam, si fortè occurrat mihi Dominus, & quodcunq; imperauerit, loquar tibi.

Cumque abijsset velociter, occurrit illi Deus. Locutusque ad eum Balaam, Septem, inquit, aras erexi, & imposui vitulum & arietem désuper. Dominus autem posuit verbum in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris. Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suum, & omnes principes Moabitarum: assumptaque parabola sua, di- B xit, De Aram adduxit me Balac rex Moabitarum: de montibus orientis. Veni, inquit, & maledic Iacob: propera & detestare Israel. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione detester, quē Dominus non detestatur? De summis silicibus videbo eum, & de collibus consyderabo illum. Populus solus habitabit, & inter Gentes non reputabitur. Quis dinumerare posit puluerem Iacob, & nosse numerū stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorum, & fiant nouisima mea horū similia. Dixitq; Balac ad Balaam, Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis, vocaui te: & tu econtrario benedicis eis. Cui ille respondit, Num aliud possum loqui nisi quod iusserit Dominus? Dixit ergo Balac, Veni mecum in alterum locum vnde partem Israel videas, & totum videre nō pos- *e.7. sis, *inde maledicito ei. Cumq; duxisset eum in locum sublimem, super verticem montis C Phasga, ædificauit Balaam septem aras, & impositis suprà vitulis atq; arietibus, dixit ad Balac, Sta hîc iuxta holocaustū tuum, donec ego obuius pergam. Cui cum Dominus occurrisset, posuissetq; verbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris ei. Reuersus inuenit eū stantem iuxta holocaustum suum, & principes Moabitarum cum eo. Ad quē Balac, Quid, inquit, locutus est Dominus? At ille assumpta parabola sua, ait, Sta Balac & ausculta, audi fili Sephor, Nō est Deus quasi homo vt mentiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo, & non faciet? locutus est, & non implebit? Ad benedicendū adductus sum, benedictionem prohibere non valeo. Non est idôlum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus eius cū eo est, & clan- D gor victoriæ Regis in illo. Deus eduxit illum Infra.24.b de Aegypto, ||cuius fortitudo similis est rhinocerôtis. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. Temporibus suis dicetur Iacob & Israeli quid operatus sit Deus. Ecce populus vt leæna consurget, & quasi leo erigetur: nō accubabit donec deuoret prædam & occisorum sanguinem bibat. Dixitque Balac ad Balaam, Nec maledicas ei, nec benedicas. Et ille ait, Nónne dixi tibi quòd quicquid mihi Deus imperaret, hoc facerem? Et ait Balac ad eum. Veni, & ducam te ad alium locum: si fortè placeat Deo vt inde maledicas eis. Cumque duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, dixit ei Balaam, Aedifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, eiusdemque numeri arietes. *Fecit Balac vt Balaam dixerat: imposuitque vitulos & arietes per singulas aras. *per singulas aras. 8.

S. *Balaam tertiò benedicit & prospera vaticinatur de Israel & de Christo, item de Amalechitis Cinæis & Romanis.*

CAP. XXIIII.

CVmque vidisset Balaam quòd placeret A Domino vt benediceret Israeli, nequaquam abijt vt antè perrexerat, vt augurium quæreret: sed dirigens contra desertum vultum suum, & eleuās oculos vidit Israel in tentorijs commorantem per tribus suas: & irruēte in se spiritu Dei assumpta parabola ait, Dixit Balaā filius Beor, dixit homo cuius obthuratus est oculus, dixit audito sermonum Dei, qui visionem Omnipotentis intuitus est, qui cadit & sic aperiuntur oculi eius, Quā pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israël! vt valles nemorosæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quasi cedri prope aquas. Fluet aqua de situla eius, & semen illius erit in "aquas' multas. "gentes.3. Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur regnum illius. Deus eduxit illum de Aegypto, ||cuius fortitudo similis est rhinocerôtis. De- Sup.23.d. uorabunt Gentes hostes illius, ossaq; eorum confringent, & perforabunt sagittis. Accubās dormiuit vt oleo, & quasi leæna, quam suscitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi erit & ipse benedictus: qui maledixerit*, in male- *tibi.3. dictione reputabitur. Iuratusq; Balac contra Balaam, cōplosis manibus ait, Ad maledicendum inimicis meis vocaui te, quibus econtrario tertiò benedixisti: reuertere ad locū tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te, sed Dominus priuauit te honore disposito. Respondit Balaam ad Balac, Nônne nuntijs C tuis, quos misisti ad me, dixi, ||Si dederit mihi Sup.22.d. Balac plenam domum suam argenti & auri, non potero præterire sermonē Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferā ex corde meo: sed quicquid Dominus dixerit, hoc loquar? Veruntamen pergens ad populum meū, dabo *consilium quid populus tuus po- *tibi.6. pulo huic faciat extremo tempore. Sumpta igitur parabola, rursum ait, Dixit Balaā filius Beor, dixit homo cuius obturatus est oculus,

dixit

dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam Altissimi, & visiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos, Videbo eũ, sed non modò: intuebor illum, sed non
Matt. 2. a. propè. ‖ Orietur stella ex Iacob, & consurget
D virga de Israel: & percutiet duces Moab, vastabitq; omnes filios Seth. Et erit Idumæa possessio eius: hæreditas Seir cedet inimicis suis: Israel verò fortiter aget. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Cumq; vidisset Amalec, assumẽs parabolam, ait, Principium gentium Amalec, cuius extrema perdentur. Vidit quoque Cinæum: & assumpta parabola, ait, Robustum quidem est habitaculum tuum: sed si in petra posueris nidum tuũ, & fueris electus de stirpe Cin, quandiu poteris permanere? Assur enim capiet te. Assumptaque parabola iterum locutus est, Heu quis victurus est quando ista faciet Deus? Veniẽt in trieribus de Italia, superabunt Assyrios, vastabuntque Hebræos, & ad extremum etiam ipsi peribunt. Surrexitque Balaam, & reuersus est in locum suum: Balac quoque via qua venerat redijt.

S. Ob fornicationem Israel cum Madianitis iubet Deus principes suspendi, ipsiq; Phinees dat perpetuum sacerdotium eo quod diuino zelo Zambri & Cozbi pugione confodisset.

CAP. XXV.

A MOrabatur autem eo tempore Israel in Setim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt & adorauerunt deos earũ, Initiatusq; est Israel Beel-Phegor, & iratus Dominus ait ad Moysen,
Iosue. 22. d Deut. 4. a. ‖ Tolle cunctos principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Israel. Dixitq; Moyses ad Iudices
B Israel, Occidat vnusquisq; proximos suos, qui initiati sunt Beel-Phegor. Et ecce vnus de filijs Israel intrauit corã fratribus suis ad scortum Madianitidem vidente Moyse, & omni turba filiorum Israel, qui flebant ante fores
1. Mac. 2. c. Psal. 105. c 1. Co. 10. b tabernaculi. ‖ Quod cũ vidisset Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis, surrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione ingres-
C sus est post virum Israelitem in lupanar, & perfodit ambos simul, virum scilicet & mulierem in locis genitalibus. Cessauitque plaga à filijs Israel, & occisi sunt vigintiquatuor millia hominum. Dixitq; Dominus ad Moysen, Phinees filius Eleazari filij Aaron sacerdotis auertit iram meã à filijs Israel: quia zelo meo commotus est contra eos, vt nõ ipse delerem filios Israel in zelo meo. Idcirco loquere ad
1. Mac. 2. f Eccl. 45. d eum, ‖ Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit
D tam ipsi quàm semini eius pactum sacerdotij sempiternum: quia *zelatus est pro Deo suo, & expiauit scelus filiorum Israel. Erat autem nomen viri Israelitæ qui occisus est cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeonis. Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta est, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobilissimi Madianitarum. Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, ‖ Hostes vos sentiant Madianitæ, & percutite eos: quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos, *& decepêre' insidijs per idõlum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian sororem suam, quæ percussa est in die plagæ pro sacrilegio Phogor.

Infra. 31. a. *vt decipierent. 4.

S. Numerantur Israëlitæ per singulas tribus, qui bello apti, sunt terram promissionis ingressuri.

CAP. XXVI.

A POstquam noxiorũ sanguis effusus est, dixit Dominus ad Moysen & Eleazarũ filium Aaron sacerdotẽ, Numerate omnem summam filiorum Israel à viginti annis & suprà, per domos & cognationes suas, cunctos qui possunt ad bella procedere. Locuti sunt itaq; Moyses & Eleazar sacerdos, in campestribus Moab super Iordanem contra Iericho ad eos qui erant à viginti annis & suprà, sicut Dominus imperauerat, quorum iste est
Gen. 46. b Exod. 6. b. 1. Par. 5. a numerus: ‖ Ruben primogenitus Israel. huius filius, Henoch, à quo familia Henochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarũ: & Hesron, à quo familia Hesronitarum: & Charmi, à quo familia Charmitarum. hæ sunt familiæ de stirpe Ruben: quarum numerus inuentus est quadragintatria millia & septingenti triginta. Filius Phallu, Eliab. huius filij Namuel & Dathan & Abiron. isti sunt Dathan & Abiron principes populi qui ‖ surrexerũt cõtra Moysen & Aaron in seditione Core, quando
Sup. 16. b. B aduersus Dominũ rebellauerunt: & aperiens terra os suũ deuorauit Core morientibus plurimis, quando combusit ignis ducẽtos quinquaginta viros. Et factum est grande miraculum, vt Core pereunte, filij illius non perirẽt. Filij Simeon per cognationes suas: Namuel, ab hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarum: Iachin, ab hoc familia Iachinitarum: Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. hæ sunt familiæ de stirpe Simeon, quarũ omnis numerus fuit vigintiduo millia ducentorum. Filij Gad per cognationes suas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarũ: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarũ: Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Her, ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarum. istæ sunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit quadraginta millia quingentorũ. ‖ Fi-
Ge. 38. a. b lij Iuda, Her & Onan, qui ambo mortui sunt in Terra-

to duos, arietem vnũ, & agnos anniculos immaculatos septem: atque in sacrificijs eorum similæ oleo consperſæ tres decimas per singulos vitulos, per arietes duas, per agnos decimã decimæ, qui simul sunt agni septem. hircum
*vnum. 1. quoque *qui mactatur pro expiatione: præter holocaustum sempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cũ libationibus suis.

S. Solennitates mensis septimi & quid in eis offerendum sit: nempe solennitas tubarum, expiationis, & tabernaculorum quæ octo diebus varias habet oblationes.

CAP. XXIX.

A MEnsis etiam septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. omne opus seruile non facietis in ea, quia dies clangoris est & tubarum. Offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum de armento vnum, arietem vnum, & agnos anniculos immaculatos septem: & in sacrificijs eorum similæ oleo consperſæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, vnam decimam per agnum, qui simul sunt agni septem: & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi: præter holocaustum calendarum cum sacrificijs suis, & holocaustum sempiternum cum libationibus solitis. Eisdem ceremonijs offeretis in odorem suauissimum incensum Domino.
Leui. 16. g. & 23. c. ‖ Decima quoq; dies mensis huius septimi erit vobis sancta atque venerabilis, & affligetis animas vestras: omne opus seruile nõ facietis
B in ea. Offeretisque holocaustum Domino in odorem suauissimum, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: & in sacrificijs eorum similæ oleo consperſæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, decimã decimæ per agnos singulos, qui sunt simul agni septem: & hircum pro peccato. absq; his quæ offerri pro delicto solẽt in expiationẽ: & holocaustum sempiternum, & sacrificio & libaminibus eorum. Quinta decima verò die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atq; venerabilis, omne opus seruile nõ facietis in ea, sed celebrabitis solẽnitatem Domino septem diebus, offeretisque holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento tredecim. arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: & in libamentis eorum similæ oleo cõsperſæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim: & duas decimas arieti vno, id est simul, arietibus duobus, & decimã decimæ agnis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim: & hircũ pro peccato. absque holocausto sempiterno, & sacrifi-
C cio, & libamine eius. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis, & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioque & libamine eius. Die quarto offeretis vitulos decẽ, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die quinto offeretis vitulos nouẽ, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaque & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absq; holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die octauo qui est celeberrimus, omne opus seruile non facietis, offerentes holocaustũ in odorem suauissimum Domino, vitulum vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: sacrificia que & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos rite celebrabitis: & hircum pro peccato. absque holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Hæc offeretis Domino in solennitatibus vestris. præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostijs pacificis.

S. De voto ac iuramento virorum, & quando puellarum & vxorum vota seu iuramenta rata sunt vel irrita.

CAP. XXX.

NArrauitque Moyses filijs Israel omnia A quæ ei Dominus imperarat, & locutus est ad principes tribuum filiorum Israel, Iste est sermo quẽ præcepit Dominus. Si quis virorum votum Domino vouerit, aut se constringerit iuramento: non faciet irritum verbum suum, sed omne quod promisit impleA

implebit. Mulier si quippiã vouerit, & se constrinxerit iuramento, quæ est in domo patris suĩ, & in ætate adhuc puellari: si cognouerit
B pater votum quod pollicita est, & iuramentũ quo obligauit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est & iurauit, opere complebit. sinautẽ statim vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quòd contradixerit pater. Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediẽs animam eius obligauerit iuramento: quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetque quodcunque promiserat. sinautem audiens statim contradixerit, & irritas fecerit pollicitationes eius, verbaque quibus obstrinxerat animam suam:
C propitius erit ei Dominus. Vidua & repudiata quicquid vouerint, reddent. Vxor in domo viri cum se voto constrinxerit & iuramento, si audierit vir, & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcunq; promiserat. sinautem extemplo contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, &
D Dominus ei propitius erit. Si vouerit, & iuramento se cõstrinxerit vt per ieiunium vel cæterarum rerum abstinentiam affligat animam suam: in arbitrio viri erit siue faciat, siue non faciat. quod si audiens vir tacuerit, & in alteram diem distulerit sententiam: quicquid vouerat atque promiserat, reddet: quia statim vt audiuit, tacuit. sinautem contradixerit postquam resciuit, portabit ipse iniquitatem eius. Istæ sunt leges quas cõstituit Dominus Moysi inter virum & vxorem, inter patrem & filiam quæ in puellari adhuc ætate est, vel quæ manet in parentis domo.



S. Cæsis Madianitis virgines solæ reseruantur, substantia ex æquo diuiditur pugnantibus & plebi, primitiæ sacerdoti ac Leuitis traduntur, gratiæ Deo cum donarijs offeruntur.

CAP. XXXI.

A Sup.25.d. LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, ‖Vlciscere prius filios Israel de madianitis, & sic colligêris ad populũ tuum. Statimq; Moyses, Armate, inquit, ex vobis viros ad pugnam, qui possint vltionem Domini expetere de Madianitis. mille viri de singulis tribubus eligantur ex Israel qui mittantur ad bellum. Dederuntque millenos de singulis tribubus, id est duodecim millia expeditorum ad pugnam: quos misit Moyses cum Phinees filio Eleazari sacerdotis, vasaq; sancta, & tubas ad clangendum tradidit ei. Cumque pugnassent contra Madianitas atque vicissent,
Iosue.13.b omnes mares occiderunt, & ‖reges eorum Eui & Recem & Sur & Hur & Rebe, quinq; prin
B cipes gentis: Balaam quoq; filium Beor interfecerunt gladio. Ceperuntq; mulieres eorum & paruulos, omniaque pecora & cunctam supellectilem: quicquid habere potuerant, depopulati sunt: tam vrbes, quàm viculos & castella flamma consumpsit. Et tulerunt prædam, & vniuersa quæ ceperant tam ex hominibus quàm ex iumentis, & adduxerunt ad Moysen & Eleazarum sacerdotem, & ad omnem multitudinẽ filiorum Israel. reliqua autem vtensilia portauerunt ad castra in campestribus Moab, iuxta Iordanem cõtra Iericho. Egressi sunt autẽ Moyses & Eleazar sacerdos, & omnes principes synagógæ in occursum eorum extra castra. Iratusq; Moyses principibus exercitus, tribunis & centurionibus qui venerãt
C de bello, ait, Cur fœminas reseruastis? Nónne Sup.31.a istæ sunt quæ ‖deceperunt filios Israel ad suggestionem Balaam, & præuaricari vos fecerũt in Dominum super peccato Phogor, vnde & percussus est populus? Ergo cunctos interfi-
cite quicquid est generis masculini etiam in paruulis: & mulieres quæ nouerunt viros in coitu, iugulate: puellas autem & omnes fœminas virgines reseruate vobis, & manete extra castra septem diebus. Qui occiderit hominem, vel occisum tetigerit, lustrabitur die tertio & septimo. Et de omni præda, siue vestimentum fuerit, siue vas, & aliquid in vtensilia præparatum, de caprarum pellibus & pilis & ligno expiabitur. Eleazar quoque sacerdos ad viros exercitus, qui pugnauerant, sic locutus
Leuit.6.d 11.e est, Hoc est præceptum legis quod ‖mandauit Dominus Moysi, Aurum & argentum & æs & ferrum & plumbum & stannum, & omne quod potest transire per flammas, igne purgabitur. quicquid autem ignem non potest sustinere, aqua expiationis sanctificabitur: &
D laudabitis vestimenta vestra die septimo, & purificati postea castra intrabitis. Dixit quoque Dominus ad Moysen, ‖Tollite summam Tollite.a eorum quæ capta sunt ab homine vsq; ad pecus, tu & Eleazar sacerdos & principes vulgi: diuidesq; ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt, egressique sunt ad bellum, & inter omnem

omnem reliquam multitudinem, & separabis
A partem Domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animam de quingentis, tam ex hominibus quàm ex bobus & asinis & ouibus, & dabis eam Eleazaro sacerdo-
E ti, quia primitiæ Domini sunt. Ex media quoque parte filiorum Israel accipies quinquage
sinum caput hominum & boum & asinorum & ouium, cunctorumque animantium: & dabis ea Leuitis, qui excubant in custodijs taber
*sacerdos.5 naculi Domini. Feceruntque Moyses & Eleazar, *sicut præceperat Dominus. Fuit autem præda, quam exercitus ceperat, ouium sexcenta septuagintaquinque millia, boum septua-
B gintaduo millia, asinorum sexaginta millia & mille: animæ hominũ sexus fœminei, quæ nõ cognouerant viros, trigntaduo millia. Dataque est media pars his qui in prælio fuerãt, o-
uium trecenta trigintaseptem millia quingẽtæ: è quibus in partẽ Domini supputatæ sunt
F oues sexcentæ septuagintaquinque. Et de bobus triginta sex millibus, boues septuaginta & duo: de asinis triginta millibus quingentis, asini sexaginta vnus: de animabus hominum sedecim millibus, cesserunt in partem Domini triginta duæ animæ. Tradiditque Moyses numerum primitiarum Domini Eleazaro sacerdoti, sicut fuerat ei imperatum ex media parte filiorum Israel, quam separauerat his qui in prælio fuerant. De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id est de ouibus trecentis triginta septem millibus quingẽtis, & de bobus trigintasex millibus, & de asinis triginta millibus quingẽtis, & de hominibus sedecim millibus, tulit Moyses quinquagesimum caput, & dedit Leuitis qui excu
G babant in tabernaculo Domini, sicut præcepe rat Dominus. Cumque accessissent principes exercitus ad Moysen, & tribuni, centurionesque, dixerunt, Nos serui tui recensuimus numerum pugnatorum, quos habuimus sub manu nostra: & ne vnus quidem defuit. Ob hãc causam offerimus in donarijs Domini singuli quod in præda auri potuimus inuenire, periscelides & armillas, annulos & dextralia ac murenulas, vt depreceris pro nobis Dominũ.
*pondere sanctuarij.7 Susceperuntque Moyses & Eleazar sacerdos omne aurũ in diuersis speciebus, *pondo' sedecim millia septingentos quinquaginta siclos, à tribunis & centurionibus. Vnusquisque enim quod in præda rapuerat, suum erat. Et susceptum intulerunt in tabernaculum testimonij, in monimentum filiorum Israel coram Domino.

S. Filijs Rubẽ Gad & dimidiæ tribui Manasse portio datur trans Iordanem, modo fratres suos in terram promissionis armati præcedant.

CAP. XXXII.

FIlij autem Ruben & Gad habebant pecora multa, & erat illis in iumentis infinita substantia. Cumq; vidissent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras, venerunt ad Moysen & ad Eleazarum sacerdotem, & principes multitudinis, atque dixerũt, Ataroth, & Dibon, & Iazer, & Nemra, Hesebon, & Eleale, & Sabam, & Nebo, & Beon, terra quam percussit Dominus in conspectu filiorum Israel, regionis huberrimæ est ad pastum animalium: & nos serui tui habemus iumenta plurima: precamurque si inuenimus gratiam coram te, vt des nobis famulis tuis eam in possessionem, nec facias nos transire Iordanem. Quibus respondit Moyses, Nunquid fratres vestri ibunt ad pugnã, & vos hic sedebitis? Cur subuertitis mentes filiorum Israel, ne transire audeant in locum quẽ eis daturus est Dominus? nónne ita egerunt patres vestri, quando missi de Cadesbarne ad explorandam Terram? ‖Cumque venissent vsq; ad Supr.13.c. Vallem botri, lustrata omni regione, subuerterunt cor filiorum Israel, vt non intrarẽt finesquos eis Dominus dedit. Qui iratus iura- Sup.14.c. uit, dicens, ‖Si videbunt homines isti qui ascenderunt ex Aegypto à viginti annis & suprà, Terram quam sub iuramento pollicitus sum Abraham, Isaac, & Iacob: & noluerunt se qui me, præter Caleb filium Iephane Cenezæum, & Iosuẽ filium Nun: isti impleuerunt voluntatem meam. Iratusque Dominus aduersum Israel, circũduxit eum per desertum quadraginta annis, donec consumeretur vniuersa generatio quæ fecerat malum in conspectu eius. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro patribus vestris, incrementa, & alumni hominum peccatorũ, vt augeretis furorem Domini contra Israel. Quòd si nolueritis sequi eum, in solitudine populum derelinquet, & vos causa eritis necis omnium. At illi propè accedentes, dixerunt, Caulas ouium fabricabimus, & stabula iumentorum, paruulis quoq; nostris urbes munitas: nos autem ipsi armati & accincti pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus eos ad loca sua. Paruuli nostri D & quicquid habere possumus, erũt in vrbibus muratis: propter habitatorum insidias. Non reuertemur in domos nostras, vsque-dum possideant filij Israel hæreditatem suam: nec quicquam quæremus trans Iordanem, quia iã habemus nostram possessionẽ in orientali eius plaga. Quibus Moyses ait, ‖Si facitis quod pro Iosue.1.2. mittitis, expediti pergite coram Domino ad pugnã: & omnis vir bellator armatus Iordanẽ transeat, donec subuertat Dominus inimicos suos, & subijciatur ei omnis Terra: tunc eritis inculpabiles apud Dominum & apud Israel, & obtinebitis regiones quas vultis corã Do-

H mino.

E mino. Sin autem quod dicitis non feceritis, nulli dubiũ est quin peccetis in Deum: & sci tote quoniam peccatũ vestrum apprehendet vos. Aedificate ergo vrbes paruulis vestris, & caulas & stabula ouibus ac iumentis: & quod polliciti estis implete. Dixeruntq; filij Gad & Rubẽ ad Moysẽ, Serui tui sumus, faciemus quod iubet Dominus noster. Paruulos nostros & mulieres, & pecora, ac iumenta relinquemus in vrbibus Galaad: nos autem famuli tui omnes expediti pergemus ad bellũ,
Iosue. 4.c. sicut tu Domine lóqueris. ‖ Præcepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti, & Iosuẽ filio Nun, & principibus familiarum per tribus Is-
F rael, & dixit ad eos, Si transierint filij Gad, & filij Ruben vobiscum Iordanem omnes arma ti ad bellum coram Domino, & vobis fuerit Terra subiecta: date eis Galaad in possessionem. Sin autem noluerint transire armati vobiscum in Terram-Chanáan, inter vos habitandi accipiant loca. Responderuntque filij Gad, & filij Ruben, Sicut locutus est Domi-
Supra.1. nus seruis 'suis', ita faciemus: ipsi armati perge mus coram Domino in Terram-Chanáan, & possessionem iam susceptam nos confite-
Iosu.13.b. 22.a. mur trans Iordanem. ‖ Dedit itaque Moyses filijs Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manas-
Deut.3.b. se filij Ioseph regnũ Sehon regis Amorrhæi, ▹.1. & regnum Og regis Basan, ▹ & 'terram eorum cum vrbibus suis per circuitum. Igitur extruxerunt filij Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroer,
G & Roth, & Sophan, & Iazer, & Iegbaa, & Beth-nemra, & Beth-aran, vrbes munitas, & caulas pecoribus suis. Filij verò Rubẽ ædificauerũt Hesebon, & Eleale, & Chariatháim, & Nabo, & Baal-meon versis nominibus, Sabama quoq; imponentes vocabula vrbibus quas
Gen. 50.d extruxerãt. ‖ Porrò filij Machir, filij Manasse perrexerunt in Galaad, et vastauerunt eã interfecto Amorrhæo habitatore eius. Dedit ergo Moyses Terrã-Galaad Machir filio Manasse, qui habitauit in ea, Iair autem filius Manasse abijt, & occupauit vicos eius, quos appellauit Hauoth-Iair, id est Villas-Iair. Nobe quoque perrexit, & apprehendit Canath cum viculis suis: vocauitque eam ex nomine suo Nobe.

S. Mansionibus. 42. filiorum Israël per varia loca in deserto recensitis, Chananæi à Domino iubentur interimi. CAP. XXXIII.

A Hae sunt mansiones filiorũ Israel, qui egressi sunt de Aegypto per turmas suas in manu Moysi & Aaron, quas descripsit Moyses iuxta castrorum loca, quæ Domini iussione mutabant.
Exod. 12.f ‖ Profecti igitur de Rameſſe mense primo,
▹.3. quintadecima die mensis primi, ▹ fecerunt altera die Phase filij Israel in manu excelsa, videntibus cunctis Aegyptijs, & sepelienti-

F bus Moabitarum. Profectiq; de Ie-abarim, fixêre tentoria in Dibon-gad. Vnde egressi, castrametati sunt in Helmon-deblathaim. Egressique de Helmon-deblathaim, venerunt ad montes Abarim contra Nabo. Profectique de montibus Abarim, transierunt ad campestria Moab, supra Iordanem contra Iericho.
Ibique castrametati sunt de Beth-simoth vsque ad Abel-satim in planioribus locis Moabitarum, vbi locutus est Dominus ad Moy-
G sen, Præcipe filijs Israel, & dic ad eos, Quando transieritis Iordanem, intrantes Terram-Chanáan, disperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titulos, & statuas comminuite, atque omnia excelsa vastate, mundantes Terram, & habitantes in ea. ego enim dedi vobis illam in possessionem, quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabitis latiorem, & paucioribus angustiorem. Singulis vt sors ceciderit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias possessio diuidetur. Sin autem nolueritis interficere habitatores Terræ: qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ in lateribus, & aduersabuntur vobis in terra habitationis vestræ: & quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

S. Terræ promissionis situs & limites iuxta varias orbis plagas, eaq; sorte diuidenda præcipitur, additis illorum nominibus qui eam diuidant. CAP. XXXIIII.

A Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens, Præcipe filijs Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis Terrã-Cha
Iosu.15.2. náan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur, ‖ Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit terminos contra orientẽ mare salsissimum: qui circuibunt australem plagam per Ascensum-scorpionis, ita vt tranſeant in Senna, & perueniant ad meridiem vsque ad Cadesbarne, vnde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tendent vsque ad A-
semona. ibitque per gyrum terminus ab Asemona vsque ad torrentem Aegypti, & magni
B maris littore finietur. Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur. Porrò ad septentrionalem plagam à mari
Veniet. 6. magno termini incipiẽt, peruenientes vsque ad montem altissimum, à quo venient in Emath vsque ad terminos Sedáda, ibuntq; cõfinia vsque ad Zephrona, & villam Enan. hi erunt termini in parte Aquilonis. Inde metabuntur fines contra orientalem plagam de villa Enan vsq; Sephama, & de Sephama descendent termini in Reblatha contra fontẽ Daphnim: inde perueniẽt contra Orientem ad ma
C re Cenereth, & tendent vsque ad Iordanem, et ad vltimũ salsissimo claudentur mari. Hanc habebitis Terram per fines suos in circuitu.
Præcepitque Moyses filijs Israel, dicens, Hæc erit Terra quam possidebitis sorte, & quam iussit Dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui. Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerum, media quoq; tribus Manasse, id est duæ semis tribus, acceperunt partem suam trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagam. Et ait Dominus ad D
Moysen, ‖ Hæc sunt nomina virorum qui Ter Iosu. 24.a ram vobis diuident, Eleazar sacerdos, & Iosuẽ filius Nun, & singuli principes de tribubus singulis, quorum ista sunt vocabula. De tribu Iuda, Caleph filius Iephone. De tribu Simeon, Samuel filius Ammiud. De tribu Beniamin, Elidad filius Chaselon. De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli. Filiorum Ioseph de tribu Manasse, Haniel filius Ephod. De tribu Ephraim, Camuel filius Sephthan. De tribu Zabulon, Elisaphan filius Pharnach. De tribu Issachar dux Phaltiel filius Ozan. De tribu Aser, Ahiud filius Salomi. De tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud. Hi sunt quibus præceperat Dominus vt diuiderent filijs Israel Terram-Chanáan.

S. Assignari iubentur vrbes & suburbana Leuitis, & vrbes refugij pro homicidio non voluntario: lex homicidij voluntarij & non voluntarij: vnius testimonio nemo puniendus.

CAP. XXXV.

H Aec quoque locutus est Dominus ad A
Moysen in campestribus Moab supra Iordanem, contra Iericho, ‖ Præcipe fi Iosu. 21.a.
lijs Israel vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitãdum, & suburbana earum per circuitum: vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis: quæ à muris ciuitatum forinsecus, per circuitum, mille passuum spatio tendentur. contra orientem duo millia erunt cubiti, & contra meridiem similiter erunt duo millia: ad mare quoque quod respicit ad occidentem, eadem mensura erit, & septentrionalis plaga æquali termino finietur. eruntque vrbes in medio, & fo
ris suburbana. ‖ De ipsis autem oppidis, quæ Iosu. 21. 2.
Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiuorum au- Deut. 4.g.
xilia separata, vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinem: & exceptis his alia quadraginta duo oppida, id est simul quadraginta octo cũ suburbanis suis. Ipsæque vrbes quæ dabuntur de B
possessionibus filiorum Israel, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores. singuli iuxta mensurã hæreditatis suæ dabunt oppida Leuitis. Ait Dominus ad Moy
sen, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, ‖ Quã Deu. 19.2.
do transgressi fueritis Iordanem in Terram- Iosu. 20.2.
Chanáan, decernite quæ vrbes esse debeant

in præsidia fugitiuorum, qui nolentes, sanguinem fuderint: in quibus cũ fuerit prófugus, cognatus occisi nõ poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. De ipsis autẽ vrbibus quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in Terra-Chanaan, tam filijs Israel, quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolens, sanguinem fuderit. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est: reus erit homicidij, & ipse morietur. Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit: similiter punietur. Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi, homicidam interficiet: statim vt apprehenderit eum, 'interficietur'. ‖ Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in eum per insidias: aut cum esset inimicus, manu percusserit, et ille mortuus fuerit: percussor, homicidij reus erit. cognatus occisi statim vt inuenerit eum, ingulabit. Quòd si fortuitu, &'absque odio, & inimicitijs, quicquam horum fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atque inter percussorem & propinquum sanguinis quæstio ventilata: liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam in vrbem ad quam confugerat, manebitq; ibi, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur. Si interfector extra fines vrbiũ quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inuentus, & percussus ab eo qui vltor est sanguinis: absq; noxa erit qui eum occiderit. debuerat enim prófugus vsque ad mortem Pontificis in vrbe residere. postquam autem ille obierit, homicida reuertetur in terram suam. Hæc sempiterna erunt, & legitima in cunctis habitationibus vestris. Homicida sub testibus punietur: ad vnius testimoniũ nullus condemnabitur. Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. Exules & prófugi ante mortem Pontificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterunt: ne polluatis terram habitationis vestræ quæ insontiũ cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinem qui alterius sanguinem fuderit. Atq; ita emundabitur vestra possessio me commorante vobiscum: ego enim sum Dominus qui habito inter filios Israel.

"interficiet. 6. Deu. 19. c.

S. Tribus per connubia non misceantur ne possessiones confundantur.

CAP. XXXVI.

Accesserunt aũt & principes familiarum Galaad filij Machir, filij Manasse de stirpe filiorum Ioseph: locutiq; sunt Moysi coram principibus Israel, atque dixerũt, ‖ Tibi Domino nostro præcepit Dominus vt Terram sorte diuideres filijs Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionem debitam patri: quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequetur possessio sua, & translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur, atq; ita fiet: vt cum iubileus, id est quinquagesimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorũ possessio ad alios transeat. Respondit Moyses filijs Israel, & Domino præcipiente ait, Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est, & hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est, ‖ Nubant quibus volunt, tantùm vt suæ tribus hominibus: ne cõmisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri ducẽt vxores de tribu & cognatione sua: & cũctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in familijs, nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant vt à Domino separatæ sunt. Feceruntq; filiæ Salphaad vt fuerat imperatũ: & nupserunt Maala, & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa filijs patrui sui de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph: & possessio quæ illis fuerat attributa, mãsit in tribu & familia patris earum. Hæc sunt mandata atque iudicia quæ mandauit Dominus per manum Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab supra Iordanem contra Icricho.

Sup. 27. d

Tob. 7. d

Liber

Liber Deuteronomij, Hebraicè

Elle haddebarim, id est, hæc sunt verba.



S. Breuis Epilogus eorum quæ Israeli in deserto contigerant, pœnaq; in fideli populo inflicta.

CAP. I.

Hæc sunt verba quæ locutus est Moyses ad omnem Israel trans Iordanem in solitudine campestri, contra Mare-rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban & Haseroth, vbi auri est plurimum: vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vsque ad Cadesbarne. Quadragesimo anno, vndecimo mense, prima die mensis locutus est Moyses ad filios Israel omnia quæ præceperat illi Dominus vt diceret eis: Num. 21. e ‖ postquam percussit Sehon regem Amorrhæorũ, qui habitauit in Hesebon: & Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrai trans Iordanem in Terra-Moab. Cœpitque Moyses explanare legem & dicere, Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb, dicens, Sufficit vobis quod in hoc monte mansistis: reuertimini & venite ad montem Amorrhæorum, & ad cætera quæ ei proxima sunt campestria atque montana & humiliora loca contra meridiem, & iuxta littus maris, Terram-Chananæorum, & Libani vsque ad flumen magnum Euphratem. En, inquit, tradidi vobis: ingredimini & possidete eam, super qua iurauit Dominus patribus vestris Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret illam eis, & semini eorum post eos. Dixiq; vobis illo in tempore, Non possum solus sustinere vos: quia Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli, plurimi. Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis sicut locutus est, Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus aciurgia. Date ex vobis viros sapientes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponam eos vobis principes. Tunc respondistis mihi, Bona res est quam vis facere. Tuliq; de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & constitui eos principes, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios ac decanos, qui docerent vos singula. Præcepiq; eis, dicens, Audite illos, & ‖ quod iustũ est iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus. ‖ Nulla erit distantia personarũ, ita paruum audietis vt magnum: nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Quòd si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. Præcepique omnia quæ facere deberetis. Profecti autem de Horeb, transiuimus per eremum terribilem & maximam ▷solitudinem' quam vi- ▷. 8. distis, per viam montis Amorrhæi, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Cumque venissemus in Cadesbarne, dixi vobis, Venistis ad mõtem Amorrhæi, quem Dominus Deus noster daturus est nobis. Vide Terram quam Dominus Deus tuus dat tibi: ascẽde & posside eam, sicut locutus est Dominus Deus noster patribus tuis: noli timere, nec quicquam paueas. Et accessistis ad me omnes, Num. 13. a atq; dixistis, Mittamus viros qui consyderent Terram: & renuntiẽt per quod iter debeamus ascendere, & ad quas pergere ciuitates. Cumque mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis. Qui cũ perrexissent, & ascendissent in montana, venerunt vsque ad Vallem-botri: & consyderata terra sumentes de fructibus eius, vt ostenderent hubertatem, attulerunt ad nos: atq; dixerunt, Bona est Terra quã Dominus Deus noster daturus est nobis.

Iohan. 7. d
Infra. 16. d
Leuit. 19. c
Pro. 24. c.
Ecc. 42. a.
Iacob. 2. a.

Et noluistis ascendere sed increduli ad sermonem Domini Dei 'nostri' murmurastis in "vestri. 6. tabernaculis vestris, atque dixistis. Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de Terra-Aegypti, vt traderet nos in manu Amorrhæi, atque deleret. Quo ascendemus? nuntij terruerunt cor nostrum, dicentes, Maxima multitudo est, & nobis statura procerior: vrbes magnæ, & ad cœlum vsq; munitæ, filios enacim vidimus ibi. Et dixi vobis, Nolite metuere, nec timeatis eos: Dominus Deus qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Aegypto cunctis videntibus, & in solitudine ipsi vidistis. Portauit te Dominus Deus tuus,

vt ſolet homo geſtare paruulum filium ſuum, in omni via per quam ambulaſtis, donec veniretis ad locum iſtum. Et nec ſic quidem credidiſtis Domino Deo veſtro, qui præceſſit vos in via, & metatus eſt locum in quo tentoria figere deberetis, ‖nocte oſtendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. Cumq́ue audiſſet Dominus vocem ſermonum veſtrorum, iratus iurauit & ait, Nõ videbit quiſpiam de hominibus generationis huius peſsimæ terram bonam, quam ſub iuramento pollicitus ſum patribus veſtris: præter Caleb filium Iephone. ipſe enim videbit eam, & ipſi dabo terram quam calcauit, & filijs eius, quia ſecutus eſt Dominum. Nec miranda indignatio in populum, cum mihi quoq; iratus Dominus propter vos dixerit, ‖ Nec tu ingrediêris illuc: ſed Ioſuë filius Nũ miniſter tuus, ipſe intrabit pro te. hũc exhortare & robora, & ipſe ſorte Terram diuidet Iſraeli. Paruuli veſtri, de quibus dixiſtis quòd captiui ducerentur, & filij qui hodie boni ac mali ignorant diſtantiam, ipſi ingredientur: & ipſis dabo Terram, & poſsidebunt eam. Vos autem reuertimini & abite in ſolitudinem per viam Maris-rubri. ‖Et reſpondiſtis mihi, Peccauimus Domino: aſcendemus & pugnabimus, ſicut præcepit Dominus Deus noſter. Cumque inſtructi armis pergeretis in mõtem, ait mihi Dominus. Dic ad eos, Nolite aſcendere neque pugnetis, non enim ſum vobiſcum: ne cadatis coram inimicis veſtris. Locutus ſum, & non audiſtis, ſed aduerſantes imperio Domini, & tumẽtes ſuperbia aſcendiſtis, in montem. Itaque egreſſus Amorrhæus, qui habitabat in montibus, & obuiam veniens perſecutus eſt vos, ſicut ſolent apes perſequi: & cecidit de Seir vſq; Horma. Cumq́; reuerſi ploraretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci veſtræ voluit acquieſcere. Sediſtis ergo in Cadeſ-barne multo tempore.

Exod. 13. d
Num. 14. d

Nu. 20. b.

Num. 14. f

S. Beneficiorum populo exhibitorum repetitio, pugnæ contra Ammon & Moab prohibitio, regisq́; Seon & terræ ipſius expugnatio.

CAP. II.

PRofectiq́; inde venimus in ſolitudinẽ, quæ ducit ad Mare-rubrum, ſicut mihi dixerat Dominus: & circuiuimus montem Seir longo tempore. Dixitq́ue Dominus ad me, Sufficit vobis circuire montem iſtum: ite contra aquilonem: & populo præcipe dicens, Tranſibitis per terminos fratrum veſtrorum filiorum Eſau, qui habitant in Seir, & timebunt vos. Videte ergo diligenter ne moueamini contra eos. neque enim dabo vobis de terra eorum quantum poteſt vnius pedis calcare veſtigium: quia in poſſeſsionem Eſau dedi montem Seir. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam hauriet is, & bibetis. Dominus Deus tuus benedixit tibi in omni opere manuũ tuarum: nouit iter tuum, quomodo tranſieris ſolitudinem hanc magnam, per quadraginta annos habitans tecũ Dominus Deus tuus, & nihil tibi defuit. Cumq́; tranſiſſemus fratres noſtros filios Eſau, qui habitabãt in Seir, per viã campeſtrem de Elat, & de Aſion-gaber, venimus ad iter quod ducit in deſertum Moab. Dixitq́ue Dominus ad me, Non pugnes contra Moabitas, nec ineas aduerſum eos prælium: non enim dabo tibi quicquam de terra eorũ, quia filijs Loth tradidi Aar in poſſeſsionem. Emim primi fuerũt habitatores eius, populus magnus, & validus, & tam excelſus vt de enacim ſtirpe, quaſi gigantes, crederentur, & eſſent ſimiles filiorum enacim. Denique Moabitæ appellant eos Emim. In Seir autem prius habitauerunt Horrim: quibus expulſis atque deletis habitauerunt filij Eſau, ſicut fecit Iſrael in terra poſſeſsionis ſuæ, quam dedit illi Dominus, Surgentes ergo vt tranſiremus torrẽtem Zared, venimus ad eum. Tempus autem quo ambulauimus de Cadeſ-barne vſque ad tranſitum torrẽtis Zared, triginta & octo annorum fuit: donec conſumeretur omnis generatio hominum bellatorum de caſtris, ſicut iurauerat Dominus: cuius manus fuit aduerſum eos, vt interirent de caſtrorũ medio. Poſtquam aũt vniuerſi ceciderunt pugnatores, locutus eſt Dominus ad me, dicens, Tu tranſibis hodie terminos Moab, Vrbẽ nomine Ar: & accedens in vicina filiorum Ammon, caue ne pugnes contra eos, nec mouearis ad prælium: non enim dabo tibi de terra filiorũ Ammon, quia filijs Loth dedi eam in poſſeſsionẽ. Terra gigantum reputata eſt: & in ipſa olim habitauerunt gigantes: quos Ammonitæ vocant Zomzommim, populus magnus, & proceræ longitudinis, ſicut enacim, quos deleuit Dominus à facie eorũ: & fecit illos habitare pro eis, ſicut fecerat filijs Eſau, qui habitãt in Seir, delens Horrhæos, & terram eorũ illis tradens, quam poſsident vſq; in præſens. Heuæos quoque qui habitabant in Haſerim vſq; Gazam, Cappadoces expulerunt: qui egreſsi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerunt pro illis. Surgite, & tranſite torrentem Arnon: ecce tradidi in manu tua Sehon regem Heſebon Amorrhæum, & terram eius incipe poſsidere, & committe aduerſus eum prælium. Hodie incipiã mittere terrorem atq; formidinem tuam in populos qui habitãt ſub omni cœlo, vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium cõtremiſcant, & dolore teneantur. ‖Miſi ergo nuntios de ſolitudine Cademoth ad Sehon regẽ Heſebon verbis pacificis dicens,

Num. 21. d

dicens, "Tranſibimus' per terram tuam, publica "gradiemur via: non declinabimus' neq; ad dexteram, neque ad ſiniſtram. Alimenta prætio vende "nobis, vt veſcamur': aquam pecunia tribue, & ſic bibemus. Tantum eſt vt nobis' concedas tranſitum, ſicut fecerunt filij Eſau, qui habitant in Seir, & Moabitæ qui morantur in Ar: donec "veniamus ad Iordanem, & tranſeamus' ad terram quã Dominus Deus noſter daturus eſt nobis. Noluitq́ue Sehon rex Heſebon dare nobis tranſitum: quia indurauerat Dominus Deus tuus ſpiritum eius, & obfirmauerat cor illius, vt traderetur in manus tuas, ſicut nunc vides. Dixitq́; Dominus ad me, ‖Ecce cœpi tibi tradere Sehon & terrã eius, incipe poſsidere eam. Egreſſuſq́; eſt Sehon obuiam nobis cum omni populo ſuo ad prælium in Iaſa. Et tradidit eum Dominus Deus noſter nobis: percuſsimuſq́; eum cum filijs ſuis & omni populo ſuo. Cunctaſq́; vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum, viris ac mulieribus & paruulis. non reliquimus in eis quicquam. Abſq; iumentis, quæ in partem venêre prædantium: & ſpolijs vrbium, quas cepimus ab Aroer, quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon, "oppido quod in valle ſitum eſt, vſq; Galaad. Non fuit vicus, & ciuitas quæ noſtras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noſter nobis. Abſq; terra filiorum Ammon, ad quam non acceſsimus: & cunctis quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuerſiſq́ue locis, à quibus nos prohibuit Dominus Deus noſter.

"Tranſibo. 1
"gradiar via: non declinabo. 1.

"mihi vt veſcar. 1.
"bibam. Tantum eſt mihi. 1.
"veniam ad Iordanem, & tranſeã. 1

Amo. 2. c.

"e. 1.

S. Pugna contra Og regem Baſan & lectus eius, atque ſors duarum tribuum & ſemis citra Iordanem, precatur Moyſes vt liceat ei terram promiſſam ingredi.

CAP. III.

ITaq; conuerſi aſcendimus per iter Baſan: egreſſuſq́; eſt Og rex Baſan, in occurſum nobis cum populo ſuo ad bellandum in Edrái. Dixitq́ue Dominus ad me, Ne timeas eum: quia in manu tua traditus eſt cum omni populo ac terra ſua: facieſq́ue ei ‖ſicut feciſti Sehon regi Amorrhæorum, qui habitauit in Heſebon. ‖Tradidit ergo Dominus Deus noſter in manibus noſtris etiam Og regem Baſan, & vniuerſum populũ eius: percuſsimuſq́ue eos vſque ad internecionem, vaſtantes cunctas ciuitates illius vno tempore. nõ fuit oppidum quod nos effugeret: ſexaginta vrbes, omnem regionem Argob regni Og in Baſan. Cunctæ vrbes erant munitæ muris altiſsimis, portiſq́ue & vectibus, abſq; oppidis innumeris quæ non habebant muros. Et deleuimus eos, ſicut feceramus Sehon regi Heſebon, diſperdentes omnem ciuitatem, viroſq; ac mulieres & paruulos: iumenta autem & ſpolia vrbium diripuimus. Tulimuſq́ue illo in tempore terram de manu duorũ regum Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem: à torrente Arnon vſque ad montem Hermon, quem Sidonij Sarion vocant, & Amorræhei Sanir: omnes ciuitates quæ ſitæ ſunt in planitie, & vniuerſam Terram-Galaad & Baſan vſq; ad Selcha, & Edrái ciuitates regni Og in Baſan. Solus quippe Og rex Baſan reſtiterat de ſtirpe gigãtum. Monſtratur lectus eius ferreus, qui eſt in Rabbath filiorum Ammon, nouem cubitos habens longitudinis, & quatuor latitudinis ad menſuram cubiti virilis manus. Terramq́ue poſſedimus tempore illo ab Aroer, quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon, vſq; ad mediam partem montis Galaad: & ciuitates illius dedi Ruben & Gad. Reliquam autem partem Galaad, & omnem Baſan regni Og, tradidi mediæ tribui Manaſſe, omnem regionem Argob: cunctaq́; Baſan vocatur Terra-gigantum. Iair filius Manaſſe poſſedit omnem regionem Argob vſque ad terminos Geſſuri & Machati. Vocauitq́ue ex nomine ſuo Baſan, Hauoth-Iair, id eſt Villas-Iair, vſque in præſentem diem. Machir quoque dedi Galaad. Et tribubus Ruben & Gad dedi de Terra-Galaad vſque ad torrentem Arnon medium torrentis, & confinium vſque ad torrentem Ieboc, qui eſt terminus filiorum Ammon: & planitiem ſolitudinis atque Iordanem, & terminos Cenereth vſque ad mare deſerti, quod eſt ſalſiſsimum ad radices montis Phaſga contra orientem.

Infr. 29. b.
Num. 21. g

Num. 21. c.
Num. 21. g

Num. 27. d

Præcepiq́; vobis in tempore illo, dicens, Dominus Deus veſter dat vobis terram hãc in hæreditatem, expediti præcedite fratres veſtros filios Iſrael omnes viri robuſti: abſque vxoribus, & paruulis atque iumentis. Noui enim quòd plura habeatis pecora, & in vrbibus remanere debebũt, quas tradidi vobis donec requiem tribuat Dominus fratribus veſtris ſicut vobis tribuit: & poſsideant ipſi etiã terram quam daturus eſt eis trans Iordanem: tunc reuertetur vnuſquiſq; in poſſeſsionem ſuam quam dedi vobis. ‖Ioſuë quoque in tempore illo præcepi, dicens, Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus veſter duobus his regibus: ſic faciet omnibus regnis ad quæ trãſiturus es. Ne timeas eos: Dominus enim Deus veſter pugnabit pro vobis. Precatuſq́ue ſum Dominum in tempore illo, dicens, Domine Deus tu cœpiſti oſtẽdere ſeruo tuo magnitudinẽ tuam, manumq́; fortiſsimam. neque enim eſt alius Deus vel in cœlo, vel in terra, qui poſsit facere opera tua, & cõparari fortitudini tuæ. Trãſibo igitur & videbo terram hanc optimam trans Iordanem, & montem

Infr.31. & 34.a. istum egregiũ,& Libanum. ‖Iratuſq; eſt Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit me, ſed dixit mihi, Sufficit tibi nequaquam vltrà loquaris de hac re ad me. Aſcende cacumen Phaſge,& oculos tuos circumfer ad occidentem,& ad aquilonem,auſtrumque,& orientem, & aſpice.nec enim tranſibis Iordanẽ iſtum,Præcipe Ioſuè,& corrobora eum atque conforta:quia ipſe præcedet populum iſtum, & diuidet eis terram quam viſurus es. Manſimuſque in valle contra phanum Phogor.

S. Exhortatur Moyſes ad ſeruanda Dei præcepta,cominando tranſgreſſoribus,prohibet omnem imaginem quæ ad idololatriam induceret,ſuam prædicit mortem,treſq; vrbes refugij ſeparat. CAP. IIII.

A ET nunc Iſrael audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te:vt faciẽs ea, viuas, & ingrediens poſsideas terram quam Dominus Deus patrum veſtrorũ daturus eſt vobis. Nõ addetis ad verbũ quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: cuſtodite mandata Domini Dei veſtri quæ ego præcipio vobis. ‖Oculi veſtri viderunt omnia quæ fecit Dominus contra Beel-phegor,quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio veſtri. Vos autem qui adhæretis Domino Deo veſtro,viuitis vniuerſi vſque in præſentem diem. Scitis quòd docuerim vos præcepta atque iuſtitias, ſicut mãdauit mihi Dominus Deus meus: ſic facietis ea in terra quã poſſeſſuri eſtis, & obſeruabitis, & implebitis opere. Hæc eſt enim veſtra ſapientia,& intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc dicant,En populus ſapiens & intelligens, gens magna. Nec eſt alia natio tam grandis, quæ habeat deos appropinquãtes ſibi,ſicut *Deus noſter adeſt cunctis obſecrationibus noſtris. *Dominus. 3.

B Quæ eſt enim alia gens ſic inclyta vt habeat ceremonias,iuſtaque iudicia,& vniuerſam legem,quam ego proponam hodie ante oculos veſtros? Cuſtodi igitur temetpiſum, & animam tuam ſolicitè.Ne obliuiſcaris verborum quæ viderunt oculi tui, & ne excidant de cor Exod.19.c de tuo cunctis diebus vitæ tuæ. ‖Docebis ea filios ac nepotes tuos, diem in quo ſtetiſti coram Domino Deo tuo in Horeb, quando Dominus locutus eſt mihi,dicens,Congrega ad me populum, vt audiant ſermones meos, & diſcant timere me omni tempore quo viuunt in terra,doceantq; filios ſuos, Et acceſſiſtis ad radices montis qui ardebat vſque ad cœlum:erantque in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutuſque eſt Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audiſtis, & formam penitus non vidiſtis. Et oſtendit vobis pactum ſuum quod præcepit vt faceretis, & decẽ verba quæ ſcripſit in duabus tabulis lapideis. Mihiq; mandauit in illo tempore vt docerem vos ceremonias & iudicia quæ facere deberetis in terra quam poſſeſſuri eſtis. C Cuſtodite igitur ſolicitè animas veſtras. Nõ vidiſtis aliquam ſimilitudinem in die qua locutus eſt vobis Dominus in Horeb de medio ignis:ne fortè decepti faciatis vobis ſculptam ſimilitudinem, aut imaginem maſculi vel fœminæ, ſimilitudinem omnium iumentorum quæ ſunt ſuper terram, vel auiũ ſub cœlo volantium,atq; reptilium quæ mouentur in terra, ſiue piſcium qui ſub terra morantur in aquis: ne fortè eleuatis oculis ad cœlum videas ſolem & lunam, & omnia aſtra cœli,& errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in miniſterium cunctis gentibus quæ ſub cœlo ſunt.

Vos autẽ tulit Dominus,& eduxit de fornace ferrea Aegypti vt haberet populum hæreditarium ſicut eſt in præſenti die. ‖Iratuſq; Supra.4.f eſt Dominus cõtra me propter ſermones veD ſtros, & iurauit vt non tranſirem Iordanem, nec ingrederer terram optimam quam daturus eſt vobis. Ecce moriar in hac humo, non tranſibo Iordanem: vos tranſibitis & poſſidebitis terram egregiam. Caue ne quando obliuiſcaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecum: & facias tibi ſculptam ſimilitudinem eorum quæ fieri Dominus prohibuit. ‖quia Heb.12.g Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt.Deus æmulator. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in Terra,deceptiq; feceritis vobis aliquam ſimilitudinem, patrantes malum coram Domino Deo veſtro, vt eum ad iracundiam prouocetis: teſtes inuoco hodie cœlum & terrã,citò perituros vos eſſe de terra quam tranſito Iordane poſſeſſuri eſtis. nõ habitabitis in ea longo tempore, ſed delebit vos Dominus,atque diſperget in omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus ad quas vos ducturus eſt Dominus. ibiq; ſeruietis dijs qui hominũ manu fabricati ſunt, ligno & lapidi,qui non vident,nec audiunt,nec comedunt,nec odorantur. Cumq; quæſieris E ibi Dominum Deum tuum,inuenies eum: ſi tamen toto corde quæſieris,& tota tribulatione animæ tuæ. Poſtquã te inuenerint omnia quæ prædicta ſunt,nouiſsimo autem tempore reuertẽris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius. Quia Deus miſericors Dominus Deus tuus eſt:non dimittet te, nec omnino delebit,neq; obliuiſcetur pacti in quo iurauit patribus tuis. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die quo creauit Deus hominem ſuper terram,à ſummo cœlo vſque ad ſummum eius,ſi facta eſt aliquando huiuſcemodi res, aut vnquam cognitum eſt, vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio

*vidiſti. 6. medio ignis,ſicut tu audiſti, &*vidiſti?:ſi fecit Deus vt ingrederetur,& tolleret ſibi Gentem de medio nationũ, per tentationes,ſigna atque portenta,per pugnam & robuſtam manum,extentumq; brachium, & horribiles viſiones iuxta omnia quæ fecit pro vobis Do- F minus Deus veſter in Aegypto, videntibus oculis tuis: vt ſcires quoniam Dominus ipſe *eum. 4. eſt Deus, & non eſt alius præter*vnũ'. De cœlo te fecit audire vocẽ ſuam vt doceret te: & in terra oſtendit tibi ignem ſuum maximũ,& audiſti verba illius de medio ignis, quia dilexit patres tuos,& elegit ſemen eorũ poſt eos. Exod. 13.d ‖Eduxitq; te præcedens in virtute ſua magna ex Aegypto, vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo:et introduceret te, daretq; tibi terram earum in poſſeſsionem, ſicut cernis in præſenti die.Scito ergo hodie,& cogitato in corde tuo quòd Dominus ipſe eſt Deus in cœlo ſurſum,& in terra deorſum, & non ſit alius. Cuſtodi præcepta eius atque mandata quæ ego præcipio tibi:vt bene ſit tibi,& filijs tuis poſt te,& permaneas multo tẽ pore ſuper terram quã Dominus Deus tuus G daturus eſt tibi. Tũc ſeparauit Moyſes tres ciuitates trans Iordanem ad oriẽtalem plagam, vt cõfugiat ad eas qui occiderit nolens proximum ſuũ,nec ſibi fuerit inimicus ante vnũ & alterum diem,& ad harũ aliquam vrbium poſ Ioſu.20.c. ſit euadere: ‖Boſor in ſolitudine quæ ſita eſt in terra cãpeſtri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad,quæ eſt in tribu Gad:& Golã in Baſan,quæ eſt in tribu Manaſſe. Iſta eſt lex quã propoſuit Moyſes coram filijs Iſrael, & hæc teſtimonia & ceremoniæ atque iudicia quæ locutus eſt ad filios Iſrael, quãdo egreſi ſunt de Aegypto trans Iordanem in valle contra phanum Phogor in terra Sehon regis Amorrhæi,qui habitauit in Heſebon,quem percuſſit Moyſes. Filij quoq; Iſrael egreſi ex Aegypto poſſederunt terram eius,& terram Og regis Baſan duorum regũ Amorrhæorum, qui erant trans Iordanem ad ſolis ortũ: ab Aroer quæ ſita eſt ſuper ripam torrentis Arnon, vſque ad montem Sion,qui eſt & Hermon, omnen planitiem trans Iordanem ad orientalem plagam, vſque ad mare ſolitudinis, & vſque ad radices montis Phaſga.

S. Præceptorum decalogi repetitio & explanatio: & de timore filiorum Iſrael, quum Dei vocem audiſſent, & montem ardere vidiſſent. CAP. V.

A VOcauitq; Moyſes omnem Iſraelem, & dixit ad eum, Audi Iſrael ceremonias atque iudicia que ego loquor in auribus veſtris hodie: diſcite ea,& opere com Ex.19.b.c. plete. ‖Dominus Deus noſter pepigit nobiſcum fœdus in Horeb. Non cum patribus noſtris inijt pactum: ſed nobiſcum qui impræſentiarum ſumus & viuimus. Facie ad faciem locutus eſt nobis in monte de medio ignis. Ego ſequeſter & medius fui inter Dominum & vos in tẽpore illo,vt annuntiarem vobis verba eius.timuiſtis enim ignem,& nõ aſcendiſtis in montem. Et ait, ‖Ego Domi- Exo.20.a. Leu.26.a. nus Deus tuus, qui eduxi te de Terra-Aegy- Pſal.96.b. pti de domo ſeruitutis.Non habebis deos alienos in conſpectu meo.Non facies tibi ſculptile, nec ſimilitudinem omnium quæ in cœlo ſunt deſuper,& quæ in terra deorſum,& quæ verſantur in aquis ſub terra.Non adorabis ea, & nõ coles: ‖Ego enim ſum Dominus Deus B tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatem Exo.34.a. patrum ſuper filios in tertiam & quartam ge- Exo.20.b. Leui.19.c. nerationem his qui oderũt me, & faciens mi- Matth.5.c. ſericordiam in multa millia diligentibus me, Ezec.20.b & cuſtodientibus præcepta mea. Non vſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtra: quia non erit impunitus,qui ſuper re vana nomen eius aſſumpſerit. Obſerua diem Sabbathi, vt ſanctifices eũ ſicut ‖præcepit tibi Dominus Deus Exo.20.b. tuus. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimus dies Sabbathi eſt, id eſt ‖requies Domini Dei tui. Non facies in eo Gene.2.a Heb.4.b. quicquam operis,tu & filius tuus & filia,ſervus & ancilla,& bos & aſinus,& omne iumentum tuum,& peregrinus qui eſt intra portas tuas: vt requieſcat ſeruus tuus & ancilla tua, ſicut & tu.Memento quòd & ipſe ſerueris in Aegypto,& eduxerit te inde Dominus Deus tuus in manu forti,& brachio extẽto.Idcirco præcepit tibi vt obſeruares diem Sabbathi. ‖Honora patrem tuum & matrem, ſicut præ- Exo.20.c. cepit tibi Dominus Deus tuus, vt lõgo viuas Eccel.3.b. tempore, & bene ſit tibi in Terra quam Do- Matt.15.a. minus Deus tuus daturus eſt tibi. ‖Non occi- Marc.7.b. des.Neq; mœchaberis. Furtumq; non facies. Ephe.6.a. Nec loquẽris contra proximum tuum falſum C teſtimonium.

‖Non concupiſces vxorem proximi tui. Matt.5.c.d Non domum,nõ agrum,non ſeruum,nõ an- Rom.7.b. cillam,non bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ illius ſunt.Hæc verba locutus eſt Dominus ad omnem multitudinẽ veſtram in monte de medio ignis & nubis, & calignis, voce magna nihil addens amplius, & ſcripſit ea in duabus tabulis lapideis quas tradidit mihi. Vos autem poſtquam audiſtis vocẽ de medio tenebrarum,& montem ardere vidiſtis,acceſiſtis ad me omnes principes tribuum & maiores natu,atq; dixiſtis,Ecce oſtendit nobis Dominus Deus noſter maieſtatẽ & magnitudinem ſuam. vocem enim eius audiuimus de medio ignis, & probauimus hodie quòd loquente Deo cũ homine,vixerit homo. Cur ergo mo D riemur, & deuorabit nos ignis hic maximus?

Si enim

Universidad de Deusto
Biblioteca

Si enim audierimus vltrà vocẽ Domini Dei nostri, moriemur. Quid est omnis caro, vt audiat vocem Dei viuentis, qui de medio ignis loquitur sicut nos audiuimus, & possit viuere? Tu magis accede: & audi cuncta quæ dixerit Dominus Deus noster tibi: loquerisq; ad nos, & nos audientes faciemus ea. Quod cum audisset Dominus, ait ad me, Audiui vocem verborum populi huius quæ locuti sunt tibi: bene omnia sunt locuti. Quis det talem eos habere mentem vt timeant me, & custodiant vniuersa mandata mea in omni tẽpore, vt bene sit eis & filijs eorum in sempiternũ? Vade & dic eis, Reuertimini in tẽtoria vestra. Tu verò hic sta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias atq; iudicia: quæ docebis eos vt faciant ea in terra quam dabo illis in possessionẽ. Custodite igitur & facite quæ præcepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neq; ad dexteram, neq; ad sinistram: sed per viam quam præcepit Dominus Deus vester ambulabitis, vt viuatis & bene sit vobis, & protelẽtur dies in terra possessionis vestræ.

S. Dominus ex toto corde diligendus, eiusq; mandata solicitè seruanda & posteris inculcanda.

CAP. VI.

A HAec sunt præcepta & ceremoniæ atq; iudicia quæ mãdauit Dominus Deus vester vt docerem vos, & faciatis ea in terra ad quã transgredimini possidendam, Vt timeas Dominum Deum tuum, & custodias omnia mãdata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolongentur dies tui,
▷.7. Audi Israel & obserua vt facias▷ quæ præcepit tibi Dominus': & bene sit tibi, & multipliceris amplius, sicut pollicitus est Dominus Deus patrum tuorum tibi, terram lacte & mel
Matt.22.d Marci.12.c *&.1. le, manantem. ‖ Audi Israel Dominus Deus noster, Deus vnus est. * Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ani
Lucæ.10.c Infr.11.c. ma tua, & ex tota fortitudine tua. ‖ Eruntque vẽrba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in cor
B de tuo: & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens. Et ligabis ea quasi signum in manũ tua, eruntque & mouebuntur inter oculos tuos, scribesque ea in limine & ostijs domus tuæ. Cumq; introduxerit te Dominus Deus tuus in terram pro qua iurauit patribus tuis Abrahã, Isaac & Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificasti, domos plenas cunctarũ opum quas non extruxisti, cisternas quas non fodisti, vineta & oliueta quæ non plantasti, & co
C mederis, & saturatus fueris: caue diligenter
Matt.4.b. ne obliuiscaris Domini qui eduxit te de Ter
Luc.4.b. ra-Aegypti, de domo seruitutis. ‖ Dominum Deum tuũ timebis, & illi ▷soli seruies, ac per
▷.4. nomen illus iurabis. Non ibitis post deos alienos cunctarũ gentium, quæ in circuitu vestro sunt: quoniã Deus æmulator Dominus Deus tuus in medio tui: nequando iratscatur furor Domini Dei tui contra te, & auferat te de superficie terræ. ‖ Non tentabis Dominum De-
Matt.4.b. Luc.4.b. Num.14.d um tuum, sicut tentasti in loco tentationis. Custodi præcepta Domini Dei tui, ac testimonia & ceremonias, quas præcepit tibi: & fac quod placitum est & bonum in conspectu Domini, vt bene sit tibi: & ingressus possideas terram optimã, de qua iurauit Dominus patribus tuis, vt deleret omnes inimicos tuos coram te, sicut locutus est. Cum interrogaue- D
rit te filius tuus cras, dicens, Quid sibi volunt testimonia hæc, & ceremoniæ, atque iudicia quæ præcepit Dominus Deus noster 'nobis'? "nobis.u dices ei, Serui eramus Pharaonis in Aegypto, & eduxit nos Dominus de Aegypto in manu forti: fecitque signa atque prodigia magna & pessima in Aegypto, cõtra Pharaonem, & onem domũ illius in conspectu nostro, & eduxit nos inde, vt introductis daret terram super qua iurauit patribus nostris. Præcepitq; nobis Dominus vt faciamus omnia legitima hæc, & timeamus, Dominum Deum nostrũ, vt bene sit nobis cunctis diebus vitæ nostræ, sicut est hodie, Eritq; nostri misericors, si custodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coram Domino Deo nostro, sicut mandauit nobis.

S. Nulla cum Gentibus societas contrahenda, sed earum aræ, luci ac simulacra delenda, memoratis Dei beneficijs promittit in omnibus auxilium & vbertatem modo eius præcepta obseruent.

CAP. VII.

CVm introduxerit te Dominus Deus A
tuus in Terram quã possessurus ingre Infr.31.b
deris, & deleuerit Gẽtes multas coram te, Hethæum & Gergezæum & Amorrhæum, Chananæum & Pherezæum & Hæueum & Iebusæum, septem gentes multo maioris numeri quàm tu es, & robustiores te: tradideritque eas Dominus Deus tuus tibi, percuties Exo.22.d 34.b eas vsque ad internecionem. ‖ Non inibis cum eis fœdus, nec misereberis earum, neque sociabis cum eis coniugia. Filiam tuam non dabis filio eius, nec filiã illius accipies filio tuo: quia seducet filium tuum ne sequatur me, & vt magis seruiat dijs alienis, irascetur que furor Domini, & delebit te cito. Quin potius hæc facietis eis, Aras eorum subuertite, & confringite statuas, lucosque succidite, & sculptilia com-
B burite. ‖ Quia populus sanctus es Domino Infra.14.d &.26.d. Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus, vt sis ei populus peculiaris de cũctis populis qui sunt super terram. Non quia cunctas gentes numero

numero vincebatis, vobis iunctus est Dominus, & elegit vos, cum omnibus sitis populis pauciores: sed quia dilexit vos Dominus, & custodiuit iuramentum quod iurauit patribus vestris. Eduxitque vos in manu forti, & redemit de domo seruitutis, de manu Pharaonis regis Aegypti. Et scies quia Dominus Deus tuus, ipse est Deus fortis & fidelis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus se, & his qui custodiunt præcepta eius, in mille generationes: & reddens odientibus se statim, ita vt disperdat eos, & vltrà non differat, protinus eis restituens quod merentur.
C Custodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia quæ ego mando tibi hodie, vt facias. Si postquam audieris hæc iudicia, custodieris ea & feceris, custodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi & misericordiam quam iurauit patribus tuis: & diliget te ac multiplicabit, benedicetq; fructui ventris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atq; vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ouiũ tuarum super terrã, pro qua iurauit patribus tuis vt daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos.
Exod.23.d ‖ Non erit apud te sterilis vtriusq; sexus, tam in hominibus quàm in gregibus tuis. Auferet Dominus à te omnem languorem: & infirmitates Aegypti pessimas quas nouisti, non inferet tibi, sed cũctis hostibus tuis. Deuorabis omnes populos quos Dominus Deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec seruies dijs eorũ, ne sint in ruinam tui. Si dixeris in corde tuo, Plures sunt gentes istæ quam ego, quomodo potero delere eas? noli metuere, sed recordare quæ fecerit Domnus Deus tuus Pharaoni & cũctis Aegyptijs plagas maximas quas viderunt oculi tui, & signa atque portenta, manumq; robustã, & extentum brachiũ vt educeret te Dominus Deus tuus. sic faciet cũctis populis quos metuis. Insuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atq; disperdat, qui te fuge
D rint, & latẽre potuerint. ‖ Nõ timebis eos, quia
Exod.23.c. 33.e. Dominus Deus tuus in medio tui est, Deus
Iosũ.24.e. magnus & terribilis: ipse consumet nationes has in conspectu tuo paulatim atque per partes. Nõ poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ. Dabitque eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo: & interficiet illos donec penitus deleantur. Tradetque reges eorum in manus tuas, & dispersa nomina eorũ sub cœlo, nullus poterit re-
2.Mach.12 &. sistere tibi, donec cõteras eos. ‖ Sculptilia eorum igne combures: non concupisces argentum & aurum de quibus facta sunt, neque assumes ex eis tibi quicquam, ne offendas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui. Nec inferes quippiam ex idólo in domum tuã, ne fias anáthema, sicut & illud est. Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anáthema est.

S. Commemorãtur beneficia & afflictiones quæ Dominus eis in deserto immiserat, ne illorum & Dei sui fiant immemores.

CAP. VIII.

OMne mandatum quod ego præcipio A
tibi hodie caue diligenter vt facias: vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressique possideatis Terram, pro qua iurauit Dominus patribus vestris. Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te, atque tentaret, & nota fierent quæ in tuo animo versabant, vtrum custodires mandata illius, an non. Afflixit te penuria, & dedit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui: vt ostenderet tibi quòd
‖ non in solo pane viuat homo, sed in omni Matt. 4.a. verbo quod egreditur de ore Domini, Vesti- Luc.4.a.
B mentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus nõ est subtritus en quadragesimus annus est: ‖ Vt recogites in Infra.26.a corde tuo quia sicut erudit filiũ suum homo, sic Dominus Deus tuus eruditi te, vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in vijs eius, & timeas eum. Dominus enim Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum aquarumq;, & fontium: in cuius cãpis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi: terram frumenti, hordei, ac vinearũ, in qua ficus & malogranata & oliueta nascuntur: terram olei ac mellis. Vbi absque vllà penuria co
C medes panem tuum, & rerum omnium abundantia perfruêris: cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur: vt cũ comederis, & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro terra optima quã dedit tibi. Obserua & caue nequãdo obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atq; iudicia & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie: ne postquam comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habuerisq; armẽta boum, & ouium greges, argenti & auri, cunctarumque rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis: & ductor tuus fuit in solitudine magna atque terribili, in qua erat serpens flatu adurens, & scorpio ac dipsas, &
nullæ omnino aquæ: ‖ qui eduxit riuos de pe- Num. 20.b
tra durissima, ‖ & cibauit te Manna in solitu- 21.b.
D dine, quod nescierũt patres tui. Et postquam Exo. 16.d.
afflixit ac probauit*, ad extremũ misertus est 17.a.
tui, ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea, *fe.2.
& robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterunt.

ſtiterunt. Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipſe vires tibi præbuerit, vt impleret pactum ſuum, ſuper quo iurauit patribus tuis, ſicut præſens indicat dies, Sinautem oblitus Domini Dei tui, ſecutus fueris deos alienos, coluerisq́; illos & adoraueris: ecce nunc prædico tibi quòd omnino diſpereas. Sicut Gẽtes quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, ſi inobedientes fueritis voci Domini Dei veſtri.

S. Reprimitur elatio, ne futuras victorias ſibi ſed ſoli Domino aſcribant, quum ſemper Deo aduerſati ſint.

CAP. IX.

A AVdi Iſrael, Tu tranſgredieris hodie Iordanem, vt poſſideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad cœlum vſque muratas, populum magnum atq; ſublimem, filios enacim quos ipſe vidiſti & audiſti, quibus nullus poteſt ex aduerſo reſiſtere. Scies ergo hodie quòd Dominus Deus tuus ipſe tranſibit ante te, ignis deuorans atq; conſumens, qui conterat eos & deleat atq; diſperdat ante faciem tuam velociter, ſicut locutus eſt tibi. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conſpectu tuo, Propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus vt terram hanc poſſiderem, cũ propter impietates ſuas iſtæ deletæ ſint nationes. Neque enim propter iuſtitias tuas, & æquitatẽ cordis tui ingrederis vt poſſideas terras earum: ſed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ ſunt: & vt cõpleret verbum ſuum Dominus, quod ſub iuramẽto pollicitus eſt patribus tuis Abraham, Iſaac & Iacob. Scito ergo quòd non propter iuſtitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimam in poſſeſſionem, cum duriſſime ceruicis ſis populus. Memento, & ne obliuiſcaris quomodo ad iracundiã prouocaueris
B Exo.17.19 31.32. Dominum Deum tuum in ſolitudine. ‖Ex eo die quo egreſſus es ex Aegypto vſq; ad locum iſtum ſemper aduerſum Dominum contendiſti. Nam & in Horeb prouocaſti eum, & iratus delere te voluit, quando aſcendi in montem, vt acciperem tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiſcũ Deus: & perſeueraui in monte quandraginta diebus ac noctibus, panẽ non comedens, & aquam non bibens. Deditq́; mihi Dominus duas tabulas lapideas ſcriptas digito Dei, & cõtinentes omnia verba quæ vobis locutus eſt in mõte de medio ignis, quando concio populi congregata eſt. Cumq́ue tranſiſſent quadraginta dies, & totidẽ noctes, dedit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, dixitq́; mihi, Surge, & deſcẽde hinc citò: quia populus tuus quẽ eduxiſti de Aegypto, deſeruerunt velociter viã, quam demonſtraſti eis, feceruntq́; ſibi conflatile. Rur C ſumq́; ait Dominus ad me, Cerno quòd populus iſte duræ ceruicis ſit: dimitte me vt conteram eum, & deleam nomen eius de ſub cœlo, & conſtituam te ſuper gentem quæ hac maior & fortior ſit. Cumq́ue de monte ardente deſcenderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu, vidiſſemq́ue vos peccaſſe Domino Deo veſtro, & feciſſe vobis vitulũ conflatilem, ac deſeruiſſe velociter viã eius quam vobis oſtenderat: proieci tabulas de manibus meis, confregiq́ue eas in conſpectu veſtro. Et procidi ante Dominum ſicut prius, quadraginta diebus & noctibus panem non comedens, & aquam nõ bibens, propter omnia peccata veſtra quæ geſiſtis contra Dominum, & eum ad iracundiam prouocaſtis. timui enim indignationem & iram illius, qua aduerſum vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudiuit me Dominus etiam hac vice. Aduerſum Aaron quoque vehementer iratus, voluit eum conterere, & pro illo ſimiliter deprecatus ſum. Peccatum autem veſtrum quod feceratis, id eſt vitulum, arripiens, igne combuſſi, & in fruſta comminuens, omninoq́ue in puluerem redigens, proieci in torrentem qui de monte deſcendit. In Incendio quoq́; & in D Tentatione, & in Sepulchris-concupiſcentiæ Num.11.b Exod.17.b 21.a prouocaſtis Dominum: & quando miſit vos de Cadeſ-barne, dicens, Aſcendite, & poſſidete terram quam dedi vobis. & contempſiſtis imperium Domini Dei veſtri, & non credidiſtis ei: neque vocem eius audire voluiſtis, ſed ſemper fuiſtis rebelles à die qua noſſe vos cœpi. Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat comminatus: & orans dixi, Domine Deus, ne diſperdas populum tuum, & hæreditatem tuam, quam redemiſti in magnitudine tua, quos eduxiſti de Aegypto in manu forti. Recordare ſeruorum tuorum Abraham, Iſaac, & Iacob: ne aſpicias duritiam populi huius, & impietatem atque peccatum: ne fortè dicant habitatores terræ, de qua eduxiſti nos, Non poterat Dominus introducere eos in terram quam pollicitus eſt eis, & oderat illos: idcirco eduxit, vt interficeret eos in ſolitudine. qui ſunt populus tuus & hæreditas tua, quos eduxiſti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

S. Tabularum ſecundarum inſtauratio, Leuitarum officia: timor & dilectio Dei ad ſeruanda præcepta mouere debent, præputium cordis circuncidendum, peregrini amandi, & per Dei nomen iurandum.

CAP. X.

In tem-

A Exod.34.a IN tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt & aſcende ad me in montem: faciesq́ue arcam ligneam, & ſcribam in tabulis verba quæ fuerunt in his quas antè confregiſti, poneſq́ue eas in arca. Feci igitur arcam de lignis ſetim. Cumq́ue dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorum, aſcendi in montem, habens eas in manibus. Scripſitq́ue in tabulis iuxta id quod prius ſcripſerat, verba decem, quæ locutus eſt Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus cõgregatus eſt, & dedit eas mihi. Reuerſuſq́ue de monte, deſcendi, & poſui tabulas in arcam quam feceram, quæ hucuſq́ue ibi ſunt, ſicut mihi præcepit
B Num.33.d Nu.20.d. Dominus. ‖Filij autem Iſrael mouerũt caſtra ex Beroth-filiorũ-Iacan in Moſera, ‖vbi Aaron mortuus & eſt ſepultus, pro quo ſacerdotio functus eſt Eleazar filius eius. Inde venerũt in Gadgad: de quo loco profecti, caſtrametati ſunt in Ietebatha, in Terra-aquarum atq; torrentium. Eo tempore ſeparauit tribum Leui, vt portaret arcam fœderis Domini, & ſtaret coram eo in miniſterio, ac beneficeret in nomine illius vſque in præſentem diẽ. Quam ob rem non habuit Leui partem, neque poſſeſſionem cum fratribus ſuis: quia ipſe Domi
C nus Deus tuus. Ego autem ſteti in monte, ſicut prius, quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitq́ue me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit. Dixitq́; mihi, Vade, & præcede populũ, vt ingrediatur, & poſſideat terram quam iuraui patribus eorum vt traderem eis. Et nunc Iſrael quid Dominus Deus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac ſeruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua: cuſtodiasq́ue mandata Domini, & ceremonias eius quas ego hodie præcipio tibi, vt bene ſit tibi? En Domini Dei tui cœlum eſt, & cœlum cœli, terra, & omnia quæ in ea ſunt: & tamen patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & amauit eos, elegitq́; ſemen eorum poſt eos, id eſt vos, de cunctis
D gentibus, ſicut hodie comprobatur. Circuncidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis amplius: quia Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus deorum, & Dominus dominantium, Deus magnus & 2.Par.19.c potens, & terribilis, ‖qui perſonam non acci- Iob.34.b Sup.6.b. pit, nec munera. Facit iudicium pupillo & vi- Eccl.35.b. duæ, amat peregrinum, & dat ei victum atq; Rom.2.b. veſtitum. & vos ergo amate peregrinos, quia Galat.2.b. & ipſi fuiſtis aduenæ in Terra-Aegypti. ‖Do Sup.6.c. minum Deum tuũ timebis, & ei *ſeruies: ipſi *ſoli. adhærebis, iurabiſq́; in nomine illius. Ipſe eſt laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia quæ viderũt oculi tui. ‖In Matt.4.b. Luc.4.b. ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres Gen.46.c tui in Aegyptum: & ecce nunc multiplicauit te Dominus Deus tuus ſicut aſtra cœli.

S. Recenſentur varia Dei beneficia, multaq́; bona promittuntur ſeruantibus eius præcepta, mala autem non ſeruantibus, hoc eſt benedictio & maledictio.

CAP. XI.

AMa itaque Dominum Deum tuum, A & obſerua præcepta eius & ceremonias, iudicia atq; mandata omni tempore. Cognoſcite hodie quæ ignorant filij veſtri, qui non viderunt diſciplinam Domini Dei veſtri, magnalia eius & robuſtã manum, extentumq́ue brachium, ſigna & opera quæ fecit in medio Aegypti Pharaoni regi, & vniuerſæ terræ eius, omniq́; exercitui Aegyptiorum, & equis ac curribus: quomodo operuerint eos aquæ maris-rubri, cum vos perſequerentur, & deleuerit eos Dominus vſq; in præſentem diem: vobiſq́; quæ fecerit in ſolitudine, donec veniretis ad hunc locum: &‖Dathã Num.16.c atq; Abirõ filijs Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore ſuo terra obſorbuit cum domibus & tabernaculis, & vniuerſa ſubſtantia eorum, quã habebant in medio Iſrael. Oculi veſtri viderunt omnia opera Domini magna quæ fecit, vt cuſtodiatis vniuerſa mandata illius, quæ ego hodie præcipio vobis, *&*poſſi- *vt.2. tis introire, & poſſidere terram ad quam ingredimini, multoq́; in ea viuatis tẽpore: quam ſub iuramento pollicitus eſt Dominus patribus veſtris, & ſemini eorum, lacte & melle manantem. Terra enim ad quam ingrederis poſſidendam, non eſt ſicut Terra-Aegypti de qua exiſti, vbi iacto ſemine in hortorum morem aquæ ducuntur irriguæ: ſed mõtuoſa eſt & campeſtris, de cœlo expectans pluuias, quam Dominus Deus tuus ſemper inuiſit, & oculi illius in ea ſunt à principio anni vſque ad finem eius. Si ergo obedieritis mandatis meis, quæ ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dominum Deum veſtrũ, & ſeruiatis ei in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra: dabit pluuiã terræ veſtræ temporaneam & ſerotinam, vt colligatis frumentum, & vinum, & oleum, fœnumq́; ex agris ad paſcenda iumenta, & vt ipſi comedatis ac ſaturemini. Cauete ne fortè decipiatur cor veſtrum, & recedatis à Domino, ſeruiatisq́; dijs alienis, & adoretis eos: iratusq́; Dominus claudat cœlum, & pluuiæ nõ deſcendant, nec terra det germen ſuũ, pereatisq́ue velociter de terra optimo quam Dominus daturus eſt vobis. ‖Ponite hæc ver Sup.6.b. ba mea in cordibus & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos veſtros collocate. Docete filios veſtros, vt illa

Universidad de Deusto
Biblioteca

vt illa meditentur, quando sederis in domo tua,& ambulaueris in via, & accubueris atq; surrexeris. Scribes ea super postes & ianuas domus tuæ:vt multiplicẽtur dies tui,& filiorum tuorum in terra quam iurauit Dominus patribus tuis,vt daret eis quandiu cœlum imminet terræ. Si enim custodieritis mandata D
quæ ego præcipio vobis,& feceritis ea,vt diligatis Dominũ Deum vestrum,& ambuletis in omnibus vijs eius,adhærentes ei,disperdet Dominus omnes gentes istas ante faciem vestram,& possidebitis eas quæ maiores & fortiores vobis sunt. Iosue.1.a. ‖Omnis locus quem calcauerit pes vester,vester erit. A deserto, & à libano, à flumine magno Euphráte vsque ad mare occidentale erunt termini vestri. Nullus stabit contra vos:terrorem vestrum & formidinem dabit Dominus Deus vester super omnem terram quam calcaturi estis,sicut locutus est vobis. En propono in cõspectu vestro hodie benedictionem & maledictionem: benedictionem, si obedieritis mandatis Domini Dei vestri,quæ ego hodie præcipio vobis:maledictionem,si non obedieritis mandatis Domini Dei vestri, sed recesseritis de via quam ego nunc ostendo vobis,& ambulaueritis post deos alienos, quos ignoratis. Cum verò introduxerit te Dominus Deus tuus in Inf.27.b. c.d. terram, ad quam pergis habitandam, ‖pones benedictionem super montem Garizim,maledictionem super montem Hebal: qui sunt trans Iordanem post viam quæ vergit ad solis occubitum in Terra-Chananæi, qui habitat in campestribus cõtra Galgalam, quæ est iuxta vallem tendentem & intrãtem procul. Vos enim transibitis Iordanem,vt possideatis terrã quam Dominus Deus vester daturus est vobis,vt habeatis & possideatis illam.Videte ergo vt impleatis ceremorias atq; iudicia quæ ego hodie ponam in conspectu vestro.

S. Præcipit exterminari idololatriam, decimas ac primitias reddi, sacrificia certo loco exolui & comedi,sanguinemq; vitari.

CAP. XII.

A HAec sunt præcepta atque iudicia quæ facere debetis in terra quam Dominus Deus patrum tuorum daturus est tibi, vt possideas eam cunctis diebus quibus super humum gradiẽris.Subuertite omnia loca in quibus coluerunt gentes quas possessuri estis,deos suos super mõtes excelsos, & colles,& subter omne lignum frondosum. Dissipate aras earum, & confringite statuas,lucos igne comburite, & idôla comminuite: disperdite nomina earum de locis illis.

Non facietis ita Domino Deo vestro: sed ad locum quem elegerit Dominus Deus vester de cunctis tribubus vestris, vt ponat nomen suum ibi,& habitet in eo,venietis:& offeretis in loco illo holocausta & victimas vestras,decimas & primitias manuũ vestrarum, & vota atque donaria, primogenita boum & ouium. Et comedetis ibi in conspectu Domini Dei vestri:ac lætabimini in cunctis ad quæ miseritis manũ vos & domus vestræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus vester. Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, singuli quod sibi rectum videtur. Neq; enim vsq; in præsens tempus venistis ad requiem, & possessionem quam Dominus Deus vester daturus est vobis. Transibitis Iordanem, B
& habitabitis in terra quam Dominus Deus vester daturus est vobis,vt requiescatis à cunctis hostibus per circuitũ:& absque vllo timore habitetis in loco quem elegerit Dominus Deus vester,vt sit nomen eius in eo. Illuc omnia quæ præcipio, conferetis, holocausta, *& hostias,ac decimas,& primitias manuum *vestrarũ. vestrarum:& quicquid præcipuum est in muneribus quæ vouistis Domino. Ibi epulabimini coram Domino Deo vestro,vos & filij ac filiæ vestræ, famuli & famulæ atque Leuites, qui in vrbibus vestris 'commorantur'. neque 'commorantur. enim habet aliam partẽ & possessionem inter vos. Caue ne offeras holocausta tua in omni loco quem videris: sed in eo quem elegerit Dominus, in vna tribuum tuarum offeres hostias, & facies quæcunque præcipio tibi.Si autem comedere volueris,& te esus carnium delectauerit,occide,& comede iuxta benedictionẽ Domini Dei tui, quam dedit tibi in vrbibus tuis:siue immũdum fuerit,hoc est maculatum & debile: siue mundum, hoc est integrũ & sine macula, quod offerri licet, sicut capreã & ceruum,comedes,absq; esu dũtaxat sanguinis,quem super terrã quasi aquã effundes.Nõ poteris comedere in oppidis tuis C
decimam frumenti,& vini, & olei tui,primogenita armentorum & pecorũ,& omnia quæ voueris,& sponte offerre volueris, & primitias manuũ tuarum:sed coram Domino Deo tuo comedes ea in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus,tu & filius tuus & filia tua, & seruus & famula, atq; Leuites, qui manet in vrbibus tuis:& lætaberis & reficieris corã Domino Deo tuo in cunctis ad quæ extenderis manum tuã.Caue ne derelinquas Leuiten in omni tẽpore quo versaris in terra.Quando dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, Gen.28.d. ‖sicut locutus est tibi,& volueris vesci carni- Infr.19.d.
bus quas desiderat anima tua:locus aũt quem elegerit Dominus Deus tuus, vt sit nomen eius ibi, si procul fuerit, occides de armẽtis & pecoribus quæ habueris,sicut præcepi tibi,& comedes in oppidis tuis, vt tibi placet. Sicut comeditur caprea & ceruus,ita vescẽris eis:& mundus

mundus & immundus in commune vescentur.Hoc solum caue,ne sanguinem comedas. sanguis enim eorum pro anima est:& idcirco non debes animam comedere cum carnibus: sed super terram fundes quasi aquam,vt bene sit tibi & filijs tuis post te, cum feceris quod D
placet in conspectu Domini.Quæ autem sanctificaueris & voueris Domino,tolles, & venies ad locum quem elegerit Dominus,& offeres oblationes tuas carnem & sanguinẽ super altare Domini Dei tui:sanguinem hostia 4.Reg.16.a. rum *fundes in altari: carnibus autẽ ipse vesceris. Obserua & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene sit tibi & filijs tuis post te in sempiternum, cum feceris quod bonũ est & placitum in conspectu Domini Dei tui. Quãdo disperdiderit Dominus Deus tuus ante faciem tuam gẽtes ad quas ingrederis possidendas,& possederis eas, atque habitaueris in terra earum: caue ne imiteris eas, postquam te fuerint introeunte subuersæ,& requiras ceremonias earum, dicens, Sicut coluerunt gentes istæ deos suos, ita & ego colam. Non facies similiter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes quas auersatur Dominus, fecerunt dijs suis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. Quod præcipio tibi,hoc tãtum facito Domino: nec addas quicquam,nec minuas.

S. Pseudoprophetæ à Deo auertens occidi ad se quãtumuis propinquus sit vel amicus, imò & vrbi vastari iubetur, cuius habitatores id facere conati fuerint.

CAP. XIII.

A SI surrexerit in medio tui prophetes, aut qui somnium vidisse se dicat, & prædixerit signum atque portentum, & euenerit quod locutus est,& dixerit tibi, Eamus & sequamur deos alienos quos ignoras, & seruiamus eis:non audies verba prophetæ illius aut somniatoris: quia tentat vos Dominus Deus vester, vt palàm fiat vtrum diligatis eum an nõ,in toto corde,& in tota anima vestra. Dominum Deum vestrum sequimini, & ipsum timete, & mandata illius custodite, & audite vocem eius: ipsi seruietis, & ipsi adhærebitis. Propheta autem ille aut fictor somniorum interficietur:quia locutus est vt vos auerteret à
B Domino Deo vestro,qui eduxit vos de Terra-Aegypti, & redemit vos de domo seruitutis:vt errare te faceret de via quam tibi præcepit Dominus Deus tuus: & auferes malum de medio tui. Si tibi voluerit persuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, siue vxor quæ est in sinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuã, clàm dicens,Eamus,& seruiamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui cũctarum in circuitu gentium quæ iuxtà vel procul sunt, ab initio vsq; ad finem terræ:non acquiescas ei,nec audias, neq; parcat ei oculus tuus vt miserearis & occultes eũ,sed statim interficies. ‖Sit primum manus Infra.17.b
tua super eum,& post te omnis populus mittat manũ.Lapidibus obrutus necabitur: quia C
voluit te abstrahere à Domino Deo tuo,qui eduxit te de Terra-Aegypti de domo seruitutis:vt omnis Israel audiens timeat, & nequaquam vltrà faciat quippiam huius rei simile. Si audieris in vna vrbium tuarum,quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandũ, dicentes aliquos, Egressi sunt filij Belial de medio tui,& auerterunt habitatores vrbis suæ,atque dixerũt,Eamus,& seruiamus dijs alienis quos ignoratis:quære solicitè, & diligenter rei veritate perspecta,si inueneris certũ esse quod dicitur,& abominationem hanc opere perpetratam, statim percuties habitatores vrbis illius D
in ore gladij, & delebis eam, omniaque quæ in illa sunt vsque ad pecora. quicquid etiam supellectilis fuerit,congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes, ita vt vniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus. non ædificabitur amplius,& non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris sui,& misereatur tui,multiplicetque te,sicut iurauit patribus tuis,quando audieris vocẽ Domini Dei tui,custodiens omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod placitum est in conspectu Domini Dei tui.

S. Gentium ritus super mortuo fugiendus: animalium mundorum & immundorum discretio:& decimas esse soluendas.

CAP. XIIII.

A FIlij estote Domini Dei vestri: non vos incidetis, nec facietis caluitium super Supr.7.2. Infr.26.d. mortuo.quoniã populus sanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt sis ei in populum peculiarem de cunctis gentibus quæ sunt super terram. ‖Ne comedatis quæ immunda Leuit.11.2. sunt. Hoc est animal quod comedere debetis,Bouem,& ouem,& capram,ceruum & capream, bubalum, tragelaphum, pygargum, orygẽ,camelopardalum. Omne animal quod in duas partes findit vngulam & ruminat, comedetis.De his autem quæ ruminant, & vngulam non findunt,hæc comedere non debetis, camelum, lèporem, chœrogryllum: quia ruminant, & non diuidunt vngulam, immunda erunt vobis. Sus quoque quoniam diB
uidit vngulam,& non ruminat, immunda erit.carnibus eorum non vescemini, & cadauera non tangetis. Hæc comedetis ex omnibus quæ morãtur in aquis, Quæ habent pinnulas & squamas,

& squamas, comedite: quæ absq; pinnulis & squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt. Omnes aues mundas commedite. Immundas ne comedatis: aquilam scilicet, & gryphem, & haliæetum, ixõ, & vulturem, ac miluum iuxta genus suum: & omne coruini generis, & struthionem, ac noctuam, & larum, atque accipitrem iuxta genus suũ: herodium ac cygnum, & ibin, ac mergulum, prophyriõnem, & nycticoracem onocrotalum, & charadrium, singula in genere suo: vpupam quoque, & vespertilionem. Et omne quod reptat & pennulas habet, immundum erit, & nõ comedetur. Omne quod mundum est, comedite. Quicquid autem morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vẽde ei. quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. Non coques hœdum in lacte matris suæ. ‖ Decimã partem separabis de cunctis fructibus tuis quæ nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit vt in eo nomen illius inuocetur, decimam frumenti tui, & vini, & olei, & primogenita de armentis & ouibus tuis: * vt discas timere Dominũ Deum tuum omni tẽpore.

Exo.23.c. 34.d.

*offeres. 4.

Cum autem longior fuerit via, & locus quem elegerit Dominus Deus tuus, tibiq́ue benedixerit, nec potueris ad eum hæc cuncta portare, vendes omnia, & in pretium rediges, portabisq́ue manu tua, & proficiscẽris ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus: & emes ex eadem pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex Armentis, siue ex ouibus, vinum quoque, & siceram, & omne quod desyderat anima tua: & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, & Leuita qui intra portas tuas est. caue ne derelinquas eum, quia non habet aliam partem in possessione tua. Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascuntur tibi eo tempore: & repones intra ianuas tuas. Venietq́ue Leuites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedent, & saturabuntur: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ feceris.

S. Lex remissionis septimi anni in quos exercea tur, de seruo Hebræo qui noluerit manumitti, de primogenitis Domino sanctificandis & comedendis. CAP. XV.

SEptimo anno facies remissionem, quæ hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit, quia annus remissionis est Domini. A peregrino & aduena exiges: ciuem & propinquum repetendi nonhabebis potestatem. Et omnino indigens & mendicus non erit inter vos: vt benedicat tibi Dominus ▷ Deus tuus' in terra quam traditurus ▷.ij. est tibi in possessionem. Si tamen audieris vocem Domini Dei tui, & custodieris vniuersa quæ iussit, & quæ ego hodie præcipio tibi, benedicet tibi, vt pollicitus est.

Fœnerabis Gentibus multis, & ipse à nullo accipies mutuum. Dominaberis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra quã Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatem deuenerit: non obdurabis cor tuum, nec cõtrahes manum, sed aperies eã pauperi, & ‖ dabis mutuum quo eum indigere perspexeris. Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo, Appropinquat septimus annus remissionis, & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quòd postulat mutuum commodare: ne clamet contra te ad Dominum, & fiat tibi in peccatum. Sed dabis ei: nec ages quippiam callidè in eius necessitatibus subleuãdis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni 'tempore', & in cunctis ad quæ 'operemanũ miseris. ‖ Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi vt aperias manum fratri tuo egeno & pauperi, qui tecũ versatur in Terra. ‖ Cum tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus, aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eum liberũ: & quẽ libertate donaueris, nequaquam vacuum abire patieris: sed dabis viaticum de gregibus, & de area & torculari tuo, quibus Domnius Deus tuus benedixerit tibi. Memẽto quòd & ipse seruieris in Terra-Aegypti, & liberauerit te Dominus Deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi. Sin autem dixerit, Nolo egredi: eo quòd diligat te, & domũ tuã, & bene sibi apud te esse sentiat: assumes subulã, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsque in æternum. ancillæ quoque similiter facies. Non auertas ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos: quoniam iuxta mercedem mercenarij per sex annos seruiuit tibi: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus quæ agis. De primogenitis quæ nascuntur in armentis, & ouibus tuis, quicquid est sexus masculini, sanctificabis Domino Deo tuo. Non operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouium. ‖ In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos in loco quem elegerit Dominus, tu & domus tua. Sin autem habuerit maculam, & vel claudum fuerit vel cœcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo. sed intra portas

Matt.5.f. Luc.6.c.

Mat.5.d. Matt.6.b

Exod.21.a. Iere.34.a

Leui.22.c. Deut.15.b

vrbis tuæ comedes illud: tam mundus quam immundus similiter vescentur eis quasi caprea, & ceruo. Hoc solum obseruabis vt sanguinem eorum non comedas, sed effundes in terram quasi aquam.

S. Tres præcipuæ anni solennitates, Azymorũ, Hebdomadarum, & Tabernaculorum: de iustis iudicibus constituendis, & de cauendo ab occasionibus idololatriæ.

CAP. XVI.

OBserua mensem nouarum frugum, & verni primum temporis, vt facias Passe Domino Deo tuo: quoniam in isto mense eduxit te Dominus Deus tuus de Aegypto nocte. Immolabisq́ue Phase Domino Deo tuo, de ouibus, & de bobus in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Non comedes in eo panem fermentatum. Septem diebus comedes absq; fermẽto afflictionis panem, quoniam in pauore egressus es de Aegypto: vt memineris diei egressionis tuæ de Aegypto omnibus diebus vitæ tuæ. Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septẽ diebus, & non remanebit de carnibus eius quòd immolatum est vespere in die primo vsq; mane. Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarũ, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi: sed in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: immolabis Phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Aegypto. Et coques, & comedes in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, manèq́ue consurgens vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes azyma: & in die septima, quia collecta est Domini Dei tui, non facies opus Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcem in segetem miseris, & celebrabis diem festum habdomadarum Domino Deo tuo, oblationẽ spontaneam manus tuæ, quam offeres iuxta benedictionem Domini Dei tui: & epulaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas, & aduena ac pupillus & vidua, qui morantur vobiscum: in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: & recordaberis quoniam seruus fueris in Aegypto: custodies q́ue ac facies quæ præcepta sunt. Solennitatem quoque tabernaculorum celebrabis per septem dies quando collegeris de area & torculari fruges tuas: & epulaberis in festiuitate tua tu & filius tuus & filia, & seruus tuus & ancilla, Leuites quoque, & aduena, & pupillus ac vidua qui intra portas tuas sunt. Septem diebus Domino Deo tuo festa celebrabis in loco quem elegerit Dominus: benedicetq́ue tibi Dominus Deus tuus in cũctis fru-

gibus tuis, & in omni opere manuũ tuarum, erisq́ue in lætitia. Tribus vicibus per annum apparebit omne masculinum tuum in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit, in solennitate azymorum, & in solennitate hebdomadarum, & in solennitate tabernaculorũ. ‖ Non apparebit ante Dominum vacuus: sed offeret vnusquisque secundum quod habuerit iuxta benedictionẽ Domini Dei sui, quam dederit ei. Iudices & magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi, per singulas tribus tuas: vt iudicent populum iusto iudicio nec in alteram partem declinent. ‖ Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum. Iustè quod iustum est persequẽris: vt viuas, & possideas terram quam Dominus Deus tuus dederit tibi. Non plantabis lucum & omnem arborem iuxta altare Domini Dei tui. Nec facies tibi atque constitues statuam: 'quæ' odit 'quam.6. Dominus Deus tuus.

Exo.23.b. 34.c. Ecc.16.d.

Supra.1.c. Leui.19.c. Exo.23.a. Eccl.20.d.

S. Hostia deligenda, idololatria punienda: in grauii difficultate ad summum sacerdotem eiusq́ concilium recurrendum, & quæ regi eligendo sint obseruanda.

CAP. XVII.

NOn immolabis Domino Deo tuo bouem & ouem in quo est macula aut quippiam vitij: quia abominatio est Domino Deo tuo. Cum reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, vir aut mulier qui faciant malum in conspectu Domini Dei tui, & transgrediantur pactum illius vt vadant & seruiant dijs alienis, & adorent eos, solem & lunam, & omnem militiam cœli, quæ non præcepi: & hoc tibi fuerit nuntiatũ, audiensq́; inquisieris diligenter, & verum esse repereris, & abominatio facta est in Israel: educes virum ac mulierem qui rem sceleratissimam perpetrarunt, ad portas ciuitatis tuæ, & lapidibus obruentur ‖ In ore duorum aut trium testium peribit qui interficietur. Nemo occidatur, vno contra se dicente testimonium. Manus testium prima interficiet eum, & manus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malũ de medio tui. Si difficile & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinẽ, & sanguinem, causam & causam, lepram & non lepram, & iudicum inter portas tuas videris verba variari: surge & ascẽde ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus, ‖ Veniesq́ue ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem qui fuerit illo tempore: quæresq́ue ab eis, qui indicabunt tibi iudicij veritatẽ. Et facies quodcunque dixerint qui præsunt loco quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem

Infr.19.d. Matt.18.b. 2.Cor.13.a Sup.13.c.

2.Par.19.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius,sequeris q; sententiam eorum.Nec declinabis ad dexteram,nec ad sinistram. Qui autem superbierit,nolens obedire sacerdotis imperio, qui eo tẽpore ministrat Domino Deo tuo:ex decreto iudicis morietur homo ille,& auferes malum de Israel:cunctusque populus audiẽs timebit,vt nullus deinceps intumescat superbia.Cum ingressus fueris terrram quam Dominus Deus tuus dabit tibi , & possederis eam, habitauerisque in illa, & dixeris , Constituam super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes:eum constitues quem Dominus Deus tuus elegerit de numero fra- D trum tuorum,Non poteris alterius gentis hominem regem facere , qui non sit frater tuus. Cumque fuerit constitutus,non multiplicabit sibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero subleuatus, præsertim cum Dominus præceperit vobis vt nequaquam amplius per eãdem viam reuertamini. Non habebit vxores plurimas quæ alliciant animum eius, neque argenti & auri immensa pondera. Postquam autem sederit in solio regni sui, describet sibi Deuteronomium legis huius in volumine , accipiens exemplar à sacerdotibus Leuiticæ tribus,& habebit secum, legetque illud omnibus diebus vitæ suæ , vt discat timere Dominum Deum suum, & custodire verba & ceremonias eius, quæ in lege præcepta sunt.Nec eleuetur cor eius in superbiam super fratres suos, neque declinet in partem dexteram vel sinistram,vt longo tempo- *filij.6. re regnet ipse &*filius' eius super Israel.



5. Sacerdotibus & Leuitis pro possessione cedũt oblationes ac sacrificia: cauenda omnis superstitio: de vero propheta suscitando , & falsõ propheta interficiendo.

CAP. XVIII.

A NOn habebunt sacerdotes & Leuitæ, & omnes qui de eadẽ tribu sunt, partem & hæreditatem cum reliquo Israel, Supr.10.b ‖quia sacrificia Domini , & oblationes eius comedent, & nihil aliud accipient de possessione fratrum suorum: Nu.18.c.d ‖Dominus enim ipse 1.Co.9.b. est hæreditas eorũ: sicut locutus est illis.Hoc erit iudicium sacerdotum à populo, & ab his qui offerunt victimas:siue bouem, siue ouem immolauerint , dabunt sacerdoti armum ac ventriculum:primitias frumenti, vini & olei, & lanarum partem ex ouium tõsione.Ipsum enim elegit Dominus Deus tuus de cunctis tribubus tuis , vt stet , & ministret nomini Domini ipse & filij eius in sempiternum . Si B exierit Leuites ex vna vrbium tuarum ex omni Israel in qua habitat,& voluerit venire, desyderans locum quem elegerit Dominus, ministrabit in nomine Domini Dei sui,sicut omnes fratres eius Leuitæ,qui stabũt eo tempore coram Domino . Partem ciborum eandem accipiet, quã & cæteri: excepto eo quod in vrbe sua ex paterna ei successione debetur. Quando ingressus fueris terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi , caue ne imitari velis abominationes illarum gentium . ‖ nec Leui.18.d inueniatur in te qui lustret filium suum , aut filiam,ducens per ignem : aut qui ariolos sciscitetur , & obseruet somnia atq; auguria.nec C 1.Re.28.a sit maleficus nec incantator, neq; qui pythones consulat , nec diuinos, ‖& quærat à mortuis veritatem. omnia enim hæc abominatur Dominus,& propter istiusmodi scelera delebit eos in introitu tuo:perfectus eris,& absq; macula cumDomino Deo tuo. Gentes istæ quarum possidebis terram , augures & diuinos audiunt : tu autem à Domino Deo tuo, Ioan.1.f. Actor.3.d aliter institutus es . ‖Prophetam de gente tua 7.c. & de fratribus tuis sicut me,suscitabit tibi Dominus Deus tuus : ipsum audies vt petisti à Domino Deo tuo in Horeb, quando concio congregata est atque dixisti , ‖ Vltrà non au- Exo.20.d diam vocem Domini Dei mei , & ignem hũc maximum amplius non videbo,ne moriar.Et ait Dominus mihi , Bene omnia sunt locuti, ‖Prophetã suscitabo eis de medio fratrum suo Ioan.1.g. rum similem tui : & ponam verba mea in ore eius , loquetúrque ad eos omnia quæ præce- D pero illi . qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo,audire noluerit,ego vltor existam.Propheta autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine meo,quæ ego nõ præcepi illi vt diceret,aut ex nomine alienorum deorum, interficietur . Quòd si tacita cogitatione responderis , Quomodo possum intelligere verbum quod Dominus non est locutus?hoc habebis signum, Quod in nomine Domini propheta ille prædixerit , & non euenerit: hoc Dominus non est locutus , sed per tumorem animi sui propheta confinxit, & idcirco non timebis eum.

5. Separandæ vrbes refugij , & qui ad eas tuũ confugient & qui non:de veris falsisq; testi-

testibus , & de terminis non transferẽdis.

CAP. XIX.

A CVm disperdiderit Dominus Deus tuus Num.35.b Gentes, quarum tibi traditurus est terIosu.20.a ram, & possederis eam, habitaueris q; *eorum.1. in vrbibus *eius'& in ædibus:tres ciuitates separabis tibi in medio terræ, quam Dominus Deus tuus dabit tibi in possessionem,sternẽs diligenter viam:& in tres æqualiter partes totam terræ tuæ prouinciam diuides: vt habeat è vicino qui propter homicidium profugus est,quò posit euadere. Hæc erit lex homicidæ fugientis,cuius vita seruanda est, Qui percusserit proximum suum nescien,& qui heri & nudiustertius nullum contra eum odium habuisse comprobatur: sed abijsse cum eo simpliciter in syluam ad ligna cædenda, & in succisione lignorum securis fugerit manu , ferrumque lapsum de manubrio amicum eius percusserit,& occiderit:hic ad vnam suprad- C dicturum vrbium confugiet , & viuet : ne forsitan proximus eius , cuius effusus est sanB guis, dolore stimulatus , persequatur , & apprehendat eum si longior via fuerit,& percutiat animam eius qui nõ est reus mortis: quia nullum contra eum qui occisus est, odium prius habuisse monstratur . Idcirco præcipio tibi,vt tres ciuitates æqualis inter se spatij diuidas. Cum autẽ dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos , sicut iurauit patribus Gen.28.c. tuis,& dederit tibi cunctam terram ‖quam eis pollicitus est (si tamen custodieris mandata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi, vt diligas Dominum Deum tuum , & ambules in Iosu.20.c vijs eius omni tempore) addes tibi ‖ tres alias ciuitates , & supradictarum trium vrbium numerum duplicabis:vt non effundatur sanguis C innoxius in medio terræ,quã Dominus Deus tuus dabit tibi possidendam , ne sis sangui- Num.35.c nis reus. ‖Si quis autem odio habens proximũ suum insidiatus fuerit vitæ eius, surgens que percusserit illum,& mortuus fuerit,fugeritq; ad vnam de supradictis vrbibus,mittent senio res ciuitatis illius,& arripient eum de loco effugij,tradentq; in manu proximi , cuius sanguis effusus est,& morietur.Non misereberis *noxium. eius, & auferes *'innoxium' sanguinem de Israel,vt bene sit tibi.Nõ assumes, & transferes terminos proximi tui quos fixerũt priores in possessione tua , quam Dominus Deus tuus Supr.17.b. dabit tibi in terra quam acceperis possiden- Mat.18.b. dam. ‖Non stabit testis vnus contra aliquem, Ioan.8.b. 2.Co.13.a. quicquid illud peccati,& facinoris fuerit: sed Hebr.10.c. ‖in ore duorum aut trium testium stabit omD ne verbum . Si steterit testis mendax contra hominem , accusans eum præuaricationis, stabunt ambo , quorũ causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum & iudicum qui fuerint in diebus illis . Cumq; diligentissimè perscrutates inuenerint falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium: ‖reddent ei Dani.13.g. sicut fratri suo facere cogitauit,& auferes malum de medio tui : vt audientes cæteri timorem habeant,& nequaquam talia audeant facere. *Non misereberis eius , ‖ sed animam *Et.2. pro anima , oculum pro oculo , dentem pro Matt.5.f. Exo.21.c. dente , manum pro manu , pedem pro pede Leuit.24.a exiges.

5. Qui tempore pugnæ sint domum remittendi, iura belli quomodo seruanda , quæ arbores cædendæ ad machinas instruendas,& quæ relinquendæ.

CAP. XX.

SI exieris ad bellum contra hostes tuos, A & videris equitatus & currus , & maiorem quàm tu habeas,aduersarij exercitus multitudinem,non timebis eos: quia Dominus Deus tuus tecum est , qui eduxit te de Terra-Aegypti. Appropinquante autem iam prælio , stabit sacerdos ante aciem , & sic loquetur ad populum, Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis , non pertimescat cor vestrum , nolite metuere , nolite cedere , nec formidetis eos:quia Dominus Deus vester in medio vestri est,& pro vobis contra aduersarios dimicabit,vt eruat vos de periculo.Duces quoque B per singulas turmas audiente exercitu proclamabunt , ‖Quis est homo qui ædificauit do- 1.Mac.3.g. mum nouam,& non dedicauit eam? vadat, & reuertatur in domum suam,ne fortè moriatur in bello,& alius dedicet eam , Quis est homo qui plantauit vineam , ‖& necdum fecit eam Leui.19.e. esse communẽ,de qua vesci omnibus liceat? vadat, & reuertatur in domum suam:ne fortè moriatur in bello, & alius homo eius fungatur officio. Quis est homo qui despondit vxorem, & non accepit eam? vadat , & reuertatur in domum suam , ne fortè moriatur in bello, & alius homo accipiat eam.His dictis addent reliqua, & loquentur ad populum, ‖Quis est Iudic. 7.a. homo formidolosus, & corde pauido? vadat, & reuertatur in domum suam ne pauere faciat corda fratrum suorum, sicut ipse timore perterritus est. Cumq; siluerint duces exercitus, & finem loquendi fecerint, vnusquisque suos C ad bellandum cuneos præparabit . Si quando accesseris ad expugnandam ciuitatem,offeres ei primum pacem.Si receperit, & aperuerit tibi portas,cunctus populus qui in ea est,salua bitur,& seruiet tibi sub tributo.Sin autem fœdus inire noluerit, & cœperit contra te bellũ, oppugnabis eam.Cumque tradiderit Dominus Deus tuus illam in manu tua , percuties omne quod in ea generis masculini est, in ore gladij , absque mulieribus & infantibus iu-

Universidad de Deusto Biblioteca

mentis & cæteris quæ in ciuitate ſunt. Omnem prædam exercitui diuides, & comedes de ſpolijs hoſtium tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis ciuitatibus quæ à te procul valde ſunt, & nõ ſunt D de his vrbibus quas in poſſeſsionẽ accepturus es. De his autem ciuitatibus quæ dabuntur tibi, nullũ omnino permittes viuere, ſed interficies in ore gladij, Hethæũ videlicet, & Amorrhæum, & Chananæum, Pherezæum, & Heuæum, & Iebuſæum, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes quas ipſi operati ſunt dijs ſuis, & peccetis in Dominum Deum veſtrum. Quando obſederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circundederis vt expugnes eam, nõ ſuccides arbores de quibus veſci poteſt, nec ſecuribus per circuitum debes vaſtare regionem: quoniam lignũ eſt, & non homo, nec poteſt bellantium contra te augere numerum. Si qua autem ligna non ſunt pomifera, ſed agreſtia, & in cæteros apta vſus, ſuccide, & inſtrue machinas, donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat.

S. *Cautio ſuper homicidio occulto, muliere in bello captâ, filio contumace, & eo qui ſuſpenſus eſt in ligno.*

CAP. XXI.

A QVando inuentum fuerit in terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi, hominis cadauer occiſi, & ignorabitur cædis reus, egredientur maiores natu, & iudices tui, & metientur à loco cadaueris ſingularum per circuitum ſpacia ciuitatũ: & quam viciniorem cæteris eſſe perſpexerint, ſeniores ciuitatis illius tollẽt vitulam de armento, quæ non traxit iugum, nec terram ſcidit vomere, & ducẽt eam ad vallem aſperam atque ſaxoſam, quæ nunquam arata eſt, nec ſementem recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ. accedentque ſacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus vt miniſtrent ei, & benedicãt in nomine eius, & ad verbum ⊳.7. eorum omne negotium ⊳pendet': & quicquid B mundum vel immundum eſt, iudicetur. Et *omnes .1. venient *maiores natu ciuitatis illius ad interfectum, lauabuntque manus ſuas ſuper vitulam quæ in valle percuſſa eſt, & dicent. Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem hunc, nec oculi viderũt. propitius eſto populo tuo Iſrael, quem redemiſti Domine, & ne reputes ſanguinem innocentem in medio populi tui Iſrael. Et auferetur ab eis reatus ſanguinis: tu autẽ alienus eris ab innocentis cruore qui fuſus eſt, cum feceris quod præcepit Dominus.

Si egreſsi fueris ad pugnam contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua, captiuoſq; duxeris, & videris in numero captiuorum mulierem pulchram, & adamaueris eam, voluerisque habere vxorem, introduces eam in domum tuam: quæ radet cæſariem, & circuncidet vngues, & depo- C net veſtem in qua capta eſt, ſedensque in domo tua, flebit patrem & matrem ſuam vno menſe, & poſtea intrabis ad eam, dormiesque cum illa, & erit vxor tua. Si autem poſtea non ſederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia, nec opprimere per potentiam: quia humiliaſti eam. Si habuerit homo vxores duas, vnam dilectam, & alteram odioſa, "gnueritque ex eis' liberos, & fuerit filius odioſæ primogenitus, volueritque ſubſtantiam inter filios ſuos diuidere: nõ poterit filium dilectæ facere primogenitum, & præferre filio odioſæ, ſed filium odioſæ agnoſcet primogenitum, ‖ dabitque ei de his quæ 2.Para.5 habuerit cuncta duplicia. iſte eſt enim principium liberorum eius, & huic debentur primogenita. D Si genuerit homo filium contumacem & proteruum, qui non audierit patris ac matris imperium, & coercitus obedire contempſerit: apprehendent eum, & ducent ad ſeniores ciuitatis illius & ad portam iudicij, dicentq; ad eos, Filius noſter iſte proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri, & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. Quando peccauerit homo quod morte plectendum eſt, & adiudicatus morti appenſus fuerit in patibulo: non permanebit cadauer eius in ligno, ſed in eadem die ſepelietur: quia‖maledictus à Deo eſt qui pendet in Galat.3.b ligno, & nequaquam contaminabis Terram tuam quam Dominus Deus tuus dederit tibi in poſſeſsionem.

S. *Pietas in rem proximi exercenda, de veſte alterius ſexus, de inuento nido, de circundando tecto domus, de non cõmiſcendis rebus diuerſi generis, de fimbrijs, de ſignis virginitatis, de adulterio, de corrupta in vrbe vel in agro, de vxore patris non ducenda.*

CAP. XXII.

NOn videbis bouẽ fratris tui, aut ouem A errantem, & præteribis: ſed reduces Exod.23.a fratri tuo, etiamſi non eſt propinquus frater tuus, nec noſti eum: duces in domum tuam, & erũt apud te quámdiu quærat ea frater tuus, & recipiat. Similiter facies de aſino, & de veſtimẽto, & de omni re fratris tui quæ perierit: ſi inueneris eam, ne negligas quaſi alienam. Si videris aſinum fratris tui aut bouem cecidiſſe in via, non deſpicies, ſed ſubleuabis cum eo. Non induetur mulier veſte virili, nec vir vtetur veſte fœminea, abominabilis

nabilis enim apud Deum eſt qui facit hæc. Si ambulans per viam, in arbore vel in terra nidum auis inueneris, & matrem pullis vel ouis déſuper incubantem: non tenebis eam cum filijs, ſed abire patieris, captos tenens filios, vt bene ſit tibi, & longo viuas tempore. B Cum ædificaueris domum nouam, facies murum tecti per circuitũ: ne effundatur ſanguis in domo tua, & ſis reus labente alio, & in præceps ruente. Non ſeres vineam tuam altero ſemine: ne & ſementis quã ſeuiſti, & quæ naſcuntur ex vinea, pariter ſanctificentur. Non arabis in boue ſimul & aſino. Non induêris veſtimento quod ex lana linoque contextum eſt. Funiculos in fimbrijs facies per quatuor angulos pallij tui quo operiris. Si duxerit vir vxorem, & poſtea odio habuerit eam, quæſieritque occaſiones quibus dimittat eam, obijciens ei nomen peſsimum, & dixerit, Vxorem hanc accepi, & ingreſſus ad eam non inueni virginem: tollent eam pater & mater eius, & ferent ſecum ſigna virginitatis eius ad ſeniores vrbis qui in porta ſunt: & dicet pater. Filiam meam dedi huic vxorem: quam quia odit, imponit ei nomen peſsimum, vt dicat, Nõ inueni filiam tuam virginẽ: & ecce hæc ſunt C ſigna virginitatis filiæ meæ. Expandent veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis: apprehẽdentque ſenes vrbis illius, virum, & verberabunt illum, condemnantes inſuper centum ſiclis argenti, quos dabit patri puellæ, quoniã diffamauit nomen peſsimum ſuper virginem Iſrael: habebitque eam vxorem, & non poterit dimittere eam omnibus diebus vitæ ſuæ. Quòd ſi verum eſt quod obijcit, & non eſt in puella inuenta virginitas: eijcient eam extra fores domus patris ſui, & lapidibus obruent viri ciuitatis illius, & morietur: quoniam fecit nefas in Iſrael, vt fornicaretur in domo pa Leui.20.b tris ſui: & auferes malum de medio tui. ‖Si dormierit vir cum vxore alterius, vterque morietur, id eſt adulter & adultera: & auferes malũ D de Iſrael. Si puellam virginem deſpõderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea: educes vtrumq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruẽtur: puella, quia non clamauit cum eſſet in ciuitate: vir, quia humiliauit vxorem proximi ſui. & auferes malum de medio tuĩ. Sin autem in agro repererit vir puellam quæ deſponſata eſt, & apprehendens cõcubuerit cum ea, ipſe morietur ſolus: puella nihil patietur, nec eſt rea mortis: quoniam ſicut latro conſurgit contra fratrem ſuum, & occidit animã eius, ita & puella perpeſſa eſt. ſola erat in agro: clamauit, & nullus affuit qui liberaret eã. Si inuenerit vir puellam virginem, quæ non habet ſponſum, & apprehendens concubuerit cum illa, & res ad iudicium venerit: ‖dabit qui dormiuit cum ea, pa Exod.22.c tri puellæ quinquaginta ſiclos argenti, & habebit eam vxorem, quia humiliauit illam: nõ poterit dimittere eam cũctis diebus vitæ ſuæ. Non accipiet homo vxorem patris ſui, nec reuelabit operimentum eius.

S. *De his qui ab Eccleſia Dei arcendi ſunt vel admittendi: Idumæus & Ægyptius non ſunt abijciendi, de pollutione nocturna, & loco ad neceſſaria naturæ deputando, de ſeruo fugitiuo, de mercede proſtibuli, fugienda vſura erga fratres, de voto, de vinea & ſegete proximi.*

CAP. XXIII.

NOn intrabit eunûchus attritis vel am A putatis teſticulis, & abſciſſo veretro eccleſiam Domini. Non ingredietur mamzer, hoc eſt de ſcorto natus, in eccleſiam Domini vſq; ad decimam generationem. Am monites & Moabites etiam poſt decimam generationem non intrabunt eccleſiam Domini, in æternum: quia noluerunt vobis occurrere cum pane & aqua in via quando egreſsi eſtis de Aegypto: & quia cõduxerunt contra te Balaam filium Beor de Meſopotamia Syriæ, vt malediceret tibi: ‖ & noluit Dominus Num.13.a. Num.22.a Deus tuus audire Balaam, vertitq; maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quòd diligeret te. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ, in ſempiternum. Non abominaberis Idumæum, B quia frater tuus eſt: nec Aegyptium, quia aduena fuiſti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis, tertia generatione intrabunt in eccleſiam Domini. Quando egreſſus fueris aduerſus hoſtes tuos in pugnam, cuſtodies te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus ſit ſomnio, egredietur extra caſtra, & non reuertetur priuſquam ad veſperam lauetur aqua, & poſt ſolis occaſum regredietur in caſtra. Habebis locum extra caſtra ad quem egrediaris ad requiſita naturæ, gerens paxillum in balteo. cumq; ſederis, fodies per circuitũ, & egeſta humo operies quo releuatus es (Dominus enim Deus tuus ambulat in C medio caſtrorum, * vt eruat te, & tradat tibi *tuorum.7. inimicos tuos) & ſint caſtra tua ſancta, & nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. Non trades ſeruũ domino ſuo, qui ad te confugerit. Habitabit tecũ in loco qui ei placuerit, & in vna vrbium tuarũ requieſcet: ne contriſtes eum. Non erit meretrix de filiabus Iſrael, nec ſcortator de filijs Iſrael. Non offeres mercedem proſtibuli, nec pretiũ canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud eſt quod "vouerint': quia abominatio eſt vtrunq; apud voueris.5. Dominum Deum tuum. Non fœnerabis fratri tuo ad vſuram pecuniam, nec fruges, nec

D quamlibet aliam rem: sed alieno. Fratri autem tuo absque vsura id quo indiget, commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quam ingredieris' possidendam. Cum votum voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus. & si moratus fueris, reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris. Quod autem semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. Ingressus vineā proximi tui, comede vuas quantum tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. Si intraueris segetem amici tui, franges spicas, & manu conteres: falce aūt non metes.

ingrederis. 1.

S. Libellus repudij permittitur, misericordia in debitores pauperes, non neganda merces, de iudicio aduenæ & pupilli, de reliquijs messis ac vindemiæ.

CAP. XXIIII.

A SI acceperit homo vxorē, & habuerit eam, & non inuenerit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua. Cumq; egressa alterum maritum duxerit, & ille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit: nō poterit prior maritus recipere eam in vxorē: quia polluta est, & abominabilis facta est corā Domino: ne peccare facias terram tuā quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendam. Cum acceperit homo nuper vxorē non procedet ad bellum, nec ei quippiam necessitatis iniungetur publicæ, sed vacabit absq; culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cum vxore sua. Non accipies loco pignoris inferiorem B & superiorem molam: quia animam suam apposuit tibi. Si deprehensus fuerit homo solicitans fratrem suum de filijs Israel, & vendito eo acceperit pretium: interficietur, & auferes malum de medio tui. Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ, sed facies quæcunque docuerint te sacerdotes Leuitici generis iuxta id quod præcepi eis, & imple solicitè. ‖ Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester' Mariæ in via cum egrederemini de Aegypto. C Cū repetes à proximo tuo rem aliquā, quam debet tibi, non ingredieris domum eius vt pignus auferas: sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit. sin autem pauper est, non pernoctabit apud te pignus, sed statim reddes ei ante solis occasum: vt dormiēs in vestimento suo, benedicat tibi, & habeas iustitiam coram Domino Deo tuo. ‖ Non negabis mercedem indigentis, & pauperis fratris tui siue aduenæ qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadem die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est, & ex eo sustentat animam suam: ne clamet contra te ad Dominum, & reputetur tibi in peccatum. Non occidentur patres pro filijs, nec filij pro patribus: sed vnusquisq; pro peccato suo morietur. Nō peruertes iudicium aduenæ & pupilli, nec auferes pignoris loco viduæ vestimentum. Memento quòd seruieris D in Aegypto, & eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem. Quando messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulum reliqueris, non reuertēris vt tollas illum: sed aduenam, & pupillum, & viduam auferre patiēris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuū tuarum: Si fruges collegeris oliuarum, quicquid remanserit in arboribus, non reuertēris vt colligas: sed relinques aduenæ, pupillo, ac viduæ. Si vindemiaueris vineam tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ pupilli, ac viduæ. Memēto quod & tu seruieris in Aegypto, & idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

Num.12.a. *Memento quæ fecerit Dominus Deus tuus.1* Leuit.19.c Tob. 4.c.

S. Quot plagis reus cædendus, boui trituranti os non alligandum, semen fratri suscitandum, pœna mulieris verenda apprehendentis, non committenda in pondere & mensura iniustitia, Amalecitæ delendi.

CAP. XXV.

SI fuerit causa inter aliquos, & interpella A uerint iudices: quem iustum esse perspexerint, illi iustitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis. Sin autem eum qui peccauit, dignum viderint plagis: prosternent, & coram se faciēt verberari. Pro mensura peccati, erit & plagarum modus: ita dūntaxat vt ‖ quadragenarium numerum non excedant: ne fœdè laceratus ante oculos tuos abeat frater tuus. Nō ligabis os bouis terentis in area fruges tuas.

2.Co.11.d. 1.Cor.9.c. 1.Tim.5.c. Matt.23.b. Mar.12.b. Luc.20.d.

Quando habitauerint fratres simul, & vnus B ex eis absque liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri: sed accipiet eam frater eius, & suscitabit semen fratris sui: & primogenitum ex ea filium nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. Sin autem noluerit accipere vxorem fratris sui quæ ei lege debetur, perget mulier ad portam ciuitatis, & interpellabit maiores natu, dicetq;, ‖ Non vult frater viri mei suscitare 'semen' fratris sui in Israel: nec me in coniugium sumere. Statimq; accersiri eum facient, & interrogabunt. Si responderit, Nolo eam vxorem accipere: accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede eius, spuetque in faciem illius, & dicet, Sic fiet C homini qui non ædificat domum fratris sui.

Ruth.4.b. *numeri.4.*

Et vo-

Et vocabitur nomen illius in Israel, Domus discalceati. Si habuerint inter se iurgium viri
25. duo', & vnus contra alterum rixari cœperit: volensque vxor alterius eruere virum suum de manu fortioris, miseritque manum, & apprehenderit verenda eius: abscindes manum illius, nec flectēris super eam vlla misericordia. Non habebis in sacculo diuersa pondera, maius & minus: nec erit in domo tua modius maior & minor. pondus habebis iustū & verum, & modius æqualis & verus erit tibi: vt multo viuas tempore super terram quam Do D minus Deus tuus dederit tibi. abominatur enim Dominus tuus eū qui facit hæc, & auersatur omnem iniustitiam. Memento quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Aegypto: quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui, qui lassi residebāt, cecidit, quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum. Cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem, & subiecerit cūctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus est: delebis nomen eius sub cœlo. Caue ne obliuiscaris.

Exod. 17.c

S. Primitiæ ac decimæ vbi & quibus exoluendæ, & sub qua verborum forma.

CAP. XXVI.

A CVmque intraueris terram quam Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendam, & obtinueris eam, atq; habitaueris in ea, tolles de cunctis frugibus tuis primitias, & pones in cartallo, pergesque ad locum quem Dominus Deus tuus elegerit, vt ibi inuocetur nomen eius: accedesq; ad sacerdotem qui fuerit in diebus illis, & dices ad eum, Profiteor hodie coram Domino Deo tuo, quòd ingressus sum in terram pro qua iurauit 'patribus nostris vt daret eam nobis. Suscipiensq; sacerdos cartallum de manu 'eius', ponet ante altare Domini Dei tui, & loquēris in conspectu Domini Dei tui, Syrus persequebatur patrem meū, qui descendit in Aegyptum, & ibi peregrinatus est in pauciss imo numero: creuitque in gentem magnam ac roB bustam & infinitæ multitudinis. Afflixeruntque nos Aegyptij, & persecuti sunt imponentes onera grauissima, & clamauimus ad Dominum Deum patrum nostrorum: qui exaudiuit nos, & respexit humilitatem nostram, & laborem atq; angustiam: & eduxit nos de Aegypto in manu forti, & brachio extento, in ingenti pauore, in signis atque portentis, & introduxit ad locū istum, & tradidit nobis terram lacte & melle manantem. Et idcirco nūc offero primitias frugum terræ quam Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui: & adorato Domino Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis quæ Domi

'Dominus.1 'Exo.6.

nus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ, tu & Leuites, & aduena qui tecum est. Quando C compleueris decimam cunctarum frugū tuarum, anno decimarum tertio dabis Leuitæ & aduenæ, & pupillo & viduæ, vt comedant intra portas tuas, & saturentur: loquērisque in conspectu Domini Dei tui, Attuli quod sanctificatum est de domo mea, & dedi illud Leuitæ & aduenæ, & pupillo ac viduæ, sicut iussisti mihi: nō præteriui mandata tua, nec sum oblitus imperij tui. Nō comedi ex eis in luctu meo, nec seperaui ea in qualibet immunditia, nec expendi ex his quicquā in re funebri. Obediui voci Domini Dei mei, & feci omnia sicut præcepisti mihi. ‖ Respice de sanctuario Isaię.63.d. tuo, & de excelso cœlorum habitaculo, & be- Baru.2.d. nedic populo tuo Israel, & terræ quam dedisti nobis, sicut iurasti patribus nostris, terræ D lacte & melle mananti. Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atque iudicia: vt custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. ‖ Dominū elegisti hodie, vt sit tibi Deus, & ambules in vijs eius, vt custodias ceremonias illas, & mandata atque iudicia, & obedias eius imperio. 'En' Dominus elegit te hodie vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius: & faciet te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudē, & nomen, & gloriam suam: vt sis populus sanctus Domini Dei tui, sicut locutus est.

Supra.7.a. 'Et.4.

S. Altare lapideum erigendum bene, lexq; lapidibus inscribenda: benedictiones piorū & maledictiones impiorum. CAP. XXVII.

PRæcepit autem Moyses & seniores Is- A rael populo dicentes, Custodite omne mādatum quod præcipio vobis hodie. Cumq; transieritis Iordanem in terrā quam Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingentes lapides, & calce leuigabis eos, vt possis in eis scribere omnia verba legis huius, Iordane trāsmisso: vt introeas terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, terram lacte & melle manantem, sicut iurauit patribus tuis. ‖ Quando Exo.20.d ergo transieritis Iordanē, erigite lapides quos Iosue.8.f. ego hodie præcipio vobis in monte Hebal, & leuigabis eos calce: & ædificabis ibi altare Domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum non tetigit, & de saxis informibus & impolitis: & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo, & immolabis hostias pacificas, comedesB que ibi, & epulaberis coram Domino Deo tuo, Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. Dixeruntque Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnem Israelem, Attende, & audi Israel. Hodie factus es populus Domini Dei tui. audies vocem eius, & facies mandata atq; iustitias quas ego

Universidad de Deusto Biblioteca

*hodie.1. præcipio tibi. *Præcepitq́ue Moyses populo
in die illo, dicens, Hi stabunt ab benedicen-
*populo.1. dum "Domino' super montem Garizim, Ior-
dane transmisso: Simeon, Leui, Iudas, Issa-
char, Ioseph, & Ben-iamin. Et è regione isti
stabunt ad maledicendum in monte Hebal,
C Ruben, Gad, & Aser, & Zabûlō, Dan, & Ne-
Dani.9.c. phthali. ||Et pronuntiabunt Leuitæ, dicentq́;
ad omnes viros Israel excelso voce, Maledi-
*faciet.6. ctus homo qui "facit' sculptile & cōflatile, abo
minationem Domini, opus manuū artificum,
*ponitque. "ponetq́; illud in abscondito. & respondebit
omnis populus, & dicit, Amē. Maledictus qui
*suam.1. non honorat patrem suum, & matrem. *& di
cet omnis populus, Amen. Maledictus qui
transfert terminos proximi sui. & dicet om-
nis populus, Amen. Maledictus qui errare fa-
cit cæcum in itinere. & dicet omnis populus,
Amen. Maledictus qui peruertit iudicium ad-
uenæ, pupilli & viduæ. & dicet omnis popu-
D lus, Amen. Maledictus qui dormit cum vxore
patris sui, & reuelat operimentum lectuli e-
ius. & dicet omnis populus, Amen. Maledi-
ctus qui dormit cum omni iumēto. & dicet o-
mnis populus, Amen. Maledictus qui dormit
cum sorore sua filia patris sui, vel matris suæ.
& dicet omnis populus, Amen. Maledictus
qui dormit cum socru sua. & dicet omnis po-
*Maledictus qui dormit cum vxore proximi sui. & dicet omnis populus, Amen.
pulus, Amen. Maledictus qui clàm percusse-
rit proximum suum. & dicet omnis populus,
Amen. *Maledictus qui accipit munera, vt
percutiat animam sanguinis innocentis. & di
Galat.3.b. cet omnis populus, Amen. ||Maledictus qui
non permanet in sermonibus legis huius, nec
eos opere perficit. & dicet omnis populus,
Amen.

S. *Multiplex promittitur obseruantibus legem benedictio, & transgredientibus maledictio.*

CAP. XXVIII.

A SI autem audieris vocē Domini Dei tui,
vt facias atque custodias omnia mandata
eius quæ ego præcipio tibi hodie, faciet
te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis
gentibus quæ versantur in terra. Venientq́ue
super te vniuersæ benedictiones istæ, & appre
hendent te: si tamen præcepta eius audieris,
Benedictus tu in ciuitate, & benedictus in a-
gro. Benedictus fructus ventris tui, & fru-
ctus terræ tuæ, fructusq́ue iumentorum tuo-
rum, greges armentorum tuorum, & caulæ
ouium tuarum. Benedicta horrea tua, & bene-
dictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediens
& egrediens. Dabit Dominus inimicos tuos
qui consurgunt aduersum te, corruentes in
conspectu tuo: per vnam viam venient con-
tra te, & per septem fugient à facie tua. Emit-
tet Dominus benedictionem super cellaria
tua, & super omnia opera manuum tuarum:
benedicetq́ue tibi in terra quam acceperis.
Suscitabit te Dominus sibi in populum san-
ctum, sicut iurauit tibi: si custoderis mandata
Domini Dei tui, & ambulaueris in vijs eius.
Videbuntq́; omnes terrarum populi quòd no
men Domini inuocatum sit super te, & time
bunt te. Abundare te faciet Dominus omni- B
bus bonis, fructu vteri tui, & fructu iumento-
rum tuorum, fructu terræ tuæ quam iurauit
Dominus patribus tuis vt daret tibi. Aperiet
Dominus thesaurum suum optimū, cœlum,
vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo:
benedicetq́ue cunctis operibus manuum tua-
rum. Et fœnerabis gentibus multis, & ipse à
nullo fœnus accipes. Constituet te Dominus
in caput, & non in caudam: & eris semper su-
prà, & non subter: si tamen audieris mandata
Domini Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie,
& custodieris & feceris, ac non declinaueris
ab eis nec ad dextram nec ad sinistram, nec se
cutus fueris deos alienos, neque colueris eos.
||Quòd si audire nolueris vocē Domini Dei Leui.26.b.
tui, vt custodias & facias omnia mandata eius Thre.2.f.
& ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, Malac.2.a.
venient super te omnes maledictiones istæ, & Baruch.1.d.
apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate,
maledictus in agro. Maledictum horreum
tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus
fructus vētris tui, & fructus terræ tuæ, armen-
ta boum tuorum, & gregres ouium tuarum.
Maledictus eris ingrediens, & maledictus egre
diens. Mittet Dominus super te famem & e-
suriem, & increpationem in omnia opera tua
quæ tu facies: donec conterat te & perdat ve- C
lociter*, propter adinuentiones tuas pessimas *de sub velo.5.
in quibus reliquisti me. Adiungat tibi Domi
nus pestilentiam, donec consumat te de terra
ad quam "ingrederis' possidēdam, Percutiat te *ingredieris.
Dominus egestate, febri & frigore, ardore &
æstu, & aere corrupto ac rubigine, & perse-
quatur donec pereas. Sit cœlū quod supra te
est, æneum: & terra quam calcas, ferrea. Det
Dominus imbrem terræ tuæ puluerem, & de
cœlo descendat super te cinis, donec contera-
ris. Tradat te Dominus corruentem ante ho-
stes tuos, per vnam viam egrediaris contra e-
os, & per septem fugias, & dispergaris per om
nia regna terræ. sitq́ue cadauer tuum in escam
cunctis volatilibus cœli & bestijs terræ, & nō
sit qui abigat. Percutiat te Dominus hulcere
Aegypti, & partem corporis per quam sterco
ra egeruntur, scabie quoque & prurigine: ita
vt curari nequeas. Percutiat te Dominus a-
mentia & cæcitate ac furore mentis, & palpes
in meridie sicut palpare solet cæcus in tene-
bris, & non dirigas vias tuas. Omniq́; tempo
re calumniam sustineas, & opprimaris violen
tia, nec habeas qui liberet te. Vxorem accipias,
& alius

D & alius dormiat cum ea. Domum ædifices, &
non habites in ea. Plantes vineam, & non vin
demies eam. Bos tuus immoletur coram te,
& non comedas ex eo: Asinus tuus rapia-
tur in conspectu tuo, & non reddatur tibi. O-
ues tuæ dentur inimicis tuis, & non sit qui te
adiuuet. Filij tui & filiæ tuæ tradantur alteri
populo, videntibus oculis tuis, & deficiētibus
ad conspectum eorum tota die, & non sit for-
titudo in manu tua. Fructus terræ tuæ, & om
nes labores tuos comedat populus quē igno-
ras: & sis semper calumniam sustinens: & op-
pressus cunctis diebus, & stupens ad terrorem
corū quæ videbunt oculi tui. Percutiat te Do
minus hulcere pessimo in genibus & in suris,
sanariq́; non possis à planta pedis vsq; ad ver
ticem tuū. Ducet te Dominus, & regē quem
constitues super te, in gentem quam ignoras
tu & patres tui: & seruies ibi dijs alienis, ligno
& lapidi. Et eris perditus, in prouerbium ac fa
bulā omnibus populis, ad quos te introduxe-
Mich.6.d. rit Dominus. ||Semētem multam iacies in ter
Agge.1.b. ram, & modicum congregabis: quia locuste
deuorabunt omnia. Vineam plantabis & fodi
es, & vinum non bibes, nec colliges ex ea quip
piam: quoniam vastabitur vermibus. Oliuas
habebis in omnibus terminis tuis, & non vn-
gêris oleo: quia defluent & deperibūt. Filios
generabis & filias, & nō fruêris eis: quoniam
ducētur in captiuitatem. Omnes arbores tuas
E & fruges terræ tuæ rubigo cōsumet. Aduena
qui tecum versatur in terra, ascendet super te,
eritq́; sublimior: tu aūt descendes, & eris infe
rior. Ipse fœnerabit tibi, & tu nō fœnerabis ei.
Ipse erit in caput, & tu eris in caudam. Et ve-
niēt super te omnes maledictiones istæ, & per
sequentes apprehedēt te, donec intereas: quia
nō audisti vocem Domini Dei tui, nec serua
sti mandata eius & ceremonias quas præce-
pit tibi. Et erūt in te signa atq; prodigia, & in
semine tuo vsq; in sempiternum: eo quòd nō
seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordis-
q́ue lætitia, propter rerum omnium abundan
tiam. Seruies inimico tuo quem immittet tibi
Dominus, in fame, & siti, et nuditate, & omni
penuria, & ponet iugum ferreum super cerui
cem tuā, donec te cōterat. Adducet Dominus
super te gentem de longinquo, & de extremis
terræ finibus in similitudinam aquilæ volan
tis cum impetu: cuius linguam intelligere nō
possis, gentem procacissimam, quæ non defe
rat seni, nec misereatur paruuli, & deuoret fru
ctum iumentorum tuorū, ac fruges terræ tuæ:
donec intereas, & nō relinquat tibi triticum,
vinum & oleum, armenta boum & greges o-
uium: donec te disperdat, & cōterat in cunctis
vrbibus tuis, & destruantur muri tui firmi at-
que sublimes, in quibus habebas fiduciam in
omni terra tua. Obsideberis intra portas tuas F
in omni terra tua quam dabit tibi Dominus
Deus tuus: & comedes fructū vteri tui, & car
nes filiorum tuorum & filiarum tuarū, quas
dederit tibi Dominus Deus tuus, in angustia
& vastitate qua opprimet te hostis tuis. Ho-
mo delicatus in te, & luxuriosus valde inui-
debit fratri suo, & vxori quæ cubat in sinu
suo, ne det eis de carnibus filiorum suorum
quas comedet, eo quòd nihil aliud habeat in
obsidione & penuria qua vastauerint te inimi
ci tui intra omnes portas tuas. Tenēra mu-
lier & delicata quæ super terrā ingredi non va
lebat, nec pedis vestigiū figere propter molli-
tiem & teneritudinem nimiam, inuidebit vi-
ro suo qui cubat in sinu eius, super filij & fi-
liæ carnibus, & illuuie secundinarum quæ e-
grediuntur de medio fœminum eius, & super
liberis qui eadem hora nati sunt. comedent
enim eos clàm propter rerum omnium penu
riam, in obsidione & vastitate qua opprimet
te inimicus tuus intra portas tuas. Nisi custo-
dieris, & feceris omnia verba legis huius quæ
scripta sunt in hoc volumine, & timueris no
men eius gloriosum & terribile, hoc est Do-
minum Deum tuum: augebit Dominus pla-
gas tuas, & plagas seminis tui, plagas magnas
& perseuerantes, infirmitates pessimas & per
petuas, & conuertet in te omnes afflictiones
Aegypti, quas timuisti, & adhærebunt tibi. In G
super & vniuersos languores, & plagas quæ
non sunt scriptæ in volumine legis huius, in
ducet Dominus super te, donec te conterat:
& remanebitis pauci numero, qui prius eratis
sicut astra cœli præ multitudine: quoniā non
audisti vocem Domini Dei tui. Et sicut antè
lætatus est Dominus super vos, bene vobis fa
ciens, vosq́ue multiplicans: sic lætabitur dis-
perdens vos atque subuertens, vt auferami-
ni de terra ad quam ingredieris possiden-
dam. Disperget te Dominus in omnes popu-
los à summitate terræ vsque ad terminos eius:
& seruies ibi dijs alienis quos & tu ignoras &
patres tui, lignis & lapidibus. In gentibus quo
que illis non quiesces, neque erit requies ve-
stigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus i-
bi cor pauidum, & deficientes oculos, & ani-
mam consumptam mœrore, & erit vita tua
quasi pendens ante te. Timebis nocte & die,
& non credes vitæ tuæ. Mane dices, Quis mi
hi det vesperū? & vespere, Quis mihi det ma-
ne? propter cordis tui formidinem: qua terre-
beris: & propter ea quæ tuis videbis oculis. Re
ducet te Dominus classibus in Aegyptū per
viam de qua dixit tibi vt eam amplius non vi
deres. Ibi vendêris inimicis tuis in seruos &
ancillas, & non erit qui emat.

S. *Fœdus & iuramentū Israëlitarum cum Do-*
mino

Universidad de Deusto Biblioteca

*mino iuxta Dei beneficia, & comminatio ad-
uersus fœdifragos.*

CAP. XXIX.

A Exo.19.a. HAec sunt verba fœderis quod præcepit
Dominus Moysi vt feriret cum filijs
Israel in Terra-Moab: præter illud fœ
dus quod cum eis pepigit in Horeb. Vocauit-
que Moyses omnẽ Israel, & dixit ad eos, Vos
vidistis vniuersa quæ fecit Dominus coram
vobis in Terra-Aegypti Pharaoni, & omni-
bus seruis eius, vniuersæque terræ illius, ten-
tationes magnas quas viderunt oculi tui, si-
gna illa portentaque ingentia, & non dedit
vobis Dominus cor intelligens, & oculos vi-
dentes, & aures quæ possint audire vsque in
Supra.8.a. præsentem diem. ||Adduxit vos quadraginta
annis per desertũ: non sunt attrita vestimen-
"tuorum.2. ta vestra, nec calceaméta pedum "vestrorum'
vetustate consumpta sunt. Panem non come
distis, vinum & siceram non bibistis: vt scire-
"ego sum. Supr.3.a. tis quia "ipse est' Dominus Deus vester. ||Et
venistis ad hunc locum: egressusque est Se-
hon rex Hesebon, & Og rex Basan, occurren-
tes nobis ad pugnam. Et percussimus eos, &
tulimus terram eorum, ac tradidimus possi-
B dendam Ruben & Gad, & dimidiæ tribui Ma
nasse. Custodite ergo verba pacti huius, & im
plete ea: vt intelligatis vniuersa quæ facitis.
Vos statis hodie cuncti coram Domino Deo
vestro, principes vestri, & tribus, ac maiores
natu, atque doctores, omnis populus Israel,
"aduena qui tecum moratur.6. liberi & vxores vestræ, & "aduenæ qui tecum
morantur' in castris, exceptis lignorum cæso-
ribus, & his qui comportãt aquas: vt transeas
in fœdere Domini Dei tui, & in iureiurando
quod hodie Dominus Deus tuus percutit te-
cum: vt suscitet te sibi in populum, & ipse sit
Deus tuus sicut locutus est tibi, & sicut iura-
uit patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob.
Nec vobis solis ego hoc fœdus ferio, & hæc
iuramenta confirmo, sed cunctis præsentibus
& absentibus.

Vos enim nostis quomodo habitauerimus
in Terra-Aegypti, & quomodo transierimus
per medium nationum, quas transeuntes vi-
distis, abominationes & sordes, id est idôla
C eorum, lignum & lapidem, argentum & au-
rum quæ colebant. Ne fortè sit inter vos vir
aut mulier, familia aut tribus cuius cor auer-
sum est hodie à Domino Deo nostro: vt va-
dat & seruiat dijs illarum gentium, & sit inter
vos radix germinãs fel & amaritudinẽ. Cum-
que audierit verba iuramenti huius, benedi-
cat sibi in corde suo, dicens, Pax erit mihi, &
ambulabo in prauitate cordis mei: & assumat
ebria sitientem, & Dominus nõ ignoscat ei:
sed tunc quàm maximè furor eius fumet & ze
lus contra hominem illum, & sedeant super
eum omnia maledicta quæ scripta sunt in hoc
volumine: & deleat Dominus nomẽ eius sub
cœlo, & consumat eum in perditionem ex o-
mnibus tribubus Israel, iuxta maledictiones
quæ in libro legis huius ac fœderis continen-
tur. Dicetq; sequens generatio, & filij qui nas
centur deinceps, & peregrini qui de longe ve-
nerint, videntes plagas terræ illius, & infirmi
tates quibus eam afflixerit Dominus sulphu- D
re, & solis ardore comburens, ita vt vltrà non
seratur, nec virens quippiam germinet in ex-
emplũ ||subuersionis Sodomæ & Gomorrhæ,
Adamæ & Seboim, quas subuertit Dominus Gen.19.f. 3.Reg.9.b Iere.22.f
in ira & in furore suo. Et dicent omnes gen-
tes, Quare sic fecit Dominus terræ huic? quæ
est hæc ira furoris eius immensa? Et respon-
debunt, Quia dereliquerunt pactum Domini
quod pepegit cum patribus eorum, quãdo e-
duxit eos de Terra-Aegypti: & seruierũt dijs
alienis, & adorauerunt eos quos nesciebãt, &
quibus non fuerãt attributi: idcirco iratus est
furor Domini contra terram istam, vt indu-
ceret super eam omnia maledicta, quæ in hoc
volumine scripta sunt, & eiecit eos de terra
sua in ira & in furore, & in indignatione ma-
xima, proiecitque in terram alienam sicut ho
die comprobatur. Abscondita, Domino Deo
nostro: quæ manifesta sunt, nobis & filijs no
stris vsque in sempiternum, vt faciamus vni- *verba.6.
uersa *legis huius.

S. *Vera pœnitentia Deum placat: præceptum no-
bis datum non longe à nobis separatur, propo-
nitur bonum & malum: vt vltro bonum eli-
gentes, viuamus, & non pereamus, malo adhæ
rentes.*

CAP. XXX.

CVm ergo venerint super te omnes ser- A Psal.105.d
mones isti, benedictio siue maledictio
quam proposui in conspectu tuo: &
ductus pœnitudine cordis tui in vniuersis gẽ
tibus, in quas disperserit te Dominus Deus
tuus, & reuersus fueris ad eum, & obedieris e-
ius imperijs, sicut ego hodie præcipio tibi, cũ
filijs tuis, in toto corde tuo, & in tota anima
tua: reducet "te Dominus Deus tuus de capti- "Dominus Deus tuus captiuitatem tuam.3.
uitate tua', ac miserebitur tui, & rursum con-
gregabit te de cunctis populis in quos te antè
dispersit. Si ad cardines cœli fueris dissipatus,
inde te retrahet Dominus Deus tuus, ||& assu 2.Mach.1.f.&.2.c.
met, atque introducet in terram quam posse-
derunt patres tui, & obtinebis eam: & benedi
cens tibi maioris numeri te esse faciet, quàm
fuerint patres tui. Circũcidet Dominus De- B
us tuus cor tuũ, & cor seminis tui: vt diligas
Dominum Deum tuum in toto corde tuo, &
in tota anima tua, vt possis viuere. Omnes
autem maledictiones has conuertet super ini-
micos tuos, & eos qui oderunt te, & perse-
quũtur. Tu autem reuertêris, & audies vocem
Domini-

Domini Dei tui: faciesque vniuersa mandata
quæ ego præcipio tibi hodie, & abundare te
faciet Dominus Deus tuus in cunctis operi-
bus manuũ tuarum, in sobole vteri tui, & in
fructu iumentorum tuorum, in hubertate ter
ræ tuæ, & in rerum omnium largitate. Reuer-
tetur enim Dominus, vt gaudeat super te in
omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus
C tuis: si tamen audieris vocẽ Domini Dei tui,
& custodieris præcepta eius & ceremonias,
quæ in hac lege conscripta sunt: & reuertaris
ad Dominum Deum tuũ in toto corde tuo,
Rom.10.b & in tota anima tua. ||Mandatum hoc quod
ego præcipio tibi hodie, non supra te est, ne-
que procul positum, nec in cœlo situm, vt pos
sis dicere, Quis nostrũ valet ad cœlum ascen-
dere, vt deferat illud ad nos, vt audiamus, atq;
opere compleamus? Neq; trans mare positũ:
vt causeris, & dicas, Quis è nobis poterit trãs-
fretare mare, & illud ad nos vsque deferre: vt
possimus audire, & facere quod præceptum
est? Sed iuxta te est sermo valde, in ore tuo &
in corde tuo, vt facias illum. Considera quòd
hodie proposuerim in cõspectu tuo vitam &
bonum, & econtrario mortem & malum: vt
diligas Dominum Deum tuũ, & ambules in
vijs eius, & custodias mãdata illius ac ceremo
nias atque iudicia: & viuas, atque multiplicet
D "ingrediêris. te, benedicatq; tibi in terra ad quam "ingrede
ris' possidendam. Si autem auersum fuerit cor
tuum, & audire nolueris, atq; errore deceptus
adoraueris deos alienos & seruieris eis: prædi-
co tibi hodie quòd pereas, & paruo tempore
morêris in terra ad quam Iordane transmisso
ingredieris possidendã. Testes inuoco hodie
cœlum & terram, quòd proposuerim vobis vi
"mortem.6 tam & "bonum,' benedictionem & maledictio
nem. Elige ergo vitã, vt & tu viuas, & semen
tuum: & diligas Dominum Deum tuum, at-
que obedias voci eius, & illi adhæreas (ipse est
enim vita tua, & longitudo dierum tuorum)
vt habites in terra pro qua iurauit Dominus
patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob, vt da-
ret eam illis.

S. *Moyses Iosûe sibi sufficit in ducem, Deutero-
nomium scribi iubet & in arca seruari.*

CAP. XXXI.

A ABijt itaque Moyses, & locutus est o-
mnia verba hæc ad vniuersum Israel,
& dixit ad eos, Centum viginti anno
rum sum hodie, non possum vltrà egredi &
ingredi, præsertim cum & Dominus dixerit
Supr.3.d. Num.27.e mihi, ||Nõ transibis Iordanem istũ. Dominus
ergo Deus tuus transibit ante te, ipse delebit
omnes gentes has in cõspectu tuo, & posside-
bis eas: & Iosûe iste transibit ante te, sicut lo-
cutus est Dominus. Facietque Dominus eis
Num.21.e ||sicut fecit Sehon & Og regibus Amorrhæo-
rum, & terræ eorum, "delebitq; eos. Cum er- "deleuitque.3.
go & hos tradiderit vobis, similiter facietis eis
sicut præcepi vobis. ||Viriliter agite, & confor Supra.7.a.
tamini: nolite timere, nec paueatis ad conspe
ctum eorum: quia Dominus Deus tuus ipse B
est ductor tuus, & non dimittet, nec derelin-
quet te. Vocauitque Moyses Iosûe, & dixit ei
coram omni Israel. Confortare, & esto robu-
stus: tu enim introduces populũ istum in ter
ram quam daturum se patribus eorum iurauit
Dominus, & tu eam sorte diuides. Et Domi-
nus qui ductor est vester, ipse erit tecum: non
dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec
paueas. Scripsit itaque Moyses legem hanc, &
tradidit eam sacerdotibus filijs Leui, qui por-
tabant arcam fœderis Domini, & cunctis se-
nioribus Israel. Præcepitque eis, dicens, Post C
septem annos anno remissionis, in solennita
te tabernaculorum, conuenientibus cunctis
ex Israel, vt appareant in conspectu Domini
Dei tui in loco quem elegerit Dominus: le-
ges verba legis huius coram omni Israel, audi-
entibus eis, & in vnum omni populo congre
gato, tam viris quàm mulieribus, paruulis &
& aduenis qui sunt intra portas tuas: vt audi-
entes discant, & timeant Dominum Deũ ve-
strũ, & custodiant: impleantq; omnes sermo-
nes legis huius. filij quoque eorum qui nunc
ignorant: vt audire possint, & timeant Domi
num Deum "suum' cunctis diebus quibus ver "vestrum.7
santur in terra ad quã vos Iordane transmis-
so pergitis obtinendam. Et ait Dominus ad
Moysen. Ecce propè sunt dies mortis tuæ: vo
ca Iosûe, & state in tabernaculo testimonij, vt
præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Io- D
sûe, & steterũt in tabernaculo testimonij: ap
paruitq; Dominus ibi in columna nubis, quæ
stetit in introitu tabernaculi. Dixitque Do-
minus ad Moysen, Ecce tu dormies cum patri
bus tuis, & populus iste cõsurgens fornicabi-
tur post deos alienos in terra ad quam ingre-
ditur vt habitet in ea: ibi derelinquet me, & ir
ritum faciet fœdus quod pepigi cum eo. Et i-
rascetur furor meus contra eum in die illo: &
derelinquam eum, & abscondam faciem me-
am ab eo, & erit in deuorationem: inuenient
eum omnia mala & afflictiones: ita vt dicat
in illo die, Verè quia non est Deus mecum, in E
uenerunt me hæc mala. Ego autẽ abscondam,
& celabo faciem meam in die illo propter o-
mnia mala quæ fecit, quia secutus est deos a-
lienos. Nunc itaque scribite vobis canticum
istud, & docete filios Israel: vt memoriter te-
neant, & ore decantent, & sit mihi carmen i-
stud pro testimonio inter filios Israel. Intro-
ducam enim eum in terram pro qua iuraui pa
tribus eius, lacte & melle manantem. Cum-
que comederint: & saturati, crassique fuerint,
auerten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

auertẽtur ad deos alienos, & seruient eis: detrahentq́e mihi, & irritum facient pactum meum. Postquam inuenerint eum mala multa & afflictiones, respondebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit oblitio ex ore seminis "tui'. Scio enim cogitationes eius, quæ facturus sit, hodie antequam introducam eum in terram quam ei pollicitus sum. Scripsit ergo Moyses cãticum, & docuit filios Israel. Præcepitq́ue Dominus' Iosuè filio Nun, & ait, Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in terrã quam pollicitus sum, & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atq; compleuit, præcepit Leuitis qui portabant arcam fœderis Domini, dicẽs, Tollite librum istum, & ponite eum in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio contentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra Dominũ: quanto magis cum mortuus fuero? Cõgregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo contra eos cœlum & terram. Noui enim quòd post mortem meã iniquè agetis, & declinabitis cito de via quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eũ per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu Israel verba carminis huius, & ad finem vsq; compleuit.

S. Canticum Moysi quo Dei refert beneficia, populiq; ingratitudinem sæpius à Domino castigatam: iubetur Moyses montem Abarim ascendere vt promissam terram contempletur.

CAP. XXXII.

A AVdite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei,
Concrescat in pluuiã doctrina mea, fluat vt ros eloquium meum, quasi imber super herbã, & quasi stillæ super gramina:
Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiam Deo nostro.
Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia: Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus.
Peccauerunt ei & 'non filij eius in sordibus, generatio praua atque peruersa.
Hæccine reddis Domino populestulte & insipiens? nunquid non ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te?
Memẽto dierũ antiquorum, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.
B Quando diuidebat Altissimus gentes: quãdo separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel.
Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius.
Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis: circunduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.
Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas: & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis.
Dominus solus dux eius fuit: & nõ erat cum eo Deus alienus.
Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum, "vt' surgeret mel de petra, oleumq́ue de saxo durissimo:
Butyrum de armento, & lac de ouibus cũ adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, & sanguinem vuæ biberet meracissimum.
Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo.
Prouocauerunt eũ in dijs alienis, & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerũt dæmonijs & nõ Deo, dijs quos ignorabant: noui recentesq́ue venerunt, quos non coluerunt patres eorum.
Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui.
Vidit Dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eũ filij sui & filiæ.
Et ait, Abscondã faciem meam ab eis, & considerabo nouissima eorũ: generatio enim peruersa est, & infideles filij.
Ipsi me prouocauerũt in eo qui non erat Deus, & irritauerunt in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui nõ est populus, & in gente stulta irritabo illos. Rom.10.d. Iere.15.d.
Ignis succensus est in furore meo, & ardebit vsque ad inferni nouissima: deuorabitq́ue terram cum germine suo, & montium fundamenta comburet.
Congregabo super eos mala, & sagittas meas complebo in eis.
Consumentur fame, & deuorabunt eos aues D morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atque serpentium.
Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentem cum homine sene.
Et dixi, Vbinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorum distuli: ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent,

Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia.
Gens absque consilio est, & sine prudentia.
Vtinam saperent, & intelligerent, ac nouissima prouiderent.
Quõ "persequebatur' vnus mille, & duo fugarẽt decẽ millia? nónne ideo, quia Deus suus vẽdidit eos, & Dominus cõclusit illos?
Non enim est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices.
E De vinea Sodomorum, vinea eorũ, & de suburbanis Gomorrhæ vua eorum vua fellis, & botri amarissimi'.
Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.
Nónne hæc condita sunt apud me, & signata in thesauris meis?
Mea est vltio, & ego retribuam eis' in tẽpore, vt labatur pes eorũ: iuxtà est dies perditionis, & addesse festinant tempora.
Iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur: videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoque defecerunt, residuiq́ue consumpti sunt.
Et "dicet' Vbi sunt dij eorum, in quibus habebant fiduciam?
De quorũ victimis comedebãt adipes, & bibebant vinũ libaminum: surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant.
F Videte quòd ego sim solus, & non sit alius Deus præter me: ego occidam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & nõ est qui de manu mea possit eruere.
Leuabo ad cœlum manum meam, & dicam, Viuo ego in æternum.
Si acuero vt fulgur gladiũ meũ, & arripuerit iudiciũ manus mea: reddam vltionẽ hostibus meis, & his qui oderunt me retribuã.
Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorũ, & de captiuitate, nudati inimicorũ capitis.
Laudate gentes populum eius, quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorum, & propitius erit terræ populi sui.
Venit ergo Moyses, & locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosue filius Nun. Compleuitq́ue omnes sermones istos, loquens ad vniuersum Israel: & dixit ad eos. Ponite corda vestra in omnia verba quæ ego testificor vobis hodie: vt mãdetis ea filijs vestris custodire & facere, & implere vniuersa quæ scripta sunt legis huius: quia non incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerent: quæ facientes longo perseuere tis tempore in terra ad quam Iordane transmisso "ingredimini' possidendam. Locutusq; est Dominus ad Moysen in eadem die, dicẽs,

Ascende in mõtem istum Abarim, id est transituum, in montẽ Nebo, qui est in terra Moab contra Iericho: & vide Terram-Chanaan, quam ego tradam filijs Israel obtinendam, & morẽre in monte. Quem conscendens iungẽris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis: quia præuaricati estis cõtra me in medio filiorũ Israel ad Aquas-cõtradictionis in Cades deserti Sin: & non sanctificastis me inter filios Israel. E contra videbis terrã, & non ingrediẽris in eam quam ego dabo filijs Israel. Num. 20. d.33.e. Num. 20. a.27.c.

S. Benedicit Moyses moriturus duodecim tribubus Israël.

CAP. XXXIII.

HAec est benedictio qua benedixit A Moyses homo Dei filijs Israel ante mortem suam. Et ait, Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sanctorũ millia. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt: & qui appropinquant pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem multitudinis Iacob. Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel. Sapi.3.b.

Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero.

Hæc est Iudæ benedictio, Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit.

Leui quoque ait, Perfectio tua, & doctri- B na tua viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas-contradictionis. Qui dixit patri suo, & matri suæ, Nescio vos, & fratribus suis. Ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt. Iudicia tua ô Iacob, & legem tuam ô Israel: ponent thymiama in furore tuo: & holocaustum super altare tuum. Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non consurgant.

Et Ben-iamin ait, Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet.

Ioseph quoque ait, De benedictione Do- C mini terra eius, de pomis cœli, & rore, atque abysso subiacente. De pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum, & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat super caput Ioseph, & super verticem nazaræi inter fratres suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo Exod.3.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius, cornua rhinocerôtis cornua illius: in ipsis ventilabit Gentes vsq; ad terminos terræ. hæ sunt multitudines Ephraim, & hæc millia Manasse.

Et Zabûlon ait, Lætare Zabûlon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarũ.

Et Gad ait, Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cepitq́ue brachium & verticem. Et vidit principatũ suum, quòd in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cũ principibus populi: & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israel.

D Dan quoque ait, Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan.

Et Nephthali dixit. Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare & meridiem possidebit.

Aser quoque ait, Benedictus in filijs Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. Ferrum & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua.

Deu.4. Non est ▷Deus' alius vt Deus rectissimi: ascensor cœli auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes: habitaculũ eius sursum, & subter brachia sempiterna: eijciet à facie tua inimicum, dicetq́ue, "Conterere'. ‖Habitabit Israel confidenter & solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini, cœliq́ue caligabunt rore. Beatus es tu Israel. quis similis tui populo, qui saluaris in Domino? scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuæ. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

"Contere. 2. Iere. 33. b.

S. *Contemplata terra moritur Moyses, & occultè à Deo sepultus fletur à populo, illiq́; Iosue*

Deuteronomium.

substituitur: commendatur propheta Moyses à Dei familiaritate, & factis per ipsum signis.

CAP. XXXIIII.

A Ascendit ergo Moyses de campestribus Moab super montem Nebo, in verticem Phasga contra Iericho: ‖ostenditq́ue ei Dominus omnem terram Galaad vsq; Dan, & vniuersum Nephthali, terramq́ue Ephraim & Manasse, & omnem terram * vsque ad mare nouissimum, & australem partem, & latitudinẽ campi Iericho ciuitatis palmarum vsque Segor. Dixitq́; Dominus ad eum. Hæc B est terra, pro qua iuraui Abraham, Isaac, & Iacob, dicens, ‖Semini tuo dabo eã. Vidisti eam oculis tuis, & nõ transibis ad illam. Mortuusq́ue est ibi Moyses seruus Domini in terra Moab, iubente Domino: & sepeliuit eum in vallæ terræ Moab contra Phogor: ‖& non cognouit homo sepulchrũ eius vsq; in præsentem diẽ. Moyses centum & viginti annorum erat quando mortuus est: nõ caligauit oculus C eius, nec dentes illius moti sunt. Fleueruntq́; eum filij Israel in campestribus Moab triginta diebus: & completi sunt dies planctus lugentium Moysen. Iosue verò filius Nun repletus est Spiritu sapientiæ, quia Moyses posuit super eum manus suas. Et obedierunt ei filij Israel, feceruntq́ue sicut præcepit Dominus Moysi. Et non surrexit vltrà propheta in D Israel sicut Moyses, quem nosset Dominus facie ad faciem in omnibus signis atque portentis, quæ misit per eum, vt faceret in Terra-Aegypti Pharaoni, & omnibus seruis eius, vniuersæq́ue terræ illius, & cunctam manum robustam, magnaq́; mirabilia, quæ fecit Moyses coram vniuerso Israel.

2. Mac. 2. Supra. 3.

* Iudic. 1.

Hyeroni-

Hieronymi in Iosue

Præfatio.

TANDEM finito Pentateucho Moysi, velut grandi fœnore liberati, ad Iesum filium Naue manum mittimus: quem Hebræi, IEHOSVA BEN NVN, id est, Iosue filium Nun, vocant: & ad Iudicum librum, quem SOPHETIM appellant: ad Ruth quoque & Esther, quos eisdem nominibus efferunt. Monemusque lectorem vt syluam Hebraicorum nominum, & distinctiones per membra diuisas, diligens scriptor conseruet: ne & noster labor, & illius studium pereat. Et vt in primis, quod sæpe testatus sum, sciat me non in reprehensionem veterum noua cudere, sicut inimici mei criminantur: sed pro virili parte offerre linguæ meæ hominibus, quos tamen nostra delectant, vt pro Græcorum ἐξαπλοῖς quæ & sumptu & labore maximo indigent, ꝙditionem nostram habeant. Et sicubi in antiquorum voluminum lectione dubitarint: hęc illis consulentes inueniant quod requiruut: maximè cum apud Latinos tot sint exemplaria, quot codices: & vnusquisque pro arbitrio suo vel addiderit vel subtraxerit quod ei visum est: & vtique non possit verum esse quod dissonat. Vnde cesset arcuato vulnere cõtra nos insurgere scorpius, & sanctum opus venenata carpere lingua desistat: vel suscipiens, si placet: vel contemnens, si displicet: nemineritque illorum versuum, Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrẽ tuũ loquebaris: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum: hęc feci, & tacui. Existimasti inique quòd ero tui similis? arguã te, & statuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis vel legentis vtilitas est, nos laborando sudare, & alios detrahendo laborare: dolere Iudæos quòd calumniandi eis & irridendi Christianos sit ablata occasio, & ecclesiæ homines id despicere, imò lacerare vnde aduersarij torqueantur? Quòd si vetus eis tantum interpretatio placet, quę & mihi non displicet, & nihil extra recipiendum putant: cur ea quę sub asteriscis & obelis vel addita sunt vel amputata, legunt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis translationem, ecclesiæ susceperunt? Cur Origenem mirantur, & Eusebium Pamphili, cunctas æditiones similiter disserentes? Aut quæ fuit stultitia, postquam vera diexrint, proferre quæ falsa sunt? Vnde autem in nouo testamento probare poterunt assumpta testimonia quæ in libris veteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere videamur. Cæterum post sanctæ Paulæ dormitionem, cuius vita virtutis exemplum est: & hos libros quos Eustochio virgini CHRISTI negare non potui: decreuimus dum spiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere: & omissum iam diu opus: quasi quodam postliminio, repetere: præsertim cum & admirabilis, sanctissque vir Pammachius, hoc idem literis flagitet: & nos ad patriam festinantes mortiferos sirenarum cantus surda debeamus aure transire.

Argumentum in librum Iosue.

IESVS filius Naue, typum Domini non solum in gestis, verumetiam in nomine gerens, transit Iordanem, hostium regna subuertit, diuidit terram victori populo: & per singulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia ecclesiæ, cœlestisque Ierusalem spiritalia regna describit.

Liber Iosue, Hebraicè Iehosua.

S. *Confortatus Iosue à Domino monet populum vt se ad Iordanis transitum præparent, tribus autem Ruben Gad & dimidiam Manasse vt fratres ad promissam terram deducant.*

CAP. I.

A ET Factum est post mortem Moysi serui Domini, vt loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun, ministrum Moysi, & diceret ei, Moyses seruus meus mortuus est: surge, & transi Iordanem istum tu & omnis populus tecum, in terram quam ego dabo filijs Israel. ‖Omnem locum quem calcauerit vestigium pedis vestri, vobis tradam, sicut locutus sum Moysi. A deserto & Libano vsque ad fluuium magnum Euphraten, omnis terra Hethæorum vsque ad mare magnum contra solis occasum erit terminus vester. Nullus poterit vobis resistere cunctis diebus vitæ tuæ: sicut fui cum Moyse, ita ero tecum: ‖non dimittam, nec derelinquam te. B Confortare & esto robustus: tu enim sorte diuides populo huic terram pro qua iuraui patribus "tuis" vt traderem eam illis. Confortare igitur, & esto robustus valde: vt custodias, & facias omnem legẽ quam præcepit tibi Moyses seruus meus: ne declines ab ea ad dexteram vel ad sinistram, vt intelligas cũcta quæ agis. Non recedat volumen legis huius ab ore tuo: sed meditaberis in eo diebus ac noctibus, vt custodias & facias omnia quæ scripta sunt in eo: tunc diriges viã tuã, & intelliges eam. Ecce præcipio tibi, confortare, & esto robustus. Noli metuere, & noli timere: quoniam tecum est Dominus Deus tuus in omnibus ad quæcunq́; perrexeris. Præcepitq́; Iosue princi- C pibus populi, dicens, Transite per medium castrorum, & imperate populo, ac dicite, Præparate vobis cibaria: quoniam post diem tertium transibitis Iordanem, & intrabitis ad possidendam terram quam Dominus Deus vester daturus est vobis. Rubenitis quoque, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse ait, Mementote sermonis ‖quem præcepit vobis Moyses famulus Domini, dicens, Dominus

Deu. 11. c.

Heb. 13. a.

"Iuit. 2.

Num. 32. d

Deus

Universidad de Deusto Biblioteca

D Deus vester dedit vobis requiem, & omnem terram. Vxores vestræ, & filij, ac iumenta manebunt in terra quam tradidit vobis Moyses trans Iordanem: vos autem transite armati ante fratres vestros, omnes fortes manu, & pugnate pro eis, donec det Dominus, requiem fratribus vestris sicut & vobis dedit, & possideant ipsi quoque terram quam Dominus Deus vester daturus est eis. & sic "reuertimini' in terram possessionis vestræ, & habitabitis in ea quã vobis dedit Moyses famulus Domini trans Iordanem contra solis ortum. Responderuntque ad Iosûe, atque dixerunt, Omnia quæ præcepisti nobis, faciemus: & quocunque miseris, ibimus. Sicut obediuimus in cunctis Moysi, ita obediemus & tibi: tantum sit Domins Deus tuus tecum, sicut fuit cum Moyse. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos præceperis ei, moriatur. tu tantum confortare, & viriliter age.

"reuertemini.1.

S. *Missi exploratores in vrbem Iericho, à Rahab meretrice, promissa illi misericordia, à morte liberantur.*

CAP. II.

A MIsit igitur Iosûe filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito: & dixit eis, Ite, & considerate terram, vrbemque Iericho. ||Qui pergentes ingressi sunt domum mulieris meretricis, nomine Rahab, & quieuerunt apud eam. Nuntiatumque est regi Iericho, & dictum, Ecce viri ingressi sunt huc per noctem de filijs Israel, vt explorarent terram. Misitque rex Iericho ad Rahab dicens, Educ viros qui venerunt ad te, & ingressi sunt domum tuam: exploratores quippe sunt, & omnem terram considerare venerunt. Tollensque mulier viros, abscondit, & ait, Fateor venerunt ad me, sed nesciebam vnde essent. cumque porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quò abierunt: persequimini cito, & comprehendetis eos. Ipsa autem fecit ascendere viros in solarium domus suæ, operuitque eos stipula lini, quæ ibi erat. B Hi autem qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad "vadum' Iordanis: illisque egressis statim porta clausa est. Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascẽdit ad eos, & ait, Noui quòd Dominus tradiderit vobis terram*: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas Maris-rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Aegypto: ||& quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus qui erant trãs Iordanem, Sehon & Og, quos interfecistis. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitum vestrum: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cœlo sursum, & in terra deorsum. Nunc ergo iurate mi C hi per Dominum, vt quomodo ego misericordiam feci vobiscum, ita & vos faciatis cũ domo patris mei: detisque mihi verum signum: "vt' saluetis patrem meũ & matrem, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte. Qui responderunt ei, Anima nostra sit pro vobis in mortem: si tamen non prodideris nos. cumq; tradiderit nobis Dominus terram: faciemus in te misericordiam & veritatem. Demisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim eius hærebat muro. Dixitque ad eos, Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes: ibique latitate tribus diebus donec redeant, & sic ibitis per viam vestram. Qui dixerunt ad eam, Innoxij erimus à iuramento hoc quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum* fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam dimisisti nos: & patrem tuum ac matrem, fratresq;, & omnem cognationem tuam congregaueris in domum tuam. Qui ostium domus tuæ D egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus "alieni'. Cunctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quòd si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento quo adiurasti nos. Et illa respondit, Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittensque eos vt pergerent, appendit funiculũ coccineum in fenestra. Illi verò ambulantes peruenerunt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterẽtur qui fuerãt persecuti: quærentes enim per omnem viam, non repererunt eos. Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte: & transmisso Iordane venerunt ad Iosûe filiũ Nun, narraueruntque ei omnia quæ acciderant sibi, atque dixerunt, Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

Iacob. 2.d. Hebr. 11.f. "vada.1. *istam.5. Num. 21.c. "&.5. *non.4. "innoxij.6.

S. *Siccatum Dei miraculo Iordanem populus transit.*

CAP. III.

A IGitur Iosûe de nocte consurgens mouit castra: egredientesque de Setim, venerũt ad Iordanem ipse, & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies. Quibus euolutis trãsierunt præcones per castrorum medium, & clamare cœperũt, Quando videritis arcam fœderis Domini Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portantes eam, vos quoque consurgite, & sequimini præcedentes: sitque inter vos & arcam spatium cubitorum duûm millium: vt procul videre possitis, & nosse per quam viam ingrediamini, quia prius non ambulastis per eam. cauete ne appropinquetis ad arcam. Dixitq; Iosûe ad populum, Sanctificamini: cras enim faciet Dominus inter vos mirabilia. Et ait ad sacerdotes, Tollite arcam fœderis, & præcedite populum. Qui iussa complentes, tulerunt, & ambulauerunt ante eos. Dixitq; Dominus ad Iosûe, Hodie incipiam ex altare te coram omni Israel: vt sciant quòd sicut cum Moyse fui, ita & tecum sim. Tu autem præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis, & dic eis, Cùm ingressi fueritis partem aquæ Iordanis, state in ea. Dixitq; Iosûe ad filios Israel, Accedite huc, & audite "verbũ' Domini Dei vestri. Et rursum, C In hoc, inquit, scietis quòd Dominus Deus viuens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananæum & Hethæum, Heuæum & Pherezæum, Gergesæum quoq; & Iebusæum, & Amorrhæum. Ecce arca fœderis Domini omnis terræ antecedet vos per Iordanem. Parate duodecim viros de * tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Et cùm posuerint vestigia pedum suorũ sacerdotes qui portant arcam * Domini Dei vniuersæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atq; deficient: quæ autem désuper veniunt, ||in vna mole cõsistent. Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt trãsiret Iordanem, & sacerdotes qui portabant arcam fœderis pergebãt ante eum. Ingressisq; eis Ior D danem, & pedibus eorũ in parte aquæ tinctis (||Iordanis autem, ripas aluei sui tẽpore messis impleuerat) steterũt aquæ descendentes in loco vno, & ad instar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe quæ vocatur "Edom' vsq; ad "locum' Sarthan. quæ autem inferiores erant, in Mare-solitudinis (quod nunc vocatur mortuum) descenderunt, vsquequo omnino deficerẽt. Populus autem incedebat contra "Iordanem': & sacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisque populus per arentem alueum transibat.

"verba.6. *duodecim. *fœderis. Psal. 113.a. Actuũ. 7.f. Eccl. 24.c. "Adam.12. "latus.1. "Iericho.1.

S. *Duodecim lapides de Iordane siccato ad posterorum memoriam colliguntur, alijq; duodecim in ipso Iordanis alueo statuuntur.*

CAP. IIII.

A QVibus transgressis dixit Dominus ad Iosûe, Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, & præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotum, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum vbi fixeritis hac nocte tentoria. Vocauitq; Iosûe duodecim viros, quos elegerat de filijs Israel singulos de singulis tribubus, & ait ad eos, Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Iordanis medium, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerũ filiorum Israel, vt sit signũ inter vos. Et quando interrogauerint vos filij vestri cras, dicentes, Quid sibi volunt isti lapides? respondebitis eis, Defecerunt aquæ Iordanis ante arcam fœderis Domini, cùm transiret eum: idcirco positi sunt lapides isti in monimentum filiorum Israel, vsque in æternum. Fecerunt ergo B filij Israel sicut præcepit eis Iosûe, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperârat, iuxta numerum filiorũ Israel, vsque ad locum in quo castrametati sunt, ibique posuerunt eos. Alios quoque duodecim lapides posuit Iosûe in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabant arcam fœderis ▷Domini'& sunt ibi vsque in præsentem diẽ. Sacerdotes autem qui portabant arcam stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ Iosûe, vt loqueretur ad populum, præceperat Dominus, "&' dixerat ei Moyses. Festinauitq; populus, & transijt. Cumq; transissent omnes, trã C siuit & arca Domini, sacerdotes quoque pergebant ante populum. Filij quoque Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant fratres suos filios Israel sicut eis præceperat Moyses: & quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos, incedebant per plana atque campestria vrbis Iericho. In die illo magnificauit Dominus Iosûe coram omni Israel, vt timerent eũ, sicut timuerãt Moysen dum adhuc viueret. Dixitq; ad eum, Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis vt ascendant de Iordane. Qui præcepit eis, dicens, Ascendite de Iordane. Cumq; ascendissent portantes arcam fœderis Domini, & siccam humum calcare cœpissent, reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebant sicut antè consueuerãt. Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra orientalem plagam vrbis Iericho. Duodecim quoq; lapides, quos de Iordanis alueo sumpserãt, posuit Iosûe in Galgalis, & dixit ad filios Israel, Quãdo interrogauerint filij vestri cras patres suos, & dixerint eis, Quid sibi volunt lapides isti? docebitis eos, atque dicetis, Per arentẽ alueum transiuit Israel Iordanem istum, siccante Domino Deo "nostro aquas eius in conspectu nostro', donec "transiretis: ||sicut fecerat prius in Mari-rubro, quod siccauit donec trãsiremus: vt discant omnes terrarũ populi fortissimam Domini manum, vt & vos timeatis Dominum Deum vestrum omni tempore.

▷.5. "vt.1. Num. 32.d. "vestro aquas eius in conspectu vestro.4. "transiremus.10. Exod. 14.e.

S. *Terrentur Chananæi, circuncisio fit in Galgalis, & Phase celebratur, deficit manna vbi de*

fructibus terræ edunt, & angelus Domini Ioſûe apparet.

CAP. V.

A POſtquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabãt trans Iordanem ad occidentalẽ plagam, & cuncti reges Chanáan, qui propinqua poſsidebant magni maris loca, quòd ſiccaſſet Dominus fluéta Iordanis coram filijs Iſrael donec tranſirent, diſſolutum eſt cor eorum, & nõ remanſit in eis ſpiritus, timentiũ introitum filiorum Iſrael. Eo tempore ait Dominus ad Ioſûe, Fac tibi cultros lapideos, & circuncide ſecundò filios Iſrael. Fecit quoque quod iuſſerat Dominus, & circuncidit filios Iſrael in Colle præputiorum. Hæc autem cauſa eſt ſecundæ
B circunciſionis, Omnis populus qui egreſſus eſt de Aegypto generis maſculini, vniuerſi bellatores viri, mortui ſunt in deſerto per lõgiſsimos viæ circuitus, qui omnes circunciſi erant. Populus autem qui natus eſt in deſerto, per quadraginta annos itineris latiſsimæ ſolitudinis incircõciſus fuit: donec conſumerentur qui nõ audierant vocẽ Domini, & quibus
ᵃvt non.2.c ante iurauerat ᵃvt' oſtenderet eis terram lacte & melle manantem. Horũ filij in locum ſucceſſerunt patrum, & circunciſi ſunt à Ioſûe: quia ſicut nati fuerant, in præputio erant, nec
C eos in via aliquis circunciderat. Poſtquam autem omnes circunciſi ſunt, manſerunt in eodem caſtrorũ loco, donec ſanarentur. Dixitq; Dominus ad Ioſûe, Hodie abſtuli opprobrium Aegypti à vobis. Vocatumq; eſt nomẽ loci illius Galgala, vſque in præſentem diem.

Manſeruntq́ue filij Iſrael in Galgalis, & fecerunt Phaſe quartadecima die menſis ad veſperum in campeſtribus Iericho: & comederunt de frugibus terræ die altero, azymos panes, & polentam eiuſdem anni. Defecitq́ue manna poſtquam comederunt de frugibus terræ, nec vſi ſunt vltrà cibo illo filij Iſrael, ſed comederunt de frugibus præſentis anni terræ Chanáan.

D Cùm autem eſſet Ioſûe in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum ſtantem contra ſe, euaginatum tenẽtem gladium, perrexitq́ue ad eum, & ait, Noſter es, an aduerſariorum? Qui reſpondit, Nequaquam, ſed ſum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Cecidit Ioſûe pronus in terram. Et adorans ait, Quid Dominus meus loquitur ad ſeruum
Exod.3.b. ſuum? ‖Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo ſtas, ſanctus eſt. Fecitq́ue Ioſûe vt ſibi fuerat imperatum.

S. *Poſt varios ſeptem dierum circuitus, Iericho capta funditus deletur, ſeruata Rahab cum ſuis, reædificatori vrbis maledicitur.*

CAP. VI.

IEricho autem clauſa erat atque munita, A timore filiorum Iſrael, & nullus egredi audebat aut ingredi. Dixitq́ue Dominus ad Ioſûe, Ecce dedi in ᵃmanus tuas' Iericho, & ᵃmanu tua.3. regem eius, omneſq́ue fortes viros. Circuite vrbem cuncti bellatores ſemel per diem: ſic facietis ſex diebus. Septimo autem die ſacerdotes tollent ſeptem buccinas, quarum vſus eſt in iubileo, & præcedẽt arcam fœderis: ſeptieſq́ue circuibitis ciuitatem, & ſacerdotes clangent buccinis. Cùmq́ue inſonuerit vox tubæ longior atque conciſior, & in auribus veſtris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredienturq́ue ſinguli per locum contra quem ſteterint. Vocauit ergo Ioſûe filius Nun ſacerdotes, & dixit ad eos, Tollite arcam fœderis: & ſeptem alij ſacerdotes tollant ſeptem iubileorum buccinas, & incedant ante arcam Domini. Ad populum B
quoque ait, Ite, & circuite ciuitatem, armati præcedentes arcã Domini. Cùmq; Ioſûe verba finiſſet, & ſeptem ſacerdotes ſeptem buccinis clangerent ante arcam fœderis Domini, omniſq́ue præcederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam ſequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. Præceperat autẽ Ioſûe populo, dicens, Non clamabitis, nec audietur vox veſtra, neque vllus ſermo ex ore veſtro egredietur: donec veniat dies in quo dicã vobis, Clamate & vociferamini. Cricuiuit ergo arca Domini ciuitatẽ ſemel per diem, & reuerſa in caſtra, manſit ibi. Igitur Ioſûe de nocte conſurgente, tulerunt ſacerdotes arcam Domini, & ſeptem ex eis ſeptẽ buccinas, quarum in iubleo vſus eſt: præcedebantq; arcam Domini ambulantes atque clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquum ſequebatur arcam, & buccinis perſonabat. Circuieruntq́ue ciuitatem ſecundo die ſemel, & reuerſi ſunt in caſtra. Sic fecerũt ſex diebus. Die autem ſeptimo diluculo conſurgentes, circuierũt vrbem, ſicut diſpoſitum erat ſepties. Cùmq́ue ſeptimo circuitu clange C
rent buccinis ſacerdotes, dixit Ioſûe ad omnem Iſrael, Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatem: ſitq; ciuitas hæc anáthema: & omnia quæ in ea ſunt, Domino. ſola Rahab meretrix viuat cum vniuerſis qui cum Supra.2.a.
ea in domo ſunt: ‖abſcõdit enim nũtios quos Heb.11.f.
direximus. Vos autem cauete ne de his quæ præcepta ſunt quippiam contingatis, & ſitis præuaricationis rei, & omnia caſtra Iſrael ſub peccato ſint atque turbentur. Quicquid autem auri, aut argenti fuerit, & vaſorum æneorum ac ferri, Domino cõſecretur, repoſitum in theſauris eius. Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, poſtquam in aures

aures multitudinis vox ſonitusq; increpuit, muri ilico corruerunt: & aſcendit vnuſquiſq;
2.Mac.12.c per locum qui contra ſe erat: ‖ceperuntq; ciuitatem, & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vſque ad mulierem, ab infante vſque ad ſenem. Boues quoque & oues, & aſinos in
D ore gladij percuſſerunt. Duobus autem viris,
Supr.2.c. Hebr.11.f. ‖qui exploratores miſsi fuerant, dixit Ioſûe, Ingredimini domum mulieris meretricis, &
Hebr.11.f. producite eam, & omnia quæ illius ſunt, ſicut illi iuramento firmaſtis. ‖Ingreſsiq; iuuenes, eduxerunt Rahab, & parentes eius, fratres quoque, & cunctam ſpellectilem ac cognationẽ illius, & extra caſtra Iſrael manere fe-
ᵃfuerunt.3. cerunt. Vrbem autem, & omnia quæ ᵃinuenta ſunt' in ea, ſuccenderunt: abſque auro & argento, & vaſis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini conſecrarunt. Rahab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Ioſûe viuere, & habitauerunt in medio Iſrael vſque in præſentem diem: eo quòd abſconderit nũtios quos miſerat vt explorarent Iericho. In tempore illo impreca-
3.Re.16.g tus eſt Ioſûe, dicens, ‖Maledictus vir coram Domino, qui ſuſcitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito ſuo fundamẽta illius iaciat, & in nouiſsimo liberorum ponat portas eis. Fuit ergo Dominus cum Ioſûe, & nomen eius vulgatum eſt in omni terra.

S *Explorata Hai cedit populus Iſrael hoſtibus propter furtum de anathemate Iericho, quapropter poſt Ioſûe lamentationem, miſſa ſorte Achan lipidatur iuſſu Domini.*

CAP. VII.

Infra.22.d A FIlij autem Iſrael præuaricati ſunt mandatum, & vſurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate: iratusq́ue eſt Dominus contra filios Iſrael. Cumq́ue mitteret Ioſûe de Iericho viros contra Hai, quæ eſt iuxta Beth-auen, ad orientalem plagam oppidi Beth-el, dixit eis, Aſcendite, & explorate terram. Qui præcepta complentes explorauerunt Hai. Et reuerſi dixerunt ei, Non aſcendat omnis populus, ſed duo vel tria milla virorum pergant, & deleant ciuitatem: quare omnis populus fruſtra vexabitur contra hoſtes paucisſimos? Aſcenderũt ergo tria millia pugnatorum. Qui ſtatim terga vertentes, percuſsi ſunt à viris vrbis Hai, & corruerũt ex eis triginta & ſex homines: perſecutiq́ue ſunt eos aduerſarij de porta vſque ad Sabarim, & ceciderunt per prona fugientes: pertimuitq́ue cor populi, & adinſtar aquæ liquefactum eſt. Ioſûe verò ſcidit veſtimenta ſua, & pronus cêcidit in terram coram arca Domini vſque ad veſperam, tam ipſe quàm omnes ſenes Iſrael: miſeruntq́ue puluerẽ ſuper capita ſua, & dixit Ioſûe, Heu B
Domine Deus, quid voluiſti traducere populum iſtum Iordanẽ fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinam vt cœpimus, manſiſſemus trans Iordanẽ. Mi Domine Deus, quid dicam, videns Iſraelem hoſtibus ſuis terga vertentem? Audient Chananæi, & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati circúndabunt nos, atque delebũt nomen noſtrum de terra: & quid facies magno nomini tuo? Dixitq́ue Dominus ad Ioſûe, Surge, cur iaces pronus in terra: Peccauit Iſrael, & præuaricatus eſt pactum meum: tuleruntq́ue de anathemate, & furati ſunt atque mentiti, & abſconderunt inter vaſa ſua. Nec poterit Iſrael ſtare ante hoſtes ſuos, eoſq́ue fugiet: quia pollutus eſt anathemate. nõ ero vltrà vobiſcum, donec conteratis eũ qui huius ſceleris reus eſt. Surge, ſanctifica populum, & dic eis, Sanctificamini in craſtinum: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael. Anáthema in medio tui eſt Iſrael: nõ poteris ſtare coram hoſtibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus eſt ſcelere. Accedetiſq́ue C
mane ſinguli per tribus veſtras: & quamcunque tribum ſors inuenerit, accedet per cognationes ſuas, & cognatio per domos, domuſq; per viros. Et quicunque ille ᵃin' hoc facinore ᵃeſt qui.4.
fuerit deprehenſus, comburet igni cum omni ſubſtantia ſua: quoniam præuaricatus eſt pactum Domini, & fecit nephas in Iſrael. Surgens itaque Ioſûe mane, applicuit Iſrael per tribus ſuas, & inuenta eſt tribus Iuda. Quæ cum iuxta familias ſuas eſſet oblata, inuenta eſt familia Zare. Illam quoque per domos offerens, reperit Zabdi: cuius domum in ſingulos diuidens viros, inuenit Achan filiũ Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda. Et ait Ioſûe ad Achan, Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, atq; indica mihi quid feceris, ne abſcondas. Reſponditq́ue Achan Ioſûe, & dixit ei, Verè ego peccaui Domino Deo Iſrael, & ſic & ſic feci. vidi enim inter ſpolia pallium coccineum valde bonum, & ducentos ſiclos argenti, regulamq́ue auream quinquaginta ſiclorum: & concupiſcens abſtuli, & abſcondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumq́ue foſſa humo ope-
rui. Miſit ergo Ioſûe miniſtros: qui currentes D
ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abſcondita in eodem loco, & argentum ſimul. Auferenteſq́ue de tentorio tulerunt ea ad Ioſûe, & ad omnes filios Iſrael, proieceruntq́ue ante Dominum. Tollens itaque Ioſûe Achan filium Zare, argentumq́ue & pallium, & auream regulam, filios quoque & filias eius, boues & aſinos & oues, ipſumque tabernacu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lum, & cunctam supellectilem: (& omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad Vallem-achor, vbi dixit Iosûe, Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Israel: & cuncta quæ illius erant, igne consumpta sunt. Congregauerunt que super eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vsque in præsentem diem. Et auersus est furor Domini ab eis. Vocatumq; est nomen loci illius, Vallis-achor, vsque hodie.

S. Expugnata Hai rex eius suspenditur, erecto altari lapideo, Deuteronomium super lapides scribitur & populo benedicitur.

CAP. VIII.

A Dixit autem Dominus ad Iosûe, Ne timeas, neque formides: tolle tecum omnem multitudinem pugnatorum, & consurgens ascende in oppidum Hai. ecce tradidi in manum tuam regē eius, & populum, vrbemque, & terram. Faciesque vrbi Hai, & Supr.6.d. regi eius, ‖ sicut feci sti Iericho, & regi illius: prædam verò, & omnia animantia diripietis vobis: pone insidias vrbi post eam. Surrexitq; Iosûe, & omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hai: & electa triginta millia virorum fortium misit nocte, præcepitq; eis, dicens, Ponite insidias post ciuitatem: nec longius recedatis, & eritis omnes parati. ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecum *accedemus. est, *ascendemus' ex aduerso contra vrbem. 6.

B Cumque exierint contra nos, sicut antè fecimus, fugiemus, & terga vertemus: donec persequentes ab vrbe longius protrahantur: putabunt enim nos fugere sicut prius, Nobis ergo fugientibus, & illis persequentibus, consurgetis de insidijs, & vastabitis ciuitatem: tradetque eam Dominus Deus vester in manus *vrbem. 1. vestras. Cumque ceperitis, *succendite eam, & sic omnia facietis vt iussi. Dimisitq; eos, & perrexerunt ad locum insidiarum, federuntq; in Beth-el & Hai. ad occidentalē plagam vrbis Hai: Iosûe autē nocte illa in medio māsit populi, surgensq; diliculo recēsuit socios, & ascendit cum senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorum. Cumque venissent, & ascendissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad septentrionalem vrbis plagam, inter quam & eos erat vallis media. Quinque

C autē millia viros elegerat, & posuerat in insi- *Beth-el.1. dijs inter 'Bethauen' & Hai ex occidētali parte eiusdem ciuitatis: omnis verò reliquus exercitus ad aquilonē aciem dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis occidentalē plagā vrbis attingerent. Abijt ergo Iosûe nocte illa, & stetit in vallis medio. Quod cū vidisset rex Hai, festinauit mane & egressus est cum omni exercitu ciuitatis, direxitque aciem contra desertum, ignorans quòd post tergum latérent insidiæ: Iosûe verò, & omnis Israel cesserunt loco, simulantes metum, & fugientes per solitudinis viam. At illi vociferantes pariter, & se mutuo cohortantes, persecuti sunt eos. Cumq; recessissent à ciuitate, & ne vnus quidem in vrbe Hai, & Beth-el remansisset qui non persequeretur Israel (sicut eruperant a- D perta oppida relinquentes,) dixit Dominus ad Iosûe, Leua clypeum qui in manu tua est contra vrbem Hai, quoniam tibi tradam eam. Cumque eleuasset clypeum ex aduerso ciuitatis, insidiæ quæ latebant, surrexerunt confestim: & pergentes ad ciuitatem, ceperunt, & succenderunt eam. Viri autem ciuitatis qui persequebantur Iosûe, respiciētes & videntes fumum vrbis ad cœlum vsque conscendere, non potuerunt vltrà huc illucque diffugere: præsertim cùm hi qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinem, cōtra persequentes fortissimè restitissent. Vidensque Iosûe & omnis Israel quòd capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascenderet, reuersus percussit viros Hai. Siquidem & illi qui ceperant & succenderant ciuitatem, egressi ex vrbe contra suos, E medios hostium ferire cœperunt. Cùm ergo ex vtraq; parte aduersarij cæderētur, ita vt nullus de tāta multitudine saluaretur, regē quoque vrbis Hai apprehenderunt viuentem, & obtulerunt Iosûe. Igitur omnibus interfectis qui Israelem ad deserta tendentē fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuersi filij Israel percusserunt ciuitatē. Erant autem qui in eodem die conciderāt à viro vsque ad mulierem, duodecim millia hominū, omnes vrbis Hai. Iosûe verò nō contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenens clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai. Iumēta autem & prædam ciuitatis di- F uiserunt sibi filij Israel, sicut præceperat Dominus Iosûe. Qui succendit vrbem, & fecit eam tumulum sempiternum: regem quoque eius suspendit in patibulo vsque ad vesperam & solis occasum. Præcepitque Iosûe, & deposuerunt cadauer eius de cruce: proiecerunt q; in ipso introitu ciuitatis. congesto super eum magno aceruo lapidum, qui permanet vsque in presentem diem. Tunc ædificauit Iosûe altare Domino Deo Israel in monte Hebal, ‖ sicut præceperat Moyses famulus Domini filijs Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi, Altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocausta Domino, immolauitq; pacificas victimas. G Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat coram filijs Israel. Omnis autem populus, & omnes' maiores natu, ducesq; ac iudices stabant ex vtraq; parte arcæ, in cōspectu sacerdotum qui portabant

Exo.20.b. Deut.27.c.

tabant arcam fœderis Domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta mōtem Garizim, & media iuxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini. Et primùm quidem benedixit populo Israel. Post hæc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta erant in legis volumine. Nihil ex his quæ Moyses iusserat reliquit intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac paruulis & aduenis, qui inter eos morabātur.

S. Gabaonitæ simulatione longi itineris imponentes Iosûe & principibus Israelitarum, medio iuramento saluantur, insecuto tamen murmure, perpetuo famulitio astringuntur.

CAP. IX.

A Qvibus auditis, cuncti reges trans Iordanem qui versabantur in montanis & campestribus, in maritimis ac litto re Magni-maris, hi quoque qui habitabant iuxta Libanū, Hethæus & Amorrhæus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus & Iebusæus congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosûe & Israel vno animo, eademque sententia. At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Iosûe, Iericho & Hai: *e.5. *callidè cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios scissos atque consutos, calceamentaque perantiqua quæ ad indicium vetustatis pittacijs consuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoque, quos portabant ob viaticū, duri erant, & in frusta comminuti: perrexeruntque ad Iosûe qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atque simul omni Israeli, De terra lōginqua venimus, pacem vobiscum facere cupientes. Responderuntque viri Israel ad eos, atque dixerunt, Ne fortè in terra quæ nobis sorte debetur, habitetis, & non posimus fœdus inire vobiscum. At illi ad Iosûe, Serui, inquiunt, tui sumus, Quibus Iosûe ait, Quinam estis vos? aut vnde ve- B nistis? Responderunt, De terra longinqua valde, venerunt serui tui in nomine Domini Dei tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ fecit in Aegypto, ‖ & duobus Num.21.c regibus Amorrhæorum qui fuerunt trans Iordanem, Sehon regi Hesebon, & Og regi Basan, qui erant in Astaroth: dixeruntque nobis seniores, & omnes habitatores terræ no- *vestris.7. stræ, Tollite in manibus *cibaria ob longissimam viam, & occurrite eis, & dicite, Serui vestri sumus, fœdus inite nobiscum. En, panes quando egressi sumus de domibus nostris vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus: nunc sicci facti sunt, & vetustate nimia cōminuti, vtres vini nouos impleuimus, nūc rupti sunt & soluti. vestes, & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinē longioris viæ trita sunt, & pene cōsumpta. Susceperūt igitur de cibarijs eorum, & os C Domini nō interrogauerunt. ‖ Fecitq; Iosûe 2.Reg.21.a cū eis pacem, & inito fœdere pollicitus est vt non occiderentur: principes quoq; multitudinis iurauerunt eis. Post dies autē tres initi fœderis, audierunt quòd in vicino habitarent, & inter eos futuri essent. Moueruntque castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon & Caphira & Beroth & Cariath-iarim. Et nō percusserunt eos; eo quòd iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus contra principes. Qui responderunt eis, Iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non possumus eos contingere. Sed hoc faciemus eis, Reseruentur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini concitetur, si peierauerimus*: sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ *eis.7. multitudinis ligna cædant, aquasque compor D tent. Quibus hæc loquentibus, vocauit Gabaonitas Iosûe, & dixit eis, Cur nos decipere fraude voluistis vt diceretis, Procul valde habitamus à vobis: cùm in medio nostri sitis? Itaque sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cædens: aquasque comportans in domum Dei mei. Qui responderunt, Nuntiatum est nobis seruis tuis quòd promisisset Dominus Deus tuus Moysi seruo suo vt traderet vobis omnem terram, & disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris, vestro terrore compulsi: & hoc consilium iniuimus. nunc autē in manu tua sumus: quod tibi bonum & rectū videtur, fac nobis. Fecit ergo Iosûe vt dixerat, & liberauit eos de manu filiorum Israel, vt non occiderentur. Decreuitque in illo die eos esse in ministerio cuncti populi & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas comportantes, vsque in præsens tempus, in loco quem Dominus elegisset.

S. Quinque reges oppugnantes Gabaon, immoto sole vnius diei spatio, vincuntur, & ex spelunca extracti suspenduntur, pluresq; aliæ ciuitates capiuntur.

CAP. X.

Qvæ cùm audisset Adoni-sedec rex Ieru A salem, quòd scilicet cepisset Iosûe Hai, & subuertisset eam (sicut enim fecerat Iericho & regi eius, sic fecit Hai, & regi illius) & quòd transfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent fœderati eorum, timuit valde. Vrbs enim magna erat Gabāon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, omnesq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

bellatores eius fortissimi. Misit ergo Adonisedec rex Ierusalem ad Oham regem Hebron, & ad Pharam regem Ierimoth, ad Iaphia quoque regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens, Ad me ascendite, & ferte præsidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad
B Iosûe, & ad filios Israel. Congregati igitur ascenderunt quinque reges Amorrhæorum: rex Ierusalẽ, rex Hebrõ, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, & castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam. Habitatores autem Gabaõ vrbis obsessæ miserunt ad Iosûe, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei, Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorum tuorum: ascende cito, & libera nos, ferque præsidium: conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in mõtanis. Ascẽditque Iosûe de Galgalis, & omnis exer-
*vtrique. 1. citus bellatorum cum eo *viri fortissimi. Dixitque Dominus ad Iosûe, Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos: nullus ex eis tibi resistere poterit. Irruit itaque Iosûe super eos repẽte, tota nocte ascendens de Galgalis, Et conturbauit eos Dominus à facie Israel: contriuitque plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Beth-horõ, & percussit vsque Azéca & Maceda. Cumque fugerent filios Israel, & essent in descensu Beth-horon, Dominus misit super eos lapides magnos de cœlo vsque ad Azéca: & mortui sunt multo plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserãt filij Israel. Tũc locutus est Iosûe Domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, di-
Isa. 28. f. xitque corã eis, ‖Sol contra Gabaon ne mo-
Eccl. 46. a uearis, & luna cõtra Vallẽ-Aialon. Steteruntque sol & luna, donec vlciscereturse gens de inimicis suis. Nonne scriptũ est hoc in libro iustorum? Stetit itaque sol in medio cœli, & non festinauit occumbere spatio vnius Diei. Non fuit antea & postea tam longa dies, obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel. Reuersusque est Iosûe cum omni Israel in castra Galgalæ. Fugerant enim quinque reges, & se absconderãt in spelunca vrbis Maceda. Nuntiatumq; est Iosûe quòd inuẽti
D essent quinque reges latẽtes in spelunca> vr-
>. 8. bis, Maceda. Qui præcepit socijs, & ait, Volute saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios qui clausos custodiant: vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosque fugientium cædite: nec dimittatis eos vrbium suarum intrare præsidia, quos tradidit Dominus Deus in manus vestras. Cæsis ergo aduersarijs plaga magna, & vsque ad internecionem penè consumptis, hi qui Israel effugere potuerunt, ingressi sunt ciuitates munitas. Reuersusque est omnis exercitus ad Iosûe in Maceda, vbi tunc erant castra, sani, & integro numero: nullus que contra filios Israel mutire ausus est. Præcepitque Iosûe, dicens, Aperite os spelũcæ, & producite ad me quinque reges qui in ea latitant. Feceruntque ministri vt sibi fuerat imperatum: &
*adduxerunt ad eum quinque reges de spe- *eduxerunt. 12.
lunca, regem Ierusalẽ, regem Hebron, regem Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon. Cumque *adducti essent ad eum vocauit omnes vi *educti. 14.
ros Israel, & ait ad principes exercitus qui secum erant, Ite, & ponite pedes super colla re-E
gum istorum, Qui cùm perrexissent, & subiectorum colla pedibus calcarent, rursum ait ad eos, Nolite timere, nec paueatis, confortamini & estote robusti: sic enim faciet Dominus cunctis hostibus vestris aduersum quos dimicatis. Percussitque Iosûe, & interfecit eos, atque suspẽdit super quinque stipites: fueruntq; suspensi vsque ad vesperũ. Cumque occumberet *sol, præcepit socijs vt deponerẽt eos de *solem.
patibulis. Qui depositos proiecerũt in spelunCam in qua latuerant, & posuerunt super os eius saxa ingentia quæ permanẽt vsq; in præsens. Eodem die Macedã quoque cepit Iosûe, & percussit in ore gladij, regemq; illius interfecit, & omnes habitatores eius: nõ dimisit in ea saltem paruas reliquias. Fecitque regi Ma-F
ceda sicut fecerat regi Iericho. Transiuit autem cum omni Israel de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam: quam tradidit Dominus cum rege suo in manus Israel, percusseruntque vrbẽ in ore gladij, & omnes habitatores eius. non dimiserũt in ea vllas reliquias. Feceruntq; regi Lebna‖ sicut fecerant regi Ieri- Supra. 6.
cho. De Lebna transiuit in Lachis cum omni Israel: & excercitu per gyrũ dispositoppugnabat eã. Tradiditq; Dominus Lachis in manus Israel, & cepit eam die altero, atque percussit in ore gladij, omnemque animam quæ fuerat in ea sicut fecerat Lebna. Eo tempore ascendit Horã rex Gazer, vt auxiliaretur Lachis: quem percussit Iosûe cum omni populo eius vsque ad internecionem. Transiuitque de Lachis in Eglon, & circundedit atque expugnauit eam in eadem die: percussitq; in ore gladij omnes animas quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis.

Ascendit quoq; cum omni Israel de Eglon in Hebron, & pugnauit contra eam: cepitq; & percussit in ore gladij, regem quoque eius, & omnia oppida regionis illius, vniuersasque animas quæ in ea fuerant commoratæ: non reliquit in ea vllas reliquias. sicut fecerat Eglon, sic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit, consumens gladio, Inde reuersus in Dabir, cepit eam, atque vastauit: regem quoque

quoque eius atque omnia per circuitum oppida percussit in ore gladij: non dimisit in ea vllas reliquias: sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, sic fecit Dabir & regi illius. Percussit itaque Iosûe omnem terram montanam & meridianam, atque campestrem, & Asedoth cum regibus suis: non dimisit in ea vllas reliquias, sed omne quod spirare poterat interfecit, sicut præceperat ei Dominus Deus Israel à Cades-barne vsque Gazam. Omnem terram Gessen vsque Gabaon, vniuersosq; reges & regiones eorum vno impetu cepit atq; vastauit: Dominus enim Deus Israel pugnauit pro eo. Reuersusque est cum omni Israel ad locum castrorum in Galgala.

S. Expugnat Iosue Iabin cum alijs plurimis regibus ac populis, omnia seruans quæ Dominus Moysi præceperat.

CAP. XI.

A QVæ cùm audisset Iabin rex Asor, misit ad Iobab regem Madõ, & ad regem Semeron, atque ad regem Achsaph: ad reges quoque Aquilonis, qui habitabant in montanis & in planitie contra Meridiem Ceneroth, in campestribus quoque & regionibus Dor iuxta mare: Chananæum quoque ab Oriente & Occidente, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæũ & Iebusæum in montanis: Heuæum quoque qui habitabat ad radices Hermon in terra Maspha, Egressique sunt omnes cum turmis suis, populus multus nimis sicut arena quæ est in littore maris, equi quoq; & currus immensæ multitudinis. Con
B ueneruntque omnes reges isti in vnum ad Aquas-merom, vt pugnarent contra Israel. Dixitque Dominus ad Iosûe, Ne timeas eos: cras enim hac eadẽ hora ego tradam omnes istos vulnerandos in conspectu Israel: equos eorũ subneruabis, & currus igne combures. Venitque Iosûe, & omnis exercitus cum eo aduersus illos ad Aquas-merom subitò, & irruerũt super eos, tradiditque illos Dominus in manus Israel. Qui percusserunt eos, & persecuti sunt vsque ad Sidônem magnam & Aquas-maserephoth, campumque Maspheque est ad orientalem illius partem. Itaque percussit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias: feCitq; sicut præceperat ei Dominus, equos eorum subneruauit, currusque combussit igni. Reuersusque statim cepit Asor: & regem eius percussit gladio. Asor enim antiquitus inter omnia regna hæc, principatum tenebat. Per-
C cussitque omnes animas quæ ibidem morabantur: non dimisit in ea vllas reliquias, sed vsq; ad internetionem vniuersa vastauit, ipsamque vrbem *peremit incendio. Et omnes *exhaustit.
Deut. 7. a. per circuitum ciuitates, reges quoque earum cepit, percussit atque deleuit, ‖sicut præcepe-



S. Numerantur reges. 31. citra & vltra Iordanem quos percusserunt Moyses & Iosue.

CAP. XII.

HI sunt reges quos percusserunt filij Is- A
rael, & possederunt terram eorũ trans Iordanem ad solis ortum, à Torrente-Arnon vsque ad mõtem Hermon, & omnem orientalem plagam quæ respicit solitudinem. Sehon rex Amorrhæorum: qui habitauit in Hesebon: dominatus est ab Aroer quæ sita est

rat ei Moyses famulus Domini. Absque vrbibus quæ erant in collibus & in tumulis sitæ, cæteras succendit Israel: vnam tantùm Asor munitissimam flamma cõsumpsit. Omnemque prædam istarum vrbium ac iumenta diuiserunt sibi filij Israel, cunctis hominibus interfectis. ‖Sicut præceperat Dominus Moysi ser- Exo. 34. b.
uo suo, ‖ita præcepit Moyses Iosûe, & ille v- Deut. 7. a.
niuersa compleuit: non præterijt de vniuersis mandatis, nec vnum quidem verbum quod iusserat Dominus Moysi. Cepit itaque Iosûe omnem terram montanam: & meridianam: terramque Gessen, & planitiem, & occidentalem plagam, montemque Israel, & campestria eius: & partem montis quæ ascendit Seir vsque Baal-gad per planitiẽ Libani subter montem Hermon: omnes reges eorum cepit, per- D
cussit, & occidit. Multo tempore pugnauit Iosûe contra reges istos. Non fuit ciuitas quæ se>non' traderet filijs Israel, præter Heuæum >. 1.
qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit. Domini enim sententia fuerat, vt indurarentur corda eorũ, & pugnarent cõtra Israel, & caderent: & nõ mererentur vllam clementiam, ac perirent, sicut præceperat Dominus Moysi. In illo tẽpore venit Iosûe, & interfecit Enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Israel, vrbesq; eorum deleuit. Non reliquit vllum de stirpe Enacim, in terra filiorum Israel: absq; ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus solùm relicti sunt. Cepit ergo Iosûe omnem terram, sicut locutus est Dominus ad Moysen, & tradidit eam in possessionem filijs Israel secũdum partes & tribus suas. quieuitque terra à prælijs.

siper ripam Torrentis-Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæq; Galaad, vsque ad Torrentem-Iaboc qui est terminus filiorum Ammon. & à solitudine vsq; ad Mare-Ceneroth contra Orientem, & vsque ad Mare-deserti, quod est mare salsissimum, ad orientalem plagam per viam quæ ducit Beth-simoth: & ab australi parte, quæ subiacet Asedoth: Phasga. Terminus Og regis Basan, de reliquijs Raphaim, qui habitauit in Astaroth, & in Edrai. & dominatus est in monte Hermon, & in Salecha, atque in vniuersa Basan, vsque ad terminos Gessuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad: terminos Sehon regis Hesebō. Moyses famulus Domini, & filij Israel percusserūt eos, tradiditq; Terram eorum Moyses in possessionem Rubenitis, & Gaditis, & dimidiæ tribui Manasse. Hi sunt reges terræ, quos percussit Iosue & filij Israel trans Iordanem ad occidentalem plagam, à Baal-gad in campo Libani, vsque ad montem cuius pars ascendit in Seir: tradiditq; eam Iosue in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas, tam in montanis quàm in planis atque campestribus. In Aseroth, & in solitudine, ac in meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus, Heuæus & Iebusæus. Rex Iericho vnus, rex Hai, quæ est ex latere Bethel, vnus, rex Ierusalem vnus, rex Hebrō vnus, rex Ierimoth vnus, rex Lachis vnus, rex Eglō vnus, rex Gazer vnus, rex Dabir vnus, rex Gader vnus, rex Herma vnus, rex Hered vnus, rex Lebna vnus, rex Adullam vnus, rex Maceda vnus, rex Beth-el vnus, rex Taphúa vnus, rex Opher vnus, rex Aphecvnus, rex Sarō vnus, rex Madon vnus, rex Asor vnus, rex Semerō, vnus, rex Acsaph vnus, rex Thenac vnus, rex Mageddo vnus, rex Cedes vnus, rex Iachanā Charmeli vnus, rex Dor, & prouinciæ Dor vnus, rex gentium Galgal vnus, rex Thersa vnus: omnes reges triginta vnus.

occidentalem. 4.

terminū. 7.

Libani.

Asedoth. 1

Hepher. 1. *Lasaron. 1.* *Moron. 1.*

S. Iubet Dominus Iosue vt terram diuidat, assignatis partibus Ruben Gad & dimidiæ tribui Manasse trans Iordanem.

CAP. XIII.

IOsue senex prouectæque ætatis erat, & dixit Dominus ad eum, Senuisti, & longæuus es, terraque latissima derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est: omnis videlicet Galilæa, Philisthijm, & vniuersa Gessuri. A fluuio turbido qui irrigat Aegyptū, vsq; ad terminos Accaron cōtra Aquilonē, Terra-Chanāā: quæ in quinq; Regulos Philisthijm diuiditur, Gazæos, & Azotios, Ascalonitas, Gethæos, & Accaronitas. Ad Meridiē verò sunt Heuæi, omnis Terra-Chanáan, & Maara Sidoniorum, vsq; Apheca & terminos Amorrhæi, eiusque confinia. Libani quoque regio contra Orientem à Baal-gad sub monte Hermon, donec ingrediaris Emath. Omnium qui habitant in monte à Libano, vsque ad Aquas-maserephoth, vniuersíque Sidonij. Ego sum qui delebo eos à facie filiorum Israel. Veniat ergo in partem hæreditatis Israel, sicut præcepi tibi. Et nunc diuide terram in possessionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse, cum qua Ruben & Gad possederūt terram, quam tradidit eis Moyses famulus Domini trans fluenta Iordanis, ad orientalem plagam, ab Aroer quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in vallis medio, vniuersáq; campestria Medaba, vsque Dibon. & cunctas ciuitates Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon vsque ad terminos filiorum Ammon. & Galaad, ac terminum Gessuri & Machati, & omnem montem Hermon, & vniuersam Basan, vsque ad Salecha, omne regnum Og in Basan, qui regnauit in Astaroth & Edrai, ipse fuit de reliquijs raphaim: percussítque eos Moyses, atque deleuit: Noluerunt-que disperdere filij Israel Gessuri & Machati: & habitauerunt in medio Israel vsq; in præsentem diem. Tribui autem Leui non dedit possessionē: sed sacrificia & victimæ Domini Dei Israel, ipsa est eius hæreditas, sicut locutus est illi. Dedit ergo Moyses possessionem tribui filiorum Rubē iuxta cognationes suas. Fuitque terminus eorum ab Aroer, quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in valle eiusdem torrentis media: vniuersam planitiem, quæ ducit Medaba. & Hesebon, cunctosque viculos eius qui sunt in campestribus: Dibon quoque, & Bamoth-baal, & oppidum Baal-meon. & Iassa, & Cedimoth, & Mephāath, & Cariathāim, & Sabama, & Saretha sar in monte conuallis. Beth-phogor & Asedoth, Phasga & Beth-iesimoth, & omnes vrbes campestres, vniuersáque regna Sehon regis Amorrhæi, qui regnauit in Hesebon, quē percussit Moyses cum principibus Madian: Heuæum, & Recem, & Sur, & Hur, & Rebe duces Sehon habitatores terræ. Et Balaam filium Beor ariolum occiderunt filij Israel gladio cum cæteris interfectis. Factusque est terminus filiorum Ruben Iordanis fluuius. Hæc est possessio Rubenitarum per cognationes suas vrbium & viculorum. Deditque Moyses tribui Gad & filijs eius per cognationes suas possessionem, cuius hæc diuisio est: Terminus Iaser, & omnes ciuitates Galaad, & dimidiā partem terræ filiorum Ammon: vsq; ad Aroer quæ est contra Rabba. & ab Hesebon vsque Ramoth, Maspheq & Betonim: & à Manáim vsque ad terminos Dabir. In valle quoq; Beth-arā, & Beth-nemra, & Socoth, & Saphon

occidentalem. 4.

terminū. 7.

Libani.

Asedoth. 1

Hepher. 1. *Lasaron. 1.* *Moron. 1.*

Num. 32.c

p. 10

Num. 32.d

Ramath. 1.

Saphon reliquam partem regni Sehon regis Hesebon. huius quoq; finis, Iordanis est vsq; ad extremam partem maris Cenéreth trans Iordanem ad orientalem plagam. hæc est possessio filiorum Gad per familias suas, ciuitates, & villæ earum.

Dedit & dimidiæ tribui Manasse, filijsque eius iuxta cognationes suas possessionē, cuius hoc principium est: à Manáim vniuersam Basan, & cuncta regna Og regis Basan, omnesque vicos Iair qui sunt in Basan: sexaginta oppida. & dimidiam partē Galaad, & Astaroth, & Edrai vrbes regni Og in Basan: filijs Machir, filij Manasse dimidiæ parti filiorum Machir iuxta cognationes suas. Hanc possessionem diuisit Moyses in campestribus Moab, trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagam. Tribui autem Leui non dedit possessionem: quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio eius, vt locutus est illi.

Num. 18.c

S. Caleb accipit Hebron in hæreditatem sibi promissam, eò quòd alijs exploratoribus detrahentibus terræ promissæ, ipse sequutus sit Dominū.

CAP. XIIII.

HOc est quod possederunt filij Israel in Terra-Chanáan, quam dederunt eis Eleazar sacerdos, & Iosue filius Nun, & principes familiarū per tribus Israel: sorte omnia diuidentes, sicut præceperat Dominus in manu Moysi, nouem tribubus, & dimidiæ tribui. Duabus enim tribubus, & dimidiæ dederat Moyses trans Iordanem possessionem: absque Leuitis qui nihil terræ accepe runt inter fratres suos, sed in eorum succesſerunt locum filij Ioseph in duas diuisi tribus, Manasse & Ephráim: nec acceperunt Leuitæ aliam in terra partem, nisi vrbes ad habitandum, & suburbana earum ad alenda iumenta & pecora sua. Sicut præceperat Dominus Moysi, ita fecerunt filij Israel, & diuiserunt terram. Accesserunt itaque filij Iuda ad Iosue in Galgala, locutusq; est ad eum Caleb filius Iephone Cenezæus, Nosti quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me & te in Cades-barne. Quadraginta annorum eram quando misit me Moyses famulus Domini de Cades-barne, vt considerarem terrā, nuntiauíque ei quod mihi verum videbatur. Fratres autem mei qui ascenderant mecum, dissoluerunt cor populi: & nihilominus ego secutus sum Dominum Deum meum. Iurauitque Moyses in die illo, dicens, Terra quam calcauit pes tuus, erit possessio tua, & filiorū tuorum in æternum: quia secutus es Dominum Deum meum. Concessit ergo Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est vsque in præsentem diem. Quadraginta & quinq; anni sunt ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem: hodie octogintaquinque annorum sum sic valens, vt eo valebam tempore quando ad explorandum missus sum. illius in me temporis fortitudo vsque hodie perseuerat, tam ad bellandum, quàm ad gradiendū. Da ergo mihi montem istum quem pollicitus est Dominus te quoque audiente, in quo enacim sunt, & vrbes magnæ atque munitæ: si fortè sit Dominus mecum, & potuero delere eos: sicut promisit mihi. Benedixitq; ei Iosue: & tradidit ei Hebron in possessionem, atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iephone Cenezæo vsque in præsentem diem: quia secutus est Dominum Deum Israel. Nomen Hebron antè vocabatur Cariath-Arbe: adam maximus ibi inter enacim situs est; & terra cessauit à prælijs.

Num. 14.d

Supra. 1.a.

Eccl. 46.b

1. Mac. 2. f.

S. Sors tribus Iudæ, ciuitates & villæ earum. Othoniel accipit Axam filiam Caleb eò quòd obtinuerit Cariat-sepher, additurq; ei terra irrigua.

CAP. XV.

IGitur sors filiorum Iudæ per cognationes suas ista fuit: A termino Edom vsq; ad desertum Sin contra meridiem, & vsq; ad extremam partem australis plagæ. initium eius à summitate maris salsissimi, & à Lingua eius quæ respicit meridiem. Egreditúrq; contra Ascensum-scorpionis, & pertransit in Sina: ascenditque in Cades-barne, & peruenit in Esron, ascendēs ad Addar, & circuiens Caraa, atq; inde pertrāsiens in Asemona, & perueniens ad Torrentem-Aegypti: eruntq; termini eius Mare-magnum. hic erit finis meridianæ plagæ. Ab Oriente verò erit initiū mare salsissimum vsque ad extrema Iordanis: & ea quæ respiciunt ad Aquilonem à Lingua maris vsque ad eundem Iordanis fluuium. ascenditque terminus in Beth-hagla, & transit ab Aquilone in Beth-araba: ascendēs ad Lapidem-Boen filij Ruben: & tendens vsq; ad terminos Debera de Valle-achor, cōtra Aquilonē respiciens Galgala, quæ est ex aduerso Ascensionis-adommim, ab australi parte torrentis: transitq; aquas quæ vocantur Fons-solis: & erunt exitus eius ad Fontem-rogel. ascenditque per conuallem filij Ennon ex latere Iebusæi ad Meridiē, hæc est Ierusalem: & inde se erigens ad verticem montis qui est contra Ge-Ennom ad Occidētem in summitate Vallis-raphaim contra Aquilonem. pertransitq; à vertice montis vsque ad fontem aquæ Nephthóa: & peruenit vsque ad vicos mōtis Ephron: inclinaturq; in Baala: quæ est Cariath-iarim, id est, vrbs syluarum. & circuit de Baala contra Occidentem, vsque ad montem Seir: transitque iuxta latus montis Iarim ad Aquilo-

Num. 34.b. 8.

vallem. 15

Aquilonem in Chesloth: & descēdit in Beth-
sames, transitq́; in Thamna. & peruenit con-
tra Aquilonem partis Accaron ex latere: incli
naturq́; Sechrona, & transit montem Baala:
peruenitq́ue in Iebneel, & magni maris con-
trà Occidentem finē concluditur. hi sunt ter-
mini filiorum Iuda per circuitum in cogna-
D tionibus suis. Caleb verò filio Iephone dedit
partem in medio filiorum Iuda, sicut præcepe
rat ei Dominus: Cariath-Arbe patris Enac, i-
Iud.1.d. psa est Hebron. ‖ Deleuitq́; ex ea Caleb tres fi
lios Enac, Sesai & Ahima & Tholmai de stir
pe Enac. Atque inde cōscendens venit ad ha-
bitatores Dabir, quæ prius vocabatur Cari-
ath-sepher, id est ciuitas literarum. Dixitque
Caleb, Qui percusserit Cariat-sepher, & cepe
rit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem.
Cepitque eam Othoniel filius Cenez frater
Caleb iunior: deditque ei Axam filiam suam
vxorem. Qui cùm pergerent simul suasa est à
viro suo vt peteret à patre suo agrum, suspira
uitque vt sedebat in asino. Cui Caleb, Quid
habes? inquit, At illa respondit, Da mihi be-
nedictionem: terram australem & arentem
dedisti mihi, iunge & irriguam. Dedit ita-
que ei Caleb irriguum superius & inferius.
E Hæc est possessio tribus filiorum Iuda per co
gnationes suas. Erantque ciuitates ab extre-
mis partibus filiorum Iuda iuxta terminos
Edom à Meridie: Cabseel & Eder & Iagur, &
Cina & Dimona & Adada, & Cedes & Asor
& Iethnan, Ziph & Telem & Baloth, Asor
noua & Carioth, Hesron, hæc est Asor. Amā,
Sama, & Molada, & Aser-gadda & Hassemon
& Beth-phelet & Hasersual & Ber-sabee &
Baziothia & Baala & Im & Esem, & Eltho-
lad & Cesil & Harma, & Siceleg & Medeme-
na & Sensenna, Lebaoth & Selim & Aen &
Remon. omnes ciuitates vigintinouem, & vil
læ earum. In campestribus verò: Estaol & Sa-
F rea & Asena & Zanoe & En-gannim & Ta-
phúa & Enaim, & Ierimot & Adullā, Socho
& Azeca & Saraim & Aditháim & Gedera &
Gederotáim: vrbes quatuordecim, & villæ ea-
rū. Sanan & Hadassa & Magdal-gad, Delean
& Masepha & Iecthel, Lachis & Baschath &
Eglon, Chebbon & Leheman & Cethlis, &
Gideroth & Beth-dagon et Naama et Mace-
da: ciuitates sedecim, et villæ earum. Labana
et Ether et Asan, Iephtha et Esna et Nesib, et
Ceila et Achzib et Maresa: ciuitates nouē, et
villæ earum. Accarō cum vicis et villulis suis:
Ab Accaron vsque ad mare: omnia quæ ver-
gunt ad Azôtum et viculos eius. Azôtus cum
vicis et villulis suis. Gaza cum vicis et villulis
suis, vsque ad Torrentem-Aegypti et Mare-
magnum terminus eius. Et in monte: Samir
et Iether et Socoth et Danna et Cariath-sen-
na, hæc est Dabir: Anab & Istemo & Anim, G
Gosen & Olon & Gilo: ciuitates vndecim &
villæ earū. Arab & Ruma & Esaan, & Ianū &
Beth-thaphua & Apheca, Athmatha & Caria
th-arbe, hæc est Hebron, & Sior: ciuitates no-
uem & villæ earū. Maon & Charmel & Ziph
& Iota, Iezrael & Iucadā & Zanoe, Accain,
Gabaa & Thamna: ciuitates decem & villæ
earū. Halhul, & Beth-sur, & Gedor, Mareth,
& Beth-anot, & Elthecon: ciuitates sex & vil
læ earum. Cariath-baal, hæc est Cariath-ia-
rim vrbs syluarum, et Arebba: ciuitates duæ et
villæ earum. In deserto: Beth-araba, Med-
din, et Sachacha et Nebsan, et Ciuitas-salis,
et En-gaddi: ciuitates sex et villæ earum. *Ie- *fūt simul
busæum autem habitatorem Ierusalem non decim.
potuerunt filij Iuda delere: habitauitque Ie-
busæus cum filijs Iuda in Ierusalem vsque in
præsentem diem.

*S. Sors Ephraim vrbes & viculi earum, man-
sitq́; inter hos Chananæus tributarius.*

CAP. XVI.

CEcidit quoque sors filiorum Ioseph A
ab Iordane contra Iericho & aquas e-
ius, ab Oriente: solitudo quæ ascendit
de Iericho ad montem Beth-el, et egreditur
de Beth-el Luzam: trāsitq́; terminum Archi,
Ataroth. et descendit ad Occidentem iuxta
terminum Iephleti, vsq; ad terminos Beth-
horon inferioris, et Gazer: finiunturq́; regio
nes eius Mari-magno, possederuntq́; filij Io-
seph Manasses et Ephraim. Et factus est termi B
nus filiorum Ephraim per cognationes suas:
et possessio eorum contra Orientem Ata-
roth-addar vsque Beth-horon, superiorē. E-
grediūturq́; confinia in mare: Machmethath C
verò Aquilonem respicit, et circuit terminos
contra Orientem in Thanath-selo: et per-
transit ab Oriente Ianoe. descenditq́; de Ia-
noe in Ataroth et Naarátha: et peruenit in Ie
richo, egrediturq́; ad Iordanem. De Taphúa
pertransit contra mare in Vallem-arundine-
ti, suntq́; egressus eius in mare salsissimum.
hæc est possessio tribus filiorū Ephraim per D
familias suas. Vrbesque separatæ sunt filijs E-
phraim in medio possessionis filiorum Ma-
nasse, et villæ earum. Et non interfecerunt fi-
lij Ephraim Chananæum qui habitabat in
Gazer: habitauitque Chananæus in medio
Ephraim vsque in diem hanc tributarius.

*S. Mediæ tribui Manasse & filiabus Saphaad
sortes assignantur, & augetur sors filiorum
Ioseph.*

CAP. XVII.

CEcidit autem sors tribui Manasse (ipse A
enim est primogenitus Ioseph) Ma-
chir primogenito Manasse patri Ga-
laad,

laad, qui fuit vir pugnator, habuitq́; posses-
Nu.26.d. sionē Galaad & Basan. ‖ & reliquis filiorum
Manasse iuxta familias suas, filijs Abi-ézer,
filijs Helech, & filijs Esriel, & filijs Sechem,
& filijs Hepher, & filijs Semida. isti sunt filij
Num.27.a. Manasse filij Ioseph, mares, per cognationes
& 36.a. suas. Salphaad verò filio Hepher filij Galaad
filij Machir filij Manasse nō erant filij, sed so
læ filiæ: quarū ista sunt nomina, Maala & Noa
& Hegla & Melcha & Thersa. Veneruntque
in conspectu Eleazari sacerdotis, & Iosûe fi-
lij Nun, & principum, dicentes, Dominus
præcepit per manum Moysi, vt daretur no-
bis possessio in medio fratrum nostrorum.
Deditque eis iuxta imperium Domini pos-
sessionem in medio fratrum patris earum. Et
ceciderunt funiculi Manasse, decem, absque
B terra Galaad & Basan trans Iordanem. Filiæ
enim Manasse possederunt hæreditatem in
medio filiorum eius. Terra autem Galaad ce
cidit in sortem filiorum Manasse qui reliqui
erant. Fuitq́; terminus Manasse ab Aser, Ma-
chmathath, quæ respicit Sichem: & egreditur
ad dextram iuxta habitatores Fōtis-Taphúæ.
Etenim in sorte Manasse ceciderat terra Ta-
phúæ, quæ est iuxta terminos Manasse filio-
rum Ephraim. Descenditque terminus Val-
lis-arundineti in Meridiem torrentis, ciuita-
tum Ephraim, quæ in medio sunt vrbium
Manasse: terminus Manasse ab Aquilone tor
rentis, & exitus eius pergit ad mare: ita vt
possessio Ephraim sit ab Austro, & ab Aqui-
C lone Manasse, & vtranq; claudat mare, & cō-
iungantur sibi in tribu Aser ab Aquilone, &
in tribu Issachar ab Oriente. Fuitque hæredi-
tas Manasse in Issachar & in Aser, Bethsan &
viculi eius, & Ieblaam cum viculis suis, &
habitatores Dor cum oppidis suis, habitato-
res quoque Endor cum viculis suis: simili-
terque habitatores Tenac cum viculis suis, &
habitatores Mageddo cum viculis suis, & ter-
tia pars vrbis Nopheth. Nec potuerunt filij
Manasse has ciuitates subuertere, sed cœpit
Chananæus habitare in terra ipsa. Postquàm
autem conualuerunt filij Israel, subiecerunt
Chananæos & fecerunt sibi tributarios, nec
interfecerunt eos. Locutique sunt filij Io-
seph ad Iosûe, & dixerunt, Quare dedisti mi-
hi possessionem sortis & funiculi vnius, cùm
sim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi
D Dominus? Ad quos Iosûe ait, Si populus
multus es, ascende in syluam, & succide tibi
spatia in terra Pherezæi et Raphaim: quia an-
gusta est tibi possessio montis Ephraim. Cui
responderunt filij Ioseph, Non poterimus ad
montana conscendere, cum ferreis curribus
vtantur Chananæi qui habitant in terra cam
pestri, in qua sitæ sunt Beth-san cum viculis
suis, et Iezrael mediam posidens vallem. Di-
xitque Iosûe ad domum Ioseph, Ephraim et
Manasse, Populus multus es, et magnæ forti-
tudinis, non habebis sortem vnam, sed transi-
bis ad montem, et succides tibi, atque purga-
bis ad habitandum spatia: et poteris vltrà pro-
cedere cùm subuerteris Chananæum, queni
dicis ferreos habere currus et esse fortissimū.

*S. Mittuntur qui describant terram reliqua-
rum septem tribuum, & assignatur sors Ben-
iamin.*

CAP. XVIII.

COngregatique sunt omnes filij Israel A
in Silo, ibique fixerunt tabernaculum
testimonij, et fuit eis terra subiecta.
Remanserunt autem filiorum Israel septem
tribus, quæ necdum acceperant possessiones
suas. Ad quos Iosûe ait, Vsquequo marcetis ig
nauia, et non intratis ad possidēdam terram,
quam Dominus Deus patrum vestrorum de-
dit vobis? Eligite de singulis tribubus ternos
viros: vt mittant eos, et pergāt atque circum-
eant terram, et describant eam iuxta *numē- *terminum.
rum' vniuscuiusque multitudinis: referantq́; 5.
ad me quod descripserint. Diuidite vobis ter
ram in septem partes: Iudas sit in terminis
suis ab australi plaga, et domus Ioseph ab A-
quilone: mediam inter hos terram in septem
partes describite: et huc venietis ad me, vt co-
ram Domino Deo vestro mittam vobis hîc
sortem: quia non est inter vos pars Leuita-
rum, sed sacerdotium Domini est eorū hære-
ditas, Gad autem et Ruben, et dimidia tribus
Manasse iā acceperant possessiones suas trans
Iordanem ad orientalem plagam: quas dedit eis
Moyses famulus Domini. Cumque surrexis- B
sent viri vt pergerent ad describendam terrā,
præcepit eis Iosûe, dicens, Circuite terram, et
describite eā, ac reuertimini ad me: vt hîc co-
ram Domino, in Silo mittam vobis sortem.
Itaque perrexerunt: et lustrantes eam, in se-
ptem partes diuiserunt, scribentes in volumi-
ne. Reuersique sunt ad Iosûe in castra Silo.
Qui misit sortes coram Domino in Silo, di-
uisitque terram filijs Israel in septem partes.

Et ascendit sors prima filiorum Ben-ia-
min per familias suas, vt possiderent terram
inter filios Iuda et filios Ioseph. Fuitque ter-
minus eorum contra Aquilonem à Iordane:
pergens iuxta latus Iericho septentrionalis
plagæ, et inde contra Occidentem ad monta-
na conscendens, et peruenies ad solitudinem
Beth-áuen, atque pertransiens iuxta Luzam
ad Meridiem, ipsa est Beth-el: descenditq́; in
Ataroth-addar in montem qui est ad Me-
ridiem Beth-horon inferioris: Et inclina-
tur circuiens contra mare ad Meridiem mon C
tis qui respicit Beth-horon contra Africum:

suntque

Universidad de Deusto Biblioteca

ſuntque exitus eius in Cariath-báal, quæ vocatur & Cariath-iarim, vrbem filiorum Iuda.
16.&4. hæc eſt plaga contra mare, ad' Occidentem. A Meridie autẽ ex parte Cariath-iarim egreditur terminus contra mare, & peruenit vſq; ad fontem aquarum Nephtóa. Deſcenditque in partem montis qui reſpicit Vallem-filiorum-Ennom: & eſt contra ſeptentrionalem plagã in extrema parte Vallis-raphaim. Deſcenditque in Ge-Ennom (id eſt Vallis-Ennom,) iuxta latus Iebuſæi ad Auſtrum: & peruenit ad Fontem-rogel, tranſiens ad Aquilonem, & egrediens ad En-ſemes, id eſt fontẽ ſolis: & pertranſit vſq; ad timulos qui ſunt è regione Aſcenſus-adommim: deſcenditque Aben-Boen, id eſt lapidem Boen filij Ruben.
& pertranſit ex latere Aquilonis ad campeſtria: deſcenditque in planitiem, & prætergre-
D ditur contra Aquilonem Bet-hagla: ſuntque exitus eius contra linguam-maris-ſalſiſsimi ab Aquilone in fine Iordanis ad auſtralẽ plagam: qui eſt terminus illius ab Oriente. hæc eſt poſſeſsio filiorum Ben-iamin per terminos ſuos in circuitu, & familias ſuas. Fuerũtque ciuitates eius, Iericho & Beth-hagla & Vallis-caſis, Betharaba & Samaráim & Bethel & Auim & Aphara & Ophera, Villa-hemona & Ophni & Gábee: ciuitates duodecim, & villæ earum. Gabaon & Rama & Beroth & Meſphe, & Caphara & Amoſa & Recem, Iarephel & Tharela & Sela, Eleph & Iebus, quæ eſt Ieruſalem, Gabaath & Chariat: ciuitates
*Fuerunt q; oẽs ciuitates viginti ſex. quatuordecim, & villæ earum. *Hæc eſt poſſeſsio filiorũ Ben-iamin iuxta familias ſuas.

S. Aſsignantur ſortes ſex tribubus Simeon, Zabûlon, Iſſachar, Aſer, Nephthalim, Dan & Ioſûe

CAP. XIX.

A ET egreſſa eſt ſors ſecunda filiorum Simeon per cognationes ſuas: fuitque hæreditas eorum in medio poſſeſsionis filiorum Iuda: Ber-ſabee & Sabee & Molada & Haſer-ſual, Bala & Aſem & Eltholad, Bethul & Harma & Siceleg & Bet-marchaboth & Haſer-ſuſa & Bet-lebaoth & Sarohen: ciuitates tredecim, & villæ earum. Ain & Remmon & Athar & Aſan: ciuitates quatuor, & villæ earum. omnes viculi per circuitum vrbiũ iſtarum vſque ad Baalath, Beer, Ramath
*Fuerunt q; oẽs ciuitates decẽ et ſeptẽ contra auſtralem plagam. *Hæc eſt hæreditas filiorum Simeon iuxta cognationes ſuas, in poſſeſsione & funiculo filiorum Iuda: quia maior erat. & idcirco filij Simeon poſſederũt in medio hæreditatis eorum. Ceciditque ſors tertia filiorum Zabûlon, per cognationes ſuas: & factus eſt terminus poſſeſsionis eorũ
Merala. 1. vſque Sarid. Aſcenditq; de mari & 'Medalaa', & peruenit in Debbáſeth: vſque ad torrentẽ, qui eſt contra Ieconam. Et reuertitur de Sarid contra Orientẽ in finem Cheſeleth-Thabor: & egreditur ad Dabéreth, aſcenditq; contra Iaphie. Et inde pertranſit vſque ad orien-B talem plagam Geth-hepher & Tacaſin: & egreditur in Remmon, Amthar & Noa. Et circuit ad Aquilonem Hanathon: ſuntq; egreſſus eius Vallis-iephthahel & Cateth & Naalol & Semeron & Iedala & Beth-léhem: ciuitates duodecim, & villæ earum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Zabûlon per cognationes ſuas, vrbes & viculi earum.

Iſſachar egreſſa eſt ſors quarta per cognationes ſuas: fuitque eius hæreditas Iezrael & Caſaloth & Sunem & Hapharáim & Seõ & Anaharath & Rabboth & Ceſion, Abes, & Rameth & En-gãnim & En-habda & Bethphelés. Et peruenit terminus eius vſque Thabor & Seheſima & Beth-ſemes: eruntq; exitus eius Iordanis: ciuitates ſedecim, & villæ earũ. Hæc eſt poſſeſsio filiorum Iſſachar per cognationes ſuas, vrbes, & viculi earum. Ceciditq; ſors quinta tribui filiorum Aſer per cognationes ſuas: fuitq; terminus eorum Halcath & Chali & Betẽ & Axaph & Elmélech & Amaad & Meſſal: & peruenit vſq; ad Carmelũ maris & Sihor & Labanath. Ac reuertitur cõtra Orientem Beth-dagon: pertranſit vſq; Zabûlon Vallem-Iephtael cõtra Aquilonem in Beth-émec & Nehiel. Egreditúrq; ad C leuam Cabul, & Abran & Rohob & Hamon & Cana, vſque ad Sidônem magnam: reuertiturq; in Horma vſque ad ciuitatem munitiſsimam Tyrum, & vſque Hoſa: eruntque exitus eius in mare de funiculo Achziba: & Amma & Aphec & Rohob: ciuitates vigintiduæ, & villæ earum. Hæc eſt poſſeſsio filiorũ Aſer per cognationes ſuas, vrbesque & viculi earum. Filiorum Nephthali ſexta ſors cecidit per familias ſuas: & cœpit terminus de Heleph & Elon in Saananim & Adami, quæ eſt Neceb, & Iebnael vſq; Lecum: & egreſſus eorum vſque ad Iordanem, reuertiturque terminus contra Occidentem in Azanoth-Thabor, atque inde egreditur in Hucúca, & pertranſit in Zabûlon contra Meridiem, & in Azer contra Occidentem, & in Iuda ad Iordanem contra ortum ſolis. ciuitates munitiſsimæ, Aſſedim, Ser & Emath & Reccath & Cenéreth & Edema & Arama, Aſor & Cedes & Edrai, Enhaſor & Ieron & Magdalel, Horem & Beth-anath & Bet-ſames: ciuitates decem & nouem, & villæ earũ. Hæc eſt poſſeſsio tribus filiorum Nephtali per cognationes ſuas, vrbes & viculi earum. Tribui filiorũ Dã per familias ſuas egreſſa eſt ſors ſeptima: & D fuit terminus poſſeſsionis eius Saraa, & Eſthaol, & Hir-ſemes, id eſt ciuitas ſolis. Se-Iebin & Aialon

& Aialon & Iethela, Elon & Themna & Acron, Elthece, Gebbethon & Balaath & Iud & Bane & Barac & Geth-remmõ: & Meaiarcon & Arecon, cum termino qui reſpicit Iopen, & ipſo fine concluditur. Aſcenderuntq; filij Dan, & pugnauerunt contra Leſem, ceperuntque eam: & percuſſerũt eam in ore gladij, & poſſederunt, & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Leſem-Dan, ex nomine Dan patris ſui. Hæc eſt poſſeſsio tribus filiorum Dan, per cognationes ſuas, vrbes & viculi earum. Cumque compleſſet ſorte diuidere Terram ſingulis per tribus ſuas, dederunt filij Iſrael poſſeſsionem Ioſûe filio Nun in medio ſui, iuxta præceptum Domini, vrbem quam poſtulauit, Thamnath-ſaraa in mõte Ephráim: & ædificauit ciuitatem, habitauitque in ea. Hæ ſunt poſſeſsiones quas ſorte diuiſerũt Eleazar ſacerdos, & Ioſûe filius Nun, & principes familiarum, ac tribuum filiorum Iſrael, in Silo, coram Domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij, partitique ſunt Terram.

S. Sex refugij ciuitates & qui ad eas poſſint confugere: & quamdiu ibi remanere debeat.

CAP. XX.

A ET locutus eſt Dominus ad Ioſûe, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dic eis, Separate vrbes fugitiuorum, ‖de quibus
Num.35.a Deut.19.a locutus ſum ad vos per manum Moyſi, vt confugiat ad eas quicunque animam percuſſerit neſcius: & poſsit euadere iram proximi qui vltor eſt ſanguinis, cùm ad vnam harum confugerit ciuitatum: ſtabitque ante portam ciuitatis, & loquetur ſenioribus vrbis illius ea quæ ſe comprobent innocentem: ſicq; ſuſcipient
B eum, & dabunt ei locum ad habitandũ. Cumque vltor ſanguinis eum fuerit perſecutus, nõ tradẽt in manus eius: quia ignorans percuſsit proximum eius, nec ante biduum triduúmve eius probatur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa, donec ſtet ante iudicium cauſam reddens facti ſui, & moriatur ſacerdos magnus
C qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicida, & ingredietur ciuitatem & domum ſuam de qua fugerat. Decreueruntque Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichem in monte Ephráim, & Cariath-Arbe, ipſa eſt Hebron in monte Iuda. Et trans Iordanem con-
Deut. 4.8. tra orientalem plagam Iericho, ‖ſtatuerunt Boſor, quæ ſita eſt in campeſtri ſolitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gaulon in Baſan de tribu Manaſſe.
D Hæ ciuitates conſtitutæ ſunt cunctis filijs Iſrael. & aduenis qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas qui animã neſcius percuſsiſſet, & nõ morereturur in manu proximi effuſum ſanguinem vindicare cupientis, donec ſtaret ante populum expoſiturus cauſam ſuam.

S. Leuiticis aſsignantur ciuitates quadragintæ octo cum ſuburbanis: & completa Dei promiſſione pax & requies datur filijs Iſraël.

CAP. XXI.

ACceſſeruntq; principes familiarum A
Leui ad Eleazarum ſacerdotem, & Ioſûe filium Nun, & ad duces cognationum per ſingulas tribus filiorum Iſrael: locutique ſunt ad eos in Silo Terræ-Chanáan, at
Num.35.a que dixerunt, ‖Dominus præcepit per manũ Moyſi vt darẽtur nobis vrbes ad habitandũ, & ſuburbana earum ad alenda iumenta. Dederuntq; filij Iſrael de poſſeſsionibus ſuis iuxta imperium Domini, ciuitates & ſuburbana earum, Egreſſaque eſt ſors in familiã Caath filiorum Aaron ſacerdotis de tribu Iuda & Simeon & Ben-iamin, ciuitates tredecim, Et reliquis filiorum Caath, id eſt Leuitis qui ſuperfuerant, de tribubus Ephráim, & Dan, & dimidia tribu Manaſſe ciuitates decẽ. Porrò filijs Gerſon egreſſa eſt ſors vt acciperent de tribubus Iſſachar & Aſer & Nephthali, dimidiaq; tribu Manaſſe in Baſan ciuitates numero tredecim. Et filijs Merari per cognatio- B
nes ſuas de tribubus Ruben & Gad & Zabûlon vrbes duodecim. Dederuntque filij Iſrael Leuitis ciuitates & ſuburbana earũ, ſicut præcepit Dominus per manum Moyſi, ſingulis ſorte tribuentes. De tribubus filiorũ Iuda &
2.Par.6.d. Simeon dedit Ioſûe ciuitates: ‖quarũ iſta ſunt nomina, filijs Aaron per familias Caath Leuitici generis (prima enim ſors illis egreſſa eſt) Cariath-Arbe patris enac, quæ vocatur Hebron, in monte Iuda, & ſuburbana eius per cir
Supr.14.d cuitũ. ‖Agros verò, & villas eius dederat Caleb filio Iephone ad poſſidendum. Dedit ergo filijs Aaron ſacerdotis Hebron cõfugij ciuitatem, ac ſuburbana eius: & Lobnam cum ſuburbanis ſuis: & Iether, & Eſtemo, & Holõ, & Dabir, & Ain, & Ieta, & Beth-ſames, cum ſuburbanis ſuis: ciuitates nouem de tribubus, vt dictum eſt, duabus. De tribu autem filiorum Ben-iamin, Gabaon & Gabae & Anathoth & Almon, cum ſuburbanis ſuis: ciuitates quatuor. Omnes ſimul ciuitates filiorum Aaron ſacerdotis tredecim, cum ſuburbanis ſuis. Reliquis verò per familias filiorum Caath Leuitici generis hæc eſt data poſſeſsio. De tribu Ephráim vrbes confugij Sichem cum ſuburbanis ſuis in monte Ephráim, & Gazer & Cibſaim & Beth-horon, cũ ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. De tribu quoque Dan: El- D
theco & Gabathon & Aialon & Geth-remmon, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. Porrò de dimidia tribu Manaſſe, Thanach & Geth-remmõ, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates duæ. Omnes ciuitates decẽ, & ſuburbana earum, datæ ſunt filijs Caath inferioris gradus.

Filijs

Universidad de Deusto Biblioteca

Filijs quoq; Gerſon Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manaſſe cõfugij ciuitates, Gaulon in Baſan, & Boſran, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates duas. Porrò de tribu Iſſachar: Ceſiõ, & Dabereth, & Iaramoth, & En-gannim, cũ ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. De tribu autem Azer, Maſal & Abdon, & Helcath, & Rohob, cũ ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. De tribu quoque Nephthali ciuitates confugij. Cedes in Galilæa, & Hammoth-dor, & Carthan, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates tres. Omnes vrbes familiarum Gerſon, tredecim, cum ſuburbanis ſuis. Filijs autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias ſuas data eſt de tribu Zabûlon, Iecnan, & Cartha & Damna & Naalol, ciuitates quatuor cũ ſuburbanis ſuis. De tribu Gad ciuitates confugij,

D Ramoth in Galaad, & Manáim & Heſebon & Iazer, ciuitates quatuor, cũ ſuburbanis ſuis.

▷.1. De tribu Ruben vltrà ▷Iordanem contra Iericho' ciuitates refugij, Boſor in ſolitudine, Miſor & Iazer & Iethſon & Mephaath, ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis. Omnes vrbes filiorum Merari per familias, & cognationes ſuas duodecim. Itaq; ciuitates vniuerſæ Leuitarum in medio poſſeſsionis filiorum Iſrael fuerunt quadragintaocto cũ ſuburbanis ſuis. ſingulæ per familias diſtributæ. Deditq; Dominus Deus Iſraeli omnem terram, quam traditurum ſe patribus eorum iurauerat: & poſſederunt illam, atque habitauerunt in ea. Dataque eſt ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nulluſque eis hoſtium reſiſtere auſus eſt, ſed cuncti in eorum ditionem redacti ſunt. Ne vnum quidem verbum, quod illis præſtiturum ſe eſſe promiſerat, irritum fuit, ſed rebus expleta ſunt omnia.

S. *Remiſſæ ad ſuam poſſeſsionem trans Iordanem tribus Rubẽ Gad & dimidia Manaſſe, ſuſpitionem mouent cæteris tribubus propter extructum altare, ſed miſsi legati ſuſcipiunt iuſtam eorum excuſationem.*

CAP. XXII.

A EOdem tempore vocauit Ioſûe Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribũ Manaſſe, dixitque ad eos. Feciſtis omnia quæ præcepit vobis Moyſes famulus Domini: mihi quoque in omnibus obediſtis, nec reliquiſtis fatres veſtros longo tempore, vſque in præſentem diem, cuſtodientes imperiũ Domini Dei veſtri. Quia igitur dedit Dominus Deus veſter fratribus veſtris quietem & pacẽ, ſicut pollicitus eſt: reuertimini, & ite in tabernacula veſtra, & in terram poſſeſsionis,

Num. 32.f ‖quam tradidit vobis Moyſes famulus Domini trans Iordanem, ita dúntaxat, vt cuſtodiatis attentè, & opere compleatis mandatum & legem quam præcepit vobis Moyſes famulus Domini, Vt diligatis Dominum Deum veſtrum, & ambuletis in omnibus vijs eius, & B

obſeruetis mandata illius, adhæreatiſque ei, ac ſeruiatis in omni corde, & in omni anima veſtra. Benedixitque eis Ioſûe, & dimiſit eos. Qui reuerſi ſunt in tabernacula ſua. Dimidiæ autem tribui Manaſſe poſſeſsionem Moyſes dederat in Baſan: & idcirco mediæ quæ ſuperfuit, dedit Ioſûe ſortem inter cæteros fratres ſuos trans Iordanem ad occidentalem plagã. Cumque dimitteret eos in tabernacula ſua, & benedixſſet eis, dixit ad eos, In multa ſubſtantia atque diuitijs reuertimini ad ſedes veſtras, cum argento & auro, ære ac ferro, & veſte multiplici: diuidite prædam hoſtium cum fratribus veſtris. Reuerſique ſunt, & abierũt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe, à filijs Iſrael de Silo, quæ ſita eſt in Chanáan, vt intrarent Galaad terram poſſeſsionis ſuæ, quam obtinuerant iuxta imperium Domini in manu Moyſi.

Cumque veniſſent ad tumulos Iordanis, C in Terram-Chanáan, ædificauerũt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. Quod cum audiſſent filij Iſrael, & ad eos certi nũtij detuliſſent ædificaſſe filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe altare in Terra-Chanáan, ſuper Iordanis tumulos, contra filios Iſrael: conuenerunt omnes in Silo, vt aſcenderent & dimicarent contra eos. Et interim miſerunt ad illos in Terram-Galaad Phinees filium Eleazari "ſacerdotem', & decem principes cũ eo, ſingulos de ſingulis tribubus. "ſacerdotis. s." Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe in Terrã-Galaad, dixeruntq; ad eos, Hæc mandat omnis populus Domini, Quæ eſt iſta tranſgreſsio? Cur reliquiſtis Dominum Deum Iſrael, ædificantes altare ſacrilegum, & à cultu illius recedentes? An parum D

Num. 25. vobis eſt quòd ‖peccaſtis in Beel-phegor, & vſq; in præſentem diem macula huius ſceleris in "vobis' permanet, multiq; de populo corruerunt? "nobis. 6." Et vos hodie reliquiſtis Dominum, & cras in vniuerſum Iſrael ira eius deſæuiet. Quòd ſi putatis imundam eſſe terram poſſeſsionis veſtræ, tranſite ad terrã in qua tabernaculum Domini eſt, & habitate inter nos: tantum vt à Domino, & à noſtro conſortio nõ recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei noſtri. ‖Nónne Achan filius Zare præterijt mandatum Domini, & ſuper omnẽ populum Iſrael ira eius incubuit? Supr. 7. Et ille erat vnus homo, atq; vtinam ſolus perijſſet in ſcelere ſuo. Reſponderuntq; filij Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe principibus legationis Iſrael, Fortiſsimus Deus Dominus, *ipſe nouit, & Iſrael ſimul intelliget, ſi præuaricationis animo hoc altare cõſtruximus, nõ E cuſtodiat

cuſtodiat nos, ſed puniat nos in præſenti: & ſi ea mente fecimus vt holocauſta, & ſacrificiũ, & pacificas victimas ſuper eo imponeremus, ipſe quærat & iudicet: & non ea magis cogitatione atq; tractatu, vt diceremus, Cras dicent filij veſtri filijs noſtris, Quid vobis & Domino Deo Iſrael? terminũ poſuit Dominus inter nos & vos ô filij Ruben, & filij Gad Iordanem fluuium: & idcirco partẽ non habetis in Domino. Et per hãc occaſionẽ auertent filij veſtri filios noſtros à timore Domini. Putauimus itaq; melius, et diximus, Extruamus nobis altare, non in holocauſta, neque ad victi-

F mas offerendas, ſed in teſtimonium inter nos & vos, & ſobolem noſtram veſtramque progeniẽ, vt ſeruiamus Domino, & iuris noſtri ſit offerre & holocauſta, & victimas, & pacificas hoſtias: & nequaquam dicant cras filij veſtri filijs noſtris, Non eſt vobis pars in Domino. Quod ſi voluerint dicere, reſpondebunt eis, Ecce altare Domini quod fecerunt patres noſtri, non in holocauſta, neque in ſacrificium, ſed in teſtimonium noſtrum ac veſtrũ. Abſit à nobis hoc ſcelus vt recedamus à Domino, & eius veſtigia relinquamus extructo altari ad holocauſta, & ſacrificia, & victimas offerendas, præter altare Domini Dei noſtri quod extructum eſt ante tabernaculum eius.

Quibus auditis, Phinees ſacerdos, & principes legationis Iſrael, qui erant cum eo, placati ſunt: & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, libentiſsimè ſuſceperunt. Dixitque Phinees filius Eleazari ſacer-

G dos ad eos, Nunc ſcimus quòd nobiſcum ſit Dominus, quoniam alieni eſtis à præuaricatione hac, & liberaſtis filios Iſrael de manu Domini. Reuerſuſque eſt cum principibus à

"in terrã. 1." filijs Ruben & Gad de Terra-Galaad, "finiũ' Chanáan ad filios Iſrael, & retulit eis. Placuitque ſermo cunctis audientibus. Et laudauerũt Deum filij Iſrael, & nequaquam vltrà dixerunt vt aſcenderent contra eos atque pugnarent, & delerent terram poſſeſsionis eorum. Vocaueruntque filij Ruben, & filij Gad altare quod extruxerant, Teſtimonium noſtrũ, quòd Dominus ipſe ſit Deus.

S. *Ioſûe ſenex iamq; moribundus exhortatur filios Iſraël ad ſeruanda Dei præcepta, & cauendam ſocietatem cum Gentibus.*

CAP. XXIII.

A EVoluto autẽ multo tempore, poſtquam pacem dederat Dominus Iſraeli, ſubiectis in gyro nationibus vniuerſis, & Ioſûe iam longæuo, & perſenilis ætatis, vocauit Ioſûe omnẽ Iſraelem, maioreſq; natu, & principes, ac "duces', & "magiſtros', dixitq; ad eos, "iudices. 1. "magiſtratus. 4. Ego ſenui, & progreſsioris ætatis ſum: voſq; cernitis omnia quæ fecerit Dominus Deus veſter cunctis per circuitum nationibus, quo modo pro vobis ipſe pugnauerit: & nũc quia vobis ſortè "diuiſit' omnem terram, ab orientali parte Iordanis vſque ad Mare-magnum, "diuiſi. 1." multæque adhuc ſuperſunt nationes: Domi- B

nus Deus veſter diſperdet eas, & auferet á facie veſtra, & poſsidebitis Terram, ſicut vobis pollicitus eſt tantum confortamini, & eſtote ſoliciti vt cuſtodiatis cuncta quæ ſcripta ſunt in volumine legis Moyſi: & non declinetis ab eis neque ad dexteram neq; ad ſiniſtrã: ne poſtquam intraueritis ad Gentes: quæ inter vos futuræ ſunt, iuretis in nomine deorum earum, & ſeruiatis eis, & adoretis illos: Sed adhæreatis Domino Deo veſtro, quod feciſtis vſque in diem hanc. Et tunc auferet Dominus Deus in conſpectu veſtro gentes magnas & robuſtiſsimas, & nullus vobis reſiſtere poterit. Vnus è vobis perſequetur C

hoſtium mille viros: quia Dominus Deus veſter pro vobis ipſe pugnabit, ſicut pollicitus eſt. Hoc tantùm diligentiſsimè præcauete, vt diligatis Dominum Deum veſtrum. Quòd ſi volueritis gentium harum quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miſcere connubia, atque amicitias copulare: iam nũc ſcitote quòd Dominus veſter non eas deleat ante faciem veſtrã, ſed "ſint' vobis in foueam "erunt. 1."

ac laqueum, & offendiculum ex latere veſtro, & ſudes in oculis veſtris, donec vos auferat atque diſperdat de terra hac optima quam tradidit vobis. En ego hodie ingredior viam vniuerſæ terræ, & toto animo cognoſcetis quòd de omnibus verbis quæ ſe Dominus præſti- D

turum vobis eſſe pollicitus eſt, vnũ non præterierit incaſſum. Sicut ergo impleuit opere quod promiſit, & proſpera cuncta venerunt: ſic adducet ſuper vos quicquid malorum cõminatus eſt, donec vos auferat atque diſperdat de terra hac optima quam tradidit vobis, eo quod prætererieritis pactum Domini Dei veſtri, quòd pepigit vobiſcum, & ſeruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos: cito atque velociter conſurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis.

S. *Commemorantur beneficia Iſraëlitis à Deo exhibita, fœdus populi cum Domino, mors Ioſûe, ſepultura oſsium Ioſeph, & mors Eleazari ſacerdotis.*

CAP. XXIIII.

COngregauitq; Ioſûe omnes tribus Iſ- A rael in Sichem, & vocauit maiores natu, ac principes, & iudices, & magiſtros: ſteteruntq; in conſpectu Domini, & ad populũ ſic locutus, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ‖Trans fluuium habitauerunt patres Gene. 11.d

veſtri ab initio, Thare pater Abraham & Nachor: ſeruieruntque dijs alienis. Tuli ergo pa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

go patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus: & adduxi eum in Terram-Chanáan:multiplicauiq́ue semen eius,‖& dedi ei
Gen. 21.a. 25.d. Isaac: Illiq́ue rursum dedi Iacob & Esau. ‖E
Gen. 36.a. Gen. 46.a quibus, Esau dedi montem Seir ad posidendum: ‖Iacob verò, & filij eius descenderunt
Exod. 3.c. Exod. 12.f. in Aegyptum. ‖Misiq́ue Moysen & Aaron, & percussi Aegyptum multis signis atq; portentis. Eduxiq́ue vos & patres vestros de Ae-
Exod. 14.a gypto,& venistis‖ad mare:persecutiq́ue sunt Aegyptij patres vestros cum curribus & equitatu, vsque ad Mare-rubrum. Clamauerunt autem ad Dominum filij Israel:qui posuit tenebras inter vos & Aegyptios: & adduxit super eos mare, & operuit eos. Viderunt oculi vestri cuncta quæ in Aegypto fecerim, & habitastis in solitudine multo tempore:& introduxi vos in terram Amorrhæi, qui habitabat
Num. 22.a trans Iordanem. ‖Cumq́ue pugnarent cõtra vos,tradidi eos in manus vestras, & possedi-
Num. 22.a stis terram eorum,atq; interfecistis eos.‖Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab,& pugnauit contra Israelem. Misitq́ue, & vocauit Balaam filium Beor,vt malediceret vobis & ego nolui audire eum, sed è contrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius. ‖Transistisq́; Iordanem, & venistis
Supr. 3.d. 6.a. 11.a. ad Iericho. Pugnaueruntq́ue contra vos viri ciuitatis eius, Amorrhæus & Pherezæus & Chananæus & Hethæus & Gerasæus & Heuæus & Iebusæus:& tradidi illos in manus ve-
Supr. 11.d. stras. ‖Misiq́ue ante vos crabrones:& eieci eos de locis suis,duos reges Amorrhæorũ,non in gladio & in arcu tuo. Dediq́ue vobis terram in qua non laborastis, & vrbes quas non ædificastis,vt habitaretis in eis,vineas & olieta quæ non plantastis. Nunc ergo timete Dominum, & seruite ei perfecto corde atque verissimo: & auferte deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in Aegypto,
D ac seruite Domino,Sinautẽ malum vobis videtur vt Domino seruiatis, optio vobis datur:eligite hodie quod placet, cui seruire potissimùm debeatis, vtrum dijs quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia,an dijs Amorrhæorum,in quorum terra habitatis:ego autem & domus mea seruiemus Domino. Respondit́que populus, & ait,Absit à nobis vt relinquamus Dominum,& seruiamus dijs alienis.Dominus Deus'noster ipse eduxit nos & patres nostros de Terra-Aegypti,de domo seruitutis:fecit́que videntibus nobis signa ingentia,& custodiuit nos in omni via per quã ambulauimus, & in cunctis populis per quos transiuimus.Et eiecit vniuersas gẽtes,Amorrhæum habitatorem terræ quam nos intrauimus.Seruiemus igitur Domino,quia ipse est
E Deus noster. Dixit́que Iosûe ad populum, Non poteritis seruire Domino: Deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atque peccatis. Si dimiseritis Dominum,& seruieritis dijs alienis, conuertet se,& affliget vos, atque subuertet post quàm vobis præstiterit bona.Dixit́que populus ad Iosûe, Nequaquam ita vt loqueris, sed Domino seruiemus.Et Iosûe ad populũ,Testes, inquit, vos estis, quia ipsi elegeritis vobis Dominum vt seruiatis ei.Responderunt́que,Testes.Nunc ergo,ait, auferte deos alienos de medio vestri,& inclinate corda vestra
F ad Dominũ Deum Israel. Dixit́que populus ad Iosûe,Domino Deo nostro seruiemus,& obedientes erimus præceptis eius. Percussit ergo Iosûe in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem.

Scripsit quoque omnia verba hæc in volumine legis Domini:& tulit lapidem pergrandem, posuit́q; eum subter quercum quæ erat in sanctuario Domini,& dixit ad omnem populum,En lapis iste erit vobis in testimoniũ quòd 'audieritis' omnia verba Domini quæ locutus est vobis:ne fortè postea negare velitis,& mentiri Domino Deo vestro. Dimisit́que populum, singulos in possessionem suã. Et post hæc mortuus est Iosûe filius Nun ser
G uus Domini, centum & decem annorum:sepelieruntq́ue eum in finibus possessionis suæ in Thamnath-sare, quæ est sita in monte Ephraim, à septentrionali parte montis Gaas. Seruiuit́que Israel Domino cunctis diebus Iosûe & seniorum,qui longo vixerant tempore post Iosûe, & qui nouerant omnia opera Domini quæ fecerat in Israel. Ossa quoque Gen. 50.d Ioseph, ‖quæ tulerant filij Israel de Aegypto, sepelierunt in Sichem, in parte agri quẽ emerat Iacob‖à filijs Hemor patris Sichem,centũ Gen. 33.d nouellis ouibus,& fuit in possessionem filiorum Ioseph. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est: & sepelierunt eum in Gabaath Phinees filij eius, quæ data est ei in monte Ephraim.

Liber

Liber Iudicum, Hebraicè

Sophetim.



S. Iuda duce vnà cum fratre ipsius Simeone plurimæ gentium ciuitates expugnantur, Othoniel obtenta Cariath-sepher ducit Axam filiam Caleb addita terra irrigua: Chananæi tributarij seruantur.

A CAP. I.

POst mortem Iosûe consulue runt filij Israel Dominum, dicentes, Quis ascendet ante nos contra Chananæum, & erit dux belli? Dixit́que Dominus, Iudas ascendet:ecce tradidi terram in manus eius. Et ait Iudas Simeóni fratri suo, Ascende mecum in sortem meam & pugna contra Chananæum,vt & ego pergam tecum in sortem tuam.Et abijt cum eo Simeon. Ascendit́que Iudas, & tradidit Dominus Chananæum,ac Pherezæum in manus eorum: &
B percusserunt in Bezec decem millia virorum. Inuenerunt́que Adoni-bezec in Bezec,& pugnauerunt contra eum, ac percusserunt Chananæum & Pherezæum.Fugit autem Adoni-bézec:quem persecuti comprehenderunt,cæsis sommitatibus manuum eius ac pedum.Dixit́que Adoni-bézec, Septuaginta reges amputatis manuum ac pedum summitatibus,colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci,ita reddidit mihi Deus.Adduxerunt́que eum in Ierusalem,& ibi mortuus est.

Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalem,ce
C perunt eam,& percusserunt in ore gladij,tradentes cunctam incendio ciuitatem. Et postea descendentes pugnauerunt contra Chananæum qui habitabat in montanis,& ad meridiem in cãpestribus. Pergenśque Iudas con
Iud. 15.d. tra Chananæum qui habitabat in Hebron, (cuius nomen fuit antiquitus Cariath-arbe) ‖percussit Sesai, & Ahimam,& Tholmai:atque inde profectus abijt ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat Cariath-sepher, id est ciuitas literarum. Dixit́que Caleb, Qui percusserit Cariath-sepher, & vastauerit eã, dabo ei Axam filiam meam vxorem. Cuḿq; cepisset eã Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam coniugem. Quam pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrũ:Quæ cùm suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb,
D Quid habes? At illa respondit,Da mihi benedictionem, quia terram arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius & irriguum inferius. Filij autem Cinæi cognati Moysi ascenderunt de Ciuitate-palmarum,cum filijs Iuda in desertum sortis eius quod est ad meridiem Arad, & habitauerunt cum eo. Abijt autem Iudas cũ Simeõne fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephath,& interfecerunt eum.

Vocatuḿque est nomen vrbis, Horma, id
E est anáthema. Cepit́que Iudas Gazam cum finibus suis, & Ascalônem,atque Accaron cũ terminis suis. Fuit́que Dominus cum Iuda, & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abunda-
Num. 14.d bant. Dederunt́que Caleb Hebron, ‖sicut dixerat Moyses, qui deleuit ex ea tres filios enac. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerunt filij Ben-iamin: habitauit́q; Iebusæus cum filijs Ben-iamin in Ierusalem vsque in præsentem diem. Domus quoque Ioseph ascendit in Beth-el, fuit́que Dominus cum eis. Nam cùm obsiderent vrbẽ,quæ prius Luza vocabatur, viderunt hominẽ egredientem de ciuitate,dixerunt́que ad eum, Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam. Qui cùm ostendisset eis,
F percusserunt vrbem in ore gladij: hominem autẽ illum, & omnem cognationem eius dimiserunt. Qui dimissus, abijt in Terram-Hethim,& ædificauit ibi ciuitatem, vocauit́que eam Luzam: quæ ita appellatur vsq; in præsentem diem. Manasses quoque non deleuit Beth-san,& Tanach cum viculis suis,& habitatores Dor,& Ieblaam,& Mageddo cum viculis suis, cœpit́q; Chananæus habitare cum eis. Post quàm autẽ confortatus est Israel,fecit eos tributarios, & delere noluit. Ephraim etiam non interfecit Chananæum qui habitabat in Gazer,sed habitauit cum eo. Zabûlon non deleuit habitatores Cetron,& 'Naalon': *'Naalol.t.*
sed habitauit Chananæus in mẽdio eius, fa-

L ctuśque

actusque est ei tributarius. Aser quoque non deleuit habitatores Accho, & Sidônis, Aha-
G lab, & Achazib, & Helba, & Aphec, & Ro-
hob. habitauitque in medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eũ. Neph-
Iud.4. thali ▷quoque' non deleuit habitatores Beth-
semes, & Beth-anath: & habitauit inter Chananæum habitatorem terræ, fueruntque ei Bethsemitæ, & Bethanitæ tributarij.

Arctauitque Amorrhæus filios Dan in mõte, nec dedit eis locum vt ad planiora descenderent. habitauitque in monte Hares, quod interpretatur 'testatio', in Aialõ & Sale-
Iosue.19.42. bim. Et aggrauata est manus domus Ioseph, factusq; est ei tributarius. Fuit autem terminus Amorrhæi ab Ascensu-scorpionis, Petra, & superiora loca.

S. Angelus Dei beneficia refert, quo audito flet populus: post mortem tamen Iosue & coætanorum, Israel frequẽter liberatus, semper in peiora recidit. CAP. II.

A Ascenditq; angelus Domini de Galgalis ad Locum-flentium, & ait, Eduxi vos de Egypto, & introduxi in terram pro qua iuraui patribus vestris: & pollicitus sum vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternum: ita dumtaxat vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorũ subuertere tetis: & noluistis audire vocem meam, cur hoc fecistis? Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra: vt habeatis hostes, & dij eorum sint vobis in ruinam. Cumque loqueretur angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocem suam, & fleuerunt. Et vocatum
B est nomen loci illius, Locus flentium siue lachrymarum: immolaueruntque ibi hostias
Iosu.24.g Domino. ‖Dimisit ergo Iosûe populum, & abierunt filij Israel vnusquisque in possessionem suam, vt obtinerent eam: seruieruntque Domino cũctis diebus eius, & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerant omnia opera Domini quæ fecerat cum Israel. Mortuus est autem Iosûe filius Nun, famulus Domini, centum & decem annorum, & sepelierunt eũ in finibus possessionis suæ in Thamnath-sare in monte Ephraim, à septentrionali plaga montis Gaas. Omnisq; illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexerunt alij, qui nõ nouerant Dominum, & opera quæ fecerat cum Israel. Feceruntque filij Israel malum in conspectu Domini & seruierunt Baalim. Ac dimiserũt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxerat eos de
C Terra-Aegypti: & secuti sunt deos alienos, deosque populorum qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiam concitauerunt Dominum, dimittentes eum, & seruientes Baal & Astharot. Iratusq; Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperũt eos, & vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersarijs suis, sed quocunq; pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis: & vehementer afflicti sunt. Suscitauitq; Dominus iudices qui liberarent eos de vastantiũ manibus: sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum dijs alienis, & adorãtes eos. Cito deseruerunt viam per quam ingressi fuerant patres eorum: & audiẽtes mandata Domini, omnia fecêre contraria. Cumque Dominus D iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantium. Postquàm autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multo faciebant ‖maiora' quàm ‖peiora. fecerant patres eorum, sequentes deos alienos, seruientes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinuentiones suas, & viam durissimam per quã ambulare consueuerant. Iratusque est furor Domini in Israel, & ait, Quia iritũ fecit gens ista pactum meum quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit. & ego non delebo gentes quas dimisit Iosûe, & mortuus est: vt in ipsis experiar Israel, vtrùm custodiant viam Domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non. Dimisit ergo Dominus omnes nationes has, & cito subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosûe.

S. Israel sociatur Gentibus à Domino derelictis ad ipsius exercitationem, ideo sæpius per extraneos reges affligitur, sed respiscẽs per Othoniel, Aod & Sangar liberatur.

CAP. III.

HAe sunt gentes quas Dominus dereli- A quit, vt erudiret in eis Israelem, & omnes qui non nouerant bella Chananæorum: & postea discerẽt filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinẽ præliandi: quinq; satrapas Philisthinorum, omnemq; Chananæum, & Sidonium atq; He-
‖habitabat. uæum qui ‖'habitabat' in monte Libano, de monte Baal-hermon vsq; ad introitũ Emath. Dimisitq; eos, vt in ipsis experiretur Israelem vtrùm audirent mandata Domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. Itaq; filij Israel habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi, Iebusæi: & duxerũt vxores filias eorum, ipsique filias suas filijs eorum tradiderunt, & seruierunt dijs eorum, Feceruntq; malum in conspectu Domini, & obliti sunt Dei sui, seruientes Baalim & Astharoth. Iratusque contra Israel Dominus, tradidit eos in ma-

in manus Chusan-rasathâim regis Mesopo-
B tamiæ, seruieruntq; ei octo annis. Et clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem, & liberauit eos, Othoniel videlicet filiũ Cenez, fratrem Caleb minorem: fuitq; in eo Spiritus Domini, & iudicauit Israel. egressusque est ad pugnam, & tradidit Dominus in manus eius Chusan-rasathâim regem Syriæ, & oppressit eum. Quieuitque terra quadraginta annis, & mortuus est Othoniel filius Cenez. Addiderunt autem filij Israel facere malum in conspectu Domini: qui confortauit aduersum eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in conspectu eius. Et copulauit ei filios Ammon, & Amalec: abijtque & percussit Israel, atque possedit Vrbem-palmarum. Seruieruntque filij Israel Eglon regi Moab decem & octo annis: & postea clamauerunt ad Dominum: qui suscitauit eis saluatorem vocabulo Aod, filium Gera filij Iemini, qui vtraque manu pro dextera vtebatur.
C Miseruntq; filij Israel per illum munera Eglõ regi Moab. Qui fecit sibi gladium ancipitem, habentem in medio capulũ longitudinis palmæ manus, & accinctus est eo subtèr sagum in dextro femore. Obtulitque munera Eglon regi Moab. Erat autem Eglon crassus nimis. Cumque obtulisset ei munera, prosecutus est socios qui cũ eo venerant. Et reuersus de Galgalis, vbi erant idôla, dixit ad regem, Verbum secretum habeo ad te ô rex. Et ille imperauit silentium: egressisque omnibus qui circa eum erant, ingressus est Aod ad eum. sedebat autẽ in æstiuo cœnaculo solus, dixitq;, Verbũ Dei habeo ad te. Qui statim surrexit de throno. Extenditq; Aod sinistram manum, & tulit sicam de dextero femore suo, infixitque eam in ventrem eius tam validè vt capulus sequeretur ferrum in vulnere, ac pinguissimo adipe stringeretur. Nec eduxit gladium, sed ita vt percussĕrat, reliquit in corpore, statimque per secreta naturæ alui stercora proruperunt.
D Aod autem clausis diligentissimè ostijs cœnaculi, & obfirmatis sera, per posticum egressus est. Seruique regis ingressi viderunt clausas fores cœnaculi, atque dixerunt, Forsitan purgat aluum in æstiuo cœnaculo. Expectantesque diu donec erubescerent, & videntes quòd nullus aperiret, tulerunt clauem: & aperientes inuenerunt dominum suum in terra iacentem mortuum. Aod autem dum illi turbarentur, effugit, & pertransijt Locum-idolorum vnde reuersus fuerat. Venitque in Seirath: & statim insonuit buccina in monte Ephraim: descenderuntque cum eo filij Israel, ipso in fronte gradiente, Qui dixit ad eos, Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos nostros Moabitas in manus nostras. Descenderuntq; post eum & occupauerunt vada Iordanis quæ transmittunt in Moab: & non dimiserunt transire quenquam, sed percusserunt Moabitas in tempore illo, circiter decem millia, omnes robustos & fortes viros. nullus eorum euadere potuit. Humiliatusque est Moab in die illo sub manu Israel: & quieuit terra octoginta annis.

Post hunc fuit Samgar filius Anath, qui percussit de Philisthijm sexcentos viros vomere: & ipse quoque defendit Israel.

S. Debora prophetissa & Barac aduersus Sisaram principem regis Iabin dimicant, quem profugum occîdit Iabel vxor Aber Cinæi.

CAP. IIII.

ADdideruntque filij Israel facere ma- A
lum in conspectu Domini post mortem Aod, & tradidit illos Dominus in manus Iabin regis Chanaan, qui regnauit in Asor: habuitq; ducem exercitus sui nomine Sisaram, ipse autem habitabat in Haroseth-gentium. Clamaueruntq; filij Israel ad Dominum. nongentos enim habebat falcatos currus, & per viginti annos vehementer oppresserat eos. Erat autĕ Debora prophêtis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populum in illo tẽpore. Et sedebat sub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Beth-el in monte Ephraim, ascendebantq; ad eam filij Israel in omne iudicium. Quæ misit, & vocauit Barac filiũ Abi-noẽ de Cedes Nepthali: dixitq; ad eũ, Præcepit tibi Dominus Deus Israel, vade & duc exercitũ in montem Thabor, tollesq; tecũ decem millia pugnatorũ de filijs Nephthali, & de filijs Zabûlõ: ego autĕ adducam ad te in loco torrentis Cison. Sisarã principem exercitus Iabin, & currus eius, atque omnem B
multitudinem, & tradã eos in manu tua. Dixitq; ad eam Barac, Si venis mecum, vadam: si nolueris venire ▷mecũ, non pergam. Quæ di- Iud.6.
xit ad eum, Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sisara. Surrexit itaq; Debora, & perrexit cum Barac in Cedes. Qui accitis Zabûlon & Nephthali, ascendit cum decem millibus pugnatorum, habens Deboram in comitatu suo. Haber autem Cinæus recesserat quondam à cæteris Cinæis fratribus suis filijs Hobab, cognati Moysi: & tetenderat tabernacula vsq; ad vallem quæ vocatur Sennim, & erat iuxta Cedes. Nuntiatumq; est Sisaræ quòd ascendisset Barac filius Abi-nõem, in montem Thabor: & congregauit nongentos falcatos currus, & omnem exercitum de Haroseth-gentium ad Torrentem-cison. Dixitque Debora ad Barac, Surge hæc est enim dies in qua tradidit Dominus Sisaram in manus tuas: en ipse ductor est tuus. Descendit

itaq; Barac de monte Thabor, & decem millia pugnatorum cum eo. ‖ Perterruitq; Dominus Siſaram, & omnes currus eius, vniuerſamque multitudinem in ore gladij ad conſpectũ Barac: intãtum vt Siſara de curru deſiliens, pedibus fugeret, & Barac perſequeretur fugientes currus, & exercitum vſq; ad Haroſeth-gẽtium, & omnis hoſtium multitudo vſque ad internecionem caderet. Siſara autem fugiens peruenit ad tentoriũ Iahel vxoris Haber Cinæi. Erat autem pax inter Iabin regem Azor, & domum Haber Cinæi. Egreſſa igitur Iahel in occurſum Siſaræ, dixit ad eum, Intra ad me Domine mi, intra ne timeas. Qui ingreſſus tabernaculum eius, & opertus ab ea pallio, dixit ad eam, Da mihi obſecro paululum aquæ, D quia ſitio valde. Quæ aperuit vtrem lactis, & dedit ei bibere, & operuit illum. Dixitq́ue Siſara ad eam, Sta ante oſtium tabernaculi: & cùm venerit aliquis interrogans te, & dicens, Nunquid hic eſt aliquis? Reſpondebis, Nullus eſt. Tulit itaque Iahel vxor Haber, clauum tabernaculi, aſſumens pariter & malleum: & ingreſſa abſconditè, & cum ſilentio poſuit ſupra tempus capitis eius clauum, percuſſumq́; malleo defixit in cerebrum vſque ad terram: qui ſoporem morti ſocians defecit, & mortuus eſt. Et ecce Barac ſequens Siſaram venie bat: egreſſaq́; Iahel in occurſum eius, dixit ei, Veni, & oſtendam tibi virum quem quæris. Qui cùm intraſſet ad eam, vidit Siſaram iacẽtem mortuũ, & clauum infixum in tempore eius. Humiliauit ergo Deus in die illo Iabin regem Chanáan coram filijs Iſrael: qui creſcebant quotidie, & forti manu opprimebant Iabin regem Chanáan donec delerent eum.

Pſal. 82. c.

S. Canticum gratiarum actionis Deboræ & Barac poſt victoriam.

CAP. V.

A CEcineruntq́ue Debora & Barac filius Abinóem in illo die, dicentes.

Qui ſponte obtuliſtis de Iſrael animas veſtras ad periculũ, benedicite Domino.

Audite reges, auribus percipite principes: Ego ſum, ego ſum quæ Domino canam, pſallam Domino Deo Iſrael.

Domine cùm exires de Seir, & tranſires per regiones Edom, terra mota eſt, cœliq́ue ac nubes diſtillauerunt aquis.

Montes fluxerunt à facie Domini, & Sinai à facie Domini Dei Iſrael.

In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel quieuerunt ſemitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerunt per calles deuios.

Ceſſauerunt fortes in Iſrael, & quieuerunt: donec ſurgeret Debora, ſurgeret mater in Iſrael.

Noua bella elegit Dominus, & portas hoſtiũ ipſe ſubuertit: clypeus & haſta ſi apparuerunt in quadraginta millibus Iſrael.

Cor meum diligit principes Iſrael: qui propria voluntate obtuliſtis vos diſcrimini B benedicite Domino.

Qui aſcenditis ſuper nitẽtes *aſinos', & ſedetis *Afferas. in iudicio & ambulatis in via, loquimini.

Vbi colliſi ſunt currus, & hoſtium ſuffocatus eſt exercitus, ibi narrentur iuſtitiæ Domini, & clementia in fortes Iſrael: tunc deſcendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum.

Surge, ſurge Debora, ſurge, ſurge, & loquere canticum: ſurge Barac, & apprehende captiuos tuos filij Abinóem.

Saluatæ ſunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicauit.

Ex Ephráim deleuit eos in Amalec, & poſt eum ex Ben-iamin in populos tuos ô Amalec: de Machir principes deſcenderunt, & de Zabûlon qui exercitum ducerent ad belandum.

Duces Iſſachar fuêre cum Debora, & Barac veſtigia ſunt ſecuti, qui quaſi in præceps ac barathrum ſe diſcrimini dedit: diuiſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta eſt contentio.

Quare habitas inter duos terminos, vt audias C ſibilos gregum? diuiſo contra ſe Ruben, magnanimorum reperta eſt contentio.

Galaad trans Iordanem quieſcebat. & Dan vacabat nauibus: Aſer habitabat in littore maris, & in portubus morabatur.

Zabulon verò & Nephthali obtulerunt animas ſuas morti in regione Merome.

Venerunt reges & pugnauerunt, pugnauerunt reges Chanáan in Tanach, iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulêre prædantes.

De cœlo dimicatum eſt contra eos: ſtellæ manentes in ordine & curſu ſuo, aduerſus Siſaram pugnauerunt.

Torrens ciſon traxit cadauera eorum, Torrens cadumim, Torrens ciſon: conculca anima mea robuſtos.

Vngulæ equorum ceciderunt, fugientibus impetu, & per præceps ruentibus fortiſsimis hoſtium.

Maledicite Terræ-Meroz, dixit angelus Domini, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxilium Domini, in adiutorium fortiſsimorum eius.

Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber D Cinei, & benedicatur in tabernaculo ſuo'.

Aquam petenti lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum.

Siniſtram manum miſit ad clauũ, & dextram ad fabrorum malleos, percuſſitq́; Siſaram quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforans.

Inter pedes eius ruit, defecit, & mortuus eſt: voluebatur ante pedes eius, & iacebat examinis & miſerabilis.

Per feneſtram reſpiciens, vlulabat mater eius: & de cœnaculo loquebatur, Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarum illius?

Vna ſapientior cæteris vxoribus eius, hæc ſocrui verba reſpondit.

Forſitan nunc diuidit ſpolia, & pulcherrima fœminarum eligitur ei: veſtes diuerſorum colorum Siſaræ traduntur in prædam, & ſupellex varia ad ornanda colla congeritur.

Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligũt te, ſicut ſol in ortu ſuo ſplendet, ita rutilent.

Quieuitq́ue Terra per quadraginta annos.

S. Iſraelitis à Madian oppreſſis Gedeon multis ſignis auxilio deſignatur, qui poſt ſacrificium & altare Deo erectum deſtruxit aram Báal, eiq́; rurſum datur ſignum in vellere.

CAP. VI.

A FEcerunt autem filij Iſrael malum in cõſpectu Domini: qui tradidit illos in manu Madian ſeptẽ annis, & oppreſſi ſunt valde ab eis. Fecerunt́que ſibi antra & ſpeluncas in montibus, & munitiſsima ad repugnandum loca. Cumq́ue ſæuiſſet Iſrael, aſcendebat Madian & Amalec, cæteriq́; orientalium nationum: & apud eos figentes tentoria, ſicut erant in herbis cuncta vaſtabant vſque ad introitum Gazæ: nihilq́; omnino ad vitam pertinens relinquebant in Iſrael, non oues, non boues, non aſinos. Ipſi enim & vniuerſi greges eorum veniebant cum tabernaculis ſuis, & inſtar locuſtarum vniuerſa complebant, innumera multitudo hominum, & camelorum, quicquid tetigerant deuaſtantes. Humiliatuſq́ue eſt Iſrael valde in conſpectu Madian. Et clamauit ad Dominum poſtulans auB xilium contra Madianitas. Qui miſit ad eos virum prophetam, & locutus eſt, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ego vos feci conſcendere de Aegypto, & eduxi vos de domo ſeruitutis, & liberaui de manu Aegyptiorum & omnium inimicorum qui affligebant vos: eiecíq; eos ad introitum veſtrũ, & tradidi vobis Terram eorum. Et dixi, Ego Dominus Deus veſter, ne timeatis Deos Amorrhæorũ, in quorum Terra habitatis. Et noluiſtis audire vocem meam. Venit autem angelus Domini, & ſedit ſub quercu quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patremfamiliæ Ezri. Cumq́ue Gedeon filius eius excuteret atque purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian, ap paruit ei angelus Domini, & ait, Dominus te- C cum virorum fortiſsime. Dixitq́; ei Gedeon, Obſecro mi domine, ſi Dominus nobiſcum eſt, cur apprehenderunt nos hæc omnia? vbi ſunt mirabilia eius que narrauerunt patres noſtri, atque dixerunt, De Aegypto eduxit nos Dominus? Nunc autem dereliquit nos Dominus, & tradidit in manus Madiã. Reſpexitq́ue ad eum Dominus, & ait, Vade in hac fortitudine tua, & liberabis Iſrael de manu Madian: ſcito quòd miſerim te. Qui reſpondens ait, Obſecro mi domine in quo liberabo Iſrael? ecce familia mea infima eſt in Manaſſe, & ego minimus in domo patris mei. Dixitq́ue ei dominus, Ego ero tecum, & percuties Madian quaſi vnum virum. Et ille, Si inueni, inquit, gratiam coram te, da mihi ſignum quòd tu ſis qui loqueris ad me. Nec recedas hinc, donec D reuertar ad te, portans ſacrificium, & offerens tibi. Qui reſpondit, Ego præſtolabor aduentum tuum. ingreſſus eſt itaq; Gedeon & coxit hœdum, & de farinæ modio azymos panes: carnesq́ue ponens in caniſtro, & ius carnium mittens in ollam, tulit omnia ſub quercu, & obtulit ei. Cui dixit angelus Domini, Tolle carnes & azymos panes, & pone ſupra petram illam, & ius dèſuper funde. Cumq́ue feciſſet ita, extendit angelus Domini ſummitatẽ virgæ quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos: aſcenditq́ue ignis de petra, & carnes, azymosq́; panes conſumpſit: angelus autem Domini euanuit ex oculis eius. Videſq́ue Gedeon quòd eſſet angelus Domini, ait, Heu mi Domine Deus: quia vidi angelum Domini facie ad faciem. Dixitq́ue ei Dominus, Pax tecum: ne timeas, non morieris.

Aedificauit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocauitq́; illud, Domini-pax, vſq; in præ- E ſentem diem. Cumq́ue adhuc eſſet in Ephra quæ eſt familiæ Ezri, nocte illa dixit Dominus ad eum, Tolle taurũ patris tui, & alterum taurum annorum ſeptem, deſtruesq́ue aram Báal quæ eſt patris tui: & nemus quod circa aram eſt, ſuccide: & ædificabis altare Domino Deo tuo in ſummitate petræ huius, ſuper quã antè ſacrificium poſuiſti: tollesq́; taurum ſecundum, & offeres holocauſtum ſuper ſtruem lignorum quæ de nemore ſuccideris. Aſſumptis ergo Gedeon decem viris de ſeruis ſuis, fecit ſicut præceperat ei Dominus. Timens autem domum patris ſui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere, ſed omnia nocte compleuit. Cumq́; ſurrexiſſent viri oppi- F di eius mane, viderunt deſtructam aram Báal, lucumq́; ſucciſum, & taurum alterum impoſitum ſuper altare quod tunc ædificatum erat. Dixeruntq́ue adinuicem, Quis hoc fecit?

Universidad de Deusto Biblioteca

Cumq; perquirerent authorem facti, dictum est, Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia. Et dixerunt ad Ioas, Produc filium tuum huc, vt moriatur: quia destruxit aram Báal, & succidit nemus. Quibus ille respondit, Nunquid vltores estis Báal, vt pugnetis pro eo? qui aduersarius est eius, moriatur antequàm lux crastina veniat. si deus est, vindicet se de eo qui suffodit aram eius. Ex illo die vocatus est Gedeon, Ierobáal, eò quòd dixisset Ioas, Vlciscatur se de eo Báal, qui fodit aram eius. Igitur omnis Madian & Amalec, & orientales populi congregati sunt simul. & transeuntes Iordanem, castrametati sunt in valle-Iezrael. Spiritus au-
G tem Domini induit Gedeon, qui clangẽs buccina conuocauit domum Abi-ézer, vt sequeretur se. Misitque nuntios in vniuersum Manassem, qui & ipse secutus est eũ. & alios nuntios in Azer & Zabulon & Nephthali, qui occurrerunt ei. Dixitq; Gedeon ad Dominum, Si saluum facis per manum meam Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quòd per manum meã, sicut locutus es, liberabis Israel. Factumq; est ita. Et de nocte consurgens expresso vellere, concham rore impleuit. Dixitq; rursus ad Dominum, Ne irascatur furor tuus cõtra me si adhuc semel tentauero, signum quærens in vellere. Oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. Fecitque Dominus nocte illa vt postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

S. *Probatis ad aquas his qui ad bellum essent progressuri, Gedeon audito vnius è castris Madianitarum somnio, in eos irruit: tubis, lagenis ac lucernis armatus, quos cum Oreb & Zeb principibus eorum deuicit.*

CAP. VII.

A IGitur Ierobáal qui & Gedeon, de nocte consurgens, & omnis populus cum eo, venit ad fontem qui vocatur Harad. erant autem castra Madian in valle ad septentrionalem plagam collis excelsi. Dixitque Dominus ad Gedeon, Multus tecum est populus, nec tradetur Madian in manus eius: ne glorietur contra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum. Loquere ad populum, & cunctis
Deu.20.b 1.Mac.3.g audientibus prædica, ||Qui formidolosus & timidus est' reuertatur. Recesseruntq; de monte Galaad, & reuersi sunt ex populo vigintiduo millia virorum, & tantùm decem millia
B remanserunt. Dixitq; Dominus ad Gedeon, Adhuc populus multus est: duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecum vadat, ipse pergat: quem ire prohibuero,
*ipse.1. *reuertatur. Cumq; descendisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon, Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lambere, separabis eos seorsum: qui autem curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaq; numerus eorum qui manu ad os proijciente, lambuerant aquas, trecenti viri: omnis autẽ reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeon, In trecentis viris qui lambuerunt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autem reliqua multitudo reuertatur in locũ suum. Sumptis itaque pro numero cibarijs & tubis, om- C
nem reliquam multitudinẽ abire præcepit ad tabernacula sua: & ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erant subter in valle. Eadem nocte dixit Dominus ad eum, Surge, & descende in castra: quia tradidi eos in manu tua. sin autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus. Et cùm audieris quid loquantur, tunc confortabuntur manus tuæ, & securior ad hostium castra descendes. Descendit ergo ipse & Phara puer eius in partẽ castrorum, vbi erant armatorũ vigiliæ. Madian autẽ & Amalec, & omnes D
orientales populi fusi iacebant in valle, vt locustarum multitudo: cameli quoq; innumerabiles erant, sicut arena quæ iacebat in littore maris. Cumq; venisset Gedeon, narrabat aliquis somniũ proximo suo: & in hunc modum referebat quod viderat, Vidi somnium, & videbatur mihi quasi subcineritius panis ex hordeo volui, & in castra Madian descendere: cumq; peruenisset ad tabernaculum, percussit illud atque subuertit, & terræ funditus coæ- E
quauit. Respondit is cui loquebatur, Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis filij Ioas viri Israelitæ. tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia castra eius. Cumq; audisset Gedeon somnium, & interpretationem eius, adorauit: & reuersus est ad castra Israel, & ait, Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madian. Diuisitq; trecentos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasq; vacuas, ac lampades in medio lagenarum. Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partem castrorũ, & quod fecero sectamini. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoq; per castrorum circuitum clangite, & concla- F
mate, Domino & Gedeoni. Ingressusque est Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo in partem castrorum, incipientibus vigilijs noctis mediæ, & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas. Cumque per gyrum castrorum in tribus personarẽt locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lãpades, & dextris °sonãtes' tubas, clamaueruntq;, Gladius Domini & Gedeonis: stantes singuli in loco suo per circuitum castrorum hostilium. Omnia °sonabãtes.
itaq; castra turbata sunt, & vociferantes, vlulantesq; fugerunt: & nihilominus insistebant
Psal.82.c. trecenti viri buccinis personantes. ||Immisitq; Dominus gladium in omnibus castris, & mutua se cæde truncabant, fugientes vsque ad
°Beth-seta. 4. °Beth-seca', & crepidinem Abel-mehula in
G Tabbath. Conclamantes autem viri Israel de Nephthali & Aser, & omni Manasse persequebantur Madian. Misitq; Gedeon nuntios in omnem montem Ephráim, dicens, Descẽdite in occursum Madian, & occupate aquas vsq; Beth-bera atq; Iordanẽ. Clamauitq; om-
Isaie.10.f. Psal.82.c. nis Ephraim, & præoccupauit aquas atq; Iordanem vsq; Beth-bera. ||Apprehensosq; duos viros Madian, Oreb & Zeb: interfecit Oreb in Petra-Oreb, Zeb verò in Torculari-Zeb. Et persecuti sunt Madian, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

S. *Ephráim insurgit aduersum Gedeõ, qui deuictis Zébee & Salmana, viros Socoth & Phanuel perdidit, & ex inauribus alijsq; populi donis fecit Ephod, quod domui suæ & Israeli fuit in ruinam: postquàm autem quadraginta annis præfuit, generatis. 70. filijs ex vxoribus, & vno ex concubina, mortuus est, redijtq; Israel ad Idololatriam.*

CAP. VIII.

A DIxeruntq; ad eum viri Ephraim, Quid est hoc quod facere voluisti, vt nos nõ vocares, cùm ad pugnam pergeres contra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim inferentes. Quibus ille respondit, Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nõne melior est racemus Ephraim, vindemijs Abi-ézer? In manus vestras Dominus tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cùm locutus esset, requieuit spiritus eorum, quo tumebant contra eum. Cumq; venisset Gedeon ad Iordanem, transiuit eum cum trecentis viris qui secum erant: & præ lassitudine, fugientes persequi non poterant. Dixitque ad viros Socoth, Date, obsecro, panes populo qui me-
B cum est, quia valde defecerunt: vt possimus persequi Zébee & Salmana reges Madian. Responderũt principes Socoth, Forsitan palmæ manuũ Zébee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes. Quibus ille ait, Cùm ergo tradiderit Do-
▷.6. minus Zébee & Salmana in manus meas, ▷& cùm reuersus fuero victor in pace', conteram carnes vestras cum spinis, tribulisque deserti. Et inde conscendens, venit in Phanuel: locutusque est ad viros loci illius similia. Cui & illi responderunt sicut responderant viri Socoth. Dixit itaque eis, Cùm reuersus fuero victor in pace, destruam turrim hanc. Zébee autem & Salmana requiescebant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri re- C
manserant ex omnibus turmis orientalium populorum, cæsis centum viginti millibus bellatorum, & educentium gladium. Ascendens- Osee.10.d
que Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur ad orientalem partem Nobe, & Iegbaa, percussit castra hostium, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabantur. Fugeruntque Zébee & Salmana, quos persequẽs Gedeon comprehendit, turbato omni exercitu eorum. Reuertensque de bello ante solis ortum, apprehendit puerum de viris Socoth: interrogauitque eum nomina principum & seniorum Socoth, & descripsit septuaginta septem viros. Venitq; ad Socoth, & dixit eis, En Zébee & Salmana super quibus exprobrastis mihi, dicentes, Forsitan manus Zêbee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcirco postulas vt demus viris qui lassi sunt & defecerunt, panes. Tulit ergo seniores ciuitatis, & D
spinas deserti ac tribulos, & contriuit cũ eis, atq; comminuit viros Socoth. Turrim quoq; Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. Dixitque ad Zébee & Salmana. Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Qui responderunt, Similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis. Quibus ille respondit, Fratres mei fuerunt, filij matris meæ. viuit Dominus, quia si seruassetis eos, nõ vos occiderem. Dixitque Iether primogenito suo, Surge & interfice eos. Qui non eduxit gladium: timebat enim, quia adhuc puer erat. Dixeruntq; Zébee & Salmana, Tu surge, & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur est hominis. ||Surrexit Ge- Psal.82.c.
deon, & interfecit Zébee & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent. Dixeruntque omnes viri Israel ad Gedeõ, Dominare nostri tu & filius tuus, & filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian, Quibus ille ait, Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur vobis Dominus. Dixitq; ad eos, vnam petitionem postulo à vobis, Date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismaelitæ habere consueuerant. Qui responderunt, Libentissimè dabimus. Expandentesque super terram pallium, proiecerunt in eo inaures de præda: & fuit põdus postulatarum inauriũ, mille septingenti auri sicli, absque ornamentis, & monilibus, & veste purpurea, quibus reges Madian vti soliti erant, & præter torques aureas camelorum. Fecitque ex eo Gedeon ephod, & posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusq; est omnis Israel in eo, & factum est Gedeoni & omni domui eius in ruinam. Humiliatus est autem Madian coram filijs Israel, nec potuerunt vltrà cerui-

trà ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos quibus Gedeon præfuit. Abijt itaque Ierobáal filius Ioas, & habitauit in domo sua: habuitq; septuaginta filios, qui egressi sunt de femore eius, eò quòd plures haberet vxores. Concubina autem illius, quam habebat in Sichem, genuit ei filium nomine Abimélech. Mortuusq; est Gedeon filius Ioas in senectute bona, & sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. Postquàm aũt mortuus est Gedeõ, auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt in Baalim. Percusseruntq; cum Baal fœdus, vt esset eis in deum: nec recordati sunt Domini Dei sui, qui eruit eos de manibus inimicorum suorũ omnium per circuitum: nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobáal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

S. Abi-mélech occisis. 70. fratribus suis: imperium sibi tyrannicè vsurpat, qui post parabolã Ioatham fratris eius qui seruatus erat exercitum Gaal deuicit, turrimq; Sichem exussit, & à muliere tandem fragmine molæ oppressus est.

CAP. IX.

A ABijt autem Abi-mélech filius Ierobáal in Sichem ad fratres matris suæ, & locutus est ad eos, & ad omnem cognationem domus patris matris suæ dicẽs, Loquimini ad omnes viros Sichem, Quid vobis est melius, vt dominẽtur vestri septuaginta viri omnes filij Ierobáal, an vt dominetur vobis vnus vir? simulq; considerate quòd os vestrum, & caro vestra sum. Locutique sunt fratres matris eius de eo, ad omnes viros Sichem vniuersos sermones istos, & inclinauerunt cor eorũ post Abi-mélech, dicentes, Frater noster est. Dederuntque illi septuaginta pondera argenti de phano Báal-berith. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos, secutiq; sunt eum. Et venit in domum patris sui in Ephra, & occidit fratres suos filios Ierobáal septuaginta viros, super lapidẽ vnum: remansitq; Ioatham filius Ierobáal minimus, & absconditus est. Congregati sunt autem omnes viri Sichem, & vniuersæ familiæ vrbis Mello: abieruntque, & constituerunt regem Abimélech, iuxta quercum quæ stabat in Sichem.

B Quod cùm nunciatum esset Ioatham, iuit, & stetit in vertice montis Garizim: eleuataque voce, clamauit & dixit, Audite me viri Sichẽ, ita vt audiat vos Deus. Ierunt ligna, vt vngerent super se regem: dixeruntq; oliuæ, Impera nobis. Quæ respondit, Nunquid possum deserere pinguedinem meam, qua & Dij vtuntur, & homines, & venire vt inter ligna promouear? Dixeruntque ligna ad arborem ficum, Veni, & super nos regnum accipe. Quæ respondit eis, Nunquid possum deserere dulcedinem meam, fructusq; suauissimos, & ire vt inter cætera ligna promouear? Locutaq; sunt ligna ad vitem, Veni, & impera nobis. Quæ respondit eis, Nunquid possum deserere vinum meum, quod lætificat Deũ & homines, & inter ligna cætera promoueri? Dixeruntq; omnia ligna ad rhãnũ, Veni & impera super nos. Quæ respondit eis, Si verè me regẽ vobis constituitis, venite, & sub vmbra mea requiescite. si aũtẽ non▷vultis', egrediatur ignis de rhãno, ▷.15
& deuoret cedros Libani. Nunc igitur si rectè, C
& absque peccato constituistis super vos regem Abi-mélech, & bene egistis cũ Ierobáal, & cũ domo eius, & reddidistis vicẽ beneficijs eius qui pugnauit pro vobis, & animã suam dedit periculis, vt ereueret vos de manu Madian, qui nunc surrexistis contra domum patris mei, & interfecistis filios eius septuaginta viros super vnum lapidem, & constituistis regem Abi-mélech filium ancillæ eius super habitatores Sichem, eò quòd frater vester sit: si ergo rectè, & absque vitio egistis cum Ierobáal, & domo eius, hodie lætemini in Abi-mélech, & ille lætetur in vobis. Sin aũt peruersè, egrediatur ignis▷ex eo', & consumat habita- ▷.20
tores Sichem, & oppidum Mello: egrediaturque ignis de viris Sichem, & de oppido Mello, & deuoret Abi-mélech. Quæ cùm dixisset, fugit, & abijt in Bera: habitauitque ibi ob metum Abi-mélich fratris sui. Regnauit itaque Abi-mélech super Israel tribus annis. Misitque Dominus spiritum pessimum inter Abimélech, & habitatores Sichem: qui cœperunt eum detestari, & scelus interfectionis septuaginta filiorum Ierobáal, & effusionẽ sanguinis eorum conferre in Abi-mélech fratrem suum, & in cæteros Sichimorum principes qui eum adiuuerant. Posueruntque insidias aduersùm D
eum in summitate montium: & dum illius præstolabantur aduentum, exercebant latrocinia, agentes prædas de prætereuntibus. nuntiatumq; est Abi-mélech. Venit autem Gaal filius Obed cum fratribus suis, & transiuit in Sichimam. Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem, egressi sunt in agros vastantes vineas, vuasque calcantes: & factis cantantium choris ingressi sunt phanum dei sui, & inter epulas & pocula maledicebant Abi-mélech, clamante Gaal filio Obed, Quis est Abi-mélech, & quæ est Sichem, vt seruiamus ei? nunquid non est filius Ierobáal, & constituit principem Zebul seruum suum super viros Emor patris Sichem? Cur ergo seruiemus ei? vtinam daret aliquis populum istum sub manu mea, vt auferrem de medio Abi-mélech. Dictumque est Abi-mélech, Congrega exercitus multitudinem, & veni. Zebul enim princeps ciuitatis auditis sermonibus Gaal

filij Obed, iratus est valdè, & misit clàm ad Abi-melech nuntios, dicens, Ecce, Gaal filius Obed venit in Sichimam cum fratribus suis, & oppugnat aduersùm te ciuitatẽ. Surge itaque nocte cum populo qui tecum est, & latita
E in agro: & primo mane oriente sole, irrue super ciuitatem. illo autem egrediẽte aduersùm te cum populo suo, fac ei quod potueris. Surrexit itaque Abi-mélech cum omni exercitu suo nocte, & tetendit insidias iuxta Sichimã in quatuor locis. Egressusque est Gaal filius Obed, & stetit in introitu portæ ciuitatis. Surrexit autem Abi-mélech, & omnis exercitus cum eo de insidiarum loco. Cumque vidisset populum Gaal, dixit ad Zebul, Ecce de montibus multitudo descendit. Cui ille respondit, Vmbras montium vides quasi capita hominum, & hoc errore deciperis. Rursumq; Gaal ait, Ecce populus de vmbilico terræ descẽdit, & vnus cuneus venit per viam quæ respicit querecum. Cui dixit Zebul, Vbi est nunc os tuum quo loquebaris, Quis est Abi-mélech vt seruiamus ei? Nónne hic populus est quẽ despiciebas? Egredere, & pugna contra eum. Abijt ergo Gaal, spectãte Sichimorũ populo, & pugnauit contra Abi-mélech, qui persecutus est eum fugientem, & in vrbem compulit:
F ceciderunt quę ex parte eius plurimi, vsque ad portam ciuitatis, & Abi-mélech sedit in Ruma. Zebul autem, Gaal, & socios eius expulit de vrbe, nec in ea passus est commorari. Sequenti ergo die egressus est populus in campum. Quod cùm nũtiatum esset Abi-mélech, tulit exercitum suum, & diuisit in tres turmas, tendens insidias in agris. Vidensque quòd egrederetur populus de ciuitate, surrexit & irruit in eos, cum cuneo suo, oppugnans & obsidens ciuitatem: duæ aũtẽ turmæ palantes per campũ, aduersarios persequebantur. Porrò Abi-mélech omni die illo oppugnabat vrbem: quam cepit, interfectis habitatoribus eius, ipsaque destructa, ita vt sal in ea disperget. Quod cùm audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt phanum dei sui Berith, vbi fœdus cum eo pepigerãt, & ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. Abi-mélech quoque audiens viros turris Sichimorum pariter cõglobatos, ascendit in montem Selmon cum omni populo suo: & arrepta securi, præcidit arboris ramum, impositumque ferens humero, dixit ad socios, Quod me vidistis facere, cito facite. Igitur certatim ramos de arboribus præcidentes, sequebãtur ducem. Qui circundantes præsidiũ,
G succẽderunt: atque ita factum est, vt fumo & igne mille hominum necarentur, viri pariter & mulieres, habitatorum turris Sichem. Abimélech autem inde proficiscens venit ad oppidũ Thebes, quod circundans obsidebat exercitu. Erat autẽ turris excelsa in media ciuitate, ad quam confugerant simul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis, clausa firmissimè ianua, & super turris tectum stantes per propugnacula. Accedensq; Abi-mélech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquans ostio, ignem supponere nitebatur: ‖ & 2.Re.11.c.
ecce vna mulier fragmẽ molæ dèsuper iaciẽs, illisit capiti Abi-mélech, & confregit cerebrũ eius. Qui vocauit cito armigerum suum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percute mẽ: ne forte dicatur quòd à fœmina interfectus sim. Qui iussa perficiens, interfecit eum. illoq; mortuo, omnes qui cum eo erãt de Israel, reuersi sunt in sedes suas: & reddidit Deus malum quod fecerat Abi-mélech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis. Sichimitis quoque quod operati erant, retributum est, & venit super eos maledictio Ioatham filij, Ierobáal.

S. Thola vita functo Iair dux succedit: Israëlitæ verò in idololatriam lapsi traduntur Philisthæis & Ammonitis, quibus pœnitentibus Dominus ingratitudinem improperat, tandemq; eorum miseretur.

CAP. X.

POst Abi-mélech surrexit dux in Israel A
Thola filius Phua patrui Abi-mélech, vir de Issachar, qui habitauit in Samir
'montis' Ephrâim: & iudicauit Israelẽ viginti 'monte.3.
& tribus annis, mortuusq; est, ac sepultus in Samir. Huic successit Iair Galaadites, qui iudicauit Israelem per viginti & duos annos, habens triginta filios sedentes super triginta pullos asinarũ, & principes triginta ciuitatũ, quæ ex nomine eius sunt appellatæ Auoth-Iair, id est oppida Iair, vsque in præsentem diem in Terra-Galaad. Mortuusq; est Iair: ac B
sepultus in loco, cui est vocabulum Camon. Filij autem Israel peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malum in cõspectu Domini, & seruierunt idôlis, Báalim & Astaroth, & dijs Syriæ ac Sidônis & Moab & filiorũ Ammon & Philisthijm: dimiseruntque Dominum, & non coluerunt eũ. Contra quos Dominus iratus, tradidit eos in manus Philisthijm & filiorũ Ammõ. Afflictiq; sunt, & vehementer oppressi per annos decem & octo, omnes qui habitabãt trans Iordanẽ in Terra-Amorrhæi, quæ est in Galaad: intantũ vt filij Ammon Iordanẽ transmisso vastarent Iudã & Ben-iamin & Ephrâim: afflictusque est Israel nimis. Et clamantes ad Dominum, dixe- C
rũt, Peccauimus tibi, quia dereliquimus▷Do ▷.4.
minum' Deum nostrũ, & seruiuimus Báalim. Quibus locutus est Dominus, Nunquid non Aegyptij & Amorrhæi, filijq; Ammõ & Philisthijm,

listhijm, Sidonij: quoq; & Amalech & Chanáan oppresserunt vos: & clamastis ad me, & erui vos de manu eorum? Et tamē reliquistis me, & coluistis deos alienos: idcirco non addam vt vltrà vos liberem. ite, & inuocate deos quos elegistis: ipsi vos liberent in tēpore angustiæ. Dixeruntq; filij Israel ad Dominum, Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet: tantùm nunc libera nos. Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idôla proiecerunt, & seruierunt Domino Deo: qui doluit super miserijs eorum. Itaque filij Ammon conclamantes, in Galaad fixêre tentoria: contra quos cōgregati filij Israel, in Mas-
D pha castrametati sunt. Dixeruntq; principes Galaad singuli ad proximos suos, Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

S. Iephte iudex factus Dei spiritu accensus, primum ratione agit cum rege Ammonitarum, deinde vbi eos vicisset, ob votū temerè factum filiam suam sacrificauit.

CAP. XI.

A FVit itaq; illo in tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atque pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad. Habuit autem Galaad vxorem, de qua suscepit filios: qui postquàm creuerāt, eiecerunt Iephte, dicentes, Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus es. Quos ille fugiens atq; deuitans, habitauit in Terra-Tob: congregatiq́ue sunt ad eum viri inopes, & latrocinātes, & quasi principem sequebantur.

In illis diebus pugnabant filij Ammō contra Israel. Quibus acriter instātibus perrexerunt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxilium sui Iephte de Terra-Tob: dixeruntq́ue ad eum, Veni, & esto princeps noster, & pugna contra filios Ammon. Quibus ille respondit, Nónne vos estis qui odistis me, & eie-
B cistis de domo patris mei, & nunc venistis ad me necessitate compulsi? Dixeruntq́ue principes Galaad ad Iephte, Ob hanc igitur causam nunc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, fisq́ue dux omnium qui habitant in Galaad. Iephte quoque dixit eis, Si verè venistis ad me, vt pugnem pro vobis contra filios Ammon, tradideritq́ue eos Dominus in manus meas, ego ero vester princeps? Qui responderunt ei, Dominus qui hæc audit, ipse mediator ac testis est quòd nostra promissa faciemus. Abijt itaq; Iephte cum principibus Galaad, fecitq́ue eum omnis populus principem sui. Locutus q́ue est Iephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha. Et misit nuntios ad regem filiorum Ammon, qui ex
C persona sua dicerent, Quid mihi & tibi est, quia venisti contra me, vt vastares terram meā? Quibus ille respondit, ‖Quia tulit Israel Num. 21.
terram meam, quando ascendit de Aegypto à finibus Arnon vsq; Ieboc atq; Iordanem: nūc ergo cum pace redde mihi eam. Per quos rursum mandauit Iephte, & imperauit eis vt dicerent regi Ammon, Hæc dicit Iephte, Non tulit Israel Terram-Moab, nec Terram filiorum Ammon: sed quādo de Aegypto cōscenderunt, ambulauit per solitudinem vsque ad
Num. 20. Mare-rubrum, & venit in Cades. ‖ Misitq́ue nuntios ad regem Edom, dicens, Dimitte me vt transeam terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere cōtempsit. Māsit itaq; in Cades & circuiuit ex latere Terram-Edom, & Terram-Moab: venitq́; contra orientalem plagam Terræ-Moab, & Num. 20. & 21.
castrametatus est trans Arnō: ‖nec voluit in-
D trare terminos Moab: Arnō quippe confiniū est Terræ-Moab. Misit itaque Israel nuntios ad Sehon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei, Dimitte vt trā seam per terram tuam vsq; ad fluuium. Qui & ipse Israel verba despiciens, non dimisit eū transire per terminos suos: sed infinita multitudine congregata egressus est contra eum in Iasa, & fortiter resistebat. Tradiditq́ue eum Dominus in manus Israel cum omni exercitu suo, & percussit eum, & possedit omnem Terrā Amorrhæi habitatoris regionis illius, & vniuersos fines eius de Arnon vsq; Ieboc,
E & de solitudine vsq; ad Iordanem. Dominus ergo Deus Israel subuertit Amorrhæum, pugnante contra illum populo suo Israel, & tu nūc vis possidere terram eius? Nónne ea quæ possedit Chamos deus tuus, tibi iure debētur? Quæ autē Dominus Deus noster victor ob- Num. 21.
obtinuit, in nostrā cedent possessionem: ‖nisi
forte melior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum, quando habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroer, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta
F 'Iordanem', per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me malè agis, indicens mihi bella non iusta. Iudicet Dominus arbiter huius diei inter Israel, & inter filios Ammon. Noluitq́; acquiescere rex filiorū Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mandauerat. Factus est ergo super Iephte Spiritus Domini, & circuiens Galaad & Manasse, Maspha quoque Galaad, & inde transiens ad filios Ammō, votum vouit Domino, dicens. Si tradideris filios Ammon in manus meas: quicunq; primus fuerit egressus de

sus de foribus domus meæ, mihiq́ue occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, eum holocaustū offeram Domino. transiuitq́; Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit Dominus in manus eius. Percussitq́ue ab Aroer vsque dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quæ est vineis cōsita, plaga magna nimis. humiliatiq́; sunt filij Ammon à filijs Israel. Reuertente autem Iephte in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris. non enim habebat alios liberos. Qua visa scidit vestimēta sua, & ait, Heu me filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. aperui enim os meum ad Dominum, & aliud
G facere non potero. Cui illa respondit, Pater mi, si aperuisti os tuū ad Dominum, fac mihi quodcunque pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. Dixitq́ue ad patrem, Hoc solum mihi præsta quod deprecor, Dimitte me vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Cui ille respōdit, Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cumq́ue abijsset cum socijs ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. Expletisq́ue duobus mēsibus, reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum. Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est, vt post anni circulū conueniant in vnū filij Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

S. Ephratæi aduersus Iephte insurgentes ad vada Iordanis occidunturr, quum vocem Schibboleth proferre nō possent, quo vita functo succedunt duces Abesan Elon & Abdon.

CAP. XII.

A ECce autē in Ephraim orta est seditio. nam transeuntes contra aquilonem, dixerunt ad Iephte. Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon, vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incende-
*Heb. mus *domum tuā. Quibus ille respondit, Disceptatio erat mihi & populo meo cōtra filios Ammon vehemens: vocauiq́ue vos vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis. Quod cernens, posui animam meā in manibus meis, transiuiq́ue ad filios Ammon, & tradidit eos
B Dominus in manus meas. Quid commerui, vt aduersum me consurgatis in prælium? Vocatis itaque ad se cunctis viris Galaad, pugnabat contra Ephraim: percusseruntq́; viri Galaad Ephraim, quia dixerat, Fugitiuus est Galaad de Ephraim, & habitat in medio Ephraim & Manasse. Occupaueruntq́ue Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephraim reuersurus erat. Cumq́; venisset ad ea de Ephraim numero, fugiens, atque dixisset, Obsecro vt me transire permittas: dicebāt ei Galaaditæ, Nun quid Ephratæus es? Quo dicēte, Non sum: interrogabāt eum, Dic ergo Schibbóleth, quod C
interpretatur spica. Qui respōdebat, Schibbóleth: eadem litera spicam exprimere non valens. Statimq́ue apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephraim quadraginta duo millia. Iudicauit itaque Iephte Galaadites Israel sex annis: & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hūc iudicauit Israel Abesan de Beth-léhem: qui habuit triginta filios, & totidem filias: quas emittēs foras, maritis dedit, & eiusdē numeri filijs suis accepit vxores, introducēs in domum suam. Qui septem annis iudicauit Israel, mortuusq́ue est, ac sepultus D
in Beth-léhem. Cui successit *Ahialon' Zabu- *Elon. i.
lonites: & iudicauit Israel decem annis: mortuusq́ue est ac sepultus in Zabûlon. Post hūc iudicauit Israel Abdon, filius Elel Pharathonites: qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendētes super septuaginta pullos asinarum, & iudicauit Israel octo annis: mortuusq́; est ac sepultus in Pharathon terræ Ephraim, in monte Amelech.

S. Israelitæ rursum in idololatriam lapsi Philisthæis traduntur: Samson nasciturus ab angelo prædicitur matri & deinde patri, natusq; à Domino benedicitur.

CAP. XIII.

RVrsumq́ue filij Israel fecerunt malum A
in conspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis. Erat autem quidam vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue, habens vxorem sterilem. Cui apparuit angelus Domini, & dixit ad eam, Sterilis es & absq; liberis: sed cōcipies & paries filium. caue ergo ne bibas vinum ac siceram, nec immūdum quicquam comedas: quia concipies, & paries filium, cuius non tanget caput nouacula: erit enim nazaræus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorum. Quæ cùm venisset ad maritum suum, dixit ei, Vir Dei venit ad me, habēs vultum angelicum, terribilis nimis. Quem cùm interrogassem quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere: sed hoc respondit, Ecce concipies & pa- B
ries filium: caue ne vinum bibas nec siceram, & ne aliquo vescaris immūdo: erit enim puer nazaræus Dei ab infantia sua, & ex vtero matris suæ, vsque ad diem mortis suæ. Orauit itaque Manue Dominum, & ait, Obsecro Domine, vt vir Dei quem misisti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est. Exaudiuitq́ue Dominus deprecantem Manue, & apparuit rursum angelus

Universidad de Deusto
Biblioteca

gelus Dei vxori eius sedenti in agro. Manue autem maritus eius nō erat cum ea. Quæ cùm vidisset angelum, festinauit, & cucurrit ad virum suum: nuntiauitque ei, dicens, Ecce apparuit mihi vir quem antè videram. Qui surrexit, & secutus est vxorem suam: veniensq; ad
C virum, dixit ei, Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respōdit, Ego sum: Cui Manue, Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer? aut à quo se obseruare debebit? Dixitq; angelus Domini ad Manue, Ab omnibus quæ locutus sum vxori tuæ, abstineat se: & quicquid ex vinea nascitur, non comedat: vinum & siceram nō bibat, nullo vescatur immundo: & quod ei præcepi, impleat atq; custodiat. Dixitque Manue ad angelum Domini, Obsecro te vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris. Cui respondit angelus, Si me cogis, nō comedam panes tuos: si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Et nesciebat Manue quòd angelus Domini esset. Dixitq; ad eum, Quod est tibi nomen, vt si sermo tuus fuerit expletus, honoremus te? Cui ille respondit,
D Cur quæris nomen meum, quod est mirabile? Tulit itaque Manue hœdum de capris, & libamenta, & posuit super petrā, offerens Domino qui facit mirabilia: ipse autem & vxor eius intuebantur. Cumq; ascenderet flamma altaris in cœlū, angelus Domini pariter in flāma ascendit. Quod cùm vidissent Manue & vxor eius, proni ceciderunt in terram, & vltrà eis nō apparuit angelus Domini. Statimq; intellexit Manue angelū Domini esse, & dixit ad vxorem suā, Morte moriemur, quia vidimus Dominū. Cui respōdit mulier, Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustū & libamenta non suscepisset, nec ostēdisset nobis hæc omnia, neq; ea quæ sunt vētura, dixisset. Peperit itaq; filiū, & vocauit nomē eius Sāson. Creuitq; puer, & benedixit ei Dominus, Cœpitque Spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa & Esthaol.

S. Samson vxorem ducit Philisthæam, quam cùm viseret leonem lacerauit, in cuius ore postmodū reperto melle sumpsit ab eo parabolam: qua sodalibus proposita, illi interpretationem per Samsonis vxorem intellexerunt.

CAP. XIIII.

A Descēdit ergo Samson in Thamnátha. Vidensque ibi mulierem de filiabus Philisthijm, ascendit, & nunciauit patri suo, & matri suæ, dicens, Vidi mulierem in Thamnátha & de filiabus Philisthinorum: quam quæso vt mihi accipiatis vxorem. Cui dixerunt pater & mater sua, nunquid nō est mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philisthijm, qui incircuncisi sunt? Dixitque Samson ad patrem suum, Hanc mihi accipe: quia placuit oculis meis. Parentes autem eius nesciebāt quòd res à Domino fieret, & quæreret occasionem cōtra Philisthijm. eo enim tēpore Philisthijm dominabantur Israeli. Descendit itaque Samson cum patre suo & matre in Thamnátha. Cumque venissent ad vineas oppidi apparuit catulus leonis sæuus, & rugiens, & occurrit ei. Irruit autem Spiritus Domini in Samson, & dilacerauit leonem, B quasi hœdū in frustra decerperet, nihil omnino habens in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. Descenditq; & locutus est mulieri quæ placuerat oculis eius. Et post aliquot dies reuertens vt acciperet eam, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat ac fauus mellis. Quem cùm sumpsisset in manibus, comedebat in via: veniensque ad patrem suum, & matrem, dedit eis partem, qui & ipsi comederunt: nec tamen eis voluit indicare quòd mel de ″corpore″ leonis assumpserat. Descendit itaque pater eius ad mulierem, & fecit filio suo Samson conuiuium, sic enim iuuenes facere consueuerant. C Cùm ergo ciues loci illius vidissent eum, dederunt ei sodales triginta qui essent cum eo. Quibus locutus est Samson, Proponā vobis problema: quod si solueritis mihi intra septē dies conuiuij, dabo vobis triginta sindones, & totidem tunicas. sin autem non potueritis soluere, vos dabitis mihi triginta sindones, & eiusdem numeri tunicas. Qui responderunt ei, Propone problema, vt audiamus. Dixitque eis, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. nec potuerunt per tres dies propositionem soluere. Cumq; adesset dies septimus, dixerunt ad vxorem Samson, Blandire viro tuo, & suade ei vt indicet tibi quid significet problema. quod si facere nolueris, incendemus te, & domum patris tui. an idcirco vocastis nos ad nuptias vt spoliaretis? Quæ fundebat apud Samson lachrymas, & quærebatur dicens, Odisti me, & non diligis, idcirco problema quod proposuisti filijs populi mei, non vis mihi exponere. At ille respondit, Patri meo, & matri nolui dicere: & tibi indicare potero? Septem igitur diebus conuiuij flebat ante eum: tandemque die septimo cùm ei esset molesta, exposuit. Quæ statim indicauit ciuibus suis. Et illi dixerunt ei die septimo ante solis occubitum. Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos, Si non arassetis in vitula mea, non inuenissetis propositionem meam. Irruit itaq; in eum Spiritus Domini, descenditque Ascalonem, & percussit ibi triginta viros: quorum ablatas vestes dedit ijs qui problema soluerant.

Iratusque nimis ascendit in domum patris sui: vxor autem eius accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis.

S. Per vulpium multitudinem Samson Philisthæorum segetes incendit, & fractis funibus quibus ligatus erat, mille Philisthæos asini maxilla prostrauit, è cuius dente molari aquæ sitienti fluxerunt. CAP. XV.

A Post aliquātulum autem temporis, cùm dies triticeæ messis instarent, venit Samson inuisere volens vxorem suam, & attulit ei hœdum de capris. Cumque cubiculum eius solito vellet intrare, prohibuit illum pater illius, dicens, Putaui quòd odisses eam, & ideo tradidi illam amico tuo: sed habet sororem, quæ iunior & pulchrior illa est, sit tibi pro ea vxor. Cui Samson respondit. Ab hac die non erit culpa in me contra Philisthæos: faciam enim vobis mala.

Perrexitque, & cepit trecentas vulpes, caudasque earum iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio: quas igne succendens dimisit vt huc illucque discurrerent. Quæ statim perrexerunt in segetes Philisthinorum. Quibus succensis, & comportatæ iam fruges, & adhuc stantes in stipula, concrematæ sunt, intantum vt vineas quoque, & oliueta, flamma con
B sumeret. Dixeruntque Philisthijm, Quis fecit hanc rem? Quibus dictum est, Samson gener Thamnathæi: quia tulit vxorem eius, & alteri tradidit, hæc operatus est. Ascenderūtque Philisthijm, & combusserūt tam mulierem quàm patrem eius. Quibus ait Samson, Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam vltionem, & tunc quiescam. Percussitque eos ingenti plaga, ita vt stupentes suram femori imponerent. Et descendens habitauit in spelunca petræ Etam. Igitur ascendentes Philisthijm in Terrā Iuda castrametati sunt in loco, qui posteà vocatus est Lechi, id est maxilla: vbi eorum fusus est exercitus. Dixeruntque ad eos de tribu Iuda, Cur ascendistis
C aduersum nos? Qui responderunt, Vt ligemus Samson venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus est. Descenderunt ergo tria millia virorum de Iuda, ad specum silicis Etā, dixeruntque ad Samson, Nescis quòd Phi- *ergo.1.
listhijm imperent nobis? quare * hoc facere voluisti? Quibus ille ait, Sicut fecerunt mihi, sic feci eis. Ligare, inquiūt, te venimus, & tradere in manus Philisthinorū. Quibus Samson, Iurate, ait, & spondete mihi quòd non occidatis me. Dixerunt, Non te occidemus, sed vinctum trademus. Ligaueruntq; eum duobus nouis funibus, & tulerunt eum de petra Etam. Qui cùm venisset ad locum Maxillæ, & Philisthijm vociferantes occurrissent ei, irruit Spiritus Domini in eum: & sicut solent

ad ″odorem″ ignis ″ligna″ consumi, ita vincula quibus ligatus erat, dissipata sunt & soluta. Inuentamq; maxillam, id est mandibulam asini, quæ iacebat, arripiens, interfecit in ea mille viros, & ait, In maxilla asini, in mandi- D bula pulli asinarum deleui eos, & percussi mille viros. Cumq; hæc verba canens complesset, proiecit mandibulam de manu, & vocauit nomen loci illius Ramath-lechi, quod interpretatur eleuatio maxillæ. Sitiensq; valde, clamauit ad Dominum, & ait, Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam: & en siti morior, incidamq; in manus incircuncisorum. Aperuitque itaq; Dominus molarem dentem in maxilla asini, & egressæ sunt ex eo aquæ. Quibus haustis refocillauit spiritū & vires recepit. Idcirco appellatum est nomen loci illius, Fons-inuocātis-de-maxilla, vsque in præsentem diem. Iudicauitque Israel in diebus Philisthijm viginti annis.

*″ardorem. 3
″lina. 2.

S. Samson obseruantibus eum custodibus portas Gazæ vrbis in montem detulit: à Dalila autem, cui sæpius illuserat, cognita causa fortitudinis, detonsus, excæcatur ab hostibus, quos tandem vnà secum interemit.

CAP. XVI.

A Bijt quoq; in Gazam, & vidit ibi mu A lierem meretricem, ingressusq; est ad eam. Quod cū audissent Philisthijm, & percrebuisset apud eos intrasse vrbem Samson, circundederunt eum, positis in porta ciuitatis custodibus: & ibi tota nocte cum silentio præstolantes, vt facto mane exeuntem occiderent. Dormiuit autē Samson vsque ad medium noctis: & inde consurgens apprehendit ambas portæ fores cū postibus suis & sera, impositasq; humeris suis portauit ad verticē montis qui respicit Hebrō. Post hæc amauit mulierē, quæ habitabat in Valle-sorec, & vocabatur Dalila. Veneruntq; ad eam principes B Philisthinorum, atq; dixerunt, Decipe eum, & disce ab illo, in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eum superare valeamus, & vinctum affligere: quod si feceris, dabimus tibi singuli mille & centū argenteos. Locuta est ergo Dalila ad Samson, Dic mihi, obsecro, in quo sit tua maxima fortitudo, & quid sit quo ligatus erumpere nequeas. Cui respondit Samson, Si septem neruiceis funibus necdū siccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines. Attulerunt que ad eam satrapæ Philisthinorum septem funes, vt dixerat: quibus vinxit eum, latētibus apud se insidijs, & in cubiculo finem rei expectantibus: clamauitque ad eum, Philisthijm super te Samson. Qui rupit vincula quomodo si rumpat quis filum de stupa tortū sputamine,

cum

Universidad de Deusto Biblioteca

ardorem. 2 C cùm odorem ignis acceperit: & non eſt cognitũ in quo eſſet foritudo eius. Dixitq; ad eũ Dalila, Ecce illuſiſti mihi, & falſum locutus es: ſaltem nunc indica mihi quo ligari debeas. Cui ille reſpõdit, Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominũ ſimilis. Quibus rurſum Dalila vinxit eum, & clamauit, Philiſthijm ſuper te Samſon, in cubiculo inſidijs præparatis. Qui ita rupit vincula quaſi fila telarum. Dixitque Dalila rurſum ad eum, Vſquequo decipis me, & falſum loqueris? oſtende quo vinciri debeas. 16.6. Cui reſpondit Samſon', Si, inquit, ſeptem crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his circunligatum terræ fixeris, infirmus ero. Quod cùm feciſſet Dalila, dixit ad eum, Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui conſurgens de ſomno extraxit clauum D cum crinibus & licio. Dixitque ad eum Dalila, Quomodo dicis quòd amas me, cùm animus tuus non ſit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluiſti dicere in quo ſit maxima fortitudo tua. Cumque moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret, ſpatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem vſque laſſata eſt. Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam, Ferrum nunquam aſcendit ſuper caput meum, quia nazaræus, id eſt, cõſecratus Deo ſum de vtero matris meæ: ſi raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eroque ſicut cæteri homines. Videnſque illa quòd confeſſus ei eſſet omnem animum ſuum, miſit ad E principes Philiſthinorum ac mandauit, Aſcendite adhuc ſemel, quia nunc mihi aperuit cor ſuum. Qui aſcenderunt aſſumpta pecunia quam promiſerant. At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinare caput. Vocauitque tonſorem, & raſit ſeptẽ crines eius, & cœpit abigere eũ, & à ſe repellere: ſtatim enim ab eo fortitudo diſceſſit: dixitq;, Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui de ſomno conſurgens, dixit in animo ſuo, Egrediar ſicut antè feci, & me excutiam: neſciens quòd receſsiſſet ab eo Dominus. Quem cùm apprehendiſſent Philiſthijm, ſtatim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctũ catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. Iamque capilli eius renaſci cœperant, & principes Philiſthinorum conuenerunt in vnum vt immolarent hoſtias magnificas Dagon F deo ſuo, & epularentur, dicentes, Tradidit deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus noſtras. Quod etiam populus videns, laudabat deum ſuum, eademq; dicebat, Tradidit deus noſter aduerſarium noſtrũ in manus noſtras, qui deleuit terram noſtram, & occidit plurimos. Letantesque per conuiuia, ſumptis iam epulis, præceperũt vt vocaretur Samſon, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntq; eum ſtare inter duas columnas. Qui dixit puero regenti greſſus ſuos, Dimitte me, vt tangam columnas quibus omnis imminet domus, & recliner ſuper eas, & paululum requieſcam. Domus autem erat plena virorum ac mulierum, & erant ibi omnes principes Philiſthinorũ, ac de tecto & ſolario circiter tria millia vtriuſque ſexus ſpectantes ludentem Samſon. At G ille inuocato Domino ait, Domine Deus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem priſtinam Deus meus, vt vlciſcar me de hoſtibus meis, & pro amiſsione duorum luminum vnam vltionem recipiam. Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramque earum dextera, & alteram leua tenens, ait, Moriatur anima mea cum Philiſthijm. Concuſsiſque fortiter columnis, cecidit domus ſuper omnes principes, & cæteram multitudinem quæ ibi erat: multoque plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat. Deſcendentes autem fratres eius, & vniuerſa cognatio tulerunt corpus eius, & ſepelierunt inter Saraa & Eſthaol in ſepulchro patris ſui Manue: iudicauitque Iſrael viginti annis.

S. Mater Michæ conflauit ipſi de ſeruato argento idolum, cui ille primò filium ſuum, deinde Leuiten Bethlehemiten præfecit ſacerdotem.

CAP. XVII.

FVitque eo tempore vir quidam de mõte A Ephraim nomine Michas, qui dixit matri ſuæ, Mille & cẽtum argenteos quos ſeparaueras tibi, & ſuper quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo, & apud me ſunt. Cui illa reſpõdit, Benedictus filius meus Domino. Reddidit ergo eos matri ſuæ, quæ dixerat ei, Conſecraui, & voui hoc argentum Domino, vt de manu mea ſuſcipiat filius meus, & faciat ſculptile atq; conflatile: & nũc trado illud tibi. Reddidit igitur eos matri ſuæ: quæ B tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, vt faceret ex eis ſculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ. Qui ædiculam quoque in ea Deo ſeparauit, & fecit ephod, & theraphim, id eſt veſtem ſacerdotalem, & idôla: impleuitq; vnius filiorum ſuo- C rum manum, & factus eſt ei ſacerdos. In diebus illis non erat rex in Iſrael, ſed vnuſquiſq; quod ſibi rectũ videbatur, hoc faciebat. Fuit quoque alter adoleſcens de Beth-lehem Iuda, ex cognatione eius: eratq; ipſe Leuites, & habitabat ibi. Egreſſuſque de ciuitate Bethlehem, peregrinari voluit vbicunque ſibi cõmodum reperiſſet. Cumque veniſſet in montem Ephraim iter faciens, & declinaſſet paru-

rumper in domum Michæ, interrogatus eſt ab eo vnde veniſſet. Qui reſpondit, Leuita ſum de Beth-lehem Iuda, & vado vt habitem vbi potuero, & vtile mihi eſſe proſpexero. Dixitque Michas, mane apud me, & eſto mihi parens ac ſacerdos: daboque tibi per annos ſingulos decem argenteos, ac veſtem duplicem, & quæ ad victum ſunt neceſſaria. Acquieuit, & manſit apud hominem, fuitq; illi quaſi vnus de filijs. Impleuitque Michas manum eius, & habuit puerum ſacerdotem apud ſe. Nunc ſcio, dicens, quòd benefaciet mihi Deus habenti Leuitici generis ſacerdotem.

S. Miſſis primùm exploratoribus, ſequuti poſtea ſunt ſexcenti viri de tribu Dan, quærentes ſibi poſſeſſionem, & ablato Michæ idolo cum ſacerdote, vrbem Lais vi capientes inhabitauerunt.

CAP. XVIII.

AIN diebus illis non erat rex in Iſrael, & tribus Dan quærebat poſſeſsionẽ ſibi, vt habitaret in ea, vſq; ad illum enim diẽ inter cæteras tribus ſortem nõ acceperat. Miſerunt ergo filij Dan, ſtirpis & familiæ ſuæ quinque viros fortiſsimos de Saraa & Eſthaol, vt explorarent terram, & diligenter inſpicerent, dixeruntque eis, Ite, & conſiderate terram. Qui cùm pergentes veniſſent in montẽ Ephraim, & intraſſent domum Michæ, requieuerunt ibi: & agnoſcentes vocem adoleſcentis Leuitæ, vtentesq; illius diuerſorio, dixerunt ad eũ, B Quis te huc adduxit? quid hic agis? quam ob cauſam huc venire voluiſti? Qui reſpondit eis, Hæc & hæc præſtitit mihi Michas, & me mercede conduxit vt ſim ei ſacerdos. Rogauerunt autem eum vt conſuleret Dominum, & ſcire poſſent an proſpero itinere pergerent, & res haberet effectum. Qui reſpondit eis, Ite cum pace, Dominus reſpicit viam veſtram, & iter quò pergitis. Euntes igitur quinque viri venerunt Lais: viderunteq; populum habitantem in ea abſque vllo timore, iuxta conſuetudinem Sidoniorum, ſecurum & quietum, nullo ei penitus reſiſtente, magnarumq; C opum, & procul à Sidõne atq; à cunctis hominibus ſeparatum. Reuerſiq; ad fratres ſuos in Saraa & Eſthaol, & quid egiſſent ſciſcitantibus reſponderunt, Surgite & aſcendamus ad eos. vidimus enim terram valde opulentam & huberem: nolite negligere, nolite ceſſare. eamus, & poſſideamus eam, nullus erit labor. Intrabimus ad ſecuros, in regionem latiſsimam, tradetque nobis Dominus locum, in quo nullius rei eſt penuria, eorum quæ gignuntur in terra. Profecti igitur ſunt de cognatione Dan, id eſt, de Saraa & Eſthaol ſexcenti viri accincti armis bellicis, aſcendentesque manſerunt in Cariath-iarim Iudæ: qui locus ex eo tempore Caſtrorum-Dan, nomẽ accepit, & eſt poſt tergũ Cariath-iarim. *Inde 6.11. tranſierunt in montem Ephraim. Cumque D veniſſent ad domum Michæ, dixerunt quinque viri, qui prius miſsi fuerant ad conſiderandam Terram Lais, cæteris fratribus ſuis, Noſtis quòd in domibus iſtis ſit ephod, & theraphim, & ſculptile, atque conflatile: Videte quid vobis placeat. Et cùm paululum declinaſſent, ingreſsi ſunt domum adoleſcentis Leuitæ, qui erat in domo Michæ: ſalutauerunteque eum verbis pacificis. Sexcenti autem viri ita vt erant armati, ſtabant ante oſtium. At illi qui ingreſsi fuerant domum iuuenis, ſculptile & ephod & teraphim, atq; cõflatile tollere nitebantur, & ſacerdos ſtabat ante oſtium, ſexcentis viris fortiſsimis haud procul expectantibus. Tulerunt igitur qui intrauerãt E ſculptile, ephod, & idôla, atque conflatile. Quibus dixit ſacerdos, Quid facitis? Cui reſpõderunt, Tace, & pone digitum ſuper os tuum: veniqueque nobiſcum, vt habeamus te patrem ac ſacerdotem. Quid tibi melius eſt, vt ſis ſacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Iſrael? Quod cùm audiſſet, acquieuit ſermonibus eorum, & tulit ephod & idôla ac ſculptile, & profectus eſt cum eis. Qui cùm pergerent, & ante ſe ire feciſſent paruulos ac iumenta, & omne quod erat pretioſum, iamq; à domo Michæ eſſent procul, viri qui habitabant in ædibus Michæ conclamantes ſecuti ſunt, & poſt tergum clamare cœperunt. Qui cùm reſpexiſſent dixerunt ad Mi- F cham, Quid tibi vis? cur clamas? Qui reſpondit, Deos meos quos mihi feci, tuliſtis & ſacerdotẽ, & omnia quæ habeo: & dicitis, Quid tibi eſt? Dixeruntque ei filij Dan, Caue ne vltrà loquaris ad nos, & veniant ad te viri animo concitati, & ipſe cum omni domo tua pereas. Et ſic cœpto itinere perrexerunt. Videns autem Michas quòd fortiores ſe eſſent, reuerſus eſt in domũ ſuam. Sexcenti autem viri tulerunt ſacerdotem, & quæ ſuprà diximus: veneruntque in Lais ad populum quieſcentem atque ſecurum, & percuſſerunt eos in ore gladij: vrbemq; incendio tradiderunt, nullo penitus ferente præſidium, eo quòd procul habitarent à Sidõne, & cum nullo hominum haberent quicquam ſocietatis ac negotij. Erat G autem ciuitas ſita in regione Rohob: quã rurſum extruentes habitauerunt in ea, vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris ſui quem genuerat Iſrael, quæ prius Lais dicebatur. Poſueruntque ſibi ſculptile, & Ionathan filium Gerſam filij Moyſi, ac filios eius ſacerdotes in tribu Dan, vſque ad diem captiuitatis ſuæ. Manſitque apud eos idôlum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sila, in diebus illis non erat rex in Israel.

S. Quum Leuita suam vxorem à parentum domo reduceret, ipsa à Gabaonitis qui tribus erant Ben-iamin prodigiosa libidine extincta, & à marito in duodecim partes corpore secto, ad singulas tribus singulæ portiones missæ sunt.

CAP. XIX.

A FVit quidam vir Leuites, habitans in latere montis Ephráim, qui accepit vxorem de Beth-léhem Iuda: quæ reliquit eũ, & reuersa est in domũ patris sui in Beth-léhem, mansitq́ue apud eum quatuor mensibus. Secutusq́ue est eam vir suus, volens reconciliari ei, atque blandiri, & secum reducere, habens in comitatu puerũ & duos asinos: quæ susceptum eum, & introduxit in domum patris sui. Quod cùm audisset socer eius, eumq́ue vidisset, occurrit ei lætus, & amplexatus est hominem. Mansitq́ue gener in domo soceri tribus diebus, comedens cum eo, & bibẽs familiariter. Die autem quarto de nocte consurgens, proficisci voluit. Quem tenuit socer,
B & ait ad eum, Gusta prius pusillum panis, & conforta stomachum, & sic proficiscẽris. Sederuntq́ue simul, ac comederunt & biberunt. Dixitq́ue pater puellæ ad generum suum, Quæso te vt hodie hic maneas, pariterq́ue lætemur. At ille consurgens, cœpit velle proficisci. Et nihilominus obnixè eum socer tenuit, & apud se fecit manere. Mane autem facto, parabat Leuites iter. Cui socer rursum, Obsecro, inquit, vt paululum cibi capias, & assumptis viribus, donec increscat dies, postea proficiscaris. Comederunt ergo simul. Surrexitq́ue adolescens, vt pergeret cum vxore sua & puero. Cui rursum locutus est socer, Considera quòd dies ad occasum decliuior sit, &
C propinquat ad vesperum: mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem, & cras proficiscẽris vt vadas in domum tuam. Noluit gener acquiescere sermonibus eius: sed statim
surrexit, "surrexit", & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocatur Ierusalem, ducens secum duos asinos onustos, & concubinam, Iamq́ue aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem: dixitq́; puer ad dominum suum, Veni, obsecro, declinemus ad vrbem Iebusæorũ, & maneamus in ea. Cui respondit dominus, Nõ ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ nõ est de filijs Israel, sed transibo vsque Gabaa, & cùm illuc peruenero, manebimus in ea, aut certè in vrbe Rama. Transierunt ergo Iebus,
& cœptum carpebant iter, occubuitq́; eis sol
D iuxta Gabaa, quæ est in tribu Ben-iamin: diuerteruntq́; ad eã, vt manerent ibi. Quò cùm intrassent, sedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere voluit hospitio. Et ecce, apparuit homo senex, reuertens de agro & de opere suo vesperi, qui & ipse de mõte erat Ephráim, & peregrinus habitabat in Gabaa. homines autem regionis illius erant filij gemini. Eleuatisq́ue oculis, vidit senex sedentem hominem cum sarcinulis suis in platea ciuitatis: & dixit ad eum, Vnde venis? & quò vadis? Qui respondit ei, Profecti sumus de Beth-léhem Iuda, & pergimus ad locum nostrum, qui est in latere montis Ephráim, vnde ieramus in
Beth-léhem: & nunc vadimus ad domũ Dei, E
nulluisq́ue sub tectum suum nos vult recipere, habentes paleas & fœnum in asinorum pabulum, & panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vsus, & pueri qui mecum est: nulla re indigemus, nisi hospitio. Cui respõdit senex, Pax tecum sit, ego præbebo omnia quæ necessaria sunt: tantum, quæso, ne in platea maneas. Introduxitq́ue eum in domum suam, & pabulum asinis præbuit: ac postquàm lauerũt pedes suos, recepit eos in conuiuiũ. Illis epulantibus, & post laborem itineris, cibo & potu reficientibus corpora, venerunt viri ciuitatis illius filij belial, id est, absque iugo, & circundantes domum senis, fores pulsare cœperunt, clamantes ad dominum domus, atq; dicentes, Educ virum qui ingressus est domum F
tuam, vt abutamur eo. Egressusq́ue est ad eos
senex, & ait, Nolite fratres, nolite facere malum hoc: quia ingressus est homo hospitium meum, & cessate ab hac stultitia: habeo filiam virginem, & hic homo habet concubinam, educã eas ad vos, vt humilietis eas, & vestram libidinem compleatis: tantum obsecro, ne scelus hoc contra naturam, operemini in virum. Nolebãt acquiescere sermonibus illius: quod cernens homo, eduxit ad eos concubinam suam, & eis tradidit illudendam: qua cùm tota nocte abusi essent, dimiserunt eam mane. At mulier recedentibus tenebris, venit ad ostium domus, vbi manebat dominus suus, & ibi corruit. Mane facto, surrexit homo, & aperuit ostium, vt cœptam expleret viam: & ecce concubina eius iacebat antè ostium sparsis in limine manibus. Cui ille, putans eam quiescere, loquebatur, Surge & ambulemus. G
Qua nihil respondente, intelligens quòd erat mortua, tulit eam, & imposuit asino, reuersusq́ue est in domum suam. Quam cùm esset ingressus, arripuit gladium, & cadauer vxoris cum ossibus suis in duodecim partes ac frusta concidens, misit in omnes terminos Israel. Quod cùm vidissent singuli, conclamabant, Nunquam res talis facta est in Israel ex eo die quo ascenderunt patres nostri de Aegypto, vsque in præsens tempus: ferte sententiam, & in commune decernite quid facto opus sit.

S. Ob

S. Ob hoc scelus pugnantes reliquæ tribus aduersus Ben-iamin, semel atque iterũ bello inferiores, tertioq́; committentes iussu Domini prælium, tribum illam, præter sexcentos qui in solitudinem fugerant penitus deleuerunt.

CAP. XX.

A Osee. 10. c EGressi itaq; sunt omnes filij Israel, & pariter congregati quasi vir vnus, de Dan vsq; Bersabee, & Terra-Galaad ad Dominum in Maspha: omnesq́; anguli populorũ, & cunctæ tribus Israel in ecclesiam populi Dei conuenerunt quadringẽta millia peditum pugnatorum. Nec latuit filios Ben-iamin quòd ascendissent filij Israel in Maspha. Interrogatusq́ue Leuita maritus mulieris interfectæ, quomodo tantũ scelus perpetratum esset, respondit, Veni in Gabaa Ben-iamin cum vxore mea, illucq́; diuerti: & ecce, homines ciuitatis illius circundederunt nocte domum in qua manebam, volentes me occidere, & vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, deniq; mortua est. Quam arreptam, in frusta concidi, misiq́ue partes in omnes terminos possessionis vestræ: quia nunquam tantum nefas, & tam grãde piaculum factum est in in Israel. Adestis omnes filij Israel, decernite quid facere debeatis. Stansq́ue omnis populus, quasi vnius hominis sermone respondit, Non recedemus in tabernacula nostra, nec
B suam quisquam intrabit domum: sed hoc contra Gabaa in commune faciemus, Decem viri eligantur è centum, ex omnibus tribubus Israel, & centum de mille, & mille de decẽ millibus, vt comportent exercitui cibaria & possimus pugnare cõtra Gabaa Ben-iamin, & reddere ei pro scelere quod meretur. Conueniteque vniuersus Israel ad ciuitatem, quasi homo vnus eadem mente, vnoque consilio, & miserunt nuntios ad omnem tribum Ben-iamin, qui dicerent, Cur tantum nefas in vobis repertum est? Tradite homines de Gabaa, qui hoc flagitium perpetrarunt, vt moriantur & auferatur malum de Israel. Qui noluerũt fratrum suorum filiorum Israel audire mandatum, sed ex cunctis vrbibus quæ sortis suæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium, & contra vniuersum populum Israel dimicarent. Inuentiq́ue sunt vigintiquinque millia de Ben-iamin educentium gladium,
C præter habitatores Gabaa, qui septingenti erant viri fortissimi, ita sinistra vt dextra præliantes: & sic fundis lapides ad certum iacientes, vt capillum quoque possent percutere, & nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. Virorum quoq; Israel, absque filijs Ben-iamin, inuenta sunt quadringenta millia educentium gladios, & paratorũ ad pugnam. Qui surgentes venerunt in domum Dei, hoc est in Silo: consulueruntq́; Dominum, atq; dixerunt, Quis erit in exercitu nostro princeps certaminis cõtra filios Ben-iamin? Quibus respondit Dominus, Iudas sit dux vester. Statimq́ue filij Israel surgentes manè, castrametati sunt iuxta Gabaa: & inde procedentes ad pugnam contra Ben-iamin, vrbem oppugnare cœperunt. Egresiq́ue filij Ben-iamin de Gabaa, occiderunt de filijs Israel die illo vigintiduo millia virorum. Rursum filij Israel & fortitudine, & numero confidentes, in eodem loco in quo prius certauerant, aciem direxerunt: ita tamẽ vt prius ascenderent, & flerent coram Domino vsq; ad noctem: consu- D
lerentq́; eum, & dicerent. Debeo vltrà procedere ad dimicãdum contra filios Ben-iamin fratres meos, an non? Quibus ille respondit, Ascendite ad eos, & inite certamen. Cumq́ue filij Israel altera die contra filios Ben-iamin ad præliũ processissent, eruperunt filij Beniamin de portis Gabaa: & occurrẽtes eis tanta in illos cæde bacchati sunt, vt decẽ & octo millia virorum educentium gladium prosterner ent. Quam ob rem omnes filij Israel venerunt in domum Dei, & sedentes flebant coram Domino, ieiunaueruntq́ue die illo vsq; ad vesperam, & obtulerũt ei holocausta, atq; pacificas victimas, & super statu suo interrogauerunt. Eo tẽpore ibi erat arca fœderis Domini, & Phinees filius Eleazari filij Aaron præpositus domus. Consuluerunt igitur Dominum, atq; dixerunt, Exire vltrà debemus ad pugnam cõtra filios Ben-iamin fratres nostros, an quiescere? Quibus ait Dominus, Ascendite: crãs enim tradam eos in manus vestras. Posueruntq́; filij Israel insidias per circuitũ vrbis Gabaa: & tertia vice, sicut semel & bis, cõtra Ben-iamin exercituum produxerunt. Sed & filij Ben-iamin audacter erupe- E
runt de ciuitate, & fugientes aduersarios longius persecuti sunt: ita vt vulnerarent ex eis sicut primo die & secũdo, & cæderẽt per duas semitas vertentes terga, quarum vna ferebatur in Beth-el, & altera in Gabaa, atque prosternerent triginta circiter viros. putauerunt enim solito eos more cedere. Qui fugam arte simulantes inierunt consilium vt abstraherẽt eos de ciuitate, & quasi fugientes ad supradictas semitas perducerent. Omnes itaque filij Israel surgentes de sedibus suis, tetenderunt aciem in loco qui vocatur Baal-thamar. Insidiæ quoq; quæ circa vrbem erant, paulatim se aperire cœperunt, & ab occidentali vrbis parte procedere. Sed & alia decẽ millia virorum de vniuerso Israel, habitatores vrbis ad certa mina prouocabant. Ingrauatumq́ue est bellum contra filios Ben-iamin: & non intellexerũt quòd ex omni parte illis instaret in-

teritus. Percusitq; eos Dominus in conspectu filiorum Israel, & interfecerunt ex eis in illo die viginti quinque millia, & centum viros, omnes bellatores & educētes gladium.
F Filij autem Ben-iamin cùm se inferiores esse vidissent, cœperunt fugere. Quod cernentes filij Israel, dederunt eis ad fugiendum locum, vt ad præparatas insidias deuenirent, quas iuxta vrbem posuerant. Qui cùm repēte de Latibulis surrexissent, & Bē-iamin terga cædentibus daret, ingressi sunt ciuitatem, & percusserunt eam in ore gladij. Signum autem dederant filij Israel his quos in insidijs collocauerant, vt postquàm vrbem cepissent, ignem accenderent: vt ascendente in altum fumo, captam vrbem demonstrarent. Quod cùm cernerent filij Israel in ipso certamine positi (putauerunt enim filij Ben-iamin eos fugere, & instantius persequebantur, cæsis de exercitu eorum triginta viris) & viderunt quasi columnam fumi de ciuitate cōscendere, Ben-iamin quoque respiciens retro, cùm captam cerneret ciuitatem, & flammas in sublime ferri: qui prius simulauerant fugam, versa facie fortius resistebant. Quod cùm vidissent filij Ben-iamin, in fugam versi sunt, & ad viam deserti re cœperunt, illuc quoq; eos aduersarijs persequentibus. sed & hi qui vrbem succenderant, occurrerunt eis. Atque ita factum est, vt
G ex vtraque parte ab hostibus cæderentur, nec erat vlla requies morientium. Ceciderunt atque prostrati sunt ad orientalem plagam vrbis Gabaa. Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti sunt, decem & octo millia virorum, omnes robustissimi pugnatores. Quod cùm vidissent, qui remanserant de Ben-iamin, fugerunt in solitudinem: & pergebant ad petram, cuius vocabulum est Remmon. In illa quoq; fuga palantes, & in diuersa tendentes, occiderunt qninque millia viros. Et cùm vltrà tenderent, persecuti sunt eos, & interfecerunt etiam alia duo millia. Et sic factum est, vt omnes qui ceciderant de Ben-iamin in diuersis locis, essent viginti quinque millia, pugnatores ad bella promptissimi. Remanserūt itaque de omni numero Ben-iamin, qui euadere potuerunt, & fugere in solitudinem sexcenti viri: sederuntq; in Petra-remmon mensibus quatuor. Regressi autem filij Israel, omnes reliquias ciuitatis à viris vsque ad iumenta gladio percusserunt, cunctasq́ue vrbes & viculos Ben-iamin vorax flamma consumpsit.

S. Instauratur tribus Ben-iamin ex. 400. virginibus in cæde habitatorum Iabes-Galaad reseruatis, & ex raptis ducentium choros in Silo virginibus.

CAP. XXI.

IVrauerunt quoq; filij Israel in Maspha, & dixerunt, Nullus nostrum dabit filijs Ben-iamin de filiabus suis vxorem. Veneruntq́ue omnes ad domum Dei in Silo: & in conspectu eius sedentes vsque ad vesperam, leuauerunt vocem, & magno vlulatu cœperunt flere dicentes, Quare Domine Deus Israel factum est hoc malum in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? Altera autem die diluculo consurgentes, extruxerunt altare, obtuleruntq; ibi holocausta, & pacifica victimas, & dixerunt, Quis non ascendit in exercitu Domini de vniuersis tribubus Israel? Grandi enim iuramento se constrinxerant, cùm essent in Maspha, interfici eos qui defuissent. Ductiq́ue pœnitentia filij Israel super fratre suo Ben-iamin, cœperunt dicere, Ablata est tribus vna de Israel, vnde vxores accipient? Omnes enim in commune iurauimus non daturos nos his filias nostras.
B Idcirco dixerunt, Quis est de vniuersis tribubus Israel, qui non ascendit ad Dominum in Maspha? Et ecce inuenti sunt habitatores Iabes-Galaad in illo exercitu nō fuisse. Eo quoque tempore cùm essent in Silo, nullus ex eis ibi repertus est. Miserunt itaque decem millia viros robustissimos, & præceperunt eis, Ite, & percutite habitatores Iabes-Galaad in ore gladij, tam vxores quàm paruulos eorū. Et hoc erit quod obseruare debebitis. Omne generis masculini, & mulieres quæ cognouerunt viros, interficite, ▷ virgines autem reseruate.' ▷.6. Inuentæq́ue sunt de Iabes-Galaad quadringentæ virgines, quæ nescierunt viri thorum, & adduxerunt eas ad castra in Silo, in Terram-Chanaan. Miseruntq; nuntios ad filios
C Ben-iamin qui erant in Petra-remmon, & præceperunt eis vt 'eas' susciperent in pace. 'vel. 6. Veneruntq́ue filij Ben-iamin in illo tempore, & datæ sunt eis vxores de filiabus Iabes-Galaad: alias autem non repererunt, quas simili modo traderent. Vniuersusq; Israel valde doluit, & egit pœnitentiam super interfectione vnius tribus ex Israel. Dixeruntq; maiores natu, Quid faciemus reliquis, qui nō acceperunt vxores? omnes in Ben-iamin fœminæ conciderunt, & magna nobis cura ingentiq; studio prouidendū est, ne vna tribus deleatur ex Israel. Filias enim nostras eis dare non possumus, cōstricti iuramento & maledictione qua diximus. Maledictus qui dederit de filiabus suis vxorem Ben-iamin. Ceperuntq́ue consilium, atque dixerunt, Ecce solēnitas Domini est in Silo anniuersaria, quæ sita est ad septentrionem vrbis Beth-el, ad orientalem plagam viæ quæ de Beth-el tēdit ad Sichimā, & ad meridiem oppidi Lebona. Præceperuntq́ue filijs Ben-iamin, atque dixe-

D runt, Ite, & latitate in vineis. Cumq́ue videritis filias Silo ad ducendos choros ex more procedere, exite repente de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in terram-Ben-iamin. Cumq; venerint patres earum, ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atq; iurgari, dicemus eis, Miseremini eorum: nō enim rapuerunt eas iure bellantium atque victorum, sed rogantibus vt acciperēt, non dedistis, & à vestra parte peccatum est. Feceruntq; filij Ben-iamin vt sibi fuerat imperatum: & iuxta numerum suum rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, vxores singulas: abieruntq́ue in possessionem suam, ædificantes vrbes & habitantes in eis. Filij quoque Israel reuersi sunt per tribus, & familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israel: sed vnusquisque quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

Liber Ruth.



S. Eli-melech Bethlehemita præ nimia fame cū vxore Noëmi ac filijs in Moab concedit, quo vnà cum filijs mortuo, Noëmi cum Ruth nuru sua in Beth-lehem reuertens, non vult vocari Noëmi sed Mara.

A CAP. I.

IN diebus vnius iudicis, quando iudices præerant, facta est fames in Terra. Abijtq́ue homo de Beth-lehem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua, ac duobus liberis. ipse vocabatur Eli-melech, & vxor eius Noemi: & duo filij, alter Mahalon, & alter Chelion, Ephrathæi de Beth-lehem Iuda. Ingressiq́ue regionem Moabitidem, morabantur ibi. Et mortuus est Eli-melech maritus Noemi: remansitq́ue ipsa cum filijs. Qui acceperunt vxores Moabitidas, quarum vna vocabatur Orpha, altera q́ue Ruth. Manseruntq; ibi decem annis, & ambo mortui sunt, Mahalon
B videlicet & Chelion: remansitq́ue mulier orbata duobus liberis ac marito. Et surrexit vt in patriam pergeret cum vtraque nuru sua de regione Moabitide: audierat enim quòd respexisset Dominus populum suum, & dedisset
▷.3. ▷ eis 'escas. Egressa itaque de loco peregrina-
sua.5. tionis suæ cum vtraque nuru: & iam in via reuertendi posita in Terram-Iuda, & dixit ad eas, Ite in domum matris vestræ, faciat vobis cum Dominus misericordiam, sicut feciſtis cum mortuis & mecum. Det vobis inuenire requiem in domibus virorum, quos fortiturae estis. Et osculata est eas. Quæ eleuata voce flere cœperunt, & dicere, Tecum pergemus ad populum tuum. Quibus illa respondit, Reuertimini filiæ mi, cur venitis mecum? num vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare possitis? Reuertimini filiæ mi & abi-
C te: iam enim senectute confecta sum, nec apta vinculo cōiugali. etiam si possem hac nocte concipere, & parere filios, si eos expectare velitis donec crescant, & annos pubertatis impleant, ante eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite quæso filiæ mi: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini contra me. Eleuata igitur voce, rursum flere cœperunt. Orpha osculata est socrum, ac reuersa est: Ruth adhæsit socrui suæ. Cui dixit Noemi, En reuersa est cognata tua ad populum suum, & ad deos suos, vade cum ea. Quæ respondit, Ne aduerseris mihi vt relinquam te & abeam: quocunque enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & Deus
D tuus Deus meus. Quæ te terra morientē susceperit, in ea moriar: ibique locum accipiam sepulturæ. Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si non sola mors me & te separauerit. Videns ergo Noemi, quòd obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ad suos vltrà reditum persuadere: profectæq́; sunt simul, & venerunt in Beth-lehem. Quibus vrbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebuit, dicebantq́; mulieres, Hæc est illa Noemi. Quibus ait, Ne vocetis me Noemi, id est pulchram: sed vocate me Mara, id est amaram, quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens. Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens? Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in Beth-lehem, quādo primùm hordea metebantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Ruth spicas in agro Booz affinis colligens, gratiam apud eum inuenit, & læta vesperi ad socrum reuersa, multum frumenti & de ciborum reliquijs ei adfert.

CAP. II.

A ERat autem viro Eli-mélech cõsanguineus, homo potens, & magnarum opũ, nomine Booz. Dixitque Ruth Moabitis ad socrum suam, Si iubes, vadam in agrũ, & colligam spicas quæ fugerint manus metentium, vbicunque clementis in me patrisfamiliâs reperero gratiam. Cui illa respondit. Vade filia mi. Abijt itaque, & colligebat spicas post terga metentium. Accidit autem vt ager ille haberet dominũ nomine Booz, qui erat de cognatione Eli-mélech. Et ecce, ipse veniebat de Beth-léhem, dixitque messoribus, Dominus vobiscum. Qui responderunt ei, Benedicat tibi Dominus. Dixitque Booz iuueni qui messoribus præerat, Cuius est hæc
B puella? Cui respondit, Hæc est Moabitis quæ venit cum Noemi, de regione Moabitide, & rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia: & de manè vsque nunc stat in agro: & ne ad momentum quidẽ domum reuersa est. Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, sequere. Mandaui enim pueris meis vt nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri bibũt. Quæ cadens in faciem suam & adorans super terram, dixit ad eum, Vnde mihi hoc, vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem? Cui ille respondit, Nuntiata sunt mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortem viri tui: & quòd reliqueris parentes tuos, & terram in qua nata es, & veneris ad populum quem antea nesciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cu-
Inueniam. 1 jus confugisti alas. Quæ ait, 'Inueni' gratiam apud oculos tuos Domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ nõ sum similis vnius puellarum tuarum. Dixitq; ad eam Booz, Quãdo hora vescendi fuerit, veni huc, & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto. Sedit itaque ad messorum latus, & congessit polentam sibi, comeditque, & saturata est, & tulit reliquias. Atque inde surrexit, vt spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis dicens, Etiam si vobiscum metere voluerit, ne prohibeatis eam: & de vestris quoque manipulis proijcite de industria, & remanere permittite, vt absq; rubore colligat, & colligentem nemo corripiat. Collegit ergo in agro vsque ad vesperam: & quæ collegerat virga cædens & excutiens, inuenit hordei quasi ephi mensuram, id est tres modios: quos portans reuersa est in ciuitatem, & ostendit socrui suæ, insuper protulit, & dedit ei de reliquijs cibi sui quo saturata fuerat. Dixitque ei D
socrus sua, Vbi hodie collegisti, & vbi fecisti opus? sit benedictus qui misertus est tui. Indicauitq; ei apud quem esset operata. & nomen dixit viri, quòd Booz vocaretur. Cui respondit Noemi, Benedictus sit à Domino: quoniã eãdem gratiam quam præbuerat viuis, seruauit & mortuis. Rursumque ait, Propinquus noster est homo. Et Ruth, Hoc quoque, inquit, præcepit mihi, vt tamdiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterentur. Cui dixit socrus, Melius est filia mi, vt cum puellis eius exeas ad metendum, ne in alieno agro quispiam resistat tibi, iuncta est itaque puellis Booz: & tamdiu cum eis messuit, donec hordea & triticum in horreis conderentur.

S. Ruth socrus consilio ad pedes Booz dormientis recumbẽs, accepto læto responsõ multas hordei mensuras ad socrum defert.

CAP. III.

POstquàm autem reuersa est ad socrum A
suam, audiuit ab ea, Filia mi, quæram tibi requiem, & prouidebo vt bene sit tibi. Booz iste, cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est, & hac nocte aream hordei vẽtilat. Lauare igitur, & vngere, & induere cultioribus vestimentis, & descende in aream. non te videat homo, donec esum potumque finierit. Quando autem ierit ad dormiendum, nota locum in quo dormiat: veniesque, & discooperies pallium quo operitur à parte pedum, & proijcies te, & ibi iacebis: ipse aũt dicet tibi quid agere debeas. Quæ respondit, Quicquid præceperis, faciam. Descenditq; in aream, & fecit omnia quæ sibi imperauerat socrus. Cnmque comedisset Booz, B
& bibisset, & factus esset hilarior, isset que ad dormiendum iuxta aceruum manipulorum, venit abscondite, & discooperto pallio à pedibus eius se proiecit. Et ecce, nocte iam media expauit homo, & conturbatus est: viditq; mulierem iacentem ad pedes suos, & ait illi, Quæ es? Illaque respondit, Ego sum Ruth ancilla tua: expande pallium tuũ super famulã tuam, quia propinquus es. Et ille, Benedicta, inquit, es à Domino filia, & priorem misericordiam posteriore superasti: quia non es secuta iuuenes pauperes, siue diuites. Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi, faciam tibi. Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ, mulierem te esse virtutis. Nec

abnuo me propinquum, sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte: & facto mane, si te voluerit propinquitatis iure retinere, bene res acta est: sin autem ille noluerit, ego te absque vlla dubitatione suscipiam, viuit Dominus. dormi vsque mane. Dormiuit itaque ad pedes eius, vsque ad noctis abscessum.

D Surrexit itaque antequam homines se cognoscerẽt mutuo, & dixit Booz, Caue ne quis nouerit quòd huc veneris. Et rursum, Expande, inquit, pallium tuum, quo operiris, & tene vtraque manu. Qua extendente, & tenente, mensus est sex modios hordei, & posuit super eam. Quæ portans ingressa est ciuitatem, & venit ad socrum suam. Quæ dixit ei, Quid egisti filia? Narrauitque ei omnia quæ sibi fecisset homo. Et ait, Ecce sex modios hordei dedit mihi, & ait, Nolo vacuam te reuerti ad socrum tuam. Dixitque Noemi, Expecta filia donec videamus quem res exitum habeat. ne que enim cessabit homo nisi cõpleuerit quod locutus est.

S. Booz coram senioribus ciuitatis accipit possessionem Eli-mélech & Ruth nurũ defuncti in vxorem, cedente alio propinquiore iuri propinquitatis, ex qua genuit Obed auum Dauid regis.

CAP. IIII.

A AScendit ergo Booz ad portam, & sedit ibi. Cumque vidisset propinquũ
præterire, de quo prius sermo habitus est, dixit ad eũ, Declina paulisper, & sede hic: vocans eum nomine suo. Qui diuertit, & sedit. Tollens autem Booz decem viros de se-
vendit. 6. nioribus ciuitatis, dixit ad eos, Sedete hic. Quibus residentibus locutus est ad propinquũ, Partẽ agri fratris nostri Eli-mélech 'vendet' Noemi, quæ reuersa est de regione Moabitide, quod audire te volui, & tibi dicere coram cunctis sedẽtibus & maioribus natu de populo meo. Si vis possidere iure propinquitatis: eme, & posside. sinautẽ displicet tibi hoc ipsum, indica mihi, vt sciam quid facere debeã. nullus
B enim est propinquus excepto te, qui prior es: & me, qui secundus sum. At ille respũdit, Ego agrum emam. Cui dixit Booz, Quãdo emeris agrum de manu mulieris, Ruth quoq; Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit, debes accipere: vt suscites nomen propinqui tui in hæreditate sua. Qui respondit, Cedo iuri propinquitatis: neque enim posteritatẽ familiæ meæ delere debeo. tu meo vtere priuilegio, quo me libẽter carere profiteor. ‖ Hic autem erat mos Deu. 25. b.
antiquitus in Israel inter propinquos, vt si quãdo alter alteri suo iuri cedebat: vt esset firma cõcessio, soluebat homo calceamentũ suum, & dabat proximo suo. hoc erat testimoniũ cessionis in Israel. Dixit ergo propinquo suo Booz, Tolle calceamentũ tuũ. Quod statim soluit de pede suo. At ille maioribus natu, & vniuerso populo, Testes vos, inquit, estis C
hodie, quòd possederim omnia quæ fuerunt Eli-mélech & Chelion & Mahalon, tradente Noemi: & Ruth Moabitidem, vxorem Mahalon, in coniugium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua. ne vocabulum eius de familia sua, ac fratribus & populo deleatur. Vos, inquam, huius rei testes estis. respõdit omnis populus, qui erat in porta, & maiores natu, Nos testes sumus: faciat Dominus hanc mulierẽ, quæ ingreditur domum tuam, sicut Rachel, & Liam, quæ ædificauerunt domum Israel: vt sit exemplum virtutis in Ephrata, & habeat celebre nomen in Beth-léhem: fiatque domus tua, sicut domus Phares, ‖ quem Thamar peperit Iudæ, de Gen. 38.
semine quod tibi dederit Dominus ex hac puella. Tulit itaq; Booz Ruth, & accepit vxo D
rem: ingressusq; est ad eã, & dedit illi Dominus vt conciperet & pareret filiũ. Dixeruntq; mulieres ad Noemi, Benedictus Dominus qui non est passus vt deficeret successor familiæ tuæ, & vocaretur nomen eius in Israel: & habeas qui consoletur animam tuam, & enutriat senectutem. de nuru enim tua natus est, qui te diliget: & multo tibi melior est, quàm si septem haberes filios. Susceptumque Noẽmi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Vicinæ autem mulieres congratulantes ei, & dicentes, Natus est filius Noemi: vocauerunt nomen eius Obed: hic est pater Isai, patris Dauid. Hæ sunt generationes Phares: ‖ Phares genuit Esron, Esron Matth. 1. a
genuit Aram, Aram genuit Aminadab, Aminadab genuit Nahasson, Nahasson genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai, Isai genuit Dauid*.

*regem. 8.

Universidad de Deusto
Biblioteca

VIGINTI & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoq; & Chaldæorum lingua testatur, quę Hebrææ magna ex parte confinis est. nam & ipsi, vigintiduo elementa habent, eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam pentateuchũ Moysi totidem literis scriptitant: figuris tantum, & apicibus discrepantes. certúmque est Esdram scribam, legisq; doctorem, post captam Ierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas reperisse quibus nunc vtimur: cum ad illud vsque tempus ijdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoque Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu, mysticè ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton, in quibusdam Græcis voluminibus vsq; hodie antiquis expressum literis inuenimus. Sed & psalmi, tricesimussextus, & centesimusdecimus, & centesimusvndecimus, & cẽtesimusdecimusoctauus, & centesimusquadragesimusquartus, quanquam diuerso scribãtur metro, tamen eiusdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamẽtationes & oratio eius: Salomonis quoq; in fine prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierẽ fortem quis inueniet? ijsdem alphabetis vel incisionibus supputantur. Porrò quinq; literę duplices apud Hebręos sunt: Caph, Mem, Nun, Pe, Sade. aliter enim scribuntur per has principia medietatésque verborum, aliter fines. Vnde & quinque à pleríque libri, duplices æstimantur, Samuel, Malachim, Dibrehaiamim, Esdras, Ieremias, cum Cinoth, id est, lamentationibus suis. Quomodo igitur vigintiduo elementa sunt per quę scribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum initijs vox humana comprehenditur: ita vigintiduo volumina supputantur, quibus quasi literis & exordijs in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens viri iusti eruditur infantia. Primus apud eos liber, vocatur BERESITH, quem nos Genesim dicimus. Secũdus, VEELLE SEMOTH, qui Exodus appellatur. Tertius, VAICRA, id est Leuiticus. Quartus, VAIEDABBER, quem Numeros vocamus. Quintus, ELLEHADDEBARIM, qui Deuteronomium prænotatur. Hi sunt quinq; libri Moysi: quos propriè THORAH, id est legem appellant. Secundum prophetarum ordinem faciunt: & incipiũt ab Iesu filio Naue, qui apud eos IEHOSVA BENNVN dicitur. Deinde subtexunt SOPHETIM, id est, Iudicũ librum. Et in eundem compingunt RVTH: quia in diebus Iudicum, facta eius narratur historia. Tertius sequitur SAMVEL, quem nos Regum primum & secundum dicimus. Quartus, MALACHIM, id est regũ: qui tertio & quarto Regum volumine continetur. Meliúsque multo est MALACHIM, id est regum, quàm MALACHOTH, id est regnorum dicere. Non enim multarum gentium describit regna: sed vnius Israelitici populi, qui tribubus duodecim continetur. Quintus est ISAIAS. Sextus IEREMIAS. Septimus EZECHIEL. Octauus, liber duodecim prophetarum: qui apud illos vocatur THERE ASAR. Tertius ordo, hagiographa posidet. Et primus liber incipit ab IOB. Secundus à DAVID, quę quinque incisionibus, & vno psalmorum volumine comprehendunt. Tertius, est SALOMON, tres libros habens, Prouerbia, quę illi parabolas, id est, MISLE appellant, Quartus, Ecclesiastẽ, id est COHELETH. Quintus, Canticũ canticorum, quem titulo SIR HASSIRIM prænotant. Sextus, est DANIEL. Septimus DIBRE HAIAMIM, id est verba dierum: quod significãtius Chronicon totius diuinæ historiæ possumus appellare, qui liber, apud nos Paralipomenon primus & secundus inscribitur. Octauus, ESDRAS: qui & ipse similiter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuisus est. Nonus, ESTHER. Atque ita fiunt pariter veteris legis libri vigintiduo: id est, Moysi quinque, & prophetarum octo, hagiographorum nouem. Quanquam nonnulli RVTH & CINOTH inter hagiographa scriptitent, & hos libros in suo putent numero supputandos: ac per hoc esse priscæ legis libros vigintiquatuor: quos sub numero vigintiquatuor seniorum Apocalipsis Ioãnis inducit adorãtes agnũ, & coronas suas prostratis vultibus offerẽtes, stãtibus corã quatuor animalibus oculatis retro & ante, id est, in prẽteritũ & in futurum respicientibus, & indefessa voce clamantibus, Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Hic prologus, scripturarum quasi galeatum principum, omnibus libris quos de Hebræo vertimus in Latinum, conuenire potest: vt scire valeamus quid extra hos est, inter apocrypha esse ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inscribitur & Iesu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Pastor, non sunt in canone. Machabæorum primum librum, Hebraicum reperi. Secũdus Gręcus est: quod ex ipsa quoq; phrasi probari potest. Quæ cũ ita se habeant, obsecro te lector, ne laborem meum, reprehensionem existimes antiquorum. In templo Dei offert vnusquisq; quod potest: alij aurum & argẽtum & lapides pretiosos, alij byssum & purpuram & coccũ offerũt & hyacinthum: nobis cum benè agetur, si obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apostolis cõtemptibilia nostra magis necessaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per singulas species Ecclesiæ præsentis futuræque distinctio, pellibus tegitur & cilicijs: ardorémque solis & iniuriam imbrium ea quæ viliora sunt prohibent. Lege ergo primum Samuel & Malachim meum. meum inquam, meum. quicquid enim crebrius vertendo & emẽdando solicitius & didicimus & tenemus, nostrum est. Et cum intellexeris quod antea nesciebas: vel interpretem me existimato, si gratus es: vel paraphrasten, si ingratus. quanquam mihi omnino cõscius non sim mutasse me quippiam de Hebraica veritate. Certè si incredulus es, lege Græcos codices & Latinos: & confer cum his opusculis: & vbicunq; discrepare inter se videris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis acommodare debeas fidem. Et si nostra firmauerit, puto quòd eum nõ existimes coniectorem, vt in eodem loco mecum similiter diuinarit. Sed & vos famulas Christi rogo, quæ Domini discumbentis pretiosissimo fidei myrrha vngitis caput, quæ nequaquã Saluatorẽ quæritis in sepulchro, quibus iam ad patrem Christus ascendit: vt cõtra latrantes canes qui aduersum me rabido ore desæuiunt, & circumeũt ciuitatem, atque in eo se doctos arbitrantur si alijs detrahant, orationum vestrarum clypeos opponatis. Ego sciens humilitatem meam, illius semper sententiæ recordabor, Dixi, custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiam. cum consisteret peccator aduersum me, Obmutui, & humiliatus sum: & silui à bonis.

Psal. 38.

Liber Primus Samuelis, quem nos

Primum Regum dicimus.



S. Elcana habuit vxores Annam & Phenennam, quarum Anna diu sterilis, & æmulæ improperio tristis, fusa in Silo coram Heli oratione ad Dominum, genuit Samuelem, quem Domino obtulit, vt vouerat.

CAP. I.

A Vit vir vnus de Ramathàimsophim, de monte Effràim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thohu, filij Suph, Ephratæus: & habuit duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenenna. Fueruntque Phenennæ filij: Annæ autem non erant liberi. Et ascendebat vir ille de ciuitate sua statutis diebus, vt adoraret & sacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, sacerdotes Domini. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditque Phenennæ vxori suæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partes: Annæ autem dedit partem vnam tristis, quia Annam diligebat. Dominus autẽ B concluserat vuluam eius. Affligebat quoque eam æmula eius, & vehementer angebat, intantum vt exprobraret quòd Dominus conclusisset vuluam eius: sicque faciebat per singulos annos, cum redeunte tempore ascenderent ad templum Domini: & sic prouocabat eam. Porrò illa flebat, & non capiebat cibum. Dixit ergo ei Elcana vir suus, Anna cur fles? & quare non comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi sum, quàm decem filij? Surrexit autem Anna postquam comederet, & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes domus Domini, cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominum flens largiter, & votum vouit, dicens, Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisque seruæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus vitæ eius, & nouacula nõ ascendet super caput eius. Factum est autem cum illa multiplicaret preces coram Domino, vt Heli obseruaret os eius. Porrò Anna loquebatur in corde suo, tãtumque labia illius mouebantur, & vox penitus non audiebatur. Aestimauit ergo eam Heli temulentam, dixitque ei, Vsquequo ebria eris? C digere paulisper vinum quo mades. Respondens Anna, Nequaquam, inquit, Domine mi: nam mulier infelix nimis ego sum, vinumq; & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini. Ne reputes ancillam tuam quasi vnam de filiabus Belial: quia ex multitudine doloris, & mœroris mei locuta sum vsque in præsens. Tunc Heli ait ei, Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quam rogasti eum. At illa dixit. Vtinam inueniat ancilla tua gratiam in oculis tuis. Et abijt mulier in viam suam, & comedit, vultusque illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerunt manè, & adorauerunt coram Domino: reuersique sunt, & venerunt in domum suam in Ramátha. Cognoit autem Elcana Annam vxorem suam: & recordatus est eius Dominus. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocauitque nomen eius Samuel: eo quòd à Domino postulasset eũ. Ascendit autem vir eius Elcana, & omnis do D mus eius, vt immolaret Domino hostiam solennem, & votum suum, & Anna non ascendit: dixit enim viro suo, Non vadam, donec ablactetur infans, & ducam eum, vt appareat ante conspectum Domini, & maneat ibi iugiter. Et ait ei Elcana vir suus, Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: præcorque vt impleat Dominus verbum suum. Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte. Et adduxit eum secum, postquã ablactauerat, in vitulis tribus, & [a] tribus modijs farinæ, & amphora vini, & [a] vnomodio. 2. adduxit eum ad domũ Domini in Silo. Puer aũt erat adhuc infantulus: & immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. Et ait ▷ Anna, Obsecro mi domine, viuit anima tua ▷. 2. domine: ego sum illa mulier quæ steti corã te hîc orans Dominum. Pro puero isto oraui, & dedit mihi Dominus petitionẽ meam, quam postulaui eum. Idcirco & ego cõmodaui eum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Domino cunctis diebus,quibus fuerit accommodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna,& ait.

S. Annæ canticum in gratiarum actionem, quæ rursum tres filios & duas filias generauit: ob peccata autem filiorum Heli, & nimiam patris indulgentiam sit illi & domui eius commi natio,ac mors filiorum prædicitur.

CAP. II.

A EXultauit cor meum in Domino,& exultatum est cornu meũ in Deo▷meo': dilatatum est os meum super inimicos meos:quia lætata sum in salutari tuo. ▷.5.

Non est sanctus vt est Dominus:neque enim est alius extra te,& non est fortis sicut Deus noster.

Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriantes:recedant vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes.

Arcus fortium superatus est,& infirmi accincti sunt robore.

*Saturati. 10. "Repleti'prius, pro panibus se locauerunt:& famelici,saturati sunt: donec sterilis peperit plurimos:& quæ multos habebat filios,infirmata est.

B ‖Dominus mortificat & viuificat, deducit ad inferos & reducit. Deut. 12.f. Tobi. 13.a. Sapi.16.b.

Dominus pauperem facit & ditat,humiliat & subleuat.

Suscitat de puluere egenũ, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cũ principibus,& solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem.

Pedes sanctorum suorum seruabit,& impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine▷sua' roborabitur vir. ▷.6.

Dominum formidabũt aduersarij eius, super ipsos in cœlis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ,& dabit imperium regi suo,& sublimabit cornu Christi sui. C Et abijt Elcana in Ramátha,in domum suam: puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis. Porrò filij Heli, filij Belial, nescientes Dominũ,neq; officium sacerdotũ ad populum:sed quicunque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes,& habebat fuscinulã tridentem in manu sua,& mittebat eam in lebetem, vel in caldariam,aut in ollam,siue in cacabum:& omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi.sic faciebant vniuerso Israeli venientium in Silo. Etiam antequam adolerent adipem,veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti:non enim accipiam à te te carnẽ coctam, sed crudam. Dicebatq; illi immolans, Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps', & tolle tibi quantũcunque desiderat anima tua. Qui respondens aiebat ei,Nequaquam: nunc enim dabis,alioquin tollam vi. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino:quia detrahebant homines sacrificio Domini. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini: puer, accinctus ephod lineo. Et tunicam paruam faciebat ei mater sua,quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam solennem. *& votum suum. Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius dixitq; ei, Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti Domino. Et abierunt in locum suum. Visitauit ergo Dominus Annam,& concepit,& peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus est puer Samuel apud Dominum, Heli autem erat senex valde,& audiuit omnia quæ faciebãt filij sui vniuerso Israeli:& quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabant ad ostium tabernaculi,& dixit eis, Quare facitis res huiusce modi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo? Nolite filij mei:non enim est bona fama quam ego audio, vt transgredi faciatis populum Domini. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus:si autem in Dominum peccauerit vir,quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui:quia voluit Dominus occidere eos. Puer autẽ Samuel proficiebat,atque crescebat. & placebat tam Deo quàm hominibus. Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Nunquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cũ essent in Aegypto in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem,vt ascenderet ad altare meum,& adoleret mihi incensum, & portaret ephod coram me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificijs filiorum Israel. Quare calce abiecistis victimam meam, & munera mea quæ præcepi vt offerrentur in templo:& magis honorasti filios tuos, quàm me,vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei? Propterea ait Dominus Deus Israel, ‖Loquens locutus sum,vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo, vsq; in sempiternum. Nunc autem dicit Dominus,absit hoc à me:sed quicunque honorificauerit me, glorificabo eum:qui autem cõtemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt: & præcidam brachium tuum, & brachium domus patris tui, vt non sit senex in domo tua. Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israel: & non erit senex in domo tua omnibus diebus. Veruntamen non auferam penitus virum ex te ab altari meo:sed vt deficiant oculi tui, & tabescat anima tua,& pars magna domus tuæ morietur cùm

*3.Reg.2.d.

cùm ad virilem ætatem venerit. Hoc autẽ erit tibi signum quod venturum est duobus filijs Ophni & Phinees, In die vno morietur ambo. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo ei domũ fidelem, & ambulabit coram christo meo cunctis diebus. Futurum est autem, vt quicunq; remanserit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatq;, Dimitte me obsecro ad vnam partem sacerdotalem, vt comedam buccellam panis.

S. Samuel quater à Domino vocatus reuelationem sibi aduersum Heli factam, ei refert.

CAP. III.

A PVer autem Samuel ministrabat Domino coram Heli, (& sermo Domini erat pretiosus in diebus illis, non erat visio manifesta.) Factum est ergo in die quadam, Heli iacebat in loco suo, & oculi eius caligauerant, nec poterat videre lucernam Dei antequam extingueretur. Samuel autem dormiebat in templo Domini,vbi erat arca Dei. Et vocauit Dominus Samuel. Qui respondens ait, Ecce ego. Et cucurrit ad Heli,& di- B xit,Ecce ego:vocasti enim me. Qui dixit,Nõ vocaui: *reuertere, & dormi. Et abijt,& dormiuit. Et adiecit Dominus rursum vocare Samuelem. Consurgénsq; Samuel abijt ad Heli, & dixit, Ecce ego: quia vocasti me. Qui respondit, Non vocaui te fili mi: reuertere & dormi. Porrò Samuel necdum sciebat Dominum, neque reuelatus fuerat ei sermo Domini. Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc Samuelem tertiò. Qui consurgens abijt ad Heli, & ait, Ecce ego: quia vocasti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum:& ait ad Samuelem, Vade, & dormi:& si deinceps vocauerit te, dices, Loquere Domine, quia audit seruus tuus. Abijt ergo Samuel, & dormiuit in loco suo. Et venit Dominus, & stetit:& vocauit sicut vocauerat secundò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel, Loquere▷Domine', quia audit seruus tuus. Et dixit Do- C minus ad Samuelem, Ecce ego facio verbum in Israel,quod quicunque audierit, tinnient ambæ aures eius. In die illa suscitabo aduersum Heli, omnia quæ locutus sum super domum eius:incipiam & complebo. Prædixi enim ei quòd iudicaturus essem domum eius in æternum, propter iniquitatẽ,eo quòd nouerat indignè agere filios suos, & non corripuerit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quòd nõ expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vsq; in æternum. Dormiuit autẽ Samuel vsq; mane,aperuitq; ostia domus Domini. Et Samuel timebat indicare visionem Heli. Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit, Samuel fili mi? Qui respondens, ait, Præstò sum. Et interrogauit eum, Quis est sermo ▷quem locutus est Dominus'ad te?oro te ne celaueris me hæc faciat tibi Deus, & hæc addat,si absconderis à me sermonem, ex omnibus verbis quæ dicta sunt tibi. Indicauit itaq; ei Samuel vniuersos sermones,& non abscondit ab eo. Et ille respõdit, Dominus est:quod bonum est in oculis suis faciat. Creuit autem Samuel,& Dominus erat cum eo,& non cecidit ex omnibus verbis eius in terrã. Et cognouit vniuersus Israel à Dan, vsque Ber-sabee, quòd fidelis Samuel propheta esset Domini. ▷.2. D

Et addidit Dominus vt appareret in Silo: quoniam reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo,iuxta verbum Domini. Et euenit sermo Samuelis vniuerso Israeli.

S. Cæduntur Israelitæ à Philisthæis, rursumq; adducta in castra arca cæduntur, captaq; arca duo filij Heli occiduntur, quibus auditis Heli corruens occumbit, nuru eius in partu morientem.

CAP. IIII.

▷ ET factum est in diebus illis,conuenerũt Philisthijm in puguam'. Egressus A est nanque Israel obuiam Philisthijm in prælium, & castrametatus est iuxta Lapidem-adiutorij. Porrò Philisthijm venerunt in Aphec, & instruxerunt aciem cõtra Israel. Inito autẽ certamine, terga vertit Israel Philisthæis:& cæsa sunt in illo certamine passim per agros,quasi quatuor millia virorũ. Et reuersus est populus ad castra:dixeruntq; maiores natu de Israel, Quare percussit nos Dominus hodie coram Philisthijm? Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium nostri, vt saluet nos de manu inimicorum nostrorum. Misit ergo populus in Silo, & tulerunt inde arcam fœderis Domini exercituum sedentis super cherubim: erantq; duo filij Heli cum arca fœderis Domini, Ophni & Phinees. Cumq; venisset arca fœderis Domini in castra, vociferatus est omnis Israel clamore grandi,& personuit terra. Et audierunt Philisthijm vocem clamoris,dixeruntq;, Quænam est hæc vox clamoris magni in castris Hebræorum? Et cognouerunt quòd arca Domini venisset in castra. Timueruntq; Philisthijm, dicentes, Venit Deus in castra. Et ingemuerunt,dicentes, Væ nobis: non enim fuit tanta exultatio heri & nudiustertius:væ nobis. Quis nos seruabit de manu Deorum sublimium istorum? hi sunt Dij qui percusserunt Aegyptum omni plaga, in deserto. Confortamini, & estote viri,Philisthijm:ne seruiatis Hebræis, sicut & illi seruierunt nobis: confortamini, & bellate. Pugnauerunt ergo Philisthijm, & cæsus est Israel, & fugit vnusquisque in tabernaculum B

Universidad de Deusto Biblioteca

naculum suum: & facta est plaga magna nimis: & ceciderunt de Israel triginta millia peditum. Et arca Dei capta est: duo quoque filij
C Heli mortui sunt, Ophni & Phinees. Currés autem vir de Ben-iamin ex acie, venit in Silo in die illa, scissa veste, & conspersus puluere caput. Cumque ille venisset, Heli sedebat su-
*spectans.9 per sellam contra viam *expectans. Erat enim cor eius pauens pro arca Dei, Vir autem ille postquam ingressus est, nuntiauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit Heli sonitum clamoris, dixitq;, Quis est hic sonitus tumultus huius. At ille festinauit, & venit, & nuntiauit Heli. Heli autē erat nonaginta & octo annorum, & oculi eius caligauerant, & videre non poterat. Et dixit ad Heli, Ego sum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait, Quid actum est fili mi? Respondēs autem ille qui nuntiabat, Fugit, inquit, Israel coram Philisthijm, & ruina magna facta est in populo: insuper & duo filij tui mortui sunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta est.
D Cumque ille nominasset arcam Dei, cecidit de sella retrorsum iuxta ostium, & fractis ceruicibus mortuus est. Senex enim erat vir & grandæuus: & ipse iudicauit Israel quadraginta annis. Nurus autem eius vxor Phinees, prægnans erat, vicinaque partui: & audito nuntio quòd capta esset arca Dei, & mortuus esset socer suus, & vir suus, incuruauit se & peperit. irruerant enim in eam dolores subiti. In ipso autem momento mortis eius, dixerunt ei quæ stabant circa eam, Ne timeas, quia filium peperisti. Quæ non respondit eis, neque animaduertit. Et vocauit puerum, I-chabod, di-
*Domini. cens, Translata est gloria *de Israel, quia capta est arca Dei, & pro socero suo, & pro viro
*Et.4. suo, *Ait. Trāslata est gloria ab Israel, eo quòd capta esset arca Dei.

S. Dagon coram arca semel ac iterum corruit, abscisis in limine capite & manibus, Philisthæi quoque marisci & muribus percussi, arcam à se repellunt.

CAP. V.

A PHilisthijm autem tulerunt arcam Dei, & asportauerunt eam à Lapide-adiutorij in Azôtum. Tuleruntq; Philisthijm arcam Dei, & intulerunt eam in templum Dagon, & statuerunt eam iuxta Dagon. Cumque surrexissent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & restituerunt eum in locum suū. Rursumq; mane die altera consurgentes, inuenerunt Dagon iacentem super faciem suam in terra coram arca Domini, caput aūt Dagon, & duæ palmæ manuum eius abscissæ erant super limen: porrò Dagon
B solus truncus remanserat in loco suo. Propter hanc causam non calcant sacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, super limen Dagon in Azoto, vsque in hodiernum diem. Aggrauata est autem manus Domini super Azotios, & demolitus est eos: ‖ & Psal.77.de
percussit in secretiori parte natium Azôtum, & fines eius. ▷ Et ebullierunt villæ & agri in ▷.6.
medio regionis illius, & nati sunt mures, & facta est confusio mortis magnæ in ciuitate'. Videntes autem viri Azotij huiuscemodi plagam, dixerunt, Non maneat arca Dei Israel apud nos: quoniam dura est manus eius super nos, & super Dagon deum nostrum. Et mit- C
tentes congregauerunt omnes satrapas Philisthinorum ad se, & dixerunt, Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderūtque Gethæi, Circunducatur arca Dei Israel. Et circunduxerunt arcam Dei Israel. Illis autem circunducentibus eam, fiebat manus Domini per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuscuiusq; vrbis, à paruo vsque ad maiorem, & computrescebant prominentes extales eorum. ▷ Inierūnt- ▷.4.
que Gethæi consilium, & fecerunt sibi sedes pelliceas'. Miserunt ergo arcā Dei in Accaró. Cumque venisset arca Dei in Accaron, excla- D
mauerunt Accaronitæ, dicentes, Adduxerunt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos & populum nostrum. Miserunt itaque & congregauerunt omnes satrapas Philistinorum: *qui.5.
qui dixerūt, Dimittite arcā Dei Israel, *&'reuertatur in locum suum, & non interficiat nos cum populo nostro. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus Dei. viri quoq; qui mortui non fuerant, percutiebantur in secretiori parte natiū: & ascendebat vlulatus vniuscuiusque ciuitatis in cœlum.

S. Philisthæi arcam cum muribus & anis aureis suorum sacerdotum consilio à se remittunt per vaccas lactantes & nouum plaustrum vsque Bethsames: vbi vaccas super ligna plaustri Bethsamitæ immolauerunt, plurimis de populo ac plæbe à Domino interemptis, quòd arcam Dei conspexissent.

CAP. VI.

FVit ergo arca Domini in regione Phi- A
listhinorum septēm mensibus. Et *voca- *post.6.
uerunt Philisthijm sacerdotes & diuinos, dicētes, Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodo remittamus eam in locum suum. Qui dixerunt, Si remittitis arcā Dei Israel, nolite dimittere eam vacuam, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc cūrabimini: & scietis quare nō recedat manus eius à vobis. Qui dixerūt, Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Responderunt- que illi, Iuxta numerum prouinciarum Philisthinorum

sthinorum quinque anos aureos facietis, & quinque mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris. Facietisq; simulitudines anorum vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terram, & dabitis Deo Israel gloriam: si forte releuet manum suam à vobis, & à dijs vestris, & à terra vestra. Quarè aggrauatis corda vestra, sicut
B aggrauauit Aegyptus, & Pharao cor suum? Exod.12.d
‖ nónne postquam percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt? Nunc ergo arripite & facite plaustrum nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus non est impositum iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi. Tolletisque arcam Domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius: & dimittite eam vt vadat. Et aspicietis: & si quidem per viam finiū suorum ascēderit contra Beth-sames, ipse fecit nobis hoc malum grande. sinautē minimè, sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plaustrum, vitulosque earum concluserunt domi.
C Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, & capsellam quæ habebat mures aureos & similitudinem anorum. Ibant autem in directum vaccæ per viam quæ ducit Beth-sames, & itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non declinabant neque ad dextram neque ad sinistram: sed & satrapæ Philisthijm sequebantur vsque ad terminos Beth-sames. Porrò Bethsamitæ metebant triticum in valle: & eleuantes oculos suos, viderunt arcam, & gauisi sunt cùm vidissent. Et plaustrum venit in agrum Iosuē Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustri, vaccasque imposuerunt super ea holocaustum Domino. Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei, & capsellam quæ erat iuxta eam, in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem. Viri autē Beth-
D samitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa Domino. Et quinque satrapæ Philisthinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. Hi sunt autem anі aurei, quos reddiderunt Philisthijm pro delicto, Domino: Azôtus vnum, Gaza vnum, Ascalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum: & mures aureos secundum numerum vrbium Philisthijm, quinque prouinciarum, ab vrbe munita, vsque ad villam quæ erat absque muro, & vsque ad Abel-magnum, super quē posuerunt arcam Domini, quæ erat vsq; in die
*Dominus. illa in agro Iosuē Bethsamitis. Percussit autē *de viris Bethsamitibus, eo quòd vidissent arcam Domini; & percussit de populo septua-

ginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxitque populus, eo quòd Dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerunt viri Bethsamitæ, Quis poterit stare in cōspectu Domini Dei sancti huius? & ad quem ascendet à nobis? Miseruntque nuntios ad habitatores Cariath-iarim, dicentes, Reduxerunt Philisthijm arcam Domini, descendite, & ‖ reduci- *ducite.4.
te' eam ad vos.

S. Reducitur arca in domum Abinadab in Gabaa, & Samuelis hortatu Israelitæ ad Dominum conuersi, Philisthæos vicerunt orante pro ipsis Samuele.

CAP. VII.

VEnerunt ergo viri Cariath-iarim, & A
reduxerunt arcam Domini, & intulerunt eam in domum Abinadab in Gabaa: Eleazarum autem filium eius sanctificauerunt, vt custodiret arcam Domini. Et factum est, ex qua die mansit arca ▷ Domini' in ▷.2.
Cariath-iarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam annus vicesimus: & requieuit omnis domus Israel post Dominū. Ait autem Samuel ad vniuersam domum Israel, dicens, Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte deos alienos de medio vestri, ▷ Baalim' & Astaroth: & præparate corda ve- ▷.5.
stra Domino, ‖ & seruite ei soli, & eruet vos Deut.6.c. Matth.4.b
de manu Philisthijm. Abstulerunt ergo filij B
Israel Baalim & Astaroth, & seruierunt Domino soli. Dixit aūt Samuel, Cōgregate vniuersum Israel in Masphath, vt orē pro vobis Dominum. Et cōuenerunt in Masphath: hauseruntque aquam, & effuderunt in conspectu Domini: & ieiunauerunt in die illa, atque dixerunt ibi, Peccauimus Domino. Iudicauitque Samuel filios Israel in Masphath. Et audierunt Philisthijm quòd congregati essent filij Israel in Masphath, & ascenderunt satrapæ Philisthinorū ad Israel. Quod cùm audissent filij Israel, timuerunt à facie Philisthinorum. Dixeruntq; ad Samuelem, Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrū, vt saluet nos de manu Philisthinorum. Tulit C
autem Samuel agnum lactētem vnum, & obtulit illum holocaustum integrum Domino: & clamauit Samuel ad Dominum pro Israel, & exaudiuit eum Dominus. Factum est autem, cùm Samuel offerret holocaustum, Philisthijm inière prælium cōtra Israel: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthijm, & exterruit eos, & cæsi sunt à filijs Israel. ‖ Egressique viri Israel de Ecc.46.d
Masphath persecuti sunt Philisthæos, & percusserunt eos vsque ad locum qui erat subter Beth-char. Tulit aūt Samuel lapidem vnum, & posuit eū inter Masphath & inter Sen: & vocauit nomen *loci illius', Lapis-adiutorij. *eius.5.

Dixitque

Dixitque, Hucusque auxiliatus est nobis Dominus. Et humiliati sunt Philisthijm, nec apposuerunt vltrà vt venirent in terminos Israel: facta est itaq; manus Domini super Philisthæos, cunctis diebus Samuelis. Et redditæ sunt vrbes quas tulerant Philisthijm ab Israel, Israeli, ab Accaron vsque Ceth, & termi nos suos: liberauitque Israel de manu Philistinorum, eratque pax inter Israel & Amorrhæum. Iudicabat quoque Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ: & ibat per singulos annos circuiens Beth-el & Galgala & Masphat, & iudicabat Israelem in supradictis locis. Reuertebaturque in Ramátha. ibi enim erat domus eius, & ibi iudicabat Israelem: ædificauit etiam ibi altare Domino.

S. Filijs Samuelis ad auaritiam declinantibus petit populus sibi regem, quibus Samuel iubente Domino ius regis prædicit, sed non auditur.

CAP. VIII.

A FActum est autē cùm senuisset Samuel, posuit filios suos iudices Israel. Fuitque nomen filij eius primogeniti Ioel: & nomen secundi Abia, iudicum in Ber-sabee. Et non ambulauerunt filij illius in vijs eius: sed declinauerunt post auaritiam, acceperuntque munera, & peruerterunt iudicium. Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel, venerunt ad Samuelem in Ramátha. Dixeruntq; ei, Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis: ‖constitue nobis regem, vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. Displicuitq; sermo in oculis Samuelis, eò quòd dixissent, Da nobis regem, vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominum. Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ loquuntur tibi. non enim te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos. Iuxta omnia opera sua, quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto vsque ad diem hanc: sicut dereliquerunt me, & seruierunt dijs alienis, sic faciunt etiam tibi. Nunc ergo vocem eorum audi: veruntamen contestare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum qui petierat à se regem, & ait, Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis, Filios vestros tollet, & ponet in curribus suis, facietq; sibi equites & præcursores quadrigarum suarū, & constituet sibi tribunos & centuriones, & aratores agrorum suorū, & messores segetum, & fabros armorum & curruū suorum. Filias quoq; vestras faciet sibi vnguentarias, & focarias, & panificas. Agros quoque vestros, & vineas, & oliueta optima tollet & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearū reditus addecimabit, vt det eunuchis & famulis suis. Seruos etiam vestros, & ancillas, & iuuenes optimos, & asinos auferet, & ponet in opere suo. Greges ▷quoque' vestros addecimabit, vosque eritis ei serui. Et clamabitis in die illa, à facie regis vestri quem elegistis vobis: & non exaudiet vos Dominus in die illa, ▷quia petistis vobis regem'. Noluit autem populus audire vocē Samuelis, sed dixerunt, Nequaquam. rex enim erit super nos, & erimus nos quoque sicut omnes gentes: & iudicabit nos rex noster, & egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi, & locutus est ea in auribus Domini. Dixit autem Dominus ad Samuelem, Audi vocem eorum, & constitue super eos regem. Et ait Samuel ad viros Israel, Vadat vnusquisque in ciuitatem suam

Osee. 9. b. 23. c. Act. 13. c.

B

C

D

▷. 4.

▷. 7.

S. Saul quærendo patris asinas peruenit ad Samuelem, cum quo pransus est ac nocte hospitio receptus.

CAP. IX.

ET erat vir de Ben-iamin nomine Cis, A filius Abi-el, filij Seor, filij Bechorath, *filij Aphia, filij viri Iemini, fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus: & non erat vir de filijs Israel melior illo. ab humero & sursum eminebat super omnem populum. Perierant autem asinæ Cis patris Saul: & dixit Cis ad Saul filium suum, Tolle tecum vnum de pueris, & consurgens vade, & quære asinas. Qui cùm trāsissent per montem Ephraim, & per Terram-Salisa, & non inuenissent, transierunt etiam per Terram-Salim, & non erant: sed & per Terram-Iemini, & minimè repererunt. Cùm autem venissent in Terrā-Suph, *dixit Saul ad puerum* qui erat cum eo, Veni, & reuertamur, ne fortè dimiserit pater meus asinas, & solicitus sit pro nobis. Qui ait ei, Ecce vir Dei est in ciuitate hac, vir nobilis: omne quod loquitur, sine ambiguitate venit. nunc ergo eamus illuc, si fortè indicet nobis de via nostra propter quam venimus. Dixitq; Saul ad puerum suum, Ecce ibimus: quid feremus ad virū Dei? panis defecit in cistartijs nostris: & sportulā nō habemus, vt demus homini Dei, nec quic quam aliud. Rursum puer respondit Sauli, & ait, Ecce inuenta est in manu mea quarta pars stateris argenti, demus homini Dei, vt indicet nobis viam nostrā, (Olim in Israel sic loquebatur vnusquisq;, vadens consulere Deū, Venite, & eamus ad Videntem. Qui enim propheta dicitur hodie, vocabatur olim Videns.) Et dixit Saul ad puerū suum. Optimus sermo tuus: veni, eamus. Et ierunt in ciuitatē in qua erat vir Dei. Cumque ascenderent

*filij eiusdē

*ex mss. vetustis. *suum.

cliuum ciuitatis, inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam, & dixerunt eis, Num hic est Videns? Quæ respondentes, dixerunt illis, Hic est ecce ante te. festina nunc: hodie enim venit in ciuitatem, quia sacrificiū est hodie *populi' in excelso. Ingredientes vrbem, statim inuenietis eum antequàm ascendat excelsum ad vescendum. neque enim comesturus est populus donec ille veniat. quia ipse benedicet hostiæ, & deinceps comedent qui vocati sunt, Nunc ergo conscendite, quia hodie reperietis eum. Et ascenderunt in ciuitatem. Cumque illi ambularēt in medio vrbis, apparuit Samuel egrediens obuiam eis, vt ascenderet in excelsum. ‖Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnā diem quàm veniret Saul, dicens, Hac ipsa hora, quæ nunc est, cras mittam virum ad te de Terra-Ben-iamin, & vnges eum ducem super populum meum Israel: & saluabit populum meum de manu Philisthinorum: quia respexi populum meum, venit enim clamor eorum ad me. Cumque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei, Ecce vir quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo. Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ, & ait, Indica, oro, mihi, vbi est domus Videntis. Et respondit Samuel Sauli, dicens, Ego sum Videns. ascende ante me in excelsum, vt comedatis mecum hodie, & dimittam te manè: & omnia quæ sunt in corde tuo, indicabo tibi. Et de asinis quas nudiustertius perdidisti ne solicitus sis, quia inuentæ sunt. Et cuius erunt optima quæque Israel? nónne tibi & omni domui patris tui? Respondens autem Saul, ait, Nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Ben-iamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Assumens itaque Samuel Saulem & puerum eius, introduxit eos in triclinium, & dedit eis locum in capite eorum qui fuerāt inuitati. erant enim quasi triginta viri. Dixitq; Samuel coco, Da partem quam dedi tibi, & præcepi vt reponeres seorsum apud te. Leuauit autem cocus armum, & posuit ante Saul. Dixitq; Samuel, Ecce quod remansit, pone ante te, & comede: quia de industria seruatū est tibi, quando populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. Et descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est cum Saule in ▷. 5. solario: ▷strauitque Saul in solario, & dormiuit'. Cumq; manè surrexissent, & iam eluceret, *ꝯ. 1. vocauit Samuel Saulem in solario, dicens, Surge, "vt' dimittam te. Et surrexit Saul: egressique sunt ambo, ipse videlicet & Samuel. Cumque descenderent in extrema parte ciuitatis, Samuel dixit ad Saul, Dic puero vt ante cedat nos, & transeat: tu autem subsiste paulisper, vt indicem tibi verbum Domini.

*populo. 1.

Act. 13. c.



S. Vngitur Saul in regem à Samuele, datis ac succedētibus signis, prophetat inter prophetas, & missis sortibus à Samuele confirmatur in regem, lex regni in libro scripta coram Domino reponitur.

CAP. X.

TVlit autem Samuel lenticulam olei, & A effudit super caput eius, & deosculatus est eum, & ait, ‖Ecce, vnxit te Dominus super hæreditatem suam in principē, ▷& liberabis populum suum de manibus inimicorū eius qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signum, quia vnxit te Deus in principē'. Cùm abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrum Rachel in finibus Ben-iamin, in meridie, dicentq; tibi, inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermissis pater tuus asinis, solicitus est pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo? Cumq; abieris inde, & vltra trāsieris, & veneris ad quercum Thabor, inuenient te ibi tres viri ascendentes ad Deum in Beth-el, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. Cumque te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipiēs de manu eorum. Post hæc venies in collem Dei, vbi est statio Philisthinorum: & cùm ingressus fueris ibi vrbem, obuium habebis gregem prophetarum descendentium de excelso, & ante eos psalterium & tympanum, & tibiam, & citharam: ipsosque prophetantes. Et insiliet in B te Spiritus Domini, & prophetabis cum eis, & mutaberis in virum alium. Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcunq; inuenerit manus tua: quia Dominus tecum est. Et descēdes ante me in Galgala: (ego quippe descendam ad te) vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas: septem diebus expectabis: donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias. Itaque cùm auertisset humerum suum vt abiret à Samuele, immutauit

Act. 13. c. Osee. 9. d.

mutauit ei Deus cor aliud & venerũt omnia
signa hæc in die illa. Veneruntq́ue ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum
obuius ei: & insiluit super eum Spiritus Do-
mini, & prophetauit in medio eorum. Viden-
tes autem omnes qui nouerant eũ heri & nu-
C diustertius, quòd esset cum prophetis, & pro-
Supr.10.d phetaret, dixerunt ad inuicem ‖ Qnænam res
accidit filio Cis? Num & Saul inter prophe-
tas? Respondit́que alius ad alterum, dicens, Et
*Cis pater eius. 4. *eorum. *quis pater *eius' ? Propterea versum est in
prouerbium. Num & Saul inter Prophetas?
Cessauit autem prophetare, & venit ad excel
sum. Dixit́que patruus Saul ad eum, & ad pue
rum eius, Quò abistis? Qui respondérunt,
Quærere asinas: quas cùm non reperissemus,
venimus ad Samuelem. Et dixit ei patruus
suus, Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. Et
ait Saul ad patruum suum, Indicauit nobis
quia inuentæ essent asinæ. De sermone au-
tem regni non indicauit ei quem locutus fue
rat ei Samuel. Et conuocauit Samuel popu-
lum ad Dominum in Maspha t, & ait ad fi-
lios Israel, Hæc dicit Dominus Deus Israel,
Ego eduxi Israel de Aegypto, & erui vos de
manu Aegyptiorum, & de manu omnium
regum qui affligebant vos. Vos autem hodie
proiecistis Deum vestrum, qui solus saluauit
vos de vniuersis malis & tribulationibus ve-
stris: & dixistis, Nequaq̃uam, sed regem con-
stitue super nos. Nunc ergo state coram Do-
D mino per tribus vestras, & per familias. Et ap-
plicui Samuel omnes tribus Israel, & cecidit
sors tribus Ben-iamin. Et applicuit tribum
Ben-iamin & cognationes eius, & cecidit co-
gnatio Metri, & peruenit vsq; ad Saul filium
Cis. Quæsierunt ergo eum, & non est in-
*illic. uentus. *Et consuluerunt post hæc Domi-
num vtrùmnam venturus esset illuc. Respon-
dit́que Dominus, Ecce absconditus est
domi. Cucurrerunt itaque, & tulerunt eum
inde: stetit́que in medio populi: & altior fuit
vniuerso populo ab humero & sursum. Et ait
Samuel ad omnem populum, Certè videtis
quem elegit Dominus, quoniam non sit simi
lis illi in omni populo. Et clamauit omnis po
Supr.8.c. pulus, & ait, ‖ Viuat rex. Locutus est autem Sa
muel ad populum legem regni, & scripsit in
libro, & reposuit coram Domino: & dimisit
Samuel omnem populũ, singulos in domum
suam. Sed & Saul abijt in domum suam in Ga
baa: & abijt cum eo pars exercitus, quorũ te-
tigerat Deus corda, Filij verò Belial dixerũt.
Num saluare nos poterit iste? Et despexerunt
eum, & non attulerunt ei munera: ille verò
dissimulabat se audire.

*S. Saul irruente in ipsum spiritu Domini, diui-
sisq́; suis bobus populum ad bellum conuocat,*

*uincitq́; Naas regem Ammonitarum, li-
beratis viris Iabes Galaad & regnum eius in-
stauratur in Galgala.*

CAP. XI.

ET ▷ factum est quasi post mensem, as-A
cendit Naas Ammonites, & pugnare ▷.6.
cœpit aduersum Iabes Galaad. Dixe-
runtq́ue omnes viri Iabes ad Naas, Habeto
nos fœderatos, & seruiemus tibi. Et respondit
ad eos Naas Ammonites, In hoc feriã vobis-
cum fœdus, vt eruam omnium vestrum ocu
los dextros, ponamq́; vos opprobrium in vni
uerso Israel. Et dixerunt ad eum seniores Ia-
bes, Concede nobis septem dies, vt mittamus
nuntios ad vniuersos terminos Israel: & si nõ
fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Ve-
nerunt ergo nuntij in Gabaa Saulis: & locuti B
sunt verba ▷ hæc' audiente populo: & leuauit ▷.6.
omnis populus vocem suam, & fleuit. Et ec-
ce Saul veniebat, sequẽs boues de agro, & ait,
Quid habet populus quòd plorat? Et narraue
runt ei verba virorũ Iabes. Et insiliuit spiritus
Domini in Saul, cùm audisset verba hæc, &
iratus est furor eius nimis. Et assumens vtrũ-
que bouem, concidit in frusta, misitque in
omnes terminos Israel per manum nuntio-
rum, dicens, Quicunque non exierit, & secu-
tus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius.
Inuasit ergo timor Domini populum, & e-
gressi sunt quasi vir vnus. Et recensuit eos in
Bezec: fueruntq́; filiorum Israel trecenta mil C
lia: virorũ autem Iuda triginta millia. Et di-
xerunt nuntijs qui venerant. Sic dicetis viris
qui sunt in Iabes Galaad, Cras erit vobis sa-
lus, cùm incaluerit sol. Venerunt ergo nun-
tij, & annuntiauerunt viris Iabes: qui læta-
ti sunt. Et dixerunt. Manè exibimus ad vos: &
facietis nobis omne quod placuerit vobis. Et
factum est, cùm dies castrinus venisset, consti
tuit Saul populum in tres partes: & ingressus
est media castra in vigilia matutina, & per-
cussit Ammon vsque dum incalesceret dies:
reliqui autem dispersi sunt, ita vt non relin- D
querentur in eis duo pariter. ‖ Et ait populus Supr.10.d
ad Samuelem, Quis est iste qui dixit, Saul nõ
regnabit super nos? Date viros, & interficie-
mus eos. Et ait Saul, Nõ occidetur quisquam
in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem
in Israel. Dixit autem Samuel ad populum,
Venite, & eamus in Galgala, & innouemus
ibi regnũ. Et perrexit omnis populus in Gal-
gala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domi-
no in Galgala, & immolauerunt ibi victimas
pacificas coram Domino. Et lætatus est ibi
Saul, & cuncti viri Israel nimis.

*S. Samuel populi iudicio probatus innocẽs, Israe
lem ingratitudinis arguit, datis è cœlo signis,
hortaturq́; vt Domino adhæreant, non cessans
pro*

pro ipsis orare. CAP. XII.

A DIxit autem Samuel ad vniuersum Is-
rael, Ecce audiui vocem vestram iu-
xta omnia quæ locuti estis ad me, &
constitui super vos regem. Et nunc rex gradi
tur ante vos: ego autem senui, & incanui: por
rò filij mei vobiscum sunt. itaque conuersa-
tus coram vobis ab adolescentia mea vsq; ad
Eccl.46.d hanc diem, ecce præsto sum. ‖ Loquimini de
me coram Domino, & coram Christo eius,
vtrùm bouem cuiusquã tulerim, aut asinum:
si quempiam calumniatus sum, si oppressi ali-
quem, si de manu cuiusquam munus accepi:
& contemnam illud hodie, restituamq́ue vo
bis. Et dixerunt, Non es calumniatus nos ne-
que oppressisti, neque tulisti de manu alicu-
ius quippiam. Dixitq́; ad eos: Testis est Do-
minus aduersum vos, & testis Christus eius
in die hac, quia nõ inueneritis in manu mea
quippiam. Et dixerunt: Testis. Et ait Samuel
ad populum. Dominus qui fecit Moysen, &
B Aaron, & eduxit patres nostros de Terra Ae-
▷.6. gypti, ▷ adest'. Nunc ergo state, vt iudicio cõ-
tendam aduersam vos coram Domino de om-
nibus misericordijs Domini, quas fecit vo-
Gen.46.a. biscum, & cũ patribus vestris: ‖ quomodo Ia-
cob ingressus est in Aegyptum, & clamaue-
runt patres vestri ad Dominum: & misit Do
minus Moysen & Aaron, & eduxit patres ve
stros de Aegypto, & collocauit eos in loco
Gen.46.a Iudic.4.a hoc. ‖ Qui obliti sunt Domini Dei sui, & tra-
didit eos in manus Sisaræ magistri militiæ
*regis. *Hasor, & in manu Philisthinorũ, & in ma-
nu regis Moab, & pugnauerũt aduersum eos.
Postea autem clamauerunt ad Dominum, &
dixerunt, Peccauimus quia dereliquimus Do
minum, & seruiuimus Baalim & Astaroth:
*Badan & Barac.12. nunc ergo erue nos de manu inimicorum no
strorũ, & seruiemus tibi. Et misit Dominus
Ierobáal & *Badan ▷ & Samson, & Barac', &
Iephte & Samuel, & eruit vos de manu ini-
C micorũ vestrorum per circuitum, & habita-
stis confidenter. Videntes aũt quòd Naas, rex
filiorũ Ammon, venisset aduersum vos, dixi-
stis mihi, Nequaquã, sed rex imperabit nobis:
cùm Dominus Deus vester regnaret in vo-
bis. Nunc ergo præsto est rex vester, quem ele
gistis & petistis: ecce dedit vobis Dominus re
gem. Si timueritis Dominũ, & seruieritis ei,
& audieritis vocẽ eius, & nõ exasperaueritis
os Domini, eritis & vos, & rex qui imperat
vobis sequẽtes Dominum Deum vestrum. si
autem non audieritis vocem Domini, sed ex-
asperaueritis sermones eius, erit manus Do-
mini super vos, & super patres vestros. Sed &
nunc state, & videte rem istam grandẽ, quam
facturus est Dominus in conspectu vestro.
Nunquid nõ messis tritici est hodie? inuoca
bo Dominũ, & dabit voces & pluuias: & scie
tis, & videbitis quia grande malum feceritis
vobis in conspectu Domini, petentes super
vos regẽ. Et clamauit Samuel ad Dominum,
& dedit Dominus voces & pluuias in illa die.
Et timuit omnis populus nimis Dominum
& Samuelem. Et dixit vniuersus populus ad D
Samuelem, Ora pro seruis tuis ad Dominum
Deum tuum, vt non moriamur. addidimus
enim vniuersis peccatis nostris malum, vt
peteremus nobis regem. Dixit autem Samuel
ad populum, Nolite timere, vos feci stis vni-
uersum malum hoc: veruntamen nolite rece
dere à tergo Domini, sed seruite Domino in
omni corde vestro. Et nolite declinare post
vana, quæ non proderunt vobis, neq; eruent
vos, quia vana sunt. Et non derelinquet Do
minus populum suum, propter nomen suum
magnum: quia iurauit Dominus facere vos
sibi populum. Absit autem à me hoc pecca-
tum in Domino, vt cessem orare pro vobis,
& docebo vos viam bonam & rectam. Igitur
timete Dominũ, & seruite ei in veritate ▷ & ▷.2.
ex toto corde vestro. vidistis enim magnifi-
ca, quæ in vobis gesserit, Quòd si perseuera-
ueritis in malitia: & vos & rex vester pariter
peribitis.

*S. Victi à Saule Philisthæi maximo apparatu
aduersus Israëlem armantur, territi Hebræi
in antris latitant. Et Saul quia non expecta-
to Samuelis aduentu obtulit holocaustũ, repro
batus à Dño dicitur, de cautela Philisthæorũ
vt Israëlitæ armis spoliarentur.* CAP. XIII.

FIlius vnius anni erat Saul cùm regnare A
cœpisset, duobus autem annis regnauit
super Israel. Et elegit sibi Saul tria mil-
lia de Israel, & erant cum Saul duo millia in
Machmas, & in monte Beth-el: mille autem
Infra.15.d. cum Ionatha in Gabaa Ben-iamin. porrò cæ
terum populum remisit vnumquenque in ta
bernacula sua. Et percussit Ionathas statione
Philisthinorum, quæ erat in Gabaa. Quòd
cùm audissent Philisthijm, Saul cecinit buc-
cina in omni terra, dicens, Audiant Hebræi.
Et vniuersus Israel audiuit huiuscemodi fa-
mã, Percussit Saul stationem Philisthinorũ:
& erexit se Israel aduersus Philisthijm. Cla-
mauit' ergo' populus post Saul in Galgala. *autem.1.

Et Philisthijm congregati sunt ad prælian
dum cõtra Israel, triginta millia curruum, &
sex millia equitum, & reliquum vulgus, sicut
arena quæ est in littore maris plurima. Et as-
cendentes castrametati sunt in Machmas ad B
orientẽ Beth-auen. Quod cũ vidissent viri Is-
rael se in arcto positos (afflictus enim erat po
pulus) abscõderunt se in speluncis, & in abdi
tis, in petris quoq;, & in antis, & in cisternis.
Hebræi aũt transierunt Iordanem ▷ in' terram ▷.13.

Gad &

Gad & Galaad. Cumq́ue adhuc esset Saul in
Galgala, vniuersus populus perterritus est,
qui sequebatur eum. Et expectauit septē die-
bus iuxta placitum Samuelis, & non venit Sa
muel in Galgala, dilapsusq́ue est populus ab
eo. Ait ergo Saul, Afferte mihi holocaustum,
& pacifica. Et obtulit holocaustum. Cumq;
complesset offerens holocaustum, ecce Sa-
muel veniebat: & egressus est Saul obuiam
ei, vt salutaret eum. Locutusq; est ad eum Sa-
muel, Quid fecisti? Respôdit Saul, Quia vidi
quòd populus dilaberetur à me, & tu non ve-
neras iuxta placitos dies, porrò Philisthijm
congregrati fuerant in Machmas: dixi, Nunc
C descendent Philisthijm ad me in Galgala, &
faciem Domini non placaui. Necessitate
compulsus, obtuli holocaustum. Dixitq; Sa-
muel ad Saul, Stultè egisti, nec custodisti mā-
data Domini Dei tui, quæ præcepit tibi:
Quod si non fecisses, iam nunc præparasset
Dominus regnum tuum super Israel in sem-
piternum, sed nequaquam regnum tuū vltrà
consurget, Quæsiuit Dominus sibi virū iu-
xta cor suum: & præcepit ei Dominus vt esset
Acto.13.d. dux super populum suum, eo quòd non ser-
uaueris quæ præcepit Dominus. Surrexit au-
tem Samuel, & ascendit de Galgalis in Gabaa
▷.6. Ben-iamin. ▷ Et reliqui populi ascenderunt
post Saul obuiam populo, qui expugnabant
eos venientes de Galgala in Gabaa, in colle
Ben-iamin'. Et recensuit Saul populum, qui
inuenti fuerāt cum eo, quasi sexcentos viros.
Et Saul & Ionathas filius eius, populusq́ue
qui inuētus fuerat cū eis, erat in Gabaa Ben-
D iamin: porrò Philisthijm cōsederant in Ma-
"prædandū. chmas. Et egressi sunt ad"præliandū' de castris
Philisthinorum tres cunei. vnus cuneus per-
gebat cōtra viā Ephra ad Terram-Saul. por-
ro alius ingrediebatur per viam Beth-horon.
▷.6. tertius autem verterat se ad iter termini ▷ in
Terra-Sabaa' imminentis valli Seboim cōtra
desertum. Porrò faber ferrarius non inuenie-
batur in omni Terra-Israel. cauerant enim
Philisthijm, ne forte facerent Hebræi gladiū
aut lanceam, Descendebat ergo omnis Israel
ad Philisthijm, vt exacueret vnusquisque vo
& tridentem. merem suum, & ligonem, & securim & sar-
culum. Retusæ itaque erant acies vomerum,
& ligonum, tridentum, & securium, vsq; ad
stimulum corrigendum. Cumq́ue venisset
dies prælij, non est inuentus ensis & lancea
in manu totius populi qui erat cum Saule &
Ionatha, excepto Saul & Ionatha filius eius.
Egressa est autem statio Philisthijm, vt tran-
scenderet in Machmas.

S. *Ionathas Domino fidens, cum armigero suo Philisthæos dispersit, verùm post victoriā, melle gustato, ob patris iuramentum mortem commin*atam, populi auxilio vix euasit.*

CAP. XIIII.

A ET accidit in quadam die vt diceret Io-
nathas filius Saul ad adolescentem ar-
migerum suum. Veni & transeamus ad
stationem Philisthinorum, quæ est trans lo-
cum illum. Patri autem suo hoc ipsum non
indicauit. Porrò Saul morabatur in extrema
parte Gabaa sub malogranato, quæ erat in"a- "Magron.1.
gro Gabaa:' & erat populus cum eo quasi sex-
centorum virorum. Et Achias filius Achitob
fratris I-chabod filij Phinees, ‖qui ortus fue- Supr.4.d.
rat ex Heli sacerdote Domini in Silo, porta-
bat ephod. Sed & populus ignorabat quò isset
Ionathas. Erant autē inter ascensus, per quos
nitebatur Ionathas transire ad stationem Phi
listhinorum, eminētes petræ ex vtraq; parte,
& quasi in modum dentiū scopuli hinc inde
prærupti nomen vni Boses, & nomen alteri
Sene: vnus scopulus prominēs ad aquilonem
ex aduerso Machmas, & alter ad meridiem
contra Gabaa. Dixit autem Ionathas ad ado-
lescentem armigerum suum, Veni, transea- B
mus ad stationem incircuncisorum horum,
si fortè faciat Dominus pro nobis: quia non
est Domino difficile saluare vel in multis, vel
in paucis. Dixitq́ue ei armiger suus, Fac om-
nia quæ placent animo tuo: perge quò cupis,
▷&'ero tecum vbicunque volueris. Et ait Io ▷.5.
nathas, Ecce nos transimus ad viros istos.
Cumq́ue apparuerimus eis, si taliter locuti
fuerint ad nos, Manete, donec veniamus ad
vos: stemus in loco nostro, nec ascendamus
ad eos. si autem dixerint, Ascendite ad nos: as-
cendamus quia tradidit eos Dominus in ma *&.1.
nibus nostris, *hoc erit nobis signum.

Apparuit igitur vterq; stationi Philisthi-
norum: dixeruntq; Philisthijm, En Hebræi
egrediuntur de cauernis, in quibus abscondi-
ti fuerāt. Et locuti sunt viri de statione ad Io
nathan, & ad armigerum eius, dixeruntq́ue,
Ascēdite ad nos & ostendemus vobis rem. Et
ait Ionathas ad armigerum suum, Ascenda-
mus, sequere me: tradidit enim Dominus eos
in manus Israel. Ascendit autem Ionathas ma
nibus & pedibus reptās, & armiger eius post *quum vidissent faciem Ionathæ.
eum. Itaque *alij cadebant ante Ionathan, a-
lios armiger eius interficiebat sequens eum.
Et facta est plaga prima, qua percussit Iona- C
thas & armiger eius, quasi viginti virorum in
media parte iugeris, quā par boum in die ara-
re consueuit. Et factum est miraculum in ca- ▷.10.
stris, ▷&' per agros: sed & omnis populus sta
tionis eorū, qui ierant ad prædandum, obstu- "est terræ
puit, & cōturbata"sunt castra', & accidit qua-
si miraculū à Deo. Et respexerunt speculato
res Saul, qui erāt in Gabaa Bē-iamin, & ecce
multitudo postrata, & huc illucq; diffugiens.
Et ait

Et ait Saul populo qui erat cum eo, Requiri-
te, & videte quis abierit ex nobis. Cúmque
requisissent, repertum est non adesse Iona-
than, & armigerū eius. Et ait Saul ad Achiam,
Applica arcam Domini. Erat enim ibi arca
Dei in die illa cum filijs Israel. Cúmque lo-
queretur Saul ad sacerdotem, tumultus ma-
gnus exortus est in castris Philisthinorū: cre-
scebátq; paulatim, & clariùs resonabat. Et ait
Saul ad sacerdotem, Contrahe manum tuam,
Conclamauit ergo Saul, & omnis populus
qui erat cum eo, & venerunt vsque ad locum
certaminis: & ecce versus fuerat gladius vni-
uscuiusque ad proximum suum, & cædes ma-
gna nimis. Sed & Hebræi qui fuerāt cum Phi
listhijm heri & nudiustertius, ascenderantq;
D cum eis in castris, reuersi sunt vt essent cum
*& ijs. Israel * qui erant cum Saul & Ionatha. Om-
nes quoque Israelitæ qui se absconderant in
monte Ephráim, audientes quòd fugissent
Philisthæi, sociauerunt se cum suis in præ-
▷.5. lio. ▷ Et erant cum Saul, quasi decem mil-
lia virorum'. Et saluauit Dominus in die il-
la Israel. pugna autem peruenit vsque ad Be-
tha-uen. Et viri Israel sociati sunt sibi in
die illa: adiurauit autem Saul populum, dicēs.
Maledictus vir qui comederit panem vsque
ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis.
Et non manducauit vniuersus populus pa-
nem: omneq́ue terræ vulgus venit in saltum,
in quo erat mel super faciem agri. Ingressus
est itaque populus saltum, & apparuit fluens
mel, nullusq; applicuit manum ad os suum,
timebat enim populus iuramentum, Porrò
Ionathas non audierat cùm adiuraret pater
eius populū: extenditq; summitatem virgæ,
quam habebat in manu, & intinxit in fauum
mellis: & conuertit manum suam ad os suū,
& illuminati sunt oculi eius. Respondensq́ue
vnus de populo, ait, Iureiurando constrinxit
pater tuus populū, dicens, Maledictus vir qui
comederit panem hodie, defecerat autem po-
E pulus. Dixitq́ue Ionathas, Turbauit pater
meus terram: vidistis ipsi quia illuminati sunt
oculi mei: eò quòd gustauerim paululum de
melle isto: quanto magis si comedisset popu-
lus de præda inimicorum suorum, quam repe
rit? nónne maior plaga facta fuiset in Phili-
sthijm? Percusserunt ergo in die illa Phili-
sthæos à Machmis vsque ad Aialon. Defati-
gatus est autem populus nimis, & versus ad
prædam tulit oues, & boues, & vitulos, &
mactauerunt in terra: comeditq́ue populus
cum sanguine. Nuntiauerunt autem Sauli di-
centes quòd populus peccasset Domino, co-
medens cum sanguine. 'Qui ait, Præuaricati
estis: voluite ad me iam nūc saxum grande. Et
dixit Saul, Dispergimini in vulgus, & dicite
eis vt adducat ad me vnusquisq; bouē suum
& arietem, & occidite super istud, & vesci-
mini, & non peccabitis Domino comedētes
cum sanguine. Adduxit itaq; omnis populus
vnusquisq; bouem in manu sua vsque ad no-
ctem, Et occiderunt ibi. Aedificauit autē Saul
altare Domino: tuncq́ue primùm cœpit ædi-
ficare altare Domino. Et dixit Saul, Irruamus
super Philisthæos nocte, & vastemus eos vs-
quedum illucescat mane, nec relinquamus ex
eis virum. Dixitq; populus, Omne quod bo- F
num videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacer-
dos, Accedamus huc ad Deum. Et consuluit
Saul Dominū, Num persequar Philisthijm? si
trades eos in manus Israel? Et non respondit
ei in die illa. Dixitq; Saul, Applicate huc vni-
uersos angulos populi: & scitote, & videte per
quem acciderit peccatū hoc hodie. Viuit Do-
minus saluator Israel, quia si per Ionathan fi-
lium meū factum est, absq; retractatione mo-
rietur. Ad quod nullus contradixit ei de omni
populo. Et ait ad vniuersum Israel. Separami-
ni vos in partem vnam, & ego cū Ionatha fi-
lio meo ero in parte alterā. Respónditq; po-
pulus ad Saul, Quod bonum videtur in oculis
tuis, fac. Et dixit Saul ad Dominum Deū Is-
rael, ▷ Domine Deus Israel da indiciū; quid ▷.4.
est quòd non responderis seruo tuo hodie. Si
in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas
hæc, da ostensionem. aut si hæc iniquitas est
in populo tuo' da sanctitatem. Et deprehensus
est Ionathas & Saul, populus autem exiuit.
Et ait Saul, Mittite sortem inter me, & inter
Ionathan filium meum. Et captus est Iona-
thas, Dixit autem Saul ad Ionathan, Indica
mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas,
& ait, Gustans gustaui in summitate virgæ,
quæ erat in manu mea, paululū mellis & ecce
ego morior? Et ait Saul, Hæc faciat mihi De-
us, & hæc addat, quia morte moriêris Iona-
tha. Dixitq; populus ad Saul, 'Ergóne Iona- G
thas morietur, qui fecit salutem hāc magnam
in Israel? hoc nefas est: viuit Dominus, si ce-
ciderit capillus de capite eius in terram, quia
cū Deo operatus est hodie. Liberauit ergo po
pulus Ionathan, vt nō moreretur. Recessitq;
Saul, nec persecutus est Philisthijm: porrò
Philisthijm abierunt in loca sua. Et Saul con-
firmato regno super Israel, pugnabat per cir-
cuitum aduersum omnes inimicos eius, cōtra
Moab, & filios Ammon, & Edom, & reges So
ba, & Philisthæos: & quocunq; se verterat, su
perabat. Congregatoq; exercitu percussit A-
malec, & eruit Israel de manu vastatorū eius.
Fuerunt autem filij Saul, Ionathas, & Iessui,
& Melchi-sua: & nomina duarum filiarum
eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen
minoris Michol. Et nomen vxoris Saul, Achi

Universidad de Deusto Biblioteca

noam filia Achimaas: & nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porrò Cis fuit pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. Erat autem bellum potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcunque viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

S. Saul missus à Domino ad delendum funditus Amalec, Agag eorum regem multamq; prædam reseruans, inobedientiæ arguitur commendata obedientia, ideoq; à regno reijcitur, interfectoq; Agag, Saul reprobatus à Samuele lugetur.

CAP. XV.

A ET dixit Samuel ad Saul, Me misit Dominus, vt vngerem te in regem super populum eius Israel: nunc ergo audi vocem Domini, Hæc dicit Dominus exercituũ, Recensui quæcunque fecit Amalec Israeli. Exod.17.c ||quomodo restitit ei in via cùm ascẽderet de Aegypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, ▷.5. ▷& non concupiscas ex rebus ipsius aliquid': sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum atque lactantem bouem & ouem, camelum & asinum. Præcepit itaque Saul populo, & recensuit eos quasi agnos: ducenta millia peditum, & decem millia virorũ Iuda. Cumq; venisset Saul vsq; ad ciuitatem Amalec, tetendit insidias in torrente. Dixitq; Saul B Cinæo, Abite, recedite, atq; discedite ab Amalec: ne forte inuoluam te cum eo. tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel, cùm ascenderent de Aegypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec. Percussitque Saul Amalec ab Heuila, donec venias ad Sur, quæ est è regione Aegypti. Et apprehendit Agag regem Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. quicquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. Factum est autem verbum C Domini ad Samuel, dicens, Pœnitet me quòd constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contristatusque est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte. Cumque de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul mane, nunciatũ est Samueli, eò quòd venisset Saul in Carmelũ, & erexisset sibi fornicem triumphalem, & reuersus ▷.5. transisset: descendissetq; in Galgala.▷ Venit ergo Samuel ad Saul, & Saul offerebat holocaustũ Domino de initijs prædarum quæ attulerat ex Amalec'. Et cùm venisset Samuel ad Saul, dixit ei Saul, Benedictus tu Domino, impleui verbum Domini. Dixitque Samuel. Et quæ est hæc vox gregum quæ resonat in auribus meis, & armentorum quam ego audio? Et ait, Saul, De Amelec adduxerũt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armentis vt immolarentur Domino Deo tuo, reliqua verò occidimus. Ait autem Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quæ locutus sit Dominus ad me nocte. Dixitque ei, Loquere. Et ait Samuel, ||Nónne cùm paruulus Supr.15.a. esses in oculis tuis, caput in tribubus Israel factus es? vnxitque te Dominus in regem super Israel, & misit te Dominus in viam, & ait, Vade, & interfice peccatores Amalec, & pugnabis contra eos vsque ad internecionem eorum. Quare ergo non audisti vocem Domini: sed versus ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini? Et ait Saul ad Samuelem. Imò audiui vocem Domini, & ambulaui in E via per quam misit me Dominus, & adduxi Agag regẽ Amalec, & Amelec interfeci. Tulit autem de præda populus oues & boues primitias eorum quæ cæsa sunt, vt immolet Domino Deo ″suo' in Galgalis. ″tuo.h. Et ait Samuel, Nunquid vult Dominus holocausta & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? Melior est enim obedientia quàm victimæ: & auscultare, magis quàm offerre adipem arietum. Eccle.4.d Osee.6.c. Matth.9.b quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abiecisti sermonem Domini, abiecit te ▷ Dominus' ne ▷.5. sis rex. Dixitq; Saul ad Samuelem, Peccaui, quia præuaricatus sum sermonem Domini, & verba tua, timens populum, & obediens voci eorum. Sed nunc porta quæso peccatum meum, & reuertere mecum vt adorẽ Dominum. F Et ait Samuel ad Saul, Non reuertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, & proiecit te Dominus ne sis rex super Israel, Et conuersus est Samuel vt abiret: ille autem apprehendit summitatem pallij eius, quæ & scissa est. Et ait ad eum Samuel, Scidit Dominus regnum Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo meliori te. Porrò Triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine non flectetur: neque enim homo est vt agat pœnitentiã. At ille ait, Peccaui: sed nunc honora me coram senioribus populi mei, & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorem Dominum Deum tuum. Reuersus ergo Samuel secutus est Saulẽ: & adorauit Saul Dominum. G Dixitque Samuel, Adducite ad me Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguissimus▷tremens'. ▷.4. Et dixit Agag. Siccine separat amara mors? Et ait Samuel, Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absq; liberis erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concidit eum Samuel corã Domino in Galgalis. Abijt aũt Samuel in Ramátha, Saul

Saul verò ascẽdit in domum suam in Gabaa. *Et non vidit Samuel vltrà Saul vsq; ad diem mortis suæ: veruntamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœnitebat quòd constituisset regem Saul super Israel.

S. Reprobato Saul, Dauid inter fratres in regem vngitur: quo cithara psallente coram Saule agitato spiritu malo, ille leuius habebat.

CAP. XVI.

A DIxitque Dominus ad Samuelem, Vsquequo tu luges Saul, cùm ego proiecerim eũ ne regnet super Israel? imple cornu tuũ oleo, & veni, vt mittam te ad Isai Bethlehemiten: prouidi enim in filijs eius mihi regẽ. Et ait Samuel. Quomodo vadam? audiet enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus, Vitulum de armento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandum Domino veni. Et vocabis Isai ad victimam, & ego ostẽdam tibi quid facias, & vnges quencunq; monstrauero tibi. Fecit ergo Samuel sicut locutus est B ei Dominus. Venitq; in Beth-lehem, & admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei, dixeruntque, Pacificúsne est ingressus tuus? Et ait, Pacificus: ad immolãdum Domino veni, sanctificamini, & venite mecũ vt immolem. Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sacrificium, Cumq; ingressi essent, vidit Eliab, & ait, Num coram Domino est christus eius? Et dixit Dominus ad Samuelem, Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ eius: quoniam abieci eum, nec iuxta intuitum hominis ego iudico. homo enim videt ea quæ parent, Dominus autẽ intuetur cor. Et vocauit Isai Abinadab, & adduxit eum coram Samuele. Qui dixit, Nec hunc elegit Dominus. Adduxit autem Isai Samma. de quo ait, Etiam hunc non elegit Dominus. Adduxit itaque Isai septem filios suos coram Samuele: & ait Samuel ad Isai, Non elegit Dominus ex istis. Dixitq; Samuel ad Isai, Nunquid iam completi sunt filij? Qui respondit, Adhuc reliquus est paruulus, & pascit oues. C Et ait Samuel ad Isai, Mitte, & adduc eũ: nec enim discumbemus prius quàm hûc ille veniat. Misit ergo, & adduxit eum. Erat autem rufus, & pulcher aspectu, decoraq; facie, & ait Dominus, Surge, & vnge eum: ipse est enim. Tulit ergo Samuel cornu olei, & vnxit eum 1.Reg.7.b Psal.77.d. & 88.b. Act.7.f. 13.d. in medio fratrum eius: & ||directus est spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps: surgensq; Samuel abijt in Ramátha. Spiritus autem Domini recessit à Saul, & exagitabat eũ spiritus nequam, à Domino. Dixeruntq; serui Saul ad eũ, Ecce spiritus Dei malus exagitat te. *rex. Iubeat Dominus noster, * & serui tui qui corã te sunt, quærent hominẽ scientem psallere cithara: vt quãdo arripuerit te spiritus Domini malus, psallat manu sua, & leuius feras. Et ait Saul ad seruos suos, Prouidete ergo mihi aliquem bene psallentem, & adducite eũ ad me. Et respondens vnus de pueris, ait, Ecce D vidi filium Isai Bethlehemitem scientẽ psallere, & fortissimum robore, & virum bellicosum, & prudentem in verbis, & virum pulchrum: & Dominus est cum eo. Misit ergo Saul nuncios ad Isai dicens, Mitte ad me Dauid filium tuum, qui est in pascuis. Tulit itaq; Isai asinum plenũ panibus, & lagenam vini, & hœdum de capris vnum, & misit per manum Dauid filij sui Sauli. Et venit Dauid ad Saul, & stetit coram eo: at ille dilexit eũ nimis, & factus est eius armiger. Misitque Saul ad Isai, dicens, Stet Dauid in conspectu meo: inuenit enim gratiã in oculis meis. Igitur quandocunque spiritus ″Domini malus arripiebat' ″dei arripiebat.5. Saul, Dauid tollebat citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat. recedebat enim ab eo spiritus malus.

S. Philisthæis contra Israelem ad pugnam congregatis, Goliath gigantem in armis & fortitudine confidentem, inermis Dauid occidit; præcisumq; caput diffusis Philisthæis ad Saulem tulit.

CAP. XVII.

A COngregantes aũt Philisthijm agmina sua in prælium, cõuenerunt in Socho Iudæ: & castrametati sunt inter Socho & Azeca in finibus Dommim. Porrò Saul & filij Israel congregati venerunt in Vallem-terebinthi, & direxerunt aciem ad pugnandum contra Philisthijm. Et Philisthijm stabãt super montem ex parte hac, & Israel stabat supra montem ex altera parte: vallisq; erat inter eos. Et egressus est vir spurius de castris Philisthinornm nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubitorũ & palmi: & cassis ærea super caput eius & lorica hamata induebatur. porrò pondus loricæ eius, quinq; millia siclorum æris erat. & ocreas æreas habebat in cruribus: & clypeus æreus tegebat humeros eius. hastile autem hastæ eius erat quasi liciatorũ texentium. ipsum autem ferrũ hastæ eius sexcẽtos siclos habebat ferri: & armiger eius antecedebat eũ. Stansq; clamabat aduersum phalangas Israel, & dicebat eis, Quare venistis parati ad prælium? Nunquid ego non sum Philisthæus, & vos serui Saul? Eligite ex vobis virum, B & descendat ad singulare certamen. si quiuerit pugnare mecum, & percusserit me, erimus vobis serui: si autem ego præualuero, & percussero eum, vos serui eritis, & seruietis nobis. Et aiebat Philisthæus, Ego exprobraui agminibus Israel hodie, Date mihi virum, & ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul, & omnes Israelitæ sermones Philisthæi huiuscemodi, stupebant, & metuebant ni-

Universidad de Deusto Biblioteca

bant nimis. Dauid aũt erat filius viri Ephra-
Supr.16.a. thæi, de quo ‖ supra dictum est, de Beth-léhem Iuda, cui nomen erat Isai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul senex, & grandæuus inter viros. Abierunt aũt tres filij eius maiores post Saul in prælium: & nomina triũ filiorum eius qui perrexerũt ad bellum, Eliab primogenitus, & secundus Abinadab, tertius quoque Samma, Dauid autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis Saulem, abijt Dauid, & reuersus est à Saul, vt pasceret gregem patris sui in Beth-léhem. Procedebat verò Philisthæus mane & vespere, & stabat quadraginta diebus. Dixit autem Isai ad Dauid
C filium suũ, Accipe fratribus tuis ephipolẽtæ, & decem panes istos, & curre in castra ad fratres tuos, & decem formellas casei has deferes ad tribunum: & fratres tuos visitabis, si rectè agant: & cum quibus ordinati sunt, disce. Saul autem, & illi, & omnes filij Israel, in Valle-terebinthi pugnabant aduersum Philisthijm. Surrexit itaq; Dauid mane, & commendauit gregem custodi: & onustus abijt, sicut præceperat ei Isai. Et venit ad locum Magála, & ad exercitum qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciem Israel, sed & Philisthijm ex aduerso fuerant præparati. Derelinquẽs ergo Dauid vasa quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat si omnia rectè agerẽtur erga fratres suos. Cumque adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philistinorũ: & loquente eo hæc eadem verba audiuit Dauid. Omnes autem Israelitæ, cùm vidissent virũ, fugerunt à facie eius, timentes eum valde. Et dixit vnus quispiam de Israel, Num vidistis virum hunc qui ascendit? ad exprobrandum enim Israeli, ascendit. Virum ergo qui percusserit eum, ditabit rex diuitijs magnis, & filiam suam dabit ei, & domũ patris eius faciet absq;
D tributo in Israel. Et ait Dauid ad viros qui stabant secum, dicens, Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hunc, & tulerit opprobrium de Israel? quis est enim hic Philisthæus incircuncisus qui exprobrauit acies Dei viuentis? Referebat autẽ ei populus eundem sermonem, dicens, Hæc dabuntur viro qui percusserit eũ. Quod cùm audisset Eliab frater eius maior, loquente eo cum alijs, iratus est contra Dauid, & ait, Quare venisti, & quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? ego noui superbiam tuam, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium, descendisti. Et dixit Dauid, Quid feci? nunquid non verbum est? Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixitq; eundem sermonem. Et respõdit ei populus verbũ sicut prius. Audita sunt autem verba quæ locutus est Dauid, & annuntiata in conspectu Saul. Ad quem cùm fuisset adductus, locutus est ei, Non concidat cor cuiusquam in eo: ego seruus tuus vadam, & pugnabo aduersus Philisthæũ. Et ait Saul ad Dauid, Nõ vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eum: quia puer es, hic autẽ vir bellator est ab adolescentia sua. ‖ Dixitque Eccl.47.a
Dauid ad Saul, Pascebat seruus tuus patris sui E gregem, & veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis: & persequebar eos, & percutiebam, eruebamq; de ore eorũ. & illi consurgebant aduersum me, & apprehendebam mentum eorũ, & suffocabam, interficiebamq; eos. Nam & leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus: erit igitur & Philisthæus hic incircuncisus, quasi vnus ex eis. ▷ Nũc vadam ▷.8.
& auferam opprobriũ populi: quoniam quis est iste Philisthæus incircuncisus? ‖ qui' ausus ‖ 1.quia.47.
est maledicere exercitui Dei viuentis, Et ait Dauid, Dominus qui eripuit me de manu leonis, & de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autem Saul ad Dauid, Vade, & Dominus tecũ sit. Et induit Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius, & vestiuit eum lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suã, cœpit tẽtare si armatus posset incedere: non enim habebat consuetudinem. Dixitq; Dauid ad Saul, Non possum sic incedere, quia non vsum habeo. Et deposuit ea, & tulit baculum suum quem semper habebat in manibus: & elegit sibi quinq; limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem quam habebat secũ, & fundam manu tulit: & processit aduersum Philisthæum. Ibat autem Philisthæus incedẽs & appropinquans aduersum Dauid, & armiger eius ante
F eum. Cumq; inspexisset Philisthæus, & vidisset Dauid, despexit eum. Erat aũt adolescens rufus, & pulcher aspectu. Et dixit Philisthæus ad Dauid, Nunquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cum baculo? Et maledixit Philisthæus Dauid in dijs suis: dixitque ad Dauid, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli & bestijs terræ. Dixit aũt Dauid ad Philisthæum, Tu venis ad me cũ gladio, & hasta, & clypeo: ego aũt venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminũ Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu mea, & percutiam te, & auferam caput tuũ à te: & dabo cadauera castrorum Philisthijm hodie volatilibus cœli, & bestijs terræ: vt sciat omnis terra quia est Deus in Israel. Et nouerit vniuersa ecclesia hæc quia non in gladio, nec in hasta saluat Dominus: ipsius enim est bellum, & tradet vos in manus nostras. Cùm ergo sur-

ergo surrexisset Philisthæus, & veniret, & appropinquaret cõtra Dauid, festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnam ex aduerso Philisthæi.
G Et misit manum suam in peram, tulitq; vnũ ▷.5. lapidem, & funda iecit, & ▷ circunducens' percussit Philisthæũ in fronte: & infixus est lapis in fronte eius, & cecidit in faciem suã su-
1.Mac.4.d per terrã. ‖ Prævaluitq; Dauid aduersum Phi- Psal.77.d. listhæũ in funda & lapide, percussumq; Philisthæum interfecit. Cumq; gladium non haberet in manu Dauid, cucurrit, & stetit super Philisthæum, & tulit gladium eius, & eduxit eum de vagina sua: & interfecit eũ, præciditq; caput eius. Videntes autẽ Philisthijm, quòd mortuus esset fortissimus eorum, fugerunt. Et consurgentes viri Israel & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos vsquedum veniret in vallem, & vsq; ad portas Accaron, ceciderunt q; vulnerati de Philisthijm in via
*.Cr. Saráim, * vsq; ad Geth. & vsq; ad Accaron. Et reuertẽtes filij Israel postquam persecuti fuerant Philisthæos, inuaserunt castra eorũ. Assumens autem Dauid caput Philisthæi, attulit illud in Ieruſalem: arma verò eius posuit in tabernaculo suo. Eo autem tempore quo vi-
*.Abner.10 derat Saul Dauid egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ, De qua stirpe descendit hic adolescens *? Dixitq; Abner, Viuit anima tua, rex, si noui. Et ait rex, Interroga tu, cuius filius sit iste puer. Cumq; regressus esset Dauid, percusso Philisthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule, caput Philisthæi habentem in manu. Et ait ad eum Saul, De qua progenie es ô adolescẽs? Dixitque Dauid, filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

S. Inito Dauid cum Ionatha fœdere, Saul audita sui & Dauid comparatione, malo spiritu agitatus nititur Dauid configere, & Merob filiam quã erat Dauidi pollicitus tradit alteri, Michol verò iuniorẽ callidè mediantibus centum præputijs Philisthinorum despondet Dauid in vxorem. CAP. XVIII.

A ET factum est cum complesset loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. Tulitq; eum Saul in die illa, & non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui. Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quasi animam suam. Nam expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua vestimenta sua vsq; ad gladium & arcũ suum, & vsq; ad baltheũ. Egrediebatur quoq; Dauid ad omnia quæcunq; misisset eũ Saul, & prudenter se agebat: posuitque eum Saul
B super viros belli, & acceptus erat in oculis vniuersi populi, maximeq; in conspectu famulorum Saul. ‖ Porrò cùm reuerteretur percusso Philisthæo Dauid, ▷ & ferret caput eius ▷.6.
in Ieruſalẽ', egressæ sunt mulieres de vniuersis vrbibus Israel, cantãtes, choroſq; ducentes in occursum Saul regis, in tympanis lætitiæ & in sistris. Et præcinebant mulieres ludentes, atq; dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia. Iratus est aũt Saul nimis, & displicuit in oculis eius sermo iste: dixitq;, Dederunt Dauid decem millia, & mihi mille dederunt: quid ei super est, nisi solum regnum? Non rectis ergo oculis Saul aspiciebat Dauid C
à die illa, & deinceps. Post diem aũt alteram, inuasit spiritus Dei malus Saul, & prophetabat in medio domus suæ: Dauid aũt psallebat manu suã, sicut per singulos dies. Tenebatq; Saul lanceam, & misit eam, putans quòd configere posset Dauid cum pariete: & declinauit Dauid à facie eius secundò. Et timuit Saul Dauid: eo quòd Dominus esset cum eo, & à se recessisset. Amouit ergo eũ Saul à se, & fecit eum tribunum super mille viros: & egrediebatur, & intrabat in conspectu populi. In D
omnibus quoq; vijs suis Dauid prudẽter agebat, & Dominus erat cum eo. Vidit itaq; Saul quòd prudens esset nimis, & cœpit cauere eũ. Omnis autem Israel & Iuda diligebat Dauid: ipse enim ingrediebatur & egrediebatur ante eos. Dixitq; Saul ad Dauid, Ecce filia mea maior Merob, ipsam dabo tibi vxorem: tantummodo esto vir fortis, & præliare bella Domini. Saul aũt reputabat, dicens, Non sit manus mea ″in eo', sed sit super eũ manus Philisthinorum. Ait aũt Dauid ad Saul, Quis ego sum, E
aut quæ est vita mea, aut cognatio patris mei in Israel, vt fiam gener regis? Factũ est autem tempus cũ deberet dari Merob filia Saul Dauid, data est Hadrieli Molathitæ vxor. ″ Dilexit aũt Michol filiam Saul alteram'. Et nunciatũ est Saul, & placuit ei, Dixitq; Saul, Dabo eam illi, vt fiat ei in scandalũ & sit super eum manus Philisthinorũ. Dixitq; Saul ad Dauid, In duabus rebus gener meus eris hodie. Et mãdauit Saul seruis suis, Loquimini ad Dauid clam me, dicẽtes, Ecce places regi, & om-

″in eum.1.

″Dilexit aũt Michol filia Saul altera, Dauid.5.

gi, & omnes serui eius diligunt te. Nunc ergo
esto gener regis. Et locuti sunt serui Saul in
auribus Dauid omnia verba hæc: & ait Da-
F uid, Num parum videtur vobis generum esse
regis? ego autem sum vir pauper & tenuis. Et
renunciauerunt serui Saul, dicentes. Huiusce
modi verba locutus est Dauid. Dixit autem
Saul, Sic loquimini ad Dauid, Non habet rex
sponsalia necesse. nisi tantùm centum præpu-
tia Philisthinorum, vt fiat vltio de inimicis
regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in
manus Philisthinorum. Cumque renuntias-
sent serui eius Dauid verba quæ dixerat Saul,
placuit sermo in oculis Dauid, vt fieret gener
regis. Et post paucos dies surgens Dauid, abijt *In Accarō
G *cũ viris qui sub eo erant. Et percussit ex Phi
listhijm ducētos viros: & attulit eorum præ-
putia, & annumerauit ea regi, vt esset gener
eius. Dedit itaque Saul ei Michol filiam suã
vxorem. Et vidit Saul, & intellexit quòd Do-
minus esset cum Dauid: Michol autem filia
Saul, diligebat eum. Et Saul magis cœpit time
re Dauid: factusque est Saul inimicus Dauid
cunctis diebus. Et egressi principes Philisthi-
norum. à principio autem egressionis eo-
rum, prudentius se gerebat Dauid, quàm om
nes serui Saul, & celebre factum est nomen e-
ius nimis.

S. Saul Dauid occidere volens voce Ionathæ placatur, quem coram se citharizantem, iterum transfigere tentat, & fugientem industria Michol in Naioth apud Samuelem persequutus, post ternos nuntios prophetātes etiam ipse prophetat.

CAP. XIX.

A Locutus est autem Saul ad Ionathan
filium suum, & ad omnes seruos suos,
vt occiderent Dauid. Porrò Ionathas
filius Saul diligebat Dauid valde. Et indica-
uit Ionathas Dauid, dicēs, Quærit Saul pater
meus occidere te: quapropter obserua te quæ-
so mane, & manebis clàm, & absconderis. E-
go autem egrediens, stabo iuxta patrem meũ
*fueris.3. in agro, vbicunque "fuerit': & ego loquar de te
ad patrem meum: & quodcunq; videro, nun-
tiabo tibi. Locutus est ergo Ionathas de Da-
uid bona ad Saul patrem suum: dixitq; ad eũ,
*peccet rex in seruum suum.1. Ne "pecces rex in seruum tuum' Dauid, quia
non peccauit tibi, & opera eius bona sunt ti-
bi valde. Et posuit animam suã in manu sua,
& percussit Philisthæum, & fecit Dominus
salutem magnam vniuerso Israeli. vidisti, &
lætatus es. Quare ergo peccas in sanguine
innoxio, interficiens Dauid, qui est absque
culpa? Quod cũ audisset Saul, placatus voce
Ionathæ iurauit, Viuit Dominus, quia nõ oc
B cidetur. Vocauit itaq; Ionathas Dauid, & in-
dicauit ei omnia verba hæc: & introduxit Io-
nathas Dauid ad Saul, & fuit ante eum, sicut
fuerat heri & nudiustertius. Motum est autē
rursum bellum: & egressus Dauid, pugnauit
aduersum Philisthijm: percussitque eos plaga
magna, Et fugerunt à facie eius. Et factus est
spiritus Domini malus in Saul: sedebat autē
in domo sua, & tenebat lanceam: porrò Da-
uid psallebat manu sua. Nisusq; est Saul con-
figere Dauid lancea in pariete, & declinauit
Dauid à facie Saul: lancea autem casso vul-
nere perlata est in pariete, & Dauid fugit, &
saluatus est nocte illa. Misit ergo Saul satelli- *nuũ.
tes suos *in domum Dauid vt custodirent eũ,
& interficeretur mane. Quòd cùm annun-
tiasset Dauid Michol vxor sua, dicens, Nisi
saluaueris te nocte hac, cras morièris: deposuit
eum per fenestram: porrò ille abijt & aufugit, C
atque saluatus est. Tulit autem Michol sta-
tuam, & posuit eam super lectum, & pellem
pilosam caprarũ posuit ad caput eius, & ope-
ruit eam vestimentis. Misit autem Saul appa-
ritores qui raperent Dauid: & responsum est
quòd ægrotaret. Rursumque misit Saul nun-
tios vt viderent Dauid, dicens, Afferte eum
ad me in lecto, vt occidatur. Cumque venis-
sent nuntij, inuentum est simulacrum super
lectum, & pelles caprarum ad caput eius. Di-
xitq; Saul ad Michol, Quare sic illusisti mihi,
& dimisisti inimicum meum vt fugeret? Et
respondit Michol ad Saul, Quia ipse locutus
est mihi, * Dimitte me, alioquin interficiam *dicens.
te. Dauid autem fugiens, saluatus est, & venit
ad Samuel in Ramâtha, & nuntiauit ei omnia
quæ fecerat sibi Saul: & abierunt ipse & Sa-
muel, & morati sunt in Naioth. Nuntiatum
est autem Sauli à dicentibus, Ecce Dauid in D
Naioth in Ramâtha. Misit ergo Saul lictores,
vt raperēt Dauid: qui cùm vidissent cuneum
prophetarum vaticinantium, & Samuelem
stantem super eos, factus est etiam Spiritus
Domini" in illis', & prophetare cœperunt e- *super nuntios Sauli.
tiam ipsi. Quod cùm nuntiatum esset Sauli,
misit & alios nuntios: prophetauerunt autem
& illi. Et rursum misit Saul tertios nuntios:
qui & ipsi prophetauerũt.▹ Et iratus iracun- ▹.9.
dia Saul', abijt etiam ipse in Ramâtha, & ve-
nit vsq; ad cisternam magnam quæ est in So-
cho, & interrogauit, & dixit, In quo loco sunt
Samuel & Dauid? Dictumque est ei, Ecce in
Naioth sunt in Ramâtha. Et abijt in Naioth
in Ramâtha, & factus est etiam super eũ Spi-
ritus Domini, & ambulabat ingrediēs, & pro-
phetabat vsquedum veniret in Naioth in Ra-
mâtha. Et expoliauit etiam ipse se vestimen-
tis suis, & prophetauit cum cæteris coram Sa-
muele, & cecinit nudus tota die illa & nocte.
Vnde & exiuit prouerbium, ||Num & Saul in- Sup. 10.
ter prophetas?

S. Ionathas post repetitum cum Dauid fœdus ipsum cum patre reconciliare frustra conatur, illum tamen è manibus eius trium sagittarum signo liberat.

CAP. XX.

A Fugit autem Dauid de Naioth quæ est in
Ramâtha, veniensq; locutus est coram
Ionatha, Quid feci? quæ est iniquitas
mea, & quod peccatum meum in patrem tuũ,
quia quærit animam meã? Qui dixit ei, Absit,
non morieris: neque enim faciet pater meus
quicquam grande vel paruum, nisi prius in-
dicauerit mihi: hunc ergo celauit me pater
meus sermonem tantummodo? nequaquam
erit istud. Et iurauit rursum Dauidi: & ille
ait, Scit profecto pater tuus quia inueni gra-
tiam in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Iona
thas, ne forte tristetur. Quinimò viuit Domi
nus, & viuit anima tua, quia vno tantùm (vt
ita dicam) gradu, ego morsque diuidimur. Et
ait Ionathas ad Dauid, Quodcumque dixerit
mihi anima tua, faciam tibi. Dixit aũt Dauid
ad Ionathan, Ecce calendæ sunt crastino, &
ego ex more sedere soleo iuxta regē ad vescen
B dum: dimitte ergo me vt abscondar in agro
▹.5. vsq; ad vesperam diei tertiæ. Si▹respiciens're-
quisierit me pater tuus, respondebis ei, Roga-
uit me Dauid, vt iret celeriter in Beth-léhem
ciuitatem suam: quia victimæ solēnes ibi sunt
vniuersis contribulibus suis. Si dixerit, Bene:
pax erit seruo tuo. si autem fuerit iratus, scito
quia completa est malitia eius. Fac ergo mise-
ricordiam in seruum tuum: quia fœdus Do-
mini me famulum tuum tecum inire fecisti.
si autem est iniquitas aliqua in me, tu me in-
terfice, & ad patrem tuum ne introducas me.
*à te.4. Et ait Ionathas, Absit hoc"à me': neque enim
fieri potest, vt si cērte cognouero completam
esse patris mei malitiã contra te, non annun-
tiem tibi. Responditque Dauid ad Ionathan,
▹.4. Quis renuntiabit mihi, siquid forte respon-
derit tibi pater tuus durē▹de me'? Et ait Io-
▹.6. nathas ad Dauid, Veni, & egrediamur▹foras'
C in agrum. Cumq; exissent ambo in agrum, ait
Ionathas ad Dauid, Domine Deus Israel, si
inuestigauero sententiam patris mei crastino
vel perendie: & aliquid boni fuerit super Da-
uid, & non statim misero ad te, & notum tibi
fecero, hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc
addat. Si autem perseuerauerit patris mei ma-
litia aduersum te, reuelabo aurem tuam, & di-
mittam te, vt vadas in pace, & sit Dominus
tecum, sicut fuit cum patre meo. Et si vixero,
facies mihi misericordiam Domini: si verò
mortuus fuero, non auferes misericordiam
tuam à domo mea vsq; in sempiternũ, quan-
do eradicauerit Dominus inimicos Dauid,
▹.7. vnumquenque de terra: ▹ auferat Ionathan
de domo sua, & requirat Dominus de manu
inimicorum Dauid'. Pepigit ergo Ionathas
fœdus cum domo Dauid: & requisiuit Do-
minus de manu inimicorum Dauid. Et addi- D
dit Ionathas deierare Dauid, eo quòd dilige-
ret illum: sicut enim animam suam, ita dilige-
bat eum. Dixitque ad eum Ionathas, Cras ca-
lendæ sunt, & requirêris: requiretur enim ses-
sio tua vsq; perendie. Descēdes ergo festinus,
& venies in locũ vbi celandus es in die quan-
do operari licet, & sedebis iuxta lapidem, cui
nomen est Ezel. Et ego tres sagittas mittam
iuxta eum, & iaciam quasi exercens me ad si-
gnum. Mittam quoque & puerum, dicens ei,
Vade & affer mihi sagittas. Si dixero puero,
Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad
me, quia pax tibi est, & nihil est mali, viuit
Dominus. Si autem sic locutus fuero puero,
Ecce sagittæ vltra te sunt: vade in pace, quia
dimisit te Dominus. De verbo autem quod
locuti sumus ego & tu, sit Dominus inter me
& te vsque in sempiternum. Absconditus est
ergo Dauid in agro, & venerunt calendæ, &
sedit rex ad comedendum panem. Cumque E
sedisset rex super cathedram suam (secundum
consuetudinem) quæ erat iuxta parietem, sur-
rexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul,
vacuusque apparuit locus Dauid. Et non est
locutus Saul quicquam in die illa: cogitabat
enim quòd forte euenisset ei vt nõ esset mun-
dus, nec purificatus. Cumque illuxisset dies
secunda post calendas, rursus apparuit vacuus
locus Dauid. Dixitq; Saul ad Ionathan filiũ
suum, Cur non venit filius Isai nec heri, nec
hodie ad vescendum? Responditq; Ionathas
Sauli, Rogauit me obnixe, vt iret in Beth-lé-
hem, & ait, Dimitte me, quoniam sacrificium
solenne est in ciuitate, * vnus de fratribus *mea.
meis accersiuit me: nunc ergo si inueni gra-
tiam in oculis tuis, vadam cito, & videbo fra-
tres meos. ob hanc causam nõ venit ad men-
sam regis. Iratus autem Saul aduersum Iona-
than, dixit ei, Fili mulieris virũ vltrò rapien- F
tis, nunquid ignoro quia diligis filiũ Isai in
confusionem tuam, & in confusionē igno-
miniosæ matris tuæ? Omnibus enim diebus
quibus filius Isai vixerit super terram, nõ sta-
bilieris tu, neq; regnum tuum. itaq; iam nunc
mitte & adduc eum ad me: quia filius mortis
est. Respondens autem Ionathas Sauli patri
suo, ait, Quare morietur? quid fecit? Et arri-
puit Saul lanceam vt percuteret eũ. Et intel-
lexit Ionathas quòd definitũ esset à patre suo
vt interficeret Dauid. Surrexit ergo Ionathas
à mensa in ira furoris, & non comedit in die
calendarum secunda panem. Contristatus est
enim super Dauid, eo quòd confudisset eum
pater suus. Cumq; illuxisset mane, venit Io-
nathas in agrũ iuxta placitum Dauid, & puer

Universidad de Deusto Biblioteca

paruulus cum eo, & ait ad puerum suum, Va-
G de, & affer mihi sagittas quas ego iacio. Cumque puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trãs puerum. Venit itaque puer ad locum iaculi, quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergum pueri, & ait, Ecce ibi est sagitta porrò vltra te. Clamauitq; iterum Ionathas post tergum pueri, dicẽs, Festina velociter, ne steteris. Collegit autẽ puer Ionathæ sagittas, & attulit ad dominum suũ: & quid ageretur, penitus ignorabat, tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant. Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & dixit ei, Vade, & defer in ciuitatem. Cumque abijsset puer, surrexit Dauid de loco qui vrgebat ad austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertiò: & osculantes se alterutrum, fleuerunt pariter, Dauid autem amplius. Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæcunque iurauimus ambo in nomine Domini, dicentes, Dominus sit inter me & te, & inter semen tuum, & semen meum vsq; in sempiternum. Et surrexit Dauid, & abijt: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

S. Profugus Dauid in Nobe, fame compulsus panes sanctificatos comedit datos ab Achimélech coram Doeg Idumæo, & Goliath gladio accepto, apud Achis regem Geth dementiam præ timore simulat.

CAP. XXI.

A VEnit autem Dauid in Nobe ad Achimélech sacerdotẽ: & obstupuit Achimélech, eo quòd venisset Dauid. Et dixit ei, Quare tu solus, & nullus est tecũ? Et ait Dauid ad Achi-mélech sacerdotem, Rex præcepit mihi sermonem, & dixit, Nemo sciat rem, propter quã missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris condixi in illum & illum locum. Nũc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quicquid inueneris. Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi, Non habeo laicos panes ad manum, sed tantũ panem sanctum: si mun-
B di sunt pueri, maximè à mulieribus. * Et respondit Dauid sacerdoti, & dixit ei, Et quidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorum sancta. porrò via hæc, polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. ‖ Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem. neque enim erat ibi panis, nisi tantùm panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Domini, vt ponerentur panes
C calidi. Erat autem ibi vir quidã de seruis Saul, in die illa, intus in tabernaculo Domini: & nomen eius Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saul. * Dixit autem Dauid ad Achimélech, Si habes hîc ad manum hastam aut gladium? * quia gladium meum, & arma mea non tuli mecum. sermo enim regis vrgebat. Et dixit sacerdos, Ecce hîc gladius Goliath Philisthæi, quem percussisti in Valle-terebinthi, est inuolutus pallio post ephod: si istum vis tollere, tolle. neq; enim est alius absq; eo. Et ait Dauid, Non est huic alter similis, da mihi eum. Surrexit itaq; Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis regẽ Geth, dixeruntq; serui Achis ad eum ▷ cũ vidissent Dauid', Nunquid non iste est Dauid rex Ter- D ræ? nónne huic cantabant per choros, dicentes, Percussit Saul mille, & Dauid decem millia? Posuit autẽ Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth. Et immutauit os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portæ, defluebantq; saliuæ eius in barbam. Et ait Achis ad seruos suos, Vidistis hominem insanum: quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi, quòd introduxistis istum, vt fureret me præsente? hiccine ingredietur domum meam?

manducẽt.

Matt. 12. a.

hic pascebat mulas Saul.

Add mihi

▷. 10.

▷. 6.

S. Dauid cum plurimis ad se in spelunca Odollam susceptis, inde ad regem Moab proficiscitur, vnde consilio Gad prophetæ in terram Iuda reuertitur. Saul verò omnes sacerdotes Nobe, præter Abiathar qui ad Dauid confugit, per Doeg Idumæum iussit interimi.

CAP. XXII.

A BIjt ergo Dauid inde, & fugit in spe- A
luncam Odollam. Quod cùm audissent fratres eius, & omnis domus patris eius, descenderunt ad eum illuc. Et conuenerunt ad eum omnes qui erat in angustia constituti, & oppressi ære alieno, & amaro animo: & factus est eorũ princeps: fuerunt q; cum eo quasi quadringenti viri. Et profectus est Dauid inde in Maspha, quæ est Moab: & dixit ad regem Moab, Maneat oro pater meus & mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus. Et reliquit eos ante faciem regis Moab: manseruntq; apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in præsidio. Dixitq; Gad propheta ad Dauid, Noli manere in præsidio, proficiscere, & vade in Terram-Iuda. Et profectus est Dauid, & venit in Saltum-hareth. Et audiuit Saul quòd apparuisset Dauid, & viri qui erant cum eo. Saul autem cùm maneret in Gabaa, & esset in nemore quod B est in Rama, hastam manu tenens, cunctique serui eius circunstarent eũ, ait ad seruos suos qui asistebãt ei, Audite me nunc filij Iemini: nũquid omnibus vobis dabit filius Isai agros & vineas & vniuersos vos faciet tribunos, & centuriones: quoniam coniurastis omnes aduersum me, & non est qui mihi renuntiet, maximè cùm & filius meus fœdus inierit cum

cum filio Isai? Non est qui vicem meam doleat ex vobis, nec qui annũtiet mihi: eo quòd
A suscitauerit filius meus seruum meum aduersum me, insidiantem mihi vsque hodie. Respondens autẽ Doeg Idumæus qui asistebat, & erat primus inter seruos Saul, Vidi, inquit, filium Isai in Noba apud Achi-mélech filiũ
▷. 5. Achitob ▷ sacerdotem. Qui consuluit pro eo Dominum, & cibaria dedit ei: sed & gladium Goliath Philisthæi dedit illi. Misit ergo rex ad accersendum Achi-mélech sacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius, sacerdotum, qui erant in Nobe, qui vniuersi
▷. 4. venerunt ad regem. Et ait Saul ▷ ad Achi-mélech', Audi fili Achitob. Qui respondit, Præ-
C stò sum Domine. Dixitq; ad eum Saul, Quare coniurastis aduersum me tu & filius Isai, & dedisti ei panes & gladium, & consuluisti pro eo Dominum, vt consurgeret aduersum me, insidiator vsque hodie permanens? Respondensque Achi-mélech regi, ait, Et quis in omnibus seruis tuis, sicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & gloriosus in domo tua? Nũ hodie cœpi pro eo consulere Dominum? absit hoc à me: ne suspicetur rex aduersus seruum suum rem huiuscemodi, in vniuersa domo patris mei. nõ enim sciuit seruus tuus quicquam super hoc negotio, vel modicum vel grande. Dixitque rex, Morte morieris Achi-mélech, tu, & omnis do
▷. 12. mus patris tui. Et ait rex emissarijs qui circunstabant eum, Conuertimini, & interficite sacerdotes Domini: nam manus eorum cum Dauid est scientes quòd fugisset, ▷ & non indicauerunt mihi. Noluerũt autem serui regis extendere manus suas in sacerdotes Domini.
D Et ait rex ad Doeg, Conuertere tu, & irrue in
*Domini. sacerdotes. * Conuersusque Doeg Idumæus, irruit in sacerdotes, & trucidauit in die illa octoginta quinque viros vestitos ephod lineo. Nobe autem ciuitatem sacerdotum percussit in ore gladij, viros & mulieres, & paruulos, & lactantes, bouemque & asinum, & ouem in ore gladij. Euadens autem vnus filius Achimélech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid, & annunciauit ei quòd occidisset Saul sacerdotes Domini. Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam in die illa, quòd cùm ibi esset Doeg Idumæus, procul dubio annun
*denunt. 1. tiaret Sauli: ego sum reus omnium animarũ * patris tui. Mane mecum, ne timeas: siquis quæsierit animam meam, quæret & animam tuam, mecumque seruaberis.

S. Quum Dauid Ceilã à Philisthæis liberasset, ne in manus Saul à viris Ceilæ traderetur, profugus in desertum Ziph proditur à Ziphæis: fœdere autem inter Dauid & Ionathan renouato, Saul eum persequitur, sed propter Philisthæorum irruptionem liberatur.

CAP. XXIII.



ET annunciauerunt Dauid, dicentes, Ec A
ce Philisthijm oppugnant Ceilam, & diripiunt areas. Consuluit ergo Dauid Dominum, dicens, Num vadam, & percutiã Philisthæos istos? Et ait Dominus ad Dauid, Vade, & percuties Philisthæos, & Ceilam saluabis. Et dixerunt viri qui erãt cum Dauid, ad eum, Ecce nos hic in Iudæa consistentes timemus, quanto magis si ierimus in Ceilam aduersum agmina Philisthinorum? Rursum ergo Dauid consuluit Dominum. Qui respõdens, ait ei, Surge, & vade in Ceilam: ego enim tradam Philisthæos in manu tua. Abijt ergo Dauid, & viri eius in Ceilam, & pugnauit aduersum Philisthæos, & abegit iumenta eorum, & percussit eos plaga magna: & saluauit Dauid habitatores Ceilæ. Porrò eo tempore, quo fugiebat Abiathar filius Achi-mélech ad Dauid in Ceilam, ephod secum habens descenderat. Nuntiatum est autem Sauli quòd venisset Dauid in Ceilã: & ait Saul, Tradidit eum Dominus in manus meas, con B clususq; est introgressus vrbem in qua portæ & seræ sunt. Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnam descenderet in Ceilam, & obsideret Dauid & viros eius. Quod cùm Dauid resciisset quia præpararet ei Saul clãm malum, dixit ad Abiathar sacerdotem, Applica ephod. Et ait Dauid, Domine Deus Israel, audiuit famam seruus tuus quòd disponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me. Si tradent me viri Ceilæ in manus eius? & si descendet Saul, sicut audiuit seruus tuus? Domine Deus Israel indica seruo tuo. Et ait Dominus, Descendet. Dixitque * Da- *rursum.
uid. Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui sunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus, Tradẽt, Surrexit ergo Dauid & viri eius quasi sexcenti, & egressi de Ceila, hucatque illuc vagabantur incerti: nuntiatumque est Sauli quòd fugisset Dauid de Ceila, & saluatus esset: quamobrem dissimulauit exire. Morabatur aũt Dauid in deserto in locis firmissimis, manfit-

manſitq; in monte ſolitudinis Ziph ▷in mō
te opaco', quærebat eum tamen Saul cunctis
C diebus: & non tradidit eum Dominus in ma
nus eius. Et vidit Dauid quòd egreſſus eſſet
Saul vt quæreret animam eius. Porrò Dauid
erat in Deſerto-Ziph in ſylua. Et ſurrexit Io
nathas filius Saul & abijt ad Dauid in ſyluã,
& confortauit manus eius in Deo, dixitq́ue
ei, Ne timeas: neque enim inueniet te manus
Saul patris mei, & tu regnabis ſuper Iſrael,
& ego ero tibi ſecũdus, ſed & Saul pater meus
ſcit hoc. Percuſsit ergo vterque fœdus coram
Domino: manſitq́ue Dauid in ſylua, Iona-
▷.2. thas autem reuerſus eſt in domum ſuam. Aſ-
cenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa,
dicentes, Nónne ▷ecce' Dauid latitat apud
nos in locis tutiſsimis ſyluæ, in Colle-Hachi
la, quæ eſt ad dexteram deſerti? Nunc ergo ſi-
cut deſyderauit anima tua vt deſcenderes, de-
ſcende: noſtrum autem erit vt trademus eum
in manus regis. Dixitq́ue Saul, Benedicti
vos à Domino, quia doluiſtis vicem meam,
Abite ergo oro, & diligentius præparate, & cu
rioſius agite, & conſyderate locum vbi ſit pes
*velociter. *vbidixiſtis eius *, vel quis viderit eũ ibi, *recogitat enim
D de me quòd callidè inſidier ei. Cõſyderate, &
videte omnia latibula eius, in quibus abſcon-
ditur: & reuertimini ad me ad rem certam, vt
vadam vobiſcum. quòd ſi etiam in terram
ſe obſtruxerit, perſcrutabor eum in cunctis
millibus Iuda. At illi ſurgentes abierunt in
Ziph ante Saul: Dauid autem & viri eius e-
rant in Deſerto-maon, in campeſtribus ad
dexteram Ieſimon. Iuit ergo Saul & ſocij
eius ad quærendum eum: & nuntiatum eſt
Dauid, ſtatimq́ue deſcendit ad petram, &
verſabatur in Deſerto-maon. quod cùm au-
diſſet Saul, perſecutus eſt Dauid in Deſer-
to-maon. Et ibat Saul * ad latus montis
*& viri eius. ex parte vna, Dauid autem & viri eius erant
in latere montis ex parte altera: porrò Dauid
deſperabat ſe poſſe euadere á facie Saul: ita-
que Saul, & viri eius in modum coronæ cin
gebant Dauid, & viros eius, vt caperent eos.
Et nuntius venit ad Saul, dicens: Feſtina, &
veni, quoniam infuderunt ſe Philiſthijm ſu-
per terram. Reuerſus eſt ergo Saul deſiſtens
perſequi Dauid, & perrexit in occurſum Phi-
liſthinorum. propter hoc vocauerunt locum
illum Petram-diuidentem.

S. Dauid in ſpelunca Engaddi latitans oram chlamydis Saul perſequentis abſcidit, & ne occideretur ipſum liberauit: quare Saul culpam agnoſcit, & ſciens Dauid regnaturum, ſuſcepto ab ipſo iuramento ei reconciliatur.

CAP. XXIIII.

AScendit ergo Dauid inde: & habita- A
uit in locis tutiſsimis En-gaddi. Cũ-
que reuerſus eſſet Saul, poſtquã per-
ſecutus eſt Philiſthæos, nuntiauerunt ei, di-
centes, Ecce, Dauid in deſerto eſt En-gaddi.
Aſſumens ergo Saul tria millia electorum vi-
rorum ex omni Iſrael, perrexit ad inueſtigan
dum Dauid & viros eius, etiam ſuper abru-
ptiſsimas petras, quæ ſolis ibicibus peruiæ
ſunt. Et venit ad caulas ouium, quæ ſe offere-
bant vianti. eratq́; ibi ſpelunca, quam ingreſ-
ſus eſt Saul, vt purgaret vẽtrem: porrò Dauid
& viri eius in interiore parte ſpeluncæ late-
bant. Et dixerunt ſerui Dauid ad eum, Ecce
dies de qua locutus eſt Dominus ad te, Ego
tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei ſicut
placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid,
& præſcidit orã chlamydis Saul ſilenter. Poſt
hæc percuſsit cor ſuum Dauid, eo quòd abſci
diſſet oram chlamydis Saul. Dixitq́; ad viros B
ſuos, Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam
hanc rem domino meo Chriſto Domini, vt
mittam manum meam in eum, quia Chriſtus
Domini eſt. ▷Viuit Dominus, quia niſi Do- ▷.7.
minus percuſſerit eum, aut dies eius venerit
vt moriatur, aut deſcendens in prælium perie
rit: propitius mihi ſit Dominus vt non mit-
tam manum meam in Chriſtum Domini'.
Et confregit Dauid viros ſuos ſermonibus, *iſtis.
*& non permiſit eos vt conſurgerẽt in Saul:
porrò Saul exurgens de ſpelunca, pergebat
cœpto itinere. Surrexit aũt Dauid poſt eum:
& egreſſus de ſpelunca, clamauit poſt tergum
Saul, dicens, Domine mi rex. Et reſpexit Saul
poſt ſe: & inclinans ſe Dauid pronus in ter-
ram, adorauit, dixitq́; ad Saul, Quare audis ver
ba hominum loquentium, Dauid quærit ma
lum aduerſum te? Ecce hodie viderunt oculi
tui quòd tradiderit te Dominus in manu mea
in ſpelunca: & cogitaui vt occiderem te, ſed
pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non ex- C
tendam manum meam in dominum meum,
qui Chriſtus Domini eſt. Quin potius pater
mi, vide & cognoſce oram chlamydis tuæ in
manu mea: quoniam cùm præſcinderem
ſummitatem chlamydis tuæ, nolui extendere
manum meam in te. animaduerte, & vide
quoniam non eſt in manu mea malum, neq;
iniquitas, neque peccaui in te: tu aũt inſidia-
ris animæ meæ vt auferas eam. Iudicet Domi
nus inter me & te, & vlciſcatur me Dominus
ex te manus autem mea non ſit in te. Sicut &
in prouerbio antiquo dicitur, Ab impijs egre-
dietur impietas: manus ergo mea non ſit
in te. Quem perſequeris rex Iſrael? quem per-
ſequeris? canem mortuum perſequeris, & pu-
licem vnum. Sit Dominus iudex, & iudi-
cet inter me & te: & videat, & iudicet cau-
ſam meam, & eruat me de manu tua. Cùm
autem compleſſet Dauid loquens ſermones
D huiuſcemodi ad Saul, dixit Saul, Nunquid
vox hæc tua eſt fili mi Dauid? Et leuauit Saul
vocem ſuam, & fleuit, dixitq́ue ad Dauid, Iu-
ſtior tu es, quàm ego: tu enim tribuiſti mihi
bonã, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indi-
caſti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo
tradiderit me Dominus in manum tuam, &
non occideris me. Quis enim cùm inuenerit
inimicum ſuum, dimittet eum in via bona?
Sed Dominus reddat tibi viciſsitudinem hãc
pro eo quod hodie operatus es in me. Et nũc
quia ſcio quòd certiſsimè regnaturus ſis, &
habiturus in manu tua regnum Iſrael: iura
mihi in Domino ne deleas ſemen meum poſt
me, neq; auferas nomen meum de domo pa-
tris mei. Et iurauit Dauid Sauli. Abijt ergo
Saul in domum ſuam: & Dauid, & viri eius
aſcenderunt ad tutiora loca.

S. Mortuus Samuel plangitur, Dauid Nabal victum neganti mortem minatus, egregia Abigáil oratione placatur, quam mortuo Nabal in connubium accipit, ſimul & Achinóen, Saul verò filiam Michol Phalti tradit.

CAP. XXV.

A Eccl. 46.d MOrtuus eſt autẽ Samuel, & congre-
gatus eſt vniuerſus Iſrael, & planxe-
runt eum, & ſepelierũt eum in domo
ſua in Ramátha. Conſurgenſq́; Dauid deſcen
dit in Deſertum Pharan. Erat autem vir qui-
ſpiam in Solitudine-maon, & poſſeſsio eius
in Carmelo, & homo ille magnus nimis: e-
rantq́ue ei oues tria millia, & mille capræ: &
accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo.
Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomẽ
vxoris eius, Abigáil. eratq́; mulier illa pruden
tiſsima & ſpecioſa: porrò vir eius durus, &
peſsimus, & malitioſus: erat autem de genere
Caleb. Cùm ergo audiſſet Dauid in deſerto
quòd tondẽret Nabal gregem ſuum, miſit de-
cem iuuenes, & dixit eis, Aſcendite in Carme-
lum, & venietis ad Nabal, & ſalutabitis eum
ex nomine meo pacificè. Et dicetis, Sit fratri-
B bus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & om-
▷.4. nibus quæcunque habes, ſit pax. ▷Ex multis
annis ſaluos faciens tuos, & omnia tua'. Au-
*gregis tui. diui quòd tonderent paſtores tui * qui erant
nobiſcum in deſerto: nunquam eis moleſti
fuimus, nec aliquando defuit quicquam eis
de grege, omni tempore quo fuerunt nobiſcũ
▷.1. in Carmelo. Interroga pueros tuos, & indi-
cabunt tibi. Nunc ergo inuéniant pueri tui'
gratiam in oculis tuis: in die enim bona veni-
mus. quodcunq; inuenerit manus tua, da ſer-
uis tuis, & filio tuo Dauid. Cumq́; veniſſent
pueri Dauid, locuti ſunt ad Nabal omnia ver-
ba hæc ex nomine Dauid: & ſiluerunt. Re-
ſpondẽs autem Nabal pueris Dauid, ait, Quis
eſt Dauid? & quis eſt filius Iſai? hodie increuerunt ſerui qui fugiunt dominos ſuos. Tol-
lam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes
pecorum quæ occidi tonſoribus meis, & dabo
viris quos neſcio vnde ſint?

Regreſsi ſunt itaque pueri Dauid per viam
ſuam, & reuerſi venerunt, & annuntiauerunt
ei omnia verba quæ dixerat. Tunc ait Dauid
*pueris' ſuis, Accingatur vnuſquiſque gladio *viris. &
ſuo. Et accincti ſunt ſinguli gladijs ſuis, accin C
ctuſq; eſt & Dauid enſe ſuo: & ſecuti ſunt Da
uid quaſi quadringenti viri: porrò ducenti
remanſerunt ad ſarcinas. Abigáil autem vxo-
ri Nabal nuntiauit vnus de pueris ſuis, dicẽs,
Ecce Dauid miſit nuntios de deſerto, vt be-
nedicerent domino noſtro, & auerſatus eſt
eos. homines iſti, boni ſatis fuerunt nobis, &
non moleſti: nec quicquam aliquando perijt
omni tempore quo fuimus conuerſati cum
eis in deſerto. pro muro erant nobis tam in
nocte quàm in die, omnibus diebus quibus
pauimus apud eos greges. Quam ob rem cõ-
ſydera, & recogita quid facias: quoniam com-
pleta eſt malitia aduerſum virum tuum, &
aduerſum domum tuam, & ipſe eſt filius Be-
lial, ita vt nemo poſsit ei loqui. Feſtinauit igi-
tur Abigáil, & tulit ducentos panes, & duos
vtres vini, & quinque arietes coctos, & quin-
que ſata polentæ, & centum ligaturas vuæ
paſſæ, & ducentas maſſas caricarum, & poſuit
ſuper aſinos, dixitq́ue pueris ſuis, Præcedite D
me, ecce, ego poſt tergum ſequar vos. viro
autem ſuo Nabal non indicauit. Cùm ergo
aſcendiſſet aſinum, & deſcenderet ad radi-
cem montis, Dauid & viri eius deſcende-
bant in occurſum eius: quibus & illa occurrit.
Et ait Dauid, Verè fruſtra ſeruaui omnia quæ
huius erant in deſerto, & non perijt quic-
quam de cunctis quæ ad eum pertinebant:
& reddidit mihi malum pro bono. Hæc fa-
ciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, ſi
reliquero de omnibus quæ ad ipſum pertí-
nent vſque mane, mingentem ad parietem.
Cùm autem vidiſſet Abigáil Dauid, feſti-
nauit, & deſcendit de aſino, & procidit co-
ram Dauid ſuper faciem ſuam, & adorauit
ſuper terram, & cecidit ad pedes eius, & dixit,
In me ſit domine mi hæc iniquitas: loquatur
obſecro ancilla tua in auribus tuis, & audi
verba famulæ tuæ. Ne ponat oro dominus
meus rex cor ſuum ſuper virum iſtum ini-
quum Nabal: quoniam ſecundum nomen
ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo: ego
autem ancilla tua non vidi pueros tuos domi
ne mi, quos miſiſti. Nunc ergo domine mi vi- E
uit Dominus, & viuit anima tua, qui prohi-
buit te ne venires in ſanguinẽ, & ſaluauit ma-
num

num tuam tibi: & nunc fiant ſicut Nabal inimici tui, & qui quærunt domino meo malũ. Quapropter ſuſcipe benedictionẽ hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo & da pueris qui ſequuntur te dominum meum. Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini domine mi tu prælіaris: malitia ergo nõ inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. Si enim ſurrexerit aliquã do homo perſequens te, & quærens animam tuam, erit anima domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuẽtium, apud Dominũ Deum tuum: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu & circulo fundæ. Cũ ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia quæ locutus eſt bona de te, & conſtituerit tẽ ducem ſuper Iſrael, non erit tibi hoc in ſingultum, & in ſcrupulũ cordis domino meo, quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te vltus fueris: & cũ benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. *Et ait Dauid ad Abigáil, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui miſit hodie te in occurſum meum, & benedictum eloquium tuũ, & benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie ne irẽ ad ſanguinem, & vlciſcerer me manu mea. Alioquin viuit Dominus Deus Iſrael qui prohibuit me ne malũ facerem tibi: niſi cito veniſſes in occurſum mihi, non remãſiſſet Nabal vſq; ad lucẽ matutinam, mingens ad parietẽ. Suſcepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitq; ei, Vade pacifice in domũ tuam, ecce audiui vocem tuã, & honoraui faciem tuam. Venit autem Abigáil ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in domo eius quaſi conuiuium regis, & cor Nabal iucundũ: erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbũ puſillum aut grande vſq; mane. Diluculo autem cum digeſsiſſet vinum Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc & emortuum eſt cor eius intrinſecus, & factus eſt quaſi lapis. Cumque pertranſiſſent decem dies, percuſsit Dominus Nabal, & mortuus eſt. Quod cũ audiſſet Dauid mortuũ Nabal, ait, Benedictus Dominus qui iudicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal, & ſeruum ſuũ cuſtodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput eius. Miſit ergo Dauid, & locutus eſt ad Abigáil, vt ſumeret eam ſibi in vxorem. Et venerunt pueri Dauid ad Abigáil in Carmelũ, & locuti ſunt ad eam dicentes, Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi in vxorem. Quæ conſurgens adorauit prona in terram, & ait, Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorũ domini mei. Et feſtinauit, & ſurrexit Abigáil, & aſcendit ſuper aſinũ, & quinque puellæ ierũt cum ea, pediſſequæ eius & ſecuta eſt nuntios Dauid: & facta eſt illi vxor. Sed & Achi-nóam accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraque vxor eius. Saul autem dedit Michol filiam ſuam vxorem Dauid Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

& tu bene facies ei.

S. Dauid à Siphæis apud Saul proditus, haſtam & ſcyphum dormienti Saul abſtulit, quod agnoſcens Saul, culpam fatetur, reuocatoque Dauidi ſecuritatem pollicetur.

CAP. XXVI.

ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, A dicẽtes, Ecce, Dauid abſconditus eſt in Colle-hachila, quæ eſt ex aduerſo ſolitudinis. Et ſurrexit Saul, & deſcendit in deſertum-Ziph, & cum eo tria millia virorum de electis Iſrael, vt quæreret Dauid in deſerto Ziph. Et caſtrametatus eſt Saul in Gabaa-hachila, quæ erat ex aduerſo ſolitudinis in via: Dauid autem habitabat in deſerto. Vidẽs autem quòd veniſſet Saul poſt ſe in deſertum, miſit exploratores, & didicit quòd illuc' venisset certiſsime. Et ſurrexit Dauid & clam', & venit ad locum vbi erat Saul: cumque vidiſſet locum in quo dormiebat Saul, & Abner filius Ner, princeps militiæ eius, & Saulem dormientem in tentorio, & reliquum vulgus per circuitum eius, ait Dauid ad Achi-mélech Hethæum, & Abiſai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicens, Quis deſcendet mecum ad Saul in caſtra? Dixitque Abiſai, Ego deſcendam tecum. Venerunt ergo Dauid & Abiſai ad populum nocte, & inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum dormientes in circuitu eius. Dixitque B Abiſai ad Dauid, Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perſodiam eum lancea in terra, ſemel, & ſecundo opus nõ erit. Et dixit Dauid ad Abiſai, Ne interficias eum: quis enim extendet manũ ſuam in chriſtum Domini, & innocẽs erit? Et dixit Dauid, Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in præliũ deſcendens perierit. propitius ſit mihi Dominus ne extendã manum meam in chriſtum Domini. nunc igitur tolle haſtam quæ eſt ad caput eius, & ſcyphũ aquæ, & abeamus. Tulit igitur Dauid haſtã, & ſcyphũ aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & non erat quiſquam qui videret, & intelligeret, & euigilaret, ſed omnes dormiebant, quia ſopor Domini irruerat ſuper eos. Cumque trãſiſſet Dauid ex aduerſo, & ſtetiſſet in vertice montis delonge, & eſſet grande interuallum inter eos, clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens, Nónne reſpondebis Abner? Et reſpondens Abner, ait, Quis

C ait, Quis es tu qui clamas, & inquietas regem? Et ait Dauid ad Abner, Nunquid non vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo non cuſtodiſti dominum tuum regem? ingreſſus eſt enim vnus de turba vt interficeret regem dominum tuum. Non eſt bonum hoc quod feciſtis: viuit Dominus quoniam filij mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum Chriſtum Domini. nunc ergo vide vbi ſit haſta regis, & vbi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput eius. Cognouit autem Saul vocem Dauid, & dixit, Nũquid vox hæc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea domine mi rex. Et ait, Quam ob cauſam dominus meus perſequitur ſeruum ſuum? Quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? Nunc ergo audi oro domine mi rex verba ſerui tui, Si D Dominus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium. ſi autem filij hominũ: maledicti ſunt in conſpectu Domini: qui' eiecerunt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes, Vade, ſerui dijs alienis. Et nunc nõ effundatur ſanguis meus in terram coram Domino: qui egreſſus eſt rex Iſrael vt quærat pulicem vnum, ſicut perſequitur perdix in montibus. Et ait Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltrà tibi malefaciam, eò quòd pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quòd ſtultè egerim, & ignorauerim multa nimis. Et reſpondens Dauid ait. Ecce haſta regis: tranſeat vnus de pueris regis, & tollat eam. Dominus autem retribuet vnicuique ſecundum iuſtitiam ſuam & fidem: tradidit enim te Dominus hodie in manũ meam, & nolui extendere manum meam in Chriſtum Domini. Et ſicut magnificata eſt anima tua hodie in oculis meis, ſic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni anguſtia. Ait ergo Saul ad Dauid, Benedictus tu fili mi Dauid: & quidem faciens facies, & potẽs poteris. Abijt autem Dauid in viam ſuam, & Saul reuerſus eſt in locum ſuum.

quia.1.

S. Dauid apud Achis profugus vrbem Siceleg ab eo obtinuit, quæ ex eo facta eſt in hæreditatem regum Iuda, vnde plurimas agebat prædas, imponens regi Achis.

CAP. XXVII.

A ET ait Dauid in corde ſuo, Aliquando incidam vna die in manus Saul: nónne melius eſt vt fugiã, & ſaluer in Terra-
Reg.2. Philiſthinorum, *vt' deſperet Saul, ceſſetque me quærere in cunctis finibus Iſrael? fugiam ergo manus eius. Et ſurrexit Dauid, & abijt ipſe, & ſexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth. Et habitauit Dauid cum
vir.2. Achis in Geth, ipſe & viri eius, *& domus eius. Dauid & duæ vxores eius, Achinoã Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli. Et nuntiatum eſt Sauli quòd fugiſſet Dauid in Geth, & non addidit vltrà quærere eum. Dixit B autem Dauid ad Achis, Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regionis huius, vt habitem ibi: cur enim manet ſeruus tuus in ciuitate regis tecum? Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: propter quã cauſam facta eſt Siceleg regum Iuda, vſque in diem hanc. Fuit autem numerus dierum quibus habitauit Dauid in regione Philiſthinorum, quatuor menſium. Et aſcendit Dauid, C & viri eius, & agebant prædas de Geſſuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim *pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur vſque ad Terram-Aegypti. Et percutiebat Dauid omnem terram *. nec relinquebat vi- *illorum.
uentem virum & mulierem: tollens que oues, & boues, & aſinos, & camelos, & veſtes, reuertebatur, & veniebat ad Achis. Dicebat autem ei Achis, In quem irruiſti hodie? Re- D ſpondebat Dauid, Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem Ierameel, & contra meridiem Ceni. Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens, Ne fortè loquantur aduerſum nos. Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philiſthinorum. Credidit ergo Achis Dauid, dicens, Multa mala operatus eſt contra populum ſuum Iſrael: erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.

*habitabãt. 8 *vagi habitabant. 4*

S. Philiſthæi contra Saul armantur, ad quod bellum Dauid pollicetur fidem Achis. Saul occiſis Magis Pythoniſſam conſulit, ſuſcitari iubens Samuelem, à quo ſuam ſuorumq; proximam mortem didicit.

CAP. XXVIII.

A FActum eſt autem in diebus illis, congregauerunt Philiſthijm agmina ſua, vt prepararentur ad bellum contra Iſrael: dixitque Achis ad Dauid, Sciens nunc ſcito, quoniam mecum egredieris in caſtris tu & viri tui. Dixitque Dauid ad Achis, Nunc ſcies quæ facturus eſt ſeruus tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego cuſtodem capitis mei ponam te cunctis diebus. ‖Samuel autem mor- *Supr.25.a.*
tuus eſt, planxitque eum omnis Iſrael, & ſepelierunt eum in Ramátha vrbe ſua. Et Saul abſtulit magos, & hariolos de terra: & interfecit eos, qui pythones habebant in ventre. *p.6.*
Congregatiq; ſunt Philiſthijm, & venerunt, & caſtrametati ſunt in Sunam: congregauit autẽ & Saul vniuerſum Iſrael, & venit in Gelbóe. Et vidit Saul caſtra Philiſthijm, & timuit. & expauit cor eius nimis. Conſuluitq; Dominum, & non reſpondit ei, neq; per ſomnia, neque per ſacerdotes, neque per prophe-

tas.

tas. Dixitque Saul seruis. Quærite mihi mulierem habentẽ pythonem, & vadam ad eam, & sciscitabor per illam. Et dixerunt serui eius ad eum, Est mulier pythonem habens in Endor. Mutauit ergo habitum suum, vestitusq; est alijs vestimẽtis, & abijt ipse, & duo viri cũ eo, veneruntq; ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & suscita mihi quẽ dixero tibi. Et ait mulier ad eum, Ecce tu nosti quanta fecerit Saul, & quomodo eraserit magos & hariolos de terra: quare ergo insidiaris animæ meæ, vt occidar? Et iurauit ei Saul in Domino, dicẽs, Viuit Dominus, quia non eueniet tibi quicquam mali propter hãc rem. Dixitque ei mulier, Quem suscitabo tibi? Qui ait, Samuelem mihi suscita. Cùm autem vidisset mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, Quare imposuisti mihi? Tu es enim Saul. Dixitque ei rex, Noli timere: quid vidisti? Et ait mulier ad C Saul, Deos vidi ascendentes de terra. Dixitque ei, Qualis est forma eius? Quæ ait, Vir senex ascendit, & ipse amictus est pallio. Et intellexit Saul quòd Samuel esset, inclinauit se Eccl. 46.d super faciem suam in terra, & adorauit. ‖ Dixit autem Samuel ad Saul, Quare inquietasti me vt suscitarer? Et ait Saul, Coarctor nimis: siquidẽ Philisthijm pugnãt aduersum me, & Deus recessit à me, & exaudire me noluit neque in manu prophetarum, neque per somnia: vocaui ergo te, vt ostenderes mihi quid faciam. Et ait Samuel, Quid interrogas me, cùm Dominus recesserit à te, & transierit ad æmulum tuum? Faciet enim tibi Dominus sicut locutus est in manu mea, & ‖ scindet re- Supr. 15.f. gnum tuum de manu tua, & dabit illud proximo tuo Dauid: quia nõ obedisti voci Domini, neque feci sti iram furoris eius in Amalec: idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. Et dabit Dominus etiam Israel tecum in manus Philisthijm: cras autem tu & filij tui mecum eritis: sed & castra Israel tradet Dominus in manus Philisthijm. Statimque Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat D enim *verba Samuelis, robur non erat in eo, *valde. 1. quia non comederat panem tota die illa. Ingressa est itaque mulier illa ad Saul, (conturbatus enim erat valde) dixitque ad eum, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & posui animam meam in manu mea: & audiui sermones tuos quos locutus es ad me. Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponam coram te buccellam panis, vt comedens conualescas, & possis iter agere. Qui renuit, & ait, Non comedam. Coegerunt autem eum serui sui & mulier, & tandem audita voce eorum surrexit de terra, & sedit super lectum. Mulier autem illa habebat vitulum pascualem in domo, festinauit, & occidit eum: tollensque farinam, miscuit eam, & coxit azyma, & posuit ante Saul, & ante seruos eius. Qui cùm comedissent, surrexerunt, & ambulauerunt per totam noctem illam.

S. Dauid cum Philisthæis aduersus Israel proficiscens remittitur, quia metuebant principes ne in prælio fieret ipsis aduersarius.

CAP. XXIX. A

COngregata sunt ergo Philisthijm vniuersa agmina in Aphec: sed & Israel castrametatus est super fontem qui erat in Iezrahel. Et satrapæ quidẽ Philisthijm incedebant in centurijs & millibus: Dauid autem & viri eius erant in nouissimo agmine cum Achis. Dixerũtq; principes Philisthijm ▷ad Achis', Quid sibi volunt Hebræi isti? Et ait Achis ad principes Philisthijm, Nunquid ignoratis Dauid, qui fuit seruus Saul regis Israel, & est apud me multis diebus vel annis? *mecũ & non inueni in eo quicquam * ex die qua transfugit ad me, vsque ad diem hanc. Irati sunt autem aduersus eum principes Philisthijm, & dixerunt ei, ‖ Reuertatur vir & se- 1. Par. 12. d B deat in loco suo, in quo constituisti eum: & non descendat nobiscum in prælium, ne fiat nobis aduersarius, cùm præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare dominum suum, nisi in capitibus nostris? Nónne iste est Dauid cui cantabant in choris, dicentes, Percussit Saul in millibus suis, & Dauid in de- C cẽ millibus suis? Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in cõspectu meo: & exitus tuus, & introitus tuus mecum est in castris: & non inueni in te quicquã mali ex die qua venisti ad me, vsque in diem hanc: sed satrapis non places. Reuertere ergo, & vade in pace, & non offendas oculos satraparum Philisthijm. Dixitq; Dauid ad Achis, Quid enim feci, & quid inuenisti in me seruo tuo à die qua fui in cõspectu tuo vsque in diem hanc, vt non veniam, & pugnẽ contra inimicos domini mei regis? Respõdens autem Achis, loquutus est ad D Dauid, Scio quia bonus es tu in oculis meis, sicut angelus Dei: sed principes Philisthinorum dixerũt, Non ascendet nobiscum in prælium. Igitur consurge mane, tu & serui domini tui, qui venerunt tecum: & cùm de nocte surrexeritis, & cœperit diluescere, pergite. Surrexit itaque de nocte Dauid ipse & viri eius, vt proficiscerẽtur mane, & reuerterẽtur ad Terram-Philisthijm: Philisthijm autem ascenderunt in Iezrahel.

S. Absente Dauid Amalecitæ Siceleg incenderant ablata præda, quos Dauid persequens occidit recepta præda, quã singulis socijs ex aquo diuisit

diuisit, etiam ijs qui ad sarcinas lassi remanserant.

CAP. XXX.

A CVmque venissent Dauid & viri eius in Siceleg die tertia, Amalecitæ impetum fecerant ex parte australi in Siceleg, & percusserant Siceleg, & succenderant eam igni. Et captiuas duxerãt mulieres ex ea, à minimo vsque ad magnum: & non interfecerant quenquam, sed secum duxerãt, & pergebant itinere suo. Cùm ergo venisset Dauid & viri eius ad ciuitatem, & inuenissent eam succensam igni, & vxores suas, & filios suos, & filias ductas esse captiuas, leuauerunt Dauid & populus qui erat cum eo, voces suas, & planxerunt donec deficerẽt in eis lachrymæ. Siquidem & duæ vxores Dauid captiuæ ductæ fuerant, Achi-nóam Iezrahelitis, & Abi- B gâil vxor Nabal Carmeli. Et contristatus est Dauid valde: volebat enim eum populus lapidare, quia amara erat anima vniuscuiusq; viri super filijs suis, & filiabus: confortatus est autem Dauid in Domino Deo suo. Et ait ad Abiathar sacerdotem filiũ Achi-mélech, Applica ad me ephod. Et applicauit Abiathar ephod ad Dauid, & consuluit Dauid Domi- ▷.6. nũ, dicens, Persequar latrunculos hos, & com prehendã eos, an non? Dixitq; ei ▷Dominus', Persequere: absque dubio enim comprehẽdes eos, & excuties prædam. Abijt ergo Dauid ipse & sexcenti viri qui erant cum eo, & venerunt C vsque ad Torrentem-besor: & lassi quidã substiterunt. Persecutus est autem Dauid ipse & *cum eo quadringenti viri*: substiterant enim ducẽti, qui lassi transire non poterant Torrentembesor. Et inuenerunt virum Aegyptium in agro, & adduxerũt eum ad Dauid: dederũntq; ei panem vt comederet, & biberet aquam, sed & fragmen massæ caricarum, & duas ligaturas vuæ passæ. Qui cùm comedisset, reuersus est spiritus eius, & refocillatus est: non enim comederat panem, neque biberat aquam, tribus diebus & tribus noctibus. Dixit itaque ei ▷.12. Dauid, Cuius es tu? vel vnde? ▷ & quò per- D gis'? Qui ait, Puer Aegyptius ego sum, seruus viri Amalecitæ: dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare cœpi nudiustertius. Siquidẽ nos erupimus ad australem plagã Cerethi, & cõtra Iudam, & ad meridiem Caleb, & Siceleg succendimus igni. Dixitque ei Dauid, Potes me ducere ad cuneum istum? Qui ait, Iura mihi per Deum, quòd non occidas ▷.14. me, & non tradas me in manus domini mei, & ego ducam te ad cuneum istum. ▷ Et iurauit ei Dauid'. Qui cùm duxisset eum, ecce illi discumbebant super faciem vniuersæ terræ comedentes & bibentes, & quasi festum E celebrantes diem, pro cuncta præda & spolijs quæ ceperant de Terra-Philisthijm, & de Terra-Iuda. Et percussit eos Dauid à vespere vsque ad vesperam alterius diei, & non euasit ex eis quisquam, nisi quadringenti viri adolescentes, qui ascenderant camelos, & fugerant. Eruit ergo Dauid omnia quæ tulerãt Amalecitæ, & duas vxores suas eruit. Nec defuit *quisquam à paruo vsque ad magnũ, tam de filijs quàm de filiabus, & de spolijs: & quæcunque rapuerant, omnia reduxit Dauid. Et tulit vniuersos greges & armenta, & minauit ante faciem suam: dixeruntq;, Hæc est præda Dauid. Venit autem Dauid ad ducentos viros, qui lassi substiterant, nec sequi potuerant Dauid, & residere eos iusserat in Torrentebesor: qui egressi sunt obuiam Dauid, & populo qui erat cum eo. Accedens autem Dauid F ad populum, salutauit eos pacificè. Respondensq; omnis vir pessimus, & iniquus de viris qui ierant cum Dauid, dixit, Quia non venerunt nobiscum, non dabimus eis quicquã de præda quam eruimus: sed sufficiat vnicuiq; vxor sua & filij, quos cùm acceperint, recedãt. Dixit autem Dauid, Non sic facietis fratres mei de his quæ tradidit nobis Dominus, & custodiuit nos, & dedit latrunculos qui eruperant aduersum nos, in manus nostras, nec audiet vos quisquã super sermone hoc. æqua enim pars erit descendẽtis ad prælium, & remanentis ad sarcinas, & similiter diuident. Et factum est hoc ex die illa, & deinceps constitutum & præfinitũ, & quasi lex in Israel vsq; in diem hanc. Venit ergo Dauid in Siceleg, & G misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis, dicens, Accipite benedictionem de præda hostium Domini: His qui erant in Beth-el, & qui in Ramoth ad meridiem, & qui in Gether, & qui in Aroer, & qui in Sephamoth, & qui in Esthamo, & qui in Rachal, & qui in vrbibus Ierameel, & qui in vrbibus Geni, & qui in Harama, & qui in lacu Asan, & qui in Athach, & qui in Hebron: & reliquis qui erant in his locis, in quibus commoratus fuerat Dauid & viri eius.

S. Saul cum filijs in pugna cæsi, corpus truncato capite in muro Bethsan suspenditur, armáque eius in templo Astaroth: viri autem Iabes ablatis Saul ac filiorum eius corporibus iuxta Iabes ea sepelierunt.

CAP. XXXI.

PHilisthijm autem pugnabant aduersum A Israel: & fugierũt viri Israel ante faciem Philisthijm, & ceciderunt interfecti in monte Gelbóe. Irruerunt que Philisthijm in Saul & in filios eius, & percusserunt Ionathan & Abinadab & Melchisũa filios Saul, 1. Par. 10. a totumque pondus prælij versum est in Saul: & consecuti sunt eum viri sagittarij, & vulneratus

Universidad de Deusto Biblioteca

neratus est vehementer à sagittarijs. Dixitq; Saul ad armigerum suum, Euagina gladium tuum, & percute me: ne fortè veniant incircuncisi isti, & interficiant me, illudentes mihi. Et noluit armiger eus: fuerat enim nimio terrore perterritus. arripuit itaque Saul gladium ▷ suum', & irruit super eum. Quod cùm vidisset armiger eius, videlicet quòd mortuus esset Saul, irruit etiam ipse super gladium suum, & mortuus est cum eo. Mortuus est ergo Saul, & tres filij eius, & armiger illius, & vniuersi viri eius in die illa pariter. Videntes autem ‖ filij' Israel qui erant trans vallem & trans Iordanem, quòd fugissent viri Israelitæ, & quòd mortuus esset Saul, & filij eius, reliquerunt ciuitates suas, & fugerunt: veneruntque Philisthijm, & habitauerunt ibi. Facta autem die altera, venerunt Philisthijm, vt expoliarent interfectos, & inuenerunt Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelbóe. Et præciderunt caput Saul, & expoliauerunt eum armis: & miserunt in Terram Philistinorum per circuitum, vt annũtiaretur in templo idolorum*, & in populis. Et posuerunt arma eius in templo Astaroth, corpus verò eius suspenderunt in muro Beth-san. ‖ Quod cùm audissent habitatores Iabes-galaad, quæcunque fecerant Philisthijm Saul, surrexerunt omnes viri fortissimi, & ambulauerunt tota nocte, & tulerunt cadauer Saul, & cadauera filiorum eius de Muro-bethsan: veneruntque Iabes-galaad, & combusserunt ea ibi igni: & tulerunt ossa eorum, & sepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt septem diebus.

▷.2. ‖ viri. 5. * suorum. 2. Reg. 2.

Secundus Liber Samuelis, quem *nos Secundum Regum dicimus.*



S. Dauid occiso nuntio, qui se Saulem occidisse dicebat, scissis vestibus deflet eum cum cæteris occisis, ieiunans ac præcipiens vt filios Iuda docerent arcum.

CAP. I.

A Factum est autem postquàm mortuus est Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies. In die autem tertia apparuit homo veniens de castris Saul veste conscissa, & puluere conspersus caput. & vt venit ad Dauid, cecidit super faciem suam, & adorauit. Dixitque ad eũ Dauid, Vnde venis? Qui ait ad eum, De castris Israel fugi. Et dixit ad eum Dauid, Quod est verbũ quod factum est? indica mihi. Qui ait, Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui sunt: sed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. Dixitque Dauid ad adolescentem qui nuntiabat ei, Vnde scis quia mortuus est Saul & Ionathas filius eius? Et ait adolescens qui nuntiabat ei, Casu veni in montem Gelbóe, & Saul incumbebat super hastam suam: porrò currus & equites appropinquabant ei, & conuersus post tergum suum, vidensque me vocauit. Cui cùm respondissem, B Adsum: dixit mihi ▷ Quisnam es tu? Et aio ad eum, Amalecites ego sum. Et loquutus est mihi, Sta super me, & interfice me: quoniam tenent me angustiæ, & adhuc tota anima mea in me est. Stansque super eum, occidi illum: sciebam enim quòd viuere non poterat post ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te dominum meum huc. Apprehendens autem Dauid vestimẽta sua scidit, omnesq; viri qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vsq; ad vesperam super Saul, & super Ionathan filium eius, & super populum Domini, & super domum Israel, eò quòd corruissent gladio. Dixitque Dauid ad iuuenem qui nuntiauerat ei, Vnde es tu? Qui respondit, Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego sum. Et ait ad eum Dauid, ‖ Quare non C timuisti mittere manum tuam vt occideres christum Domini? Vocansque Dauid vnum de pueris suis, ait, Accedens irrue in eum. Qui percussit illum, & mortuus est. Et ait ad eum Dauid, Sanguis tuus super caput tuum: os enim tuum loquutum est aduersum te, dicens, Ego interfeci christum Domini. Planxit autem Dauid planctum huiusce modi super Saul, & super Ionathan filium eius: (& præcepit vt docerent filios Iuda arcum, sicut scriptum est in Libro iustorum.)

▷.10. ▷Et ait, Consydera Israel pro his qui mortui sunt super excelsa tua vulnerati,' Inclyti, Israel, super montes tuos interfecti sunt: quomodo ceciderunt fortes?

Nolite annuntiare in Geth, neque annuntietis in compitis Ascalõnis: ne fortè lætentur filiæ Philisthijm, ne exultent filiæ incircuncisorum.

Montes Gelbóe, nec ros, nec pluuia veniant super vos, neq; sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vnctus oleo.

D A sanguine interfectorum, ab adipe fortium, sagitta Ionathæ nũquam redijt retrorsum, & gladius Saul non est reuersus inanis.

Saul & Ionathas amabiles, & decóri in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi: aquilis velociores, leonibus fortiores.

Filiæ Israel super Saul flete, qui vestiebat vos coccino in delitijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui vestro.

Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Ionathas in excelsis tuis occisus est?

Doleo super te frater mi Ionatha decóre nimis, & amabilis super amorem mulierum.

▷.12. ▷Sicut mater vnicum amat filium suum, ita ego te diligebam.'

Quomodo ceciderunt robusti, & perierunt arma bellica?

S. Dauid in Hebron super Iuda in regem vnctus, viros Iabes-Galaad ob Saul sepulturam commendat, Is-bóseth verò in regem super Israel vnctio, grauem peperit seditionem ac pugnam.

CAP. II.

A Igitur post hæc consuluit Dauid Dominum, dicens, Num ascendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait Dominus ad eum, Ascende. Dixitque Dauid, Quò ascendam? Et respõdit ei, In Hebron. Ascendit ergo Dauid; & duæ vxores eius, Achi-noam Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli: sed & viros qui erant cum eo, duxit Dauid singulos cum domo sua: & manserunt in oppidis Hebron. ‖ Veneruntque viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret super domum Iuda. ‖ Et nuntiatum est Dauid, quòd viri Iabes-galaad sepelissent Saul. Misit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes-galaad, dixitque ad eos, Benedicti vos Domino, qui fecistis misericordiam hanc cum Domino vestro Saul, & sepelistis B eum. Et nunc retribuet vobis quidem Dominus misericordiã & veritatem: sed & ego reddam gratiam, eo quòd fecistis verbum istud.

1. Mac. 2. f. 4. Reg. 31. d

Cõfortentur manus vestræ, & estote filij fortitudinis: licet enim mortuus sit Dominus vester Saul, tamen me vnxit domus Iuda in regem sibi. Abner aũt filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Is-bóseth filiũ Saul, & circundu xit eum per Castra, regemq; constituit super Galaad, & super Gessuri, & super Iezrahel, & super Ephráim, & super Ben-iamin, & super Israel vniuersum. Quadraginta annorum erat Is-bóseth filius Saul, cũ regnare cœpisset super Israel, & duobus annis regnauit: sola aũt domus Iuda sequebatur Dauid. Et fuit numerus dierum quos commoratus est Dauid, im- C perãs in Hebron super domum Iuda, septem annorum, & sex mensium. Egressusq; est Abner filius Ner, & pueri Is-bóseth filij Saul de Castris in Gabaon. Porrò Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egressi sunt, & occurrerũt eis iuxta piscinam Gabaon. Et cùm in vnũ conuenissent, eregione sederunt: hi in vna parte piscinæ, & illi ex altera. Dixitq; Abner ad Ioab, Surgant pueri, & ludant coram nobis. Et respondit Ioab, Surgant. Surrexerunt ergo, & transierũt numero duodecim de Ben-iamin, ex parte Is-bóseth filij Saul, & duodecim de D pueris Dauid. Apprehensoq; vnusquisq; capite cõparis sui, defixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt simul: vocatumq; est nomen loci illius, Ager-robustorũ, in Gabaon. Et ortum est bellum durum satis in die illa: fugatusq; est Abner & viri Israel, à pueris Dauid. Erant autem ibi tres filij Saruiæ, Ioab, & Abisai, & Asael: porrò Asael cursor velocissimus fuit, quasi vnus de capreis quæ morantur in syluis. Persequebatur autem Asael Abner, & non declinauit ad dextram neq; ad sinistram omittens persequi Abner. Respexit itaque Abner post tergum suum, & ait, Túne es Asael? Qui respondit, Ego sum. Dixitq; ei E Abner, Vade ad dextram, siue ad sinistram, & apprehende vnum de adolescentibus, & tolle tibi spolia eius. Noluit autem Asael omittere quin vrgeret eum. Rursumque loquutus est Abner ad Asael, Recede, & noli me sequi, ne compellar confodere te in terram, & leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. Qui audire contempsit, & noluit declinare: percussit ergo eum Abner auersa hasta in inguine, & trãsfodit, & mortuus est in eodem loco: omnesq; qui transibant per locum illum in quo ciderat Asael, & mortuus erat, subsistebant. Persequentibus autem Ioab & Abisai fugientem Abner, sol occubuit: & venerunt vsque ad Collem-aquæductus, qui est F ex aduerso vallis, ▷ & ' itineris deserti in Ga- ▷.24. baon. Congregatiq; sunt filij Ben-iamin ad Abner: & conglobati in vnum cuneum, stetere runt in summitate tumuli vnius. Et exclama-

Universidad de Deusto Biblioteca

uit Abner ad Ioab, & ait, Num vsq; ad internecionem tuus mucro desæuiet? an ignoras quòd periculosa sit desperatio? vsquequo nó dicis populo vt omittat persequi fratres suos? & ait Ioab, Viuit Dominus, si loquutus fuisses, manè recessisset populus persequens fratrem suum. Insonuit ergo Ioab buccina, & ste
G tit omnis exercitus, nec persequuti sunt vltrà Israel, neque inière certamen. Abner autē & viri eius abierunt per campestria, tota nocte illa: & transierunt Iordanem, & lustrata omni Beth-horon, venerunt ad Castra. Porrò Ioab reuersus omisso Abner, congregauit omnem populum: & defuerunt de pueris Dauid decē & nouem viri, excepto Asaele. Serui autem Dauid percusserunt de Ben-iamin, & de viris
viroi.1. qui erant cum Abner trecentos sexaginta, qui & mortui sunt. Tuleruntque Asael, & sepelierūt eum in sepulchro patris sui in Bethléhem: & ambulauerunt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo, & in ipso crepusculo peruenerunt in Hebron.

S. Abner iratus regi Is-bóseth fœdus init cum Dauid, & reducta Michol, dum congregaret Israelitas ad Dauid, occiditur à Ioab, cui Dauid iratus amarè deflet Abner. CAP. III.

A FActa est ergo longa cōcertatio inter domum Dauid, & inter domum Saulis: Dauid proficiēs & semper seipso robustior,
1.Para.3.a. domus autem Saul decrescens quotidie. ‖Natique sunt filij Dauid in Hebron: fuitque primogenitus eius Amnon de Achi-nóam Iezrahelitide. Et post eum Cheleab de Abigáil vxore Nabal Carmeli: porrò tertius Absalom filius Maacha filiæ Tholmai regis Gessur, Quartus autem Adonias, filius Haggith: & quintus Saphatia, filius Abital. Sextus quoq; Iethraam de Egla vxore Dauid. hi nati sunt Dauid in Hebron. Cùm ergo esset prælium inter domum Saul & domum Dauid, Abner filius Ner regebat domum Saul. Fuerat autem Sauli concubina nomine Respha, filia Aia.
*ingressusque est ad eā Abner. *Dixitq; Is-bóseth, ad Abner, Quare ingressus es ad concubinam patris mei? Qui iratus
B nimis propter verba Is-bóseth, ait, Nunquid caput canis ego sum aduersum Iudam hodie, qui fecerim misericordiam super domū Saul patris tui, & super fratres & proximos eius, & non tradidi te in manus Dauid, & tu requisisti in me quòd argueres pro muliere hodie? Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat ei, nisi quomodo iurauit Dominus Dauid, sic faciā cum eo, vt transferatur regnū de domo Saul, & eleuetur thronus Dauid super Israel, & super Iudam, à Dan vsque Ber-sabee. Et nō potuit respondere ei quicquam: quia metuebat illum. Misit ergo Abner nuntios ad Dauid
*in Hebrō. *pro se dicentes, Cuius est terra? Et vt loquerentur, Fac mecum amicitias, & erit manus mea tecum, & reducam ad te vniuersum Israel. Qui ait, Optimè: ego faciam tecum amiC citias: sed vnam rem peto à te dicens, Non videbis faciem meam antequam adduxeris Michol filiam Saul: & sic venies, & videbis me. Misit autem Dauid nuntios ad Is-bóseth filium Saul, dicens, Redde vxorem meam Mi
1.Reg.18.f chol ‖quam dispondi mihi centum præputijs Philisthijm. Misit ergo Is-bóseth, & tulit eam à viro suo Phaltiel, filio Lais. Sequebaturque eam vir suus, plorans vsque Bahurim: & dixit ad eum Abner, Vade, & reuertere. Qui reuersus est. Sermonem quoque intulit Abner ad seniores Israel, dicens, Tam heri quám nudiustertius quærebatis Dauid vt regnaret super vos. Nūc ergo facite: quoniam Dominus locutus est ad Dauid, dicens, In manu serui mei Dauid saluabo populum meum Israel de manu Philisthijm, & omnium inimicorum eius. Locutus est autem Abner etiam ad Ben-iamin. Et abijt vt loqueretur ad Dauid
D in Hebron omnia quæ placuerant Israeli & vniuerso Ben-iamin. Venitque ad Dauid in Hebron cum viginti viris: & fecit Dauid Abner & viris eius qui venerant cum eo, conuiuium. Et dixit Abner ad Dauid, Surgam, vt congregem ad te dominum meum regem omnem Israel, & ineam tecum fœdus, & imperes omnibus, sicut desyderat anima tua. Cùm ergo deduxisset Dauid Abner, & ille isset in pace, statim pueri Dauid & Ioab venerunt cæsis latronibus, cum præda magna nimis: Abner autem non erat cum Dauid in Hebron, quia iam dimiserat eū, & profectus fuerat in pace.
3.Reg.2.d ‖Et Ioab & omnis exercitus qui erant cum eo, postea venerant: nuntiatum est itaque Ioab à narrantibus, Venit Abner filius Ner ad regem, E & dimisit eum, & abijt in pace. Et ingressus est Ioab ad regem, & ait, Quid fecisti? ecce venit Abner ad te: quare dimisisti eum, & abijt & recessit? ignoras Abner filiū Ner, quo-
v.6. niam ad hoc venit ▷ ad te' vt deciperet te, & sciret exitum tuum & introitū tuum, & nosset omnia quæ agis? Egressus itaque Ioab à Dauid, misit nuntios post Abner, & reduxit eū à Cisterna-sira, ignorante Dauid. Cumq; redijsset Abner in Hebron, seorsum adduxit eum Ioab ad medium portæ, vt loqueretur ei, in dolo: & percussit illum ibi in inguine, & mortuus est in vltionem sanguinis Asael fratris eius.

Quod cùm audisset Dauid rem iam gestam, ait, Mundus ego sum, & regnum meum apud Deum vsque in sempiternum à sanguine Abner filij Ner, & veniat super caput Ioab, & super omnem domū patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxū seminis sustinens, & E leprosus,

leprosus, & tenens fusum: & cadens gladio, & indigens pane. Igitur Ioab & Abisai frater eius interfecerunt Abner, eo quòd occidisset Asael fratrem eorum in Gabaó in prælio. Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populum qui erat cum eó, Scindite vestimenta vestra, & accingimini saccis, & plangite ante exequias Abner. porrò rex Dauid sequebatur feretrum. Cumque sepelissent Ab-
v.5. ner in Hebron, leuauit rex ▷ Dauid' vocem suam & fleuit super tumulum Abner: fleuit
v.4. autem & omnis populus. Plangésque rex ▷ & lugens' Abner, ait, Nequaquam vt mori solēt ignaui mortuus est Abner. Manus tuæ ligatæ non sunt, & pedes tui non sunt compedibus aggrauati: sed sicut solent cadere coram filijs
G iniquitatis, sic corruisti. Congeminansque omnis populus fleuit super eum. Cumq; venisset vniuersa multitudo cibum capere cum Dauid, clara adhuc die, iurauit Dauid, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si ante occasum solis gustauero panē vel aliud quicquam. Omnisque populus audiuit, & placuerunt eis cuncta quæ fecit rex in conspectu totius populi. Et cognouit omne vulgus, & vniuersus Israel in die illa quoniam non actum fuisset à rege vt occideretur Abner filius Ner. Dixit quoque rex ad seruos suos, Num ignoratis quoniam princeps & maximus cecidit hódie in Israel? Ego autem adhuc delicatus, & vnctus rex: porrò viri isti filij Saruiæ duri sunt mihi: retribuat Dominus facienti malū iuxta malitiam suam.

S. Baana & Rechab caput Is-bóseth quem dormientem occiderant ad Dauid attulerūt, quos pro mercede iussit interimi. CAP. IIII.

v.7. A AVdiuit autem ▷ Is-bóseth' filius Saul quòd cecidisset Abner in Hebron, & dissolutæ sunt manus eius, omnisque Israel perturbatus est. Duo autem viri principes latronum erant filio Saul, nomē vni Baana, & nomen alteri Rechab, filij Remmō Berothitæ de filijs Ben-iamin: siquidem & Beroth reputata est in Ben-iamin. & fugerunt Berothitæ in Gethaim, fueruntq; ibi aduenæ vsque ad tempus illud. Erat autem Ionathæ
B filio Saul filius debilis pedibus: quinquennis enim fuit, quando venit nūtius de Saul & Ionatha ex Iezrahel. tollens itaque eum nutrix sua, fugit: cumq; festinaret vt fugeret, cecidit, & claudus effectus est: habuitq; vocabulum Miphi-bóseth. Venientes igitur filij Remmō Berothitæ, Rechab & Baana, ingressi sunt fer
v.2. uēte die domum Is-bóseth: qui dormiebat super stratū suum meridie. ▷ Et ostiaria domus
v.3. purgans triticum, obdormiuit'. Ingressi sunt autem domum ▷ latenter' assumentes spicas tri
tici, & percusserunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius, & fugerunt. Cùm autem ingressi fuissent domū, ille dormiebat super C lectum suum in conclaui, & percutientes interfecerunt eum: sublatoque capite eius, abierunt per viam deserti tota nocte, & attulerunt caput Is-bóseth ad Dauid in Hebron: dixeruntque ad regem, Ecce caput Is-bóseth filij Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam: & dedit Dominus domino meo regi vltionē hodie de Saul, & de semine eius. Respondens autem Dauid Rechab, & Baana fratri eius filijs Remmon Berothitæ, dixit ad eos, Viuit Dominus qui eruit animam meam de omni angustia, ‖quoniam eum qui annuntiauerat Supr.1.b. mihi, & dixerat, Mortuus est Saul: qui puta- D bat se prospera nuntiare, tenui, & occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio: Quanto magis nunc cùm homines impij interfecerunt virum innoxium in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra? Præcepit itaque Dauid pueris suis, & interfecerunt eos: præcidentesq; manus & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron: caput autem Is-bóseth tulerunt, & sepelierūt in sepulchro Abner in Hebron.

S. Dauid vnctus super totum Israel pulsis Iebusæis arcem Sion capit, vbi extructa domo habitauit, aliis superinducens vxores, filiosq; procreans, & Philisthæos bis prosternens. CAP. V.

A ET venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron, dicentes, Ecce nos os tuum, & caro tua sumus. Sed & heri & nudiustertius cùm esset Saul rex super nos tu eras educens & reducens Israel: dixit autē Dominus ad te, Tu pasces populum meum 1.Par.11.a. Israel, & tu eris dux super Israel. Venerunt quoq; & seniores Israel ad regem in Hebron, & percusit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron coram Domino: vnxeruntque Dauid in regem super Israel. Filius triginta annorum erat Dauid, cùm regnare cœpisset, & ‖quadra- infra.2. ginta annis regnauit. In Hebron regnauit su- reg.2.c. per Iudam septem annis, & sex mensibus: in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. Et abijt rex, & omnes viri qui erant cum eo, in Ierusalem ad Iebusæum habitatorem terræ: dictumque est Dauid ab eis, Non ingredieris huc, nisi ab- B stuleris cæcos & claudos, dicentes, Non ingredietur Dauid huc. Cepit autem Dauid arcem Siō, hæc est ciuitas Dauid. Proposuerat enim Dauid in die illa præmiū, qui percussisset Iebusæum, & tetigisset domatū fistulas, & abstulisset cæcos & claudos odientes animā Dauid. idcirco dicitur in prouerbio, Cæcus &

claudus non intrabunt in templum. Habitauit autem Dauid in arce, *& vocauit eam, Ciuitatem Dauid: & ædificauit per gyrum à Mello intrinsecus. Et ingrediebatur proficiens atque succrescens, & Dominus Deus exercituũ
1.Par.14.a erat cum eo. ‖Misit quoque Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid & ligna cedrina, & artifices lignorum, artificesque lapidum ad parietes: & ædificauerunt domum Dauid. Et cognouit Dauid quoniam confirmasset eũ Dominus regem super Israel, & quoniam exaltasset regnum eius super populum suum Is-
C rael. ‖Accepit ergo Dauid adhuc concubinas
1.Par.3.b. & vxores de Ierusalem, postquam venerat de Hebron: natiq; sunt Dauid & alij filij & filiæ: & hæc nomina eorum qui nati sunt ei in Ierusalem, Samua & Sobab & Nathan & Salomõ & Iebahar & Elisũa & Nepheg & Iaphia
1.Para.14. & Elisama & Elioda & Eliphalet. ‖Audierũt
b.c.d. ergo Philisthijm quòd vnxissent Dauid in regem super Israel: & ascenderunt vniuersi vt quærerent Dauid. quòd cùm audisset Dauid, descendit in præsidium. Philisthijm autẽ venientes, diffusi sunt in Valle-raphaim. Et consuluit Dauid Dominũ, dicens, Si ascẽdam ad Philisthijm? & si dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad Dauid, Ascende, quia tra-
Isai.28.f. dens dabo Philisthijm in manu tua. ‖Venit ergo Dauid in Baal-pharasim, & percussit eos ibi, & dixit, Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Propterea
D vocatũ est nomen loci illius Baal-pharasim. Et reliquerunt ibi sculptilia sua: quæ tulit Dauid, & viri eius. Et addiderunt adhuc Philisthijm vt ascenderent, & diffusi sunt in Valleraphaim. Cõsuluit autem Dauid Dominum,
▷.4. ▷Si ascendam contra Philisthæos, & tradas eos in manus meas'? Qui respondit, non ascẽdas▷contra eos', sed gyra post tergum eo-
▷.4. rum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum. Et cùm audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tũc inibis prælium: quia tunc egredietur Dominus ante faciem tuã, vt percutiat castra Philisthijm. Fecit itaque Dauid sicut præceperat ei Dominus, & percussit Philisthijm De Gabaa, vsquedum venias Gezer.

S. Reducente Dauid arcam à domo Abinadab, Oza à Domino occisus est quòd illam attigisset, quare eam in domo Obededom reliquit: postmodum verò in Ierusalem reducẽs & ante eam ludens, à Michol vxore ridetur: in cuius pœnam nunquam illa deinceps peperit.

CAP. VI.

A COngregauit autem rursum Dauid omnes electos ex Israel, triginta millia:
1.Par.13.b. ‖Surrexitq; Dauid, & abijt, & vniuersus populus qui erat cum eo de viris Iuda, vt adducerent arcam Dei, super quã inuocatum est nomen Domini exercituũ, sedentis in cherubim super eam. Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum: tuleruntq; eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza aũt, & Ahio filij Abinadab, minabant plaustrũ nouum. ‖Cumq; tulissent eam de domo Abina-
1.Reg.7.b dab, qui erat in Gabaa, custodiens arcam Dei Ahio præcedebat arcam. Dauid aũt, & omnis Israel ludebant coram Domino in omnibus lignis fabrefactis, & citharis & lyris & tympanis & sistris & cymbalis. ‖Postquam aũt venerunt ad Aream-'Nachor', extendit Oza manũ
2.Reg.6.a ad arcam Dei, & tenuit eam: quoniam calcitrabant boues▷& declinauerunt eã'. Iratusq; ▷.7.
est indignatione Dominus contra Ozam, & B percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei. Contristatus est autẽ Dauid, eo quòd percussisset Dominus Ozã, & vocatum est nomen loci illius, Percussio-Ozæ: vsq; in diem hanc. Et extimuit Dauid Dominum in die illa, dicens, Quomodo ingredietur ad me arca Domini? Et noluit diuertere ad se arcam Domini in ciuitatem Dauid: sed diuertit eam in domũ Obed-edõ Gethæi. Et habitauit arca Domini in domo Obed-edom Gethæi tribus mẽsibus: & benedixit Dominus Obed-edom, & omnem domũ
2.Par.26.a eius. ‖Nuntiatumq; est regi Dauid quòd benedixisset Dominus Obed-edõ, & omnia eius propter arcam Dei. ▷Dixitq; Dauid, Ibo, & ▷.6.
reducam arcam cum benedictione in domum meã'. Abijt ergo Dauid, & abduxit arcã Dei de domo Obed-edom in ciuitatem Dauid cũ
▷.7. gaudio: ▷& erãt cum Dauid septem chori, & victima vituli', Cumque transcendissent, qui portabant arcam Domini sex passus, immo-C labat bouem▷& ouem' & arietem, & Dauid ▷.6.
▷.6. ▷percutiebat in organis armigatis &'saltabat totis viribus ante Dominũ: porrò Dauid erat accinctus ephod lineo. Et Dauid, & omnis domus Israel ducebant arcã testamẽti Domini, in iubilo, & in clangore buccinæ. Cumq; intrasset arca Domini in Ciuitatem Dauid, Michol filia Saul prospiciẽs per fenestram, vidit regẽ Dauid subsilientem, atq; saltantem coram Domino: & despexit eum in corde suo. Et introduxerunt arcã Domini, & imposuerũt eã in loco suo in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & obtulit Dauid holocausta, & pacifica coram Domino. Cumque cõplesset offerens holocausta' & pacifica, be- 2.Par.7.b
nedixit populo in nomine Domini exercitu- 3.
um. Et partitus est vniuersæ multitudini Israel tã viro quàm mulieri singulis collyridã panis vnã, & assaturam bubalæ carnis vnã, & similam frixam oleo: & abijt omnis populus, D vnusquisq; in domum suam. Reuersusq; est Dauid vt benediceret domui suæ: & egressa Michol

Michol filia Saul in occursum Dauid, ait, Quàm gloriosus fuit hodie rex Israel discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est quasi si nudetur vnus de scurris.
▷.4. Dixitq; Dauid ad Michol, ▷Viuit Dominus quia ludam', ante Dominum qui elegit me potius, quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius, & præcepit mihi vt essem dux super populum Domini in Israel, & ludam, & vilior fiam plus quàm factus sum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, gloriosior apparebo. Igitur Michol filiæ Saul non est natus filius vsque in diem mortis suæ.

S. Dauid proponens ædificare domum domino à Nathan propheta primum collaudatur, postmodum iubente Domino prohibetur, sed filius ei promittitur illam ædificaturus, vnde domino gratias agit.

CAP. VII.

AFactum est autem cùm sedisset rex in domo sua, & Dominus dedisset ei requiem
1.Par.17.a vndique ab vniuersis inimicis suis dixit ad Nathan prophetam, Vidẽsne quòd ego habitem in domo cedrina, & arca Dei posita sit in medio pellium? Dixitque Nathan ad regem, Omne quod est in corde tuo, vade fac, quia Dominus tecum est. Factum est autem in illa nocte: & ecce sermo Domini ad Nathan, dicens, Vade & loquere ad seruum meum Dauid, Hæc dicit Dominus, Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Israel de Terra-Aegypti, vsque in diem hanc: sed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio. Per cuncta loca quæ transiui cum omnibus filijs Israel, nunquid loquens locutus sum ad vnam de tribubus Israel, cui præcepi vt pasceret populum meum Israel, dicens, Quare non ædificastis mihi domum ce-
B drinam? Et nunc hæc dices seruo meo Dauid,
1.Reg.16. Hæc dicit Dominus exercituum: ‖Ego tuli te de pascuis sequentem greges, vt esses dux super populum meum Israel: & fui tecum in omnibus vbicũq; ambulasti, & interfeci vniuersos inimicos tuos à facie tua: feciq; tibi nomen grande, iuxta nomen magnorũ qui sunt in terra. Et ponam locum populo meo Israel, & plantabo eum, & habitabit sub eo, & non turbabitur amplius: nec addent filij iniquitatis vt affligant eũ sicut prius, ex die qua cõstitui iudices super populum meum Israel: & requiẽ dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. præ-
1.Re.8.e. dicitq; tibi Dominus, quòd domum faciat tibi Dominus. ‖Cumq; cõpleti fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, suscitabo se-
2.Reg.7.a. men tuum post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo regnum eius. ‖Ipse ædificabit domũ nomini meo, & stabiliã thronum regni eius vsq; in sempiternũ. ‖Ego ero ei in pa- 1.Par.22.c. Hebre.i. b
trẽ, & ipse erit mihi in filiũ: qui si iniquè ali-C quid gesserit, arguã eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum. Misericordiã autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul, quem amoui à facie mea'. Et fidelis erit *tua.5.
domus tua, & regnum tuum vsq; in æternum ante faciem tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter. Secundùm omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. Ingressus est autẽ rex Dauid, & sedit coram Domino, & dixit, Quis ego sum Domine Deus & quæ domus mea, quia adduxisti me hucusque? Sed & hoc parum visum est in conspectu tuo. Domine Deus, nisi loquereris etiam de domo serui tui in longin quũ: ista est enim lex Adam Domine Deus. Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim scis seruum tuũ Domine Deus. Propter verbum tuum, & secũdùm cor tuum feci sti omnia magnalia hæc, ita vt notũ faceres seruo tuo. Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia nõ est similis tui, neq; est Deus extra te, in omnibus quæ audiuimus
D auribus nostris. Quæ est aũt vt populus tuus Israel, gens in terra, propter quam iuit Deus vt redimeret eam sibi in populum, & poneret sibi nomen, faceretq; eis magnalia, & horribi lia super terram à facie populi tui, quem rede misti tibi ex Aegypto, *gentem, & deum' eius. *gentibus & dijs. 2.
Firmasti enim tibi populum tuũ Israel in po- *gente & deo. 2.
pulum sempiternum: Et tu Domine Deus factus es eis in Deum. Nũc ergo Domine Deus verbum quod locutus es super seruum tuũ, & super domum eius, suscita in sempiternum: & fac sicut locutus es, vt magnificetur nomen tuum vsq; in sempiternum, atq; dicatur, Dominus exercituum, Deus super Israel. Et domus serui tui Dauid erit stabilita coram Domino, quia tu Domine exercituum Deus Israel reuelasti aurem serui tui, dicens, Domum ædificabo tibi: propterea inuenit seruus tuus cor suũ vt oraret te oratione hac. Nunc ergo Domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad seruum tuum bona hæc. Incipe ergo, & benedic domui serui tui, vt sit in sempiternum coram te: quia tu Domine Deus locutus es, *benedictione tua be- *&.6.
nedicetur domus serui tui in sempiternum.

S. Victoriæ Dauid qui multos fecit tributarios, quibus solent Israelitæ pendere tributa: congratulatio Thou regis Emath de rege Adarezer deuicto, à quo multa spolia Dauid abstulit: officiarij quos habebat Dauid recensentur.

CAP. VIII.

Universidad de Deusto Biblioteca



A FActum est autem post hæc percussit Da
1.Par.18.c. uid Philisthijm, & humiliauit eos, ‖ & tu
lit Dauid Frenum-tributi de manu Phi
listhijm. Et percussit Moab, & mensus est eos
funiculo, coæquans terræ: mensis est aũt duos
funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad
viuificandum: factusq; est Moab Dauid ser-
uiens sub tributo. Et percussit Dauid Adar-
ézer filium Rohob regem Soba, quando pro-
fectus est vt dominaretur super flumen Eu-
phráten. Et captis Dauid ex parte eius mille
septingentis equitibus, & viginti millibus pe
B ditum, subneruauit omnes iugales curruum:
dereliquit autem ex eis centum currus. Venit
quoque Syria Damasci, vt præsidium ferret
Adar-ézer regi Soba: & percussit Dauid de Sy
ria viginti duo millia virorum. Et posuit Da
uid præsidium in Syria Damasci: factaque est
Syria Dauid seruiens sub tributo: seruauitque
Dominus Dauid in omnibus ad quæcunque
profectus est. Et tulit Dauid arma aurea, quæ
habebant serui Adar-ézer, & detulit ea in Ie-
rusalem. Et de Bete, & de Beroth ciuitatibus
Adar-ézer tulit rex Dauid æs multum nimis,
▹.6. ▹de quo fecit Salomon omnia vasa ærea in
templo: & mare æneum, & columnas, & alta-
C re. ‖ Audiuit autẽ Thou rex Emath, quòd per-
cussisset Dauid omne robur Adar-ézer, & mi
sit Thou Ioram filium suum ad regẽ Dauid,
vt salutaret eum congratulans, & gratias age-
ret: eo quòd expugnasset Adar-ézer, & percus
sisset eũ. Hostis quippe erat Thou Adar-ézer,
& in manu eius erant vasa aurea, & vasa ar-
gentea, & vasa ærea: quæ & ipsa sanctificauit
rex Dauid Domino cum argẽto & auro, quæ
sanctificauerat de vniuersis gẽtibus quas sub-
egerat de Syria, & Moab, & filijs Ammon, &
Philisthijm, & Amalec, & de manubijs Adar-
D ézer filij Rohob regis Soba. Fecit quoque si-
bi Dauid nomen cùm reuerteretur capta Sy-
*duodecim.9 ria in Valle-salinarum, cæsis *decem & octo'
▹.6. millibus: ▹& in Gebelem ad viginti tria mil-
lia': & posuit in Idumæa custodes, statuitque
præsidium: & facta est vniuersa Idumæa ser-
uiens Dauid. & seruauit Dominus Dauid in
omnibus ad quæcunque profectus est. Et reg
nauit Dauid super omnẽ Israel: faciebat quo-
que Dauid iudicium & iustitiam omni popu-
lo suo. Ioab autem filius Saruiæ erat super ex-
ercitum: porrò Iosaphat filius Ahilud, erat à
commentarijs: & Sadoc filius Achitob, & A-
chi-mélech filius Abiathar, erant sacerdotes:
& Saraias, scriba: Banaias autem filius Ioaidæ
super cerethi, & phelethi: filij autem Dauid,
sacerdotes erant.

S. Quantum pietatis exhibuerit Dauid Miphi-
bóseth filio Ionathæ claudo, datis omnibus a-
gris Saul, quos colebat Siba cum filijs ac seruis
suis, Miphi-bóseth ad mensam Dauid recepto.

CAP. IX.

ET dixit Dauid, Putásne est aliquis qui A
remanserit de domo Saul, vt faciam cũ
eo misericordiam propter Ionathan?
Erat autem de domo Saul, seruus nomine Si-
ba: quem cùm vocasset rex ad se, dixit ei, Tú-
ne es Siba? Et ille respondit, Ego sum seruus
tuus, Et ait rex, Nunquid superest aliquis de
domo Saul, vt faciam cum eo misericordiam
Dei? Dixitque Siba regi, Superest filius Iona
thæ debilis pedibus. Vbi, inquit, est? Et Siba ad
regem, Ecce, ait, in domo est Machir filij Am
miel in Lo-dabar. Misit ergo rex Dauid, & tu B
lit eum de domo Machir filij Ammiel de Lo-
dabar. Cùm autem venisset Miphi-bóseth fi-
lius Ionathæ filij Saul ad Dauid, corruit in fa
ciem suam, & adorauit. Dixitque Dauid, Mi-
phi-bóseth? Qui respondit, Adsum seruus tu-
us. Et ait ei Dauid, Ne timeas, quia faciens fa- C
ciam in te misericordiam propter Ionathan
patrem tuum, & restituam tibi omnes agros
Saul patris tui, & tu comedes panem in men-
sa mea semper. Qui adorans eum, dixit, Quis
ego sum seruus tuus, quoniam respexisti su-
per canem mortuum similem mei? Vocauit i-
taque rex Sibam puerum Saul, & dixit ei, om-
nia quæcunq; fuerunt Saul: & vniuersam do-
mum eius, dedi filio domini tui. Operare igi-
tur ei terram tu, & filij tui, & serui tui: & infe-
res filio Domini tui cibos, vt alatur: Miphi-
bóseth autem filius domini tui comedet sem- D
per panẽ super mensam meam. Erant aũt Si-
bæ quindecim filij, & viginti serui. Dixitque
Siba ad regem, Sicut iussisti domini mi rex
seruo tuo, sic faciet seruus tuus: & Miphi-
bóseth comedet super mensam *meam' quasi *suam.1.
vnus de filijs regis. Habebat aũt Miphi-bóseth
filiũ paruulũ nomine Micha: omnis verò cog
natio domus Sibæ seruiebat Miphi-bóseth.
Porrò Miphi-bóseth habitabat in Ierusalem:
quia de mensa regis iugiter vescebatur: & erat
claudus vtroque pede.

S. Hanon rex Ammonitarum postillatam ser-
uis Dauid iniuriã, quos ad consolandũ de pa-
tris

tris morte miserat, contractis quinque regum
Syriæ copijs, profligatur semel ac iterum.

CAP. X.

A FActũ est aũt post hæc, vt moreretur rex
1.Par.19.a. filiorũ Ammon, & regnauit Hanõ filius
eius pro eo. ‖ Dixitq; Dauid, Faciam mi
sericordiã cum Hanõ filio Naas, sicut fecit pa
ter eius mecum misericordiã. Misit ergo Da-
uid, consolans eum per seruos suos super pa-
tris interitu. Cùm aũt venissent serui Dauid,
in terrã filiorum Ammõ, dixerũt principes fi-
liorum Ammon ad Hanon dominum suum.
*Ie. Putas quòd propter honorẽ patris tui miserit
Dauid ad te cõsolatores, & non ideo vt *inue
stigaret, & exploraret ciuitatẽ & euerteret eã,
misit Dauid seruos suos ad te? Tulit itaq; Ha
B non seruos Dauid, rasitque dimidiam partem
barbæ eorũ, & præscidit vestes eorum medias
vsq; ad nates, & dimisit eos. Quod cũ nuntia
tum esset Dauid, misit in occursum eorum: e-
rãt enim viri cõfusi turpiter valde, & manda-
uit eis Dauid, Manete in Iericho, donec cres-
cat barba vestra, & tunc reuertimini. Videtes
aũt filij Ammon, quòd iniuriam fecissent Da
uid, miserunt, & conduxerunt mercede Syrũ
Rohob, & Syrũ Soba, viginti millia peditũ,
& à rege Maacha mille viros, & ab Is-tob duo
decim millia virorum. Quod cũ audisset Da-
uid, misit Ioab & omnem exercitum bellato-
rum. Egressi sunt ergo filij Ammon, & dire-
xerunt aciem ante ipsum introitum portæ: Sy
rus autem Soba, & Rohob, & Is-tob, & Ma-
acha seorsum erant in campo. Videns igitur
*sibi. Ioab quòd præparatũ esset aduersum se præ-
lium, & ex aduerso & post tergum, elegit *ex
C omnibus electis Israel, & instruxit aciem con-
tra Syrum: reliquam autem partem populi
tradidit Abisai fratri suo, qui direxit aciẽ ad-
uersus filios Ammon. Et ait Ioab, Si præualu-
erint aduersum me Syri, eris mihi in adiuto-
rium: si autem filij Ammon præualuerint ad-
uersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, &
pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei
nostri: Dominus autem faciet quod bonũ est
in conspectu suo. Inijt itaque Ioab & popu-
lus qui erat cum eo, certamen contra Syros
qui statim fugerunt à facie eius. Filij autem
Ammon videntes quia fugissent Syri, fuge-
runt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ci-
*videntes i- uitatem: reuersusq; est Ioab à filijs Ammon,
gitur Syri & venit Ierusalem. *Videntes igitur filij Am
quoniam cor mon quoniam Syrus expauit, & quoniã cor-
ruissent. 7. ruissent' corã Israel, congregati sunt pariter.
Misitque Adar-ezér, & eduxit Syros qui erãt
D trans Fluuium, & adduxit eorum exercitum:
Sobach autẽ magister militiæ Adar-ézer, e-
rat princeps eorum. Quod cùm nunciatũ es-
set Dauid, contraxit omnem Israelem, & trã-
siuit Iordanem, venitq; in Helam: & direxe-
runt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugna-
uerunt contra eum. Fugieruntq; Syri à facie
Israel, & occidit Dauid de Syris septingentos
currus, & quadraginta millia equitum: & So-
bach principem militiæ percussit, qui statim
mortuus est. Videntes autem vniuersi reges
qui erant in præsidio Adar-ézer, se victos esse
▹.6. ab Israel, ▹expauerunt & fugerunt quinqua-
ginta & octo millia coram Israel. Et' fecerũt
pacem cum Israel: & seruierunt eis, timuerũt-
que Syri auxilium præbere *filijs Ammon. *vltra.1.d



S. Obsessa Rabba ciuitate Ammonitarum Da-
uid adulterio Beth-sabee adiunxit, ad id ce-
landum, homicidium viri illius Vriæ, acce-
ptaq; illa in vxorem, & nato ex ea filio, Domi
num commouit ad iram.

CAP. XI.

A FActum est autem, vertente anno, eo tẽ
1.Par.20.a pore quo solent reges ad bella procede-
re, misit Dauid Ioab, & seruos suos cum
eo, & vniuersum Israel, & vastauerunt filios
Ammon, & obsederunt Rabba: Dauid aũt re-
mansit in Ierusalem. Dum hæc agerentur, ac-
cidit *vt surgeret Dauid de stratu suo post *quadã die
meridiem, & deambularet in solario domus
regiæ: viditq; mulierem se lauantem, ex aduer
so super solarium suum, erat autẽ mulier pul-
chra valde. Misit ergo rex, & requæsiuit quæ
esset mulier. Nũtiatumq; est ei quod ipsa esset
Beth-sabee filia Elisam, vxor Vriæ Hethæi.
Missis itaq; Dauid nuntijs tulit eã: quæ cùm
Leuit,15.a ingressa esset ad illum, dormiuit cum ea: ‖ sta-
timq; sanctificata est ab immunditia sua: & re
uersa est domum suam concepto fœtu. Mit-
tensq; nuntiauit Dauid, & ait, Cõcepi. Misit
aũt Dauid ad Ioab, dicẽs, Mitte ad me Vriam
Hethæũ. Misitq; Ioab Vriam ad Dauid. Et ve
nit Vrias ad Dauid: quæsiuitq; Dauid quàm B
rectè ageret Ioab, & populus, & quomodo
administraretur bellum. Et dixit Dauid ad V-
riam, Vade in domum tuã, & laua pedes tuos.
Et egressus est Vrias de domo regis, secutus-
que est eum cibus regius. Dormiuit autem

Universidad de Deusto Biblioteca

Vrias ante portam domus regiæ, cum alijs ser
uis domini sui, & non descendit ad domum
suam. Nuntiatumque est Dauid à dicentibus,
Non iuit Vrias in domum suam. Et ait Dauid
ad Vriam, Nunquid non de via venisti? quare
non descendisti in domũ tuã? Et ait Vrias ad
▸.6. Dauid, Arca▹ Dei' & Israel, & Iuda habitant
in papilionibus, & dominus meus Ioab, & ser
ui domini mei super faciem terræ manent: &
ego ingrediar domum meam, vt comedam &
bibam, & dormiam cum vxore mea? per Salu-
tem tuam, & per Salutem animæ tuæ non fa-
ciam rem hanc. Ait ergo Dauid ad Vriã, Ma-
ne hic etiam hodie, & cras dimittam te. Mãsit
*aute m. 1. *Vrias in Ierusalam in die illa & altera, & vo
cauit eum Dauid vt comederet coram se & bi
beret, & inebriauit eum: qui egressus vespere,
dormiuit in stratu suo cum seruis domini
C sui, & in domum suam non descendit. Factũ
est ergo manè, & scripsit Dauid epistolam
ad Ioab: misitque per manum Vriæ, scribens
in epistola. Ponite Vriã ex aduerso belli, vbi
fortissimũ est prælium: & derelinquite eum,
vt percussus intereat. Igitur cùm Ioab obside-
ret vrbem, posuit Vriam in loco vbi sciebat
viros esse fortissimos. Egressiq; viri de ciui-
tate, bellabãt aduersum Ioab, & ceciderunt de
populo seruorum Dauid, & mortuus est e-
tiam Vrias Hethæus. Misit itaque Ioab, & nũ-
tiauit Dauid omnia verba prælij, præcepitque
nuntio, dicens, Cùm compleueris vniuersos
sermones belli ad regem, si eum videris indi-
gnari, & dixerit, Quare accessistis ad murum,
vt præliaremini? an ignorabatis quòd multa
Iudic. 9. g. désuper ex muro tela mittantur? || Quis per-
*Ierobeseth. cussit Abi-mélech filium "Ierobaal'? nónne
5. mulier misit super eũ fragmen molæ de mu-
ro, & interfecit eum in Thebes? quare iuxta
murum accessistis? dices, Etiã seruus tuus V-
D rias Hethæus occubuit. Abijt ergo nuntius, &
venit, & narrauit Dauid omnia quæ ei præce
perat Ioab. Et dixit nuntius ad Dauid, Præua
luerunt aduersum nos viri, & egressi sunt ad
nos in agrum: nos aũt facto impetu persecuti
eos sumus vsq; ad portã ciuitatis. Et direxe-
runt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro
désuper: mortuiq; sunt de seruis regis, quine-
tiã seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est. Et
dixit Dauid ad nuntium, Hæc dices Ioab, Nõ
te frangat ista res: varius enim euentus est bel
li, & nũc hunc, & nunc illũ cõsumit gladius:
conforta bellatores tuos aduersus vrbem, vt
destruas eam, & exhortare eos. Audiuit autem
vxor Vriæ, quòd mortuus esset Vrias vir suus,
& plãxit eũ. Transactoq; luctu misit Dauid,
& introduxit eam in domum suam, & facta
est ei vxor, peperitq; ei filiũ: & displicuit ver-
bum hoc quod fecerat Dauid, corã Domino.

S. *Dauid sub parabola à Nathan proposita, in seipsum tulit sententiam: vnde Nathan multa illi minatur incommoda, quibus compunctio culpa condonatur manente pœna: & mortuo puero nascitur Salomon, ac ciuitas Rabba cum magna vltione diruitur, accepto diademate preciosissimo regis ipsius.*

CAP. XII.

MIsit ergo Dominus Nathã ad Dauid: A
qui cùm venisset ad eũ, dixit ei, *Duo *Respõde mihi iudicium.
viri erant in ciuitate vna, vnus diues,
& alter pauper. Diues habebat oues & boues
plurimos valde. Pauper autem nihil habebat
omnino, præter ouem vnam paruulam quam
emerat & nutrierat, & quæ creuerat apud eum
cum filijs eius simul, de pane illius comedens,
& de calice eius bibens, & in sinu illius dor-
miens: eratq; illi sicut filia. Cùm autem pere-
grinus quidam venisset ad diuitem, parcens il
le sumere de ouibus & de bobus suis, vt exhi-
beret conuiuium peregrino illi qui venerat ad
se, tulit ouem viri pauperis, & præparauit ci-
bos homini qui venerat ad se. Iratus autẽ in- B
dignatione Dauid aduersus hominem illum
nimis, dixit ad Nathan, Viuit Dominus, quo-
niam filius mortis est vir qui fecit hoc. Ouem
reddet || in quadruplum, eo quòd fecerit verbũ Exo. 22.b
istud, & non pepercerit. Dixit autem Nathan
ad Dauid, Tu es ille vir. *Hæc dicit Dominus *qui fecisti hanc rem.
Deus Israel, Ego vnxi te in regẽ super Israel,
& ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domũ
domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo,
dediq; tibi domum Israel & Iuda: & si parua
sunt ista, adijciã tibi multo maiora. Quare er-
go contempsisti verbum Domini vt faceres
malum in cõspectu meo? Vriam Hethæũ per-
cussisti gladio, & vxorem illius accepisti in
vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorũ
Ammon. Quam ob rem non recedet gladius C
de domo tua vsque in sempiternum, eo quòd
despexeris me, & tuleris vxorem Vriæ He-
thei, vt esset vxor tua. Itaque hæc dicit Do-
minus. Ecce ego suscitabo super te malum de
domo tua, & tollam vxores tuas in oculis
tuis, || & dabo proximo tuo, & dormiet cum
vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim
fecisti absconditè: ego autem faciam verbum
istud in conspectu omnis Israel, & in conspe-
ctu solis. *Et dixit Dauid ad Nathan, || Pecca- *Iudic. Eccl. 47.b
ui Domino. Dixitque Nathan ad Dauid, Do
minus quoq; transtulit peccatum tuum: non
morieris. Veruntamen quoniam blasphemare
fecisti inimicos *Domini propter verbũ hoc, *nomen.
filius qui natus est tibi, morte morietur. Et re
uersus est Nathan in domum suam. Percussit
quoque Dominus paruulum quem pepere-
rat vxor Vriæ Dauid, & desperatus est. Depre
catusq; est Dauid Dominum pro paruulo: &
ieiunauit

ieiunauit Dauid ieiunio, et ingressus seorsum,
iacuit super terram. Venerunt autem seniores
domus eius, cogentes eum vt surgeret de ter-
ra: qui noluit, nec comẽdit cum eis cibum. Ac-
cidit autem die septima vt moreretur infans:
timueruntque serui Dauid nuntiare ei quòd
E mortuus esset paruulus. dixerunt enim, Ecce
cùm paruulũs adhuc viueret, loquebamur ad
eum, & non audiebat vocem nostram: quan-
to magis si dixerimus, Mortuus est puer, se af
*vidisset. 1. fliget? Cùm ergo Dauid "audisset' seruos suos
mussitantes, intellexit quòd mortuus esset in-
fantulus. dixitque ad seruos suos, Num mor-
tuus est puer? Qui responderunt ei, Mortuus
est. Surrexit ergo Dauid de terra, & lotus vn-
*vestes. 1. ctusque est: cumque mutasset "vestem,' ingres
sus est domum Domini: & adorauit, & venit
in domum suam, petiuitque vt ponerent ei pa
nem, & comẽdit. Dixerunt autem ei serui sui,
Quis est sermo quem fecisti? propter infantẽ,
cùm adhuc viueret, ieiunasti & flebas: mor-
tuo autem puero surrexisti, & comedisti pa-
nem. Qui ait, Propter infantem dum adhuc vi
F ueret, ieiunaui & fleui: dicebam enim, Quis
scit si fortè donet eum mihi Dominus, & vi-
uat infans? Nunc autẽ quia mortuus est, quare
ieiuno? nunquid potero reuocare eum ampli-
us? ego vadam magis ad eũ: ille verò non reuer
tetur ad me. Et consolatus est Dauid Beth-
Matth. 1. a sabee vxorem suam, ingressusque ad eam, dor
miuit cum ea: || quæ genuit filium, & vocauit
nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eũ.
eum. Misitque in manu Nathan prophetæ, & voca
uit nomen eius Amabilis-Domino, eo quòd
1. Pa. 20. a diligeret eũ Dominus. || Igitur pugnabat Ioab
cõtra Rabbath filiorum Ammon, & expugna-
bat vrbem regiam. Misitq; Ioab nũtios ad Da
uid, dicens, Dimicaui aduersum Rabbath, &
G capienda est Vrbs-aquarum. Nunc igitur con
grega reliquam partem populi, & obside ciui-
tatem, & cape eam: ne cum à me vastata fuerit
vrbs, nomini meo ascribatur victoria. Congre
gauit itaque Dauid omnẽ populum, & profe
ctus est aduersum Rabbath: cumque dimicas-
set, cœpit eam. Et tulit diadêma regis eorum
de capite eius, pondo auri talentum, habens
gemmas prætiosissimas, & impositum est su
per caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis as-
portauit multam valde, populum quoq; eius
adducens serrauit, & circumegit super eos fer
rata carpenta: diuisitque cultris, & traduxit in
typo laterum: sic fecit vniuersis ciuitatibus fi-
liorum Ammon: & reuersus est Dauid, & o-
mnis exercitus in Ierusalem.

S. *Absalom, propter incestum cũ sorore Thamar, fratrẽ Amnon occidit, iratoq; patre profugus ad regem Gessur, tribus annis ibi permansit.*

CAP. XIII.

FActum est autem post hæc vt Absalom A
filij Dauid sororem speciosissimam vo-
cabulo Thamar, adamaret Amnõ filius
Dauid, & deperiret in eam▸ valde', ita vt pro- ▹.2.
pter amorem eius ægrotaret: quia cùm esset
virgo, difficile ei videbatur vt quippiam inho
nestè ageret cum ea. Erat autem Amnon ami
cus, nomine Ionadab filius Sẽmaa fratris Da
uid, vir prudens valde. Qui dixit ad eum, Qua
re sic attenuaris macie fili regis, per singulos
dies? cur non indicas mihi? Dixitque ei Am-
non, Thamar sororem fratris mei Absalom
amo. Cui respondit Ionadab, Cuba super le-
ctum tuum, & languorem simula: cumq; ve-
nerit pater tuus vt visitet te, dic ei, Veniat oro,
Thamar soror mea, vt det mihi cibum, & fa-
ciat pulmentum, vt comedam de manu eius.
Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare B
cœpit: cumque venisset rex ad visitandũ eum,
ait Amnon ad regem, Veniat obsecro, Tha-
mar soror mea, vt faciat in oculis meis duas
sorbitiunculas, & cibũ *capiam de manu eius: *paratum.
Misit ergo Dauid ad Thamar domũ, dicens,
Veni in domũ Amnõ fratris tui, & fac ei pul-
mentum. Venitque Thamar in domum Am-
non fratris sui: ille aũt iacebat: quæ tollens fa
rinã cõmiscuit, & liquefaciẽs, in oculis eius co
xit sorbitiũculas. Tollensq; quod coxerat, ef-
fudit, & posuit corã eo, & noluit comedere: di
xitq; Amnon, Eijcite vniuersos à me. Cumq;
eiecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar,
Infer cibum in cõclaui, vt vescar de manu tua.
Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fece-
rat, & intulit ad Amnõ fratrem suum in con-
claui, Cumq; obtulisset ei cibum, apprehen- C
dit eam, & ait, Veni, cuba mecum soror mea.
Quæ respondit ei, Noli frater mi, noli oppri-
mere me: neq; enim hoc fas est in Israel: noli
facere stultitiã hanc. Ego enim ferre non po-
tero opprobrium meũ, & tu eris quasi vnus
de insipientibus in Israel: quin potius loquere
ad regẽ, & non negabit me tibi. Noluit autem
*acquiescere præcibus eius, sed præualẽs viri- *Amnon.
bus oppressit eam, & cubauit cũ ea, Et exosam
eã habuit Amnõ odio magno nimis: ita vt ma
ius esset odiũ quo oderat eã: amore quo antè
dilexerat, Dixitq; ei Amnon, Surge & vade.
Quæ respondit ei, Maius est hoc malũ quod
nũc agis aduersum me, quã quod antè fecisti,
expellẽs me. Et noluit audire eam: sed vocato
puero, qui ministrabat ei, dixit, Eijce hanc à
me foras: & claude ostiũ post eã. Quæ induta
erat talari tunica: huiuscemodi enim filiæ regis
virgines vestibus vtebãtur. Eiecit itaq; eã mi-
nister illius foras: clausitq; fores post eã. Quæ
aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tuni-
ca, impositisq; manibus super caput suũ, ibat
ingrediens, & clamãs. Dixit autẽ ei Absalom
frater

frater suus, Nunquid Amnon frater tuus cõcubuit tecum? sed nunc soror tace, frater tuus est: neque affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaq; Thamar contabescens in domo Absalom fratris sui. Cùm aũt audisset rex Dauid ▷.3. verba hæc, contristatus est valde, ▷& noluit contristare spiritũ Amnon filij sui, quoniam diligebat eũ, quia primogenitus erat ei. Porrò non est locutus Absaló ad Amnon nec malum, nec bonum: oderat enim Absalom Amnon, eo quòd violasset Thamar sororem suã.

E Factum est autem post tempus biennij, vt tonderẽtur oues Absalom in Baal-hasor, quæ est iuxta Ephraim: & vocauit Absalom omnes filios regis, venitq; ad regem, & ait ad eũ, Ecce tondentur oues serui tui: veniat oro rex cum seruis suis ad seruum suum. Dixitq; rex ad Absalom, Noli fili mi, noli rogare vt venia mus omnes, & grauemus te. Cùm autem cogeret eum, & noluisset ire, benedixit ei. Et ait *ad Dauid. Absalom*, Si non vis venire, veniat obsecro nobiscum saltem Amnon frater meus. Dixitque ad eum rex, Non est necesse vt vadat tecum. Coegit itaque Absalom eum, & dimisit ▷.6. cum eo Amnon & vniuersos filios regis. ▷Feceratque Absalom conuiuium quasi conuiuium regis. Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens, Obseruate cũ temulentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, percutite eũ, & interficite: nolite timere: ego enim sum qui præcipio vobis: roboramini, & estote viri

F fortes. Fecerunt ergo pueri Absalom aduersus Amnon, sicut præceperat eis Absalom: surgentesque omnes filij regis ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt. Cumque adhuc pergerẽt in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicẽs, Percussit Absalom omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem vnus. Surrexit *Dauid. itaque rex, & scidit vestimenta sua: & cecidit super terram: & omnes serui illius qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua. Respondẽs autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit, Ne æstimet dominus meus rex, quòd omnes pueri filij regis occisi sint: Amnon solus mortuus est, quoniam in ore Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem eius. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens, Omnes

G filij regis occisi sunt: quoniam Amnon solus mortuus est. Fugit autem Absalom, & eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit: & ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere montis. Dixit autem Ionadab ad regem, Ecce filij regis adsunt: iuxta verbũ serui tui sic factum est. Cumque cessasset loqui, apparuerunt & filij regis: & intrantes leuauerunt vocem suam, & fleuerunt: sed & rex & omnes serui eius fleuerũt ploratu magno nimis. Porrò Absalom fugiens, abijt ad Tholomai filium Ammiud regem Gessur. Luxit ergo Dauid filium suum *'multis' diebus. Absalom autem cùm fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis. Cessauitque rex Dauid persequi Absalom, eo quòd consolatus esset super Amnon interitu. *Annos. 1 cantilis. 4



S. *Absalom mulieris Thecuitæ solertia reuocari curat Ioab à Gessur in Ierusalem, de pulchritudine & filijs Absalom, qui biennio post reditum faciem patris non vidit, donec messem Ioab incendi iussit.*

CAP. XIIII.

INtelligẽs autem Ioab filius Saruiæ, quòd A cor regis versum esset ad Absalom, misit Thecuam, & tulit inde mulierem sapientem, dixitque ad eam, Lugere te simula, & induere veste lugubri, & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier iam plurimo tẽpore lugens mortuum: & ingrediẽris ad regem, & loquẽris ad eum sermones huiusmodi. Posuit autem Ioab verba in ore eius. Itaq; cùm ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regem, cecidit coram eo super terrã, & adorauit, & dixit, Serua me rex. Et ait ad eam rex, Quid causæ habes? Quæ respõdit, Heu mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus. Et ancillæ tuæ erant duo filij: qui rixati sunt aduersum se in agro, nullusque erat qui eos prohibere posset: & percussit alter alterum, & interfecit eum. Et ecce cõsurB gens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dicit, Trade eum qui percussit fratrem suum, vt occidamus eum pro anima fratris sui quem interfecit, & deleamus hæredem: & quæ runt extinguere scintillam meam quæ relicta est, vt non supersit viro meo nomen, & reliquiæ super terram. Et ait rex ad mulierẽ, Vade in domum tuam, & ego iubebo pro te. Dixitque mulier Thecuitis ad regem, In me domine mi rex sit iniquitas, & in domum patris mei: rex autem & thronus eius sit innocens. Et ait rex, Qui contradixerit tibi, adduc eum ad me, & vltrà non addet vt tãgat te. Quæ ait, C Recordetur rex Domini Dei sui, vt nõ multiplicen-

triplicentur proximi sanguinis ad vlciscendũ, & nequaquam interficiant filium meum. Qui ait. Viuit Dominus, quia nõ cadet de capillis filij tui super terram. Dixit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad dominum meum regem verbum. Et ait, Loquere. Dixitque mulier, Quare cogitasti huiusce modi rem contra populum Dei, & locutus est rex verbum istud vt peccet, & nõ reducat eiectum suum? Ezc.18.g. 33.c. Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non reuertuntur: ‖nec vult Deus perire animam, sed retractat, cogitans ne penitus pereat qui abiectus est. Nunc igitur veni vt loquar ad dominum meum regem verbum hoc præsente populo. Et dixit ancilla D tua, Loquar ad regem, si quo modo faciat rex *verba. verbum ancillæ suæ. Et audiuit rex, *vt liberaret ancillam suam de manu omniũ qui volebant de hæreditate Domini delere me, & filium meum simul. Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbum domini mei regis sicut sacrificiũ. Sicut enim angelus Domini, sic est dominus meus rex, vt nec benedictione, nec maledictio ne moueatur: vnde & Dominus Deus tuus est tecum. Et respondens rex, dixit ad mulierem, Ne abscõdas à me verbum quod te interrogo. Dixitq; ei mulier, Loquere domine mi rex. Et ait rex, Nunquid manus Ioab tecum E est in omnibus istis? Respondit mulier, & ait, Per salutem animæ tuæ domine mi rex, nec ad sinistram, nec ad dexterã est ex omnibus his quæ locutus est dominus meus rex: seruus enim tuus Ioab, ipse præcepit mihi, & ipse posuit in os ancillæ tuæ omnia verba hæc. Vt verterem figurã sermonis huius, seruus tuus Ioab præcepit istud: tu aũt domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiã angelus Dei, vt intelligas omnia super terrã. Et ait rex ad Ioab, Ecce placatus feci verbũ tuũ: vade ergo, & reuoca puerũ Absalõ. Cadẽsq; Ioab super faciem suam in terrã, adorauit, & benedixit regi: & dixit Ioab, Hodie intellexit seruus tuus quia in*domine mi. ueni gratiam in oculis tuis domine mi rex: F feci enim sermonem *rex serui tui. Surrexit ergo Ioab, & abijt in Gessur, & adduxit Absalom in Ierusalem. Dixit autem rex, Reuertatur in domum suam, & faciem meam non videat. Reuersus est itaque Absalom in domum suam, & faciem regis non vidit. Porrò sicut Absalom, vir nõ erat pulcher in omni Israel, & decorus nimis: à vestigio pedis vsque ad verticem non erat in eo vlla macula. Et quando tondebat capillum (semel autem in anno tõdebatur, quia grauabat eũ cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis, pondere publico. Nati sunt autem Absalom filij tres: & filia vna, nomine Thamar: elegantis formæ. Mansitq; Absalom in Ierusalem duobus annis, & faciem regis non vidit. Misit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cumq; secundò misisset: & ille noluisset venire ad eũ, dixit seruis suis, Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum, habenG tem messem hordeiite igitur, & succendite eum igni. Succenderunt ergo serui Absalom segetem igni. ▷Et venientes serui Ioab, sciſsis ▷.8. vestibus suis, dixerunt, Succenderũt serui Absalom partẽ agri igni'. Surrexitq; Ioab, & venit ad Absalom in domum eius, & dixit, Quare succẽderunt serui tui segetem meam igni? Et respondit Absalom ad Ioab, Misi ad te obsecrans vt venires ad me, & mitterem te ad regem, & diceres ei, Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo vt videam faciem regis: quod si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. Ingressus itaque Ioab ad regem, nũtiauit ei ▷omnia': vocatusq; est Ab- ▷.9. salom, & intrauit ad regem, & adorauit super faciem terræ coram eo: osculatusque est rex Absalom.

S. *Absalom conciliato sibi populi fauore, aduersus patrem coniurat in Hebron, quem pater fugit, paucis cum arca remissis, & inter alios Chusai remittitur, dissipaturus consilium Achitophel.* CAP. XV.

IGitur post hæc fecit sibi Absalom currus A & equites, & quinquaginta viros qui præcederent eum. Et manè consurgens Absalom, stabat iuxta introitum portæ ▷in via,' & ▷.14. omnem virum qui habebat negotium vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se, & dicebat, De qua ciuitate es tu? Qui respondẽs aiebat, Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus. Respondebatque ei Absalom, Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed nõ est qui te audiat constitutus à rege. Dicebatque Absalom, Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium, & iustè iudicẽ? Sed & cùm accederet ad eum homo vt salutaret illum, extendebat manum suam, & apprehendens, osculabatur eum. Faciebatque hoc omni Israel venienti B ad iudicium vt audiretur à rege, & solicitabat corda virorum Israel. Post 'quadraginta' au- *quatuor. 9 tem annos, dixit Absalom ad regem ▷Dauid,' ▷.3. Vadam, & reddam vota mea quæ voui Domino in Hebron. Vouens enim vouit seruus tuus, cùm esset in Gessur Syriæ, dicens, Si reduxerit me Dominus in Ierusalẽ, sacrificabo Domino. Dixitque ei rex Dauid, Vade in pace. Et surrexit, & abijt in Hebrõ. Misit autem Absalom exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens, Statim vt audieritis clangorem buccinæ, dicite, Regnabit Absalom in Hebron. Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati, euntes simplici corde,

& cau-

Universidad de Deusto Biblioteca

C & causam penitus ignorantes. Accersiuit quo
que Absalom Achi-tóphel Gilonitem consi-
liarium Dauid, de ciuitate sua Gilo. "Cumq; "cũ immolaret victimas & facta.5.
immolaret victimas: facta' est coniuratio vali-
da, populusque concurrens augebatur cum
Absalom. Venit igitur nuntius ad Dauid, di-
cens, Toto corde vniuersus Israel sequitur
Absalom. Et ait Dauid seruis suis qui erant cũ
eo in Ierusalẽ, Surgite, fugiamus: neq; enim e-
rit nobis effugium à facie Absalõ: festinate e-
"impellat.7 gredi, ne fortè veniẽs occupet nos, & "impleat
super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in o-
re gladij. Dixeruntque serui regis ad eum, O-
mnia quæcunque præceperit dominus noster
rex, libenter exequemur serui tui. Egressus est
ergo rex, & vniuersa domus eius pedibus suis:
& reliquit rex decem mulieres cõcubinas ad
D custodiendam domum. Egressusq; rex & om-
nis Israel pedibus suis, stetit procul à domo:
& vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum,
& legiones cerethi & phelethi, & omnes Ge
▷.3. thæi ▷pugnatores validi' sexcenti viri qui secu
ti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant
regem. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum,
Cur venis nobiscum? reuertere, & habita cũ
rege, quia peregrinus es, & egressus es de loco
tuo. Heri venisti, & hodie compellêris nobis-
cum egredi? ego autem vadã quo iturus sum:
reuertere, & reduc tecum fratres tuos, & Do-
minus faciet tecum misericordiam & verita-
▷.4. tem, ▷quia' ostẽdisti gratiam & fidẽ. ▷ "Et res-
▷.1. pondit Ethai regi, dicens, Viuit Dominus, &
viuit dominus meus rex: quoniam in quocun
que loco fueris domine mi rex, siue in morte,
siue in vita, ibi erit seruus tuus. Et ait Dauid
E Ethai, Veni, & transi. Et transiuit Ethai Ge-
thæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reli
qua multitudo. Omnesque flebant voce mag
na, & vniuersus populus transibat: rex quoq;
transgrediebatur Torrentem-cedron, & cun-
▷.7. ctus populus incedebat contra viam ▷oliuæ'
quæ respicit ad desertũ. Venit autem & Sadoc
▷.3. ▷sacerdos', & vniuersi Leuitæ cum eo, portã-
tes arcam fœderis Dei, & deposuerunt arcam
fœderis Dei: & ascendit Abiathar, donec ex-
pletus esset omnis populus qui egressus fue-
rat de ciuitate. Et dixit rex ad Sadoc, Reporta
arcam Dei in vrbem: si inuenero gratiam in
oculis Domini, reducet me, & ostendet mihi
eam & tabernaculum suum. Si autem dixerit
mihi.1. mihi, Non places: præstò sum, faciat quod bo
F num est coram se. Et dixit rex ad Sadoc sacer-
dotem, O videns reuertere in ciuitatem in pa
ce: & Achimaas filius tuus, & Ionathan filius
Abiathar duo filij vestri, sint vobiscum. Ecce
ego abscondar in campestribus deserti, donec
veniat sermo à vobis, indicãs mihi. Reporta-
uerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in
Ierusalem, & manserunt ibi. Porrò Dauid as-
cendebat Cliuum-oliuarũ, scandens & flens,
nudis pedibus incedens, & operto capite, sed
& omnis populus qui erat cum eo, operto ca-
pite ascẽdebat plorans. Nuntiatum est autem
Dauid quòd & Achi-tóphel esset in coniura-
tione cum Absalom, dixitque Dauid, Infatua
quæso Domine consiliũ Achi-tóphel. Cum- G
que ascenderet Dauid summitatem montis in
quo adoraturus erat Dominum, ecce occurrit
ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra ple-
no capite. Et dixit ei Dauid, Si veneris mecũ,
eris mihi oneri: si autem in ciuitatem reuerta
ris, & dixeris Absalom, Seruus tuus sum rex,
▷patere me viuere: 'sicut fui seruus patris tui, ▷.5.
sic ero seruus tuus: dissipabis cõsilium Achi-
tóphel. Habes autem tecũ Sadoc & Abiathar
sacerdotes: & omne verbum quodcunque au-
dieris de domo regis, indicabis Sadoc & Abia
thar sacerdotibus. Sunt enim cum eis duo filij
eorum Achimaas filius Sadoc, & Ionathan fi
lius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne
verbum quod audieritis. Veniente ergo Chu-
sai amico Dauid in ciuitatem, Absalom quo-
quæ ingressus est Ierusalem.

S. *Sibæ cibaria adferenti ac detractori cõfert Da uid bona Miphi-bóseth, Semei maledicentem occidi vetat. Absalom Ierusalem ingressus consilio Achi-tóphel ad concubinas patris sui publicè ingreditur.*

CAP. XVI.

A CVmq; Dauid transisset paululùm mõ-
tis verticẽ, apparuit Siba puer Miphi-
bóseth, in occursum eius, cum duobus
asinis, qui onerati erant ducentis panibus, &
centum alligaturis vuæ passæ, & centum mas
sis palatharum, & "duobus vtribus' vini. Et di "vtre.6.
xit rex Sibæ, Quid sibi volunt hæc? Respõdit-
que Siba, *asini, domesticis regis vt sedeant, & *domine mi rex.
panes & palathæ ad vescendum pueris ▷tuis', ▷.1.
vinum autem vt bibat siquis defecerit in deser
to. ‖Et ait rex, Vbi est filius domini tui? Res- Infra.16.b
ponditq; Siba regi, Remansit in Ierusalem,
dicens, Hodie restituet mihi domus Israel reg
num patris mei. Et ait rex Sibæ, Tua sunt om
nia quæ fuerunt Miphi-bóseth. Dixitq; Siba,
Oro vt inueniam gratiam coram te domine
mi rex. ‖Venit ergo rex Dauid vsq; Bahurim: 3.Re.2.b.
& ecce egrediebatur inde vir de cognatione
domus Saul, nomine Semei, filius Gera, pro-
cedebatque egrediens, & maledicebat. Mitte- B
batq; lapides contra Dauid, & contra vniuer
sos seruos regis Dauid: omnis autẽ populus,
& vniuersi bellatores à dextro & à sinistro la
tere regis incedebãt, Ita aũt loquebatur Semei
cum malediceret ▷regi,' Egredere, egredere vir ▷.1.
sanguinum, & vir belial. Reddidit tibi Domi-
nus vniuersum sanguinẽ domus Saul: quoniã
inuasisti

inuasisti regnum pro eo, & dedit Dominus
regnũ in manu Absalom filij tui: & ecce pre-
munt te mala tua, quoniam vir sanguinũ es.
Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi, Quare
maledicit canis hic moriturus domino meo
regi? vadã, & amputabo caput eius. Et ait rex,
Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? dimittite
eum vt maledicat: Dominus enim præcepit
ei vt malediceret Dauid: & quis est qui aude-
at dicere quare sic fecerit? Et ait rex Abisai, &
C vniuersis seruis suis, Ecce filius meus, qui e-
gressus est de vtero meo, quærit animam me-
*nunc.3. *maledicet mihi? am: quanto magis* hic filius Iemini*? dimitti
te eum vt maledicat iuxta præceptũ Domini,
si fortè respiciat Dominus afflictionem meã,
& reddat mihi Dominus bonum pro maledi
ctione hac, die hodierna. Ambulabat itaq; Da
uid, & socij eius per viã cum eo: Semei autem
per iugum montis ex latere, contra illum gra
diebatur, maledicẽs, & mittens lapides aduer-
Dauid sum eum, terramq; spargens. Venit itaq; rex,
"refocillatus est.1. & vniuersus populus cum eo lassus, & "refocil
lati sunt' ibi. Absalom aũt & omnis populus
"Israel.6. "eius' ingressi sunt Ierusalem, sed & Achi-tó-
phel cum eo. Cùm autẽ venisset Chusai A-
rachites amicus Dauid ad Absalõ, locutus est
ad eũ, Salue rex, salue rex. Ad quem Absalom,
Hæc est, inquit, gratia tua ad amicũ tuũ? qua-
re non iuisti cũ amico tuo? Responditq; Chu
D sai ad Absalom, Nequaquam: quia illius ero
quem elegit Dominus, & omnis hic populus
& vniuersus Israel, & cum eo manebo. Sed vt
& hoc inferam, cui ego seruiturus sum? nón-
ne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo
& tibi. Dixt aũt Absalom ad Achi-tóphel, In-
ite consilium, quid agere debeamus. Et ait A-
chi-tóphel ad Absalom, Ingredere ad concu-
binas patris tui, quas dimisit ad custodiendũ
domum: vt cũ audierit omnis Israel quòd fœ-
daueris patrem tuum, roborentur tecum ma-
nus eorũ: Tetenderunt ergo Absalom taber-
Supr.12.c. naculum in solario, ‖ingressusq; est ad con-
cubinas patris sui corã vniuerso Israel. Con-
silium autẽ Achi-tóphel, quod dabat in die-
bus illis, quasi siquis consuleret Deum: sic e-
rat omne consilium Achi-tóphel, & cùm es-
set cum Dauid, & cùm esset cum Absalom.

S. *Chusai dissipat consilium Achi-tóphel, idque per nuntios indicat Dauid, qui consilio Chusai transit Iordanem, quare se suspendit Achi-tó phel: tres amici Dauid munera adferunt ne eius populus necessarijs egens deficeret.*

CAP. XVII.

A DIxit ergo Achi-tóphel ad Absalõ, Eli
gam mihi duodecim millia virorum,
& consurgens persequar Dauid hac
nocte. Et irruens super eum (quippe qui lassus
est, & solutis manibus) percutiam eum: cum-
que fugerit omnis "populus qui cũ eo est, per-
cutiam regem desolatum.' Et reducam vniuer
sum populum, quomodo "vnus homo' reuerti "omnis.6.
solet: vnum enim virum tu quæris: & omnis
populus erit in pace. Placuitq; sermo eius Ab
salom, & cunctis maioribus natu Israel. Ait au
tem Absalom, Vocate* Chusai Arachiten, & *&.4.
audiamus quid etiam ipse dicat. Cumque ve-
nisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eũ,
Huiuscemodi sermonẽ locutus est Achi-tó-
phel: facere debemus an non? quod das consi-
lium? Et dixit Chusai ad Absalom, Nõ est bo B
num consilium quod dedit Achi-tóphel hac
vice. Et rursum intulit Chusai, Tu nosti pa-
trem tuum, & viros qui cum eo sunt, esse for
tissimos & amaro animo, veluti si vrsa rap-
tis catulis in saltu sæuiat: sed & pater tuus vir
bellator est, nec morabitur cum populo. For
sitan nunc latitat in foueis, aut in vno quo
voluerit loco, & cùm ceciderit vnus quilibet
in principio, audiet quicunque audierit, & di
cet, Facta est plaga in populo qui sequebatur
Absalom. Et fortissimus "quisque', cuius cor "ipse.2.
est quasi leonis, pauore soluetur: scit enim o-
mnis ▷populus' Israel fortem esse patrem tu- ▷.2.
um, & robustos omnes qui cum eo sunt. Sed
hoc mihi videtur rectum esse consiliũ, Con- C
gregetur ad te vniuersus * Israel, à Dan vsque *populus.
Bersabee, quasi arena maris innumerabilis: &
tu eris in medio eorum. Et irruemus super eũ
in quocunque loco inuentus fuerit: & operie
mus eum, sicut cadere solet ros super terram:
& non relinquemus de viris qui cum eo sunt,
ne vnum quidem. Quòd si vrbem aliquã fue-
rit ingressus, circundabit omnis Israel ciuita-
ti illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt
non reperiatur ne calculus quidem ex ea. Di-
xitque Absalom, & omnes viri Israel, Melius
est consiliũ Chusai Arachitæ, consilio Achi-
tóphel. Domini autẽ nutu dissipatum est cõ- D
silium Achi-tóphel vtile, vt induceret Domi
nus super Absalom malum. Et ait Chusai Sa-
doc & Abiathar sacerdotibus, Hoc & hoc mo
do consilium dedit Achi-tóphel Absalom, &
senioribus Israel: & ego tale & tale dedi cõsi-
lium. Nunc ergo mittite cito, & nuntiate Da
uid, dicentes, Ne morêris nocte hac in campe-
stribus deserti, sed absq; dilatione transgrede-
re: ne fortè absorbeatur rex, & omnis populus
qui cum eo est. Ionathan aũt & Achimaas sta
bant iuxta Fontem-rogel: abijt ancilla & nun
tiauit eis: & illi profecti sunt, vt referrẽt ad re
gem Dauid nuntiũ: non enim poterant vide-
ri, aut introire ciuitatem, Vidit autẽ eos qui-
dam puer, & indicauit Absalom: illi verò cõ-
cito gradu ingressi sunt domum cuiusdam vi
ri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibu
lo suo, & descenderunt in eum. Tulit autem
mulier

Universidad de Deusto
Biblioteca

mulier, & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas: & sic latuit res. Cumq; venissent serui Absalom in domum ad mulierem, dixerũt, Vbi est Achimaas & Ionathan? Et respondit eis mulier, Transierunt festinãter, gustata paululum aqua. At hi qui quærebant, cùm non reperissent, reuersi sunt in Ierusalem. Cumque abijssent, ascenderunt illi de puteo, & pergentes nuntiauerunt regi Dauid, & dixerunt, Surgite, & transite cito fluF uium: quoniam huiusmodi dedit cõsilium cõtra vos Achi-tophel. Surrexit ergo Dauid, & omnis populus qui cum eo erat, & transierunt Iordanẽ, donec diluceſceret, * & ne vnus quidem resíduus fuit, qui non transisset fluuium. Porrò Achi-tophel videns quòd non fuisset factum cõsilium suum, strauit asinum suum, surrexitque, & abijt in domum suam & in ciuitatem suam: & dispósita domo sua, suspendio interijt, & sepultus est in sepulchro patris sui. Dauid autẽ venit in Castra, & Absalom transijt Iordanem, ipse & omnes viri Israel cum eo. Amasam verò constituit Absalom pro Ioab super exercitum: Amasa autem erat filius viri, qui vocabatur Ietra de Iezraeli, qui ingressus est ad Abigail filiam Naas, soroG rem Saruiæ quæ fuit mater Ioab. Et castrametatus est Israel cũ Absalom in Terra-Galaad. Cumq; venisset Dauid in Castra, Sobi filius Naas de Rabath filiorum Ammon & Machir filius Amihel de Lo-dabar, & Berzellai Galaadites de Rogelim, obtulerunt ei stratoria & tapetia, & vasa fictilia, frumentũ & hordeum & farinam & polentam & fabam & lentem, *oleo. & frixum *cicer & mel & butyrum, oues & pingues vitulos. dederuntq; Dauid, & populo qui cũ eo erat, ad vescendũ: suspicati enim sunt populum fame & siti fatigari in deserto.

*antequam denudaretur verbum.

S. Absalom victus prælio, quercuq; pendens ab Ioab transfoditur, quod audiẽs Dauid amarè eum fleuit.

CAP. XVIII.

AIgitur cõsyderato Dauid populo suo constituit super eos tribunos & centuriones, & dedit populi tertiam partem sub manu Ioab, & tertiam partem sub manu Abisai filij Saruiæ fratris Ioab, & tertiam partem sub manu Ethai, qui erat de Geth: dixitque rex ad populum. Egrediar & ego vobiscum. Et respondit populus, Nõ exibis: siue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit: siue media pars ceciderit è nobis, non satis cu*salus. rabunt: quia tu vnus *pro decem millibus cõputaris: melius est igitur vt sis nobis in vrbe præsidio. Ad quos rex ait, Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portam: egrediebaturq; populus per turmas suas centeni & milleni. Et præcepit rex Ioab & Abisai & Ethai, dicens, Seruate mihi puerum Absalõ. Et omnis populus audiebat præcipiẽB tem regem cunctis principibus pro Absalom. Itaq; egressus est populus in campũ contra Israel, & factum est prælium in saltu Ephraim. Et cæsus est ibi populus Israel ab exercitu Dauid, factaq; est plaga magna in die illa, viginti millium. Fuit aũt ibi prælium dispersum super faciẽ omnis terræ, & multò plures erant quos saltus consumpserat de populo, quàm hi quos vorauerat gladius in die illa. Accidit autẽ vt occurreret Absalom seruis Dauid, sedens mulo: cumq; ingressus fuisset mulus subter condensam quercum & magnam, adhæsit caput eius quercui: & illo suspenso inter cœlum & terram, mulus cui insederat, pertransiuit. Vidit autem hoc quispiam, & nuntiauit Ioab, dicens, Vidi Absalom pendere de quercu, Et ait C Ioab viro qui nuntiauerat ei, Si vidisti, quare non confodisti eum cum terra, & ego dedissem tibi decem argenti siclos, & vnum baltheum? Qui dixit ad Ioab, Si appenderes in manibus meis mille argenteos, nequaquam mitterem manum meam in filium regis: audientibus enim nobis præcepit rex tibi, & Abisai, & Ethai, dicens, Custodite mihi puerum Absalom. Sed & si fecissem cõtra animam meam audacter, nequaquam hoc regem latere potuisset, & tu stares ex aduerso. Et ait Ioab, Nõ sicut tu vis, sed aggrediar eum coram te. Tulit ergo *tres lanceas in manu sua, & infixit *Iosue. 8. eas in corde Absalom: cumque adhuc palpitaret hærens in quercu, cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum. Cecinit autem Ioab buccina, & D retinuit populum, ne persequeretur fugientẽ Israel, volens parcere multitudini. Et tulerunt Absalom, & proiecerunt eum in saltu, in foueam grandem, & comportauerunt super eum aceruum lapidum magnum nimis: omnis autem Israel fugit in tabernacula sua. Porrò Absalom erexerat sibi, cùm adhuc viueret, titulum, qui est in Valle-regis: dixerat enim, Non habeo filium, & hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitque titulum nomine suo, & appellatur, Manus-Absalom: vsque ad hanc diem. Achimaas autem filius Sadoc, ait, Curram & nuntiabo regi quia iudicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum eius. Ad quem Ioab dixit, Non eris nuntius in hac die, sed nuntiabis in alia: hodie nolo te nuntiare, filius enim regis est mortuus. Et ait Ioab E Chusi, Vade, & nuntia regi quæ vidisti. Adorauit Chusi Ioab, & cucurrit. Rursus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab, Quid impedit si etiam ego curram post Chusi? Dixitque ei Ioab, Quid vis currere fili mi? ▷veni ▷.4ª huc', non eris boni nuntij baiulus. Qui respondit.

põdit, Quid enim si cucurrero? Et ait ei, Curre. Currens ergo Achimaas per viam compẽdij, transiuit Chusi. Dauid autem sedebat inter duas portas: speculator verò qui erat in fastigio portæ super murum, eleuans oculos, vidit hominem currentem solum. Et exclamans indicauit regi: dixitque rex, Si solus est, bonus est nuntius in ore eius. Properante autem illo, & accedente propius, vidit speculaF tor hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait, Apparet mihi alter homo currens solus. Dixitq; rex, Et iste bonus est nuntius, Speculator autem, Contemplor, ait, cursum prioris, quasi cursum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex, Vir bonus est: & nuntiũ portans bonum, venit. Clamans autem Achimaas, dixit ad regem, Salue rex. Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait, Benedictus Dominus Deus tuus, qui conclusit homines qui leuauerunt manus suas contra doG minum meũ regem. Et ait rex, Estne pax puero Absalom? Dixitq; Achimaas, Vidi *tumultum magnũ, cùm mitteret Ioab seruus tuus, ô rex, me seruum tuũ: nescio aliud. Ad quem rex, Transi, ait: & sta hîc. Cumque ille transisset, & staret, apparuit Chusi: & veniens ait, Bonum apporto nuntium domine mi rex: iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui surrexerunt contra te. Dixit autem rex ad Chusi, Estne pax puero Absalom? Cui respondens Chusi, Fiant, inquit, sicut puer, inimici domini mei regis, & vniuersi qui consurgunt aduersus eum in malum. Contristatus itaque rex, ascendit cœnaculum portæ, & fleuit. Et sic loquebatur, vadens, Fili mi Absalom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat vt ego moriar pro te Absalom fili mi, fili mi Absalom?

*tumultũ. 6.

S. Dauid Ioab verbis commotus, suos conspiratores sibi reconciliat, & à viris Iuda in Ierusalem reducitur, ac Semei veniam precanti ignoscit, & Miphi-bóseth recipit, iubens vt agros cum Siba diuidat, valedicit ipsi Berzellai retinens secum Chamaam. Israel autem cum Iuda pro Dauid contendit.

CAP. XIX.

ANuntiatum est autem Ioab quòd rex fleret, & lugeret filium suum: & versa est victoria in luctum in die illa omni populo: audiuit enim populus in die illa dici, Dolet rex super filio suo. Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatẽ, quomodo declinare solet populus versus, & fugiẽs de prælio. Porrò rex operuit caput suum, & clamabat voce magna, Fili mi Absalom, Absalom fili mi*. Ingressus ergo Ioab ad regẽ in domũ, dixit, Confudisti hodie vultus omnium seruorum tuorum qui saluam fecerunt animam

*fili mi. 1.

tuam, & animam filiorum tuorũ & filiarum tuarum, & animam vxorum tuarum, & animam concubinarum tuarum. Diligis odientes te, & odio habes diligentes te: & ostendisti hodie quia non curas de ducibus tuis, & de seruis tuis: & verè cognoui modò, quia si Absalom viueret, & omnes nos occubuissemus, tunc placeret tibi. Nunc igitur surge, & pro- B cede: & alloquens satisfac seruis tuis: iuro enim tibi per Dominum, quòd si non exieris, ne vnus quidem remansurus sit tecum nocte hac: & peius erit hoc tibi, quàm omnia mala quæ venerunt super te ab adolescentia tua vsque in præsens. Surrexit ergo rex, & sedit in porta: & omni populo nuntiatum est quòd rex sederet in porta: venitque vniuersa multitudo coram rege, Israel autem fugit in tabernacula sua. Omnis quoque populus certabat in cunctis tribubus Israel, dicens, Rex liberauit nos de manu inimicorum nostrorum, ipse saluauit nos de manu Philisthinorum: & nunc fugit de terra propter Absalõ. Absalom autem quem vnximus super nos, mortuus est in bello: vsquequo siletis, & non reducitis regem? ▷Et consilium totius Israel venit ad re- ▷.12. gẽ: Rex verò Dauid misit ad Sadoc & Abiathar sacerdotes, dicens, Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes, Cur venitis nouissimi C ad reducendum regẽ in domum suam? Sermo aũt omnis Israel peruenerat ad regem in domo eius, ▷quia dixerat rex, Hæc dicetis ad po- ▷.6. pulum Iuda', Fratres mei vos, os meũ, & caro mea vos: quare nouissimi reducitis regem? Et Amasæ dicite, Nõne os meum, & caro mea es? Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, si nõ magister militiæ fueris corã me omni tẽpore pro Ioab. Et inclinauit cor omnium virorum Iuda, quasi viri vnius: miseruntque ad regem, dicentes, Reuertere tu, & omnes serui tui. ‖Et re- 3.Reg.2.b. uersus est rex: & venit vsque ad Iordanem, & ▷omnis' Iuda venit vsq; in Galgala, vt occur- ▷.6. reret regi, & traduceret eum Iordanem. Festinauit aũt Semei filius Gera filij Iemini de Bahurim, et descendit cũ viris Iuda in occursum regis Dauid cum mille viris de Ben-iamin, & Siba puer de domo Saul: & quindecim filij eius, ac viginti serui erant cũ eo: & irrumpẽtes Iordanem, ante regem transierunt vada, vt D traducerent domum regis, & facerẽt iuxta iussionem eius: Semei autem filius Gera prostratus coram rege, cùm iam transisset Iordanem, dixit ad eum, ‖Ne reputes mihi domine mi ini Sup. 16.e. quitatem, neq; memineris iniuriarũ serui tui in die qua egressus es domine mi rex de Ierusalem, neque ponas rex in corde tuo. Agnosco enim seruus tuus peccatum meum: & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioseph, descendique in occursum domini mei regis.

Respon-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Respondens verò Abisai filius Saruiæ, dixit, Nunquid pro his verbis nõ occidetur Semei, quia maledixit Christo Domini? Et ait Dauid. Quid mihi & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in satan? ergóne hodie interficietur vir in Israel? an ignoro hodie me factum regem super Israel? Et ait rex Semei, Nõ
E morieris. Iurauitque ei. Miphi-bóseth quoq; filius Saul descendit in occursum regis illotis pedibus, & intonsa barba: vestesq; suas non lauerat à die qua egressus fuerat rex, vsque ad diem reuersionis eius in pace. Cumque Ierusalem occurrisset regi, dixit ei rex, Quare nõ veneristi mecum Miphi-bóseth? Et respondẽs ait, Domine mi rex, seruus meus contempsit me: dixique ei ego famulus tuus vt sterneret mihi asinum, & ascendens abirem cum rege:
Sup. 16.2. claudus enim sum seruus tuus. ‖ Insuper & accusauit me seruum tuum ad te dominum meum regem: tu autem domine mi rex sicut angelus Dei es, fac quod placitum est tibi. Neque enim fuit domus patris mei, nisi morti obnoxia domino meo regi: tu autem posuisti me seruum tuũ inter cõuiuas mensæ tuæ: quid ergo habeo iustæ querelæ? aut quid possum vltrà vociferari ad regem? Ait ergo ei rex,
Supr. 16.2. Quid vltrà loquêris? fixum est ‖ quod locutus sum: tu & Siba diuidite possessiones. Respondit; Miphi-bóseth regi, Etiam cuncta acci-
F piat, postquàm reuersus est dominus meus rex
3.Re.2.b. pacificè in domum suam. ‖ Berzellai quoque
*senex valde. Galaadites, *descendens de Rogelim, traduxit regem Iordanem, paratus etiam vltrà fluSupr. 17.g. uium prosequi eum. ‖ Erat autem Berzellai Galaadites senex valde, id est octogenarius, & ipse præbuit alimenta regi, cùm moraretur in Castris: fuit quippe vir diues nimis. Dixit itaq; rex ad Berzellai, Veni mecum, vt requiescas securus mecum in Ierusalẽ. Et ait Berzellai ad regẽ, Quot sunt dies annorũ vitæ meæ, vt ascendam cum rege in Ierusalem? Octogenarius sum hodie: nunquid vigent sensus mei ad discernendum suaue aut amarum? aut delectare potest seruum tuum cibus aut potus? vel audire possum vltrà vocẽ cantorum atq; cantatricum? quare seruus tuus sit oneri domi
*precedat. 1. no meo regi? Paululum *procedam' famulus tuus ab Iordane tecum: nõ indigeo hac vicissitudine, sed obsecro vt reuertar seruus tuus,
▷.2. & moriar in ciuitate mea, ▷ & sepeliar' iuxta sepulchrum patris mei & matris meæ. Est au
G tem seruus tuus Chamaam, ipse vadat tecum domine mi rex, & fac ei quicquid tibi bonum videtur. Dixit itaque ei rex, Mecum transeat Chamaam, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit: & omne quod petieris à me, impetrabis. Cumque transisset vniuersus populus &
*restitit. rex Iordanem, *osculatus est rex Berzellai, & benedixit ei: & ille reuersus est in locum suum. Transiuit ergo rex in Galgalã, & Chamaam cum eo: omnis autẽ populus Iuda traduxerat regem, & media tantùm pars affuerat de populo Israel. Itaque omnes viri Israel cõcurrentes ad regem, dixerunt ei, Quare te furati sunt fratres nostri viri Iuda, & traduxerunt regem & domum eius Iordanem, omnesque viros Dauid cum eo? Et respondit omnis vir Iuda ad viros Israel, Quia mihi propior est rex: cur irasceris super hac re? nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data sunt? Et respondit vir Israel ad viros Iuda, & ait, Decem partibus maior ego sum apud regem, *magisq; ad me pertinet Dauid, quàm ad te: cur fecisti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum est priori, vt reducerem regem meum? Durius autem responderunt viri Iuda viris Israel.

*& prior genitus eius sum. 4.



S. *Ioab cum fratre Abisai persequens Sibam filium Bochri mouentem contra Dauid seditionem in Israel, Amasam in via occidit, tandemq; ab obsidione Abelæ, misso Sibæ per murum capite, discedit.* CAP. XX.

ACcidit quoque vt ibi esset vir belial A
nomine Seba filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait, Non est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in fi
▷.1. lio Isai. ▷ reuertere' in tabernacula *tua' Israel. *sub.t.
Et separatus est omnis Israel à Dauid, secutusque est Seba filium Bochri: viri autem Iuda adhæserunt regi suo à Iordane vsque Ierusalem. Cumq; venisset rex in domum suam in Ierusalem, tulit decem mulieres concubinas, quas dereliquerat ad custodiendam domum, & tradidit eas in custodiam, alimenta eis præbens: & nõ est ingressus ad eas, sed erant clausæ vsque in diem mortis suæ in viduitate viuentes. Dixit autem rex Amasæ, Cõuoca mi-B
hi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adesto præsens. Abijt ergo Amasa vt conuocaret Iudam, & moratus est extra placitũ quod
▷.1. ei constituerat ▷ rex.' Ait autẽ Dauid ad Abisai, Nunc magis afflicturus est nos Seba filius Bochri,

Bochri, quàm Absalom: tolle igitur seruos domini tui, & persequere eum, ne fortè inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. Egressi sunt ergo cum eo viri Ioab, cerethi quoque, & phelethi: & omnes robusti exierunt de Ierusalem
G ad persequendum Seba filium Bochri. Cumque illi essent iuxta lapidem grandem qui est in Gabaon, Amasa veniens occurrit eis. Porrò Ioab vestitus erat tunica stricta ad mensuram habitus sui, & désuper accinctus gladio dependente vsque ad ilia, in vagina, qui fabricatus
3.Reg. 2.2 leui motu egredi poterat, & percutere. Dixit itaque Iaob ad Amasam, Salue mi frater. ‖ Et tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi osculans eum. Porrò Amasa non obseruauit
*& mortuus est. gladium, quẽ habebat Ioab: qui percussit eũ in latere, & effudit intestina eius in terram, *nec secundum vulnus apposuit. Ioab autem, & A
bisai frater eius persecuti sunt Seba filium Bo-
D chri. Interea quidam viri, cùm stetissent iuxta cadauer Amasæ, de socijs Ioab, dixerunt, ecce qui esse voluit pro Ioab comes Dauid, Amasa autem conspersus sanguine, iacebat in media via. Vidit hoc quidam vir quòd subsisteret omnis populus ad videndũ eum, & amouit Amasam de via in agrum: operuitque eum vestimento, ne subsisterent transeuntes, propter
eum. Amoto ergo illo de via, transibat omnis
E vir sequens Ioab ad persequẽdum Seba filium Bochri. Porrò ille transierat per omnes tribus Israel vsque in Abelam, & Beth-maacha: omnesque viri electi congregati fuerant ad eum. Venerunt itaque, & oppugnabant eum in Abela' & in Beth-maacha, & circundederunt munitionibus ciuitatem, ‖ & obsessa est vrbs: omnis autem turba quæ erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. Et exclamauit mulier sapiens de ciuitate, Audite, audite, dicite Ioab, Appropinqua huc, & loquar tecum. Qui cùm
F accessisset ad eam, ait illi, Tu es Ioab? Et ille respondit, Ego. Ad quem sic locuta est, Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respondit, Audio.
Deu. 20.c Rursumq; illa, Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio, ‖ Qui interrogant, interrogent in Abela: & sic proficiebant. Nónne ego sum quæ respondeo veritatem in Israel, & tu quæris subuertere ciuitatẽ & euertere matrẽ in Israel? Quare præcipitas hæreditatẽ domini? Respondensq; Ioab, ait, Absit, absit hoc à me: nõ præcipitõ, neq; demoliar. Nõ sic se habet res, sed homo de monte Ephraim Seba, filius Bo-
chri cognomine, leuauit manum suam cõtra
G regem Dauid: tradite illum solum, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab, Ecce caput eius mittetur ad te per murum. Ingressa est ergo ad omnem populum, & locuta est eis sapienter: qui abscissum caput Sebæ filij Bochri proiecerunt ad Ioab. Et ille cecinit tuba, & recesserunt ab vrbe, vnusquisq; in tabernacula sua: Ioab autem reuersus est Ierusalem ad regem. ‖ Fuit ergo Ioab super omnem exercitum Supra. 8.d. Israel: Banaias autem filius Ioiadæ super cerethæos & phelethæos: Aduram verò super tributa: porrò Iosaphat filius Ahilud, à commentarijs: Siua autem, scriba: Sadoc verò & Abiathar, sacerdotes: Ira autem Iairites erat sacerdos Dauid.

S. *Immissa propter Saulis in Gabaonitos peccatum fame triennij, ad illorum petitionem Dauid Saulis reliquias præter Miphibóseth tradit vt crucifigerentur, quarum ossa vnà cum Saulis & Ionathæ ossibus iubet sepulturæ tradi: narrantur & quatuor bella Dauid aduersus Philisthæos.* CAP. XXI.

FActa est quoque fames in diebus Dauid A
tribus annis iugiter: & consuluit Dauid oraculum Domini. Dixitq; Dominus, Propter Saul, & domum ▷ eius ' sanguinum, ▷.1.
quia occidit Gabaonitas. Vocatis ergo Gabaonitis rex, dixit ad eos. (Porrò Gabaonitæ non erant de filijs Israel, sed reliquiæ Amorrhæorum: ‖ filij quippe Israel iurauerant eis, & vo- Iosue. 9.c.
luit Saul percutere eos zelo, quasi pro filijs Israel & Iuda.) Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas, Quid faciam vobis? & quod erit vestri
piaculum: vt benedicatis hæreditati Domini? Dixeruntque ei Gabaonitæ, Non est nobis ▷.1.
super argento & auro quæstio, ▷ sed' contra Saul, & contra domum eius: neque volumus vt interficiatur homo de Israel. Ad quos ▷ rex' ▷.2.
ait, Quid ergo vultis vt faciam vobis? Qui dixerunt regi, Virum qui attriuit nos, & oppressit iniquè, ita delere debemus, vt ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius in cunctis fi
nibus Israel. Dentur nobis septem viri de filijs B
eius, vt crucifigamus eos Domino in Gabaa-
Saul quondam electi Domini. Et ait rex, Ego dabo. Pepercitque rex Miphi-bóseth filio Ionathæ filij Saul, ‖ propter iusiurandum Domi 2.Re. 18.2
ni quod fuerat inter Dauid, & inter Ionathan filium Saul. Tulit itaq; rex duos filios Respha filiæ Aia, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphi-bóseth: & quinque filios Michol filiæ Saul, quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi, & dedit eos in manus Gabaonitarum: qui crucifixerunt eos in monte coram Domino: & ceciderunt hi septem simul occisi in diebus messis primis, incipiente messione hordei. Tollens autem Respha filia Aia, cilicium, substrauit sibi supra petram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de cœlo: & non dimisit aues lacerare eos per diem, neque bestias per noctem. Et nuntiata sunt Dauid quæ fecerat Respha, filia Aia, concubina Saul. Et abijt Dauid, & tulit ossa Saul, & ossa C
Ionathæ filij eius à viris Iabes-Galaad, qui furati

1.Reg. 31.c rati fuerant ea de platea Beth-san, ‖in qua suspenderant eos Philisthijm cùm interfecissent Saul in Gelboe, & asportauit inde ossa Ionathæ filij eius, & colligentes ossa eorum, qui affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul, & Ionathæ filij eius in Terra-Bẽiamin, in latere, in sepulchro Cis patris eius: fecerũtque omnia quæ præceperat rex, & repropitiatus est Deus terræ post hæc. Factũ est autem rursum prælium Philisthinorum aduersum Israel, & descendit Dauid & serui eius cũ eo, & pugnabant contra Philisthijm. Deficiente autem Dauid, Iesbi-benob, qui fuit de genere arapha, cuius ferrum hastæ trecentas vncias appendebat, & accinctus erat ense nouo, nisus est percutere Dauid. Præsidioque ei fuit Abisai filius Saruiæ, & percussum Philisthæum
D interfecit. Tunc iurauerunt viri Dauid, dicentes, Iam non egredieris nobiscum in bel-
1.Pa.20.c. lum, ne extinguas lucernam Israel. ‖Secundum quoque bellum fuit in Gob contra Philisthæos: tunc percussit Sobochai de Husathi,
▷.2. Saph de stirpe arapha ▷de genere gigantum.' Tertium quoque fuit bellum in Gob contra Philisthæos, in quo percussit Adeodatus filius Saltus polymitarius Beth-lehemites Goliath Gethæum, cuius hastile hastæ erat quasi liciatorium texentium. Quartum bellum fuit in Geth: in quo vir fuit excelsus qui senos in manibus pedibusq; habebat digitos, id est vigintiquatuor, & erat de origine arapha. Et blasphemauit Israel: percussit autem eum Ionathan filius Sama fratris Dauid. Hi quatuor nati sunt de arapha in Geth, & ceciderunt in manu Dauid, & seruorum eius.

S. Canticum gratiarum actionis Dauid pro sua ab omnibus inimicis liberatione.

CAP. XXII.

A LOcutus est autẽ Dauid Domino verba carminis huius, in die qua liberauit eum Dominus de manu omnium inimicorum suorum, & de manu Saul. Et ait,

Dominus petra mea, & robur meum, & saluator meus.

Deus fortis meus sperabo in eum: scutum meum & cornu salutis meæ: eleuator meus, & refugium meum: saluator meus, de iniquitate liberabis me.

Psal. 17. 2. ‖Laudabilem inuocabo Dominũ, & ab inimicis meis saluus ero.

Quia circundederunt me cõtritiones mortis: torrentes belial terruerunt me.

Funes inferni circundederunt me: præuenerunt me laquei mortis.

In tribulatione mea inuocabo Dominum, & ad Deum meũ clamabo: & exaudiet de tem
▷.3. plo ▷sancto' suo vocem meam, & clamor meus veniet ad aures eius.

Commota est & contremuit terra, fundamẽta montium concussa sunt & conquassata,
▷.4. quoniam iratus est ▷eis.'

Ascendit fumus de naribus eius, & ignis de ore eius vorabit: carbones succẽsi sunt ab eo.

Et inclinauit cœlos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.

Et ascendit super cherubim, & volauit: & lapsus est super pennas venti.

Posuit tenebras in circuitu suo latibulum: cribrans aquas de nubibus cœlorum.

Præ fulgore in conspectu eius, *succensi sunt B *succē.
carbones ignis.

Tonabat de cœlo Dominus, & excelsus dabit vocem suam.

Misit sagittas* & dissipauit eos: fulgur, & con *ſagit.
sumpsit eos.

Et apparuerunt effusiones maris, & reuelata sunt fundamẽta orbis ab increpatione Domini, ab inspiratione spiritus furoris eius.

Misit de cœlo, & assumpsit me, & extraxit me de aquis multis,

Liberauit me ab inimico meo potentissimo, & ab his qui oderant me: quoniam robustiores me erant.

Præuenit me in die afflictionis meæ, & factus est Dominus firmamentum meum.

Et eduxit me in latitudinẽ: liberauit me, quia complacui ei.

Retribuet mihi Dominus secundum iustitiã meam, & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi.

Quia custodiui vias Domini, & non egi impiè, à Deo meo.

Omnia enim iudicia eius in conspectu meo, & præcepta eius non amoui à me.

Et ero perfectus cum eo, & custodiam me ab iniquitate mea.

Et restituet mihi Dominus secundum iusti-C
tiam meam: & secũdum munditiã manuum mearum, in conspectu oculorum suorum.

Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus.

Cum electo electus eris, & cum peruerso pervertẽris,

Et populum pauperem saluum facies, oculisque tuis excelsos humiliabis.

Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas.

In te enim currã accinctus, in Deo meo transiliam murum.

Deus, immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum: scutum est omnium sperantium in se.

Quis est Deus præter Dominum: & quis fortis, præter Deum nostrum?

Deus qui accinxit me fortitudine, & complanauit perfectam viam meam.

Coæquans

Coæquans pedes meos ceruis, & super excelsa mea statuens me.

Docens manus meas ad prælium, & componens quasi arcum æreum brachia mea.

Dedisti mihi clypeum salutis tuæ, & mansue-
*Psal.2. tudo *mea' multiplicauit me.

Dilatabis gressus meos subtus me, & non deficient tali mei.

D Persequar inimicos meos, & conteram, & nõ conuertar donec consumam eos.

Consumam eos & confringam, vt non consurgant: cadent sub pedibus meis.

Accinxisti me fortitudine ad prælium, incuruasti resistentes mihi subtus me.

Inimicos meos dedisti mihi dorsum: odientes me, & disperdam eos:

Clamabunt, & non erit qui saluet, ad Dominum, & non exaudiet eos.

Delebo eos vt puluerẽ terræ: quasi lutũ platearum comminuam eos atque cõfringam.

Saluabis me à contradictionibus populi mei: custodies me in caput gẽtium: populus quẽ ignoro, seruiet mihi.

Filij alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi.

Filij alieni defluxerunt, & contrahentur in angustijs suis.

Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus fortis salutis meæ.

Deus qui das vindictas mihi, & deijcis populos sub me.

Qui educis me ab inimicis meis, & à resistentibus mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me.

Rom.15.b ‖Propterea confitebor tibi Domine in gentibus, & nomini tuo cantabo.

Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiam christo suo Dauid, & semini eius in sempiternum.

S. Verba nouissima Dauid, & catalogus virorũ ipsius illustrium. CAP. XXIII.

A HAec aũt sunt verba nouissima quæ dixit Dauid filius Isai: Dixit vir cui cõstitutũ est de christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel, Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam.

Dixit Deus Israel mihi, locutus est Fortis Is-
*Ex.1. rael, Dominator hominum, iustus dominator in timore Dei. * Sicut lux auroræ oriente sole, mane absq; nubibus rutilat, & sicut pluuijs germinat herba de terra. Nec tanta est domus mea apud Deum, vt pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum. Cuncta enim salus mea, & omnis vo-
*ec.1. luntas: nec est quicquam ex *ea' quod nõ germinet. Præuaricatores autẽ quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ non tolluntur manibus.

Et siquis tãgere voluerit eas, armabitur ferro & ligno lanceato, igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum. ‖Hæc nomina for-1.Para.11.B
tium Dauid. ▷Dauid' sedens in cathedra sa-▷.3.
pientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. Post hunc Eleazar B
filius Patrui-eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando exprobrauerũt Philisthijm, & congregati sunt illuc in prælium. Cumq; ascendissent viri Israel, ipse stetit & percussit Philisthæos donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio: fecitque Dominus salutem magnam in die illa: & populus qui fugerat, reuersus est ad cæsorum spolia detrahẽda. Et post hunc, Semma filius Age de Arari. & cõgregati sunt Philisthijm in statione: erat quippe ibi ager lẽte plenus. Cũque fugisset populus à facie Philisthijm, stetit ille in medio agri, & tutus est eum, percussitque Philisthæos: & fecit Dominus salutem magnam. Nec non & antè descenderãt tres, qui erant principes inter triginta, & venerant tempore messis ad Dauid in spelũcam Odollam: castra autem Philisthinorum erant posita in Valle-gigantum. Et Dauid erat in præsidio: porro statio Philisthinorum tunc erat in Beth-lehem. Desyderauit ergo Dauid ▷a-▷.17.
quam de lacu,' & ait, O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna quæ est in Beth-lehem iuxta portam. Irruperunt ergo tres fortes ca-C
stra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna Beth-lehem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid: at ille noluit bibere, sed libauit eam Domino, dicens, Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt, & animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere, hæc fecerũt tres robustissimi. Abisai quoque frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de
istis.2. tribus: ipse est qui leuauit hastam suam con-
*illis.1. tra trecentos, quos interfecit, nominatus in *tribus, & inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed vsque ad tres primos non peruenerat. Et Banaias filius Ioiadæ viri fortissimi, magnorum operũ de Cabseel: ipse percussit duos leones Moab, & ipse descendit, & percussit leonem in media cisterna in diebus niuis. Ipse quoq; interfecit virum Aegyptium, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam: itaq; cùm descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Aegyptij, & interfecit eum hasta sua. hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. Et ipse nominatus inter tres ro-D
bustos, qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen vsq; ad tres non peruenerat: fecitque eum sibi Dauid auricularium, à secreto. Asael frater Ioab inter triginta, Elihanã filius Patrui-eius de Beth-lehem, Semma de Haro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

di, Elica de Harodi, Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua, Abi-ezer de Anathoth, Mobonnai de Husati, Selmon Ahohites, Maharái Netophatites, Heled filius Baana, & ipse Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Ben-iamin, Banaia Pharathonites, Heddai de Torrente-Gaas, Abi-albon Arbathites, Azmaueth de Beromi, Eliaba de Salaboni. Filij Iassen, Ionathan. Semma de *Orodi', Ahiam filius Sarar Ararites, Eliphélet filius Aasbai filij Machati, Eliam filium Achithophel Gelonites, Hesrai de carmelo, Pharai de Arbi, Igaal filius Nathã de Soba. *Bonni'de Gadi, Selec de Ammoni, Naharai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, Ira Iethrites, Gareb & ipse Iethrites, Vrias Hethæus, Omnes triginta septem.

*Orori.1.

*Bani.1.

S. *Dauid ob numeratum populum à Gad correptus, ex tribus oblatis pestem triduanã elegit, qua in populum sæuiente, ac 70000. interemptis orat Dauid dominum, & à Gad prophetа admonitus, in arca Areuna dato pretio altare erigit, cessatq; pestis.*

CAP. XXIIII.

A ET addidit furor Domini irasci contra Israel, commouitq; Dauid in eis dicentem*, Vade, numera Israel & Iudam. Dixitq; rex ad Ioab principem exercitus sui, Perambula omnes tribus Israel à Dan vsque Ber-sabee, & numerate populũ, vt sciã numerum eius. Dixitq; Ioab regi, Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuũ, quantus nunc est, iterumq; centuplicet in conspectu domini mei regis: sed quid sibi dominus meus rex vult in re huiuscemodi? Obtinuit autem sermo regis verba Ioab, & principum exercitus: egressusq; est Ioab, & principes militum à facie regis, vt numerarent populum Israel. Cumq; pertransissent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexteram vrbis, quæ est in Valle-Gad: & per Iazer transierũt in Galaad, & in terram inferiorem Hadsi, & venerunt in Dan syluestria. Circumeuntesq; iuxta Sidõnem, transierunt prope mœnia Tyri, & omnem terram Heuæi & Chananæi, venerunt-que ad meridiem Iuda in Ber-sabee: & lustrata vniuersa terra affuerunt post nouem menses & viginti dies, in Ierusalem. Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi, & inuenta sunt de Israel octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium: & de Iuda quingenta millia pugnatorum. Percussit autem cor Dauid eum, postquam numeratus est populus: & dixit Dauid ad Dominum, Peccaui valde in hoc facto: sed precor Domine, vt transferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. Surrexit itaque Dauid manè, & sermõ Domini factus est ad Gad prophetam & videntẽ Dauid, dicẽs, Vade, & loquere ad Dauid, Hæc dicit Dominus, Triũ tibi datur optio, elige vnum quod volueris ex his, vt faciam tibi. Cumque venisset Gad ad Dauid, nuntiauit ei, dicens, Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua: aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequẽtur: aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera, & vide quem respõdeam ei, qui me misit, sermonem. Dixit autem Dauid ad Gad, Coarctor nimis: sed melius est vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quàm in manus hominum. Immisitque Dominus pestilentiam in Israel, de manè vsque ad tempus cõstitutum, & mortui sunt ex populo à Dan vsq; ad Ber-sabee septuaginta millia virorum. Cumque extendisset manum suam angelus Domini super Ierusalem vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictionem, & ait angelo percutienti populum, Sufficit: nunc contine manum tuam, erat autem angelus Domini iuxta aream Areuna Iebusæi. Dixitque Dauid ad Dominum cùm vidisset angelum cædentem populum, Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi: isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur obsecro manus tua contra me, & contra domum patris mei. Venit autem Gad* ad Dauid in die illa, & dixit D ei, Ascende, & constitue altare Domino in area Areuna Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dominus. Conspiciensque Areuna, animaduertit regem & seruos eius transire ad se: & egressus adorauit regem prono vultu in terram, & ait, Quid causæ est vt veniat dominus meus rex ad seruum suum? Cui Dauid ait, Vt emam à te aream, & ædificem altare Domino, & cesset interfectio quæ grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat, & offerat dominus meus rex, sicut placet ei: habes boues in holocaustum, & plaustrũ & iuga boũ in vsum lignorum. Omnia dedit Areuna regi: dixitq; Areuna ad regẽ, Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum. Cui respondens rex, ait, Nequaquam vt vis, sed emam prætio à te, & non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues, argenti siclis quinquaginta: & ædificauit ibi Dauid altare Domino, & obtulit holocausta & pacifica: & propitiatus est Dominus terræ, & cohibita est plaga ab Israel.

*ad Ioab.

*propheta

B

C

D

Liber

Liber Regum tertius: Secundum Hebræos, primus Malachim.



S. *Dauid senio confectum puella Abisag calefacit casta manens, Adonia verò regnũ occupante Beth-sabee directa consilio Nathan impetrauit à Dauid vngi Salomonem in regẽ, quo audito fugit Adonias.*

CAP. I.

A TRex Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies: cumque operiretur vestibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei serui sui. Quæramus, Domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foueat eum, dormiatque in *3.Reg.3. sinu* suo', & calefaciat dominum nostrum regem. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel, & inuenerunt Abisag Sunamitidem, & adduxerũt eam ad regem. Erat autẽ puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege, & ministrabat ei, rex verò non cognouit eam. Adonias aũt filius Haggith eleuabatur, dicens, Ego regnabo. Fecitq; sibi currus & equites, & quinquaginta viros qui currerent ante eum. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens, Quare hoc feciſti? Erat autem & ipse pulcher valde, secundus natu post Absalom. Et sermo ei cum Ioab filio Saruiæ, & cum Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adoniæ. Sadoc verò sacerdos, & Banaias filius Ioiadæ, & Nathan propheta, & *Rei.1.8. Semei, & *cerethi & phelethi', & *robur exercitus Dauid non erat cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus & vitulis, & vniuersis pinguibus iuxta Lapidem-zoheleth, qui erat vicinus Fõti-rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios regis, & omnes viros Iuda seruos regis. Nathan autem prophetam, & Banaiam, & robustos quosq;, & Salomonem fratrẽ suum non vocauit. Dixit itaque Nathan ad Bet-sabee matrẽ Salomonis, Num audisti quòd regnauerit Adonias filius Haggith, & dominus noster Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni, accipe consilium à me, & salua animam tuam, filijque tui Salomonis. Vade, & ingredere ad regem Dauid, & dic ei, Nõne tu domine mi rex iurasti mihi ancillæ tuæ, dicens, Quòd Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo? quare ergo regnat Adonias? Et adhuc ibi te loquente cũ rege, ego veniam post te, & complebo sermones tuos. Ingressa C est itaque Beth-sabee ad regem in cubiculo: rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei, inclinauit se Beth-sabee, & adorauit regem. Ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis? Quæ respondens ait, Domine mi* tu *rex. iurasti per Dominum Deum tuum ancillæ tuæ, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo. Et ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex ignorante. Mactauit boues & pinguia quæque, & arietes plurimos, & vocauit omnes filios regis, Abiathar quoque sacerdotem, & Ioab principem militiæ: Salomonem autem seruum tuum non vocauit. Veruntamen domine mi rex, in te oculi respiciũt totius Israel, vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo domine mi rex post te. Eritque, cùm dormierit dominus meus rex cum patribus suis, erimus ego & filius meus Salomon peccatores. Adhuc illa loquente cũ rege, Nathan propheta venit. Et nunciauerũt regi, dicentes, Adest Nathan propheta. Cumque introisset in conspectum regis, & adorasset eum pronus in terram, dixit Nathan, Domine mi rex, tu dixisti, Adonias regnet post me, & ipse sedeat super thronum meũ? Quia D descendit hodie, & immolauit boues & pinguia & arietes plurimos, & vocauit vniuersos filios regis, & principes exercitus, Abiathar quoque sacerdotem: illisq; vescentibus & bibentibus coram eo & dicẽtibus, Viuat rex Adonias, Me seruum tuum & Sadoc sacerdotẽ, & Banaiam filium Ioiadæ, & Salomonem famulum tuum non vocauit. Nunquid à Domino meo rege exiuit hoc verbum, & mihi non indicasti seruo tuo quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum? Et respondit rex Dauid, dicens, Vocate ad me Bethsabee. Quæ cùm fuisset ingressa coram rege, & stetisset ante eũ, iurauit rex, & ait, Viuit Dominus, qui eruit animam meam de omni angustia, quia sicut iuraui tibi per Dominũ Deum Israel dicens, Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meum

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro me: sic faciam hodie. Summisſoq; Bethſabee in terram vultu, adorauit regem, dicens, Viuat Dominus meus Dauid in æternum. Dixit quoque rex Dauid, Vocate mihi Sadoc ſacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam
E filium Ioiadæ. Qui cùm ingreſsi fuiſſent coram rege, dixit ad eos, Tollite vobiſcum ſeruos domini veſtri, & imponite Salomonem filium meum ſuper mulam meam: & ducite eum in Gihon, & vngat eum ibi Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta in regē ſuper Iſrael*: & canetis buccina, atque dicetis, Viuat rex Salomon. Et aſcendetis poſt eum, & 'venietis', *& ſedebit ſuper ſolium meum, & ipſe regnabit pro me: illiq; præcipiam vt ſit dux ſuper Iſrael & ſuper Iudam. Et reſpondit Banaias filius Ioiadæ, regi, dicens, Amen: ſic loquatur Dominus Deus domini mei regis. Quomodo fuit Dominus cum domino meo rege, ſic ſit cū Salomone, & ſublimius faciat ſoliū eius à ſolio domini mei regis Dauid. Deſcendit ergo Sadoc ſacerdos & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & cerethi, & phelethi: & impoſuerunt Salomonem ſuper mulam regis Dauid, & adduxerunt eum in Gihon. Sumpſitq; Sadoc ſacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus,
F Viuat rex Salomon. Et aſcendit vniuerſa multitudo poſt eum, & populus canentium tibijs, & lætantium gaudio magno, & inſonuit terra à clamore eorum. Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerāt ab eo, iamq; conuiuium finitum erat: ſed & Ioab, audita voce tubæ, ait, Quid ſibi vult clamor ciuitatis tumultuātis? Ad huc illo loquente, Ionathan filius Abiathar ſacerdotis venit: cui dixit Adonias, Ingredere, quia vir fortis es, & bona nuntians. Reſponditq; Ionathan Adoniæ, Nequaquam: Dominus enim noſter rex Dauid regem conſtituit Salomonem: miſitq; cum eo Sadoc ſacerdotem, & Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ, & cerethi & phelethi, & impoſuerunt eum ſuper mulam regis. Vnxeruntq; eum Sadoc ſacerdos, & Nathan propheta regem in Gihon: & aſcenderunt inde lætantes, & inſonuit ciuitas. hæc eſt
G vox quam audiſtis. Sed & Salomon ſedet ſuper ſolium regni. Et ingreſsi ſerui regis: benedixerunt domino noſtro regi Dauid, dicentes, Amplificet Deus nomen Salomonis ſuper nomen tuum, & magnificet thronum eius ſuper thronū tuum. Et adorauit rex in lectulo ſuo, inſuper & hæc locutus eſt, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui dedit hodie ſedentem in ſolio meo, videntibus oculis meis. Territi ſunt ergo, & ſurrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia, & iuit vnuſquiſque in viam ſuam. Adonias autem timens Salomonem, ſurrexit, & abijt & in tabernaculum Domini, tenuitq; cornu altaris. Et nuntiauerunt Salomoni, dicentes, Ecce Adonias timēs regem Salomonem, tenuit cornu altaris, dicens, Iuret mihi rex Salomon hodie quòd nō interficiat ſeruum ſuum gladio. Dixitq; Salomon, Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram: ſinautem malum inuentum fuerit in eo, morietur. Miſit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari, & ingreſſus adorauit regem Salomonem: dixitq; ei Salomon, Vade in domum tuam.

S. Dauid datis Salomoni varijs præceptis moritur, Adonias petens Abiſag in vxorem occidi à Salomone iubetur, Abiathar ſacerdotio priuatur, & tandem Ioab in tabernaculo interficitur, Semei quoque, quia cōtra præſcriptum egreſſus eſt Ieruſalem, occiditur. CAP. II.

APpropinquauerūt autem dies Dauid vt moreretur, præcepitq; Salomoni filio ſuo, dicens, *Ego ingredior viam vniuerſæ terræ: confortare, & eſto vir. *Et obſerua vt' cuſtodias mādata' Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & cuſtodias ceremonias eius, & præcepta eius, & iudicia, & teſtimonia, ſicut ‖ſcriptum eſt in lege Moyſi: vt intelligas vniuerſa quæ facis, & quocunque te verteris: Vt cōfirmet Dominus ſermones ſuos, quos locutus eſt de me, dicens, Si cuſtodierint filij tui 'vias meas', & ambulauerint coram me in veritate, in omni corde ſuo, & in omni anima ſua, non auferetur tibi vir de ſolio Iſrael. Tu quoque noſti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Iſrael, ‖Abner filij Ner, & ‖ Amaſæ filio Iether: quos occidit, & effudit ſanguinem belli in pace, & poſuit cruorem prælij in baltheo ſuo, qui erat circa lumbos eius, & in calceamento ſuo quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta ſapientiam tuam, & non deduces canitiem eius pacificè ad inferos. Sed & filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiam, eruntq; comedentes in menſa tua: ‖occurrerunt enim mihi quando fugie bam á facie Abſalom fratris tui. Habes quoq; apud te Semei filium Gera filij Iemini de Bahurim, ‖qui maledixit mihi maledictione peſſima, quando ibam ad Caſtra: ſed qui ‖deſcendit mihi in occurſum cùm tranſirem Iordanem, & iuraui ei per Dominū, dicens, Non te interficiam gladio: tu noli pati eum eſſe inno xium. Vir aūt ſapiens es, 'vt ſcias quæ facies ei, 'et deduces' q; canos eius cū ſanguine ad inferos. ‖Dormiuit igitur Dauid cum patribus ſuis, & ſepultus eſt in Ciuitate-Dauid. Dies aūt quibus regnauit Dauid ſuper Iſrael, quadraginta anni ſunt: in Hebron regnauit ‖ſeptem annis: in Ieru-

ſalem, *triginta tribus. ‖Salomon autem ſedit ſuper thronum Dauid patris ſui, & firmatum eſt regnum eius nimis. Et ingreſſus eſt Adonias filius Haggith ad Beth-ſabee matrem Salomonis. Quæ dixit ei, Pacificúſne eſt ingreſſus tuus? Qui reſpondit, Pacificus. Addiditq;, Sermo mihi eſt ad te. Cui ait, Loquere. Et ille, Tu, inquit, noſti quia meum erat regnum, & me præpoſuerat omnis Iſrael ſibi in regem: ſed tranſlatum eſt regnum, & factū eſt fratris mei: à Domino enim conſtitutum eſt ei. Nūc ergo petitionem vnam precor à te, ne confundas faciem meam. Quæ dixit ad eum, Loquere. Et ille ait, Precor vt dicas Salomoni regi (neq; enim negare tibi quicquā poteſt) vt det mihi Abiſag Sunamitidem vxorem. Et ait Beth-ſabee, Bene, ego loquar pro te regi. Venit ergo Beth-ſabee ad regem Salomonem, vt loqueretur ei pro Adonia: & ſurrexit rex in occurſum eius, adorauitq; eam, & ſedit ſuper thronū ſuum: poſitusq; eſt thronus matri regis, quæ ſedit ad dexterā eius. Dixitq; ei, Petitionem vnam paruulam ego deprecor à te, ne cōfundas faciem meā. Et dixit ei rex, Pete mater mea: neq; enim fas eſt vt auertam faciem tuam. Quæ ait, Detur Abiſag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Reſponditq; rex Salomō, & dixit matri ſuæ, Quare poſtulas Abiſag Sunamitidē Adoniæ? poſtula ei & regnū: ipſe eſt enim frater meus maior me, & habet Abiathar ſacerdotem, & Ioab filiū Saruiæ. Iurauit itaq; rex Salomon per Dominū, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia cōtra animam ſuam locutus eſt Adonias verbū hoc. Et nūc viuit Dominus qui firmauit me, & collocauit me ſuper ſoliū Dauid patris mei, & qui fecit mihi domū, ſicut locutus eſt, quia hodie occidetur Adonias. Miſitq; rex Salomon per manū Banaiæ filij Ioiadæ, qui interfecit eū, & mortuus eſt. Abiathar quoq; ſacerdoti dixit rex, Vade in Anathoth ad agrum tuū, & quidem vir mortis es: ſed hodie te non interficiā, quia portaſti arcam Domini Dei corā Dauid patre meo, & ſuſtinuiſti laborem in omnibus in quibus laborauit pater meus. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non eſſet ſacerdos Domini, ‖vt impleretur ſermo Domini quem locutus eſt ſuper domū Heli in Silo. Venit autē nuntius ad 'Salomonem' quòd Ioab declinaſſet poſt Adoniam, & poſt Salomonem non declinaſſet: fugit ergo Ioab in tabernaculum Domini, & apprehendit cornu altaris. Nuntiatumq; eſt regi Salomoni quòd fugiſſet Ioab in tabernaculū Domini, & eſſet iuxta altare: miſitq; Salomon Banaiā filiū Ioiadæ, dicens, Vade, interfice eū. Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit ei, Hæc dicit rex, Egredere. Qui ait, Non egrediar, ſed hic moriar. Renunciauit Banaias regi ſermonē, dicens, Hæc locutus eſt Ioab, & hæc reſpondit mihi. Dixitq; ei rex, Fac ſicut locutus eſt: & interfice eū, & ſepeli, & amouebis ſanguinē innocentē, qui effuſus eſt à Ioab, à me, & à domo patris mei. Et reddet Dominus ſanguinē eius ſuper caput eius, quia interfecit duos viros iuſtos, melioresq; ſe, & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorante: ‖Abner filiū Ner principem militiæ Iſrael, ‖& Amaſam filium Iether principē exercitus Iuda: & reuertetur ſanguis illorū in caput Ioab, & in caput ſeminis eius in ſempiternum: Dauid autē & ſemini eius, & domui & throno illius ſit pax vſq; in æternum à Domino. Aſcendit itaque Banaias filius Ioiadæ, & aggreſſus eum interfecit, ſepultusq; eſt in domo ſua in deſerto. Et conſtituit rex Banaiam filium Ioiadæ pro eo ſuper exercitum, & Sadoc ſacerdotem poſuit pro Abiathar. Miſit quoq; rex, & vocauit Semei, dixitq; ei, Aedifica tibi domum in Ieruſalem, & habita ibi: & non egredieris inde huc, atque illuc. Quacunque autem die egreſſus fueris, & tranſieris Torrentē cedron, ſcito te interficiendum: ſanguis tuus erit ſuper caput tuum. Dixitq; Semei regi, Bonus ſermo: ſicut locutus eſt dominus meus rex, ſic faciet ſeruus tuus. Habitauit itaq; Semei in Ieruſalem diebus multis. Factum eſt autem poſt annos tres vt fugerēt ſerui Semei ad Achis filiū Maacha regem Geth: nuntiatumq; eſt Semei quòd ſerui eius eſſent in Geth. Et ſurrexit Semei, & ſtrauit aſinum ſuum, iuitq; ad Achis in Geth ad requirendum ſeruos ſuos, & adduxit eos de Geth. Nuntiatum eſt autem* Salomoni quòd iſſet Semei in Geth de Ieruſalem, & rediiſſet. Et mittens vocauit eum, dixitq; illi, Nónne teſtificatus ſum tibi per Dominū, & prædixi tibi. Quacunque die egreſſus 'fueris' huc & illūc, ſcito te eſſe moriturum? & reſpōdiſti mihi, Bonus ſermo quē audiui. Quare ergo non cuſtodiſti iuſiurandū Domini, & præceptum quod præceperā tibi? Dixitq; rex ad Semei, Tu noſti omne malum: cuius tibi cōſcium eſt cor tuū, quod feciſti Dauid patri meo: reddidit Dominus malitiam tuā in caput tuū. Et rex Salomō benedictus, & thronus Dauid erit ſtabilis corā Domino vſq; in ſempiternum. Iuſſit itaque rex Banaiæ filio Ioiadæ: qui 'aggreſſus', percuſit eum, & mortuus eſt.

S. Salomon accepta in vxorem filia Pharaonis ſapientiam in ſomno petit, quam vnà cum diuitijs & gloria accipit, & primum in meretricum dirimenda lite oſtendit.

CAP. III.

COnfirmatum eſt igitur regnū in manu Salomonis, & affinitate cōiunctus eſt Pharaoni regi Aegypti: accepit nā-

Universidad de Deusto Biblioteca

que filiam eius,& adduxit in ciuitatẽ Dauid, donec compleret ædificãs domũ ſuam, & domum Domini, & murũ Ieruſalem per circuitum. Attamen populus immolabat in excelſis:non enim ædificatum erat templum nomini Domini vſque in diem illum. Dilexit aũt Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris ſui, excepto quòd in excelſis immolabat, & accendebat thymiama. Abijt itaq; *in Gabaon, vt immolaret ibi:illud quippe erat excelſum maximũ: mille hoſtias in holocauſtum obtulit Salomõ ſuper altare illud in Gabaon. Apparuit autem Dominus Salomoni per ſomnium nocte,dicens, Poſtula quod vis vt dem tibi. Et ait Salomõ, Tu feciſti cum ſeruo tuo Dauid patre meo miſericordiam magnam,ſicut ambulauit in conſpectu tuo in veritate & iuſtitia,& recto corde tecum: cuſtodiſti ei miſericordiam tuam grandem, & dediſti eum filium ſedentem ſuper thronum eius, B ſicut eſt hodie. Et nunc Domine Deus, tu regnare feciſti ſeruũ tuũ pro Dauid patre meo: ego aũt ſum puer paruulus, & ignorãs egreſſum & introitũ meũ. Et ſeruus tuus in medio eſt populi,quem elegiſti, populi infiniti, qui numerari & ſupputari non poteſt præ multitudine. Dabis ergo ſeruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare poſsit, & diſcernere inter bonum & malum. quis enim poterit iudicare populum iſtum, populum tuum hunc multum? Placuit ergo ſermo coram Domino, quòd Salomon poſtulaſſet huiuſcemodi rem. Et dixit Dominus Salomoni, Quia poſtulaſti verbum hoc, & non petiſti tibi dies multos,nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, ſed poſtulaſti tibi ſapientiam ad diſcernendum iudicium: ecce feci tibi ſecundũ ſermones tuos, & dedi tibi cor ſapiens & intelligens, in tantum vt nullus ante te ſimilis tui fuerit,nec poſt te ſurrecturus ſit. ‖Sed & hæc quæ non poſtulaſti dedi tibi, diuitias ſcilicet & gloriam, vt nemo fuerit ſimilis tui in regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaueris in vijs meis,& cuſtodieris præcepta mea & C mandata mea,ſicut ambulauit *pater tuus,lõgos faciem dies tuos. Igitur euigilauit Salomõ,& intellexit quòd eſſet ſomnium: cumq; veniſſet Ieruſalem, ſtetit coram arca fœderis Domini,& obtulit holocauſta, & fecit victimas pacificas & grande conuiuium vniuerſis famulis ſuis. Tunc venerũt duæ mulieres meretrices ad regem, ſteterũtq; corã eo,quarum vna ait, Obſecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna:& peperi apud eam in cubiculo. Tertia aũt die poſt quã ego peperi, peperit & hæc: & eramus ſimul, nulluſq; alius nobiſcum in domo,exceptis nobis duabus. Mortuus eſt autem filius mulieris huius nocte:dormiens quippe oppreſsit eum. Et conſurgens intempeſtæ noctis ſilentio, tulit filium meũ de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in ſinu ſuo,ſuum aũt filiũ, qui erat mortuus,poſuit in ſinu meo. Cumq; ſurrexiſſem mane vt darem lac filio meo,apparuit mortuus:quem diligentius intuens clara luce deprehendi non eſſe meum quẽ genueram. Reſpondit q; altera mulier, Nõ eſt ita ▷vt dicis',ſed filius tuus mortuus eſt,meus autem D viuit. Econtrario illa dicebat, Mentiris: filius quippe meus viuit,& filius tuus mortuus eſt. Atq; in hunc modum cõtendebant corã rege. Tunc rex ait,Hæc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus mortuus eſt: Et iſta reſpõdit. Non, ſed filius tuus mortuus eſt,meus autem viuit. Dixit ergo rex, Afferte mihi gladiũ. Cumq; attuliſſent gladiũ corã rege, Diuidite,inquit, infantem viuum in duas partes, & dimidiam partem vni,& dimidiam partem alteri. Dixit autem mulier cuius filius erat viuus, ad regem(commota ſunt quippe viſcera eius ſuper filio ſuo,) Obſecro domine,date illi infantem viuum,& nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat, Nec mihi,nec tibi ſit, ſed diuidatur. Reſpondit rex,& ait, Date huic infantem viuũ, & nõ occidatur:hæc eſt enim mater eius. Audiuit itaque omnis Iſrael iudiciũ quod iudicaſſet rex,& timuerũt regem, videntes ſapientiam Dei eſſe in eo ad faciendum iudiciũ.

Salomon.

In Gabaon apparuit dominus. 3.

Dauid. 2.

S. Numerãtur principes ac præfecti Salomonis, apparatus ciborum ipſius, pacis q; ſecuritas eo regnante, & numerus parabolarum atque cantorum eius.

CAP. IIII.

ERat autem rex Salomon regnans ſuper A omnem Iſrael: & hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc *ſacerdotis: *ſacerdos.* Elihóreph & Ahia filij Siſa, ſcribæ: Ioſaphat filius Ahilud,à commentarijs: Banaias filius Ioiadæ,ſuper exercitũ: Sadoc autem & Abiathár,ſacerdotes: Azarias filius Nathan, ſuper eos qui aſsiſtebant regi: Zabud filius Nathan, ſacerdos amicus regi: & Ahiſar præpoſitus domus: & Adoniram filius Abda ſuper tributa. Habebat autem Salomon duodecim præfectos ſuper omnem Iſrael qui præbebant annonam regi, & domui eius: per ſingulos enim menſes in anno, ſinguli neceſſaria miniſtrabant. Et hæc nomina eorum: Ben-hur, in monte Ephráim. Ben-décar,in Macces, & in Sálebim,& in Beth-ſames & in Elon,& in Beth-hanán. Beth-héſed in Aruboth: ipſius *erat Socho,& omnis terra Epher. Ben-abinadab, cuius omnis Nephath-dor, Tapheth filiã Salomonis habebat vxorem. Bana filius Ahilud regebat Thanach & Mageddo, & vniuerſam Beth-ſan, quæ eſt iuxta Sárrhana ſubter Iezrahel, *mihi.*

Sapi.7.b.

rahel, à Bet-ſan vſque Abel-mehula è regione Iecmaan. Ben-gáber in Ramoth-galaad: habebat Auoth-iair filij Manaſſe in Galaad, ipſe præerat in omni regione Argob, quæ eſt in Baſan,ſexaginta ciuitatibus magnis atque muratis,quæ habebant ſeras æreas. Ahinadad filius Addo præerat in Manáim. Achimaas in Nephthali:ſed & ipſe habebat Báſemath filiã Salomonis in coniugio. Baana filius Huſi,in Aſer, & in Baloth. Ioſaphat filius Pharúe, in Iſſachar: Semei filius Ela,in Bẽ-iamin. Gaber *&. filius Vri,in terra Galaad, *in terra Sehon regis Amorrhæi, & Og regis Baſan, ſuper omnia quæ erãt in illa terra. Iuda & Iſrael innumerabiles, ſicut arena maris in multitudine C comedentes,& bibentes,atque lætantes. ‖Sa- Ecc.47.c. lomon autem erat in ditione ſua, habens om- 3.Reg. nia regna ▷ſecum' à flumine Terræ-Philiſthijm vſque ad terminum Aegypti: offerentium ſibi munera,& ſeruientiũ ei cunctis diebus vitæ eius. Erat autẽ cibus Salomonis per dies ſingulos triginta cori ſimilæ,& ſexaginta cori farinæ,decem boues pingues,& viginti boues paſcuales, & centum arietes,excepta venatione ceruorum,caprearum, atque bubalorum,& auium altilium. Ipſe enim obtinebat omnem regionem quæ erat trans Flumẽ, 3.Reg. ▷quaſi' à Thaphſa vſque ad Gazam,& cũctos reges illarum regionum: & habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatq; Iuda & Iſrael abſque timore vllo,vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficu ſua,à Dan vſque Ber-ſabee cunctis diebus Salomonis. Et habebat Salo- 2.Par.9.f. mon ‖quadraginta millia præſepia equorum D currilium,& duodecim millia equeſtriũ. Nutriebantq; eos ſupradicti regis præfecti: ſed & neceſſaria menſæ regis Salomonis cum ingenti cura præbebant in tempore ſuo. Horde um quoque, & paleas equorum & iumentorum deferebant in locum vbi erat rex, iuxta Ecc.47.c. conſtitutum ſibi. ‖Dedit quoq; Deus ſapientiam Salomoni,& prudẽtiam multam nimis, & latitudinem cordis, quaſi arenam quæ eſt in littore maris. Et præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium Orientalium, & Aegyptiorum, & erat ſapientior cunctis hominibus: ſapientior Ethan Ezrahite, & Heman & Chalcol, & Dorda filijs Mahol: & erat nominatus in vniuerſis gentibus per circuitum. Locutus eſt quoque Salomon tria millia parabolas & fuerũt carmina eius quinque millia. Et diſputauit ſuper lignis à cedro, quæ eſt in Libano, vſque ad hyſſõpum que egreditur de pariete: & diſſeruit de iumentis & volucribus, & reptilibus & piſcibus. Et venie bant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis regibus terræ, qui audiebant ſapientiam eius.



S. Concedit Hiram Salomoni ad templi ædificationem cæſores lignorum, quibus Salomõ tribuit cibaria, numerus cæſorum, portantium onera, latomorum, & præfectorum eorum.

CAP. V.

MIſit quoque Hiram rex Tyri ſeruos A ſuos ad Salomonẽ: audiuit enim quòd ipſum vnxiſſent regem *pro patre eius: quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. Miſit aũt Salomon ad Hiram,dicẽs, Tu ſcis voluntatem Dauid patris mei,& quia nõ potuerit ædificare domũ nomini Domini Dei ſui propter bella imminentia per circuitum, donec daret Dominus eos ſub veſtigio pedum eius. Nũc autem requiem dedit *Deus meus mihi per circuitum: & nõ eſt ſatan,neque occurſus malus. Quam ob rem cogito ædificare templum nomini ‖Domini Dei mei. 2.Reg.7.b ſicut locutus eſt Dominus Dauid patri meo, 1.Par.22.c dicens, Filius tuus quem dabo pro te ſuper ſo B lium tuũ, ipſe ædificabit domũ nomini meo. Præcipe igitur vt præcidãt mihi ▷ſerui tui'cedros de Libano, & ſerui mei ſint cum ſeruis tuis: mercedem aũt ſeruorum tuorũ dabo tibi quamcunq; petieris: ſcis enim quomodo non eſt in populo meo vir qui nouerit ligna cædere ſicut Sidonij. Cũ ergo audiſſet Hiram verba Salomonis, lætatus eſt valde, & ait, Benedictus Dominus Deus hodie, qui dedit Dauid filium ſapientiſsimum ſuper populum hunc plurimum. Et miſit Hiram ad Salomonem, dicens, Audiui quæcunque mandaſti mihi: ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis. Serui mei deponẽt ea de Libano ad mare: & ego componã ea in ratibus in mari, vſque ad locum quem ſignificaueris mihi, & applicabo ea ibi, & tu tolles ea: præbebiſq; neceſſaria mihi, vt detur cibus domui meæ. Itaque Hiram dabat Salo- C moni ligna cedrina, & ligna abiegna, iuxta omnem voluntatem eius. Salomon aũt præbebat Hiram viginti millia coros tritici in cibum domui eius,& viginti coros puriſsimi olei: hæc tribuebat Salomon Hirã per ſingulos annos. Dedit quoque Dominus ſapientiam

super Iſrael.

Dominus. 1.

Salomo-

Universidad de Deusto Biblioteca

Supra.3.b. Salomoni, ||sicut locutus est ei: & erat pax inter Hiram & Salomonem, & percusserunt ambo fœdus. Elegitque rex Salomon operarios de omni Israel, & erat indictio triginta millia virorum. Mittebatq; eos in Libanum, decem millia per mēses singulos vicissim, ita vt duobus mensibus essent in domibus suis: & Adoniram erat super huiuscemodi indictionem.
D Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum qui onera portabant: & octoginta millia latomorum in monte: absque præpositis qui præerant singulis operibus, numero triū millium, & trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant opus. Præcepitque rex vt tollerent lapides grandes, lapides pretiosos in fundamētum templi, & quadrarent eos: quos dolauerunt cæmentarij Salomonis, & cæmentarij Hiram: porrò Giblij præparauerunt lingna & lapides ad ædificandam domum.

S. *Figura & fabrica templi quo ad præcipuas eius partes interiores & exteriores.*

CAP. VI.

A 1.Par.3.a. F||Actū est ergo quadringētesimo & octogesimo anno egressionis filiorum Israel de Terra-Aegypti, in anno quarto (mense Zio, ipse est mensis secundus) regni Salomonis super Israel, ædificare cœpit domū Domino. Domus autem quam ædificabat rex Salomon Domino, habebat sexaginta cubitos in longitudine, & viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. Et porticus erat ante templum viginti cubitorum longitudinis, iuxta mensuram latitudinis templi: & habebat decem cubitos latitudinis ante faciem templi. Fecitq; in templo fenestras obliquas. Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrum, in parietibus domus per circuitum templi & oraculi, & fecit latera in circuitu. Tabulatum quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & medium tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertium tabulatum septem habens cubitos latitudinis. Trabes autem posuit in domo per circuitum forinsecus, vt nō hærerent muris templi. Domus autem cùm ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in domo cùm ædificaretur. Ostium lateris medij in "pariete' erat domus dextræ: & per cochleam ascendebant in mediū cœnaculum, & à medio in tertium. "parte.5.

B Et ædificauit domum, & cōsummauit eam: texit quoque domum laquearibus cedrinis. Et ædificauit tabulatum super omnem domum quinq; cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis. Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens, Domus hæc quam ædificas, si ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea: firmabo sermonē meum tibi, ||quē locutus sum ad Dauid patrē tuum. 2.Reg.7.d. 1.Para.22.b.c. Et habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquam populum meum Israel. Igitur ædificauit Salomon domum, & consummauit eam. Et ædificauit parietes domus intrinsecus, tabulatis cedrinis: à pauimento domus vsque ad summitatem parietum, & vsque ad laquearia, *operuit lignis cedrinis intrinsecus: & texit pauimentum domus tabulis abiegnis. *&. Aedificauitque viginti cubitorum ad posteriorem partem templi tabulata cedrina, à pauimento vsque ad superiora: & fecit interiorem domum oraculi in Sanctum sanctorum. C Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum tēplum pro foribus oraculi. Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas, & iuncturas suas fabrefactas, & cælaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete. Oraculum autem in medio domus, in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcā fœderis Domini. Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atque vestiuit auro purissimo. sed & altare vestiuit cedro. Domum quoq; ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis. Nihilque erat in templo quod non auro tegeretur: sed & totum altare oraculi texit auro. Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum, decem cubitorum altitudinis. Quinque cubitorum ala cherub vna, & quinque cubitorum ala cherub altera: id est decem cubitos habentes, à summitate alæ vnius vsq; ad alæ alterius summitatē. Decem quoq; cubitorum erat cherub secundus: in mensura pari, & opus vnum erat in duobus cherubim, id est altitudinē habebat vnus cherub decem cubitorum, & similiter cherub secundus. Posuitq; cherubim in medio templi interioris: extendebāt autem alas suas cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala cherub secundi tangebat parietem alterum: alæ autem ▷alteræ' in media parte templi se inuicem contingebāt. ▷.i. D Texit quoq; cherubim auro. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit varijs cælaturis & torno: & fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas varias, quasi prominentes de pariete, & egredientes. Sed & pauimentū domus texit auro intrinsecus & extrinsecus. *duo. Et in ingressu oraculi fecit *ostiola de lignis oliuarum, postesq; angulorum quinque. Et duo ostia de lignis oliuarum: & sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro: & operuit tam cherubim, quàm palmas, & cætera auro. Fecitq; in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos: & duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus: & vtrunq; ostium duplex erat, & se inuicem tenens aperiebatur. Et sculpsit cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes: operuitq; omnia laminis aureis opere quadro ad regulā. Et ædificauit atrium interius tribus ordinibus lapidum politorum, & vno ordine lignorum cedri. Anno quarto fundata est domus Domini in mense Zio: & in anno vndecimo, mense Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtensilibus suis: ædificauitque eam annis septem.

S. *Palatiū Salomonis, domus saltus atq; vxoris eius, varia & sumptuosissima templi supellex.*

CAP. VII.

A Inf.9.b. DOmum autem suam ædificauit Salomon ||tredecim annis & ad perfectum vsq; perduxit. Aedificauit quoq; domum saltus Libani centū cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorum latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis: & quatuor deambulacra inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in colūnas. Et tabulatis cedrinis vestiuit totā cameram: quæ quadraginta quinque columnis sustentabatur. Vnus aūt ordo habebat columnas quindecim contra se inuicem positas, & eregione se respicientes, æquali spatio inter colūnas, & super colūnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia. Et porticū columnarū fecit quinquaginta cubitorum longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in facie maioris porticus, & colūnas, & epistilia super columnas*. *fecit. Porticum quoque solij, in qua tribunal est, fecit: & texit lignis cedrinis à pauimento vsq; ad summitatem. Et domūcula in qua sedebatur ad iudicandum, erat in media B Sup.3.a. porticu simili opere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (||quam vxorem duxerat Salomon) tali opere, quali & hanc porticum. Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quandam atque mensuram tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant: à fundamento vsque ad summitatem parietum, & "intrinsecus' vsque ad atrium maius. "extrinsecus.1. Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decem siue octo cubitorum. Et désuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erant, similiterque de cedro. Et atrium maius rotundum trium ordinum de lapidibus sectis, & vnius ordinis de dolata cedro: nec non & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus. Misit quoq; rex Salomon, & tulit Hiram de Tyro, filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, parte Tyrio, artificem ærarium, & plenum sapientia, & intelligentia, & doctrina ad faciendum omne opus ex ære. Qui cùm venisset ad regem Salomonem, fecit omne opus eius. Et finxit duas columnas æreas, decem & octo cubitorum altitudinis columnam vnam: & ||linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtranque. Iere. 52.e. Duo quoque capitella fecit, C quæ ponerentur super capita columnarū, fusilia ex ære: quinque cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum: & quasi in modum retis, & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum. Vtrunq; capitellum columnarum fusile erat: septena versuum retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero. Et perfecit columnas, & duos ordines, per circuitum retiaculorum singulorum, vt tegerent capitella quæ erant super summitatem, malogranatorum: eodē modo fecit & capitello secundo. Capitella autem quæ erāt super capita columnarum, quasi opere lilij fabricata erant, in porticu, quatuor cubitorum. Et rursum alia capitella in summitate columnarum désuper iuxta mensurā columnæ contra retiacula: malogranatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi. Et statuit duas columnas in porticu templi: cumque statuisset columnam dexteram, vocauit eam nomine Iachim: similiter erexit columnam secundam, & vocauit nomen eius Booz. Et super capita columnarum opus in modum lilij posuit: perfectumq; est opus columnarum. Fecit quoque mare fusile decem D cubitorum à labio vsque ad labium, rotūdum in circuitu: quinq; cubitorum altitudo eius, & resticula triginta cubitorū cingebat illud per circuitum. Et sculptura subter labium circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines sculpturarum histriatarum erāt fusiles. Et "stabant' super duodecim boues, è quibus tres respiciebant ad Aquilonem, & tres ad Occidentem, & tres ad Meridiem, & tres ad Orientem: & mare super eos désuper erat: quorum posteriora vniuersa intrinsecus latitabant. "stabat.1. Grossitudo autem lutêris, trium vnciarum erat: labiumque eius, quasi labium calicis, & folium repandi lilij: duo millia batos capiebat, ▷ & tria millia metretas'. ▷.4. Et fecit decem bases æneas quatuor cubitorum longitudinis bases singulas, & quatuor cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis. Et ipsum opus basium, interrasile erat: & sculpturæ inter iuncturas. Et inter coronulas & plectas, leones & boues & cherubim: & in iuncturis similiter désuper: & subter leones & boues quasi lora ex ære dependentia. Et quatuor rotæ per bases singulas, & axes ærei: & per quatuor partes quasi humeruli subter lutêrem fusiles, contra se inuicem res-

Universidad de Deusto Biblioteca

E cem respectantes. Os quoque lutêris intrinsecus erat in capitis summitate: & quòd forinsecus apparebat, vnius cubiti erat, totum rotundum, pariterque habebat vnum cubitum & dimidium: in angulis autem columnarum variæ cælaturæ erant: & media inter columnia, quadrata non rotunda. Quatuor quoq; rotæ, quæ per quatuor angulos basis erant, cohærebant sibi subter basim: vna rota habebat altitudinis cubitum & semis. Tales autem rotæ erant quales solent in curru fieri: & axes earum, & radij, & canthi, & modioli, omnia fusilia. Nam & humeruli illi quatuor per singulos angulos basis vnius, ex ipsa basi fusiles & coniuncti erant. In summitate autem basis erat quædam rotunditas vnius & dimidij cubiti, ita fabrefacta, vt luter désuper posset imponi, habens cælaturas suas, variasque sculpturas ex semetip-
F sa. Sculpsit quoque in tabulatis illis quæ erãt ex ære, & in angulis, cherubim, & leones, & palmas, quasi in similitudinem hominis stantis, vt non cælata, sed apposita per circuitũ viderentur. In hunc modum fecit decem bases, fusura vna, & mẽsura, sculpturaq; consimili. Fecit quoque decem lutêres æneos: quadraginta batos capiebat luter vnus, eratque quatuor cubitorum: singulos quoque lutêres per singulas, id est decem bases, posuit. Et cõstituit decem bases, quinque ad dexteram partem templi, & quinque ad sinistram: mare autem posuit ad dexteram partem tẽpli, contra Orien-
*quoque. 2. tem ad Meridiem. Fecit *ergo' Hiram lebetes, & scutras, & amulas, & perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini. Columnas duas, & funiculos capitellorum super capitella columnarum duos: & retiacula duo, vt operirent duos funiculos, qui erant super capita columnarum. Et malogranata quadringenta in duobus retiaculis: duos versus malogranatorum in retiaculis singulis, ad operiendos funiculos capitellorum qui erant super capita
G columnarum. Et bases decẽ, & lutêres decem super bases. Et mare vnum, & boues duodecim subter mare. Et lebetes, & scutras, & amulas. omnia vasa quæ fecit Hiram regi Salomoni in domo Domini, de aurichalco erant. In cãpestri regione Iordanis fudit ea rex in argilosa terra, inter Sochoth & Sarthan. Et posuit
in domo domini. Salomõ omnia vasa: propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris. Fecitq; Salomon omnia vasa in domo Domini: altare aureum, & mensam super quam ponerentur panes propositionis, aureum: & candela-
▷.1. bra▷aurea', quinque ad dexteram, & quinque ad sinistram contra oraculum ex auro puro: & quasi lilij flores, & lucernas désuper aureas: & forcipes aureos, & hydrias, & fuscinulas, & phialas, & mortariola, & thuribula de auro purissimo: & cardines ostiorum domus interioris Sancti sanctorum, & ostiorum domus templi, ex auro erant. ‖Et perfecit omne 2.Par.5.b opus quod faciebat * Salomon in domo Do- *rex.1.
mini, & intulit quæ sanctificauerat Dauid pater suus, argentum, & aurum, & vasa, reposuitque in thesauris domus Domini.

S. Templum introducta in ipsum arca dedicatur, nebula illud implente: Salomon post longam orationem populo benedicit, numerus bo um & ouium immolatarum hac celebri festi-uitate.

CAP. VIII.

TVnc‖congregati sunt omnes maiores A 2.Par.5.a
natu Israel cum principibus tribuum, & duces familiarum filiorũ Israel ad regem Salomonem in Ierusalem: vt deferrent arcam fœderis Domini, de ciuitate Dauid, id est de Sion. Conuenitque ad regem Salomonem vniuersus Israel in mense " Bethanim', *Ethanim.
in solenni die ipse est mensis septimus. Venerunt*que cuncti senes de Israel, & tulerunt arcam sacerdotes, & portauerunt arcam Domini, & tabernaculum fœderis, & omnia vasa sanctuarij quæ erant in tabernaculo: & ferebãt ea sacerdotes & Leuitæ. Rex autem Salomõ, & omnis multitudo Israel quæ conuenerat ad eum, gradiebatur cum illo ante arcam, & immolabant oues & boues absque æstimatione & numerum. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in Sanctum sanctorum subter alas cherubim. Siquidem cherubim expandebant alas super locum arcæ, & protegebãt arcam, & vectes eius désuper. Cumq; eminerẽt vectes, & apparerent summitates eorum foris sanctuarium ante oraculum, non apparebant vltrà extrinsecus, qui & fuerunt ibi vsque in præsentem diem. In arca autem nõ erat aliud Hebr.9.a
‖nisi duæ tabulæ lapideæ ‖quas posuerat in ea Exo.34.b
Moyses in Horeb, quando pepigit Dominus B
fœdus cum filijs Israel, cùm egrederentur de Terra-Aegypti. Factum est autem, cùm exissent sacerdotes de sanctuario, nebula impleuit domum Domini, & non poterant sacerdotes stare & ministrare propter nebulam: impleuerat enim gloria Domini domum Domini.

‖Tunc ait Salomon, Dominus dixit vt ha- 2.Par.6.a
bitaret in nebula. Aedificãs ædificaui domum in habitaculum tuum, firmissimũ solium tuũ in sempiternum. Conuertitque rex faciem suam, & benedixit omni ecclesiæ Israel: om- ▷.6.
nis enim ecclesia Israel stabat. Et ait ▷ Salomõ', Benedictus Dominus Deus Israel qui locutus est ore suo ad Dauid patrem meũ, & in *manus fec.
*manibus eius' perfecit, dicẽs, A die qua eduxi popu-

lum meum Israel de Aegypto, non elegi ciuitatem de vniuersis tribubus Israel, vt ædificaretur domus, & esset nomẽ meum ibi: sed
2.Reg.7.a. elegi Dauid vt esset super populum meum Israel. ‖Voluitq; Dauid pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Israel: & ait Dominus ad Dauid patrem meum. Quòd cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini
▷.11. meo, bene fecisti hoc ipsum mente tractans. Veruntamen tu non ædificabis▷mihi' domũ, sed filius tuus qui egredietur de renibus tuis, ipse ædificabit domũ nomini meo. Confirmauit Dominus sermonem suum, quẽ locutus est: stetiq; pro Dauid patre meo, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domũ nomini Domini Dei Israel.
C Et constitui ibi locũ arcæ in qua fœdus Domini est, quod percussit cum patribus nostris quando egressi sunt de Terra-Aegypti. Stetit autẽ Salomon ante altare Domini in conspe-
2.Mac.2.b ctu ecclesiæ Israel, & expandit manus suas in cœlum, & ait, ‖Domine Deus Israel, non est similis tui deus in cœlo dèsuper, & super terram deorsum: qui custodis pactum & misericordiam seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo. Qui custodisti seruo tuo Dauid patri meo, quæ locutus es ei: ore locutus es, & manibus perfecisti, vt hæc dies probat. Nunc igitur Domine Deus Israel, conser-
2.Re.7.b.c ua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei, dicens, ‖Non auferetur de te vir coram me, qui sedeat super thronũ Israel: ita tamẽ si custodierint filij tui viam suam, vt ambulent
▷.25. coram me sicut tu ambulasti in conspectu meo. Et nunc▷Domine'Deus Israel firmentur verba tua quæ locutus es seruo tuo Dauid patri meo. Ergóne putandum est quòd verè Deus habitet super terram? si enim cœlũ, & cœli cœlorũ te capere non possunt, quanto magis domus hæc quam ædificaui? Sed respice ad orationem serui tui, & ad preces eius Domine Deus meus: audi hymnũ & orationem quam seruus tuus orat coram te hodie, Vt sint oculi
Deut.12.b tui aperti super domum hanc nocte ac die: super domũ de qua dixisti, ‖Erit nomen meum ibi: vt exaudias orationẽ, quã orat in loco isto ad te seruus tuus, Vt exaudias deprecationem serui tui & populi tui Israel, quodcunq; orauerint in loco isto, & exaudies in loco habitaculi tui in cœlo: & cũ exaudieris, propitius
D eris. Si peccauerit homo in proximum suum, & habuerit aliquod iuramentũ quo teneatur astrictus: & venerit propter iuramentum coram altari tuo in domum tuã, tu exaudies in
▷.6. cœlo: & facies, & iudicabis seruos tuos, condemnans impium, & reddens viam suam super caput eius, iustificansque iustum, & retribues ei secundum iustitiam suam. Si fuge-
*manus fec. rit populus tuus Israel inimicos suos (quia peccaturus est tibi) & agentes pœnitentiã, & confitẽtes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac: exaudi in cœlo, & dimitte peccatũ populi tui Israel, & reduces eos in terram quam dedisti patribus eorum. Si clausum fuerit cœlum, & non pluerit propter peccata eorum, & orantes in loco isto pœnitentiam egerint nomini tuo, & à peccatis suis conuersi fuerint propter afflictionem suam: exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata seruorum tuorum, & populi tui Israel: & ostende eis viam bonam per quam ambulent, & da pluuiam super terram tuam quã dedisti populo tuo in possessionem. Fames si obortã fuerit in terra, aut pestilẽtia, aut corruptus aer, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eũ inimicus eius portas obsidens, omnis plaga, vniuersa infirmitas, cuncta deuotatio, & imprecatio quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel: siquis cognouerit plagam cordis sui, & expanderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies vt des vnicuique secundum omnes vias suas, sicut videris cor eius (quia tu nosti solus cor omnium filiorum hominum) vt timeant te cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ quã dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena, qui nõ est de populo tuo Israel, cũ venerit de terra longinqua propter nomen tuum E
(audietur enim nomen tuũ magnũ, & manus tua fortis, & brachium tuũ extentum vbiq;) cũ venerit ergo, & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cœlo, in firmamẽto habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt discãt vniuersi populi terrarũ nomen tuũ timere, sicut populus tuus Israel, & probẽt quia nomẽ tuũ inuocatũ est super domũ hanc quã ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellũ contra inimicos suos, per viam, quocunq; miseris eos, orabunt te cõtra viam ciuitatis quã elegisti, & contra domum quã ædificaui nomini tuo, & exaudies in cœlo orationes eorũ, & preces eorum, & facies iudicium eorũ. Quòd si peccauerint tibi (‖nõ 2.Par.6.g.
est enim homo qui nõ peccet) & iratus tradi- 1.Ioan.1.d.
deris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint Eccle.7.c.
in terrã inimicorũ lõgè vel propè, & egerint pœnitentiã in corde suo in loco captiuitatis, & cõuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicẽtes, Peccauimus, iniquè egimus, impiè gessimus: & reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua in terra inimicorũ suorũ, ad quã captiui ducti fuerint: & oraF
uerint te contra viã terræ suæ quã dedisti patribus eorũ, & ciuitatis quã elegisti, & templi quod ædificaui nomini tuo: exaudies in cœlo,

in firmã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

in firmamento ſolij tui orationes eorum, & præces eorũ, & facies iudicium eorũ: & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum quibus præuaricati ſunt in te: & dabis miſericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint, vt miſereantur eis. Populus enim tuus eſt, & hæreditas tua, quos eduxiſti de Terra-Aegyti, de medio fornacis ferreæ. Vt ſint oculi tui aperti ad deprecationem ſerui tui, & populi tui Iſrael, & exaudias eos in vniuerſis pro quibus inuocauerint te. Tu enim ſeparaſti eos tibi in hæreditatẽ de vniuerſis populis terræ, ſicut locutus es per Moyſen ſeruum tuũ, quando eduxiſti patres noſtros de Aegypto Domine Deus. Factum eſt autem, cùm compleſſet Salomon orans Dominũ omnem orationem & deprecationem hanc, ſurrexit de conſpectu altaris Domini: vtrunq; enim genu in terrã fixerat, & manus expanderat in cœlũ. Stetit ergo, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael voce magna, dicens, Benedictus Dominus qui dedit requiem populo ſuo Iſrael, iuxta omnia quæ locutus eſt: non cecidit ne vnus quidem ſermo ex omnibus bonis quæ locutus eſt per Moyſen ſeruũ ſuum. Sit Dominus Deus noſter nobiſcum ſicut fuit cũ patribus noſtris, non derelinquens nos neq; proijciẽs. Sed inclinet corda noſtra ad ſe, vt ambulemus in vniuerſis vijs eius, & cuſtodiamus mandata eius, & ceremonias eius, & iudicia quæcunq; mandauit patribus noſtris. Et ſint ſermones mei iſti quibus deprecatus ſum coram Domino, appropinquãtes Domino Deo noſtro die ac nocte, vt faciat iudiciũ ſeruo ſuo, & populo ſuo Iſrael per ſingulos dies: ‖&‖ ſciant omnes populi terræ, quia Dominus ipſe eſt Deus, & non eſt vltra abſque eo. Sit quoque cor noſtrũ perfectum cũ Domino Deo noſtro, vt ambulemus in decretis eius, & cuſtodiamus mãdata eius, ſicut & hodie. Igitur rex & omnis Iſrael cum eo, immolabant victimas coram Domino. Mactauitq; Salomõ hoſtias pacificas, quas immolauit Domino, boum viginti duo millia, & ouiũ centũ viginti millia: & dedicauerũt templum Domini rex & * filij Iſrael. In die illa ſanctificauit rex mediũ atrij, quod erat ante domum Domini: fecit quippe holocauſtum ibi, & ſacrificium, & adipem pacificorum: quoniam altare æreum quod erat coram Domino, minus erat, & capere nõ poterat holocauſtum, & ſacrificium, & adipẽ pacificorum. Fecit ergo Salomon in tempore illo feſtiuitatẽ celebrẽ, & omnis Iſrael cũ eo, multitudo magna ab introitu Emath vſque ad Riuum-Aegypti, coram Domino Deo noſtro, ſeptem diebus & ſeptem diebus, id eſt, quatuordecim diebus. Et in die octaua dimiſit populos: qui benedicentes regi profecti ſunt in tabernacula ſua lætantes, & alacri corde ſuper omnibus bonis quæ fecerat Dominus Dauid ſeruo ſuo, & Iſrael populo ſuo.

S. Dominus Salomoni ſecundò apparens, iubet ſua ſeruare præcepta, addita cõminatione niſi ſeruata fuerint. Salomon plures ædificat ciuitates, gentes ſibi facit tributarias, & claſſe in Ophir miſſa plurimum auri recipit.

CAP. IX.

FActum eſt autem cùm perfeciſſet Salomon ædificium domus Domini, & ædificium regis, & omne quod optauerat & voluerat facere, apparuit ei Dominus ſecũdò ‖ſicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitq; Dominus ad eum, Exaudiui orationem tuam & deprecationem tuã, quam deprecatus es coram me: ſanctificaui domum hanc quã ædificaſti, vt ponerẽ nomen meum ibi in ſempiternum, & erunt oculi mei & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoq; ſi ambulaueris corã me, ſicut ambulauit * pater tuus, in ſimplicitate cordis & in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea & iudicia mea ſeruaueris, ponã thronũ regni tui ſuper Iſrael in ſempiternũ, ‖ſicut locutus ſum Dauid patri tuo, dicens, Nõ auferetur vir de genere tuo de ſolio Iſrael. Si autẽ auerſione auerſi fueritis vos & filij veſtri, non ſequẽtes me, nec cuſtodientes mandata mea, & ceremonias meas quas propoſui vobis, ſed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos: auferã Iſrael de ſuperficie terræ quã dedi eis, & templum quod ſanctificaui nomini meo proijciã à conſpectu meo, eritq; Iſrael in prouerbium, & in fabulam cunctis populis. Et domus hæc erit in exemplum: omnis qui tranſierit per eã, ſtupebit & ſibilabit, & dicet, ‖Quare fecit Dominus ſic terræ huic & domui huic? Et reſpõdebunt, Quia dereliquerunt Dominum Deum ſuum, qui eduxit patres eorum de Terra-Aegypti, & ſecuti ſunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerũt eos: idcirco induxit Dominus ſuper eos omne malũ hoc. ‖Expletis autem annis viginti poſtquam ædificauerat Salomon duas domos, id eſt domum Domini & domum regis, (Hiram rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat) tunc dedit *Salomon Hiram viginti oppida in Terra-Galilææ. Et egreſſus eſt Hiram de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei, & ait, Hæccine ſunt ciuitates quas dediſti mihi, frater? Et appellauit eas Terram-chabul, vſq; in diem hanc. Miſit quoq; Hiram ad regem ▹Salomonem◃ cẽtum viginti talenta auri. Hæc eſt ſumma expenſarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandã domum

mum Domini & domum ſuam, & Mello, & murum Ieruſalem, & Heſer, & Mageddo, & Gazer. Pharao rex Aegypti aſcendit, & cepit Gazer, ſuccẽditq; eam igni: & Chananæũ qui habitabat in ciuitate, interfecit, & dedit eã in dotem filiæ ſuæ vxori Salomonis. Aedificauit ergo Salomon Gazer, Beth-horon interiorẽ, & Baalath & Palmiram in terra ſolitudinis. Et omnes vicos qui ad ſe pertinebant, & erãt abſq; muro, muniuit, & ciuitates curruum, & ciuitates equitum, & quodcunq; ei placuit vt ædificaret in Ieruſalem, & in Libano & in omni terra poteſtatis ſuæ. Vniuerſum populũ qui remanſerat de Amorrhæis, & Hethæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebuſæis, qui nõ ſunt de filijs Iſrael: horum filios, qui remanſerant in terra, quos ſcilicet non potuerant filij Iſrael exterminare: fecit Salomon tributarios, vſq; in diem hanc. De filijs autem Iſrael non conſtituit Salomon ſeruire quenquam, ſed erant viri bellatores & miniſtri eius, & principes & duces, & præfecti curruũ & equorum. Erant autem principes ſuper omnia opera Salomonis præpoſiti quingenti quinquaginta, qui habebãt ſubiectũ populum, & ſtatutis operibus imperabant. ‖Filia autem Pharaonis aſcendit de Ciuitate-Dauid in domum ſuam quam ædificauerat ei ▹Salomon◃: tũc ædificauit Mello. Offerebat quoq; Salomon tribus vicibus per annos ſingulos holocauſta, & pacificas victimas ſuper altare quod ædificauerat Domino, & adolebat thymiama corã Domino: perfectumq; eſt templũ. Claſſem quoque fecit rex Salomon in Aſion-gáber, quæ eſt iuxta Ailath in littore Maris-rubri, in Terra-Idumææ. Miſitq; Hirã in claſſe illa ſeruos ſuos viros nauticos & gnaros maris, cum ſeruis Salomonis. Qui cùm veniſſent in Ophir, ſumptum inde aurũ quadringentorũ viginti talentorum, detulerunt ad regem Salomonẽ.

S. Venit regina Saba ad regem Salomonẽ, quæ eius mirata ſapientiam, magnificentiam & gubernationẽ, datis acceptiſq; amplis muneribus diſceſſit: Salomon multum tributum ac aurũ aliunde accipit, vaſa & ſcuta, magnificumq; thronum conſtruit, multam ac pretioſam habet ſupellectilem in vaſis, curribus & equis, in abundantia argenti ac cedrorum.

CAP. X.

SEd ‖& regina Saba audita fama Salomonis in nomine Domini, venit tentare eũ in ænigmatibus. Et ingreſſa Ieruſalem multo cum comitatu, & diuitijs, camelis portantibus aromata, & aurũ infinitum nimis, & gemmas prætioſas, venit ad ▹regẽ◃ Salomonẽ, & locuta eſt ei vniuerſa quæ habebat in corde ſuo. Et docuit eam Salomon omnia verba quæ propoſuit: nõ fuit ſermo qui regem poſſet latere, & non reſponderet ei. Vidẽs autem regina Saba omnem ſapientiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos menſæ eius, & habitacula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, veſteſq; eorum, & pincernas, & holocauſta quæ offerebat in domo Domini: nõ habebat vltrà ſpiritum, dixitq; ad regẽ, Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua: & nõ credebam narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nuntiata non fuerit: maior eſt ſapientia, & opera tua, quàm rumor quem audiui. Beati viri tui, & beati ſerui tui hi, qui ſtant coram te ſemper, & audiũt ſapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronum Iſrael, eo quòd dilexerit Dominus Iſrael in ſempiternum, & conſtituit te regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam. Dedit ergo regi centũ viginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gẽmas prætioſas: non ſunt allata vltrà aromata tam multa, quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni. (Sed & claſsis Hiram, quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis, & gemmas prætioſas. Fecitque rex de lignis thyinis fulcra domus Domini, & domus regiæ, & citharas lyraſque cantoribus: non ſunt allata huiuſcemodi ligna thyina, neque viſa vſque in præſentem diem.) Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit, & petiuit ab eo: exceptis his, quæ vltrò obtulerat ei munere regio. Quæ reuerſa eſt, & abijt in terram ſuam cum ſeruis ſuis. Erat autem pondus auri quod offerebatur Salomoni per annos ſingulos, ſexcentorum ſexaginta ſex talentorum auri: excepto eo quod afferebant viri, qui ſuper vectigalia erant, & negotiatores vniuerſíque ſcruta vendentes, & omnes reges Arabiæ, duceſq; terræ. Fecit quoque rex Salomon ducẽta ſcuta de auro puriſsimo, ſexcẽtos auri ſiclos dedit in laminas ſcuti vnius. Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæq; minæ auri vnam peltam veſtiebant: poſuitq; eas rex in domo ſaltus Libani. Fecit etiam rex Salomon thronum de ebore grandem: & veſtiuit eum auro ſuluo nimis, qui habebat ſex gradus: & ſummitas throni rotunda erat in parte poſteriori: & duæ manus hinc atq; inde tenentes ſedile: & duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas. Et duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atque inde: non eſt factum tale opus in vniuerſis regnis. Sed & omnia vaſa, de quibus potabat Rex Salomon, erant aurea: & vniuerſa ſupellex domus ſaltus Libani de auro puriſsimo: non erat argentum, nec alicuius præcij putabatur in diebus Salomonis, quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

quia classis regis per mare cum classe Hiram semel per tres annos ibat in Tharsis, deferens inde aurum & argentum, & dentes elephantorum, & simias, & pauos. Magnificatus est ergo rex Salomon super omnes reges terræ diuitijs & sapientia. Et vniuersa terra desyderabat vultum Salomonis, vt audiret sapiẽtiam eius, quam dederat Deus in corde eius. Et singuli deferebãt ei munera, vasa argentea & aurea, vestes, & arma bellica, aromata quoq;, & equos & mulos, per annos singulos. Congregauitque Salomon currus & equites, & facti sunt ei mille quadringenti currus, & duodecim millia equitum: & disposuit eos per ciuitas munitas, & cum rege in Ierusalem. Fecitque vt tanta esset abunduntia argenti in Ierusalem, quãta & lapidum: & cedrorum præbuit multitudinem quasi sicomoros, quæ nascuntur in campestribus. Et educebantur equi Salomoni de Aegypto & de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa, & statuto precio perducebãt. Egrediebatur aũt quadriga ex Aegypto sexcentis siclis argenti, & equus centũ quinquaginta. Atq; in hunc modũ cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabãt.

S. *Salomon plurimis iungitur mulieribus alienigenis, & ab eis infatuatus ad ipsarum idôla conuertitur, in quem iratus Dominus suscitat ei aduersarios Adad, Razon, & Ieroboã, cui per prophetam Ahiã promittit regnum Israel, seruata vna tribu Salomonis filio, moritur Salomon post quadraginta regni annos cui succedit filius Roboam.*

CAP. XI.

A Eccl. 47. c. Deut. 17. d. REx autem Salomon ‖adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoque Pharaonis, & Moabitidas, & Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Gethæas: de gẽtibus super quibus dixit Dominus filijs Israel, Exo. 34. b. ‖Non ingrediemini ad eas, neque de illis ingredientur ad vestras: certissimè enim auertent corda vestra vt sequamini deos earum. His itaque copulatus est Salomon ardentissimo ▷. 6. amore, Fueruntq; ei vxores ▷ quasi' reginæ septingentæ, & concubinæ trecentæ: & auerterunt mulieres cor eius. Cumque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur deos alienos: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomon A- ▷. 6. starthen deam Sidonorum, ▷ & Camos deũ Moabitarum', & Moloch idôlum Ammonita B rũ. Fecitq; Salomon quod nõ placuerat corã Domino, & non adimpleuit vt sequeretur Dominũ, sicut Dauid pater eius. Tũc ædificauit Salomõ phanum Chamos idôlo Moab, in mõte qui est cõtra Ierusalẽ, & Moloch idôlo filiorũ Ammõ. Atq; in hunc modũ fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis, quæ adolebãt thura & immolabant dijs suis. Igitur iratus est Dominus Salomoni, quòd auersa esset mẽs eius a Domino Deo Israel, ‖qui apparuerat ei Supr. 9. a 3. 2. secũdò, & preceperat de verbo hoc ne sequeretur deos alienos, & non custodiuit quæ mandauit ei Dominus. Dixit itaq; Dominus Salomoni, Quia habuisti hoc apud te, & non custodisti pactum meum, & præcepta mea quæ mandaui tibi, disrumpens ‖scindam regnum Infra. 12. d. tuum, & dabo illud seruo tuo. Veruntamen in C diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum: de manu filij tui scindam illud, nec totum regnum auferam, sed tribum vnam dabo filio tuo propter Dauid seruum meum, & Ierusalem quam elegi. Suscitauit autem Dominus aduersarium Salomoni Adad Idumæum de semine regio, qui erat in Edom. ‖Cũ enim 2. Reg. 8. d esset Dauid in Idumæa, & ascẽdisset Ioab princeps militiæ ad sepeliendum eos qui fuerant interfecti, & occidisset omne masculinum in Idumæa (sex enim mensibus ibi moratus est Ioab, & omnis Israel, donec interimeret omne masculinum in Idumæa) fugit Adad ipse, & viri Idumæi de seruis patris eius cum eo, vt ingrederetur Aegyptũ: erat autem Adad puer paruulus. Cumq; surrexissent de Madian, venerunt in Pharan, tuleruntq; secum viros de Pharan, & introierunt Aegyptum ad Pharao nem regem Aegypti: qui dedit ei domum, & cibos constituit, & terram delegauit. Et inuenit Adad gratiam coram Pharaone valde, in tãtum vt daret ei vxorem, sororem vxoris suæ germanam Taphnes reginæ. Genuitque ei so D ror Taphnes Genubath filium, & nutriuit eũ Taphnes in domo Pharaonis: eratque Genubath habitans apud pharaonẽ cum filijs eius. Cumque audisset Adad in Aegypto, dormisse Dauid cum patribus suis, & mortuũ esse Ioab principẽ militiæ, dixit Pharaoni, dimitte me, vt vadam in terram meam. Dixitque ei Pharao, Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terram tuam? At ille respõdit, Nulla: sed obsecro te vt dimittas me. Suscitauit quoque ei Deus aduersarium Razon filium Eliada, qui fugerat Adar-ézer regem Soba dominũ suum: & congregauit contra eum viros, & factus est princeps latronum cùm interficeret eos Da- ▷. 6. uid: abieruntque Damascum & habitauerunt ibi, & constituerunt eum regem in Damasco, eratque aduersarius Israel cunctis diebus Salomonis: & hoc est malum Adad, & odium contra Israel, regnauitque in Syria. Ieroboã quoq; E filius Nabat, Ephratæus, de Sareda, seruus Salomonis, cuius mater erat nomine Serua, mulier vidua: leuauit manum contra regẽ. Et hæc est causa rebellionis aduersus eum, quia Salomon ædificauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris sui. Erat autem Ieroboam vir fortis & potens, videnscque Salomon adolescentem bonæ indolis & industriũ, constituerat eum præfectum super tributa vniuersæ domus Ioseph. Factum est igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de Ierusalem, & inueniret eũ Ahias Silonites propheta in via, opertus pallio nouo; erant au- F tem duo tantùm in agro, Apprehendensque Ahias pallium suum nouum, quo coopertus erat, scidit in duodecim partes. Et ait ad Ieroboam, Tolle tibi decem scissuras: hæc enim dicit Dominus Deus Israel, Ecce ego scindã regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decẽ tribus. Porrò vna tribus remanebit ei propter seruum meum Dauid, & Ierusalem ciuitatem quam elegi ex omnibus tribubus Israel: eo quòd dereliquerit me, & adorauit Astarthen deam Sidoniorum, & Chamos deum Moab, & Moloch deum filiorũ Ammon: & non ambulauerit in vijs meis vt faceret iustitiam coram me, & præcepta mea, & iudicia sicut Dauid pater eius. Nec auferam omne regnum de manu eius, sed ducem ponam eum cunctis diebus vitæ suæ, propter Dauid seruum meum quem elegi, qui custodiuit mandata mea & præcepta mea. Auferam autem regnum de manu filij eius, & dabo tibi decem tribus: filio autem eius dabo tribum vnam, vt remaneat lucerna Dauid seruo meo cunctis diebus coram me in Ierusalem ciuitate quam G elegi vt esset nomen meum ibi. Te autem assumam, & regnabis super omnia quæ desyderat anima tua, erisque rex super Israel. Si igitur audieris omnia quæ præcepero tibi, & ambulaueris in vijs meis, & feceris quod rectum est coram me, custodiens mãdata mea & præcepta mea, sicut fecit Dauid seruus meus: ero tecum, & ædificabo tibi domum fidelẽ, quomodo ædificaui Dauid domum, & tradam tibi Israel: & affligam semen Dauid super hoc, veruntamen non cunctis diebus. Voluit ergo Salomon interficere Ieroboam: qui surrexit & aufugit in Aegyptum ad Sesac regem Aegypti, & fuit in Aegypto vsq; ad mortem Salomonis, Reliquum autem verborum Salomonis, & omnia quæ fecit, & sapientia eius: ecce vniuersa scripta sunt in libro verborum ▷. 6. ▷ dierum' Salomonis. Dies autem quos regnauit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt. Dormiuitque Salomon cum patribus suis, & sepultus est in Ciuitate Dauid patris sui, regnauitque Roboam filius eius pro eo.

S. *Roboam iuuenum secutus consilium patitur regni diuisionem, & Ieroboam rex super decem tribus constituitur, exercitum quoque Roboam aduersus Ieroboam Dominus per*

Semeiam prophetam dissipat. Ieroboam verò aureos erexit vitulos adorãdos, constitutis solennitate, altari ac sacerdotibus.

CAP. XII.

VEnit autem Roboam in Sichem: illuc A enim congregatus erat omnis *Israel' *populus. ad cõstituendum eum regem. ‖At ve 2. Par. 10. a rò Ieroboam filius Nabath cùm adhuc esset in Aegypto profugus à facie regis Salomonis, audita morte eius, reuersus est de Aegypto. Miserũtq;, & vocauerunt eum: venit ergo Ieroboam, & omnis multitudo Israel, & locuti sunt ad Roboam, dicentes, Pater tuus durissimũ iugum imposuit nobis: tu itaq; nunc imminue paululũ de imperio patris tui durissimo, & de iugo grauissimo quod imposuit nobis, & seruiemus tibi. Qui ait eis, Ite vsque ad tertium diẽ, & reuertimini ad me. Cumq; ab- B ijsset populus, inijt cõsilium rex Roboã cum senioribus, qui assistebant corã Salomone patre eius, cùm adhuc viueret, & ait, Quod datis mihi consiliũ, vt respondeã populo huic? Qui dixerũt ei, Si hodie obedieris populo huic, & seruieris, & petitioni eorũ cesseris, locutusq; fueris ad eos verba lenia, erũt tibi serui cunctis diebus. Qui dereliquit consilium senum quod dederant ei, & adhibuit adolescẽtes qui nutriti fuerant cum eo, & assistebant illi, dixitq; ad eos. Quod mihi datis consiliũ, vt respondeã populo huic, qui dixerunt mihi, Leuius fac iugum quod imposuit pater tuus super nos? Et dixerũt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo, Sic loquere populo huic: qui lo- C cuti sunt ad te, dicẽtes, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu releua nos: ‖Sic loquẽris Ecc. 47. d. ad eos, Minimus digitus meus grosior est dorso patris mei. Et nunc pater meus posuit super vos iugum graue, ego autẽ addam super iugum vestrum: pater meus cæcidit vos flagellis, ego autẽ cædam vos scorpionibus. Venit ergo Ieroboã, & omnis populus ad Roboã die tertia, sicut locutus fuerat rex, dicens, Reuertimini ad me die tertia. Respondit rex populo dura, derelicto consilio seniorum quod ei dederant, & locutus est eis secundum consilium iuuenũ, dicens, Pater meus aggrauauit iugum vestrum, ego autẽ addam iugo vestro: pater meus cæcidit vos flagellis, ego autẽ cæ- D dam vos scorpionibus. Et non acquieuit rex populo: quoniã auersatus fuerat eum Dominus, vt suscitaret verbum suum ‖quod locutus Supra. 11. f. fuerat in manu Ahiæ Silonitæ, ad Ieroboã filium Nabath. Videns itaq; populus quod noluisset eos audire rex respõdit ei, dicens, Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hæreditas in filio Isai? ▷ Vade' in tabernacula tua Israel, nunc ▷. 3. vide domum tuam Dauid. Et abijt Israel in tabernacula sua: Super filios autẽ Israel, quicun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

que habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboã. Misit ergo rex Roboam Aduram qui erat super tributa: & lapidauit eum omnis Israel, & mortuus est. Porrò rex Roboam festinus ascendit currum, & fugit in Ierusalem, recessitq; Israel à domo Dauid, vsq; in præsentem diem. Factum est autem cùm audisset omnis Israel quòd reuersus esset Ieroboam, miserunt, & vocauerunt eum congregato cœtu, & constituerunt eum regem super omnẽ Israel, nec secutus est quispiam domum Dauid præter tribum Iuda solam.

Venit autem Roboam Ierusalem, & cõgregauit vniuersam domum Iuda, & tribũ Beniamin, centum octoginta millia electorum virorum, & bellatorum, vt pugnarent cõtra domum Israel, & reducerent regnum Roboam
2.Par. 11.a filio Salomonis. ‖ Factus est autem sermo Domini ad Semeiam virum Dei, dicens, Loquere ad Roboam filium Salomonis regem Iuda, & ad omnem domum Iuda, & Ben-iamin, & reliquos de populo, dicens, Hæc dicit Dominus, Non ascendetis, neq; bellabitis contra fratres vestros filios Israel: reuertatur vir in domum suam. à me enim factum est verbũ hoc. Audierũt sermonem Domini, & reuersi sunt de itinere sicut eis præceperat Dominus. Aedificauit autem Ieroboam Sichem in monte Ephráim, & habitauit ibi: & egressus inde ædificauit Phanuel. Dixitq; Ieroboam in corSup. 11.f. de suo, ‖ Nunc reuertetur regnum ad domum Dauid, si ascenderit populus iste vt faciat sacrificia in domo Domini in Ierusalem, & cõuertetur cor populi huius ad dominum suum Roboam regẽ Iuda, interficiẽtq; me, & reuertentur ad eũ. Et excogitato cõsilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis, Nolite vltrà ascendere in Ierusalẽ, ‖ Ecce dij tui Israel, qui te eduExod. 32.b xerunt de Terra-Aegypti. Posuitq; vnum in Beth-el & alterum in Dan: & factum est verbum hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorãdum vitulum, vsq; in Dan. Et fecit phana in excelsis, ‖ & sacerdotes de extremis populi, qui nõ erant de filijs Leui. Constituitque diem solennem in mense octauo, quintadecima die mensis, in similitudinem solennitatis quæ celebrabatur in Iuda. Et ascendens altare, similiter fecit in Beth-el, vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat: constituitque in Beth-el sacerdotes excelsorum quæ fecerat. Et ascendit super altare quod extruxerat in Beth-el quintadecima die mensis octaui, quem finxerat de corde suo: & fecit solennitatem filijs Israel, & ascendit super altare vt adoleret incensum.

S. Missus propheta de Iuda ad Ieroboam de altaris subuersione & natiuitate Iosiæ regis prophetat, quo orante manus Ieroboam, quæ exaruerat, sanitati restituitur, rediens autem propheta à leone occiditur, quòd Dei verbo inobediens fuisset, & Ieroboam suam auget impietatem. CAP. XIII.

ET ecce vir Dei venit de Iuda in sermo A
ne Domini in Beth-el, Ieroboam stante super altare, & thus iaciente. Et exclamauit contra altare in sermone Domini, 4.Reg.23.d
& ait, Altare, altare, hæc dicit dominus, ‖ Ecce filius nascetur domui Dauid, Iosias nomine, & immolabit super te sacerdotes excelsorum, qui nunc in te thura succendunt, & ossa hominũ super te incendet. Deditq; in illa die signum, dicens, Hoc erit signum quod locutus est Dominus, Ecce altare scindetur, & effundetur cinis qui in eo est. Cumq; audisset rex sermonẽ hominis Dei quẽ inclamauerat cõtra altare in Beth-el, extendit manũ suam B
de altari, dicẽs, Apprehendite eum. Et exaruit manus eius quã extenderat cõtra eum: nec valuit retrahere eam ad se. Altare quoq; scissum est, & effusus est cinis de altari, iuxta signum quod prædixerat vir Dei in sermone Domini. Et ait rex ad virũ Dei, deprecare faciẽ Domini Dei tui, & ora pro me, vt restituatur manus mea mihi. Orauitq; vir Dei faciẽ Domini, & reuersa est manus regis ad eũ, & facta est sicut prius fuerat. Locutus est aũt rex ad virũ Dei, Veni mecum domũ vt prandeas, & dabo tibi munera. Respõditq; vir Dei ad regem, Si dederis mihi mediã partẽ domus tuæ, nõ veniã tecum, nec comedam panem, neq; bibam aquam in loco isto: sic enim mandatum est C
mihi in sermone Domini præcipientis, Non comedes panẽ, neq; bibes aquam, nec reuertẽris per viam qua venisti. Abijt ergo per aliam viã, & nõ est reuersus per iter quo venerat in Beth-el. Prophetes autem quidam senex habitabat in Beth-el, ad quem ᵃvenerunt filij sui, ᵃvenit filius & narrauerũt' ei omnia opera quæ fecerat vir ravit.7. Dei illa die in Beth-el, & verba quæ locutus fuerat ad regem, ▷ &'narrauerunt patri suo. Et ▷.4ª dixit eis pater eorum, Per quam viam abijt? *Ostenderunt ei filij sui viam per quam abie- *Et.ª rat vir Dei qui venerat de Iuda. Et ait filijs suis, Sternite mihi asinũ. Qui cùm strauissent, D
ascendit, & abijt post virũ Dei, & inuenit eũ sedentẽ subtus terebinthum: & ait illi, Túne es vir Dei qui venisti de Iuda? Respondit ille, *dixit.ª Ego sum. Dixitq;' ad eum, Veni mecum domum, vt comedas panẽ. Qui ait, Non possum reuerti, neq; venire tecum, nec comedam panem, neq; bibam aquam in loco isto: quia locutus est Dominus ad me in sermone Domini, dicens, Non comedes panem, & non bibes aquam ibi, nec reuertêris per viam qua ieris. Qui ait illi, Et ego propheta sum similis tui: & angelus locutus est mihi in sermone Domini,

mini, dicens, Reduc eum tecum in domum tuam, vt comedat panem, & bibat aquam. Fefellit eum, & reduxit secum: Comedit ergo panem in domo eius, & bibit aquam. Cumq; sederent ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetam qui reduxerat eum. Et exclama E
uit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, dicẽs, Hæc dicit Dominus, Quia non obediens fuisti ori Domini, & non custodisti mandatum quod præcepit tibi Dominus Deus tuus: & reuersus es, & comedisti panẽ & bibisti aquã in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neque biberes aquam, non inferetur cadauer tuum in sepulchrum patrũ tuorum. Cumque comedisset & bibisset, strauit asi- ▷.1. num ▷ suum ' ª propheta ' quem reduxerat. Qui ªProphetæ cùm abijsset, inuenit eum leo in via, & occi- datinus.2 dit, & erat cadauer eius proiectum in itinere: asinus autem stabat iuxta illum, & leo stabat iuxta cadauer. Et ecce, viri transeuntes viderunt cadauer proiectum in via, & leonẽ stantem iuxta cadauer. Et venerunt, & diuulgauerunt in ciuitatem in qua propheres ille senex habitabat. Quod cùm audisset propheta ille qui reduxerat eum de via, ait, Vir Dei est, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eum Dominus leoni, & confregit eum, & occidit iuxta verbum Domini quod locutus est ei. F Dixitq; ad filios suos, Sternite mihi asinum. Qui cũ strauissent, & ille abijsset, inuenit cadauer eius proiectum in via, & asinum & leonem stantes iuxta cadauer: non comedit leo de cadauere, nec læsit asinum. Tulit ergo pro- ªprophetes phetes cadauer viri Dei, & posuit illud super ſuæx.4. asinum, & reuersus intulit in ciuitatem ª prophetæ senis', vt plangerent eum. Et posuit ca- dauer eius in sepulchro suo: & planxerunt eũ. ▷.1. Heu ▷ heu'mi frater. Cumque planxissent eũ, dixit ad filios suos, Cũ mortuus fuero, sepeli te me in sepulchro in quo vir Dei sepultus est: iuxta ossa eius ponite ossa mea. Profectò enim veniet sermo quem prædixit in sermone Domini contra altare quod est in Beth-el, & contra omnia phana excelsorum quæ sunt in vrbibus Samariæ. Post verba hæc non est reuersus Ieroboam de via sua pessima, sed econtrario fecit de nouissimis populi sacerdotes excelsorum: quicunque volebat, implebat manum suam, & fiebat sacerdos excelsorum. Et propter hanc causam peccauit domus Ieroboã, & euersa est, & deleta de superficie terræ.

S. Abias propheta ab vxore Ierobam super filio Abia ægrotante interrogatus prædicit filium moriturum, & domum Ieroboam penitus euertendã, quo mortuo succedit filius Nadab: rex autem Aegypti diripit domum Domini in Ierusalem, & mortuo Roboam succedit filius Abia. CAP. XIIII.



IN tempore illo ægrotauit Abia filius Ie- A
roboam. Dixitque Ieroboam vxori suæ, Surge, & commuta habitum, ne cognoscaris quòd sis vxor Ieroboam: & vade in Silo, vbi est Ahias propheta ‖ qui locutus est mihi Supra.11.f. quòd regnaturus essem super populum hunc. Tolle quoque in manu tua decem panes, & crustulam, & vas mellis, & vade ad illum: ipse enim indicabit tibi quid euenturum sit puero huic. Fecit vt dixerat, vxor Ieroboam: & consurgens abijt in Silo, & venit in domum Ahiæ: at ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ senectute. Dixit autem Dominus ad Ahiam, Ecce vxor Ieroboã ingreditur, vt consulat te super filio suo qui ægrotat: hæc & hæc loquêris ei. Cùm ergo illa B
intraret, & dissimularet se esse quæ erat, audiuit Ahias sonitum pedum eius introeuntis per ostium, & ait, Ingredere vxor Ieroboam, quare aliam te esse simulas? ego autem missus sum ad te durus nuntius. Vade, & dic Ieroboam, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Quia exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem super populum meum Israel: & scidi regnum domus Dauid, & dedi illud tibi, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit mandata mea, & secutus est me in toto corde suo, faciens quod placitũ esset in conspectu meo: sed operatus es malè super omnes qui fuerũt ante te, & fecisti tibi deos alienos & conflatiles, vt me ad iracundiam prouocares, me aũt proiecisti post corpus tuum: Idcirco ecce ego C
inducam mala super domum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingẽtem ad parietẽ, & clausum, & nouissimũ in Israel: & mundabo reliquias domus Ieroboam, sicut mundari solet fimus vsque ad purum. Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comedẽt eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabunt eos aues cœli: quia Dominus locutus est. Tu igitur surge, & vade in domum tuam: & in ipso introitu pedum tuorum in vrbem, morietur puer, & planget eum omnis Israel, & sepelient: iste enim solus inferetur de Iero- D
boam in sepulchrum, quia inuentus est super

Universidad de Deusto Biblioteca

(ad Dominum Deū.9.) eo ſermo bonus* à Domino Deo' Iſrael, in domo Ieroboam. Conſtituet autem ſibi Dominus regem ſuper Iſrael, qui percutiet domum Ieroboam in hac die, & in hoc tempore, & percutiet Dominus Deus Iſrael, ſicut moueri ſolet arundo in aqua: & euellet Iſrael de Terra bona hac, quam dedit patribus eorum, & ventilabit eos trans Flumē: quia fecerunt ſibi lucos, vt irritarent Dominum. Et tradet Dominus Iſrael propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit Iſrael. Surrexit itaq; vxor Ieroboam, & abijt, & venit in Therſa: cumq́ue illa ingrederetur limen domus, puer E mortuus eſt, & ſepelierunt eum. Et planxit eū omnis Iſrael iuxta ſermonē Domini quem locutus eſt in manu ſerui ſui Ahiæ prophetæ. Reliqua autem verborū Ieroboam, quomodo pugnauerit, & quomodo regnauerit, ecce ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſrael. Dies autem quibus regnauit Ieroboam vigintiduo anni ſunt: & dormiuit cum patribus ſuis: regnauitq́; Nadab filius eius pro eo.

2.Par.12.d ||Porrò Roboam filius Salomonis regnauit in Iuda: Quadraginta & vnius anni erat Roboam, cùm regnare cœpiſſet: decem & ſeptem annos regnauit in Ieruſalem ciuitate, quam elegit Dominus vt poneret nomē ſuum ibi, ex omnibus tribubus Iſrael. Nomen autem F matris eius Naama Ammanitis. Et fecit Iudas malum coram Domino, & irritauerunt eum ſuper omnibus quæ fecerant patres eorum in peccatis ſuis quæ peccauerunt. Aedificauerūt enim & ipſi ſibi aras, & ſtatuas, & lucos ſuper omnem collem excelſum, & ſubter omnem arborem frondoſam: ſed & effœminati fuerant in terra, feceruntq́ue omnes abominationes gentium, quas attriuit Dominus ante faciem filiorum Iſrael. In quinto autem anno regni Roboam, aſcendit Seſac rex Aegypti in Ieruſalem, & tulit theſauros domus Domini, & theſauros regios, & vniuerſa diripuit: ſcuta quoque aurea || quæ fecerat Salomon (Sup.10.c.): pro quibus fecit rex Roboam ſcuta ærea, & tradidit ea in manum ducum ſcutariorum, & eorum qui excubabant ante oſtium domus regis. Cumq́ue ingrederetur rex in domum Domini, portabant ea qui præeundi habebant officium: & poſtea reportabant ad armentarium ſcutariorum. Reliqua G autem ſermonum Roboam, & omnia quæ fecit, ecce ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iuda. Fuitq́ue bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Dormiuitq́ue Roboam cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate-Dauid: nomē autem matris eius Naama Ammanitis: & regnauit Abiam filius eius pro eo.

S. *Impio Abiæ regi Iudæ ſuccedit pius filius Aſa, qui aduerſus Baaſan regem Iſrael præliatur, impetrato à Ben-adad rege Syriæ auxilio. Aſa morienti ſuccedit filius Ioſaphat: at Baaſa Nadab filium Ieroboam cum vniuerſa cognatione occidit & pro eo regnat ſuper Iſrael vigintiquatuor annis, impius poſt impium.*

CAP. XV.

IGitur in Octauodecimo anno regni Ieroboam A filij Nabath, regnauit Abiam ſuper Iudam. Tribus annis regnauit in Ieruſalē: nomen matris eius Maacha filia Abeſſalom. Ambulauitq́; in omnibus peccatis patris ſui, quæ fecerat ante eum: nec erat cor eius perfectum cum Domino Deo ſuo, ſicut cor Dauid patris eius. Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus ſuus lucernam in Ieruſalē, vt ſuſcitaret filium eius poſt eum, & ſtatueret Ieruſalem: eo quòd feciſſet Dauid rectum in oculis Domini, & non declinaſſet ab omnibus quæ præceperat ei, cunctis diebus vitæ ſuæ ||excepto ſermone Vriæ Hethæi (2.Re.11.d). Attamen bellum fuit inter Roboā & Ieroboam omni tempore vitæ eius. Reliqua autem ſermonum Abiam, B & omnia quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt||in libro verborum dierum regum Iuda? (2.Par.13.a) Fuitq́; prælium inter Abiā & inter Ieroboam. Et dormiuit Abiam cum patribus ſuis: & ſepelierunt eum in Ciuitate-Dauid: regnauitq́ue Aſa filius eius pro eo. (2.Par.14.a) In anno ergo viceſimo Ieroboam regis Iſrael regnauit Aſa rex Iuda: C & quadraginta & vno anno regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Maacha, filia Abeſſalom. Et fecit Aſa rectum ante conſpectum Domini, ſicut Dauid pater eius: & abſtulit effœminatos de terra, purgauitq́ue vniuerſas ſordes idolorum, quæ fecerant patres eius. Inſuper & Maacham matrem ſuam amouit, ne eſſet princeps in ſacris Priapi, & in luco eius quem cōſecrauerat: ſubuertitq́ue ſpecum eius, & confregit ſimulachrum turpiſsimum, & combuſsit in Torrente-cedrō: excelſa autem non abſtulit. Veruntamen cor Aſa perfectum erat cum Domino cūctis diebus ſuis: & intulit ea quæ ſanctificauerat pater ſuus, & vouerat in domum Domini, argentum & aurum, & vaſa. Bellum autem erat inter Aſa & Baaſa regem Iſrael cunctis diebus eorum. Aſcendit quoque Baaſa rex Iſrael in Iudam, & ædificauit Rama, vt non poſſet quiſpiam egredi vel ingredi de parte Aſa regis Iudæ. Tollens itaque Aſa omne argentum & aurum quod remanſerat in theſauris domus Domini, & theſauris domus regiæ, dedit illud in manus ſeruorum ſuorum: & miſit ad Ben-adad filium Tabremon filij Hezion, regem D Syriæ qui habitabat in Damaſco, dicens, Fœdus eſt inter me & te, & inter patrem meum & patrem tuum: ideò miſit tibi munera,

nera, argentum & aurum: & peto vt venias, & irritum facias fœdus quod habes cū Baaſa rege Iſrael, & recedat à me. Acquieſcens Ben-adad regi Aſa, miſit principes exercitus ſui in ciuitates Iſrael, & percuſſerūt Ahion & Dan & Abel-domum-Maacha, & vniuerſam Cen E neroth, omnē ſcilicet Terrā-Nephtali. Quod cùm audiſſet Baaſa, intermiſit ædificare Rama, & reuerſus eſt in Therſa. Rex autem Aſa nuntium miſit in omnem Iudam, dicens, Nemo ſit excuſatus. Et tulerūt lapides de Rama, & ligna eius, quibus ædificauerat Baaſa, & extruxit de eis rex Aſa, Gabaa-Ben-iamin, & Maſpha. Reliqua autem omnium ſermonum Aſa, & vniuerſæ fortitudines eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates quas extruxit, nōne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iuda? Veruntamen in tempore ſenectutis ſuæ (*Aſa.2.) doluit pedes. Et dormiuit* cum patribus ſuis, F & ſepultus eſt cum eis in Ciuitate-Dauid patris ſui. Regnauitq́ue Ioſaphat filius eius pro eo. Nadab verò filius Ieroboam regnauit ſuper Iſrael anno ſecūdo Aſa regis Iuda: regnauitq́; ſuper Iſrael duobus annis. Et fecit quod malum eſt in conſpectu Domini, & ambulauit in vijs patris ſui, & in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael. Inſidiatus eſt autē ei Baaſa filius Ahiæ de domo Iſſachar, & percuſsit eum in Gebbethon, quæ eſt vrbs Philiſthinorum: ſiquidem Nadab, & omnis Iſrael obſidebant Gebbethon. Interfecit ergo illum Baaſa in anno tertio Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cumq́ue regnaſſet, percuſsit omnem domum Ieroboam: non dimiſit ne vnā quidem (Sup.14.c.) animam de ſemine eius, donec deleret eū||iu- G xta verbum Domini quod locutus fuerat in manu ſerui ſui Ahiæ Silonitis, propter peccata Ieroboam quæ peccauerat, & quibus peccare fecerat Iſrael: & propter delictum quo irritauerat Dominum Deum Iſrael. Reliqua autem ſermonum Nadab, & omnia quæ operatus eſt: nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſrael? Fuitq́ue bellum inter Aſa & Baaſa regem Iſrael cunctis diebus eorum. Anno tertio Aſa regis Iuda regnauit Baaſa filius Ahiæ, ſuper omnē Iſrael in Therſa vigintiquatuor annis. Et fecit malum coram Domino, ambulauitq́; in vijs Ieroboam, & in peccatis eius quibus peccare fecit Iſrael.

S. *Iehu prophetat regis Baaſa & domus ipſius ſubuerſionem, cui mortuo ſuccedit filius Ela, quem impius Zambri occîdit, eoq́ regnum inuadēte elegit Iſrael Amri, quo impio regnum obtinente, Zambri ſe cum domo regia ſuccendit: Mortuo autem Amri ſuccedit filius impiiſſimus Achab, qui Iezabel duxit vxorem, & eius tempore reædificatur Iericho.*

CAP. XVI.

FActus eſt autem ſermo Domini ad Iehu A filium Hanani cōtra Baaſa, dicens, Pro eo quòd exaltaui te de puluere, & poſui te ducem ſuper populum meum Iſrael, tu autem ambulaſti in via Ieroboam, & peccare feciſti populum meum Iſrael, vt me irritares in peccatis eorum: ecce, ego demetam poſteriora Baaſa, & poſteriora domus eius: & faciam domum tuam || ſicut domum Ieroboam filij (Supr.15.g.) Nabat. Qui mortuus fuerit de Baaſa ciuitate, comedēt eū canes: & qui mortuus fuerit ex eo in regione, comedent eum volucres cœli. Reliqua autem ſermonum Baaſa, & quæcunque fecit, & prælia eius: nónne hæc ſcripta ſunt||in (2.Par.16.a) Libro verborum dierum regum Iſrael? Dor- B miuit ergo Baaſa cū patribus ſuis, ſepultuſq́; eſt in Therſa: & regnauit Ela filius eius pro eo. Cùm autem in manu Iehu filij Hanani, prophetæ verbum Domini factum eſſet contra Baaſa, & contra domum eius, & contra omne malum quod fecerat coram domino ad irritandum eum in operibus manuum ſuarum, vt fieret ſicut domus Ieroboam: ob hanc cauſam occidit eum, ▷hoc eſt Iehu filium Ha (▷.3.) nani, prophetam'. Anno viceſimoſexto Aſa regis Iuda regnauit Ela filius Baaſa ſuper Iſrael in Therſa duobus annis. Et rebellauit cōtra eum ſeruus ſuus Zambri, dux mediæ partis equitum: erat autem Ela in Therſa bibens, & temulentus in domo Arſa præfecti Therſa. C ||Irruens ergo Zambri, percuſsit, & occidit (4.Re.9.g.) eum anno viceſimo ſeptimo Aſa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cumq́; regnaſſet, & ſediſſet ſuper ſolium eius, percuſsit omnē domum Baaſa, & non dereliquit ex ea mingentem ad parietem, & propinquos & amicos eius. Deleuitq́; Zambri omnem domum Baaſa, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat ad Baaſa in manu Iehu prophetæ, propter vniuerſa peccata Baaſa, & peccata Ela filij eius, qui pec D cauerunt, & peccare fecerunt Iſrael, prouocātes Dominum Deum Iſrael in vanitatibus ſuis. Reliqua autem ſermonum Ela, & omnia quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro verborum dierum regum Iſrael? Anno viceſimoſeptimo Aſa regis Iuda, regnauit Zambri ſeptem diebus in Therſa: porrò exercitus obſidebat Gebbethon vrbem Philiſthinorum. Cumq́; audiſſet rebellaſſe Zambri, & occidiſſe regem, fecit ſibi regem omnis Iſrael Amri, qui erat princeps militiæ ſuper Iſrael in die illa, in caſtris. Aſcendit ergo Amri, & omnis Iſrael cum eo de Gebbethon, & obſidebant Therſa. Videns autem Zambri quòd expugnanda eſſet ciuitas, ingreſſus eſt palatium, & ſuccendit ſe cum domo regia: & mortuus eſt in peccatis ſuis quæ peccauerat faciēs malum coram Domino, & ambulans in via Ieroboā,

Universidad de Deusto
Biblioteca

E & in peccato eius quo fecit peccare Israel. Reliqua autem sermonũ Zambri, & insidiarum eius, & tyrannidis, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regũ Israel? Tunc diuisus est populus Israel in duas partes: media pars populi sequebatur Thebni filium Gineth, vt constitueret eum regẽ: & media pars Amri. Prævaluit autem populus qui erat cum Amri, populo qui sequebatur Thebni filium Gineth: mortuusque est Thebni, & regnauit Amri. Anno tricesimoprimo Asa regis Iuda regnauit Amri super Israel, duodecim annis: in Thersa regnauit sex annis. Emitque montem Samariæ à Somer duobus talentis argenti: & ædificauit eum, & vocauit nomen ciuitatis quam extruxerat, nomine Semer Domini montis Samariæ. Fecit autem Amri malum in conspectu Domini, & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eum. Ambulauitq; in omni via Ieroboam filij Nabat, & in peccatis eius quibus peccare fecerat Israel: vt irritaret Dominũ Deum Israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum Amri, & prælia eius quæ gessit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborũ dierum regum Israel? Dormiuitque Amri cum patribus suis, & sepultus est in Samaria: regnauitque Achab filius eius pro eo. Achab verò filius Amri, regnauit super Israel anno tricesimooctauo Asa regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri super Israel in Samaria viginti & duobus annis. Et fecit Achab filius Amri malum in conspectu Domini super omnes qui fuerunt ante eum. Nec sufficit ei vt ambularet in peccatis Ieroboam filij Nabat: insuper duxit vxorem Iezabel filiam Eth-baal regis Sidoniorum. Et abijt, & seruiuit Baal, & adorauit eum. Et posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucum: & addidit Achab in opere suo, irritans Dominum Deum Israel super omnes reges Israel, qui fuerunt ante eum. In diebus eius ædificauit Hiel de Bethel, Iericho: in Abiram primitiuo suo fundauit eam, & in Segub nouissimo suo posuit portas eius. ‖iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Iosue filij Nun.

Iosue.6.d.

S. Elias cœlum triennio claudit, primumq; pascitur à coruis, deinde à muliere Sarepthana, cuius hydria farinæ & lechytus olei non minuuntur, filius autem ipsius, oratione Eliæ resuscitatur.

CAP. XVII.

A ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab, ‖Viuit Dominus Deus Israel, in cuius conspectu sto, si erit annis his ros & pluuia, nisi iuxta oris mei verba. Et factum est verbum domini ad eum,

Eccl. 48.a
Iacob. 5.d.

dicens, Recede hinc, & vade contra orientem, & absconde in Torrente-carith, qui est contra Iordanem, & ibi de torrente bibes: coruisque præcepi vt pascant te ibi. Abijt ergo, & fecit iuxta verbum Domini: cumque abijsset, sedit in Torrente-carith, qui est contra Iordanem. Corui quoque deferebant ei panem & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi, & bibebat de torrente. Post dies autem siccatus est torrens: nõ enim pluerat super terram. Factus est ergo sermo Domini ad eum, dicens, ‖Surge, & vade in Sareptha Sidonio- Luc. 4.d.
rum, & manebis ibi: præcepi enim ibi mulieri viduæ vt pascat te. Surrexit, & abijt in Sarep- B
tha. Cumq; venisset ad portã ciuitatis, apparuit ei mulier vidua colligens ligna, & vocauit eam, dixitq; ei, Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam. Cumque illa pergeret vt afferret, clamauit post tergum eius dicens, Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit, Viuit Dominus Deus tuus, Eccl. 48.a
quia non habeo panem, nisi quantùm pugillus capere potest farinæ in hydria, & paululum olei in lecytho: en colligo duo ligna, vt ingrediar, & faciam illud mihi & filio meo, vt comedamus, & moriamur. Ad quam Elias ait, Noli timere, sed vade, & fac sicut dixisti: veruntamen mihi primùm fac de ipsa farinula subcinericium panem paruulum, & affer ad me: tibi autem, & filio tuo facies postea. Hæc autem dicit Dominus Deus Israel, Hy- C
dria farinæ non deficiet, nec lecythus olei minuetur vsq; ad diem in qua Dominus daturus est pluuiam super faciem terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta verbum Eliæ: & comedit ipse, & illa, & domus eius: & ex illa die hydria farinæ non defecit, & lecythus olei non est imminutus, iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Eliæ. Factum est autẽ post *hæc, *verba.
ægrotauit filius mulieris matrisfamiliàs, & erat languor *fortissimus, ita vt non remaneret *vitalis
in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam, Quid mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ, & interficeres filiũ D
meum? Et ait ad eam Elias, Da mihi filium Deut. 5.c.
tuum. Tulitque eum de sinu eius, & portauit in cœnaculum vbi ipse manebat, & posuit super lectulum suũ, & clamauit ad Dominum, & dixit, Domine Deus meus, etiámne viduam apud quam ego vtcunque sustentor, afflixisti, vt interficeres filium eius? Et expãdit se, atq; mensus est super puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominũ, & ait, Domine Deus meus reuertatur obsecro anima pueri huius in viscera eius. Et exaudiuit Dominus vocẽ Eliæ: & reuersa est anima pueri intra eũ, & reuixit. Tulitq; Elias puerũ, & deposuit eũ de cœnaculo in inferiorẽ domũ, & tradidit matri suæ, & ait

& ait illi, En viuit filius tuus. Dixitque mulier ad Eliam, Nunc in isto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est.



S. Increscente fame Elias Abdiæ herbam pecoribus quærenti occurrit, cui ægrè persuadet vt nuntiet Achab se adesse, qui occurrens Eliæ ab ipso corripitur: dei zelo Elias. 850. pseudoprophetas occidi iubet dato de cœlo igne ad consummationẽ holocausti, & pluuiam à deo impetrat.

CAP. XVIII.

A POst dies multos factum est verbũ Domini ad Eliam, in anno tertio dicens, Vade, & ostende te Achab, vt dem pluuiam super faciem terræ. Iuit ergo Elias vt ostenderet se Achab: erat aũt fames vehemens in Samaria. Vocauitque Achab Abdiam dispensatorem domus suæ: Abdias autem timebat Dominum valde. Nam cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abscondit eos quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pauit eos pane & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiam, Vade in terram ad vniuersos fontes aquarum, & in cunctas valles: si fortè possimus inuenire herbam, & saluare equos & mulos, & non penitus iumenta intereant. Diuiseruntque sibi regiones, vt circuirent eas: Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram seorsum. Cumque esset Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cùm cognouisset eum, cecidit super faciem suam, & ait. Non tu es, domine mi, Elias? B
*ego dixit. Cui ille respondit, Ego. *Vade, & dic domino tuo, Adest Elias. Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniam tradis me seruum tuum in manu Achab, vt interficiat me? Viuit Dominus Deus tuus, quia non est gens aut regnum, quò non miserit dominus meus te requirens: & respondentibus cunctis, Non est hîc: adiurauit regna singula & gentes, eo quòd minimè reperireris. Et nunc tu dicis mihi, Vade, & dic domino tuo, Adest Elias. Cumque recessero à te, Spiritus Domini asportabit te in locum quem ego ignoro: & ingressus nuntiabo Achab, & non inueniens te, interficiet me: seruus autem tuus timet Dominum ab infantia sua. Nunquid non indicatũ est tibi domino meo quid fecerim cùm interficeret Iezabel prophetas Domini, quòd absconderim de prophetis Do- C
mini centum viros, quinquagenos & quinquagenos in speluncis, & pauerim eos pane & aqua? Et nunc tu dicis, Vade, & dic domino tuo, Adest Elias: vt interficiat me. Et dixit Elias, Viuit Dominus exercituum, ante cuius vultum sto, quia hodie apparebo ei. Abijt ergo Abdias in occursum Achab, & indicauit ei: venitque Achab in occursum Eliæ: Et cùm vidisset eum, ait, Túne es ille qui conturbas Israel? Et ille ait; Non ego turbaui Israel, sed tu, & domus patris tui, qui dereliquistis mandata Domini, & secuti estis Baalim. Veruntamen nunc mitte, & congrega ad me vniuersum Israel in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetásque lucorum quadringentos, qui comedunt de mensa Iezabel. Misit Achab ad omnes filios Israel, & congregauit prophetas in monte Carmeli. Accedés autem Elias ad omnem populum, ait, Vsquequo claudicatis in duas partes? si Dominus est Deus, sequimini eum: si autem Baal, sequimini illum. Et nõ respõdit ei populus verbum. Et ait rursus Elias D
ad populum, Ego remansi propheta Domini solus: prophetæ autem Baal, quadringenti & quinquaginta * viri sunt. Dentur nobis duo *prophetæ que lucorum quadringẽti.
boues, & illi eligant sibi bouem vnum, & in frusta cædentes ponant super ligna, ignem autem non supponant: & ego faciam bouem alterum, & imponam super ligna, ignem autem non supponam. Inuocate nomina deorũ vestrorum, & inuocabo nomen Domini mei: & Deus qui exaudierit per ignẽ, ipse sit Deus. Respõdens omnis populus ait, Optima propositio*. Dixit ergo Elias prophetis Baal. Eli- *quam locutus est Elias
gite vobis bouem vnum, & facite primi, quia vos plures estis: & inuocate nomina deorum vestrorum, ignemque non supponatis. Qui cùm tulissent bouem quem dederat eis, fecerunt: & inuocabant nomen Baal de manè vsque ad meridiem, dicentes, Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui responderet: transiliebantque altare quod fecerant. Cumque es- E
set iam meridies, illudebat illis Elias, dicens, Clamate voce maiore: deus enim, & forsitan loquitur, aut in diuersorio est, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Clamabant ergo voce magna, & incidebant se iuxta ritum suum cultris, & lanceolis, donec perfunderentur sanguine. Postquàm autem transijt meridies, & illis prophetãtibus venerat tempus quo sacrificium offerri solet, nec audiebatur vox, nec aliquis respondebat, nec attendebat orantes: dixit Elias omni populo:

Venite ad me. Et accedente ad se populo, curauit altare Domini quod destructum fuerat. Et tulit duodecim lapides iuxta numerum tribuum filiorum Iacob, ad quem factus est sermo Domini, dicens, ‖Israel erit nomen tuum. Aedificauit de lapidibus altare in nomi- Gen. 32. f.
F ne Domini: fecitque aquæductum, quasi per duas aratiunculas in circuitu altaris, & composuit ligna: diuisitque per membra bouem, & posuit super ligna, & ait, Implete quatuor hydrias aqua, & fundite super holocaustum, & super ligna. Rursumque dixit, Etiã secundò hoc facite. Qui cùm fecissent secundò, ait, Etiam tertiò idipsum facite. Feceruntque tertiò, & currebant aquæ circum altare, & fossa aquæductus repleta est. Cumque iam tempus esset vt offerretur holocaustum, accedẽs Elias propheta, ait, Domine Deus Abraham, & Isaac, & Israel, ostende hodie quia tu es Deus Israel, & ego seruus tuus, & iuxta præceptum tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me Domine, exaudi me: vt discat populus iste quia tu es Dominus Deus, & tu conuertisti cor eorum iterum. Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocaustum, & ligna, & lapides, puluerem quoq; & aquam quæ erat in aquæductu lambens. Quod cùm vidisset omnis populus, cecidit in faciem suam: & ait, Dominus ipse est Deus, Dominus ipse est Deus.
G Dixitque Elias ad eos, Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cùm apprehendissent, duxit eos Elias ad Torrentem-cison, & interfecit eos ibi. Et ait Elias ad Achab, Ascende, comede, & bibe: quia sonus multæ pluuiæ est. Ascẽdit Achab, vt comederet & biberet: Elias autem ascendit in verticem Carmeli, & pronus in terram posuit faciem suam inter genua sua, & dixit ad puerum suum, Ascende, & prospice contra mare. Qui cùm ascendisset, & contemplatus esset, ait, Non est quicquam. Et rursum ait illi, Reuertere septem vicibus. In septima autẽ vice, Ecce nubecula parua quasi vestigium hominis ascendebat de mari. Qui ait, Ascen- ▷.3.
de, & dic Achab, Iunge ▷currum tuum' & descende, ne occupet te pluuia. Cumq; se verteret huc atque illuc, ecce cœli contenebrati sunt, & nubes, & ventus, & facta est pluuia grandis. Ascendens itaque Achab abijt in Iezrael, & manus Domini facta est super Eliam, accinctisque lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

S. Elias fugiens Iezabel in deserto, à somno excitatus, panem diuinitus missum edit, aquamq; bibit, & ita ad montem Oreb peruenit, ibiq; in spelunca querens se solum domini prophetam relictum, audit septem millia esse relicta, mittiturque ad vngendum Hazael in regem Syriæ, Iehu in regem Israel, Et Eliseum in prophetam.

CAP. XIX.

NVntiauit autem Achab Iezabel omnia A
quæ fecerat Elias, & quomodo occidisset vniuersos prophetas *gladio. Misitque Iezabel nuntium ad Eliam, dicens, Hæc *Baal.
▷mihi' faciant dij, & hæc addãt, nisi hac hora ▷.10.
cras posuero animam tuã sicut animam vnius ex illis. Timuit ergo Elias, & surgẽs abijt quocumque eum ferebat voluntas: venitque in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum viam vnius diei. Cumq; veniisset, & sederet subter vnam iuniperum, petiuit animæ suæ vt moreretur, & ait, Sufficit mihi Domine, tolle animã meam: neq; enim melior sum quàm patres mei. Proiecitq; se, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce angelus ▷Domini' tetigit eũ, & dixit illi, Sur- ▷.5. *Et.
ge, & comede. *Respexit, & ecce ad caput suũ B
subcineritius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit, & rursum obdormiuit. Reuersusque est angelus Domini secundò, & tetigit eum, dixitque illi, Surge, comede: grandis enim tibi restat via. Qui cùm surrexisset, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus & quadraginta noctibus, vsque ad montem Dei Horeb.

Cumque venisset illuc, mãsit in spelunca: & ecce sermo Domini ad eum, dixitque illi, Quid hic agis Elia? Et ille respondit, ‖Zelo ze Rom. 11. b.
latus sum pro Domino Deo exercituũ, quia 3. Reg. 19.
dereliquerunt pactũ 'Domini' filij Israel: altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderũt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærunt animam meam vt auferant eam. Et ait ei, Egredere, & sta in monte coram Domino: & ecce Dominus transit, & spiritus grandis, & fortis subuertens montes, & conterens C
petras ante Dominum: non in spiritu Domini, & post spiritum cõmotio: nõ in commotione Dominus, & post commotionem ignis: non in igne Dominus, & post ignem sibilus auræ tenuis. Quod cũ audisset Elias, operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ, & ecce vox ad eum, dicẽs, Quid hic agis Elia? Et ille respondit, Zelo zelatus sum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactum tuum filij Israel: altaria tua destruxerunt, & prophetas tuos occiderunt gladio, & derelictus sum ego solus, & quærũt animam meam vt auferant eam. Et ait Domi- 3. Reg. 19.
minus ad eum, Vade & reuertere in viã tuam per desertũ in Damascum: cumq; perueneris illuc, vnges Hazael regem super Syriam, & Iehu filiũ Namsi vnges regẽ super Israel: Eliseũ 4. Reg. 8. b.
aũt filiũ Saphat, qui est de Abel-meula, vnges prophetã pro te. ‖Et erit, quicunque fugerit gla-

rit gladium Hazaël, occidet eum Iehu: & quicunq; fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliseus. ‖Et derelinquam mihi in Israel septẽ Rom. 11. a.
millia 'virorum,' quorum genua non sunt incuruata ante Baal, & omne os quod non adorauerit eum osculans manum. Profectus ergo inde Elias, reperit Eliseum filium Saphat, a- ▷.6.
rantẽ in duodecim ▷iugis boum, & ipse in duodecim ▷iugis boum, arantibus vnus erat: cumque veniisset Elias ad eum, misit pallium suum super illum. Qui statim relictis bobus cucurrit post Eliam, & ait, Osculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & sic sequar te. Dixitq; ei, Vade, & reuertere: quod enim meum erat, feci tibi. Reuersus autem ab eo, tulit par boũ, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: consurgensque abijt, & secutus est Eliam, & ministrabat ei.

S. Syri Samariam obsidentes cæduntur à pueris principum prouinciarum, rursumq; anno altero in campestribus cæduntur, rex autem Achab à propheta reprehenditur, quòd fœdus cũ Ben-adad rege Syriæ inierit, illumq; viuum dimiserit.

CAP. XX.

POrrò Ben-adad rex Syriæ, congregauit A
omnem exercitũ suum, & triginta duos reges secum, & equos, & currus: & ascendens pugnabat contra Samariam, & obsidebat eam. Mittensque nuntios ad Achab regem Israel in ciuitatem, ait, Hæc dicit Ben-adad, Argentum tuum & aurum tuum meum est: & vxores tuæ, & filij tui optimi, mei sunt. Respõditque rex Israel, Iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus sum ego, & omnia mea. Reuertentesq; nuntij, dixerũt, Hæc dicit Ben-adad, qui misit nos ad te, Argẽtum tuum, & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Cras igitur hac eadem hora mittã seruos meos ad te, & scrutabuntur domum tuam, & domum seruorum tuorũ: & omne quod eis placuerit, ponent in manibus suis, & auferent.
B Vocauit autem rex Israel omnes seniores terræ, & ait, Animaduertite & videte quoniam insidietur nobis. misit enim ad me pro vxoribus meis, & filijs, & pro argento & auro: & non abnui. Dixeruntque omnes maiores natu, & vniuersus populus ad eum, Non audias, neq; acquiescas illi. Respondit itaque nuntijs Ben-adad, Dicite domino meo regi, Omnia propter quæ misisti ad me seruũ tuum in initio, faciam: hanc aũt rem facere non possum. Reuersiq; nuntij retulerunt ei. Qui remisit, & ait, Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, si sufficerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui sequitur mẽ. Et respondens rex Israel, ait, Dicite ei, Ne glorietur accinctus æquè vt discinctus. Factum est autem cùm audisset ▷Ben-adad' verbum istud, bibebat ipse & re- ▷.4.
ges in vmbraculis, & ait seruis, Circundate ciuitatem. Et circumdederunt eam. Et ecce propheta vnus accedens ad Achab regem Israel, ait ei, Hæc dicit Dominus, Certè vidisti C
omnem multitudinem hanc nimiam? ecce ego tradam eam in manũ tuam hodie: vt scias quia ego sum Dominus. Et ait Achab, Per quem? Dixitque ei, Hæc dicit Dominus, Per pedissequos principum prouinciarũ. Et ait, Quis incipiet præliari? Et ille dixit, Tu. Recensuit ergo pueros principũ prouinciarum, & reperit numerum ducẽtorum triginta duorum: & recensuit post eos populum, omnes filios Israel, septem millia: & egressi sunt meridie. Ben-adad autem bibebat temulentus in vmbraculo suo, & reges triginta duo cum eo, qui ad auxilium eius venerant. Egressi sunt autem pueri principum prouinciarum in prima frõte. Misit itaque Ben-adad. Qui nuntiauerunt ei, dicentes, Viri egressi sunt de Samaria. At ille ait, Siue pro pace veniunt, apprehẽdite eos viuos: siue vt prælientur, viuos eos capite. Egressi sunt ergo pueri principum prouinciarum, ac reliquus exercitus sequebatur *: *cos. 3.
& percussit vnusquisque virum qui contra se veniebat: fugeruntque Syri, & persecutus est eos Israel. Fugit quoque Ben-adad rex Syriæ D
in equo cum equitibus suis. Necnon egressus rex Israel percussit equos & currus: & percussit Syriam plaga magna. (Accedens autem propheta ad regẽ Israel, dixit, ei, Vade, & confortare, & scito, & vide quid facias: sequenti enim anno rex Syriæ ascendet contra te.) Serui verò regis Syriæ dixerunt ei: Dij montium sunt dij eorum, ideò superauerunt nos: sed melius est vt pugnemus contra eos in campestribus, & obtinebimus eos. Tu ergo verbum hoc fac, Amoue reges singulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis: & instaura numerum militum qui ceciderunt de tuis, & equos secundum equos pristinos, & currus secundum currus quos antè habuisti: & pugnabimus contra eos in campestribus, & videbis quòd obtinebimus eos. Credidit consilio eorum, & fecit ita. Igitur postquam annus transierat, recensuit Ben-adad Syros, & ascendit in Aphec, vt pugnaret contra Israel. Por- E
rò filij Israel recensiti sunt, & acceptis cibarijs profecti ex aduerso, castraq; metati sunt contra eos, quasi duo parui greges caprarum: Syri autẽ repleuerunt terram. (Et accedens ▷vnus' ▷.13.
vir Dei, dixit ad regem Israel, Hæc dicit Dominus, Quia dixerunt Syri, Deus montium est Dominus, & non est Deus vallium: dabo omnem multitudinem hanc grandem in manu tua, & scietis quia ego sum Dominus.)

Dirige-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dirigebantque septem diebus ex aduerso hi, atq; illi acies, septimâ autem die commissum est bellum: percusserunt que filij Israel de Syris centum millia peditum, in die vna. Fugerunt autem qui remanserant in Aphec, in ciuitatem: & cecidit murus super viginti septem millia hominum qui remâserant. Porrò Benadad fugiens ingressus est ciuitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum, dixeruntq; F ei serui sui, Ecce, audiuimus quòd reges domus Israel clementes sint, ponamus itaque saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israel: forsitan saluabit animas nostras. Accinxerũt saccis lumbos suos, & posuerunt funiculos in capitibus suis, veneruntque ad regem Israel, & dixerunt ei, Seruus tuus Ben-adad, dicit, Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait, Si adhuc viuit, frater meus est. Quod acceperunt viri pro omine: & festinantes rapuerunt verbum ex ore eius, atque dixerunt, Frater tuus Ben-
*viuit. adad. *Et dixit eis, Ite, & adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eum Ben-adad, & leuauit eum in currum suum. Qui dixit ei, Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddam: & plateas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedã à te. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eum. Tunc vir quidam de filijs prophetarum dixit ad socium suum in sermone Domini, Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait, Quia noluisti audire vocem Domini, ecce, recedes à me, & G percutiet te leo. Cumq; paululum recessisset ab eo, inuenit eum leo, atque percussit. Sed & alterum inueniens virum, dixit ad eum, Percute me. Qui percussit eum, & vulnerauit. Abijt ergo propheta, & occurrit regi in via, & mutauit aspersione pulueris ▷os &▷ oculos suos. Cumq; rex transisset, clamauit ad regẽ, & ait, Seruus tuus egressus est ad præliandum cominus: cumque fugisset vir vnus, adduxit eum quidam ad me, & ait, Custodi virum istum: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc illucque me verterem, subito non comparuit. Et ait rex Israel ad eum, Hoc est iudicium tuum, quod ipse decreuisti. At ille statim abstersit puluerem de facie sua, & cognouit eum rex Israel quòd esset de prophetis. Qui ait ad eum,
Infr.22.f. Hæc dicit Dominus, ‖ Quia dimisisti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Reuersus est igitur rex Israel in domum suam, audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.

S. Naboth ob negatã regi Achab vineam à falsis testibus iussu Iezabel accusatus lapidatur, quo facto ipsi Achab ad occupandam vineam properanti Elias plurima comminatur mala, quæ tamen Achab se humiliando euadit.

CAP. XXI.

POst verba autem hæc, ▷ tempore illo ▷ vinea erat Naboth Iezrahelitæ, quæ erat in Iezrahel iuxta palatium Achab regis Samariæ. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens, Da mihi vineam tuam, vt faciam mihi hortum olerum, quia vicina est, & prope domum meã, daboq; tibi pro ea vineam meliorem: aut si commodius tibi putas, argenti pretium quantum digna est. Cui respondit Naboth, Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. Venit ergo Achab in domum suam indignãs, & frendẽs super verbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicẽs, Non dabo tibi hæ reditatem patrum meorum. Et proijciens se B in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. Ingressa est autem ad eũ Iezabel vxor sua, dixitq; ei, Quid est hoc, vnde anima tua contristata est? & quare non comedis panem? Qui respondit ei, Locutus sum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei, Da mihi vineam tuam, accepta pecunia: aut ▷.4. si tibi placeat, dabo tibi vineã ▷ meliorem ▷ pro ea. Et ille ait, Non dabo tibi vineam meam. Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius, Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Israel: surge, & comede panem, & equo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitæ. Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & si- C gnauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabant cum Naboth. Literarum autem hæc erat sententia, Prædicate ieiunium, & sedere facite Naboth inter primos populi, & submittite duos viros filios belial contra eum, & falsum testimonium dicant, Benedixit Deum & regem. & educite eum, & lapidate, sicque moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu & optimates qui habitabant cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel, & sicut scriptum erat in literis quas miserat ad eos: prædicauerunt ieiunium, & sedere fecerũt Naboth D inter primos populi. Et adductis duobus viris filijs diaboli, fecerunt eos sedere contra eum: at illi, scilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eum testimonium coram multitudine, Benedixit Naboth Deum & regẽ: quam ob rem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. Miseruntq; ad Iezabel, dicentes, Lapidatus est Naboth, & mortuus est. Factum est autem, cùm audisset Iezabel lapidatum Naboth, & mortuũ, locuta est ad Achab, Surge, & posside vineam Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eam accepta pecunia: non enim viuit Naboth, sed mortuus est. Quod cùm audisset Achab, mortuũ E videlicet Naboth, surrexit, & descendebat in vineã Naboth Iezrahelitæ, vt possideret eam. Factus est igitur sermo Domini ad Eliã Thesbiten, dicens, Surge, & descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria: ecce ad vineam Naboth descendit, vt possideat eam: & loquêris ad eum, dicens, Hæc dicit Dominus, Occidisti, insuper & possedisti. Et post hæc addes, Hæc dicit Dominus, In loco hoc in quo linxerunt canes sanguinem Naboth, lambent quoq; sanguinem tuũ. Et ait Achab
*inimice mi. ad Eliam. Num inuenisti me *inimicum tibi?
4. Qui dixit, Inueni, eo quòd venundatus sis, vt F
*Hæc dicit Dominus, faceres malũ in conspectu Domini. *‖Ecce ego inducam super te malum, & demetam posteriora tua, & interficiam de Achab mingentẽ ad parietem, & clausum, & vltimum in Isra-
Sup.15.g. el, Et dabo domum tuã ‖ sicut domum Ierobo-
Supr.16.a am filij Nabat, ‖ & sicut domũ Baasa filij Ahia:
quia egisti, vt me ad iracundiam prouocares,
4.Re.9.g. & peccare fecisti Israel. ‖Sed & de Iezabel locutus est Dominus, dicens, Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli. Igitur non fuit alter talis sicut G Achab, qui venundatus est vt faceret malum in conspectu Domini: concitauit enim eum Iezabel vxor sua, & abominabilis factus est, in tantum vt sequeretur idôla quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israel. Itaq; cùm audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauitq;, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, Nónne vidisti humiliatum Achab corã me: quia igitur humiliatus est mei
4.Re.9.f. causa, nõ inducam malum in diebus eius, sed ‖in diebus filij sui inferam malũ domui eius.

S. Achab & Iosaphat reges, pseudoprophetarum vaticinio decepti ad pugnam procedunt in Ramoth Galaad, ac vincuntur, occiso Achab, qui Michæam vera prophetantem carcere incluserat: impio Achab succedit filius impius Ochozias, pio autem Iosaphat succedit impius filius Ioram. CAP. XXII.

TAnsierunt igitur tres anni absq; bello inter Syriam & Israel. In anno autem tertio, descendit Iosaphat rex Iuda ad regem Israel. (Dixitq; rex Israel ad seruos suos, Ignoratis quòd nostra sit Ramoth-Galaad, & negligimus tollere eam de manu regis Syriæ) Et ait ad Iosaphat, Venies ne mecum ad præliandum in Ramoth-Galaad? Di-
4.Par.18.a xitq; Iosaphat ad regem Israel, Sicut ego sum,

ita & tu, populus meus, & populus tuus vnũ sunt: & equites mei, equites tui. Dixitq; Iosaphat ad regem Israel, Quære, oro te, hodie sermonem Domini. Cõgregauit ergo rex Israel prophetas, quadringentos circiter viros, & ait ad eos, Ire debeo in Ramoth-Galaad ad bellandum, an quiescere? Qui responderunt, Ascende, & dabit eam Dominus in manu regis. Dixit autem Iosaphat, Non est hic propheta Domini quispiam, vt interrogemus per eum? Et ait rex Israel ad Iosaphat, Remansit vir vnus, per quem possumus interrogare Dominum: sed ego odio eum, quia non prophetat mihi bonum, sed malum, Michæas filius Iemla. Cui Iosaphat ait, Ne loquaris ita rex. Vo- B cauit ergo rex Israel eunuchum quendam, & dixit ei, Festina adducere Michæam filium Iemla. Rex autem Israel, & Iosaphat rex Iuda sedebant vnusquisq; in solio suo vestiti cultu regio, in area iuxta ostium portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ prophetabant in cõspectu eorũ. Fecit quoq; sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriam, donec deleas eam. Omnesque prophetæ similiter prophetabãt, dicentes, Ascende in Ramoth-Galaad, & vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis. Nuntius verò qui ierat vt vocaret Michæam, locutus est ad eum dicens, Ecce sermones prophetarum ore vno regi bona prædicant: sit ergo *sermo tuus similis eorum, & *&. c. loquere bona. Cui Michæas ait, Viuit Dominus, quia quodcumque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. Venit itaque ad regem, & ait illi rex, Michæa, ire debemus in Ramoth- C Galaad ad præliandum, an cessare? Cui ille respondit. Ascende, & vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis. Dixit autem rex ad eum, Iterum atque iterum adiuro te, vt non loquaris mihi nisi quod verũ est, in nomine Domini. Et ille ait, Vidi cunctum Israel dispersum in montibus quasi oues non habentes pastorem: & ait Dominus, Non habent isti dominum: reuertatur vnusquisq; in domum suam in pace. (Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat, Nunquid non dixi tibi quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum?) Ille verò addens, ait, Propterea audi sermonẽ Domini, Vidi Dominum sedentem super solium suum, & omnem exercitum cœli assistentem ei à dextris & à sinistris: & ait Dominus, Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat, & cadat in Ramoth-Galaad? Et dixit vnus verba huiuscemodi, & alius aliter. Egressus est autem spiritus, & stetit corã Domino, & ait, Ego decipiã illum. Cui locutus est Dominus, In quo? Et ille ait, Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Et

*& sicut populus meus, & populus tuus: ec sicut equi mei, ita te equi tui.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. Et dixit Dominus, Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. Nunc igitur ecce dedit Dominus ſpiritum mendacij in ore omnium prophetarũ tuorum, qui hic ſunt, & Dominus locutus eſt contra te malum. Acceſsit autem Sedecias filius Chanaana, & percuſsit Michæam in maxillam, & dixit, Méne ergo dimiſit Spiritus Domini, & locutus eſt tibi? Et ait Michæas, Viſurus es in die illa quando ingrediẽris in cubiculum intra cubiculum, vt abſcõdaris. Et ait rex Iſrael, Tollite Michæã, & maneat apud Amõ principem ciuitatis, & apud Ioas filium Amélech, & dicite eis, Hæc dicit rex, Mittite virum iſtum in carcerem, & ſuſtentate eum pane tribulationis, & aqua anguſtiæ, donec reuertar in pace. Dixitq; Michæas, Si reuerſus fueris in pace, non eſt locutus in me Dominus. Et ait, Audite populi omnes. Aſcẽdit itaq; rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda in Ramoth-Galaad. Dixit itaq; rex Iſrael ad Ioſaphat, Sume arma, & ingredere prælium, & induere veſtibus tuis. porrò rex Iſrael mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruum triginta duobus, dicens, Non pugnabitis contra minorem & maiorem quempiam, niſi contra regem Iſrael, ſolum. Cùm ergo vidiſſent principes curruum Ioſaphat, ſuſpicati ſunt quòd ipſe eſſet rex Iſrael, & impetu facto pugnabant cõtra eum: & exclamauit Ioſaphat. Intellexeruntq; principes curruum quòd nõ eſſet rex Iſrael, & ceſſauerunt ab eo.

*vnus. 8. 'Vir' autem quidã tetendit arcũ, in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſsit regem Iſrael inter pulmonem & ſtomachum. At ille dixit aurigæ ſuo, Verte manum tuam, & eijce me de exercitu, quia grauiter vulneratus ſum. Commiſſum eſt ergo prælium in die illa, &

▷. 8. rex ▷ Iſrael' ſtabat in curru ſuo contra Syros, & mortuus eſt veſpere: fluebat autem ſanguis plagæ in ſinum currus, & præco inſonuit in vniuerſo exercitu antequam ſol occumberet, dicens, Vnuſquiſq; reuertatur in ciuita-

ſuam. 1. tem, & in terram ſuam. Mortuus eſt autem rex, & perlatus eſt in Samariam: ſepelieruntq; regem in Samaria, & lauerunt currum eius in piſcina Samariæ, & linxerunt canes ſanguinem eius, & habenas lauerunt, ‖iuxta verbum Sup. 21. 19. Domini quod locutus fuerat. Reliqua autem Ī ſermonũ Achab, & vniuerſa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit, cunctarumq; vrbium quas extruxit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſrael? Dormiuit ergo Achab cùm patribus ſuis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Ioſaphat verò filius Aſa regnare cœperat ſuper Iudã anno quarto Achab regis Iſrael. Triginta quinque annorum erat cùm regnare cœpiſſet, & viginti quinq; annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Azuba filia Salai. Et ambulauit in omni via Aſa patris ſui, & non declinauit ex ea: fecitq; quod rectum erat in conſpectu Domini. Veruntamen excelſa non abſtulit: adhuc enim populus ſacrificabat, & adolebat incenſum in excelſis. Pacemque habuit Ioſaphat cum rege Iſrael. Reliqua autem verborum Ioſaphat, & opera eius quæ geſsit, & prælia, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iuda? Sed & reliquias effœminatorum, qui remanſerant in diebus Aſa patris eius, abſtulit de terra. Nec erat tunc rex cõſtitutus in Edom. Rex verò Ioſaphat fecerat claſſes in mari, quæ nauigarẽt in Ophir propter aurum: & ire non poterant, quia confractæ ſunt in Aſion-gáber. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Ioſaphat, Vadant ſerui mei cum ſeruis tuis in nauibus. Et noluit Ioſaphat. Dormiuitque Ioſaphat cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cũ eis in Ciuitate Dauid patris ſui: regnauitq; Ioram filius eius pro eo. Ochozias autem filius Achab regnare cœperat ſuper Iſrael in Samaria, anno ſeptimodecimo Ioſaphat regis Iuda, regnauitq; ſuper Iſrael duobus annis. Et fecit malum in conſpectu Domini, & ambulauit in via patris ſui & matris ſuæ, & in via Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. Seruiuit quoque Baal, & adorauit eum, & irritauit Dominum Deum Iſrael, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

Quartus

Quartus Regum liber: Secundum Hebræos, Malachim ſecundus.

S. Ochozias ſuper ægritudine ſua Beel-zebub conſulere volens ab Elia increpatur, ac moriturus prædicitur: duos quinquagenarios principes ad Eliam miſſos ignis cœleſtis deuorat cũ ipſorum militibus, tertio principe ſua modeſtia ſeruato, cum quo Elias ad Achab deſcendit, cui mortuo ſuccedit frater Ioram.

CAP. I.

A Præuaricatus eſt autem Moab in Iſrael, poſtquam mortuus eſt Achab. Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi ſui quod habebat in Samaria, & ægrotauit: miſitq; nuntios, dicens ad eos, Ite, conſulite Beel-zebub deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac. Angelus autem Domini locutus eſt ad Eliam Theſbiten, dicens, Surge, & aſcende in occurſum nũtiorum regis Samariæ, & dices ad eos, Nunquid non eſt Deus in Iſrael, vt eatis ad conſulendum Beel-zebub deum Accaron? Quam ob rem hæc dicit Dominus, De lectulo ſuper quem aſcendiſti, non deſcendes, ſed morte morieris. Et abijt Elias. Reuerſíq; ſunt

B nũtij ad Ochoziã. Qui dixit eis, Quare reuerſi eſtis? At illi reſponderunt ei, Vir occurrit nobis, & dixit ad nos, Ite, & reuertimini ad regem qui miſit vos, & dicetis ei, Hæc dicit Dominus, Nunquid quia nõ erat Deus in Iſrael, mittis vt conſulatur Beel-zebub deus Accaron? Idcirco de lectulo ſuper quem aſcendiſti non deſcendes, ſed morte morieris. Qui dixit eis, Cuius figuræ & habitus eſt vir ille qui occurrit vobis, & locutus eſt verba hæc? At illi dixerunt, Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait, Elias Theſbites eſt. Miſitque ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant ſub eo. Qui aſcendit ad eum: ſedentique in vertice montis, ait, Homo Dei, rex præcepit vt deſcendas. Reſpõdenſque Elias, dixit quinquagenario, Si homo Dei ſum, deſcendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Deſcendit itaque ignis de cœlo, & deuorauit eum & quinquaginta qui erant cum eo. Rurſumque miſit ad eum principem quinquagenarium alterũ, & quinquaginta cũ eo. Qui locutus eſt illi, Homo Dei: hæc dicit rex, Feſtina, deſcende. Reſpondens Elias, ait, Si homo Dei ego ſum, deſ-

Dei. 4. cendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Deſcendit ergo ignis de cœlo, & deuorauit illum, & quinquaginta eius. Iterum miſit principem quinquagenarium tertium, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cùm veniſſet, curuauit genua contra Eliam, & præcatus eſt eum, & ait, Homo Dei, noli deſpicere animam meam & animas ſeruorum tuorum qui mecum ſunt. Ecce deſcendit ig- D nis de cœlo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cũ eis erant: ſed nunc obſecrò vt miſereatis animæ meæ. Locutus eſt autem angelus Domini ad Eliam, dicens, Deſcende cum eo, ne timeas: Surrexit igitur, & deſcendit cum eo ad regem, & locutus eſt ei, Hæc dicit Dominus, Quia miſiſti nuntios ad conſulendum Beel-zebub deum Accaron, quaſi non eſſet Deus in Iſrael à quo poſſes interrogare ſermonem, ideò de lectulo ſuper quem aſcendiſti, nõ deſcẽdes, ſed morte morieris. Mortuus eſt autem iuxta ſermonem Domini quem locutus eſt Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno ſecundo Ioram filij Ioſaphat regis Iudæ: non enim habebat filium. Reliqua autem verborũ Ochoziæ quæ operatus eſt, nónne hæc ſcripta ſunt in Libro ſermonum dierum regum Iſrael.



S. Eliſeus indiuiduus Eliæ comes, Iordanem aqua Eliæ pallio cum illo trãſit, Elia autem in cœlum igneo curru rapto, duplicem eius ſpiritum accipit, ac pallio Eliæ rurſum Iordanis aquas diuidit. Elias quæſitus non inuenitur, aquæ Iericho ac terræ ſterilitas immiſſo per Eliſeum ſale ſanantur, pueriq; Eliſeum irridentes ab vrſis lacerantur.

CAP. II.

FActum eſt autem: cùm leuare vellet Do A minus Eliam per turbinem in cœlum, ibant Elias & Eliſeus de Galgalis, Dixitque Elias ad Eliſeũ, Sede hic, quia Dominus miſit

Universidad de Deusto
Biblioteca

miſit me vſque in Beth-el. Cui ait Eliſeus, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia nō derelinquam te. Cumq; deſcendiſſent Beth-el, egreſsi ſunt filij prophetarum, qui erant in Beth-el, ad Eliſeum, & dixerunt ei, Nunquid noſti quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? Qui reſpondit, Et ego noui: ſilete. Dixit autem Elias ad Eliſeum, Sede hic, quia Dominus miſit me in Iericho. Et ille ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia nō derelinquam te. Cumque veniſſent Iericho, acceſſerunt filij prophetarum qui erant in Iericho, ad Eliſeum, & dixerunt ei, Nunquid noſti quia Dominus hodie tollet dominum tuum à te? Et ait, Et ego noui: ſilete. Dixit aūt B ei Elias, Sede hic quia Dominus miſit me vſque ad Iordanem. Qui ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filijs prophetarum ſecuti ſunt eos, qui & ſteterunt econtra, longe: illi autem ambo ſtabant ſuper Iordanem. Tulitq; Elias pallium ſuum, & inuoluit illud, & percuſsit aquas quæ diuiſæ ſunt in vtranq; partem, & tranſierunt ambo per ſiccum. Cumque tranſiſſent, Elias dixit ad Eliſeum, Poſtula quod vis vt faciam tibi antequā tollar à te. Dixitq; Eliſeus, Obſecro vt fiat in me duplex Spiritus tuus. Qui reſpondit, Rem dificilem poſtulaſti: attamen ſi videris me, quando tollar à te, erit tibi quod petiſti: ſi autem non videris, non erit. Cumq; pergerent, & incedētes ſermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrun
1. Mac. 2. f. Eccl. 48. a. quell & aſcēdit Elias per turbinem in cœlum, C Eliſæus autem videbat, & clamabat, Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius: Et non vidit eum amplius: apprehenditque veſtimenta ſua, & ſcidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ, quod eciderat ei: reuerſuſque ſtetit ſuper ripā Iordanis, & pallio Eliæ
▷.2. quod eciderat ei, percuſsit aquas, ▷ & nō ſunt diuiſæ: ' & dixit, Vbi eſt Deus Eliæ? etiā nunc. Percuſsitque aquas, & diuiſæ ſunt huc atque
*tum. 1. illuc, & tranſijt Eliſeus. Videntes autem *filij prophetarum qui erant in Iericho econtra, dixerunt, Requieuit Spiritus Eliæ ſuper Eliſeum. Et venientes in occurſum eius, adorauerunt eum proni in terram, dixeruntque illi. Ecce, cum ſeruis tuis ſunt quinquaginta viri fortes, qui poſſunt ire, & quærere dominū tuum, ne forte tulerit eū Spiritus Domini, & proiecerit eum in vnū mōtium, aut in vnam vallium. Qui ait, Nolite mittere. Coegeruntque eum, donec acquieſceret, & diceret, Mittite. Et miſerūt quinquaginta viros: qui cùm quæſiſſent tribus diebus, non inuenerunt. Et reuerſi ſunt ad eum: at ille habitabat in Iericho, & dixit eis, Nunquid non dixi vobis, Nolite 'mittere'? Dixerunt quoque viri ciuitatis *Ier. 4.* D ad Eliſeum, Ecce habitatio ciuitatis huius optima eſt, ſicut tuipſe domine perſpicis: ſed aquæ peſsimæ ſunt, & terra ſterilis. At ille ait, Afferte mihi vas nouū, & mittite in illud ſal. Quod cùm attuliſſent, egreſsus ad fontem aquarum, miſit in illum ſal, & ait, Hæc dicit Dominus, Sanaui aquas has, & non erit vltra in eis mors, neque ſterilitas. Sanatæ ſunt ergo aquæ vſque in diem hanc, iuxta verbum Eliſei quod locutus eſt. Aſcendit autem inde in Beth-el: cumque aſcenderet per viam, pueri parui egreſsi ſunt de ciuitate, & illudebant ei, dicentes, Aſcende calue, aſcende calue. Qui cùm reſpexiſſet, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egreſsiq́ue ſunt duo vrſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis quadraginta duos pueros. Abijt autem inde in montem Carmeli, & inde reuerſus eſt in Samariam.

S. *Ob præuaricatum à rege Moab fœdus quod cum rege Iſrael habebat, aſcendunt aduerſus illum rex Iſrael, rex Iuda, & rex Edō, quibus dominus per Eliſeum aquam ſine pluuia promittit, & victoriam de rege Moab, qui ſuum primogenitum immolat.*

CAP. III.

IOram verò filius Achab regnauit ſuper A Iſrael in Samaria anno decimo octauo Ioſaphat regis Iudæ. Regnauitq; duodecim annis. Et fecit malum coram Domino, ſed nō ſicut pater ſuus & mater: tulit enim ſtatuas Baal quas fecerat pater eius. Veruntamen in peccatis Ieroboam filij Nabath, qui peccare fecit Iſrael, adhæſit, nec receſsit ab eis. Porrò Meſa rex Moab, nutriebat pecora multa, & ſoluebat regi Iſrael centum millia agnorum, & centum millia arietum velleribus ſuis: Cūque mortuus fuiſſet Achab, præuaricatus eſt fœdus quod habebat cū rege Iſrael. Egreſsus eſt igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & recenſuit vniuerſum Iſrael. Miſitq; ad Ioſaphat regem Iuda, dicens, Rex Moab receſsit à me, veni mecum contra eum ad prælium. Qui reſpondit, Aſcendam: qui meus eſt, tuus eſt: populus meus, populus tuus: & equi mei, equi tui. Dixitq;, Per quam viam aſcendemus? At B ille reſpondit, Per deſertum Idumææ. Perrexerunt igitur rex Iſrael, & rex Iuda, & rex Edom, & circuierūt per viam ſeptem dierum, nec erat aqua exercitui & iumentis quæ ſequebātur eos. Dixit rex Iſrael, Heu ▷ heu heu', ▷.1. congregauit nos Dominus tres reges, vt traderet in manu Moab. Et ait Ioſaphat, Eſtne hic propheta Domini, vt deprecemur Dominum per eū? Et reſpondit vnus de ſeruis regis Iſrael. Eſt hic Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ. Et ait Ioſaphat, Eſt apud

Eſt apud eū ſermo Domini. Deſcēditq; ad eū
▷.6. rex Iſrael, & Ioſaphat ▷ rex Iuda, ' & rex Edō. Dixit autē Eliſeus ad regem Iſrael, Quid mihi & tibi eſt? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Iſrael, Quare cōgregauit Dominus tres reges hos, vt traderet eos in manus Moab? Dixitque ad eum Eliſeus, Viuit Dominus exercituum, in cuius conſpectu ſto, quòd ſi non vultum Ioſaphat regis Iudæ C erubeſcerem, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem. Nunc autem adducite mihi pſaltem. Cumque caneret pſaltes, facta eſt ſuper eum manus Domini, & ait, Hæc dicit Dominus, Facite alueum torrentis huius foſſas & foſſas. Hæc enim dicit Dominus, Non videbitis ventum, neq; pluuiam: & alueus iſte replebitur aquis, & bibetis vos, & familiæ veſtræ, & iumenta veſtra. Parumque eſt hoc in conſpectu Domini: inſuper tradet etiam Moab in manus veſtras. Et percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem vrbem electam, & vniuerſum lignum fructiferum succidetis, cūctoſque fontes aquarum obthurabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus. Factum eſt igitur mane, quando ſacrificium offerri ſolet, & ecce, aquæ veniebant per viam Edom, & repleta eſt terra aquis. Vniuerſi autem Moabitæ audientes quòd aſcendiſſent reges vt pugnarent aduerſum eos, conuocauerunt omnes qui accincti erant baltheo deſuD per, & ſteterunt in terminis. Primoque mane ſurgentes, & orto iam ſole ex aduerſo aquarū, viderunt Moabitæ econtra aquas rubras, quaſi ſanguinem, dixeruntq;, Sanguis gladij eſt: pugnauerunt reges contra ſe, & cæſi ſunt mutuò: nunc perge ad prædā Moab. Perrexeruntque in caſtra Iſrael: porrò conſurgens Iſrael, percuſsit Moab: at illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant, & percuſſerunt Moab, & ciuitates deſtruxerunt: & omnem agrum optimum, mittētes ſinguli lapides, repleuerunt: & vniuerſos fontes aquarum obthurauerunt: & omnia ligna fructifera ſuccideruntita vt muri tantùm fictiles remanerēt: & circūdata eſt ciuitas à fundibularijs, & magna ex parte pereuſſa. Quod cùm vidiſſet rex Moab, prævaluiſſe ſcilicet hoſtes, tulit ſecum ſeptingentos viros educentes gladios, vt irrūperent ad regem Edom: & non potuerunt. Arripienſq; filium ſuum primogenitum, qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum: & facta eſt indignatio magna in Iſrael, ſtatimque receſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt in terram ſuam.

S. *Eliſeus viduæ pauperculæ oleum impetrat quo ſoluat creditoribus, Sunamitidi hoſpitæ ſuæ filium, quem poſtea mortuum ſuſcitat, farina quoque pulmento infuſa, ipſius auſert amaritudinem, & paucis panibus multos ſaciat.*

CAP. IIII.

MVlier autem quædā de vxoribus pro- A phetarum clamabat ad Eliſeum, dicens, Seruus tuus vir meus mortuus eſt, & tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens Deum: & ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruiendū ſibi. Cui dixit Eliſeus. Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa reſpondit, Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, niſi parum olei quo vngar. Cui ait, Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca. Et ingredere, & claude oſtium tuum, cùm intrinſecus fueris tu & filij tui: & mitte inde in omnia vaſa hæc: & cùm plena fuerint, tolles. Iuit itaq; mulier, & clauſit oſtium ſuper ſe & ſuper filios ſuos: illi offerebant vaſa, & illa infundebat. Cumq; plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum, Affer mihi adhuc vas. Et ille B reſpondit, Non habeo. Stetitq; oleum. Venit autē illa, & indicauit homini Dei. Et ille, Vade, inquit, vende oleum, & redde creditori tuo: tu autem & filij tui viuite de reliquo. Facta eſt autem quædam dies, & tranſibat Eliſeus per Sunam*: erat autem ibi mulier mag- *ciuitatē. na quæ tenuit eum vt comederet panē: cumque frequenter inde tranſiret, diuertebat ad eam vt comederet panē. Quæ dixit ad virum ſuum, Animaduerto quòd vir Dei ſanctus eſt iſte, qui tranſit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum: & ponamus ei in eo lectulum, & menſam, & ſellam, & candelabrum, cùm venerit ad nos, maneat ibi. Facta eſt ergo dies quædam, & veniens diuertit in cœnaculum, & requieuit ibi. Dixitque ad Giezi puerum ſuum, Voca Sunamitidem iſtam. Qui cùm vocaſſet eam, & illa ſtetiſſet coram eo, dixit ad puerum ſuum, Loquere ad C eam, Ecce, ſedulè in omnibus miniſtraſti nobis, quid vis vt faciam tibi? nunquid habes negotium, & vis vt loquar regi, ſiue principi militiæ? Quæ reſpondit, In medio populi mei habito. Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitque Giezi, Ne quæras: filium enim non habet, & vir eius ſenex eſt. Præcepitque itaq; vt vocaret eam: quæ cùm vocata fuiſſet, & ſtetiſſet ante oſtium, dixit ad eam, In tēpore iſto in hac eadem hora, ſi vita comes fuerit, habebis in vtero filium. At illa reſpondit, Noli quæſo domine mi vir Dei, noli mentiri ancillæ tuæ. Et concepit mulier, & peperit filium in tempore, & in hora eadem qua dixerat *Eliſeus. *ci. 1. Creuit autem puer. Et cùm eſſet quædā dies, & egreſſus iſſet ad patrem ſuum ad meſſores, ait patri ſuo, Caput meum ▷ doleo', ca- ▷.3. put meum ▷ doleo'. At ille dixit puero, Tolle, ▷.3. duc eum ad matrem ſuam. Qui cùm tuliſſet,

& duxiſſet

Universidad de Deusto
Biblioteca

& duxisset eum ad matrem suam, posuit eum
illa super genua sua vsq; ad meridiem, & mor
D tuus est. Ascendit autem, & collocauit eum su
per lectulum hominis Dei, & clausit ostium:
& egressa vocauit virum suum, & ait, Mitte
mecum, obsecro, vnum de pueris, & asinam,
vt excurram vsq; ad hominem Dei, & reuer-
tar. Qui ait illi, Quam ob causam vadis ad
‖Vale.10. eum? hodie non sunt Calendæ, neque Sabba-
thum. Quæ respondit, ‖Vadam'. Strauitq; asi
nam, & præcepit puero, Mina, & propera, ne
mihi moram facias in eundo: & hoc age quod
præcipio tibi. Profecta est igitur, & venit ad
virum Dei in montem Carmeli: cumque vi-
disset eam vir Dei econtra, ait ad Giezi pue-
rum suum, Ecce Sunamitis illa. Vade ergo
in occursum eius, & dic ei, Recténe agitur cir
ca te, & circa virum tuum, & circa filium tu-
um? Quæ respondit, Rectè. Cumque venis-
E set ad virum Dei in montem, apprehendit pe
des eius, & accessit Giezi vt amoueret eam. Et
ait homo Dei, Dimitte illam: anima enim e-
ius in amaritudine est, & Dominus celauit à
me, & nō indicauit mihi. Quæ dixit illi, Nun-
quid petiui filium à Domino meo? nunquid
non dixi tibi, Ne illudas me? Et ille ait ad Gie
zi, Accinge lūbos tuos, & tolle baculū meum
in manu tua, & vade, Si occurrerit tibi homo,
nō salutes eum: & si salutauerit te quispiam,
non respondeas illi: & pones baculum meum
super faciem pueri. Porrò mater pueri ait, Vi-
uit Dominus, & viuit anima tua, non dimit-
tam te. Surrexit ergo, & secutus est eam. Gie-
zi autem præcesserat ante eos, & posuerat ba-
culum super faciē pueri, & non erat vox, ne-
que sensus: reuersusque est in occursum eius,
& nuntiauit ei, dicens, Non surrexit puer. In-
gressus est ergo Eliseus domum, & ecce, puer
mortuus iacebat in lectulo eius: ingressusque
clausit ostium super se, & super puerum: & o-
F rauit ad Dominum. Et ascendit, & incubuit
super puerum: posuitque os suum super os e-
ius, & oculos suos super oculos eius, & ma-
nus suas super manus eius: & incuruauit se
super eum, & calefacta est caro pueri. At ille
reuersus, deambulabat in domo, semel huc at
que illuc: & ascendit, & incubuit super eum:
& oscitauit puer septies, aperuitque oculos.
Et ille vocauit Giezi, & dixit ei, Voca Sunami
tidem hanc. Quæ vocata, ingressa est ad eum.
Qui ait, Tolle filium tuum. Venit illa, & cor-
ruit ad pedes eius, & adorauit super terram:
tulitque filium suum, & egressa est, & Elise-
us reuersus est in Galgala. Erat autem fames
in terra, & filij prophetarum habitabant co-
ram eo, dixitque vni de pueris suis, Pone ol-
lam grandem, & coque pulmētum filijs pro-
G phetarum. Et egressus est vnus in agrum vt
colligeret herbas agrestes: inuenitque quasi
vitem syluestrem, & collegit ex ea colocyntī-
das agri, & impleuit pallium suum, & reuer-
sus concidit in ollam pulmenti, nesciebat e-
nim quid esset. Infuderunt ergo socijs, vt co-
mederent: cumq; gustassent de coctione, cla-
mauerunt dicentes, Mors in olla vir Dei. Et
non potuerunt comedere. At ille, Afferte, in-
quit, farinam. ‖Cumque tulissent, misit in ol ‖Et misit.s.
lam, & ait, Infunde turbæ, vt comedant. Et
non fuit amplius quicquam amaritudinis in
olla. Vir autem quidā venit de Baal-salisa de-
ferens viro Dei panes primitiarū, ▷ & vigin- ▷.1.
ti panes hordeaceos, & frumentū nouum in
pera sua. At ille dixit, Da populo, vt comedat.
Respondit que ei minister eius. Quantum est
hoc, vt apponam coram centum viris? Rur-
sum ille ait, Da populo, vt comedat: hæc enim
dicit Dominus, Comedent, & super erit. Po-
suit itaque coram eis: qui comederunt, & su-
perfuit iuxta verbum Domini.

*S. Scidit rex Israel vestimenta sua quòd iussis-
set rex Syriæ vt Naaman leprosum curaret,
quem Eliseus septena in Iordane lotione mun
dat à lepra, quæ Giezi propter munera susce-
pta, ab Eliseo spreta, perpetuo adhæsit.*

CAP. V.

NAaman *princeps militiæ rex Syriæ, e- A *Aramæus.
rat vir magnus apud dominum suum,
& honoratus: per illū enim dedit Do-
minus salutem Syriæ: erat autem vir fortis &
dies, sed leprosus. Porrò de Syria egressi fue
rant latrunculi, & captiuam duxerant de Ter-
ra-Israel puellam paruulam, quæ erat in obse-
quio vxoris Naaman, quæ ait ad dominam
suam, Vtinam fuisset dominus meus ad pro-
phetam qui est in Samaria: profectò curasset
eum à lepra quam habet. Ingressus est itaque
Naaman ad dominum suum, & nuntiauit ei,
dicēs, Sic & sic locuta est puella de Terra-Is-
rael. Dixitq; ei rex Syriæ, Vade, & mittam lite-
ras ad regem Israel. Qui cùm profectus esset, B
& tulisset secum decem talenta argenti, & sex
millia aureos, & decem mutatoria vestimen-
torū: detulit literas ad regē Israel, in hæc ver-
ba, Cùm acceperis epistolā hanc, scito quòd
misérim ad te Naaman seruum meum, vt cu-
res eū à lepra sua. Cumq; legisset rex Israel li-
teras, scidit vestimēta sua, & ait, Nūquid Deus
ego sum, vt occidere possim, & viuificare,
quia iste misit ad me, vt curem hominem à
lepra sua? animaduertite, & videte quòd occa-
siones quærat aduersum me. Quod cùm audis
set Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regem Is
rael vestimēta sua, misit ad eum, dicens, Qua-
re scidisti vestimenta tua? veniat ad me, & C
sciat esse prophetā in Israel. Venit ergo Naa-
man cū equis & curribus, & stetit ad ostium
domus

domus Elisei: misitque ad eum Eliseus nun-
tium, dicens, Vade, & lauare septies in Iorda-
ne, & recipiet sanitatem caro tua, atque mun
daberis. Iratus Naaman recedebat, dicens, Pu-
tabam quòd egrederetur ad me, & stans in-
uocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret
manu suā locum lepræ, & curaret me. Nun-
quid non meliores sunt Abana & Pharphar
D fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer
Luc.4.c. in eis, & munder? ‖Cùm ergo vertisset se, & a-
biret indignans, accesserunt ad eū serui sui, &
▷.4. locuti sunt ei, Pater, ▷ & si rem grandē dixisset
tibi propheta, certe facere debueras: quāto ma
gis quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundabe-
ris? Descendit, & lauit in Iordane septies iu-
xta sermonem viri Dei, & restituta est caro e-
ius, sicut caro pueri paruuli, & mundatus est.
Reuersusq; ad virum Dei cum vniuerso co-
▷.4. mitatu suo, venit, & stetit coram eo, & ait, Ve
rè scio quòd non sit ▷ alius' Deus in vniuersa
terra, nisi tantùm in Israel. Obsecro itaque vt
accipias benedictionem à seruo tuo. At ille
respondit, Viuit Dominus ante quē sto, quia
E non accipiā. Cumq; vim faceret, penitus non
acquieuit. Dixitq; Naaman, Vt vis: sed obse-
cro, concede mihi seruo tuo, vt tollam onus
duorum burdonum de terra, non enim faciet
vltrà seruus tuus holocaustum, aut victimam
dijs alienis, nisi Domino. Hoc autem solum
est de quo depreceris Dominū pro seruo tuo,
Quando ingredietur dominus meus templū
Remmō, vt adoret: & illo innitēte super ma-
num meam, si adorauero in templo Remmō,
adorante eo in eodem loco, vt ignoscat mihi
Dominus seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei,
Vade in pace. Abijt ergo ab eo electo terræ tē-
F pore. Dixitque Giezi puer viri Dei, Pepercit
dominus meus Naaman Syro isti, vt nō acci-
peret ab eo quæ attulit: viuit Dominus, quia
curram post eum, & accipiam ab eo aliquid.
Et secutus est Giezi post tergū Naamā: quem
cū vidisset ille currentem ad se, desilijt de cur-
ru in occursum eius, & ait, Recténe sunt om-
nia? Et ille ait, Rectè. dominus meus misit me
ad te, dicens, Modò venerunt ad me duo ado-
lescentes de monte Ephraim, ex filijs prophe
tarum: da eis talentum argenti, & vestes mu-
tatorias duplices. Dixitq; Naaman, Melius est
vt accipias duo talenta. Et coegit eum, liga-
uitque duo talenta argenti in duobus saccis,
G & duplicia vestimenta, & imposuit duobus
pueris suis, qui & portauerunt corā eo. Cum-
que venisset iam vesperi, tulit de manu eorū,
& reposuit in domo, dimisitque viros, & ab-
ierūt: ipse aūt ingressus, stetit coram domino
suo. Et dixit Eliseus, Vnde venis Giezi? Qui
respondit, Non iuit seruus tuus quōquam. At
ille, ait, Nónne cor meum in præsenti erat,
quando reuersus est homo de curru suo in oc
cursum tui? Nunc igitur accepisti argentum,
& accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas
& oues & boues & seruos & ancillas. Sed &
lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo,
vsque in sempiternum. Et egressus est ab eo
leprosus quasi nix.

*S. Eliseus ferrum securis natare facit, regis Syriæ
milites ducuntur excæcati in Samariā ab Elis-
eo, quem ob regis sui secreta regi Israel patefa-
cta capere nitebantur: at postmodum Syris ob-
sidentibus Samariam, matres ob inediam filios
suos comedunt, propter quod Eliseus à rege iu-
betur occidi.*

CAP. VI.

DIxerunt autem filij prophetarum ad A
Eliseum, Ecce, locus in quo habita-
mus coram te, angustus est nobis. Ea-
mus vsq; ad Iordanem, & ‖tollant' singuli de ‖tollamus.1
sylua materias singulas: vt ædificemus nobis
ibi locum ad habitandum. Qui dixit, Ite. Et
ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cum seruis
tuis. Respondit, Ego veniam. Et abijt cum eis.
Cumq; venissent ad Iordanem, cædebant li-
gna. Accidit autē, vt cùm vnus materiam suc-
cidisset, caderet ferrum securis in aquam: ex-
clamauitq; ille, & ait, Heu heu heu domine
mi, & hoc ipsum mutuò acceperam. Dixit au B
tē homo Dei, Vbi cecidit? At ille monstrauit
ei locum: præcidit ergo lignum, & misit illuc:
natauitq; ferrum, & ait, Tolle. Qui extendit
manum & tulit illud. Rex autem Syriæ pu-
gnabat contra Israel, consiliumq; iniit cum
seruis suis, dicens, In loco illo & illo pona-
mus insidias. Misit itaque vir Dei ad regem
Israel, dicens, Caue ne transeas in locum il-
lum: quia ibi Syri in insidijs sunt. Misit itaq;
rex Israel ad locum quem dixerat ei vir Dei,
& præoccupauit eum, & obseruauit se ibi nō
semel neque bis. Conturbatumq; est cor re-
gis Syriæ pro hac re: & conuocatis seruis suis,
ait, Quare indicatis mihi quis proditor mei
sit apud regem Israel? Dixitq; vnus seruorum C
eius, Nequaquam domine mi rex, sed Elisēus
propheta qui est in Israel, indicat regi Israel
omnia verba quæcunque locutus fueris in
conclaui tuo. Dixitque eis, Ite, & videte
vbi sit: vt mittam, & capiam eum. Annuntia-
uerunt que ei dicentes, Ecce in Dothain. Mi-
sit ergo illuc equos & currus, & robur exerci
tus: qui cùm venissent nocte, circundederunt
ciuitatem. Consurgens autem diluculo mi-
nister viri Dei, egressus est, viditq; exercitum
in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nun-
tiauitque ei dicens, Heu heu heu domine mi,
quid faciemus? At ille respōdit, Noli timere:
plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis.
Cumque orasset Eliseus, ait, Domine, aperi D
oculos huius, vt videat. Et aperuit Dominus

oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruum igneorum, in circuitu Elisei. Hostes verò descenderunt ad eum: porrò Eliseus orauit ad Dominum, dicens, Percute, obsecro, gentem hanc cæcitate. Percussitque eos Dominus, ne viderent, iuxta verbum Elisei. Dixit autem ad eos Eliseus, Non est hæc via, neque ista est ciuitas: sequimini me, & ostendam vobis virum quem quæritis. Duxit ergo eos in Samariam: cumque ingressi fuissent in Samariam, dixit Eliseus, Domine aperi oculos istorum, vt videant. Aperuitque Dominus oculos eorum, & viderunt se E esse in medio Samariæ. Dixitque rex Israel ad Eliseum, cùm vidisset eos, Nunquid percutiã eos pater mi? Et ille ait, Non percuties: neque enim cepisti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias: sed pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibant, & vadant ad dominum suum. Appositaq; est eis ciborum magna præparatio, & comederunt, & biberunt, & dimisit eos, abieruntque ad dominum suum, & vltrà non venerunt latrones Syriæ in Terram Israel. Factum est autem post hæc, congregauit Ben-adad, rex Syriæ, vniuersum exercitũ suum, & ascendit, & obsidebat Samariam. Factaque est fames magna in Samaria: & tandiu obsessa est, donec venundaretur caput asini octoginta argenteis, & quarta pars cabi stercoris columbarum, quinque argenteis. Cumque rex Israel transiret per murũ, mulier quædam exclamauit ad eum, dicens, Salua me domine mi rex. Qui ait, Non: te saluet Dominus: vnde te possum saluare? de area, vel de torcular? Dixitque ad eam rex, Quid tibi vis? Quæ respondit, Mulier ista dixit mihi, Da filium tuum, vt comedamus eum hodie, & filium meum comedemus cras. Coximus ergo filiũ meum, & comedimus. Dixique ei die altera, Da filium tuum vt comedamus eum. Quæ abscondit filium suum. Quod cùm audisset rex, scidit vestimẽta sua, & transibat per murum. Viditq; omnis populus cilicium, quo vestitus erat ad carnẽ intrinsecus. Et ait ▷rex', Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat, si steterit caput Elisei filij Saphat super ipsum hodie. Eliseus autem sedebat in domo sua, & senes sedebant cum eo. Præmisit itaque virum, & antequam veniret nuntius ille, dixit ad senes, Nunquid scitis quòd miserit filius homicidæ hic, vt præcidatur caput meum? videte ergo, cùm venerit nuntius, claudite ostium, & non sinatis eũ introire: ecce enim sonitus pedum domini eius post eum est. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius, qui veniebat ad eum. Et ait, Ecce, tantum malum à Domino est: quid amplius expectabo à Domino?

*S. * Eliseus in Samaria prædicit frumenti abundantiam, quã leprosi quatuor in Samaria annuntiant, territis à Deo Syris, ac omnibus relictis obsidionem soluentibus, dux autem Elisei verbo incredulus à turba conculcatur in porta Samariæ.* CAP. VII.

DIxit autem Eliseus, Audite verbũ Domini, Hæc dicit Dominus, In tempore hoc cras modius similæ vno statêre erit, & duo modij hordei statêre vno, in porta Samariæ. Respondens vnus de ducibus, super cuius manũ rex incũbebat, homini Dei, ait, Si Dominus fecerit etiam cataractas in cœlo, nunquid poterit esse quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Quatuor ergo viri erant leprosi iuxta introitum portæ: qui dixerunt adinuicem, Quid hic esse volumus donec moriamur? Siuẽ ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur: siue manserimus hic, moriendum nobis est: venite ergo, & trãsfugiamus ad castra Syriæ. si pepercerint nobis, viuemus: si autem occidere voluerint, nihilominus moriemur. Surrexerunt ergo vesperi vt venirent ad castra Syriæ. Cumque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt. Siquidem Dominus sonitum audire fecerat in castris Syriæ, curruũ & equorum, ▷ &' exercitus plurimi: dixeruntque adinuicem, Ecce mercede conduxit aduersum nos rex Israel reges Hethæorum, & Aegyptiorum, & venerunt super nos. Surrexerunt ergo, & fugerunt in tenebris, & dereliquerũt tentoria sua, & equos & asinos in castris, fugeruntque, animas tantùm suas saluare cupientes. Igitur cùm venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt vnum tabernaculum, & comederunt & biberunt: tuleruntque inde argentum, & aurum, & vestes, & abierunt, & absconderunt: & rursum reuersi sunt ad aliud tabernaculum, & inde similiter auferentes absconderunt. Dixeruntque adinuicem, Non rectè facimus: hæc enim dies boni nuntij est. Si tacuerimus, & noluerimus nuntiare vsque mane, sceleris arguemur: venite, eamus, & nuntiemus in aula regis. Cumque venissent ad portam ciuitatis, narrauerunt eis, dicentes, Iuimus ad castra Syriæ, & nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos, & asinos alligatos, & fixa tẽtoria. Ierũt ergo portarij, & nuntiauerunt in palatio regis intrinsecus. Qui surrexit nocte, & ait ad seruos suos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri, Sciunt quia fame laboramus, & idcirco egressi sunt de castris, & latitant in agris dicentes, Cùm egressi fuerint de ciuitate capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Respondit autem vnus seruorum eius, Tollamus quinque equos, qui remanserunt in vrbe (quia ipsi tantùm

tantùm sunt in vniuersa multitudine Israel, alij enim consumpti sunt) & mittentes, explorare poterimus. Adduxerũt ergo duos equos, misitque rex in castra Syrorum, dicens, Ite, & D videte. Qui abierunt post eos vsque ad Iordanem: ecce autem omnis via plena erat vestibus, & vasis, quæ proiecerant Syri cùm turbarentur: reuersique nuntij indicauerunt regi. Et egressus populus diripuit castra Syriæ: factusq; est modius similæ statêre vno, & duo modij hordei statêre vno, iuxta verbum Domini. Porrò rex ducem illum, in cuius manu *incubuerat constituit ad portam: quem cõculcauit turba in introitu portæ, & mortuus est, iuxta *quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum. Factumque est secundum sermonem viri Dei, quem dixerat regi, quando ait, Duo modij hordei statêre vno erunt, & modius similæ statêre vno, hoc eodem tempore cras in porta Samariæ: quando respondérat dux ille viro Dei, & dixerat, Etiã si Dominus fecerit cataractas in cœlo, nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis oculis tuis, & inde non comedes. Euenit ergo ei sicut prædictum erat, & conculcauit eum populus in porta, & mortuus est.

incumbebat. 5.

verbum. 1.

S. Post septennem famem ab Eliseo prædictam, Sunamitis quæ ipsius consilio peregrinata erat, reuersa suos agros cum fructibus recuperat: Eliseus Ben-adad ægrotantem respondet moritu rum, & impium Azael regnaturum: Ioram rex Iudæ percussit Idumeos quòd à se recessissent, cui impio succedit Ochozias filius impius. CAP. VIII.

A ELiseus autem locutus est ad mulierem
Sup. 4.f. ‖cuius viuere fecerat filium, dicens, Surge, vade, tu & domus tua, & peregrinare vbicunque repereris: vocauit enim Dominus famem, & veniet super terram septem annis. Quæ surrexit, & fecit iuxta verbum hominis Dei: & vadẽs cum domo sua, peregrinata
omit septem. 1. est in terra Philisthijm *diebus multis'. Cumque finiti essent anni septem, reuersa est mulier de terra Philisthijm: & egressa est vt interpellaret regem pro domo sua & pro agris
B suis. Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens, Narra mihi omnia magnalia quæ fecit Eliseus. Cumque ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius viuificauerat filium, clamans ad regem pro domo sua, & pro agris suis: dixitque Giezi, Domine mi rex, hæc est mulier, & hic est filius eius quẽ suscitauit Eliseus. Et interrogauit rex mulierem: quæ narrauit ei. Deditque ei rex eunuchum vnum, dicens, Restitue
C ei omnia quæ sua sunt, & vniuersos reditus agrorum à die qua reliquit terram, vsq; ad præsens. Venit quoq; Eliseus Damascũ, & Ben-adad rex Syriæ ægrotabat: nuntiauerunt*que ei, dicẽtes, Venit vir Dei huc. Et ait rex ad Hazael, Tolle tecum munera, & vade in occursum viri Dei, & consule Dominum per eum, dicens, Si euadere potero de infirmitate mea hac? Iuit igitur Hazael in occursum eius, habẽs secum munera, & oia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Cumque stetisset coram eo, ait, Filius tuus Ben-adad rex Syriæ, misit me ad te, dicens, Si sanari potero de infirmitate mea hac? Dixitque ei Eliseus, Vade, dic ei, Sanaberis: porrò ostendit mihi Dominus quia morte morietur. Stetitq; cum eo, & conturbãtus est vsque ad suffusionem vultus: fleuitque vir Dei. Cui Hazael ait, Quare dominus meus flet? At ille dixit, Quia scio quæ D facturus sis filijs Israel mala. Ciuitates eorum munitas igne succẽdes, & iuuenes eorum interficies gladio, & paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. Dixitque Hazael, Quid enim sum seruus tuus canis, vt faciam rem istam magnam? Et ait Eliseus, Ostendit mihi Dominus te regem Syriæ fore. Qui cùm recessisset ab Eliseo, venit ad dominum suum: qui ait ei, Quid dixit tibi Eliseus? At ille respõdit, Dixit mihi, Recipies sanitatem. Cumque venisset dies altera, tulit stragulum, & infudit aquam, & expãdit super faciem eius: quo mortuo regnauit Hazael pro eo. ‖Anno quinto Io- 2.Pa.21.b.
ram filij Achab regis Israel, & Iosaphat regis Iuda, regnauit Ioram filius Iosaphat rex Iuda. Triginta duorum annorum erat cùm regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitque in vijs regum Israel, sicut ambulauerat domus Achab: filia enim Achab erat vxor eius: & fecit quod malum est in cõspectu Domini. Noluit autem Dominus disperdere Iudam propter Dauid seruum suum, ‖sicut promiserat ei, vt daret illi lucernam, & 2.Reg. 7.b
filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recessit Edom, ne esset sub Iuda, & cõstituit sibi regem. Venitq; Ioram Seira, & omnes currus cũ eo: & surrexit nocte, percussitq; Idumæos qui eum circundederãt, & principes curruum, populus autem fugit in tabernacula sua. Recessit ergo Edom ne esset sub Iuda, vsq; ad diem hanc. Tunc recessit & Lobna in tẽpore illo. Reliqua autem sermonum Ioram, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in Libro verborum dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Ciuitate-Dauid, ‖& regnauit *Ochozias' filius eius pro eo. Anno duodecimo Iorã filij Achab regis Israel regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ. Viginti duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Athalia filia Amri regis Israel. Et

2.Pa.22.a. *Athasias.6 & infrà semper.

ambulauit in vijs domus Achab : & fecit quod malum est coram Domino, sicut domus Achab : gener enim domus Achab fuit. Abijt quoq; cum Ioram filio Achab, ad præliandum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth-Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram: qui reuersus est vt curaretur, in Iezrahel: quia vulnerauerant eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazael regem Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit inuisere Ioram filium Achab, in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

S. *Iehu in regem Israel vncto mandat Dominus vt deleat domum Achab: occidit ergo Ioram vnà cum Ochozia rege Iuda, & corpus Iezabel à fenestra ipsius iussu præcipitatæ canes comederunt, iuxta Eliæ vaticinium.*

CAP. IX.

A Eliseus autē prophetes vocauit vnum de filijs prophetarum, & ait illi, ||Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth-Galaad. [3.Re.19.c.] Cumque veneris illuc, videbis Iehu filium Iosaphat filij Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum. Tenensque lenticulam olei, fundes super caput eius, & di- B ces, Hæc dicit Dominus, Vnxi te regem super Israel. Aperiesque ostium, & fugies, & non ibi subsistes. Abijt ergo adolescens puer prophetæ in Ramoth-Galaad, & ingressus est illuc: Ecce autem principes exercitus sedebant, & ait, Verbum mihi ad te ô princeps. Dixitq; Iehu: Ad quem ex omnibus nobis? At ille dixit, Ad te ô princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum: at ille fudit oleum super caput eius, & ait, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vnxi te regē super populū Domini Israel, & percuties domū Achab domini tui, & vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, & sanguinem omnium seruorum Domini [3.Reg.21.f.] ||de manu Iezabel. Perdamque omnem domum Achab: & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clausum, & nouissimum in Israel. Et dabo domum Achab, ||sicut [3.Re.15.g. 3.Reg.16.a] domum Ieroboam filij Nabat, || & sicut domum Baasa filij Ahia. Iezabel quoque comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitq; ostium & fugit. Iehu autem egressus est ad seruos domini sui: qui dixerunt ei, Rectène sunt omnia? quid venit in- C sanus iste ad te? Qui ait eis, Nostis hominem, quid locutus sit. At illi responderunt, Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis, Hæc & hæc locutus est mihi: & ait, Hæc dicit Dominus, Vnxi te regem super Israel. Festinauerūt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt, Regnauit Iehu. ||Coniurauit ergo Iehu [Sup. 8.g] filius Iosaphat filij Namsi contra Ioram: porrò Ioram obsederat Ramoth-Galaad, ipse & omnis Israel contra Hazael regem Syriæ: & reuersus fuerat vt curaretur, in Iezrahel, propter vulnera, quia percusserant eum Syri, præliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixitque Iehu, Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nuntiet in Iezrahel. Et ascendit, & profectus est in Iezrael: Ioram enim ægrotabat ibi, & Ochozias rex Iuda descenderat ad visitandum Ioram. Igitur speculator qui stabat super turrim Iez- D rahel, vidit globum Iehu venientis, & ait, Video ego globum. Dixitque Ioram, Tolle currum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens, Rectène sunt omnia? Abijt ergo qui ascenderat currum, in occursum eius, & ait, Hæc dicit rex, Pacatáne sunt omnia? Dixitque Iehu, Qui tibi & paci? transi, & sequere me. Nuntiauit quoque speculator, dicens, Venit nuntius ad eos, & non reuertitur. Misit etiam currum equorum secundum: venitque ad eos, & ait, Hæc dicit rex, Nunquid pax est? Et ait Iehu, Quid tibi & paci? transi, & sequere me. Nuntiauit autem speculator, dicens, Venit vsque ad eos, & non reuertitur: E est autem incessus quasi incessus Iehu filij Namsi, præceps enim graditur. Et ait Ioram, Iunge currum. "Iunxeruntque' currum eius, & egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda, singuli in curribus suis, egressique sunt in occursum Iehu, & inuenerunt eum in agro Naboth Iezrahelitæ. Cumq; vidisset Ioram Iehu, dixit, Pax est Iehu? At ille respondit, Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & venificia eius multa vigent. Conuertit autem Ioram manum suam, & fugiens ait ad Ochoziam, Insidiæ Ochozia. Porrò Iehu tetendit arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas: & egressa est sagitta per cor eius, statimque corruit in curru suo. Dixitque Iehu ad Badacer ducem, Tolle, proijce eum F in agro Naboth Iezrahelitæ: memini enim quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem huius, quòd Dominus onus hoc leuauerit super eum, dicens. ||Si non [3.Reg.21.d] pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & proijce eum in agrum iuxta verbum Domini. Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viam domus horti: persecutusq; est eum Iehu, & ait, Etiam hunc percutite in curru suo. ▷Et percusserunt eum' in ascensu Gaber qui est iuxta Ieblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi. Et impo-

suerunt

suerunt eum serui eius super currum suum, & tulerunt in Ierusalem: sepelieruntque eum in sepulchro cùm patribus suis in Ciuitate-Dauid. Anno vndecimo Ioram filij Achab, *regnauit Ochozias super Iudam, venitque [*regis Israel.] Iehu in Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suos stibio, & orna- G uit caput suum, & respexit per fenestram ingredientem Iehu per portam, & ait, Nunquid [3.Re.16.c.] pax potest esse Zambri, ||qui interfecit Dominum suum? Leuauitque Iehu faciem suam ad fenestram, & ait, Quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi. *At [*& dixerūt, Hæc est illa Iezabel] ille dixit eis, Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam, aspersusque est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerūt eam. Cumque introgressus esset vt comederet, biberetque, ait, Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam: quia filia regis est. Cūque issent vt sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam, & pedes, & summas manus. Reuersique nuntiauerunt ei. Et ait Iehu. Ser- [3.Re.21.f.] mo Domini est, ||quem locutus est per seruū suum Eliam Thesbiten, dicens, In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel, & erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes dicāt, Hæccine est illa Iezabel?

S. *Iehu. 70. filios Achab & .42. fratres Ochoziæ necari iubet, totamq; Achab progeniem delet, & omnes sacerdotes Baal callidè conuocatos occidit, exusta illius statua, & templo in cloacā verso, attamen propter peccata Iehu vehementer cæsus est Israel ab Hazael, mortuo autem Iehu succedit filius eius Ioachaz.*

CAP. X.

A Erant autem Achab septuaginta filij in Samaria: scripsit ergo Iehu literas, & misit in Samariam, ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens, Statim vt acceperitis literas has, qui habetis filios domini vestri, & currus & equos, & ciuitates firmas, & arma, eligite meliorem, & eum qui vobis placuerit de filijs domini vestri, & eum ponite super solium patris sui, & pugnate pro domo domini vestri. Timuerunt illi vehementer, & dixerunt, Ecce duo reges non potuerunt stare coram eo, & quomodo nos valebimus resistere? Miserunt ergo præpositi domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritij, ad Iehu, dicentes, Serui tui sumus, quæcunque iusseris faciemus, nec constituemus nobis regem: quæcun- B que tibi placēt, fac. Rescripsit autem eis literas secundò, dicens, Si mei estis & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini vestri, & venite ad me hac eadem hora cras, in Iezrahel. Porrò filij regis, septuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cumq; venissent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderūt septuaginta viros, & posuerunt capita eorum in cophinis, & miserunt ad eū in Iezrahel. Venit autem nuntius, & indicauit ei, dicens, Attulerunt capita filiorum regis. Qui respondit, Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vsque mane. Cumq; diluxisset, egressus est, & stans dixit ad omnem populum, Iusti estis: si ego coniuraui contra dominum meum, & interfeci eum, quis percussit omnes hos? Videte ergo nūc quoniam non cecidit de sermonibus Domini in terram, ||quos locutus est Dominus super domum Achab, & Dominus fecit quod locutus [3.Re.21.g] est in manu serui sui Eliæ. Percussit igitur Ie- C hu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrahel, & vniuersos optimates eius, & notos & sacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ. Et surrexit, & venit in Samariam: cumque venisset ad Cameram-pastorum, in via inuenit fratres Ochoziæ regis Iuda, dixitque ad eos, Quinam estis vos? Qui responderunt, fratrès Ochoziæ sumus, & descendimus ad salutandos filios regis, & filios reginæ. Qui ait, Cōprehendite eos viuos. Quos cùm comprehendissent viuos, iugulauerunt eos in cisterna iuxta Cameram, quadragintaduos viros, & non reliquit ex eis quenquam. Cumq; D abisset inde, inuenit Ionadab filiū Rechab in occursum sibi, & benedixit ei. Et ait ad eum, Nūquid est cor tuum rectum, *sicut cor meū cum corde tuo? Et ait Ionadab, Est. Si est, in- [*cum corde meo.] quit: da manum tuam. Qui dedit ei manum suam. At ille leuauit eum ad se in currum, dixitque ad eum, Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Et impositum in curru suo, duxit in Samariam. Et percussit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vsq; ad vnū, iuxta verbum Domini quod locutus est per Eliam. ||Congregauit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos, Achab coluit [3.Re.16.g] Baal parum, ego autem colam eum ampliùs. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & vniuersos seruos eius, & cunctos sacerdotes ipsius vocate ad me: nullus sit qui non veniat, sacrificium enim grande est mihi Baal: quicunque defuerit, non viuet. Porrò Iehu faciebat hoc insidiosè, vt disperderet cultores Baal. E Et dixit, Sanctificate diem solennem Baal. Vocauitque, & misit in vniuersos terminos Israel, & venerunt cuncti serui Baal: non fuit residuus ne vnus quidem qui non veniret. Et ingresi sunt templum Baal: & repleta est domus Baal, à summo vsque ad summum. Dixitque his qui erant super vestes, Proferte vestimenta vniuersis seruis Baal. Et protulerunt eis vestes. Ingressusque Iehu, & Ionadab fi-

lius Rechab templũ Baal, aït cultoribus Baal, Perquirite, & videte ne quis fortè vobiscũ sit de seruis Domini, sed vt sint serui Baal soli. Ingressi sunt igitur vt facerẽt victimas & holocausta: Iehu autem præparauerat sibi foris octoginta viros, & dixerat eis, Quicunque fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus vestras, anima eius erit pro anima illius. F Factum est autem: cùm completum esset holocaustum, præcepit Iehu militibus, & ducibus suis, Ingredimini, & percutite eos, nullus euadat. Percusseruntq; eos in ore gladij, & proiecerunt, milites & duces: & ierunt in ciuitatem templi Baal, & protulerũt statuam de phano Baal, & combusserunt, & comminuerunt eã. Destruxerunt quoq; ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas, vsque in diẽ hanc. Deleuit itaque Iehu Baal de Israel: veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, non recessit, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Beth-el & in Dan. Dixit autem Dominus ad Iehu, Quia studiosè egisti quod rectũ erat, & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo fecisti contra domum Achab: ‖filij tui vsque ad Infra.15.a. quartam generationem sedebunt super thronum Israel. Porrò Iehu non custodiuit vt ambularet in lege Domini Dei Israel in toto G corde suo: non enim recessit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Israel.

In diebus illis cœpit Dominus tædere super Israel: percussitque eos Hazel in vniuersis finibus Israel, à Iordane cõtra orientalem plagam, omnem Terram-Galaad & Gad & Ruben & Manasse, ab Aroer quæ est super Torrentem-Arnon, & Galaad, & Basan. Reliqua autem verborum Iehu, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Et dormiuit Iehu cũ patribus suis, sepelieruntque eum in Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu super Israel, viginti & octo anni sunt, in Samaria.

S. Athalia, omni semine regio præter Ioas per ipsam extincto, regnum sibi vsurpat, sed præcipiẽte Ioiada sacerdote occiditur, & Ioas rex Iuda constituitur, destructis aris & imaginibus Baal.

CAP. XI.

A ‖Thalia verò mater Ochoziæ, videns mortuum filium suũ, surrexit, & in- 2.Pa.22.d. terfecit omne semen regium. Tollens autem Iosaba filia regis Ioram, soror Ochoziæ, Ioas filium Ochoziæ, furata est eũ de medio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem eius de triclinio: & abscondit eum à facie Athaliæ, vt nõ interficeretur. Eratq; cum ea sex annis clàm in domo Domini: porrò Athalia regnauit super terram*. ‖Anno autem *septimo misit Ioiada, & assumens centuriones, & milites introduxit ad se in templũ Domini, pepigitque cum eis fœdus: & adiurans eos in domo Domini, ostendit eis filium regis, & præcepit illis, dicens, Iste est sermo quem facere debetis, Tertia pars vestrũ introeat sabbatho, & obseruet excubias domus regis. Ter- B tia autem pars sit ad portam Seir: & tertia pars sit ad portam quæ est post habitaculum scutariorum: & custodietis excubias domus Messa. Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes sabbatho, custodiant excubias domus Domini circa regem. Et vallabitis eum, habentes arma in manibus vestris: siquis autem ingressus fuerit septum templi, interficiatur: eritisque cum rege introeunte & egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada sacerdos: & assumentes singuli viros suos: qui ingrediebantur sabbatho, cũ his qui egrediebantur è sabbatho, venerũt ad Ioiadam sacerdotem. Qui dedit eis hastas, & arma regis Dauid, quæ erant in domo Domini. Et steterunt singuli habentes arma in manu sua à parte templi dextera, vsque ad partem sinistram altaris, & ædis, circum regem. Produxitq; filium regis, & posuit super eum C diadema & testimonium: feceruntque eum regem, & vnxerunt: & plaudentes manu dixerũt, Viuat rex. Audiuit autem Athalia vocem populi currentis: & ingressa ad turbas in templum Domini, vidit regem stantem super tribunal iuxta morem, & cantores & *tubas prope eum, omnemq; populum terræ lætantẽ, & canentem tubis: & scidit vestimenta sua, clamauitque, Coniuratio, coniuratio. Præcepit- *turbas. aũt Ioiada *centurionibus qui erant super ex- *sacerdotis. ercitum, & ait eis, Educite eã extra septa templi, & quicunque eam secutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim sacerdos, Non occidatur in templo Domini. Imposueruntq; ei manus, & impegerunt eam per viam introitus equorum, iuxta palatium*, & interfecta est i- *regiũ. bi. Pepigit ergo Ioiada fœdus inter Dominũ & regem,

& regem, & inter populum, vt esset populus Domini, & inter regem & populum. Ingressusq; est omnis populus terræ templum Baal, & destruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè: Mathan quoque sacerdotem Baal, occiderunt coram altari. Et posuit sacerdos custodias in domo Domini. Tulitque cẽturiones, & cerethi & phelethi legiones, & omnem populum terræ, deduxeruntque regem de domo Domini: & venerunt per viam portæ scrutariorum in palatium, & sedit super thronum regum. Lætatusque est omnis populus terræ, & ciuitas cõquieuit. Athalia autem occisa est gladio in domo regis. Septemque annorum erat Ioas, cùm regnare cœpisset.

S. Ioas gazophylacij pecuniam ad sartatecta templi instauranda expendit, Hazaeli autem regi Syriæ bellum contra Ierusalem paranti mittit omnes templi & palatij Thesauros, tandemq; à seruis suis occiditur, cui succedit filius eius Amasias.

CAP. XII.

A ANno septimo Iehu regnauit Ioas: quadraginta annis regnauit in Ierusalem. nomen matris eius Sebia, de Ber-sabee. Fecitque Ioas rectum coram Domino cunctis diebus quibus docuit eum Ioiada sacerdos. Veruntamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelsis incensum. Dixitque Ioas ad sacerdotes, Omnem pecuniam sanctorũ quæ illata fuerit in templum Domini à prætereuntibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quã sponte & arbitrio cordis sui inferunt in templum Domini: accipiant illam sacerdotes iuxta ordinem suum, & instaurent sartatecta domus, si quid necessariũ viderint instauratione. Igitur vsq; ad vicesimumtertium annum regis Ioas, non instaurauerunt sacerdotes sartatecta templi. Vocauitque rex Ioas Ioiadam B pontificẽ & sacerdotes, dicens eis, Quare sartatecta non instauratis tẽpli? nolite ergo amplius accipere pecuniam iuxta ordinem vestrum, sed ad instaurationem templi reddite eam. Prohibitique sunt sacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo, & instaurare sarta- *templi.2. tecta *domus'. Et tulit Ioiada pontifex gazophilacium vnum, aperuitque foramen desuper, & posuit illud iuxta altare ad dextram ingredientium domum Domini, mittebantque in eo sacerdotes qui custodiebant ostia, omnem pecuniam quæ deferebatur ad templum Domini. Cumq; viderent nimiam pecuniam esse in gazophylacio, ascendebat scriba regis & pontifex, effundebantque, & numerabant pecuniam quæ inueniebatur in domo Domini: & dabant eam iuxta numerum atque mensuram in manu eorum qui præerant cæmen- C tarijs domus Domini: qui impendebant eam in fabris lignorum, & in cæmentarijs ijs qui operabantur in domo Domini, & sartatecta faciebant: & in ijs qui cædebant saxa, & vt emerent ligna & lapides qui excidebantur: ita vt impleretur instauratio domus Domini in vniuersis quæ indigebant expensa ad muniendã domum. Veruntamen nõ fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuscinulæ & thuribula & tubæ, & omne vas aureũ & argenteum, de pecunia quæ inferebatur in templum Domini. Ijs enim qui faciebant opus, dabatur, vt instauraretur* templum Do- *exed.1. mini: & non fiebat ratio ijs hominibus qui accipiebant pecuniam vt distribuerent eam artificibus, sed in fide tractabãt eam. Pecuniã verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis nõ inferebant in templum Domini, quia sacerdotum erat. Tunc ascendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat contra Geth, cepitq; eam: & direxit faciem suam vt ascenderet in Ierusalem. Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia san- D ctificata, quæ consecrauerant Iosaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipse obtulerat: & vniuersum *argentum' *aurum.1. quod inueniri potuit in thesauris templi Domini, & in palatio regis: misitque Hazaeli regi Syriæ, & recessit ab Ierusalem. Reliqua autem sermonum Ioas, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborũ dierum regũ Iuda? Surrexerunt autem serui eius, & cõiurauerunt inter se, percusseruntq; Ioas in Domo-mello in descensu Sella. Iosachar nanq; filius Semaath, & Iozabad filius Somer serui eius, percusserũt eum, & mortuus est: & sepelierunt eũ cum patribus suis in Ciuitate-Dauid, regnauitq; Amasias filius eius pro eo.

S. Ioachaz rex Israel propter peccata sua grauissimè afflictus à rege Syriæ, conuersus ad Dominũ liberatur, cui mortuo succedit filius Ioas, qui iuxta Elisei morientis vaticinium Syros ter deuicit: mortui autem Elisei sepulchro iniectus quidam mortuus suscitatur.

CAP. XIII.

A ANno vicesimo tertio Ioas filij Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu super Israel in Samaria, decem & septem annis. Et fecit malum corã Domino, secutusque est peccata Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, & non declinauit ab eis. Iratusque est furor Domini cõtra Israel, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Ben-adad filij Hazel, cunctis diebus. Deprecatus est autem Ioachaz faciem Domini, & audiuit eũ Dominus: vidit enim angustiam Israel, quia attriuerat eos rex Syriæ: & dedit Dominus saluatorem Israeli, & liberatus est de manu regis Syriæ: habitauerũtq; filij Israel in tabernaculis suis sicut he- ▷.4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ri & nudiustertius. Veruntamen non recesserunt à peccatis domus Ieroboam qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauerunt: siquidē & lucus permansit in Samaria. Et nō sunt
B derelicti Ioachaz de populo, nisi quinquaginta equites, & decem currus, & decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quasi puluerem in tritura areæ. Reliqua autem sermonum Ioachaz, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierū regum Israel? Dormiuitque Ioachaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in Samaria: regnauitq; Ioas filius eius pro eo. Anno tricesimo septimo Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioachaz super Israel in Samaria sedecim annis, & fecit quod malum est in conspectu Domini: non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboā filij Nabath, qui peccare fecit Israel, sed in ipsis ambulauit. Reliqua autem sermonum Ioas, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius, quomodo pugnauerit contra Amasiam regem Iuda, nōne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Ioas cum patribus suis: Ieroboam autem sedit super solium eius. Porrò Ioas sepultus est in Samaria
C cum regibus Israel. Eliseus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus est: descenditque ad eum Ioas rex Israel, & flebat coram eo, dicebatq;, Pater mi, pater mi, currus Israel & auriga eius. Et ait illi Eliseus, Affer arcum & sagittas. Cumq; attulisset ad eum arcum & sagittas, dixit ad regem Israel, Pone manum tuam super arcum. Et cum posuisset ille manum suam, superposuit Eliseus manus suas manibus regis, & ait, Aperi fenestram orientalē. Cumq; aperuisset, dixit Eliseus, Iace sagittam. Et iecit. Et ait Eliseus, Sagitta salutis Domini, & sagitta salutis cōtra Syriam: percutiesq; Syriam in Aphec, donec cōsumas eam. Et ait, Tolle sagittas. Qui cum tulisset, rursum dixit ei, Percute iaculo terram. Et cum percussisset tribus vicibus, & stetisset, iratus est vir Dei contra eum, & ait, Si percussisses quinquies, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad consummationem: nunc au
D tem tribus vicibus percuties eam. Mortuus est ergo Eliseus, & sepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominē, viderunt latrunculos, & proiecerunt cadauer in sepulchro Elisei. ‖ Quod cum tetigisset
Eccl. 48.b ossa Elisei, reuixit homo, & stetit super pedes suos. Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Israel cunctis diebus Ioachaz: & misertus est Dominus eorum, & reuersus est ad eos propter pactū suum quod habebat cum Abrahā & Isaac & Iacob: & noluit disperdere eos, neq; proijcere penitus, vsque in præsens tempus, Mortuus est autem Hazael rex Syriæ, & regnauit Ben-adad filius eius pro eo. Porrò Ioas filius Ioachaz, tulit vrbes de manu Ben-adad filij Hazael, quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure prælij: tribus vicibus percussit eum Ioas, & reddidit ciuitates Israel.

S. Amasias interfectis occisoribus patris sui Ioas, percutit Edom, sed prouocans ad bellum Ioas regem Israel, ab eo capitur, & Ierusalem diripitur: at Ioas regi Israel succedit filius Ieroboam: qui ab angustijs liberat Israel, cui succedit filius Zacharias: porro facta cōiuratione aduersus Amasiā regem Iuda à suis occiditur, cui succedit filius Azarias impius.

CAP. XIIII.

IN anno secundo Ioas filij Ioachaz regis A Israel regnauit Amasias filius Ioas regis 2. Pa. 25. a
Iuda. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset: viginti autem & nouem annis regnauit in Ierusalem: nomē *matris eius Ioadan, de Ierusalem. Et fecit rectum coram Domino, veruntamen nō vt Dauid pater eius. Iuxta omnia quæ fecit Ioas pater suus fecit: nisi hoc tantum quod excelsa nō abstulit: adhuc enim populus immolabat & adolebat incensum in excelsis. Cumque obtinuisset regnum, percussit seruos suos qui interfecerant regem patrem suum: filios autem eorum qui
B occiderant, non occidit, iuxta quod scriptum est in libro legis Moysi, sicut præcepit Dominus, dicens, ‖ Nō morietur patres pro filijs, neque filij morietur pro patribus: sed vnusquisq; in peccato suo morietur. Ipse percussit Edom in Valle-Salinarum, decem millia, & apprehendit Petram in prælio, vocauitq; nomē eius Iectehel, vsq; in præsentem diē. Tunc mi
C sit Amasias nuntios ad Ioas filium Ioachaz, filij Iehu regis Israel, dicēs, Veni, & videamus nos. Remisitq; Ioas rex Israel ad Amasiam regem Iuda, dicēs, Carduus Libani misit ad cedrum, quæ est in Libano, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorem. Transieruntq; bestiæ saltus, quæ sunt in Libano, & conculcauerunt carduum. Percutiens inualuisti super Edom, & subleuauit te cor tuum: cōtentus esto gloria, & sede in domo tua: quare prouocas malum, vt cadas tu & Iudas tecū? Et non acquiescit Amasias: Ascenditque Ioas rex Israel, & viderunt se, ipse & Amasias rex Iuda in Beth-
D sames oppido Iudæ. Percussusq; est Iuda coram Israel, & fugerunt vnusquisque in tabernacula sua. Amasiam verò regem Iuda filium Ioas filij Ochoziæ, cepit Ioas rex Israel in Beth-sames, & adduxit eum in Ierusalem: & interrupit murum Ierusalem, à porta Ephraim vsque ad portam anguli, quadringentis cubitus. Tulitque omne aurum & argentum, & vniuersa

& vniuersa vasa quæ inuenta sunt in domo Domini, & in thesauris regis, & obsides, & reuersus est in Samariam. Reliqua autem verborum Ioas quæ fecit, & fortitudo eius qua pugnauit contra Amasiam regem Iuda, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierū
E regum Israel? Dormiuitq; Ioas cum patribus suis, & sepultus est in Samaria cum regibus Israel: & regnauit Ieroboam filius eius pro eo. Vixit autem Amasias, filius Ioas rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz re
*quindecim. gis Israel *vigintiquinque annis. Reliqua autem sermonum Amasiæ, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Factaque est contra eum coniuratio in Ierusalem: at ille fugit in Lachis. Miseruntque post eum in Lachis, & interfecerunt eū ibi. Et
F asportauerunt in equis, sepultusque est in Ierusalem cum patribus suis in Ciuitate-Da-
2. Pa. 26. a uid. ‖ Tulit autem vniuersus populus Iudæ Azariam annos natum sedecim, & constituerunt eum regem pro patre eius Amasia. Ipse
*Elath. 1. ædificauit *Ailam', & restituit eā Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis. Anno quintodecimo Amasiæ filij Ioas regis Iuda, regnauit Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria, quadraginta & vno anno: & fecit quod malum est coram Domino. Non recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath, vsque ad Mare-solitudinis, iuxta sermonē Domini Dei Israel,
G quem locutus est per seruum suum Ionam fi
*prophetæ. 1 lium Amathi *prophetam' qui erat de Geth quæ est in Opher. Vidit enim Dominus afflictionem Israel amaram nimis, & quòd consumpti essent vsq; ad clausos carcere & extremos, & non esset qui auxiliaretur Israeli. Nec locutus est Dominus vt deleret nomen Israel de sub cœlo, sed saluauit eos in manu Ieroboā filij Ioas. Reliqua autem sermonum Ieroboam, & vniuersa quæ fecit, & fortitudo eius qua præliatus est, & quomodo restituit Damascum, & Emath Iudæ in Israel: nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuitque Ieroboam cum patribus suis regibus Israel, & regnauit Zacharias filius eius pro eo.

S. Azariæ leproso succedit filius Ioatham in Iuda. Zachariæ autem in Israel succedit Sellum, & huic Manahem qui fit tributarius regi Assyriorum, & huic Phaceia, & huic Phacee, cuius temporibus Theglath-phalasar deuictam magnam partem Israelitarum transtulit in Assyrios: huic succedit Osee: in Iuda autem mortuo Ioatham succedit filius Achaz.

CAP. XV.

ANno vicesimo septimo Ieroboam re- A
gis Israel regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda. Sedecim annorū erat, cum regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Iechelia, de Ierusalem. Fecitq; quod erat placitum coram Domino, iuxta omnia quæ fecit Amasias pater eius. Veruntamē excelsa non est demolitus: adhuc populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. ‖ Per- 2. Pa. 26. d
cussit autem Dominus regem, & fuit leprosus vsque in diem mortis suæ, & habitabat in do-
*libere. 5. mo *libera' seorsum: Ioatham verò filius regis gubernabat palatium, & iudicabat populū terræ. Reliqua autem sermonū Azariæ & vniuersa quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in libro verborum dierū regū Iuda? Et dormiuit Azarias B
cum patribus suis: sepelierūtq; eū cum maioribus suis in Ciuitate-Dauid, & regnauit Ioathā filius eius pro eo. Anno tricesimo octauo Azariæ regis Iudæ, regnauit Zacharias filius Ieroboā super Israel in Samaria sex mēsibus: & fecit quod malū est coram Domino, sicut fecerāt patres eius: nō recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Cōiurauit autē contra eum Sellum filius Iabes: percussitq; eū palàm, & interfecit, regnauitq; pro eo. Reliqua autem verborum Zachariæ,
C nónne hæc scripta sunt in libro sermonū dierum regū Israel? ‖ Iste est sermo Domini quē Supr. 10. f
locutus est ad Iehu, dicens, Filij tui vsque ad quartam generationem sedebunt de te super 2. 3.
thronum Israel. Factumq; est ita. Sellū filius Iabes regnauit tricesimonono anno Azariæ regis Iudæ: regnauit autē vno mense in Samaria. Et ascēdit Manahem filius Gadi de Thersa: venitq; in Samariam, & percussit Sellum filium Iabes in Samaria, & interfecit eum, regnauitque pro eo. Reliqua autem verborum Sellum, & coniuratio eius per quam tetendit insidias: nōne hæc scripta sunt in libro sermonū dierum regū Israel? Tunc percussit Manahē, Thapsam, & omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa, noluerant enim aperire ei: & interfecit omnes prægnātes eius, & scidit eas. Anno tricesimonono Azariæ regis Iu
D dæ regnauit Manahem filius Gadi super Israel decem annis in Samaria. Fecitq; quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel *cunctis diebus eius. Veniebat Phul' rex *Cūctis diebus eius veniebat Phul. 5.
Assyriorū in *Thersam', & dabat Manahem *terram. 1.
Phul mille talēta argēti, vt esset ei in auxiliū, & firmaret regnum eius. Indixitque Manahem argentum super Israel cūctis potentibus & diuitibus, vt daret regi Assyriorū, quinquaginta siclos argēti per singulos: reuersusq; est rex Assyriorū, & nō est moratus in *Thersa'. *terra. 1.

Reliqua

Universidad de Deusto
Biblioteca

E Reliqua autē sermonum Manahem, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Et dormiuit Manahem cum patribus suis: regnauitque Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquagesimo Azariæ regis Iudæ regnauit Phaceia filius Manahem super Israel in Samaria, biennio: & fecit quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Cōiurauit autem aduersus eum Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percussit eum in Samaria in turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta Arie, & cum eo quinquaginta viros de filijs Galaaditarum, & interfecit eum, regnauitq; pro eo. Reliqua autem sermonum Phaceia, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonū dierum regum Israel? Anno quinquagesimo secundo Azariæ regis Iudæ, regnauit Phacee filius Romeliæ super Israel in Samaria, vigin F ti annis. Et fecit quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. In diebus Phacee regis Israel venit Theglath-phalásar rex Assur, & cepit Aion, & Abel-domum-Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Asor, & Galaad, & Galilæam, & vniuersam terram Nephthali: & transtulit eos in Assyrios. Coniurauit autem, & retendit insidias Osee filius Ela cōtra Phacee filium Romeliæ, & percussit eum, & interfecit: regnauitque pro eo vicesimo anno Ioatham filij Oziæ. Reliqua autem sermonū Phacee, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regū Israel? ‖ Anno secundo Phacee filij Romeliæ regis Israel, regnauit Ioatham filius Oziæ regis Iuda. Viginti quinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: nomē matris eius, Ieruſa filia Sadoc. Fecitque quod erat placitum coram Domino: iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus operatus est. Veruntamen excelsa non abstulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incensum in excelsis: ipse ædificauit portam domus Domini sublimissimam. Reliqua autem sermonum Ioatham, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? In diebus illis cœpit Dominus mittere in Iudam Rasin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. Et dormiuit Ioatham cum patribus suis, sepultusque est cum eis in Ciuitate-Dauid patris sui, & regnauit Achaz filius eus pro eo.

2.Pa.27.a. G

S. Achaz filium suum per ignem cōsecrat, regibus quoq; Israel & Syriæ Ierusalem obsidentibus, auxiliū à rege Assyriorū missis muneribus obtinet, in cuius gratiam ablato Dei cultu dijs Assyriorū sacrificat, cui succedit pius filius Ezechias.



CAP. XVI.

ANno decimo septimo Phacee filij Romeliæ, regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. Viginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: Non fecit quod erat placitum in conspectu Domini Dei sui, sicut Dauid pater eius. sed ambulauit in via regum Israel: insuper & filiū suum consecrauit, transferens per ignem secundum idôla gentium, quæ dissipauit Dominus coram filijs Israel. Immolabat quoque victimas, & adolebat incensum in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. ‖ Tunc ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Israel in Ierusalem ad præliandum: cumque obsiderét Achaz, non valuerunt superare eum. In tempore illo restituit Rasin rex Syriæ Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila: & Idumæi *venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vsque in diem hanc. Misit autē Achaz nuntios ad Theglath-phalásar regem Assyriorum, dicens, Seruus tuus, & filius tuus ego sum: ascende, & salua me de manu regis Syriæ, & de manu regis Israel, qui cōsurrexerunt aduersum me. Et cùm collegisset *argentum & aurum quod inueniri potuit in domo Domini, & in thesauris regis, misit regi Assyriorū munera. Qui & acquieuit voluntati eius: ascendit enim rex Assyriorum in Damascum, & vastauit eā: & transtulit habitatores eius Cyrenen, Rasin autem interfecit. Perrexitq; rex Achaz in occursum Theglath-phalásar regi Assyriorum in Damascum, cumq; vidisset altare Damasci, misit rex Achaz ad Vriam sacerdotem exemplar eius, & similitudinem iuxta omne opus eius. Extruxitque Vrias sacerdos altare: iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz, de Damasco, ita fecit sacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damasco. Cumque venisset rex de Damasco, vidit altare, & veneratus est illud: ascenditque, & immolauit holocausta, & sacrificium suum, & libauit libamina, & fudit sanguinem pacificorum quæ obtulerat super altare. Porrò altare æreum, quod erat co-

*or Syrh.

*Adhaz.d

C

ram Domino, transtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini: posuitque illud ex latere altaris ad aquilonem. Præcepit quoque rex Achaz Uriæ sacerdoti, dicens, Super altare maius offer holocaustum matutinum, & sacrificium vespertinum, & holocaustum regis, & sacrificium eius, & holocaustum vniuersi populi terræ, & sacrificia eorum, & libamina eorum: & omnem sanguinem holocausti, & vniuersum sanguinem victimæ super illud effundes: altare verò æreum erit paratum ad voluntatem meam. Fecit igitur Urias sacerdos iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz. Tulit autem rex Achaz cælatas bases, & lutêrem, qui erat désuper: & mare deposuit de bobus æreis, qui sustentabant illud, & posuit super pauimentum stratum lapide. Musach quoque sabbathi, quod ædificauerat in templo: & ingressum regis exterius, cōuertit in templum Domini propter regem Assyriorum. Reliqua autem verborū Achaz *quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Dormiuitq; Achaz cum patribus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate-Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

D

*or omnia.

S. Post multa filiorum Israel quæ commemorantur facinora, Salmanásar sub Osee recusante antiquum Assyrio péndere tributum, transfert Israel in Assyrios: & quia Assyrij in Samariam missi, cultum Dei ignorantes, deuorabātur à leonibus, mittitur eis sacerdos Israeliticus qui ipsos instituat, sicq; factum est, vt & Deo & idôlis seruirent.

CAP. XVII.

A ANno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Osee filius Ela in Samaria super Israel nouem annis. Fecitq; malum coram Domino: sed non sicut reges Israel qui ante eum fuerant. Contra hunc ascendit Salmanásar rex Assyriorum, & factus est ei Osee seruus, reddébatq; illi tributa. Cūque deprehendisset rex Assyriorum Osee, quòd rebellare nitēs, misisset nuntios ad Sua regem Aegypti, ne præstaret tributa regi Assyriorū sicut singulis annis solitus erat, obsedit eū, & vinctum misit in carcerē. Peruagatusq; est omnem terrā: & ascendens Samariam, obsedit eam tribus annis. ‖ Anno autem nono Osee, cœpit rex Assyriorum Samariam, & transtulit Israel in Assyrios: posuitque eos in Hala, & in Habor iuxta fluuium Gozan, in ciuitatibus Medorum. Factum est enim, cùm peccassent filij Israel Domino Deo suo, qui eduxerat eos de Terra-Aegypti, de manu Pharaonis regis Aegypti, coluerunt deos alienos. Et ambulauerunt iuxta ritum Gentium quas consumpserat Dominus in conspectu filiorum Israel, & regum Israel: quia similiter fecerant. Et *offenderunt filij Israel verbis non rectis Dominum Deum suum: & ædificauerūt sibi excelsa in cunctis vrbibus suis à Turre-custodum vsque ad Ciuitatem-munitam. Fecerunt quę sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, subter omne lignum nemorosum: & adolebant ibi incensum super aras in morem gentium quas transtulerat Dominus à facie eorum: feceruntque verba pessima irritantes Dominum, & colúerūt immunditias de quibus præcepit eis Dominus ne facerent verbū hoc. Et testificatus est Dominus in Israel & in Iuda per manum omnium Prophetarum & Videntium, dicens, ‖ Reuertimini à vijs vestris pessimis, & custodite præcepta mea & ceremonias, iuxta omnem legem quam præcepi patribus vestris: & sicut misi ad vos in manu seruorum meorum Prophetarum. Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicem suam iuxta ceruicem patrum suorum, qui noluerunt obedire Domino Deo suo. Et abiecerunt legitima eius, & pactum quod pepigit cum patribus eorum, & testificationes quibus contestatus est eos: secutique sunt vanitates, & vanè egerunt: & secuti sunt gentes quæ erant per circuitum eorum, super quibus præceperat Dominus eis vt non facerent sicut & illæ faciebant. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui: feceruntq; sibi cō flatiles duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuersam militiam cœli: seruieruntq; Baal, & consecrauerunt filios suos, & filias suas per ignem: & diuinationibus inseruiebant & augurijs: & tradiderunt se vt facerent malum coram Domino, vt irritarent eum. Iratusq; est Dominus vehementer Israeli, & abstulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iuda tantummodo. Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata Domini Dei sui: veruntamē ambulauit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Proiecitq; Dominus omne semen Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripiētium, donec proijceret eos à facie sua: ‖ ex eo iam tēpore, quo scissus est Israel à domo Dauid, & constituerunt sibi regem Ieroboam filium Nabat: separauit enim Ieroboam Israel à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. Et ambulauerunt filij Israel in vniuersis peccatis Ieroboam quæ fecerat: & non recesserunt ab eis, vsquequo Dominus auferret Israel à facie sua, ‖ sicut locutus fuerat in manu omnium seruorū suorum Prophetarum: trāslatusq; est Israel de terra sua in Assyrios, vsque in diem hanc. Adduxit autem rex Assyriorum *de Babylone, & de Cutha, & de Auah, & de Emath, & de Sepharuáim, & collocauit eos

3.Re.12.c.

Iere.25.b.

*viros.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel: qui possederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius. Cumque ibi habitare cœpissent, non timebant Dominum: & immisit in eos Dominus leones qui interficiebãt eos.
E Nuntiatumque est regi Assyriorum, & dictũ, Gentes quas transtulisti, & habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorant legitima Dei terræ, & immisit in eos Dominus leones: & ecce, interficiũt eos, eo quòd ignorent ritum Dei terræ. Præcepit autem rex Assyriorum, dicẽs, Ducite illuc vnum de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxistis, & vadat, & habitet cum eis: & doceat eos legitima Dei terræ. Igitur cùm venisset vnus de sacerdotibus his qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Beth-el, & docebat eos quomodo colerent Dominum. Et vnaquæque gens fabricata est deum suum: posueruntque eos in phanis excelsis quæ fecerant Samaritæ gens & gens in vrbibus suis in quibus habitabat. Viri enim Babylonij fecerunt Socoth-benoth: viri autem Cũthæi fecerunt Nergel: & viri de Emath fe-
F cerunt Asima. Porrò Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de Sepharuáim, comburebãt filios suos igni, Adramélech & Anamélech dijs Sepharuáim, & nihilominus colebant Dominum. Fecerunt autem sibi de nouissimis sacerdotes excelsorum, & ponebãt eos in phanis sublimibus. Et cùm Dominum colerent, dijs quoque suis seruiebant iuxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant Samariam. Vsque in præsentem diem morem sequuntur antiquũ: non timent Dominum, neque custodiunt ceremonias eius, atq; iudicia & legem & mandatum
Gene. 31.f. quod præceperat Dominus filijs Iacob, ‖quẽ cognominauit Israel: & percusserat cũ eis pactum, & mandauerat eis, dicens, Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neque colatis eos, & non immoletis eis. Sed Dominum
G Deum vestrum qui eduxit vos de Terra-Aegypti in fortitudine magna, & in brachio extento: ipsum timete, & illũ adorate, & ipsi immolate. Ceremonias quoque, & iudicia & legem & mandatum quod scripsit vobis, custodite, vt faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alienos. Et pactum quod percusit vobiscum, nolite obliuisci: nec colatis deos alienos, sed Dominum Deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorum. Illi verò non audierunt, sed iuxta consuetudinem suam pristinam perpetrabãt. Fuerunt igitur gentes istæ timentes quidem Dominum, sed nihilominus & idôlis suis seruientes: nam & filij eorum, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsque in præsentem diem.

S. Ezechias pietate eximius, dissipatis idolorum delubris, ac æneo Moysi serpente confracto, per cutit Edom, & quum Assyrijs rebellasset, rex Assyriorum expugnatis ciuitatibus Iuda, Ezechiæ veniam precãti magnã pecuniæ vim imponit, missa quoque manu valida Ierusalẽ obsidet, multis probris in Ezechiam & blasphemijs in Deum per Rapsacen iactatis.

CAP. XVIII.

A Anno tertio Osee filij Ela regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Vigintiquinque annorum erat cùm regnare cœpisset: & vigintinouem annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Abi filia Zachariæ. Fecitque quod erat bonũ coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipse dissipauit excelsa, & cõtriuit statuas, & succidit lucos, confregitq; serpẽtem æneum, ‖quem fecerat Moyses: siquidem Num. 21.
vsq; ad illud tẽpus filij Israel adolebant ei incensum: vocauitq; nomen eius Nohestan. In Domino Deo Israel sperauit: itaq; post eum non fuit similis ei de cũctis regibus Iuda, sed neque in his qui ante eum fuerunt: & adhæsit Domino, & non recessit à vestigijs eius, fecitque mandata eius quæ præceperat Dominus Moysi. Vnde & erat Dominus cum eo, & B
in cunctis ad quæ procedebat, sapienter se agebat. Rebellauit quoque contra regem Assyriorum, & non seruiuit ei. Ipse percussit Philisthæos vsque ad Gazam, & omnes terminos eorum, à Turre-custodum vsque ad Ciuitatem-munitam. Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filij Ela regis Israel, ascendit Salmanásar rex Assyriorum in Samariam, & oppugnauit eam, & cepit. ‖Nam Super. 17.
post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est no
no anno Osee regis Israel, capta est Samaria: & transtulit rex Assyriorũ Israel in Assyrios, collocauitque eos in Hala, & in Habor fluuijs Gozan, in ciuitatibus Medorũ: quia non audierũt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum eius, omnia quæ præceperat Moyses seruus Domini, non audierunt, C
neque fecerunt. ‖Anno quartodecimo regis 2. Par. 32.a
Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyrio- Isa. 33.a
rum, ad vniuersas ciuitates Iuda munitas: & Eccli. 48.c
cepit eas. Tunc misit Ezechias rex Iuda, nũtios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens, Peccaui, recede à me: & omne quod imposueris mihi, feram. Indixit itaque rex Assyriorum Ezechiæ regi Iudæ, trecenta talenta argẽti, & triginta talenta auri. Deditque Ezechias omne argentum quod repertum fuerat in domo Domini, & in thesauris regis. In tempore illo confregit Ezechias valuas templi Domini, & laminas auri quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum. Misit autẽ rex Assyriorum

D riorum Tharthan, & Rabsaris, & Rabsacẽ de Lachis ad regem Ezechiam cum manu valida Ierusalem: qui cùm ascendissent, venerunt Ierusalem, & steterunt iuxta aquæ ductum piscinæ superioris, quæ est in via Agri-fullonis. Vocauerunt̃que regem: egressus est autem ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph, à commentarijs. Dixitque ad eos Rabsaces, Loquimini Ezechiæ. Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorũ, Quæ est ista fiducia qua niteris? Forsitan inisti consilium, vt præpares te ad præliũ. In quo confidis, vt audeas rebellare? an speras in baculo arundineo atque confracto
E Aegypto, super quẽ si incubuerit homo, cominutus ingredietur manum eius, & perforabit eam? sic est Pharao rex Aegypti, omnibus qui confidunt in se. Quòd si dixeritis mihi, In Domino Deo nostro habemus fiduciam: nónne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria: & præcepit Iudæ & Ierusalem, Ante altare hoc adorabitis in Ierusalem? Nũc igitur transite ad dominum meum regem Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorũ, & videte an habere valeatis ascensores eorũ. Et quomodo potestis resistere ante vnum satrapam de seruis domini mei minimis? An fiduciam habes in Aegypto propter currus & equites? Nunquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istum, vt demolirer eum? Dominus dixit mihi, Ascende ad terram hanc, & demolire eam. Dixerũt autem Eliacim filius Helciæ, & Sobna, & Ioahe Rabsaci, Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè: siquidẽ intelligimus hanc linguam: non loquaris nobis Iudaicè audiente populo qui est super mu
F rum. Respondítque eis Rabsaces, dicens, Nunquid ad dominum tuum, & ad te misit me dominus meus, vt loquerer sermones hos, & nõ potius ad viros qui sedent super murum, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam suam vobiscum? Stetit itaque Rapsaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait, Audite verba regis magni, regis Assyriorum. Hæc dicit rex, Non vos seducat Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea. Neq; fiduciam vobis tribuat super Dominum, dicens, Eruẽs liberabit nos Dominus, & non tradetur ciuitas hæc in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam. Hæc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum quod vobis est vtile, & egredimini ad me: & comedet vnusquisque de vinea sua, & de ficu sua: & bibetis aquas de cisternis vestris, donec veniam, & transferam vos in terram quæ similis est terræ vestræ, in terram fructiferam, & fertilem vini, terram panis & vinearum, terram oliuarum, & olei ac
G mellis: & viuetis, & non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium terram suam de manu regis Assyriorum? Vbi est Deus Emath & Arphad? vbi est deus Sepharuáim, Ana & Aua? nunquid liberauerũt Samariã de manu mea? Qui nam illi sunt in vniuersis dijs terrarum, qui eruerunt regionem suam de manu mea, vt possit eruere Dominus Ierusalem de manu mea? Tacuit itaque populus, & non respondit ei quicquam: siquidem præceptum regis acceperant vt non responderent ei. Venitque Eliacim filius Helciæ, præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph, à comentarijs, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

S. Ezechia & Isaia conuersis ad Dominum, & pro liberatione precantibus, propter Rabsacis blasphemias, percutit angelus Dñi, 185000. Assiriorum, & fugiens Sennacherib in templo idolorum suorum à filijs suis occiditur.

CAP. XIX.

Q Væ cùm audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco, ingressusq; est domum Domini. Et misit Eliacim præpositum domus, & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis, ad Isaiam prophetam filium Amos. Qui dixerunt*, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiæ dies iste: venerunt filij vsq; ad partum, & vires non habet paturiẽs. Si fortè audiat Dominus Deus tuus vniuersa verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, vt exprobraret Deum viuentem, & argueret verbis quæ audiuit Dominus Deus tuus: & fac orationem pro reliquijs quæ repertæ sunt. Venerũt ergo B
serui regis Ezechiæ ad Isaiam. Dixitq; eis Isaias, Hæc dicetis domino vestro, Hæc dicit Dominus, Noli timere à facie sermonũ quos audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. Ecce ego immittam ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur in terrã suã, & deijciam eũ gladio in terra sua. Reuersus est ergo Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum expugnãtem Lobnam: audierat enim quod recessisset de Lachis. Cumque audisset de Tharáca rege Aethiopiæ, dicentes, Ecce, egressus est vt pugnet aduersum te: & iret cõtra eũ, misit nuntios ad Ezechiã, dicens, Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda, Nõ te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam: neq; dicas, Non tradetur Ierusalem in manus regis Assyriorũ. Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assy- C
riorũ vniuersis terris, quomodo vastauerunt *Isa. 1.
eas: ‘num’ ergo solus poteris liberari? Nũquid liberauo-

*ci. 1 Isai. 37. a

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberauerunt dij gentium singulos, quos vastauerunt patres mei, Gozan videlicet, & Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erãt in Thelassar? Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis Sepharuáim, Ana & Aua? Itaque cũ accepisset Ezechias literas de manu nuntiorum, & legisset eas, ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, & orauit in conspectu eius, dicens, Domine Deus Israel, qui sedes super cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cœlum & terram. Inclina aurem tuam & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui misit vt exprobraret ▷no-
D bis' Deum viuentem. Verè Domine dissipauerunt reges Assyriorum gentes, & terras ▷omnium. 'Et miserunt deos eorum in ignem: nõ enim erant dij, sed opera manuum hominum ex ligno & lapide, & perdiderunt eos. Nunc igitur Domine Deus noster, saluos nos fac de manu eius, vt sciant omnia regna terræ quia tu es Dominus Deus solus. Misit autem Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorũ, audiui. Iste est sermo quem locutus est Dominus de eo, Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion: post tergum tuum caput mouit, filia Ierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? contra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? contra
E sanctum Israel. Per manum seruorum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti, In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montiũ, in summitate Libani, & succîdi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et ▷1. ingressus sum vsque ad terminos eius, ▷&' saltum carmeli eius ego succîdi. Et bibi aquas alienas, & siccaui vestigijs pedum meorum omnes aquas clausas. Nunquid non audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmaui illud, & nunc adduxi: eruntque in ruinam collium conpugnantiũ ciuitates munitæ. Et qui sedent in eis, humiles manu: contremueruut & cõfusi sunt, facti sunt velut fœnum agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem. Habitaculum tuum, & egressum tuum, & in-
F troitum tuum, & viam tuam ego præsciui, & furorẽ tuum contra me. Insanisti in me, & superbia tua ascendit in aures meas: ponam itaque circulum in naribus tuis, & camum in labijs tuis, & reducam te in viam per quam venisti. Tibi autem Ezechia hoc erit signum, Comede hoc anno quæ repereris: in secundo autem anno quæ sponte nascuntur: porrò in tertio anno seminate & metite: plantate vineas, & comedite "fructum' earum. Et

"fructus. 2.

quodcunque reliquum fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorsum, & faciet fructum sursum. De Ierusalem quippe egredientur reliquiæ, & quod saluetur de monte Sion: zelus G Domini exercituũ faciet hoc. Quam ob rem hæc dicit Dominus de rege Assyriorum, Non ingredietur vrbem hanc nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circũdabit eam munitio. Per viam qua venit, reuertetur: & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. Protegamq; vrbem hanc, & saluabo eam propter me, & propter Dauid ser- Tobiæ 4. Eccl. 48. Iſai. 37.
uum meum. ‖Factum est igitur in nocte illa, venit angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinq; millia. 1. Mac. 7. 2. Mac. 8.
Cumq; diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum: & recedens abijt, & ‖reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & mansit in Niniue. Cùm adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramélech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntq; in terram Armeniorum, & regnauit Asar-haddon filius eius pro eo.

S. Isaias ægrotantem Ezechiam moriturum denũtiat, at ille sua oratione sanitatem cum prorogatione vitæ ad quindecim annos à Deo impetrat, dato sanitatis signo per solis regressum: Assyrijs autẽ munera deferentibus thesauros ostendit, & ob id per Isaiam reprehenso captiuitas Babylonica denuntiatur, cui impius succedit filius Manasses. CAP. XX.

IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque A
ad mortem: & venit ad eum Isaias filius 2. Par. 32. Iſai. 38. Eccl. 48.
Amos, propheta, dixitq; ei, Hæc dicit Do-
minus ▷Deus', Præcipe domui tuæ: morieris ▷tu
enim tu, & non viues. Qui conuertit faciem
suam ad parietem, & orauit Dominũ, dicens,
Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitũ est coram te fecerim. Fleuit itaq; Ezechias fletu magno. Et antequã egrederetur Isaias mediam partẽ atrij, factus est sermo Domini ad eum, dicens, Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui. Audiui orationem tuam, & vidi lachrimam tuam: ▷&' ecce sanaui te, die tertio ascendes tem- ▷18
plum Domini, Et addam diebus tuis quindecim annos: sed & de manu regis Assyrio- B
rum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam vrbem istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Dixitque Isaias, Afferte massam ficorum. Quam cùm attulissent, & posuissent super hulcus eius, curatus est. Dixerat autem Ezechias ad Isaiã, Quod erit signum quia Dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templum Domini? Cui ait Isaias, Hoc erit signum à Domino, quòd facturus

ecturus sit Dominus sermonem quem locutus est: vis vt ascendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias, Facile est vmbram crescere decem lineis: nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus. Inuocauit itaque Isaias propheta Dominum, & reduxit vmbram per li-
C neas, quibus iam descenderat in horologio Iſai. 39. a. Achaz, retrorsum decem gradibus. ‖In tempore illo misit Berodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorum, literas & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotasset Ezechias. Lætatus est autem in aduentu eorum Ezechias, & ostendit eis domum aromatum, & aurum, & argentum, & pigmenta varia, vnguenta quoque, & domum vasorum suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. "verbum. 2 Non fuit "quod non monstraret eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Venit autem Isaias propheta ad regem Ezechiam, dixitque ei, Quid dixerunt viri isti? aut vnde venerunt ad te? Cui ait Ezechias, De ter- ▷8.
ra longinqua venerunt ▷ad me', de Babylone. At ille respondit. Quid viderunt in domo tua? Ait Ezechias, Omnia quæcunq; sunt in domo mea, viderunt: nihil est quod non mõstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaque Isaias Ezechiæ, Audi sermonem Domini, Ec
ce dies venient, & auferentur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsque in diem hanc, in Babylonem: non remanebit quicquam, ait Dominus. Sed & de filijs tuis qui egredientur ex te, quos genera- "tollent. 1.
bis "tollentur', & erunt eunuchi in palatio re- "Dixitq;ec. 3
gis Babylonis. "Dixit' Ezechias ad Isaiam, Bo- "eunuchi.
nus sermo Domini, quem locutus es: sit "pax & veritas in diebus meis. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit piscinam, & aquæductũ, & introduxerit aquas in ciuitatem, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Dormiuitq; Ezechias cũ patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

S. Propter abominandam Manassis impietatem prædicit Dominus se Iudam ac Ierusalem deleturum, cui succedit impius filius Amõ, & hoc à seruis occiso, regnat super Iudam pius filius Iosias.

CAP. XXI.

A 4. Par. 33. a.
DVodecim annorũ erat Manasses cùm regnare cœpisset, & quinquaginta-quinque annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Haphsiba, Fecitq; malum in conspectu Domini, iuxta idôla gentium, quas deleuit Dominus à facie filiorum Israel. Conuersus que est, & ædificauit excelsa quæ dissipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal, & fecit lucos sicut fecerat Achab rex Israel: & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam. Extruxitque aras in domo Domini, de qua dixit Dominus, ‖In Ierusalem ponam 2. Reg. 7. b
nomen meum. Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cœli in duobus atrijs templi Domini. Et traduxit filium suum per ignem: & ariolatus est, & obseruauit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicauit, vt faceret malum coram Domino, & irritaret eum. Posuit quoque idôlum luci quem fece- B
rat, in templo Domini, ‖ super quo locutus 2. Re. 7. b. 3. Reg. 8. b
est Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, In templo hoc & in Ierusalẽ quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum. Et vltrà non faciam commoueri pedem Israel de terra quam dedi patribus eorum: si tamen custodierint opera omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legem quam mandauit eis seruus meus Moyses. Illi verò non audierunt: sed seducti sunt à Manasse, vt facerent malum super gẽtes quas contriuit Dominus à facie filiorum Israel. Locutusque est Dominus in manu seruorum suorum prophetarum, dicens, ‖Quia fe- Ierc. 15. a.
cit Manasses rex Iuda abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerũt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Iudam in immunditijs suis: propterea hæc dicit Dominus Deus Israel, Ecce ego inducam mala super Ie- C
rusalem, & Iudam, vt quicunque audierit, tinniant ambæ aures eius. Et extendam super Ierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulæ: delens vertam, & ducam cribrius stylum super faciem eius. Dimittam verò reliquias hæreditatis meæ, & tradam eas in manus inimicorum eius: eruntque in vastitatem, & in rapinam cunctis aduersarijs suis: eo quòd fecerint malum coram me, & perseuerauerint irritantes me, ex die qua egressi sunt patres eorum ex Aegypto, vsque ad hanc diem. Insuper & sanguinem innoxium fudit Manasses multum nimis, donec impleret Ierusalem vsque ad os: absque peccatis suis quibus peccare fecit Iudam, vt facerat malum coram Domino. Reliqua autem sermonum Manasse, & vniuersa quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit: nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Dormiuitque Manasses cum patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ in horto Oza: D
& regnauit Amon filius eius pro eo. Vigintiduorum annorum erat Amõ cum regnare cœpisset: duobus quoque annis regnauit in Ierusalem. nomen matris eius Messalémeth filia Harus de Ieteba. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius. Et ambulauit in omni via per quam ambula-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ambulauerat pater eius: seruiuitque immunditijs, quibus seruierat pater eius, & adorauit eas, & dereliquit Dominum Deum patrum suorum, & nō ambulauit in via Domini. Tetenderuntque ei insidias serui sui, & interfecerunt regem in domo sua. Percussit autem populus terræ omnes qui coniurauerant contra regem Amon, & constituerunt sibi regem Iosiam filium eius pro eo. Reliqua autē sermonum Amon quæ fecit, nōne hæc scripta sunt in libro sermonum dierū regum Iuda? Sepelieruntque eum in sepulchro suo, in horto Oza: & regnauit Iosias filius eius pro eo.

S. *Iosias templum ac Dei cultum instaurat, dominum super reperto Deuteronomij libro consulens, responsum accipit, inducenda super Iudam scripta in eo mala propter neglectum à patribus Dei cultum, ipsum tamen prius in pace moriturum.*

CAP. XXII.

A 2.Pa. 34.a OCto annorum erat Iosias cùm regnare cœpisset, & triginta vno anno regnauit in Ierusalem: nomē matris eius Idida, filia Hadaia de Besecath. Fecitq; quod placitum erat coram Domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui: non declinauit ad dexteram, siue ad sinistram. Anno autem octauodecimo regis Iosiæ, misit rex, Saphan filium Assia, filij Messulam scribam templi Domini, dicens ei, Vade ad Helciam sacerdotem magnum, vt confletur pecunia quæ illata est in templum Domini, quam collegerunt ianitores templi à populo, deturque fabris per præpositos 'domus' Domini: qui & distribuant eam his qui operantur in templo Domini, ad instauranda sartatecta templi: tig
B narijs videlicet & cæmētarijs, & ijs qui interrupta componunt: & vt emantur ligna, & lapides de lapicidinis ad instaurandum templū
▷.7. ▷Domini'. Veruntamen non supputetur eis argentum quod accipiunt, sed in potestate habeant, & in fide. Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam, Librum legis reperi in domo Domini. Deditque Helcias volumen Saphā, qui & legit illud. Venit quoq; Saphan scriba ad regē, & renuntiauit ei quod præceperat, & ait, Conflauerunt serui tui pecuniam, quæ reperta est in domo Domini: & dederūt vt distribueretur fabris à præfectis operum templi Domini. Narrauit quoq; Saphā scriba regi, dicens, Librum dedit mihi Helcias sacerdos. Quem cùm legisset Saphan coram rege, & audisset rex verba libri legis Domini, scidit vestimenta sua. Et præcepit Helciæ sacerdoti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Mi
C cha, & Saphan scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicens, Ite, & consulite Dominum super me, & super populo, & super omni Iuda, de verbis voluminis istius quod inuentum est: magna enim ira Domini succensa est cōtra nos: quia non audierunt patres nostri verba libri huius, vt facerēt omne quod scriptum est nobis. Ierunt itaque Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Saphan, & Asaia ad Holdam prophetidem vxorem Sellum filij Thecuæ, filij Araas custodis vestium, quæ habitabat in Ierusalem in Secunda: locutique sunt ad eam. Et illa respondit eis, Hæc dicit Dominus Deus D Israel, Dicite viro qui misit vos ad me, Hæc dicit Dominus. Ecce, ego adducam mala super locum istum, & super habitatores eius, omnia verba legis quæ legit rex Iuda: quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, irritantes me in cūctis operibus manuum suarū: & succēdetur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur. Regi autem Iuda qui misit vos vt consuleretis Dominum, sic dicetis. Hæc dicit Dominus Deus Israel, Pro eo quòd audisti verba voluminis, & perterritū est cor tuum, & humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum, & habitatores eius, quòd videlicet fierent in stupo-
rem & in maledictum: & scidisti vestimenta tua, & fleuisti corā me, & ego audiui, ait Dominus: idcirco colligam te ad patres tuos, & colligēris ad sepulchrum tuum in pace, vt nō videant oculi tui omnia mala quæ introducturus sum super locum istum.



S. *Iosias Deuteronomium coram populo legit, percussoq; cum domino fœdere ac destructis abominationibus, præcipit Pascha celebrari, quo in Mageddo occiso succedit impius filius Ioachaz, quem Pharao captum ducit in Ægyptum, substituto Eliacim quem Ioacim nominat & ei grauem multam imponit.*

CAP. XXIII.

ET renuntiauerunt regi quod dixerat. A 2.Pa. 34.
Qui misit: & congregati sunt ad eum
omnes senes Iuda in Ierusalem. Ascenditque rex templum Domini, & omnes viri Iuda, vniuersiq; qui habitabant in Ierusalem cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus

pulus à paruo vsque ad magnum: legitque cunctis audientibus omnia verba libri fœderis, qui inuentus est in domo Domini. Stetitque rex super gradum: & fœdus percussit coram Domino, vt ambularent post Dominum, & custodirent præcepta eius, & testimonia, & ceremonias in omni corde, & in tota anima, & suscitarent verba fœderis huius, quæ scripta erant in libro illo: acquieuitque populus pacto. Et præcepit rex Helciæ
Eccl. 49.a ▷.1. pontifici, & sacerdotibus secundi ordinis, & ianitoribus, ‖vt proijcerent de templo Domini omnia vasa quæ facta fuerant Baal, & ▷in' luco, & vniuersæ militiæ cœli: & combussit
B lit puluerem eorum in Beth-el. Et deleuit aruspices quos posuerant reges Iuda ad sacrificādum in excelsis per ciuitates Iuda, & in circuitu Ierusalem: & eos qui adolebant incensum Baal, & Soli & Lunæ, & duodecim signis, & omni militiæ cœli. Et efferri fecit lucum de domo Domini foras Ierusalem in Conualle-cedrō: & combussit eum ibi, & redegit in puluerem, & proiecit super sepulchra vulgi. Destruxit quoq; ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini, pro quibus mulieres texebant quasi domunculas luci. Congregauitq; omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda: & contaminauit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes de Gabaa vsq; Bersabee: & destruxit aras portarum in introitu ostij Iosuē principis ciuitatis, quod erat ad sinistram portæ ciuitatis. Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorum ad altare Domini in Ierusalem: sed tantùm comedebant azyma in medio fra-
C trum suorum. Contaminauit quoque Thopheth, quod est in Conualle-fili-Ennom: vt nemo consecraret filium suum aut filiam per ignem, Móloch. Abstulit quoque equos quos dederant reges Iudæ, Soli, in introitu templi Domini, iuxta exedram Nathan-mélech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autem Solis cōbussit igni. Altaria quoq; quæ erant super tecta cœnaculi Achaz, quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Manasses in duobus atrijs templi Domini, destruxit rex: & cucurrit inde, & dispersit cinerem eorum in Tor
rentem-cedron. Excelsa quoque quæ erant in
1.Re.11.b. Ierusalem ad dexteram partē Montis-offensionis, ‖quæ ædificauerat Salomon rex Israel Astaroth idōlo Sidoniorum, & Chamos offensioni Moab, & Melchom abominationi filiorum Ammon, polluit rex. Et cōtriuit sta
D tuas, & succidit lucos: repleuitq; loca eorum
2.Re.12.g. ossibus mortuorum. ‖Insuper & altare quod
▷.1. erat in Beth-el, ▷ &' excelsum quod fecerat Ieroboam filius Nabath, qui peccare fecit Israel: & altare illud excelsum destruxit atque combussit, & comminuit in puluerem, succenditque etiam lucum.

Et conuersus Iosias, vidit ibi sepulchra quæ erant in monte: misitque, & tulit ossa de sepulchris, & cōbussit ea super altare, & polluit illud iuxta verbum Domini quod locutus est vir Dei, qui prædixerat verba hæc. Et ait, Quis est titulus ille quem video? Responderuntq; ei ciues vrbis illius, ‖Sepulchrū est ho 3.Re.13.a.
minis Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc quæ fecisti super altare Bet-hel. Et ait, Dimitte eum, nemo commoueat ossa eius. Et intacta manserunt ossa illius, cū ossibus prophetæ qui venerat de Samaria. Insuper & omnia phana excelsorum, quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerant reges Israel ad irritandum Dominum, abstulit Iosias: & fecit
E eis secundū omnia opera quæ fecerat in Beth-el. Et occidit vniuersos sacerdotes excelsorū, qui erant ibi super altaria: & combussit ossa humana super ea: reuersusque est Ierusalem. 2.Pa.35.a.
‖Et præcepit omni populo, dicēs, Facite Pha 3.Esd.1.a.
se Domino Deo vestro, secundum quod scriptum est in libro fœderis huius. Nec enim factū est Phase tale à diebus iudicum, qui iudicauerunt Israel, & omnium dierum regum Israel, & regum Iuda, sicut in octauodecimo anno regis Iosiæ factum est Phase istud Domino, in Ierusalem. Sed & pythones & ariolos, & figuras idolorum & immunditias, & abominationes quæ fuerant in terra Iuda, & Ierusalem, abstulit Iosias: vt statueret verba legis, quæ scripta sunt in libro quem inuenit Helcias sacerdos in templo Domini. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad
A Dominū in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa vitute sua iuxta omnē legem Moysi: neque post eum surrexit similis illi. Veruntamen non est auersus Dominus F
ab ira furoris sui magni, quo iratus est furor eius contra Iudam: propter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses. Dixitque; Dominus, Etiam Iudam auferā à facie mea, sicut abstuli Israel: & proijciam ciuitatem hanc quam elegi Ierusalem, & domum de qua dixi, Erit nomen meum ibi. Reliqua autem sermonum Iosiæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? ‖In diebus eius ascendit Pharao Inf.24.a.
Nechao rex Aegypti contra regem Assyriorum ad flumen Euphráten: & abijt Iosias rex in occursum eius, & occisus est in Mageddo cùm vidisset eum. Et portauerunt eū serui sui mortuum de Mageddo: & pertulerunt in Ierusalem, & sepelierunt eum in sepulchro suo. ‖Tulitque populus terræ Ioachaz filium Io- 2.Pa.35.d
siæ: & vnxerunt eum, & constituerunt eum &.36.c.
regem pro patre suo. Vigintitrium annorum

S erat Ioa-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ioachaz cùm regnare cœpisset, & tribus mensibus regnauit in Ierusalē: nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius. Vinxitque eum Pharao Nechao in "Reblata', quæ est in terra Emath, ne regnaret in Ierusalem: & imposuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri. Regémque constituit Pharao Nechao Eliacim filium Iosiæ, pro Iosia patre eius, vertitque nomen eius Ioacim: porrò Ioachaz tulit, & duxit in Aegyptum. Argentum autem, & aurum dedit Ioacim Pharaoni, cùm indixisset terræ per singulos, vt conferretur iuxta præceptum Pharaonis: & vnumquenque iuxta vires suas exegit, tam argentum quàm aurum de populo terræ: vt daret Pharaoni Nechao, Viginti quinque annorum erat Ioacim cùm regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Zebida filia Phadaia de Ruma. Et fecit malum coram Domino iuxta omnia quæ fecerāt patres eius.

"Rebla. 1.

S. Ioacim triennio seruit regi Babylonis deinde varios patitur latrunculos, quo mortuo succedit filius Ioachin, quem cum thesauris templi ac domus regiæ vniuersóq; robore habitatorum Ierusalem ducit Nabuchodonosor in Babylonem, suffecto in regem illius patruo Mattha nia quem vocauit Sedeciam.

CAP. XXIIII.

A IN diebus eius ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & factus est ei Ioachim seruus tribus annis: & rursum rebellauit contra eum. Immisitque ei Dominus latrunculos Chaldæorum & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorū Ammon: & immisit eos in Iudam, vt disperderēt eum iuxta verbum Domini quod locutus fuerat per seruos suos prophetas. Factum est autem hoc per verbum Domini contra Iudam, vt auferret eum coram se propter peccata Manasse vniuersa quæ fecit: & propter sanguinē innoxium quem effudit, & impleuit Ierusalem cruore innocentium: & ob hanc rem no-
B luit Dominus propitiari. Reliqua autem sermonum Ioacim, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioacim cum patribus suis: & regnauit Ioachin filius eius pro eo. Et vltra nō addidit rex Aegypti vt egrederetur de terra sua: tulerat enim rex Babylonis à riuo Aegypti, vsque ad fluuium Euphratēn omnia quæ fuerant regis Aegypti. Decem & octo annorum erat Ioachin cùm regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Nohestha filia Elnathan de Ierusalem. Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. ‖In Dani. 1.b
tempore illo ascenderunt serui Nabuchodonosor regis Babylonis in Ierusalem, & circundata est vrbs munitionibus. Venitque Nabu- C
chodonosor rex Babylonis ad ciuitatem "cum seruis suis vt oppugnarent eam. Egressusque est Ioachin rex Iuda ad regem Babylonis, ipse & mater eius, & serui eius, & principes eius, & eunuchi eius: & suscepit eum rex Babylonis anno octauo regni sui. Et protulit inde omnes thesauros domus Domini, & thesauros domus regiæ: & concidit vniuersa vasa aurea quæ fecerat Salomō rex Israel in templo Domini iuxta verbum Domini. Et transtulit omnem Ierusalem, & vniuersos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia, in captiuitatem: & omnem artificem & inclusorem: nihilque relictum est, exceptis pauperibus populi terræ. ‖Transtulit quoque Ioachin in Ba- D
bylonem, & matrem regis, & vxores regis, & Esth. 2.a
eunuchos eius: & iudices terræ duxit in captiuitatem de Ierusalem in Babylonem. Et omnes viros robustos, septem millia, & artifices & inclusores mille, omnes viros fortes & bellatores: duxitque eos rex Babylonis captiuos Ie. 37.a
in Babylonem. ‖Et cōstituit Matthaniam pa- &c. 52.a
truum eius pro eo: imposuitque nomen ei Sedeciam. Vicesimum & primum annum ætatis habebat Sedecias cùm regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. Irascebatur enim Dominus contra Ierusalem & contra Iudam, donec proijceret eos à facie sua: recessitque Sedecias à rege Babylonis.

"cum seruis eius oppugnarent eum

S. Obsessa à Nabuchodonosor Ierusalem, Sedecias cæcus ac vinctus, necatis coram se filijs, in Babylonem ducitur cum reliquo populo: quibusdam tamen ad exercendam terram relictis: post exusta vnà cum templo omnia magnifica ædificia præfecit Nabuchodonosor Godoliam, quo ab Ismaële interempto, fugit populus in Babylonem, Ioachin autem in captiuitate sublimatur à rege Ægypti.

CAP. XXV.

FActum est autē anno nono regni eius, A mense decimo, decima die mensis, venit Ie. 39.a.&
Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse & 52.a.
omnis exercitus eius in Ierusalem, & circumdederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clausa est ciuitas atq; vallata, vsq; ad vndecimum annum regis Sedeciæ, no
na die mensis, prævaluitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. Et interrupta est ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerūt per viam portæ, quæ est inter duplicem murum ad hortum regis (porrò Chaldæi obsidebant

bant in circuitu ciuitatem) fugit itaque Sedecias per viam quæ ducit ad campestria so-
B litudinis. Et persecutus est exercitus Chaldeorum regem, comprehenditque eum in planitie Iericho: & omnes bellatores qui erant cum eo, dispersi sunt, & reliquerunt eum. Apprehensum ergo regem duxerunt ad regem Babylonis in Reblátha: qui locutus est cum eo iudicium. Filios autem Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit: vinxitque eum catenis, & adduxit in Babylonē. Mense quinto, septima die mensis, ipse est annus nonusdecimus regis Babylonis: venit Na
Pſal. 37.b. buzardan princeps exercitus, seruus regis Ba
*omnes. 1. bylonis, in Iurusalem. ‖Et succendit domum
*magna. 1. Domini, & domum regis: & *domos Ieruſa-
C lem, omnemque domum *combusit igni. Et muros Ierusalem in circuitu destruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militum. Reliquam autem populi partem, quæ remanserat in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis, & reli-
Ier. 27.d. quum vulgus trāstulit Nabuzardan princeps militiæ. ‖Et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas. Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & bases, & mare æreum quod erat in domo Domini, cōfregerunt Chaldæi, & transtulerunt æs omne in Babylonem. Ollas quoque æreas, & trullas, & tridentes, & scyphos, & mortariola, & omnia
D vasa ærea, in quibus ministrabant, tulerunt. Necnō & thuribula, & phialas: quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argētea, tulit princeps militiæ: id est columnas duas, mare vnū, & bases
3.Re.7.b. quas fecerat Salomō in tēplo Domini. non e-
Ier. 52.e. rat pōdus æris omnium vasorum. ‖Decem &
2.Par.3.d. octo cubitos altitudinis habebat colūna vna: & capitellum æreum super se altitudinis trium cubitorum: & retiaculum: & malogranata super capitellū columnæ, omnia ærea: similem & columna secunda habebat ornatum. Tulit quoque princeps militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum, & tres ianitores. Et de ciuitate eunuchū vnum qui erat præfectus super bellatores viros: & quinque viros de his qui steterant coram rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher E
principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: & "sex' viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. Quos tollens Nabuzar- "sexaginta. 2.
dan princeps militum, duxit ad regem Babylonis in Reblátha. Percusitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblátha in terra Emath: & translatus est Iuda de terra sua. ‖Po Ie. 40.b.c
pulo autē qui relictus erat in terra Iuda, quem dimiserat Nabuchodonosor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahicam filij Saphan. Quod cùm audissent omnes duces militum, ipsi & viri qui erant cum eis, videlicet quòd constituisset rex Babylonis Godoliam: venerunt ad Godoliam in Maspha, Ismahel filius Nathaniæ, & Iohanan filius Carée, & Sa- F
raia filius Thanehúmeth Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & socij eorū. Iurauitque Godolias ipsis & socijs eorum, dicens, Nolite timere seruire Chaldæis: manete in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Factum est autem in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ filij Elisama de semine regio, & decem viri cum eo: percusseruntque Godoliam, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos qui erant cū eo in Maspha. Consurgensque omnis populus à paruo vsque ad magnum, & principes militum venerunt in Aegyptum timentes Chaldæos. Fa G
ctum est verò in anno tricesimo septimo trās migrationis Ioachin regis Iudæ, mense duodecimo, vicesima septima die mensis: subleuauit Euil-merodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere. Et locutus est ei benignè: & posuit thronum eius super thronum regum qui erāt cum eo in Babylone. Et mutauit vestes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panē semper in conspectu eius cunctis diebus vitæ suæ. Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca

B. Hieronymi in librum Paralipo-

menon Præfatio.

SI SEPTVAGINTA interpretum,pura,& vt ab eis in Græcum versa est, editio permaneret, superfluè me, Chromati episcoporum sanctissime atq; doctissime, impelleres vt Hebræa tibi volumina latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascẽtis ecclesiæ roborauerat fidem: iustum erat etiã nostro silentio comprobari. Nunc verò cùm pro varietate regionũ diuersa ferãtur exemplaria,& germana illa antiquáq; trãslatio corrupta sit,atq; violata:nostri arbitrij putas,aut è pluribus iudicari quid verum sit,aut nouum opus in veteri opere condere,illudentibúsq; Iudæis,cornicum (vt dicitur) oculos configere. Alexandria & Ægyptus in septuaginta suis Hesychium laudat authorem. Constantinopolis vsq; Antiochiam Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouincię Palęsthinos codices legunt: quos ab Origine elaboratos Eusebius & Pamphilus vulgauerunt, totúsq; orbis hac inter se trifaria varietate compugnat. Et certe Origenes non solùm exemplaria composuit quatuor editionum,eregione singula verba describens, vt vnus dissentiens,statim cæteris inter se cõsentientibus arguatur:sed,quod maioris audaciæ est, in editione septuaginta Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quæ minus fuerant, & virgulis quæ ex superfluo videbantur apposita. Si igitur alijs licuit non tenere quod semel susceperant: & post septuaginta cellulas, quæ vulgo sine authore iactantur, singulas cellulas apperuêre, hócq; in ecclesijs legitur quod septuaginta nescierũt: cur me nõ suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione veteri ita nouã condidi, vt laborem meũ Hebręis, &, quod his maius est, Apostolis authoribus cõprobem? Scripsi nuper librũ de optimo genere interpretandi, ostendens illa de Euãgelio, Ex Ægypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: & illud Apostoli, Quæ oculus non vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus illum: cæteráq; his similia in Hæbræorum libris inueniri. Certè Apostoli & Euãge listæ, septuaginta interpretes nouerãt: & vnde eis hæc quæ in septuaginta interpretibus nõ habẽtur? CHRISTVS Dominus noster vtriusq; testamẽti conditor, in Euangelio secundum Iohannem, Qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura: flumina de ventre eius fluẽt aquæ viuæ. Vtiq; scriptum est, quod Saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est? Septuaginta non habent: apocrypha nescit ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendum est vnde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hęc pace veterum loquor: & obtrectatoribus meis tantùm respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, ijdem & accusatores & defensores, cùm in alijs probent quod in me reprobant: quasi virtus & vitium non in rebus sit, sed cum authore mutetur. Cæterùm memini editionem septuaginta translatorum, olim de Græco emendatam, tribuisse me nostris: nec inimicum debere existimari eorum quos in conuentu fratrum semper edissero. Et quòd nunc DIBREHAIAMIM, id est verba dierum, interpretatus sum: idcirco feci, vt inextricabiles moras, & syluam nominum, quæ scriptorum confusa sunt vitio, sensúmq; barbariem apertius, & per versuum cola digererem, mihimetipsi & meis iuxta Ismeniam canens. si aures surdæ sunt cæterorum.

Ad Domnionem & Rogatianum in librum Paralipomenon Præfatio B. Hieronymi.

QVOMODO Græcorum historias magis intelligunt qui Athenas viderint: & tertium Virgilij librũ qui à Troade per Leucaten, & Acroceraunia, ad Siciliam, & inde ad ostia Tyberis nauigauerint: ita sanctam scripturam lucidius intuebitur qui Iudæam oculis cõtemplatus sit, & antiquarum vrbium memorias; locorúmque, vel eadem vocabula, vel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cum eruditissimis Hebræorum hunc laborem subire, vt circumiremus prouinciam, quam vniuersæ CHRISTI Ecclesiæ sonãt. Fateor enim mi Domnion & Rogatiane charissimi, nunquam me in diuinis voluminibus, proprijs viribus confidisse: nec habuisse opinionem meam, sed ea etiam de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitum, quanto magis de his super quibus anceps eram? Deniq;, cùm à me nuper literis flagitassetis, vt vobis librum Paralipomenon Latino sermone transferrem, de Tyberiade quendam legis doctorẽ, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi: & contuli cum eo à vertice (vt aiunt) vsq; ad extremum vnguem: & sic confirmatus, ausus sum facere quod iubebatis. Libere enim vobis loquor: ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominum liber vitiosus est, vt non tam Hebræa quàm Barbara quædam, & Sarmatica nomina cõiecta arbitrandum sit. Nec hoc septuaginta interpretibus, qui Spiritu sancto pleni, ea quæ vera fuerunt transtulerunt: sed scriptorum culpæ ascribendum, dum de emendatis inemendata scriptitãt: & sæpe tria nomina, subtractis è medio syllabis, in vnum vocabulum cogunt: vel eregione vnum nomẽ, propter latitudinem suam, in duo vel tria vocabula diuidunt. Sed & ipsæ appellationes, non homines, vt pleriq; existimant: sed vrbes, & regiones, & saltus, & prouincias sonant: & obliquè sub interpretatione & figura eorum, quędam narrantur historiæ: de quibus in Regnorũ libro dicitur, Nonne ecce hæc scripta sunt in libro verborũ dierum regũ Iudæ? quæ vtiq; in nostris codicibus non habẽtur. Hoc primùm sciendũ, quòd apud Hæbræos. Paralipomenõ liber, vnus sit: & apud illos vocatus DIBRE HAIAMIM, id est verba dierũ: qui propter magnitudinem, apud nos diuisus est. quod nonnulli etiam in Bruto. Ciceronis dialogo faciunt, vt eum in tres partes secent, cùm vnus à suo authore sit editus. Deinde etiam illud attendendum, quòd frequenter nomina, non vocabula hominũ, sed rerum (vt dixi) significantias sonant. Ad extremũ quòd omnis eruditio scripturarũ in hoc continetur: & historiæ quæ vel prætermissæ sunt in suis locis, vel perstrictæ leuiter, hic per quædam verborum compendia explicentur. Orationum itaq; vestrarum adiutus auxilio, missi librum beneuolis placiturum, tamen inuidis displiciturum esse non ambigo. Optima enim quæq; (vt ait Plinius) malunt contemnere pleriq;, quàm discere. Si quis in hac interpretatione voluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suam cõscientiam recolat, videat ordinem textúmq; sermonis: & tũc nostro labori, si potuerit, detrahat. Vbicũq; ergo asteriscos, id est stellas, radiare in hoc volumine videritis: ibi sciatis de Hæbræo additum quod in Latinis codicibus nõ habetur. Vbi verò obelus, transuersa scilicet virga præposita est, illic signatur quid septuaginta interpretes addiderint, vel ob decòris gratiã, vel ob Spiritus sancti authoritatẽ, licet in Hebræis voluminibus nõ legatur.

LIBER

Liber Paralipomenon primus:

Adam
Abraham
Isaac
Iacob

Hebraicè, Dibre haiamim.



S. *Genealogia Adam vsque ad Abraham, & generationes filiorum Abrahæ vna cum filijs ac posteris Esau, & regibus ac ducibus terræ Ædom, antequam essent reges super filios Israel.*

CAP. I.

A ADAM, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoch, Mathusale, Lamech, Noe, Sem, Cham, & Iapheth. ‖Filij Iapheth: Gómer & Magog & Madai & Iauã, Thubal, Mósoch, Thiras. Porrò filij Gomer: Ascenez & Riphath & Thogorma. Filij autem Iauã: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim. Filij Cham: Chus & Mesráim & Phut & Chanáan. Filij autem Chus: Saba & Heuila, Sabatha & Regma & Sabatha cha. Porrò filij Regma: Saba & Dadan. ‖Chus autem genuit Nemrod: iste cœpit esse potens in terra. Mesráim verò genuit Ludim & Anamim & Laabim & Nephtuim, Phetrusim quo que, & Casluim: de quibus egressi sunt Philisthijm & Caphtorim. Chanáan verò genuit Sidonem primogenitum suum. Hethæũ quoque, & Iebuseum & Amorrhæum & Gergæum, Heuæumque, & Aracæum, & Sinæum, Aradium quoq;, & Samaræum, & Hamathæum. ‖Filij Sem: Aelam & assur & Arphaxad & Lud & Aram. Hus & Hul & Gether & Mosoch Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber. Poarò Hebernati sunt duo filij nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra: & nomẽ fratris eius Iectan. Iectan autẽ genuit Elmodad & Saleph, & Asarmoth & Iare, Adoram quoq; & Vzal & Decla, Hebal etiã & Abimáel & Saba, necnon & Ophir & Heuila & Iobab. oẽs isti filij Iectan. Sem, Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Ragau, Serug, Nachor, Thare, Abram iste est Abraham. ‖Filij autem Abraham, Isaac & Ismahel. Et hæ generationes eorum. ‖Primogenitus Ismahelis, Nabaioth & Cedar & Abbeel & Mabsam & Masma & Duma, Massa, Hadad & Thema, Iachur, Naphis, Cedma. hi sunt filij Ismahelis. Filij autem Ceturæ concubinæ Abraham, quos genuit: Zamran, Iecsan, Madan, Madiã, Iesboc, & Sue. Porrò filij Iecsan: Saba, & Dadan. ▷Filij autem Dadan: Assurim & Latussim & Laomim. ‖Filij autem Madian: Epha & Epher & Henoch & Abida & Eldaa. omnes hi, filij Ceturæ. ‖Genuit aũt Abrahã Isaac: cuius fuerũt filij Esau & Israel. ‖Filij Esau: Eliphaz, Rahuel, Iehus, Ihelom & Core, Filij Eliphaz: Theman, Omar, Sephi, Gatham, Cenez, Thamna, Amalec. Filij Rahuel: Nahath, Zara, Samma, Meza. Filij Seir: Lotan, Sobal, Sebeon, Aua, Dison, Eser, Disan. Filij Lotan: Hori, Homam. Soror autẽ Lotan fuit Thamna. Filij Sobal: Alian, & Manáhath, & Ebal, Sephi & Onam. Filij Sebeon: Aia & Ana. Filij Ana: Dison. Filij Dison: Hamram, & Eseban & Iethran & Charan, Filij Eser: Balaan & Zauan & Iacan. Filij Dison: Hus & Aran. Isti sunt reges qui imperauerũt in terra-Edõ, D antequam esset rex super filios Israel. Bale filius Beor: & nomen ciuitatis eius, Denaba. Mortuus est autem Bale, & regnauit pro eo Iobab filius Zare de Bosra. Cumque & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Husam de Terra-Themanorum. Obijt quoque & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in Terra-Moab: & nomen ciuitatis eius Auith. Cumque & Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masreca. Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta amnem sita est. Mortuo quoque Saul, regnauit pro eo Balanan filius Achobor. Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad: cuius vrbis nomen fuit Phau, & appellata est vxor eius Meetabel filia Matred filiæ Mezaab. Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiram. hi duces Edom.

Ge. 2.b. 4. d. 5.b. Gen. 10.a

Gen. 10.b

Gen. 10.d. 11.b.

Gen. 11.d.

Gen. 25.b C

▷.9.

Gen. 23.a.

Gen. 25.c. Gen. 36.b.

S. *Genealogia Iudæ patriarchæ vsque ad Isai patrem Dauid fratrumq; ac sororum eius.*

CAP. II.

Universidad de Deusto Biblioteca

A FIlij autem Israel: ‖Ruben, Simeō, Leui, Iuda, Issachar & Zabūlō, Dan, Ioseph, Beniamin, Nephthali, Gad & Aser. ‖Filij Iuda: Her, Onan, & Sela. hi tres nati sunt ei de filia Sue Chananitidis. Fuit autem Her primogenitus Iuda, malus corā Domino, & occidit eū. Thamar autem nurus eius peperit ei Phares & Zara. omnes ergo filij Iuda, quinq;. Filij autem Phares: Hesron & Hamul. Filij quoq; Zaræ: Zamri & Ethan & Eman, Chalchal quoque, & Darda simul quinque. Filij Charmi: Achar. ‖qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathematis. Filij Ethā Azarias. Filij aūt Hesron qui nati sunt ei: Ierameel & Ram & Calubi. ‖Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Nahassōn principem filiorū Iuda. Nahassōn quoq; genuit Salma, de quo ortus est Booz. Booz verò genuit Obed, qui & ipse genuit Isai. ‖Isai autem genuit primogenitum Eliab, secundum *Aminadab, tertium Simmaa, quartum Nathanael, quintū Raddai, sextum Asom, septimum Dauid. quorū sorores fuerunt, Seruia & Abigāil. Filij Saruiæ: Abisai, Ioab & Asael, tres. Abigāil autem genuit Amasa, cuius pater fuit Iether Ismahelites. Caleb verò filius Hesron accepit vxorē nomine Azuba, de qua genuit Ierioth: fueruntque filij eius Iaser & Sobab & Ardon. Cumque mortua fuisset Azuba, accepit vxorem Caleb, Ephrath: quæ peperit ei Hur. Porrò Hur genuit Vri: & Vri genuit Bezeleel. Post hæc ingressus est Hesron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eam cùm esset annorū sexaginta: quæ peperit ei Segub. Sed & Segub genuit Iair, & possedit viginti tres ciuitates in Terra-Galaad. Cepitque Gessur & Aram oppida Iair, & Canath & viculos eius sexaginta ciuitatum. omnes isti, filij Machir patris Galaad. Cùm autem mortuus esset Hesron, ingressus est Caleb ad Ephratha. Habuit quoq; Hesron vxorem Abia, quæ peperit ei Ashur patrē Thecuæ. Nati sunt autem filij Ierameel primogeniti Hesron, Ram primogenitus eius, & Buna & Aran, & Asom & Achia. Duxit quoq; vxorem alterā Ierameel, nomine Atara, quæ fuit mater Onā. Sed & filij Ram primogeniti Ierameel, fuerūt Moos, Iamin & Acar. Onam autem habuit filios Semei & Iada. Filij aūt Semei: Nabad & Abisur. Nomen verò vxoris Abisur, Abihāil quæ peperit ei Ahobban, & Molid. Filij aūt Nabad fuerunt Saled, & Apphāim. Mortuus est autē Saled absq; liberis. Filius verò Apphāim, Iesi: qui Iesi, genuit Sesan. Porrò Sesan genuit Oholai. Filij aūt Iada fratris Semei: Iether & Ionathan. Sed & Iether mortuus est absq; liberis, Porrò Ionathan genuit Phaleth & Ziza. Isti fuerunt filij Ierameel. Sesan autem nō habuit filios, sed filias: & seruū Aegyptiū, nomine Ieraa. Deditq; ei filiam suam vxorē: quæ peperit ei Ethei. Ethei aūt genuit Nathan, & Nathan genuit Zabad, Zabad quoq; genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed, Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariā, Azarias genuit Heles, & Helles genuit Elasa, Elasa genuit Sisamoi. Sisamoi genuit Sellū, Sellum geneuit Icamiā. Icamia aūt genuit Elisama. Filij aūt Caleb fratris Ierameel: Mesa primogenitus eius, ipse est pater Ziph: & filij Maresa patris Hebrō. Porrò filij Hebron, Core & Taphua & Recem & Samma. Samma aūt genuit Raham patrem Iercaam, & Recem genuit Sammai. Filius *Sammai, Maon. & Maon pater Bethsur. Epha autem concubina Caleb peperit Haran & Mosa & Gezez. Porrò Haran genuit Gezez. Filij autem Iahaddai, Regom & Ioathan & Gesan & Phalet & Epha & Saaph. Concubina Caleb Maacha, peperit Saber & Tharana. Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Macbena, & patrem Gabaa. Filia verò Caleb, fuit Achsa. Hi erāt filij Caleb, filij Hur primogeniti Ephrātha, Sobal pater Cariath-iarim, Salma pater Beth-léhem, Hariph pater Beth-gader. Fuerunt autē filij Sobal patris Cariath-iarim, Qui-videbat-dimidium-requietionum. Et de cognatione Cariath-iarim, Iethrei & Aphuthei & Semathei & Maserei. Ex his egressi sunt Saraitæ & Esthaolitæ. Filij Salma: Beth-léhem, & Netophathi, Coronæ-domus-Ioab, et Dimidium-requietionis-sarai. Cognationes quoque scribarum habitantium in Iabes, Canentes atque Resonantes, et In-tabernaculis-commorantes. Hi sunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.

S. Generationes Dauid & regum Iudæ ex progenie Dauid cum filijs ac filiabus eorum.

CAP. III.

DAuid verò hos habuit filios, qui ei nati sunt in Hebron: primogenitum Amnon ex Achinoam Iezrahelitide: secundum Daniel de Abigail Carmelitide, tertium Absalō filium Maacha filiæ Tholmai regis Gessur, quartū Adoniam filium Aggith, quintum Saphatiam ex Abital, sextum Iethram de Egla vxore sua. Sex ergo nati sunt ei in Hebron, vbi regnauit septem annis & sex mensibus. Triginta autem & tribus annis regnauit in Ierusalem. ‖Porrò in Ierusalem nati sunt ei filij Simmaa, & Sobab, & Nathā, & Salomon, quatuor de *Beth-sabee filia Ammiel Iebaar quoq; & Elisama & Eliphalet & Noge & Nepheg & Iaphia, necnō Elisama & Eliada & Eliphélet, nouē. omnes hi, filij Dauid, absque filijs cōcubinarū: habuerūtq; sororē Thamar. Filius autem Salomonis, Roboam: cuius Abia filius, genuit Asa. De hoc quoq; natus est Iosaphat pater Ioram: qui Ioram genuit Ochoziā, ex quo ortus est Ioas: & huius Amasias filius, genuit Azariam. Porrò Azariæ filius Ioatham, procreauit Achaz patrē Ezechiæ, de quo natus est Manasses. Sed & Manasses genuit Amon patrem Iosiæ. Filij autem Iosiæ fuerunt, primogenitus Iohanā, secundus Ioacim, tertius Sedecias, quartus Sellum. ‖De Ioacim natus est Iechonias & Sedecias. Filij Iechoniæ fuerunt: Asir, Salathiel, Melchiram, Phadaia, Senneser & Iecemia, Sama & Nadabia. De Phadaia orti sunt Zorobabel & Semei. Zorobabel genuit Mosollam, Hananiam, & Salomith sororem eorum: Hasabam quoque & Ohol & Barachiam, & Hasadiam, Iosabhésed, quinque. Filius autem Hananiæ Phaltias pater Iesaiæ, cuius filius Raphaia. huius quoque filius Arnan, de quo natus est Obdia, cuius filius fuit Sechenias. Filius Secheniæ, Semeia: cuius filij Hattus & Iegaal & Baria & Naaria & Saphat, & Sesa, sex numero. Filius Naariæ, Elioenái & Ezechias & Ezricam, tres. Filius Elioenái, Oduia & Eliasub & Pheleia & Accub & Iohanan & Dalaia & Anani, septem.

S. Rursum posteritas Iudæ ac Simeonis & habitationes eorum, stirps Cham deletur à filijs Simeonis, Amalecitæ quoque ab ipsis percutiuntur.

CAP. IIII.

FIlij Iuda: ‖Phares, Hesron & Charmi & Hur & Sobal. Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de quo nati sunt Ahumai & Laad. hæ cognationes Sarathi. Ista quoq; stirps Etā: Iezrahel & Iesema & Iedebos. Nomen quoq; sororis eorum, Asalelphuni. Phanuel autem pater Gedor, & Ezer pater Hosa, isti sunt filij Hur primogeniti Ephratha patris Beth-léhem. Assur verò patri Thecuæ erant duæ vxores, Halaa & Naara. Peperit autē ei Naara, Oozam & Hepher & Themani & Ahasthari, isti sunt filij Naarā. Porrò filij Haiaa: Séreth, & Sahar & Ethnā. Cos autem genuit Anob et Soboba, & cognationē Aharehel filij Arum. Fuit autem Iabes inclytus præ fratribus suis, & mater eius vocauit nomen illius Iabes, dicēs, Quia peperi eum in dolore. Inuocauit verò Iabes Deum Israel, dicens, Si benedicens benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecum, & feceris me à malitia nō opprimi. Et præstitit Deus quæ precatus est. Caleb autem frater Suā, genuit Mahir, qui fuit pater Esthon. Porrò Esthon genuit Beth-rapha & Phesse & Tehinna patrem vrbis Naas. hi sunt viri Recha. Filij aūt Cenez: Othoniel & Saraia. Porrò filij Othoniel, Hathath & Maonathi. Maonathi genuit Ophra. Saraia autē genuit Ioab patrem Vallis-artificum: ibi quippe artifices erant. Filij verò Caleb filij Iephone, Hir & Ela Naham. Filij quoq; Ela, Cenez. Filij quoque Ialeleel: Ziph & Zipha, Thiria & Asrael. Et filij Ezra: Iether & Mered & Epher & Ialon, genuitque Mariam & Sammai & Iesba patrem Esthamo. Vxor quoque eius Iudaia, peperit Iared patrem Gedor, & Heber patrē Socho, & Icuthiel patrem Zanoe. hi autem filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quam accepit Mered. Et filij vxoris Odaiæ sororis Nahā patris Ceila, Garmi, & Esthamo qui fuit de Macha thi. Filij quoq; Simō: Ammō & Rinna filius Hanan, & Thilon. Et filij Iesi: Zoheth & Benzoheth, ‖Filij Sela, filij Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Maresa & cognationes domus operantiū byssum in Domo-iuramenti. Et Qui stare fecit solem, viriq; Mendacij, & Securus & Incendens, qui principes fuerūt in Moab, & Qui reuersi sunt in Lahem. hæc aūt verba vetera. Hi sunt figuli habitantes in Plātationibus & in Sepibus, apud regem in operibus eius, commoratiq; sunt ibi. ‖Filij Simeon Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul. Sellum filius eius, Mabsam filius eius, Masma filius eius. Filij Masma: Hamuel filius eius, Zachur filius eius, Semei filius eius. Filij Semei sedecim, & filiæ sex: fratres autem eius non habuerunt filios multos, & vniuersa cognatio non potuit adæquare summam filiorum Iuda. Habitauerunt aūt in Ber-sabee & Molada & Hasar-suhal, & in Bala & in Asom, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg, & in Beth-marchaboth, & in Hasar-susim, & in Beth-berai, & in Saarim. Hæ ciuitates eorū vsq; ad regem Dauid. Villæ quoq; eorum: Etā Aen, & Remmō & Thochen & Asan, ciuitates quinq;. Et vniuersi viculi eorū per circuitū ciuitatum istarum vsq; ad Baal. hæc est habitatio eorū, & sediū distributio. Mosobab quoq; & Iemlech, & Iosa filius Amasiæ, & Ioel, & Iehu filius Iosabiæ filij Saraiæ filij Asiel, & Elioenai & Iacoba & Isuhaia & Asaia & Adiel & Ismiel & Banaia, Ziza quoq; filius Sephei filij Allō filij Idaia filij Semri filij Samaia. Isti sunt nominati principes in cognationibus suis, & in domo affinitatum suarum multiplicati sunt vehemēter. Et profecti sunt vt ingrederētur in Gador vsq; ad orientē vallis, & vt quærerēt pascua gregibus suis. Inuenerūtq; pascuas huberes & valde bonas, & terrā latissimam et quietam & fertilē, in qua antē habitauerāt de stirpe Cham. Hi ergo venerunt quos suprà descripsimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda: & percussērunt tabernacula eorum, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vsq; in præsentem

Universidad de Deusto Biblioteca

tem diem. habitaueruntq; pro eis, quoniam huberrimas pascuas ibidem repererunt. De filijs quoque Simeon abierunt in montem heir viri quingenti, habentes principes Phaltiam & Naariā et Raphaiam & Oziel filios Iesi: & percusserūt reliquias quæ euadere potuerant Amalecitarum, & habitauerunt ibi pro eis vsque ad diem hanc.

S. Catalogus filiorum Ruben Gad & dimidiæ tribus Manasse & habitatio eorum, qui percusserunt Agarenos, sed tandem ducti sunt ad Assyrios ob idololatriam ipsorum.

CAP. V.

A Gen.35d. 49.a. Filij quoque Ruben primogeniti Israel (|| ipse quippe fuit primogenitus eius: sed cùm violasset thorum patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph filij Israel, & non est ille reputatus in primogenitum. Porrò Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autē reputata sunt Ioseph) ||filij (Gen. 49.b Exodi.6.c Nu.26.a.) ergo Ruben primogeniti Israel: Enoch & Phallu, Esron & Charmi. Filij Ioel: Samia filius eius, Gog filius eius, Semei filius eius, Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius, Beera filius eius, quem captiuum duxit Thelgath-phalnásar rex Assyriorum, & fuit princeps in tribu Rubē. Fratres autem eius, & vniuersa cognatio eius quando numerabantur per familias suas, habuerunt principes Iehiel & Zachariā. B Porrò Bala filius Azaz, filij Samma, filij Ioel, ipse habitauit in Aroer vsque ad Nebo & Beelmeon. Contra orientalem quoque plagam habitauit vsque ad introitum erémi & flumen Euphráten. Multum quippe iumentorum numerum posidebāt in Terra-Galaad. In diebus autē Saul præliati sunt cōtra Agarenos, & interfecerunt illos, habitaueruntque pro eis in tabernaculis eorū, in omni plaga quæ respicit ad orientem Galaad. Filij vero Gad eregione eorum habitauerunt in Terra-Basan vsque Selcha: Ioel in capite, & Sapham secundus: Ianai autem & Saphat in Basan. Fratres verò eorum secundum domos cognationum suarum, Michael & Mosollam & Sebe & Iorai & Iachan & Zie & Heber, septē. Hi filij Abiháil, filij Huri, filij Iara, filij Galaad, filij Michael, filij Iesesi, filij Ieddo, filij Buz. Fratres quoque filij Abdiel, filij Guni, princeps domus in familijs suis. Et habitauerūt in Galaad & in Basan & in viculis eius, & in cunctis suburbanis Saron, vsque ad terminos. C Omnes hi, numerati sunt in diebus Ioatham regis Iuda, & in diebus Ieroboā regis Israel. Filij Ruben & Gad et dimidiæ tribus Manasse, viri bellatores, scuta portātes, & gladios, & tendentes arcum, eruditiq; ad prælia, quadraginta quatuor millia, & septingenti, sexaginta procedentes ad pugnam. Dimicauerunt contra Agarenos: Ituræi verò, & Naphis, & Nodab præbuerunt eis auxiliū. Traditiq; sunt in manus eorum Agareni, & vniuersi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerunt cùm præliarentur: & exaudiuit eos, eo quòd credidissent in eum. Ceperuntque omnia quæ possederant, camelorum quinquaginta millia, & ouium ducenta quinquaginta millia, & asinos duo millia, & animas hominum centum millia. Vulnerati autem multi corruerunt. fuit enim bellum Domini. Habitaueruntq; pro eis vsq; ad transmigrationem. D Filij quoq; dimidiæ tribus Manasse posséderūt terram à finibus Basan vsq; Baal, Hermō & Sanir, & montē Hermon. ingens quippe numerus erat. Et hi fuerūt pincipes domus cognationis eorum, Epher, & Iesi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Odoia, & Iediel viri fortissimi & potentes, & nominati duces in familijs suis. Reliquerunt aūt deū patrum suorū, et fornicati sunt post deos populorū terræ, quos abstulit Deus coram eis. & suscitauit Deus Israel spiritū Phul regis Assyriorum, & spiritum Thelgath-phalnásar regis Assur: & transtulit Ruben & Gad & dimidiam tribum Manasse, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuium Gozan, vsque ad diem hanc.

S. Genealogia filiorum Leui, et quos ex eis constituerit Dauid cantores ac ministros in domo Domini: item generatio filiorum Aaron cum vrbibus suis in singulis tribubus Israel, & quæ fuerint ciuitates refugij.

CAP. VI.

A Gen.46b Infra.23.b Filij Leui: ||Gerson-Caath, & Merari. Filij Caath: Amrā, Isaar, Hebrō, & Oziel. Filij Amrā: Aarō, Moyses & Maria. Filij Aarō: Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisúe, Abisúe verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zaraiā, & Zaraias genuit Meraioth. Porrò Meraioth genuit Amariā, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas, Achimaas genuit Azariā, Azarias genuit Iohanan, & Iohanan genuit Azariā. ipse est qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalem. Genuit autem Azarias Amariam, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellū, Sellum genuit Helciam, & Helcias genuit Azariā, Azarias genuit Saraiā, & Saraias genuit Iosedec. Porrò Iosedec egressus est, quando transtulit Dominus Iudā & Ierusalē per manus Nabuchodonosor. Exod.6.c Filij ergo Leui: ||Gerson, Caath, & Merari. Et hæc nomina filiorū Gerson: Lobni, & Semei. filij Caath: Amrā, & Isaar, & Hebrō, & Oziel. Filij Merari: Moholi & Musi. Hæ autem

Hæ aūt cognationes Leui secundum familias eorum. Gerson, Lobni filius eius, Iahath filius eius, Zamma filius eius, Ioha filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrai filius eius. Filij Caath, Aminadab filius eius, Core filius eius, Asir filius eius, Elcana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius, Tháhath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. Filij Elcana: Amasai, & Achimoth, et Elcana. Filij Elcana, Sophai filius eius, Nahath filius eius, Eliab filius eius, Ierohā filius eius, Elcana filius eius. Filij Samuel: primogenitus C Vasseni, & Abia. Filij aūt Merari, Moholi: Lobni filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, Sammaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius. Isti sunt quos constituit Dauid super cantores domus Domini, ex quo collocata est arca: & ministrabant coram tabernaculo testimonij, canētes donec ædificaret Salomon domū Domini in Ierusalem: stabant aūt iuxta ordinē suum in ministerio. Hi vero sunt qui assistebāt cū filijs suis, de filijs Caath, Heman cātor filius Ioel, filij Samuel filij Elcana, filij Ierohā, filij Eliel, filij Thohu, filij Suph, filij Elcana, filij Mahath, filij Amasai, filij Elcana, filij Iohel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, filij Thahath, filij Asir, filij Abiasaph, filij Core, filij Isaar, filij Caath, filij Leui, filij Israel. Et frater eius Asaph, qui stabat à dexteris eius, Asaph filius Barachiæ, filij Samaa, filij Michael, filij Basaiæ, filij Melchiæ, filij Athanai, filij Zara, filij Adaia, filij Ethan, filij Zamma, filij Semei, filij Ieth, filij Gerson, filij Leui. Filij au D tem Merari fratres eorum, ad sinistrā, Ethan filius Cusi, filij Abdi, filij Maloch, filij Hasabiæ, filij Amasiæ, filij Helciæ, filij Amasai, filij Boni, filij Somer, filij Moholi, filij Musi, filij Merari, filij Leui. Fratres quoque eorum Leuitæ, qui ordinati sunt in cunctum ministerium tabernaculi domus Domini. Aaron verò, & filij eius adolebant incensum super altare holocausti, & super altare thymiamatis, in omne opus Sancti sanctorum: & vt precarentur pro Israel iuxta omnia quæ præceperat Moyses seruus Dei. Hi sunt autem filij Aaron: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisúe filius eius, Bocci filius eius, Ozi filius eius, Zarahia filius eius, Meraioth filius eius, Amarias filius eius, Achitob filius eius, Sadoc filius eius, Achima- E as filius eius. Et hæc habitacula eorum per vicos atque confinia, filiorum scilicet Aaron, iuxta cognationes Caathitarū: ipsis enim sorte contigerant. Iosu.21.b. Dederunt igitur eis Hebron in terra Iuda, & suburbana eius per circuitum: ||agros aūt ciuitatis, & villas, Caleb filio Iephone. Porrò filijs Aaron dederūt ciuitates ad confugiendum, Hebron & Lobna, & suburbana eius, Iether quoque & Esthemo cum suburbanis suis, sed & Helon & Dabir cum suburbanis suis. Asan quoq; & Beth-sémes & suburbana earum. De tribu autem Ben-iamin: Gábee & suburbana eius, & Almath cum suburbanis suis, Anathoth quoque cum suburbanis suis. omnes ciuitates tredecim, per cognationes suas. Filijs autem Caath residuis de cognatione sua dederunt ex dimidia tribu Manasse in possesionem vrbes decem. Porrò filijs Gerson per cognationes suas de tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan, vrbes "tredecim'. (quatuordecim. 10.) F Filijs autē Merari per cognationes suas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabûlon, dederunt sorte ciuitates duodecim. Dederunt quoq; filij Israel Leuitis ciuitates, & suburbana earum: dederúntque per sortem, ex tribu filiorum Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, & ex tribu filiorum Ben-iamin, vrbes has quas vocauerūt nominibus suis, & his qui erāt de cognatione filiorum Caath, fueruntque ciuitates in terminis eorum de tribu Ephráim. Iosu.21.b. ||Dederunt ergo eis vrbes ad confugiendū, Sichem cum suburbanis suis in monte Ephráim: & Gazer cum suburbanis suis, & Iecmaam quoque cum suburbanis suis, & Beth-horom similiter, nec non & Helo cum suburbanis suis, & Geth-remon in eundē modum. Porrò ex dimidia tribu Manasse, Aner & suburbana eius, Balaam & suburbana eius: his videlicet qui de cognatione filiorum Caath reliqui erant. Filijs autē Gersom de cognatione dimidiæ tribus Manasse, Gaulon in Basan, & suburbana eius, & Astaroth cum suburbanis suis. G De tribu Issachar, Cedes & suburbana eius, & Dabereth cū suburbanis suis, Ramoth quoque & suburbana eius, & Anem cum suburbanis suis. De tribu verò Aser. Masal cum suburbanis suis, & Abdon similiter, "Asach' quoque & suburbana eius, & Rohob (Hacoc. 1.) cum suburbanis suis. Porrò de tribu Nephthali, Cedes in Galilæa & suburbana eius, Hamō cum suburbanis suis, & Cariatháim, & suburbana eius. Filijs autem Merari residuis: de tribu Zabulon, Remmono & suburbana eius, & Thabor cum suburbanis suis. trans Iordanem quoque ex aduerso Iericho contra orientem Iordanis, de tribu Ruben, Bosor in solitudine cum suburbanis suis, & Iassa cum suburbanis suis, Cademoth quoque & suburbana eius, & Mepháath cum suburbanis suis. Necnō & de tribu Gad, Ramoth in Galaad & suburbana eius, & Manáim cū suburbanis suis, sed & Hesebon cum suburbanis suis, & Iezer cum suburbanis suis.

S. Genealogia Issachar, Ben-iamin, Nephthali, Manasse, Ephráim & Aser.

CAP. VII.

Porrò

APorrò filij Issachar: Thola, & Phua, Iasub & Simeron, quatuor. Filij Thola: Ozi & Raphaia, & Ieriel, & Iemái, & Iebsem, & Samuel: principes per domos cognationum suarum. De stirpe Thola viri fortissimi numerati sunt in diebus Dauid, viginti duo millia sexcenti. Filij Ozi: Izrahia, de quo nati sunt Michael, & Obadia, & Ioel et Iesia, quinque: oēs principes. Cumq; eis per familias, & populos suos, accincti ad prælium, viri fortissimi, triginta sex millia: multas enim habuerūt vxores, & filios. Fratres quoq; eorum per omnē cognationē Issachar, robustissimi ad pugnandū, octoginta septē millia numerati sunt.

Gen.49.c. ‖Filij'Ben-iamin: Bela, & Bechor, & Iadihel,
B tres. Filij Bela: Esbon & Ozi & Oziel & Ierimoth et Vrai, quinq; principes familiarum, &
p.5. ad pugnandum robustissimi, numerus aūt eo
C rū, viginti duo millia & trigintaquatuor. Porrò filij Bechor: Zamira, & Ioas, & Eliézer, & Elioenái, & Amri, et Ierimoth, et Abia, et Anathoth, & Almath. omnes hi, filij Bechor. Numerati sunt autem per familias suas principes cognationū suarū ad bella fortissimi, viginti millia & ducenti. Porrò filij Iadihel: Balan. Filij aūt Balan: Iehus, & Ben-iamin, & Aod, & Chanaana, & Zetham, & Tharsis, Ahisahar. omnes hi, filij Iadihel, principes cognationum suarum, viri fortissimi, decem & septem millia, & ducenti ad prælium procedentes. Sephā quoque & Haphā filij Hir: & hasim filij Aher. Filij autem Nephthali: Iasiel, &
"filij.1. Guni, & Iéser & Sellum, filij Bala. Porrò "filius' Manassē, Esriel: concubina q́ue eius Syra peperit Machir patrē Galaad. Machir aūt accepit vxorem filijs suis Happhim & Sapham:
D & habuit sororē nomine Maacha: nomen aūt secundi Salphaad, natæq́ue sunt Salphaad filiæ. & peperit Maacha vxor Machir filiū, vocauitq́; nomen eius Phares: porrò nomen fratris eius, Sares. & filij eius, Vlā, & Recē. Filius aūt Vlam, Badan. hi sunt filij Galaad, filij Machir, filij Manassē. Soror aūt eius Regina peperit Virum-decôrū, et Abiézer. & Mohola. Erāt aūt filij Semida: Ahin & Sechē, & Leci, & Aniā. Filij aūt Ephráim: Suthála, Bared filius eius, Thahath filius eius, Elada filius eius, Thahath filius eius, & huius filius Zabat, & huius filius Suthála, & huius filius Ezer & Elad: occiderunt autem eos viri Geth indigenæ, quia descēderant vt inuaderent possessiones eorū.
E Luxit igitur Ephráim pater eorū multis diebus, & venerunt fratres eius vt consolarentur eum. Ingressusq́ue est ad vxorē suā: quæ concepit, & peperit filium, & vocauit nomē eius Beria, eo quòd in malis domus eius ortus esset: filia autē eius fuit Sara, quæ ædificauit Bethoron inferiorē & superiorem, & Ozen-sara. Porrò filius eius Raphā & Reseph, & Thalē, de quo natus est Thaan, qui genuit Laadan: huius quoque filius Ammiud, qui genuit Elisama, de quo ortus est Nun, qui habuit filium F Iosuē. Possessio autem eorum & habitatio, Beth-el cum filiabus suis, & contra orientem Noran, ac occidentalem plagā Gazer & filiæ eius, Sichem quoque cum filiabus suis, vsque ad Asa cum filiabus eius. Iuxta filios quoque Manasse Beth-san & filias eius, Thanach & filias eius, Mageddo & filias eius, Dor & filias eius: in his habitauerūt filij Ioseph, filij Israel. Gen.46.b

‖Filij Aser: Iēna, & Iesua, et Iessui, & Baria, & Sara soror eorū. Filij aūt Baria: Heber, & Melchiel: ipse est pater Barsaith. Heber autem genuit Iephlat, & Somer, & Hothā, & Suaa sororem eorum. Filij Iephlat: Phosech, & Chamaal, & Asoth: hi filij Iephlat. Porrò filij So- G mer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Aram. Filij aūt Helē fratris eius: Supha, et Iemna, et Selles, & Amal. Filij Supha: Sue, Harnapher et Sual, et Beri, et Iamra, Bosor, et Hod, et Samma, & Salusa, & Iethrā & Bera. Filij Iether: Iephonne, & Phaspha, & Ara. Filij autē Olla: Aree, & Haniel, & Resia. Omnes hi filij Aser, principes cognationū, electi atque fortissimi duces ducum: numerus autem eorum ætatis quæ apta esset ad bellum, viginti sex millia.

S. Rursum genealogia Ben-iamin & Saul filiorumq́ue ipsius. CAP. VIII.

BEn-iamin autem genuit Bale primogenitum suum, Asbel secundū, Ahara ter- Gen.46.d
tium, Nohaa quartum, & Rapha quin- Supra.7.c.
tum. Fueruntq́ue filij Bale: & Addar, & Gera, & Abiud, Abisue quoque, & Naaman, & Ahóe, sed & Gera & Sephuphan, & Huram. Hi sunt filij Ahod, principes cognationum habitantium in Gabaa, qui trāslati sunt in Manáhath. Naaman autem & Achia, & Gera ipse transtulit eos, & genuit Oza & Ahihud. Porrò Saharáim genuit in regione Moab, postquā dimisit Husim & Bara vxores suas. Genuit autē de Hodos vxore sua Iobab, et Sebia, et Mosa, et Molchō, Iehus quoque et Sechia, B et Marma. hi sunt filij eius principes in familijs suis. Mehusim verò genuit Abitob, et Elphâal. Porrò filij Elphâal: Heber, et Misaā, et Samad: hic ædificauit Ono, et Lod, et filias eius. Baria autem et Sama principes cognationum habitantium in Aialon: hi fugauerūt habitatores Geth. Et Ahio, et Sesac, et Ieri moth, et Zabadia, et Arod, et Heder, Michael quoque et Iespha, et Ioha filij Baria. Et Zabadia, et Mosollā, et Hezeci, et Heber, et Ieremari, et Iezlia, et Iobab filij Elphâal, et Iacim, et Zechri, et Zabdi, et Elioenai, et Selethái, et Eliel, et Adaia, et Baraia, et Samarath filij Semei. Et Iesphā, et Heber, et Eliel, et Abdō, et C Zechri,

Zechri, & Hanan, & Hanania, & Aelā, & Anathothia, & Iephdaia, & Phanuel filij Sesac. & Samsari, & Sohoria, & Otholia, & Iersia, & Elia, & Zechri, filij Ieroham. hi patriarchæ, & cognationum principes, qui habitauerunt in
Infra. 6.f. Ierusalem. ‖In Gabaon autem habitauerunt Abi-gabaon, & nomen vxoris eius Maacha: filiusq́ue eius primogenitus Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, Gedor quoq; & Ahio, & Zacher, & Macelloth: & Macelloth genuit Samaa: habitaueruntq́ue ex aduerso fratrum suorū in Ierusalem cum fratribus suis.
1.Re.14.g. Isa.9.g. ‖Ner autē genuit Cis, et Cis genuit Saul. Porrò Saul genuit Ionathā, & Melchi-sua, & Abinadab & Esbáal. Filius autem Ionathan, Merib-báal: & Merib-báal genuit Micha. Filij Micha, Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz, & Ahaz genuit Ioada: & Ioada genuit Amath, & Azmoth, & Zamri: porrò Zamri genuit Mosa, Mosa genuit Banaa, cuius filius Rapha, de quo ortus est Elasa, qui genuit Asel. Porrò Asel sex filij fuerunt, his nominibus, Ezricam, Bochru, Ismahel, Saria, Obdia, & Hanan: omnes hi, filij Asael. Filij autem Esec fratris eius, Vlam primogenitus, & Iehus secūdus, & Eliphálet tertius. Fueruntq́ue filij Vlam viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac ne
p.11. potes, vsque ad centum quinquaginta ▷millia'. Omnes hi filij Ben-iamin.

S. Qui primi filiorum Israel habitauerint in Ierusalem, & officia sacerdotum ac Leuitarum, generationes quoque Saul ac filiorum eius repetuntur. CAP. IX.

AVniuersus ergo Israel dinumeratus est: & summa eorum scripta est in Libro regum Israel, & Iuda: translatiq́; sunt in Babylonem propter delictum suum. Qui autē habitauerunt primi in possessionibus, & in vrbibus suis: Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinei. Commorati sunt in Ierusalē de filijs Iuda, & de filijs Ben-iamin, de filijs quoq; Ephráim. & Manasse. Othei filius Ammiud, filij Amri, filij Omrai, filij Bonni, de filijs Phares filij Iuda. Et de Siloni: Asaia primo
B genitus, & filij eius. De filijs aūt Zara: Iehuel, & fratres eorū, sexcēti nonaginta. Porrò de filijs Bē-iamin: Salo filius Mosollā, filij Oduia, filij Asana: & Iobania filius Ieroham: & Ela filius Ozi, filij Mochori: & Mosollam filius Saphatiæ, filij Rahuel, filij Iebaniæ. & fratres eorum per familias suas, nongenti quinquaginta sex. Omnes hi, principes cognationum per domos patrum suorum. De sacerdotibus autem: Iedaia, Ioiarib, & Iachin: Azarias quoque filius Helciæ, filij Mosollam, filij Sadoc, filij Maraioth, filij Achitob, pontifex domus Dei. Porrò Adaias filius Ieroham, filij Phassur, filij Melchiæ: & Maásai filius Adiel, filij Iezra, filij Mosollam, filij Mosollamith, filij Emmer. fratres quoque eorum principes per C familias suas, mille septingenti sexaginta: fortissimi robore ad faciendum opus ministerij in domo Dei. De Leuitis autem: Semeia filius Hassub filij Ezricam, filij Hasebia de filijs Merari. Bacbacar quoque carpentarius, & Galal, & Mathania filius Micha, filij Zechri, filij Asaph, & Obdia filius Semeiæ filij Galal, filij Idithun: & Barachia filius Asa, filij Elcana, qui habitauit in atrijs Netophati. Ianitores autem: Sellum, & Accub, & Telmon, & Ahimā: & frater eorum Sellum princeps. vsque ad illud tempus, in porta regis ad orientem, obser uabant per vices suas de filijs Leui. Sellum ve- D rò filius Core filij Aabiasaph, filij Core, cum fratribus suis, & domo patris sui, hi sunt Coritæ super opera ministerij, custodes vestibulorum tabernaculi: & familiæ eorum per vices castrorum Domini custodientes introitū. Phinees autem filius Eleazari, erat dux eorū corā Domino. Porrò Zacharias filius Mosol lamia, ianitor portæ tabernaculi testimonij. Oēs hi electi in ostiarios per portas, ducenti duodecim: & descripti in villis proprijs: quos constituerunt Dauid, & Samuel Videns, in fide sua tam ipsos, quàm filios eorum in ostijs domus Domini, & in tabernaculo vicibus suis. Per quatuor ventos erant ostiarij: id est ad orientē, & ad occidentem, & ad aquilonē, & ad austrū. Fratres aūt eorum in viculis morabantur, & veniebant in sabbathis suis de tēpo re vsq; ad tēpus. His quatuor Leuitis creditus E erat omnis numerus ianitorum, & erāt super éxedras, & thesauros domus Domini. Per gyrum quoq; tēpli Domini morabātur in custodijs suis, vt cùm tempus fuisset, ipsi manè ape rirent fores. De horum "grege' erant & super "genere. 10 vasa ministerij: ad numerum enim & inferebātur vasa & efferebātur. De ipsis & qui credita habebāt vtensilia sanctuarij, præerant similæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. Filij autē sacerdotum vnguēta ex aromatibus conficiebant. Et Mathathias Leuites primogenitus Sellū Corritæ, præfectus erat eorum quæ in sartagine frigebātur. Porrò de filijs Cath fratribus eorum super panes erant propositionis, vt semper nouos per singula sabbatha præpararent. Hi sunt principes cantorū per fa- F milias Leuitarū, qui in ēxedris morabātur, vt die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirēt. Capita Leuitarū, per familias suas principes, mansērunt in Ierusalem. ‖In Gabaon autem Sup.8.c. cōmorati sunt pater Gabaon Iehiel, & nomē vxoris eius Maacha. Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, Gedor quoque, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth.

Universidad de Deusto Biblioteca

Macelloth. Porrò Macelloth genuit Samaã: isti habitauerunt eregione fratrum suorũ in Ierusalem, cum fratribus suis. ‖Ner autem genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathan, & Melchisúa. & Abinádab, & Esbaál. Filius autem Ionathan, Meribbáal: & Meribbáal genuit Micha. Porrò filij Micha, Phithon & Melech, & Tharaa, & Ahaz. Ahaz aũt genuit Iara: & Iara genuit Alámath, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Mosa: Mosa verò genuit Banaa: cuius filius Raphaia, genuit Elasa: de quo ortus est Asel. Porrò Asel sex filios habuit his nominibus, Ezricã, Bochru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan. hi sunt filij Asael.

Sup. 8.d.

G



S. *Saul propter varias iniquitates à Philisthæis occiditur cum filijs, eiusq; capite à Philisthæis amputato reliquum corpus cum filijs sepelitur à viris Iabes-Galaad.*

CAP. X.

A 1. Re. 31. a. PHilisthijm autem pugnabant contra Israel, fugeruntq; viri Israel Palæsthinos, & ceciderunt vulnerati in monte Gelbóe. Cumque appropinquassent Philisthæi persequentes Saul & filios eius, percusserunt Ionathan, & Abinadab, & Melchi-súa filios Saul. Et aggrauatum est prælium cõtra Saul, inueneruntque eum sagittarij, & vulneraueruntiaculis. Et dixit Saul ad armigerum suũ, Euagina gladium tuum, & interfice me: ne fortè veniant incircuncisi isti, & illudant mihi. Noluit autem armiger eius hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saul ensem, & irruit in eum. Quod cùm vidisset armiger eius, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiam ipse in gladium suum, & mortuus est. Interijt ergo Saul, & tres filij eius, & omnis domus illius pariter concidit. Quod cùm vidissent viri Israel qui habitabant in campestribus, fugerunt: & Saul ac filijs eius mortuis, dereliquerunt vrbes suas, & huc illucq; dispersi sunt: veneruntq; Philisthijm, & habitauerunt in eis.

B

C Die igitur altero detrahẽtes Philisthijm spolia cæsorum, inuenerunt Saul, & filios eius iacentes in mõte Gelbóe. Cumque spoliassent eũ & amputassent caput, armisq; nudassent, miserunt in terram suam, vt circunferretur, & ostenderetur idolorum templis & populis: arma autem eius cõsecrauerunt in phano Dei sui, & caput affixerunt in templo Dagõ. Hoc cum audissent viri Iabes-Galaad, omnia scilicet quæ Philisthijm fecerant super Saul, cõsurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul & filiorum eius: attulerunt q; ea in Iabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercum quæ erat in Iabes, & ieiunauerunt septem diebus. Mortuus est ergo Saul propter iniquitates suas, eo quòd præuaricatus sit ‖ mandatum Domini quod præceperat, 1. Re. 15. a. & non custodierit illud: sed insuper etiam ‖ pythonissam consuluerit, nec speraueritin 1. Re. 28. b. Domino, propter quod interfecit eum, & transtulit regnum eius ad Dauid filium Isai.

S. *Vnctus Dauid in regem, deuictis Iebusæis habitauit in Ierusalem: stipatus potentissimis ac strenuissimi militibus, quorum heroica gesta narrantur: noluit Dauid desyderatam bibere aquam, eo quod cum fortium suorum periculo allata esset.*

CAP. XI.

A 2. Re. 5. a. COngregatus est igitur omnis Israel ad Dauid in Hebron, dicens, Os tuum sumus & caro tua. Heri quoque & nudiustertius cum adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas & introducebas Israel: tibi enim dixit Dominus Deus tuus, Tu pasces populum meum Israel, & tu eris princeps super eum. Venerunt ergo omnes maiores natu Israel ad regem in Hebron, & inijt Dauid cũ eis fœdus coram Domino: vnxeruntq; eum regem super Israel, iuxta sermonem Domini quem locutus est in manu Samuel. Abijt quoque Dauid, & omnis Israel in Ierusalem. hæc est Iebus, vbi erant Iebusæi habitatores terræ. Dixeruntq; qui habitabant in Iebus ad Dauid, Nõ ingredieris huc. Porrò Dauid cepit arcẽ Sion, quæ est Ciuitas-Dauid, dixitq;, Omnis qui percusserit Iebusæum in primis, erit princeps & dux. Ascendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus est princeps. Habitauit autẽ Dauid in arce, & idcirco appellata est Ciuitas-Dauid. Aedificauitq; vrbẽ in circuitu à Mello, vsq; ad gyrum: Ioab autem reliqua vrbis extruxit. Proficiebatq; Dauid vadens & crescens, & Dominus exercituum erat cũ eo. ‖ Hi 2. Re. 23. principes virorum fortiũ Dauid, qui adiuuerũt eum vt rex fieret super omnẽ Israel iuxta verbum Domini quod locutus est ad Israel. Et iste numerus robustorũ Dauid: Iesbaã filius Hachamoni princeps inter triginta: iste leuauit hastam suã super trecẽtos vulneratos vna vice. Et post eũ Eleazar filius Patrui-eius Ahohites,

Ahohites, qui erat inter tres potẽtes. iste fuit cum Dauid in Phes-domim, quando Philisthijm congregati sunt ad locum illum in prælium: & erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratq; populus à facie Philisthinorum. [a] Hi steterunt in medio agri, & [b] defenderunt eum: cumq; percussissent Philisthæos, dedit Dominus salutem magnam populo suo. Descenderunt autem tres de triginta principibus ad petram, in qua erat Dauid, ad speluncam Odollam, quando Philisthijm fuerant castra metati in Valle-raphaim. Porrò Dauid erat in præsidio, & statio Philisthinorũ in Bethléhem. Desyderauit igitur Dauid * & dixit, O siquis daret mihi aquam de cisterna Beth-léhem, quæ est in porta. Tres ergo isti per media castra Philisthinorũ perrexerunt, & hauserunt aquam de cisterna Beth-léhem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet: qui noluit, sed magis libauit illam Domino, dicens. Absit vt in conspectu Dei mei hoc faciam, & sanguinem istorum virorum bibã: quia in periculo animarum suarum attulerũt mihi aquam. Et ob hanc causam noluit bibere. hæc fecerunt tres robustissimi. Abisai quoque frater Ioab ipse erat princeps trium, & ipse leuauit hastam suam contra trecentos vulneratos, & ipse erat inter tres nominatissimus, & inter tres secundus inclytus, & princeps eorum: veruntamen vsque ad tres primos non peruenerat. Banaias filius Ioiadæ [c] viri robustissimi, qui multa opera perpetrarat, de Cabseel: ipse percussit duos ariel Moab: & ipse descendit & interfecit leonem in media cisterna tempore niuis. Et ipse percussit virum Aegyptium, cuius statura erat quinque cubitorum, & habebat lanceam vt liciatorium texentium: descendit igitur ad eum cum virga, & rapuit hastam quam tenebat manu, & interfecit eum hasta sua. Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robustos nominatissimus, inter triginta primus, veruntamẽ ad tres vsque non peruenerat: posuit autem eum Dauid ad auriculam suam. Porrò fortissimi viri in exercitu, Asahel frater Ioab, & Elchanan filius Patrui-eius de Beth-léhem, Sãmoth Arorites, Helles Phalonites, Ira filius Acces Thecuites, Abiézer Anathothites, Sobbochai Husathites, Ilai Ahohites, Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites, Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Ben-iamin, Banaia Pharatonites, Hurai de Torrente-Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites. Filij Assem Gezonites, Ionathan filius Sage Ararites, Ahiam filius Sachar Ararites. Eliphal filius Vr, Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites, Hesro Carmelites, Naãrai filius Azbai, Ioel frater Nathan, Mibahar filius Agarai. Selec Ammonites Nahárai Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, Ira Iethræus, Gareb Iethræus, Vrias Hethæus, Zabad filius Oholi, Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta: Hanan filius Maacha, & Iosaphat Mathanites, Ozia Astarothites, Samma & Iehiel filij Hotham Arorites, Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thosaites, Eliel Mahumites, & Ieribai & Iosaia filij Elnaẽ, & Iethma Moabites, Eliel & Obed, & Iasiel de Masobia.

[a] hic steterunt. 12.
[b] defendit. 12. percussisset. 12.

* aquam.

[c] vir robustissimus. 4.

S. *Qui Dauid fuerant sequuti fugientem Saul, & qui postea ex omnibus tribubus venerunt vt eum regem constituerent in Hebron.*

CAP. XII.

A HI quoque venerunt ad Dauid in Siceleg, cùm adhuc fugeret Saul filiũ Cis, qui erant fortissimi & egregij pugnatores, tendentes arcum, & vtraque manu fundis saxa iacientes, & dirigentes sagittas: de fratribus Saul ex Ben-iamin. Princeps Ahiezer, & Ioas filij Samaa Gabaathites: & Iaziel & Phallet filij Azmoth, & Baracha & Iehu Anathothites. Samaias quoque Gabaonites fortissimus inter triginta & super triginta. Ieremias & Iehezíel & Iohanan & Iezabad Gaderothites. & Eluzai & Ierimuth, & Baalia & Samaria & Saphatia Haruphites. Elcana & Iesia & Azareel & Ioézer & Iesbaã de Carehim: Ioela quoq; & Zabadia filij Ieroham de Gedor. Sed & Gaddi transfugerunt ad Dauid, cùm latereret in deserto, viri robustissimi, & pugnatores optimi, tenẽtes clypeum & hastam: facies eorũ quasi facies leonis, & veloces quasi capreæ in montibus: Ezer princeps, Obdias secũdus, Eliab tertius, Massmana quartus, Ieremias quintus, Ethi sextus. Eliel septimus. Johanan octauus, Elzebab nonus, Ieremias decimus, Machbanai vndecimus. hi de filijs Gad principes exercitus: nouissimus, centũ militibus præerat, & maximus mille. Isti sunt qui transierunt Iordanẽ mense primo, quando inundare consueuit super ripas suas: & oẽs fugauerunt qui morabantur in vallibus ad orientalẽ plagam & occidẽtalem. Venerunt aũt & de Ben-iamin & de Iuda ad præsidiũ in quo morabatur Dauid. Egressúsq; est Dauid obuiam eis, et ait, Si pacificè venistis ad me vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis. si autem insidiamini mihi pro aduersarijs meis, cùm ego iniquitatem in manibus non habeã, videat Deus patrum nostrorũ, et iudicet. Spiritus verò induit Amasai principem inter triginta, et ait, Tui sumus ô Dauid, et tecum fili Isai, pax, pax tibi, et pax adiutoribus tuis. te enim adiuuat Deus tuus. Suscepit ergo eos Dauid, et constituit principes turmæ. Porrò de Manasse transfugerunt ad Dauid, quando

veniebat

Universidad de Deusto Biblioteca

veniebat cum Philisthijm aduersus Saul, vt
1.Re.26.b pugnaret:& non dimicauit cum eis. ‖quia inito consilio remiserunt eum principes Philisthinorum, dicentes, Periculo capitis nostri reuertetur ad dominum suum Saul. Quando igitur reuersus est in Siceleg, transfugerũt ad
D eũ de Manasse, Ednas,& Iozabad, & Iedihel,
▷.6. & Michael▷& Ednas'& Iozabad, & Eliu, &
″milium.6. Salathi, principes″militũ'in Manasse. hi præbuerunt auxilium Dauid aduersus latrunculos: omnes enim erant viri fortissimi, & facti sunt principes in exercitu. Sed & per singulos dies veniebant ad Dauid ad auxiliandum ei, vsque dum fieret grandis numerus, quasi exercitus Dei. Iste quoque est numerus principũ exercitus, qui venerunt ad Dauid, cùm esset in Hebron, vt transferrent regnum Saul ad eum, iuxta verbũ Domini. Filij Iuda portantes clypeum & hastam, sex millia octingenti expediti ad prælium. De filijs Simeõ virorum fortissimorum ad pugnandum, septem millia
E centum. De filijs Leui, quatuor millia sexcẽti. Ioiada quoque princeps de stirpe Aaron,& cum eo tria millia septingenti. Sadoc etiã puer egregiæ indolis, & domus patris eius, principes viginti duo. De filijs autẽ Ben-iamin fratribus Saul, tria millia. magna enim pars eorũ adhuc sequebatur domum Saul. Porrò de filijs Ephráim viginti millia octingenti, fortissimi robore, viri nominati in cognationibus suis. Et ex dimidia tribu Manasse, decem & octo millia, singuli per nomina sua venerunt vt cõstituerent regem Dauid. De filijs quoq; Issachar viri eruditi qui nouerant singula tempora, ad præcipiendũ quid facere deberet Israel, principes ducenti: omnis autem reliqua tri-
F bus, eorum consiliũ sequebatur. Porrò de Zabûlon qui egrediebantur ad prælium, & stabant in acie instructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxiliũ, non in corde duplici. Et de Nephthali, principes mille & cum eis instructi clypeo & hasta, triginta & septem millia. De Dan etiã præparati ad prælium, vigintiocto millia sexcenti. Et de Aser egredientes ad pugnam, & in acie prouocantes quadraginta millia. Trans Iordanem autẽ de filijs Ruben, & de Gad, & dimidia parte tribus Manasse instructi armis bellicis, centũ viginti millia. Omnes isti viri bellatores expediti ad pugnandum, corde perfecto venerunt in Hebron, vt constituerent regem Dauid super vniuersum Israel: sed & omnes reliqui ex Israel, vno corde erãt vt rex fieret Dauid. Fueruntque ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibentes. præparauerãt enim eis fratres sui. Sed & qui iuxta eos erant, vsque ad Issachar & Zabûlon & Nephthali, afferebãt panes in asinis, & camelis, & mulis, & bobus ad vescendum: farinam, palathas, vuam passam, vinum, oleum, boues, arietes ad omnem copiam. gaudium quippe erat in Israel.

S. *A Chariath-iarim reducitur arca Domini de domo Abinadab, omni Israel cum Dauid ante eam ludentibus, sed quia Oza arcam contingens à Domino percussus est, auertit eam Dauid in domum Obed-edom. cui ex eo tempore benedixit Dominus.*

CAP. XIII.

INijt autem consilium Dauid cũ″tribunis A
& cẽturionibus,& vniuersis principibus, & ait ad omnẽ cœtum Israel, Si placet vobis,& à Domino Deo nostro egreditur sermo quẽ loquor: mittamus ad fratres nostros reliquos in vniuersas regiones Israel,& ad sacerdotes & Leuitas qui habitãt in suburbanis vrbiũ, vt congregentur ad nos,& reducamus arcã Dei nostri ad nos: non enim requisiuimus eã in diebus Saul. Et respondit vniuersa multitudo vt ita fieret: placuerat enim sermo omni populo. Congregauit ergo Dauid cunctũ B
Israel à Sihor Aegypti, vsq; dum ingrediaris 2.Reg.6.a
Emath,‖vt adduceret arcam Dei de Cariath- ″oẽs viri.
iarim. Et ascendit Dauid &″omnis▷vir'Israel ▷.2.
ad collem Cariath-iarim, qui est in Iuda, vt afferret inde arcam Domini Dei sedentis super cherubim, vbi inuocatum est nomen eius. Imposueruntque arcam Dei super plaustrum nouũ, de domo Abinadab: Oza autem, & frater eius minabant plaustrum. Porrò Dauid & C
vniuersus Israel, ludebant coram Deo omni virtute, in canticis & in citharis, & psalterijs, & tympanis,& cymbalis, & tubis. Cùm autẽ peruenissent ad Aream-chidon, tetendit Oza manum suam, vt sustentaret arcam: bos quippe lasciuiens paululum inclinauerat eam. Iratus est itaque Dominus contra Ozam,& per- Num.4.b.
cussit eum,‖eo quòd tetigisset arcam:& mortuus est ibi coram Domino. Contristatusq; D
est Dauid, eo quòd diuisisset Dominus Ozã: vocauitque locum illum, Diuisio Ozæ, vsq; in præsentem diẽ. Et timuit Deum tunc temporis, dicens, Quomodo possum ad me introducere arcam Dei? Et ob hanc causam nõ adduxit eã ad se, hoc est in Ciuitatem-Dauid, sed auertit in domum Obed-edom Gethæi. Mansit ergo arca Dei in domo Obed-edom tribus mensibus: & benedixit Dominus domui eius,& omnibus quæ habebat.

S. *Dauid acceptis à rege Tyri lignis & artificibus ad extruendam sibi domum, alias ducit vxores ac multos gignit liberos, & consulto Domino bis cædit Philisthæos.*

CAP. XIIII.

MIsit quoque Hiram rex Tyri nuntios A
ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietum lignorumque: vt ædificarent ei domum. Cognouitque Dauid, eo quòd confirmasset eum Dominus in regem super Israel,& subleuatum est regnum suum super populum eius Israel.
2.Re.6.5. Acccepit quoque Dauid alias vxores in Ierusalem: genuitque filios & filias. ‖Et hæc nomina eorum qui sunt ei in Ierusalem: Samua
B & Sobad, Nathan & Salomõ, Iebahar, & Eli-
″& Eli.7. súa,* & Eliphálet, Noga quoque, & Napheg, & Iaphia, Elisama,& Baal-iada, & Eliphalet.
2.Re.5.c.d ‖Audientes, autem Philisthijm eo quòd vnctus esset Dauid in regem super vniuersum Israel, ascenderunt omnes vt quærerent eum: quod cùm audisset Dauid, egressus est obuiam eis, Porrò Philisthijm venientes, diffusi sunt in Valle-raphaim. Consuluitque Dauid Dominum dicens, Si ascendam ad Philisthæos,& si trades eos in manu mea? Et dixit
C ei Dominus, Ascende, & tradam eos in manu tua. Cumque illi ascendissent in Baal-pharasim, percussit eos ibi Dauid,& dixit, Diuisit Deus inimicos meos per manum meam, sicut diuiduntur aquæ. & idcirco vocatum est nomen illius loci, Baal-pharasim. Dereliqueruntque ibi deos suos, quos Dauid iussit exuri. Alia etiam vice Philisthijm irruerunt, & diffusi sunt in valle. Consuluitque rursum
D Dauid Deum:& dixit ei Deus, Non ascendas post eos, recede ab eis, & venies contra illos ex aduerso pyrorum. Cumque audieris sonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. egressus est enim Deus ante te, vt percutiat castra Philisthijm. Fecit ergo Dauid sicut præceperat ei Deus, & percussit castra Philisthinorum, de Gaboõ vsq; Gázera. Diuulgatumque est nomen Dauid in vniuersis regionibus, & Dominus dedit pauorem eius super omnes gentes.

S. *Deducitur magno cum apparatu arca Dei in Ierusalem comitante omni Israel, sacerdotibus verò ac Leuitis iuxta sua officia ministrantibus, & Michol despicit Dauid coram arca saltantem indutum stola bissina & Ephod lineo.*

CAP. XV.

Nu.4.a.b. A FEcit quoq; sibi domos in Ciuitate-Dauid:& ædificauit locum arcæ Dei, tetenditque ei tabernaculum. Tunc dixit Dauid, Illicitum est vt à quocunque portetur arca Dei, nisi à Leuitis: quos elegit Dominus ad portandum eam, & ad ministrandum sibi, vsq; in æternũ. Congregauitq; vniuersum Israel in Ierusalẽ, vt afferretur arca Dei in locũ suum quem præparauerat ei. Necnõ & filios Aaron & Leuitas. de filijs Caath, Vriel prin-
″ducẽti.13. ceps fuit: & fratres eius″centum'viginti. De
″triginta.13 filijs Merari, Asaia princeps:& fratres eius du
centi″viginti'. De filijs Gersom, Ioel prin-
″viginti.13. ceps:& fratres eius centum″triginta'. De filijs Elisaphã, Semeias princeps:& fratres eius ducenti. De filijs Hebron, Eliel princeps: & fratres eius octoginta. De filijs Oziel, Aminadab princeps: & fratres eius centum duodecim. Vocauitque Dauid Sadoc & Abiathar sa
cerdotes,& Leuitas, Vriel, Asaiã, Ioel, Seme- B
iam, Eliel & Aminadab: & dixit ad eos, Vos qui estis principes familiarum Leuiticarum, sanctificamini cum fratribus vestris, & afferte arcam Domini Dei Israel ad locum qui ei
præparatus est: ne‖vt à principio, quia nõ era- Supr.13.d.
tis præsentes, percussit nos Dominus: sic & nunc fiat, illicitũ quid nobis agentibus. Sanctificati sunt ergo sacerdotes & Leuitæ, vt portarent arcam Domini Dei Israel. Et tulerunt
filij Leui arcam Dei, sicut præceperat ‖ Moy- Num.4.b.
ses iuxta verbum Domini, humeris suis, in vectibus. Dixitque Dauid principibus Leuitarum, vt cõstituerent de fratribus suis cãtores in organis musicorum, nablis videlicet,& lyris & cymbalis, vt resonaret in excelsis sonitus lætitiæ. Constitueruntque Leuitas: Hemam filium Ioel, & de fratribus eius Asaph filium Barachiæ. de filijs verò Merari, fratribus eorum: Ethan filium Casaiæ. Et cum eis fratres eorum, in secundo ordine, Zachariam & Ben & Iaziel & Semiramoth, & Iahiel, &
Ani, Eliab & Banaiam & Maasiã & Matha- C
thiam & Eliphalu & Maceniã & Obed-edõ & Iehiel, ianitores. Porrò cantores, Heman, Asaph, & Ethan: in cymbalis æneis cõcrepantes. Zacharias autẽ & Oziel, & Semiramoth & Iahiel & Ani & Eliab & Maasias & Banaias in nablis arcana cantabant. Porrò Mathathias & Eliphalu & Macenias & Obed-edom & Iehiel & Ozaziu: in citharis pro octaua canebant epinicion, Chonenias autẽ princeps Leuitarum, prophetiæ præerat, ad præcinendam melodiam: erat quippe valde sapiens. Et Barachias & Elcana: ianitores arcæ. Porrò Se-
benias & Iosaphat & Nathanael & Amasai & D
Zacharias & Banaias & Eliézer sacerdotes,
clangebãt tubis coram arca Dei:& Obed-edõ ″Achimaas
& ″Iehias' erant ianitores arcæ. ‖ Igitur Da- 12.
uid &▷omnes'maiores natu Israel,& tribuni, 2.Re.6.c.
ierunt ad deportandam arcam fœderis Domi ▷.12.
ni de Domo Obed-edõ cum lætitia. Cumq; adiuuisset Deus Leuitas qui portabãt arcam
▷fœderis'Domini, immolabãtur septẽ tauri ▷.5.
& septẽ arietes. Porrò Dauid erat indutus stola bysina, & vniuersi Leuitæ qui portabant arcã, cantoresq;,& Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: Dauid aũt etiam indutus erat ephod lineo. Vniuersusq; Israel deducebãt arcã fœderis Domini in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis & citharis cõcrepantes. Cumq; peruenisset arca fœderis Domini vsque ad Ciuitatem-Dauid,

Michol

Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid saltantem atq; ludentem, & despexit eum in corde suo.



S. Constituta arca in tabernaculo fœderis oblatisq; victimis, & populo à Dauid benedicto, ordinantur varia Leuitarum ministeria coram arca, interposito cantico diuinæ laudis.

CAP. XVI.

A 2.Reg. 6.d ATtulerunt igitur arcam Dei, & constituerunt eam in medio tabernaculi quod tetêderat ei Dauid: & obtulerũt holocausta & pacifica coram Deo. Cumq́ complesset Dauid offerẽs holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. Et diuisit vniuersis per singulos, à viro vsque ad mulierem tortam panis, & partem assæ carnis bubalæ, & frixam oleo similam. Constituitq́; coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent: & recordarentur operum eius, & glorificarent, atq; laudarent Dominum Deum Israel: Asaph principem, & secundũ eius Zachariam. Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiam & Eliab & Banaiam & Obed-edom, & Iehiel super organa Psalterij & lyras: Asaph autem, vt cymbalis personaret. Banaiam verò & Iaziel sacerdotes, canere tuba iugiter coram arca fœderis Domini. In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino, Asaph, & fratres eius.

Psa. 104.b Isa. 12.a. ‖ Cõfitemini Domino, & inuocate nomẽ eius: notas facite in populis adinuentiones eius.

Cantate ei, & psallite ei: & narrate omnia mirabilia eius.

B Laudate nomen sanctũ eius: lætetur cor quærentium Dominum.

Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem eius semper.

Recordamini mirabilium eius quæ fecit: signorum illius, & iudiciorum oris eius.

Semen Israel serui eius: filij Iacob electi eius.

Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius.

Recordamini in sempiternum pacti eius: sermonis quẽ præcepit, in mille generationes, Quem pepigit cum Abraham: & iuramenti illius cum Isaac.

Et constituit illud Iacob in præceptum: & Israel in pactum sempiternum,

Dicens, Tibi dabo Terram-Chanáan, funiculum hæreditatis vestræ.

Cũ essent pauci numero, parui & coloni eius.

Et transierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.

Non dimisit quẽquam calumniari eos: sed increpauit pro eis reges.

‖ Nolite tangere christos meos: & in prophetis meis nolite malignari. Psal. 56.a

Cantate Domino omnis terra: annunciate C ex die in diem salutare eius.

Narrate in gentibus gloriam eius: in cunctis populis mirabilia eius.

Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: & horribilis super omnes deos.

Omnes enim dij populorum, idôla: Dominus autem cœlos fecit.

Confessio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudium in loco eius.

Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino gloriam & imperium.

Date Domino gloriam, nomini eius, leuate v.4 sacrificium, & venite in conspectu eius: & adorate Dominum in decôre sancto.

Commoueatur à facie eius omnis terra: ipse enim fundauit orbem immobilem.

Lætẽtur cœli, & exultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnauit.

Tonet mare, & plenitudo eius: exultent agri, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc laudabũt ligna saltus coram Domino: quia venit iudicare terram.

Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius.

Et dicite, Salua nos Deus saluator noster: & D congrega nos, & erue de gentibus, vt confiteamur nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis.

Benedictus Dominus Deus Israel ab æterno, vsque in æternum: & dicat omnis populus, Amen & hymnum Deo.

Dereliquit itaq; ibi coram arca fœderis Domini Asaph & fratres eius: vt ministrarent in conspectu arcæ iugiter per singulos dies, & vices suas. Porrò Obed-edõ, & fratres eius sexagintaocto: & Obed-edom filium Idithun, & Hosa constituit ianitores: Sadoc autem sacerdotem, & fratres eius sacerdotes, coram tabernaculo Domini in excelso quod erat in Gabaon: vt offerrent holocausta Domino super altare holocautomatis iugiter, manè & vesperè, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege Domini, quam præcepit Israeli. Et post eum Heman & Idithun, & reliquos electos, vnumquenque

quenque vocabulo suo, ad confitendum Domino, Quoniam in æternũ misericordia eius. Heman quoque & Idithun canentes tubis, & quatientes cymbala: & omnia musicorum organa ad canendum Domino: filios autem Idithun fecit esse portarios. Reuersusq́ue est omnis populus in domum suam: & Dauid, vt benediceret etiam domui suæ.

S. Cogitanti Dauid ædificare domum Domino promittitur filius qui illam sit ædificaturus, vnde Dauid gratias agit, Dei erga se bonitatem extollens. CAP. XVII.

A 2.Reg. 7.a. CVm autem habitaret Dauid in domo sua, dixit ad Nathan prophetam, Ecce ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Domini sub pellibus est. Et ait Nathan ad Dauid, Omnia quæ in corde tuo sunt fac: Deus enim tecũ est. Igitur nocte illa factus est sermo Domini ad Nathan, dicens, Vade, & loquere Dauid seruo meo: Hæc dicit Dominus, Non ædificabis tu mihi domum ad habitandum. Neque enim mansi in domo ex eo tempore quo eduxi Israel* vsque ad diem hanc: sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cũ omni Israel. Nunquid locutus sum saltem vni iudicum Israel, quibus præceperã vt pascerent populum meum, & dixi, Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? Nunc itaque sic loquêris ad seruum meum Dauid, Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te, cùm in pascuis sequereris gregem, vt esses dux populi mei Israel. Et fui tecum quocunq; perrexisti: & interfeci omnes inimicos tuos coram te, feciq́; tibi nomen quasi vnius magnorum qui celebrantur in terra. Et dedi locum populo meo Israel: plantabitur, & habitabit in eo, & vltrà non commouebitur: nec filij iniquitatis atterent eos, sicut à principio, ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israel, & humiliaui vniuersos inimicos tuos. Annũtio ergo tibi, quòd ædificaturus sit tibi Dominus domum. Cumque impleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos, fuscitabo semẽ tuum post te, quod erit de filijs tuis: & stabiliam regnũ eius. Ipse ædificabit mihi domum. & firmabo solium eius vsque in æternum. Ego ero ei in patrẽ, & ipse erit mihi in filium: & misericordiam meam non auferam ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. Et statuam eum in domo mea. & in regno meo vsque in sempiternum: & thronus eius erit firmissimus in perpetuum. Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid.

C Cumque venisset rex Dauid, & sedisset coram Domino, dixit, Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia? sed & hoc parum visum est in cõspectu tuo, ideoque locutus es super domũ serui tui etiã in futurũ: & fecisti me spectabilem super omnes homines Domine Deus. Quid vltrà addere potest Dauid, cùm ita glorificaueris seruum tuum, & cognoueris eum? Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, & nota esse voluisti vniuersa magnalia. Domine non est similis tui: & non est alius Deus absque te, ex omnibus quos audiuimus auribus nostris. Quis enim est alius, vt populus tuus Israel, *autem. 4. gens vna in terra, ad quam perrexit Deus, vt D liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine sua, atque terroribus eijceret nationes à facie eius, quem de Aegyto liberârat? Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum vsque in æternũ, & tu Domine factus es Deus eius, Nunc igitur Domine, sermo quem locutus es famulo tuo, & super domum eius, confirmetur in perpetuum, & fac sicut locutus es. Permaneatq́ue, & magnificetur nomen tuum vsque in sempiternum: & dicatur. Dominus exercituum Deus Israel, & domus Dauid serui eius permanens coram eo. Tu enim Domine Deus meus reuelasti auriculam serui tui, vt ædificares ei domum: & idcirco inuenit seruus tuus fiduciam vt oret coram te, Nunc ergo Domine tu es Deus: & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia. Et cœpisti benedicere domui serui tui, vt sit semper coram te: te enim Domine benedicente, benedicta erit in perpetuum.

S. Prælia Dauid & tributa gentibus imposita atque officiarij eius. CAP. XVIII.

FActum est autem post hæc, vt percuteret Dauid Philisthijm, & humiliaret A 2.Reg. 8.a. eos, & tolleret Geth, et filias eius de manu Philisthijm: percuteretq́ue Moab, et fierẽt Moabitæ serui Dauid, offerẽtes ei munera. Eo tempore perçusit Dauid etiam Adarézer regem Soba regionis Hemath, quando perrexit vt dilataret imperium suum vsque ad flumen Euphráten. Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & septem millia equitum, ac viginti millia virorum peditum: subneruauitque omnes equos curruũ, exceptis centum quadrigis quas reseruauit sibi. Superue- B nit autem & Syrus Darmascenus, vt auxilium præberet Adar-ézer regi Soba: sed et huius percusit Dauid vigintiduo millia virorum. Et posuit milites in Darmasco, vt Syria quoque seruiret sibi, et offerret munera. Adiuuitque eum Dominus in cunctis, ad quæ perrexerat. Tulit quoque Dauid Pharetras aureas, quas habuerant serui Adar-ézer: & attulit eas in Ierusalem. Nec non de Tebath et Chun vrbibus Adar-ézer æris plurimum, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas & vasa

C ænea. Quod cùm audiſſet Thou rex Hemath, percuſsiſſe videlicet Dauid omnem exercitū Adar-ézer regis Soba, miſit Adoram filium ſuum ad regem Dauid, vt poſtularet ab eo pacem, & congratularetur ei quòd percuſsiſſet, & expugnaſſet Adar-ézer: aduerſarius quippe erat Thou Adar-ézer. Sed & omnia vaſa aurea, & argentea, & ænea conſecrauit Dauid rex Domino cum argento & auro quod tulerat ex vniuerſis gentibus, tam de Idumæa & Moab, & filijs Ammon, quàm de Philiſthijm
D & Amalec. Abiſai verò filius Saruiæ percuſsit Edom in Valle-ſalinarum, decem & octo millia: & conſtituit in Edom præſidium, vt ſeruiret Idumæa Dauid: ſaluauitque Dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexerat. Regnauit ergo Dauid ſuper vniuerſum Iſrael, & faciebat iudicium atque iuſtitiam cuncto populo ſuo. Porrò Ioab filius Saruiæ erat ſuper exercitū, & Ioſaphat filius Ahilud à cōmētarijs. Sadoc aūt filius Achitob, & "Ahi-mélech' filius Abiathar, ſacérdotes: & Suſa, ſcriba. Banaias quoq; filius Ioiadæ ſuper legiones cerethi & phelethi: porrò filij Dauid primi ad manum regis.

"Abimelech.7.

S. *Hanon rex Ammon, ſeruis Dauid, qui ad cōſolandum de patris morte venerant, contumelia affectis, à Dauid inuaditur ac vincitur vna cum Syris auxiliaribus.*

CAP. XIX.

A 2.Re.10.a ACcidit autem vt moreretur Naas rex filiorum Ammon, & regnaret filius eius pro eo. Dixitque Dauid, Faciam miſericordiam cū Hanon filio Naas: preſtitit enim mihi pater eius gratiam. Miſitq; Dauid nuntios ad conſolandum eum ſuper morte patris ſui. Qui cùm perueniſſent in terram filiorum Ammon, vt conſolarentur Hanon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon, Tu forſitan putas, quòd Dauid honoris cauſa in patrem tuum, miſerit qui conſolarentur te: nec animaduertis, quòd vt explorent, & inueſtigent, & ſcrutētur terram tuam venerint ad te ſerui eius. Igitur Hanon pueros Dauid decaluauit & raſit, & præcîdit tunicas eorum à natibus vſque ad pedes & dimiſit eos. Qui
B cùm abijſſent, & hoc mandaſſent Dauid, miſit in occurſum eorum (grandem enim contumeliam ſuſtinuerant) & præcepit vt manerēt in Iericho, donec creſceret barba eorū, & tunc reuerterentur. Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriam feciſſent Dauid, tam Hanon quàm reliquus populus, miſerunt mille talenta argenti vt conducerent ſibi de Meſopotamia, & de Syria-Maacha, & de Soba currus & equites. Conduxeruntque trigintaduo millia curruum, & regem Maacha cum populo eius. Qui cùm veniſſent caſtrametati ſunt e regione Medaba. Filij quoque Ammon congregati de vrbibus ſuis, venerunt ad bellum. Quod cū C
audiſſet Dauid, miſit Ioab, & omnem exercitum virorum fortium: egreſsique filij Ammō, direxerūt aciem iuxta portam ciuitatis: reges autem qui ad auxilium eius venerant, ſeparatim in agro ſteterunt. Igitur Ioab intelligens bellum ex aduerſo, & poſt tergum contra ſe fieri, elegit viros fortiſsimos de vniuerſo Iſrael, & perrexit cōtra Syrum. reliquam autem partem populi dedit ſub manu Abiſai fratris ſui: & perrexerunt contra filios Ammon. Dixitque, Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: ſi aūt ſuperauerint te filij Ammon, ero tibi in præſidium. Cōfortare, & agamus viriliter pro populo noſtro, & pro vrbibus Dei noſtri: Dominus autem quod in conſpectu ſuo bonum eſt faciet. Perrexit ergo Ioab, & populus qui D
cum eo erat, contra Syrum ad prælium: & fugauit eos. Porrò filij Ammon videntes quòd fugiſſet Syrus, ipſi quoq; fugerunt Abiſai fratrem eius, & ingreſsi ſunt ciuitatem, reuerſuſque eſt etiam Ioab in Ieruſalem. Vidēs autem Syrus quòd cecidiſſet coram Iſrael, miſit nuntios, & adduxit Syrum qui erat trās Fluuium: Sophach autem princeps militiæ Adar-ézer, erat dux eorum. Quod cùm annuntiatum eſſet Dauid, congregauit vniuerſum Iſrael, & tranſiuit Iordanem, irruitq; in eos, & direxit ex aduerſo aciem, illis contra pugnantibus. Fugit autem Syrus Iſrael: & interfecit Dauid de Syris ſeptem millia curruum, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principem. Videntes autem ſerui Adar-ézer ſe ab Iſrael eſſe ſuperatos, transfugerunt ad Dauid, & ſeruierunt ei: noluitque vltrà Syria auxilium præbere filijs Ammon.

S. *Bella à Dauid proſpere acta aduerſum Ammonitas ac Philiſthæos, & in his occiditur gigas ſenos habens digitos, hoc eſt ſimul.24.*

CAP. XX.

FActum eſt autem poſt anni circulum, eo A 2.Re.10.d
tempore quo ſolent reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum & robur militiæ, & vaſtauit terram filiorum Ammon, perrexitque & obſedit Rabba: porrò Dauid manebat in Ieruſalem, quando Ioab percuſsit Rabba, & deſtruxit eam. Tulit autem Dauid coronam Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & precioſiſsimas gemmas, fecitque ſibi inde diadema: manubias quoq; vrbis plurimas tulit. Populū aūt qui erat in ea, eduxit: & fecit ſuper eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta tranſire, ita B
vt diſſecarentur & contererentur: ſic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorū Ammon: & reuerſus eſt cū omni populo ſuo in Ieruſalē. ||Poſt 2.Re.21.d
hæc initū eſt bellū in Gazer aduerſum Philiſthæos:

C ſthæos: in quo percuſsit Sobochai Huſathites, Saphai de genere raphaim, & humiliauit eos. Aliud quoque bellum geſtum eſt aduerſus Philiſthæos, in quo percuſsit Adeodatus
"Lehemitē.2. filius Saltus "Beth-lehemites' fratrem Goliath Gethæi, cuius haſtæ lignum erat quaſi licia-
D torium texentium. Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo fuit homo longiſsimus, ſenos habens digitos, id eſt ſimul vigintiquatuor: qui & ipſe de Rapha fuerat ſtirpe generatus. Hic blaſphemauit Iſrael: & percuſsit eū Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi ſunt filij Rapha in Geth, qui ceciderunt in manu Dauid & ſeruorum eius.

S. *Dauid populum numerando Deum offendēs, peſte quàm ex tribus elegerat percutitur, donec Deum oratione placaret, & altare in area Ornan Iebuſæi erigeret.* CAP. XXI.

A 2.Re.24.a COnſurrexit autem Satan cōtra Iſrael: & incitauit Dauid vt numeraret Iſrael. Dixitque Dauid ad Ioab, & ad principes populi, Ite, & numerate Iſrael à Ber-ſabee, vſque Dan: & afferte mihi numerum, vt ſciam. Reſponditq; Ioab, Augeat Dominus populum ſuum centuplum, quàm ſunt: nónne domine mi rex, omnes ſerui tui ſunt? quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatum reputetur Iſraeli? Sed ſermo regis magis præualuit: egreſſuſq; eſt Ioab, & circuiuit vniuerſum Iſrael: & reuerſus eſt Ieruſalem. Deditque Dauidi numerum eorum quos circuierat: & inuentus eſt omnis numerus Iſrael, mille millia, & centum millia virorum e-
"trecēta.13 ducentium gladium: de Iuda autem "quadringenta' ſeptuaginta millia bellatorū. Nam Leui & Ben-iamin non numerauit: eò quòd Ioab inuitus exequeretur regis imperium. Diſplicuit autē Deo quod iuſſum erat: & percuſsit Iſrael. Dixitque Dauid ad Deum, peccaui nimis vt hoc facerem: obſecro aufer iniquita-
B tem ſerui tui, quia inſipienter egi. Et locutus eſt Dominus ad Gad Videntem Dauidis, di-
b.1. cens, Vade & loquere ad Dauid, & dic ei, Hæc dicit Dominus, Triū tibi optionem do: vnum quod volueris elige, & faciā tibi. Cumque veniſſet Gad ad Dauid, dixit ei, hæc dicit
*Famis.4. Dominus. Elige quod volueris: aut tribus annis peſtilentiam: *aut tribus menſibus te fugere hoſtes tuos, & gladium eorū non poſſe euadere: aut tribus diebus gladium Domini, & mortē verſari in terra, & angelum Domini interficere in vniuerſis finibus Iſrael: nunc igitur vide quid reſpondeam ei qui miſit me. Et dixit Dauid ad Gad, Ex omni parte me anguſtiæ premunt: ſed melius mihi eſt, vt incidam in manus Domini, quia multæ ſunt miſerationes eius: quàm in manus hominum. Miſit ergo Dominus peſtilentiam in Iſrael: & ceciderūt de Iſrael ſeptuaginta millia virorum. Miſit quoque angelum in Ieruſalem, vt percuteret eam: cumque percuteretur, vidit Dominus: & miſertus eſt ſuper magnitudine mali: & imperauit angelo qui percutiebat, Sufficit, iā ceſſet manus tua. Porrò angelus Domini ſtabat iuxta aream Ornan Iebuſæi. Le- C
uanſq; Dauid oculos ſuos, vidit angelum Domini ſtantem inter cœlum & terram, & euaginatum gladiū in manu eius, & verſum cōtra Ieruſalem: & ceciderunt tā ipſe, quàm maiores natu veſtiti cilicijs, proni in terram. Dixitq; Dauid ad Deum. Nónne ego ſum qui iuſsi vt numeraretur populus? Ego qui peccaui, ego qui malum feci: iſte grex quid commeruit? Domine Deus meus vertatur obſecro manus tua in me, & in domū patris mei: populus autem tuus non percutiatur. Angelus aūt Domini præcepit Gad vt diceret Dauidi, vt aſcenderet, extrueretq; altare Domino Deo in area Ornan Iebuſæi. Aſcendit ergo Dauid iuxta ſermonem Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini. Porrò Ornan cùm ſuſpexiſſet, & vidiſſet angelum, quatuorq; filij eius cum eo, abſconderunt ſe: nam eo tempore terebat in area triticum, Igitur cùm veniret Dauid ad Ornan, conſpexit eum Ornan, & proceſsit ei obuiam de area, & adorauit eum pronus in terrā. Dixitq; ei Dauid, Da mihi locū areæ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino: ita vt quantum valet argenti accipias, & ceſſet plaga à populo. Dixit aūt Ornam ad Dauid, Tolle, & faciat dominus meus rex quodcūq; D
ei placet: ſed & boues do in holocauſtum, & tribulas in ligna, & triticum in ſacrificiū, Omnia libens præbebo. Dixitque ei rex Dauid, Nequaquam ita fiet, ſed argentum dabo quantum valet: neque enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornan pro loco, ſiclos auri iuſtiſsimi ponderis ſexcētos. Et ædificauit ibi altare Domino: obtulitque holocauſta, & pacifica: & inuocauit Dominum, & exaudiuit eum in igne de cælo ſuper altare holocauſti. Præcepitque Dominus angelo: & conuertit gladium ſuum in vaginā. Protinus ergo Dauid, videns quòd exaudiſſet eum Dominus in area Ornan Iebuſæi, immolauit ibi victimas. Tabernaculum autem Domini, quod fecerat
||Moyſes in deſerto, & altare holocauſtorū, ea Exo.36.b.
tempeſtate erat in excelſo Gabaon. Et non præualuit Dauid ire ad altare, vt ibi obſecraret Deum: nimio enim fuerat in timore perterritus, videns gladium angeli Domini.

S. *Præparat Dauid neceſſaria ad ædificandum templum Domini, quod Salomoni præcipit vt extruat, Deumq; ſemper ſedulo colat, exhortās principes vt illi ſint auxilio.*

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

CAP. XXII.

A DIxitq; Dauid, Hæc est domus Dei, & hoc altare in holocaustum Israel. Et præcepit vt cõgregarentur omnes proselyti de terra Israel, & constituit ex eis latomos ad cedendos lapides & poliendos, vt ædificaretur domus Dei. Ferrũ quoq; plurimum ad clauos ianuarum, & ad commissuras atq; iuncturas præparauit Dauid: & æris pondus innumerabile. Ligna quoq; cedrina nõ poterant æstimari, quæ Sidonij & Tyrij deportauerãt ad Dauid. Et dixit Dauid, Salomon filius meus puer paruulus est & delicatus: domus autem quã ædificare volo Domino, talis esse debet vt in cũctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei necessaria. Et ob hãc causam, ante mortem suam omnes præparauit impen-
B sas. Vocauitque Salomonẽ filium suũ: & præcepit ei vt ædificaret domũ Domino Deo Israel. Dixitq; Dauid ad Salomonem, Fili mi, voluntatis meæ fuit vt ædificarem domũ nomini Domini Dei mei. Sed factus est sermo Domini ad me, dicens, Multũ sanguinem effudisti, & plurima bella bellasti: nõ poteris ædificare domũ nomini meo, tanto effuso sanguine coram me: filius qui nascetur tibi, erit vir quietissimus: faciam enim eũ requiescere ab omnibus inimicis suis per circuitum: & ob hanc causam Pacificus vocabitur: & pacẽ, & 2.Reg.5.a. otiũ dabo in Israel cunctis diebus eius. ‖Ipse Hebre.1.a. ædificabit domum nomini meo: & ipse erit 3.Reg.7.b mihi in filium, & ego ero illi in patrem: firmaboque solium regni eius super Israel in æter-
C num. Nunc ergo fili mi, sit Dominus tecũ & prosperare, & ædifica domum Domino Deo tuo, sicut locutus est de te. Det quoq; tibi Dominus prudentiã & sensum, vt regere possis Israel, & custodire legẽ Domini Dei tui. Tũc enim proficere poteris, si custodieris mãdata, & iudicia quæ præcepit Dominus Moysi vt doceret Israel: cõfortare & viriliter age, ne timeas, neq; paueas. Ecce ego in paupertate mea præparaui impensas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum: æris verò, & ferri non est põdus:
D vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad vniuersa impẽdia. Habes quoq; plurimos artifices, latomos, & cæmentarios, artifices q; lignorum, & omnium artium ad faciendum opus prudentissimos in auro & argento & ære & ferro, cuius non est numerus. Surge igitur, & fac & erit Dominus tecum. Præcepit quoq; Dauid cunctis principibus Israel, vt adiuuarẽt Salomonem filium suum, Cernitis, inquiẽs, quòd Dominus Deus vester vobiscũ sit, & dederit vobis requiem ▷.4. per circuitum, & tradiderit omnes ▷inimicos ▷.10. ▷vestros' in manus vestras, & subiecta sit terra coram Domino, & corã populo eius. Præbete igitur corda vestra & animas vestras: vt quæratis Dominum Deum vestrum: & consurgite & ædificate sanctuariũ Domino Deo: vt introducatur arca fœderis Domini, & vasa Domino consecrata, in domum quæ ædificatur nomini Domini.

S. Dauid senex, Salomone rege designato, numeratorum Leuitarum officia designat, Moysiq; filij Leuitis annumerantur. CAP. XXIII.

IGitur Dauid senex & plenus dierum, re- A gem constituit Salomonem filium suum super Israel. Et congregauit omnes principes, Israel, & sacerdotes atq; Leuitas. Numeratiq; sunt Leuitæ à "viginti' annis, & suprà: & *"viginti4* inuenta sunt triginta octo millia virorum. Ex his electi sunt, & distributi in ministeriũ domus Domini viginti quatuor millia: præpositorum autem & iudicũ, sex millia. Porrò quatuor millia ianitores: & totidẽ psaltes canẽtes Domino in organis quæ fecerat ad canendũ. *Supra.b.* ‖Et distribuit eos Dauid per vices filiorũ Le- ui, Gerson, videlicet, & Caath, & Merari. ▷Filij Gerson: Leedan, & Semei. Filij Leedan: princeps Iahiel & Zethan, & Ioel, tres. Filij B Semei: Salomith & Hosiel & Aran, tres: isti principes familiarum Leedan. Porrò filij Semei: Leheth, & Ziza, & Iaus, & Baria: isti filij Semei, quatuor. Erat autem Leheth prior, Ziza secũdus: porrò Iaus & Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in vna familia vnaq; domo cõputati sunt. Filij Caath. Amrã & Isaar, Hebron & Oziel, quatuor. ‖Filij Am *Exodi.6.c.* ram, Aaron & Moyses. ‖Separatusq; est Aarõ *Hebr.5.b* vt ministraret in Sancto sanctorum, ipse & filij eius in sempiternum, & adoleret incẽsum Domino secũdum ritum suũ, ac benediceret nomini eius in perpetuum. Moysi quoq; hominis Dei filij annumerati sunt in tribu Leui. Filij Moysi: Gersom & Eliézer. Filij Gersom: *Exod.2.d.* Subuel primus. ‖Fuerunt autem filij Eliézer: Rohobia primus: & nõ erant Eliézer filij alij, C porrò filij Rohobia multiplicati sunt nimis. Filij Isaar: Salomith primus. Filij Hebron: Ieriáu primus, Amarias secundus, Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. Filij Oziel: Micha primus, Iesia secundus. Filij Merari: Moholi & Musi. Filij Moholi: Eleázar & Cis. Mortuus est autem Eleázar, & non habuit filios, sed filias: acceperúntque eas filij Cis fratres earum. Filij Musi: Moholi & Eder & Ierimoth, tres. Hi filij Leui in cognationibus & familijs suis, principes per vices, & numerum capitũ singulorum qui faciebant opera ministerij domus Domini à viginti annis, & suprà. Dixit enim Dauid, Requiem dedit Dominus Deus Israel populo suo, & habitationem Ierusalem vsq; in æternũ. Nec erit officij Leuitarum vltrà

vltrà portent tabernaculum, & omnia vasa eius ad ministrandum. Iuxta præcepta quoque Dauid nouissima supputabitur numerus fi- D liorum Leui à viginti annis & suprà. Et erũt sub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in vestibulis & in exedris, & in loco purificationis, & in sanctuario, & in vniuersis operibus ministerij templi Domini. Sacerdotes autem, super panes propositionis, & ad *"feruentem similam.14* similæ sacrificiũ, & ad lagana & azima & sartaginem, & ad "torrendũ' & super omne pondus atq; mensuram. Leuitæ verò vt stent mane ad confitendum, & canendum Domino: similiterq; ad vesperam, tam in oblatione holocaustorum Domini, quàm in sabbathis & Calendis & solennitatibus reliquis iuxta numerum & ceremonias vniuscuiusque rei, iugiter coram Domino. Et custodiant obseruationes tabernaculi fœderis, & ritum sanctuarij, & obseruationem filiorum Aarõ fratrum suorum, vt ministrent in domo Domini.

S. Familiarum Eleázar & Ithamar vices. 24. in ministerio Domini à Dauid designantur, reliquorumq; Leuitarum familiæ similiter sorte distribuuntur. CAP. XXIIII.

A Leuit.10.a. POrrò filijs Aaron hæ partitiones erant. Filij Aarõ: Nadab & Abiu & Eleázar & Ithamar. Mortui sunt autem Nadab & Abiu ante patrem suum absq; liberis: sacerdotioq; functus est Eleázar & Ithamar. Et diui *"1.Par.24.* sit eos Dauid, "id est' Sadoc de filijs Eleázari, & Ahi-mélech de filijs Ithamar secundũ vices suas & ministeriũ. Inuentiq; sunt multo plures filij Eleázar in principibus viris, quàm filij Ithamar. Diuisit aũt eis, hoc est filijs Eleázar principes per familias sedecim: & filijs Ithamar per familias & domos suas octo. Porrò diuisit vtrasq; inter se familias sortibus: erãt enim principes sanctuarij, & principes Dei tã B de filijs Eleázar, quã de filijs Ithamar, Descripsitq; eos Semeias filius Nathanael scriba Leuites, corã rege & principibus, & Sadoc sacerdote, & Achi-mélech filio Abiathar, principibus quoq; familiarum sacerdotaliũ & Leuiti carum: vnam domũ, quæ cæteris præerat, Eleázar: & alteram domũ, quæ sub se habebat cæteros, Ithamar. Exiuit autem sors prima Ioiarib, secunda Iedei, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, sexta Maiman, septima Accos, octaua Abia, nona Iesua, decima Sechenia, vndecima Eliasib, duodecima Iacim, ter-
C tiadecima Hoppha, decimaquarta, Isbaab, decimaquinta Belga, decima sexta Emmer, decimaseptima Hezir, decimaoctaua Aphses, decimanona Pheteia, vicesima Hezechiel, vicesima prima Iachin, vicesimasecunda Gamul, vicesimatertia Dalaiáu, vicesimaquarta Maaziáu. Hæ vices eorum secundum ministeria sua, vt ingrediantur domum Domini & iuxta ritum suum sub manu Aaron patris eorum: sicut præceperat Dominus Deus Israel. Porrò filiorum Leui, qui reliqui fuerant, de filijs Amram erat Subael: & de filijs Subael, Iehedeia. De filijs quoq; Rohobiæ princeps Iesias, Isaari verò filius Salemoth: filiusq; Salemoth Iahath: filiusq; eius Ieriáu ▷primus', Amarias ▷.9. secundus, Iahaziel tertius, Iecmáam quartus. Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir. Fra- D ter Micha, Iesia: filiusq; Iesiæ, Zacharias. Filij Merari: Moholi & Musi. filius Oziáu: Bẽno. Filius quoq; Merari: Oziáu & Soam & Zacchur & Hebri. Porrò Moholi filius: Eleázar, qui non habebat liberos. Filius verò Cis, Iera meel. Filij Musi: Moholi, Eder & Ierimoth. Isti Filij Leui secundum domos familiarum suarum. Miseruntq; & ipsi sortes contra fratres suos filios Aaron coram Dauid rege, & Sadoc, & Ahi-mélech, & principibus familiarum sacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quam minores. omnes sors æqualiter diuidebat.

S. Ex filijs Asaph, Heman & Idithun cantoribus psaltis ac citharœdis, vigintiquatuor familiæ ac vices sorte distribuuntur. CAP. XXV.

IGitur Dauid & magistratus exercitus se- A gregauerunt in ministerium filios Asaph & Heman & Idithun: qui prophetarent in citharis, & psalterijs, & cymbalis secũdum numerum suum dedicato sibi officio seruientes. De filijs Asaph: Zacchur & Ioseph & Nathania & Asarela, filij Asaph: sub manu Asaph *"prophetantes'* iuxta regẽ. Porrò Idithun: filij *"prophetan-* Idithũ, Godolias, Sori, Iesaias, & Hasabias, & *tis.1.* Mathathias, sex, sub manu patris sui Idithun, qui in cithara prophetabat super confitentes & laudantes Dominum. Heman quoq;: filij Heman, Bocciáu, Mathaniáu, Oziel, Subuel, B & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Gedelthi, & Romemthi-ézer, & Iesbacassa, Mellóthi, Othir, Mahazioth: omnes isti filij Heman "Videntes' regis in sermonibus Dei, vt *"Vidẽtis.5.* exaltaret cornu: dedit q; Deus Hemam filios quatuordecim, & filias tres. Vniuersi sub manu patris sui ad cantandum in templo Domini distributi erant in cymbalis, & psalterijs, & citharis, in ministeria domus Domini iuxta regem: Asaph videlicet & Idithun & Heman. Fuit autem numerus eorum cũ fratribus suis, qui erudiebant canticum Domini, cuncti doctores ducenti octogintaocto. Miseruntque sortes per vices suas, ex æquo tã maior quam minor, doctus pariter & indoctus. Egressaq; C est sors prima Ioseph, qui erat de Asaph. Secunda Godoliæ, ipsi & filijs eius, & fratribus

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius duodecim. Tertia Zachur, filijs & fratribus eius duodecim. Quarta Isari, filijs & fratribus eius duodecim. Quinta Nathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Sexta Bocciáu, filijs & fratribus eius duodecim. Septima Isreela, filijs & fratribus eius duodecim. Octaua Iesaiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Nona Mathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Decima Semeiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Vndecima Azareel, filijs & fratribus eius
D duodecim. Duodecima Hasabiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Tertiadecima Subael, filijs & fratribus eius duodecim. Quartadecima Mathathiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Quintadecima Ierimoth, filijs & fratribus eius duodecim. Sextadecima Hananiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Septimadecima Iesbacassæ, filijs & fratribus eius duodecim. Octauadecima Hanani, filijs & fratribus eius duodecim. Nonadecima Mellóthi, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesima Eliátha, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesima prima Othir, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimasecunda Geddelthi, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesima tertia Mahazioth, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesima quarta Romemthi-ézer, filijs & fratribus eius duodecim.

S. Templi ianitores designantur, & quæ porta à qua familia sit custodienda sorte disponitur, item qui thesauros & vasa sacra custodiant.

CAP. XXVI.

A Diuisiones autē ianitorum. de Coritis Meselemia, filius Core, de filijs Asaph. Filij Meselemiæ: Zacharias primogenitus, Iadihel secūdus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Aelam quintus, Iohanan sextus, Elioenai septimus. Filij autē Obed-edom: Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Ammiel sextus, Issachar septimus, Phollathi octauus: quia benedixit illi Dominus: Semeiæ autem filio eius nati sunt filij, præfecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi. filij ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi: Eliu quoq;, & Samachias. omnes hi, de filijs Obed-edom: ipsi & filij, & fratres eorum fortissimi ad ministrandum, sexagintaduo de Obed-edom. Porrò Meselemiæ filij, & fratres eorum
B robustissimi, decem & octo. De Hosa autem, id est de filijs Merari: Semri princeps (non enim habuerat primogenitum, & idcirco posuerat eum pater eius in principem:) Helcias secūdus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filij, & fratres Hosa, tredecim. Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper principes custodiarum, sicut & fratres eorum ministrarēt in domo Domini. Missæ sunt ergo sortes ex æquo, & paruis & magnis per familias suas in vnamquanque portarum. Cecidit ergo sors orietalis, Selemiæ. Porrò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo, & erudito, sortitò obtigit plaga septentrionalis. Obed-edom verò & filijs eius, ad austrum: in qua parte domus, erat seniorum concilium. Sephim & Hosa ad occi C dentem, iuxta portam quæ ducit ad viam ascensionis: custodia contra custodiam. Ad orientem verò, Leuitæ sex: & ad aquilonem, quatuor per diem: atque ad meridiem similiter in die, quatuor: & vbi erat concilium, bini & bini. In cellulis quoque ianitorum ad occidentem quatuor in via: biniq; per cellulas. Hæ sunt diuisiones ianitorum filiorum Core, & Merari. Porrò Achias erat super thesauros domus Dei, & vasa sanctorū. Filij quoq; Ledan, filij Gersonni: de Ledan principes familiarum, Ledan & Gersonni, Iehieli. Filij Iehieli: Zathā & Ioel *fratres' eius super thesauros domus Domini, Amramitis & Isaaritis, & Hebronitis & Ozihelitis. Subael autem filius Gersom, filij Moysi, præpositus thesauris. Frater' quoque eius Eliézer, cuius filius Rahabia, & huius filius Isaias, & huius filius Ioram, huius quoq; filius Zechri, & huius filius Selemith. ipse Selemith, & fratres eius super thesauros sanctorū, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes familiarū, & tribuni, & centuriones, & duces exercitus, de bellis, & manubijs præliorum, quæ consecrauerant ad instaura- D tionem & supellectilem templi Domini. Hæc autem vniuersa sanctificauit Samuel Videns, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ: *omnesq; sanctificauerant ea per manum Selemith, & fratrū eius. Isaaritis verò præerat Chonenias, & filijs eius ad opera forinsecus super Israel ad docendum & iudicandum eos. Porrò de Hebronitis Hasabias, & fratres eius viri fortissimi, mille septingenti præerant Israeli trans Iordanem contra occidentem, in cunctis operibus Domini, & in ministerium regis. Hebronitarum autem princeps fuit Ieria secundum familias, & cognationes eorum. Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt: & inuenti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad, fratresq; eius robustioris ætatis, duo millia septingenti principes familiarum. Præposuit autem eos Dauid rex Rubenitis & Gaditis, dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium Dei & regis.

S. Recensentur duodecim principes, quorum singuli suo mense vigintiquatuor millibus præerant, ad hæc principes seu præfecti tribuum thesaurorum, reliquæq; substantiæ regis recensentur.

CAP. XXVII.

Filij

1 fratres.

2 fratres.

3 alij quidam.

A Filij autem Israel secundum numerum suum, principes familiarum, tribuni & centuriones & præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas, ingredientes & egredientes per singulos menses in annō: vigintiquatuor millibus singuli præerant. Primæ turmæ in primo mense Iesboam præerat filius Zabdiel: & sub eo vigintiquatuor millia. De filijs Phares, princeps cunctorum principum in exercitu mēse primo. Secundi mensis habebat turmam Dudia Ahohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus vigintiquatuor millium. Dux quo
1 sacerdotii. 7. que turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Ioiadæ 'sacerdos': & in diuisione sua vigintiquatuor millia. Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. præerat autē turmæ ipsius Amizabad filius eius. Quartus, mense quarto, Azahel frater Ioab, & Zabadias filius eius post eū: & in turma eius vi-
B gintiquatuor millia. Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Iezerites: & in turma eius vigintiquatuor millia. Sextus, mēse sexto, Hira filius Acces Thecuites: & in turma eius vigintiquatuor millia. Septimus, mēse septimo, Helles Phallonites de filijs Ephráim: & in turma eius vigintiquatuor millia. Octauus, mēse octauo, Sobochai Husathites de stirpe Zarahi: & in turma eius vigintiquatuor millia. Vndecimus, mense vndecimo, Banaias Pharathonites de filijs Ephráim: & in turma eius vigintiquatuor millia. Duodecimus, mense duodecimo, Holdai Netophatites, de stirpe Gothoniel: & in tur-
C ma eius vigintiquatuor millia. Porrò tribubus præerant in Israel, Rubenitis, dux Eliezer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha: Leuitis, Hasabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc: Iuda, Eliu frater Dauid: Issachar, Amri filius Michael, Zabulonitis, Iesmaias filius Abdiæ: Nephthalitibus, Ierimoth filius Ozriel: filijs Ephráim, Osee filius Oziu: dimidiæ tribui Manasse, Ioel filius Phadaiæ: & dimidiæ tribui Manasse in Galaad, Iad-
D do filius Zachariæ: Ben-iamin autem, Iasiel filius Abner: Dan verò, Ezrihel filius Ierohā. hi principes filiorū Israel. Noluit autē Dauid numerare eos à viginti annis inferius: quia dixerat Dominus vt multiplicaret Israel quasi stellas cœli. Ioab filius Saruiæ cœperat nu-
Supra. 21. merare, ‖nec compleuit: quia super hoc ira irruerat in Israel: & idcirco numerus eorū qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis Dauid.

Super thesauros autem regis fuit Azmoth D filius Adiel. his autem thesauris qui erāt in vrbibus, & in vicis, & in turribus præsidebat Ionathan filius Oziæ. Operi autem rustico, & agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub: vinearumq; cultoribus, Semeias Romathites: cellis autem vinarijs, Zabdias Aphonites. Nam super olueta & ficeta, quæ erant in campestribus, Balanan Gederites: super apothecas autem olei, Ioas. Porrò armentis quæ pascebantur in Saron, præpositus fuit Setrai Saronites, & super boues in vallibus, Saphat filius Adli: super camelos verò, Vbil Ismaelites: & super asinos, Iadias Meronathites: super oues quoque Iaziz Agarenus. omnes hi, principes substantiæ regis Dauid. Ionathan autem patruus Dauid, consiliarius, vir prudēs & literatus: ipse & Iahiel filius Hachamoni, erant cum filijs regis. Achitophel etiam consiliarius regis, & Chusai Arachites amicus regis. Post Achitophel fuit Ioiada filius Banaiæ, & Abiathar. Princeps autem exercitus regis erat Ioab.

S. Dauid præparatis ad templi ædificationē omnibus necessarijs, Salomonem vniuersos, principes conuocatos exhortatur ad mandata Dei Custodienda, præscribens formā templi ædificandi.

CAP. XXVIII.

A Conuocauit igitur Dauid omnes principes Israel, duces tribuum, & præpositos turmarum, qui ministrabant regi: tribunos quoq; & centuriones, & qui præerāt substātiæ & possessionibus regis: filios quoq; suos cum eunuchis, & potentes, & robustissimos quosque in exercitu Ierusalem. Cumque surrexisset rex, & stetisset, ait, Audite me fratres mei, & populus meus cogitaui vt ædificarem domum in qua requiesceret arca fœderis Domini, & scabellum pedum Dei nostri: & ad ædificandum, omnia præparaui. Deus aūt dixit mihi, ‖Non ædificabis domum nomini meo: *2. Reg. 7. b.*
eo quòd sis vir bellator, & sanguine fuderis. Sed elegit Dominus Deus Israel me de vni- B uersa domo patris mei, vt essem rex super Israel in sempiternum: de Iuda enim elegit principes: porrò de domo Iuda, domū patris mei: & de filijs patris mei, placuit ei vt me eligeret regem super cunctum Israel. ‖Sed & de filijs *Sapi. 9. b.*
meis (filios enim mihi multos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, vt sederet in throno regni Domini super Israel, dixit que mihi Salomon filius tuus ædificabit domum meam, & *atria' mea: ipsum enim elegi *alt aria. 13.*
mihi in filiū, & ego ero ei in patrem. Et firmabo regnum eius vsque in æternum, si perseuerauerit facere præcepta mea, & iudicia, sicut & hodie. Nunc ergo coram vniuerso cœtu Israel audiente Deo nostro, custodite & perquirite

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuncta mandata Domini Dei nostri: vt possideatis Terrã bonam, & relinquatis eam filijs vestris post vos vsque in sempiternum.
Psalm.7. Tu autem Salomon fili mi, scito Deum patris tui, & serui ei corde perfecto, & animo voluntario: ‖ Omnia enim corda scrutatur Dominus, & vniuersas mentium cogitationes intelligit. Si quæsieris eum, inuenies: si autem dereliqueris eũ, proijciet te in æternum. Nũc
C ergo quia elegit te Dominus vt ædificares domum sanctuarij, confortare & perfice. Dedit autem Dauid Salomoni filio suo descriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis, necnõ & omnium quæ cogitauerat atriorum, & exedrarum per circuitum in thesauros domus Domini & in thesauros sanctorum, diuisionumque sacerdotalium & Leuiticarum, in omnia opera domus Domini, & in vniuersa vasa ministerij templi Domini. Aurum in pondere per singula vasa ministerij, Argenti quoq; pondus pro vasorum & operum diuersitate. Sed & in candelabra aurea & ad lucernas eorum, aurum pro mensura vniuscuiusque candelabri & lucernarum. Similiter & incandelabra argentea, & in lucernas eorum pro diuersitate mensuræ, põdus ar-
*mensam.13 *mensuræ.13 genti tradidit. Aurum quoq; dedit in 'mensas' propositionis pro diuersitate 'mensarum': D similiter & argentum in alias mensas argenteas. Ad fuscinulas quoq; & phialas, & thuribula ex auro purissimo, & leunculos aureos pro qualitate mensuræ pondus distribuit, in leunculũ & leunculũ. Similiter & in leones argenteos diuersum argẽti pondus seperauit. Altari autem in quo adoletur incensum, aurum purissimum dedit: vt ex ipso fieret similitudo quadrigæ cherubin extendentium alas, & velantium arcam fœderis Domini. Omnia (inquit) venerunt scripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuersa opera exemplaris.

Dixit quoq; Dauid Salomoni filio suo, Viriliter age, & cõfortare, & fac: ne timeas, & ne paueas, Dominus enim Deus meus tecũ erit, & nõ dimittet te, nec derelinquet, donec perficias omne opus ministrij domus Domini. Ecce diuisiones sacerdotum & Leuitarum, in
*opus mini- sterij.12. omne ministerium, domus Domini assistunt tibi, & parati sunt, & nouerũt tam principes: quam populus facere omnia præcepta tua.

S. *Recensentur impensæ à Dauid in ædificium templi præparatæ, quibus principes ac populus plurima adijciunt donaria: Dauid benedicens Dominum orat pro Salomone ac populo, & sacrificijs cum ingenti lætitia oblatis, vngitur secundo Salomon in regem pro patre Dauid, qui anno regni quadragesimo in pace quieuit.*

CAP. XXIX.

LOcutusque est Dauid rex ad omnem A ecclesiam, Salomonem filium meum vnum elegit Deus, adhuc puerum & tenellum: opus enim grande est, neque enim homini præparatur habitatio, sed *Deo. Ego *Domino.i autem totis viribus meis præparaui impensas *Domino. domus *Dei mei. Aurum ad vasa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: & lapides onychinos, & quasi stibinos, & diuersorum colorum, omnemque pretiosum lapidem, & marmor parium abundantissime. & super hæc quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum & argentum do in templũ Dei mei, exceptis B his quæ præparaui in ædem sanctam. Tria mil lia talenta auri de auro Ophir: & septem millia talentorum argenti probatissimi: ad deau- *ex.3. randos parietes templi. *Et* vbicunque opus est aurum, de auro, & vbicunque opus est argentum de argento opera fiant per manus artificũ: & siquis sponte offert, impleat manum suam hodie, & offerat quod voluerit Domino. Polliciti sunt itaq; principes familiarum, & proceres tribuum Israel, tribuni quoque & centuriones, & principes ▷principum' pos- p.6. sessionum regis. Dederuntque in opera domus Domini auri talenta quinque millia, & solidos decem millia: argenti talenta decem millia, & æris talenta decem & octo millia: ferri quoq; centum millia talentorum. Et apud quencunque inuenti sunt lapides, dederunt in 'thesauros' domus Domini, per manum Ia- *thesauris.g hiel Gersonitis. Lætatusq; est populus, cùm C vota *sponte promitterent: quia corde toto *sua.t. offerebant ea Domino: sed & Dauid rex lætus est gaudio magno. Et benedixit Dominõ coram vniuersa multitudine: & ait, Benedictus es Domine Deus Israel patris nostri ab æterno in æternum. Tua est Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus: cuncta enim quæ in cœlo sunt, & in terra, tua sunt: tuum Domine regnum, & tu es super omnes principes. Tuæ diuitiæ, & tua est gloria: tu dominaris omnium: in manu tua virtus & potentia, in manu tua magnitudo & imperium omnium. Nunc igitur Deus noster confitemur tibi, & laudamus nomẽ tuũ inclytũ. Quis ego, & quis populus meus, D vt possimus hæc tibi vniuersa promittere? tua sunt omnia: & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Peregrini enim sumus coram te & aduenæ, sicut omnes patres nostri. Dies nostri quasi vmbra super terram, & nulla est mora. Domine Deus noster, omnis hæc copia quam parauimus vt ædificaret tur domus nomini sancto tuo, de manu tua est, & tua sunt omnia. Scio Deus meus quod probes corda,

corda, & simplicitatem diligas, vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli vniuersa hæc: & populum tuum, qui hic repertus est, vi E di cũ ingenti gaudio tibi offerre donaria. Domine Deus Abraham, & Isaac, & Israel patrũ nostrorum, custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in veneratiõnem tui mens ista permaneat. Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, vt custodiat mandata tua, testimonia tua, & ceremonias tuas, & faciat vniuersa: & ædificet ædẽ, cuius impensas paraui. Præcepit autem Dauid vni- *vestro.i. uersæ ecclesiæ, Benedicite Domino Deo *nostro'. Et benedixit omnis ecclesia Domino Deo patrum suorum: & inclinauerunt se, & adorauerunt Deum, & deinde regem. Immo- F lauerunt*que* victimas Domino: & obtulerũt holocausta die sequenti, tauros mille, arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis, & vniuerso ritu abundantissime in omnem Israel. Et comederunt, & biberunt coram Domino 3.Reg.1.c. in die illo cum grandi lætitia. ‖ Et vnxerunt secundò Salomonem filium Dauid. Vnxerunt autem eum Domino in principem, & Sadoc in pontificem. Seditque Solomon super so-

lium Domini in regem pro Dauid patre suo, & cunctis placuit: & paruit illi omnis Israel. Sed & vniuersi principes & potentes, & cuncti filij regis Dauid dederunt manum, & subiecti fuerunt Salomoni regi. Magnificauit ergo Dominus Salomonem super omnem Israel: & dedit illi gloriam regni, qualem nullus habuit ante eum rex Israel. Igitur Dauid fi- G lius Isai regnauit super vniuersum Israel. Et dies quibus regnauit super Israel, fuerunt quadraginta anni: in Hebron regnauit septem annis, & in Ierusalem annis triginta tribus. Et 3.Reg.2.e. mortuus est in senectute bona, plenus dierũ, & diuitijs, & gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo. Gesta autẽ Dauid regis priora & nouissima scripta sunt in libro Samuelis Videntis, & in libro Nathan Prophetæ, atque in volumine Gad Videntis: vniuersique regni eius & fortitudinis, & temporum quæ transierunt sub eo, siue in Israel, siue in cunctis regnis terrarum.



Secun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Secundus Liber Paralipomenon:

Hebraicè, Dibre Haiamim.



S. Oblatis mille hostijs à Salomone in Gabaon dominus illi nocte apparens dat ei petitam sapientiam additis diuitijs & gloria, post quæ currus & equites congregat. CAP. I.

A CONFORTATVS est ergo Salomon filius Dauid in regno suo, & Dominus *erat cum eo, & magnificauit eum in excelsum. Præcepitq; Salomō vniuerso Israeli, tribunis, & centurionibus, & ducibus, & iudicibus omnis Israel, & principibus familiarum: & abijt cum vniuersa multitudine in Excelsum Gabaon, vbi erat tabernaculū fœderis Domini, quod fecit Moyses famulus Dei, in solitudine. Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariath-iarim in locum quem præparauerat ei, & vbi fixerat illi tabernaculum, hoc est in Ierusalem. Altare quoq; æneum. ‖quod fabricatus fuerat Beseleel filius
B Vri filij Hur, ibi erat coram tabernaculo Domini: quod & requisiuit Salomon, & omnis ecclesia. Ascenditq; Salomon ad altare æneū, coram tabernaculo fœderis Domini, & obtulit in eo mille hostias. Ecce aūt in ipsa nocte apparuit ei Deus, dicens, Postula quod vis, vt dem tibi. Dixitque Salomon Deo, Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiā magnam: & constituisti me regem pro eo. Nunc ergo Domine Deus impleatur sermo tuus, quem pollicitus es Dauid patri meo: tu enim me fecisti regem super populum tuum multū, qui
C tā innumerabilis est, quàm puluis terræ, ‖Da mihi sapientiam & intelligentiam, vt ingrediar & egrediar coram populo tuo: quis enim potest hunc populum tuum digne, qui tam grandis est, iudicare? Dixit autem Deus ad Salomonē, Quia hoc magis placuit cordi tuo, & non postulasti diuitias, & substantiam, & gloriam, neque animas eorum qui te oderant, sed nec dies vitæ plurimos: petisti autem sapientiam & scientiam, vt iudicare possis populū meum, super quem constitui te regem, Sapientia & scientia data sunt tibi: diuitias autem & substantiam & gloriam dabo tibi, ita vt nullus in regibus nec ante te, nec post te fuerit similis tui. ‖Venit ergo Salomō ab excelso Ga- 3.Reg.10.d
D baon in Ierusalem coram tabernaculo fœderis, & regnauit super Israel. Cōgregauitq; sibi currus & equites, & facti sunt ei mille quadringēti currus, & duodecim millia equitum: & fecit eos esse in vrbibus quadrigarum, & cū rege in Ierusalem. Præbuitque rex argentum & aurum in Ierusalē quasi lapides, & cædros quasi sycomoros, quæ nascuntur in campestribus multitudine magna. ‖Adducebantur aūté 3.Reg.10.d
ei equi de Aegypto, & de Coa à negotiatoribus regis, qui ibant, & emebant pretio, quadrigam equorum sexcentis argēteis, & equitum centum quinquaginta: similiter de vniuersis regnis Cethæorum, & à regibus Syriæ emptio celebrabatur.

S. Ordinatis pro templo ædificando operarijs, Salomon cum rege Hiram conuenit de mittendo erudito artifice ligniq; ad templi structuram cædendis. CAP. II.

A DECreuit autem Salomon ædificare domū nomini Domini, & palatium sibi. Et numerauit septuaginta millia viro rum portantium humeris, & octoginta millia qui cæderant lapides in montibus, præpositosq; eorum tria millia sexcentos. Misit quo- 3.Reg.5.c
que ad Hiram regem Tyri, dicens, ‖Sicut egisti cum Dauid patre meo, & misisti ei ligna cedrina, vt ædificaret sibi domum, in qua & habitauit: sic fac mecum vt ædificem domum nomini Domini Dei mei, vt consecrem eam ad adolendum incēsum coram illo, & fumiganda aromata, & ad propositionem panum sempiternam, & ad holocaustomata manè & vesperè, sabbathis quoq;, & neomenijs, & solennitatibus Domini Dei nostri in sempiternū, quæ mādata sunt Israeli. Domus enim quam
B ædificare cupio, magna est: magnus est enim Deus noster super omnes deos. Quis ergo poterit præualere, vt ædificet ei dignam domū? si cœlum, & cœli cœlorum capere eū nequeunt: quantus ego sum, vt possim ædificare ei domū? sed ad hoc tantum, vt adoleatur incensum corā illo. Mitte ergo mihi virū erudi tū, qui nouerit operari in auro & argēto, ære & ferro, purpura, coccino, & hyacintho, & qui sciat sculpere cælaturas cum his artificibus quos

quos mecum habeo in Iudæa & Ierusalem, quos præparauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi, & arceuthina, & pinea de Libano: scio enim quòd serui tui noue
C rint cædere ligna de Libano, & erunt serui mei cum seruis tuis, vt parētur mihi ligna plurima. Domus enim quam cupio ædificare, magna est nimis & inclyta. Præterea operarijs qui cæsuri sunt ligna, seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem, *olei quoq; sata viginti millia. Dixit autem Hiram rex Tyri per literas, quas misit Salomoni, Quia dilexit Dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum. Et addidit, dicēs, Benedictus Dominus Deus Israel, qui fecit cœlum & terram, qui dedit Dauid regi filium sapientem & eruditum & sensatum atque prudentem, vt ædificaret domum Domino & palatium sibi. Misi ergo tibi virum prudentem & scientissimum Hiram patrem meum, filiū mulieris de filiabus Dan: cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari
D in auro & argento, ære & ferro & marmore, & lignis, in purpura quoque & hyacintho & byssо & coccino: & qui sciat cælare omnem sculpturam, & adinuenire prudenter quodcunq; in opere necessārium est cum artificibus tuis, & cum artificibus domini mei Dauid patris tui. Triticum ergo, & hordeum, & oleum, & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte seruis tuis. Nos autem cædemus ligna de Libano, quot necessaria habueris & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppe: tuum autem erit transferre ea in Ierusalem. Numerauit igitur Salomon omnes viros proselytos qui erant in terra Israel, post dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius: & inuenti sunt centum quinquaginta tria millia & sexcenti. Fecitque ex eis septuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus cæderent: tria autem millia, & sexcentos præpositos operum populi.

**& vini vi ginti millia metretas.1.*

S. Templum extruitur cū porticu, velo, & duabus columnis ante fores tēpli. CAP. III.

A ET cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ierusalem, in Mōte-moria, 3.Reg.6.a. 2.Par.3.d 1.Par.21.d
qui demonstratus fuerat Dauid patri eius, in loco quē parauerat Dauid in area ‖Ornan Iebusæi. Cœpit autem ædificare mēse secundo, anno quarto regni sui. Et hæc sunt fundamenta quæ iecit Salomon, vt ædificaret domū Dei, longitudinis cubitos in mensura prima sexaginta, latitudinis cubitos viginti. Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum iuxta mensuram latitudinis domus, cubitorum viginti: porrò altitudo centum viginti cubitorum erat: & deaurauit eam intrinsecus auro mundissimo. Domum quo- B que maiorem texit tabulis ligneis abiegnis & laminas auri obrizi affixit per totum: sculpsitque in ea palmas, & quasi catenulas se inuicē complectentes. Strauit quoque pauimentum templi precioſissimo marmore, decōre multo. Porrò aurum erat probatissimum, de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & postes, & parietes, & ostia: & cælauit cherubim in parietibus. Fecit quoque domum Sanctisanctorum: longitudinem iuxta latitudinem domus, cubitorum viginti: & latitudinem similiter viginti cubitorum: & laminis aureis texit eam, quasi talentis sexcentis. Sed & clauos fecit aureos, ita vt singuli claui siclos quinquagenos appenderent: cœnacula quoque texit auro. Fecit etiam in domo Sanctisanctorum che C rubim duos, opere statuario: & texit eos auro. Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus: & altera quinque cubitos habens, alam tangeret alterius cherub. Similiter cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tangebat parietem: & ala eius altera quinque cubitorum, alam cherub alterius contingebat. Igitur alæ vtriusque cherubim expansæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipsi autem stabant erectis pedibus, & facies eorum erant versæ ad exteriorem do- D mum. Fecit quoque ‖velum ex hyacintho, pur Matt. 27.f.
pura, cocco, & byssо: & intexuit ei cherubim. ante fores etiam templi ‖duas columnas, quæ Ier. 52.e.f.
triginta & quinque cubitos habebant altitudinis: porrò capita earum, quinque cubitorum. Necnon & quasi catenulas in oraculo, & superposuit eas capitibus columnarum: malogranata etiam centum, quæ catenulis interpo suit. Ipsas quoque columnas posuit in vestibulo templi, vnam à dextris, & alterā à sinistris: eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin, & quæ ad læuam, Booz.

S. Constructio altaris æneis, maris fusilis, decē concharum, candelabrum, mensarum, phialarum, ac cæterorum quæ ad templum eiusq; ornatum pertinebant.

CAP. IIII.

FEcit quoque altare æneum viginti cubi A
torum longitudinis, & viginti cubitorū 3.Reg.7.e.
latitudinis, & decem cubitorum altitudi d.e.
nis. Mare etiam fusile decem cubitis à labio vsque ad labium, rotundum per circuitum: quinq; cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius. Similitudo quoque boum erat subter illud: & decem cubitis quædam extrinsecus cælaturæ, quasi duobus versibus aluum maris circuibant. Boues autem erant fusiles: & ipsum mare super duodecim boues impositū erat, quorum tres

rum tres respiciebant ad aquilonē, & alij tres ad occidentem, porrò tres alij meridiē, & tres qui reliqui erant, orientem, habentes mare superpositum: posteriora autem boum erāt intrinsecus sub mari. Porrò vastitas eius habebat mensurā palmi, & labium illius erat quasi labium calicis, vel repandi lilij: capiebatque tria millia metretas. Fecit quoq; conchas decem: & posuit quinque à dextris, & quinque à sinistris, vt lauarent in eis omnia quæ in holocaustum oblaturi erant: porrò in mari sacerdotes lauabantur. Fecit autem & candelabra aurea decem, secundum speciem qua *iussa erāt. 3
iussa erāt 'erat' fieri: & posuit ea in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. Necnon & mensas decem: & posuit eas in templo, quinque à dextris, & quinque à sinistris. Phialas quoque aureas centum. Fecit etiam atrium sacerdotū, C & basilicam grandem: & ostia in basilica, quæ texit ære. Porrò mare posuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. Fecit autē Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & complevit omne opus regis in domo Dei: Hoc est, columnas duas: & epistylia, & capita, & quasi quædam retiacula, quæ capita tegerent super epistylia. Malogranata quoque *quadringenta', & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum singulis retiaculis iungerentur, quæ protegerent epistylia, & capita columnarum. Bases etiam fecit & conchas, quas superposuit basibus: mare vnum, boues quoque duodecim sub mari. Et lebetes, & creagras, & phialas. Omnia vasa fecit Salomoni Hiram pater eius in domo Domini ex ære mundissimo. In regione Iordanis fudit ea rex in argillosa terra inter Socoth, & Saredātha. D Erat autem multitudo vasorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris, Fecitque Salomon omnia vasa domus Dei, & altare aureum: & mensas, & super eas panes propositionis. Candelabra quoque cum lucernis suis vt lucerent ante oraculum iuxta ritum, ex auro purissimo: & florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos. omnia de auro mundissimo facta sunt. Thymiateria quoque, & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro purissimo. Et ostia cælauit templi interioris, id est in Sanctosanctorum: & ostia templi forinsecus aurea. Sicque completum est omne opus quod fecit Salomon in domo Domini.

*quadraginta. 13.

S. Oblatis plurimis donarijs arca continens tabulas Moysi in oraculum inducitur, vnde gloria Domini impleuit templum.

CAP V.

A INtulit igitur Salomon omnia quæ vouerat Dauid pater suus, argentum & aurum, & vniuersa vasa posuit in thesauris 3.Reg.7.g. 51.a.
domus Dei. Post quæ congregauit maiores natu Israel, & cunctos principes tribuum, & capita familiarum de filijs Israel, in Ierusalē: vt adducerent arcam fœderis Domini de ciuitate-Dauid, quæ est Sion. Venerunt itaque ad regem omnes viri Israel in die solenni mensis septimi. Cumque venissent cuncti seniorum Israel, portauerūt Leuitæ arcam, & intulerunt eam, & omnem paratūrā tabernaculi. Porrò vasa sanctuarij, quæ erant in tabernaculo, portauerunt sacerdotes cum Leuitis. Rex B autem Salomon, & vniuersus cœtus Israel, & omnes qui fuerunt congregati ante arcam, immolabant arietes & boues absque vllo numero: tanta enim erat multitudo victimarum. Et intulerunt sacerdotes arcam fœderis Domini in locum suum, id est ad oraculum templi, in Sanctasanctorum subter alas cherubim: ita vt cherubim expanderent alas suas super locum in quo posita erat arca, & ipsam arcam tegerent cum vectibus suis. Vectium autē quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculum: si verò quis paululum fuisset extrinsecus, eos C videre non poterat. Fuit itaque arca ibi vsque in præsentem diem. Nihilque erat aliud in arca nisi duæ tabulæ, quas posuerat Moyses in Horeb, quando legem dedit Dominus filijs Israel egredientibus ex Aegypto. Egressus autem sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt: nec adhuc in illo tempore vices, & ministeriorum ordo inter eos diuisus erat) tā Leuitæ, quàm cātores, id est & qui sub Asaph D erant, & qui sub Heman, & qui sub Idithun, filij & fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis, & psalterijs, & citharis concrepabant, stātes ad orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes centum viginti canentis tubis. Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longe sonitus audiebatur: ita vt cùm Dominum laudare cœpissent, & dicere, Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam in ætern̄ misericordia eius: impleretur domus Dei nube, ne possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria Domini domum Dei.

S. Benedicit Salomō populo Israel, gratias Deo agens de impletione promissionis factæ Dauid, oratq; suplex coram multitudine vt orantium eo in templo vota Deus exaudiat.

CAP. VI.

TVnc Salomon ait, Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine: ego autem ædificaui domum nomini eius: vt ha- A 3.Reg.8.b.



bitaret ibi in perpetuum. Et conuertit *v.4. rex' faciem suam, & benedixit vniuersæ multitudini Israel (nam omnis turba stabat intenta) & ait, Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere complevit, dicens, A die qua eduxi populum meum de Terra-Aegypti, nō elegi ciuitatem de cunctis tribubus Israel vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quenquā alium virum, vt esset dux in populo meo Israel: sed elegi Ierusalem vt sit nomen meū in ea, & elegi Dauid, vt constituerem eum super populum meum Israel. Cumq; fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domum nomini Domini Dei Israel, dixit Dominus B ad eum, Quia hæc fuit volūtas tua, vt ædifices domum nomini meo, bene quidem fecisti huiusce modi habere voluntatem: sed nō tu ædificabis domum, veruntamen filius tuus qui egredietur de lūbis tuis, ipse ædificabit domū nomini meo. Cōpleuit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat: & ego surrexi pro Dauid patre meo, & sedi super thronū Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domum nomini Domini Dei Israel. Et posui in ea arcā, in qua est pactū Domini quod pepigit cum filijs Israel. Stetit ergo corā altari Domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eā in medio basilicæ, habentē quinque cubitos longitudinis, & quinque cubitos latitudinis, & tres cubitos altitudinis: stetitq; super eam, & deinceps flexis genibus cōtra vniuersam multitudinem Israel, & palmis in cœlum leuatis, a.Mac.2.b. ait, Domine Deus Israel, non est similis tui C Deus in cœlo & in terra: qui custodis pactū & misericordiā cum seruis tuis qui ambulant coram te in toto corde suo. Qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quæcunque locutus fueras ei: & quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat. Nunc ergo Domine Deus Israel, imple seruo tuo patri meo Dauid quæcunque locutus es, dicēs, Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filij tui *'vias meas', & ambulauerint in legē mea, sicut & tu ambulasti coram me. Et nunc Domine Deus Israel, firmetur sermo tuus quē locutus es seruo tuo Dauid. Ergóne credibile est vt habitet Deus cum hominibus super terram? Si cœlum & cœli cœlorum non te capiunt: quanto magis domus ista quam ædificaui? Sed ad hoc tantum facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationē eius Domine Deus meus: & audias preces quas *fudit' famulus tuus corā te: vt aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum in quo pollicitus es vt inuocaretur nomen tuum: & exaudires orationem quam seruus tuus orat in eo, & exaudias preces famuli tui, & populi tui Israel. Quicunque orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est de cœlis, & propitiare. Si peccauerit quispiam in proximum suum, & iurare contra eum paratus venerit, seque maledicto constrinxerit coram altari in domo ista: tu audies de cœlo, & facies iudicium seruorum tuorum, ita vt reddas iniquo viam suam in caput proprium, & vlciscaris iustum, retribuens ei secundum iustitiam suam. Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi) & conuersi egerint pœnitentiam, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati *in *15.1. loco isto, tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in terram quam dedisti eis, & patribus eorum. Si E clauso cœlo pluuia non fluxerit propter peccata populi, & deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis, cum eos afflixeris, exaudi de cœlo Domine, & dimitte peccata seruis tuis & populi tui Israel, & doce eos viam bonam per quam ingrediantur, & da pluuiam terræ quā dedisti populo tuo ad possidendum. ‖Fames Infr.20.b. si orta fuerit in terra, & pestilentia, ærugo & aurugo, & locusta, & bruchus, & hostes vastatis regionibus, portas obsederint ciuitatis, omnisq; plaga, & infirmitas pressérit: siquis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagam, & infirmitatem suam, & expanderit manus suas in domo hac: tu exaudies de cœlo de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuique secundū vias suas quas nosti eum habere in corde suo: (tu enim solus nosti corda filiorum hominum.) Vt timeant te, & ambulent in vijs tuis cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ quam dedisti patribus nostris. Externum quoque qui non est de populo tuo Israel, si venerit de terra longinqua, propter nomen tuum magnum, & propter manum tuam robustam, & brachium

*'iuit. 5.
D

*'viā suā. 4.

Universidad de Deusto
Biblioteca

chium tuum extentum, & adorauerit in loco isto: tu exaudies de cœlo firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: vt sciant omnes populi terræ nomen tuum, & timeant te sicut populus tuus Israel, & cognoscant quia nomen tuum inuocatum est super domum hanc quã ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos per viam in qua miseris eos, adorabunt te contra viam in qua ciuitas hæc est quam elegisti, & domus quam ædificaui nomini tuo, tu exaudies de cœlo præces eorum, & obsecrationem, & vlciscaris. Si autem peccauerint tibi ‖(neque enim est homo qui non peccet) & iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captiuos duxerint eos in terrã longinquam vel certè quæ iuxta est: & conuersi in corde suo in terra ad quam captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suæ, dicentes, Peccauimus, iniquè fecimus, iniustè egimus: & reuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, in terra captiuitatis suæ ad quam ducti sunt, adorabũt te contra viam terræ suæ quam dedisti patribus eorum, & vrbis quam elegisti, & domus quã ædificaui nomini tuo: tu exaudies de cœlo, hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorũ, & facias iudiciũ, & dimittas populo tuo quãuis peccatori. Tu es enim Deus meus, aperiãtur quæso oculi tui, & aures tuæ intentæ sint ad orationem quæ fit in loco isto. ‖Nunc igitur consurge Domine Deus in requiem tuã, tu & arca fortitudinis tuæ: Sacerdotes tui Domine Deus induantur salutẽ, & sancti tui lætentur in bonis. Domine Deus ne auerseris faciem christi tui: memento misericordiarum Dauid serui tui.

3. Re. 8. c. Eccle. 7. c. 1. Ioh. 1. d.

Psal. 131. c.

S. Post deuorata cœlesti igne sacrificia Dei maiestas templum implet, & plurimis immolatis hostijs templi dedicatio septem diebus celebratur, die octauo fit collecta. Dominus autem Salomoni reuelat se ipsius orationem exaudisse.

CAP. VII.

A 2. Ma. 2. b

CVmque complesset Salomon fundens præces, ignis descendit de cœlo, & deuorauit holocausta & victimas: & maiestas Domini impleuit domũ. Nec poterant sacerdotes ingredi templum Domini, eo quòd implesset maiestas Domini templum Domini. Sed & omnes filij Israel videbant descendentem ignem, & gloriam Domini super domum: & corruentes proni in terram super pauimentum stratum lapide, adorauerũt: & laudauerunt Dominum, Quoniam bonus, quoniam in seculũ misericordia eius. Rex autem, & omnis populus immolabãt victimas coram

3. Reg. 8. g

Domino. ‖Mactauit igitur rex Salomon hostias, boum vigintiduo millia, arietum centum viginti millia: & dedicauit domum Dei rex & vniuersus populus. Sacerdotes autem stabãt in officijs suis: & Leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit Dauid rex ad laudandum Dominum, Quoniã in æternum misericordia eius, hymnos Dauid canentes per manus suas: porrò sacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusque Israel stabat. Sanctificauit quoque Salomon medium atrij ante templum Domini: obtulerat enim ibi holocausta & adipes pacificorum: quia altare æneũ quod fecerat, non poterat sustinere holocausta & sacrificia & adipes. Fecit ergo Salomon solennitatem in tempore illo septem diebus, & omnis Israel cum eo, ecclesia magna valde, ab introitu Emath vsque ad Torrentem-Aegypti. Fecitque die octauo collectam, eo quòd dedicasset altare septem diebus, & solennitatẽ celebrasset diebus septem. Igitur in die vicesimo tertio mensis septimi dimisit populos ad tabernacula sua, lætantes atque gaudentes super bono quod fecerat Dominus Dauidi, & Salomoni, & Israeli populo suo. ‖Compleuitque Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia quæ disposuerat in corde suo vt faceret in domo Domini, & in domo sua, & prosperatus est. Apparuit autem ei Dominus nocte, & ait, Audiui orationem tuam, & elegi locum istum mihi in domum sacrificij. Si clausero cœlum, & pluuia non fluxerit, & mandauero & præcepero locustæ vt deuoret terram, & misero pestilentiam in populum meũ: conuersus autem populus meus, super quos inuocatum est nomen meum, deprecatus me fuerit, & exquisierit faciem meam, & egerit pœnitentiam à vijs suis pessimis: & ego exaudiã de cœlo, & propitius ero peccatis eorum, & sanabo terram eorum. Oculi quoque mei erunt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco isto orauerit. Elegi enim, & sanctificaui locum istum, vt sit nomen meum ibi in sempiternum, & permaneãt oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoque si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pa-

3. Reg. 9. d

ter tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iustitias meas, iudiciaq; seruaueris: suscitabo thronũ regni tui, sicut pollicitus sum Dauid patri tuo, dicens, Non auferetur de stirpe tua vir, qui sit princeps in Israel. Si autem auersi fueritis, & dereliqueritis iustitias meas, & præcepta mea quæ præposui vobis, & abeuntes seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos: euellam vos de terra mea quam dedi vobis, & domum hanc quam sanctificaui nomini meo proijciam à facie mea, & tradam eam in parabolam, & in exemplũ cunctis populis. Et domus ista erit in prouerbiũ vniuersis transeuntibus: & dicent stupentes, Quare fecit Dominus sic terræ huic, & domui huic? Respondebuntque, Quia dereliquerunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxit eos de Terra-Aegypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerunt: idcirco venerunt super eos vniuersa hæc mala.

D. 13.

a ædificaui. 12.

S. Ædificatis à Salomone varijs ciuitatibus, reliquias Gentium sibi facit tributarias, offert holocausta, & sacerdotum ac leuitarum ministeria iuxta dispositionem Dauid constituit: missaq; classe plurimum auri ex Ophir refertur ad Salomonem.

CAP. VIII.

A 3. Reg. 9. b

EXpletis autem viginti annis postquam ædificauit Salomon domum Domini & domum suam: ciuitates quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit, & habitare ibi fecit filios Israel. Abijt quoq; in Emath Suba, & obtinuit eã. Et ædificauit Palmiram in deserto, & alias ciuitates munitissimas ædificauit in Emath. Extruxitque Beth-horon superiorem, & Beth-horõ inferiorem, ciuitates muratas habentes portas & vectes & seras: Baalaath etiam & omnes vrbes firmissimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasq; vrbes quadrigarum, & vrbes equitum. omnia quæcunque voluit, Salomon atq; disposuit, ædificauit in Ierusalem & in Libano, & in vniuersa terra potestatis suæ. Omnem populum qui derelictus fuerat de Hethæis, & Amorrhæis, & Pherezæis, & Heuæis, & Iebusæis, qui non erant de stirpe Israel, de filijs eorum: & de posteris quos non interfecerant filij Israel, subiugauit Salomon in tributarios, vsque in diem hanc. Porrò de filijs Israel non posuit vt seruirent operibus regis: ipsi enim erant viri bellatores, & duces primi & principes quadrigarum & equitum eius. Omnes autem principes exercitus regis Salomonis fuerunt ducẽti quinquaginta, qui erudiebant populum. Filiam verò Pharaonis transtulit de Ciuitate-Dauid in domum quam ædificauerat ei. Dixit enim rex, Non habitabit vxor mea in domo Da-

a quæ. 3.

B

C D. 6.

uid regis Israel, eo quòd sanctificata sit: quia ingressa est in eam arca Domini. Tunc obtulit Salomon holocausta Domino super altare Domini, quod extruxerat ante porticum, vt per singulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Mosi, in sabbathis, & in calendis, & in festis diebus ter per annum, id est in Solennitate azymorum & in Solennitate hebdomadarum, & in Solennitate tabernaculorũ. Et constituit iuxta dispositionem Dauid patris sui officia sacerdotum in ministerijs suis: & Leuitas in ordine suo, vt laudarent, & ministrarẽt coram sacerdotibus iuxta ritum vniuscuiusq; diei: & ianitores in diuisionibus suis per portam & portam: sic enim præceperat Dauid homo Dei. Nec prætergressi sunt de mandatis regis tam sacerdotes, quàm Leuitæ, ex omnibus quæ præceperat, & in custodijs thesaurorum. Omnes impensas præparatas habuit Salomõ, ex eo die quo fundauit domum Domini, vsque in diem quo perfecit eam. Tunc abijt Salomon in Asion-gaber & in Ailath ad oram Maris-rubri, quæ est in Terra-edom. Misit autem ei Hiram per manus seruorum suorum naues, & nautas gnaros maris, & abierunt cum seruis Salomonis in Ophir: tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

S. Regina Saba Salomonis admirata sapientiã, datis acceptisq; muneribus discessit. pondus auri quod Salomoni quotannis adferebatur, hastas, scuta, omniaque conuiuij vasa aurea, & solium eburneum auro vestitum extruxit: describitur quoque amplitudo diuitiarum, sapientiæ & potestatis Salomonis, qui anno regni sui quadragesimo moritur succedente filio Roboam.

CAP. IX.

A 3. Re. 10. a. Matt. 12. d. Lucæ. 11. d.

REgina quoque Saba cùm audisset famam Salomonis, venit vt tentaret eum in ænigmatibus, in Ierusalem: cum magnis opibus & camelis, qui portabant aromata & auri plurimũ, gemmasq; pretiosas. Cumque venisset ad Salomonem, locuta est ei quæcunq; erant in corde suo. Et exposuit ei Salomon omnia quæ proposuerat: nec quicquam fuit quod non perspicuũ ei fecerit. Quæ postquam vidit, sapientiam scilicet Salomonis, & domum quam ædificauerat, necnon & cibaria mensæ eius, & habitacula seruorum, & officia ministrorum eius, & vestimenta eorum, pincernas quoque & vestes eorum, & victimas quas immolabat in domo Domini: non erat præ stupore vltrà in ea spiritus. Dixitque ad regem, Verus est sermo quem audieram in terra mea de virtutibus & sapientia tua. Non B credebam narrantibus, donec ipsa venissem, & vidissent oculi mei: & probassem vix medietatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dietatem sapientiæ tuæ mihi fuisse narratam:
vicisti famam virtutibus tuis. Beati viri tui, &
beati serui tui, hi qui assistunt coram te omni
tempore, & audiunt sapientiam tuam. Sit Do
minus Deus tuus benedictus, qui voluit te or
dinare super thronum suum regem Domini
Dei tui. Quia diligit Deus Israel, & vult ser-
uare eum in æternum: idcirco posuit te super
eum regem, vt facias iudicia atque iustitiam.
Dedit autem regi centum viginti talenta au-
ri, & aromata multa nimis, & gemmas pretio-
sissimas: non fuerunt aromata talia, vt hæc
C quæ dedit regina Saba regi Salomoni. Sed &
serui Hiram cum seruis Salomonis attulerunt
aurum de Ophir, & ligna thyina, & gemmas
pretiosissimas. De quibus fecit rex, de lignis
scilicet thyinis, gradus in domo Domini & in
domo regia: citharas quoque & psalteria can-
toribus: nunquam visa sunt in Terra-Iuda lig
na talia. Rex autem Salomon dedit reginæ Sa
ba cuncta quæ voluit, & quæ postulauit, &
multo plura quàm attulerat ad eum: quæ re-
D uersa, abijt in terram suam cum seruis suis. E-
rat autem pondus auri quod afferebatur Salo
moni per singulos annos, sexcenta sexaginta
sex talenta auri: excepta ea summa quam lega
ti diuersarum gentium, & negotiatores affer-
re consueuerant, omnesque reges Arabiæ, &
satrapæ terrarum, qui comportabant aurum
& argentum Salomoni. Fecit igitur rex Salo-
mō ducentas hastas aureas de summa sexcen-
torum aureorum qui in singulis hastis expen
debantur. Trecenta quoq; scuta aurea trecen-
torum aureorum quibus tegebantur singula
scuta: posuitq; ea rex in armamentario, quod
erat constitum nemore. Fecit quoque rex so-
lium eburneum grande: & vestiuit illud au-
E ro mundissimo. Sex quoque gradus, quibus
ascendebatur ad solium: & scabellum aureū,
& brachiola duo altrinsecus, & duos leones
stantes iuxta brachiola: sed & alios duodecim
leunculos stantes super sex gradus ex vtraque
parte. non fuit tale solium in vniuersis regnis.
Omnia quoque vasa conuiuij regis erant au-
rea: & vasa domus saltus Libani ex auro puris
simo. Argentum enim in diebus illis pro nihi
lo reputabatur. Siquidem naues regis ibant in
Tharsis cum seruis Hiram, semel in annis tri-
bus: & deferebant inde aurum & argentum,
& ebur, & simias, & pauos. Magnificatus est
igitur Salomon super omnes reges terræ præ
F diuitijs & gloria. Omnesque reges terrarum
desyderabant videre faciem Salomonis: vt au
dirent sapientiam quam dederat Deus in cor-
de eius. Et deferebant ei munera, vasa argen-
tea et aurea, et vestes, et arma, et aromata, e-
quos et mulos, per singulos annos. Habuit
quoque Salomon quadraginta millia equo-
rum in stabulis: et curruum, equitumque duo- G
decim millia: constituitq; eos in vrbibus qua-
drigarum, et vbi erat rex in Ierusalem. Exer-
cuit etiam potestatem super cunctos reges à
flumine Euphrate vsque ad terram Philisthi-
norum, et vsque ad terminos Aegypti. Tan-
tamque copiam præbuit argenti in Ierusalem
quasi lapidum: et cedrorum tantam multitu-
dinem velut sycomororū quæ gignuntur in
campestribus. Adducebantur autem ei equi de
Aegypto, cunctisque regionibus. Reliqua au-
tem opera Salomonis priorum et nouissimo
rum scripta sunt in verbis Nathan prophetæ,
et in libris Ahiæ Silonitis, in visione quoque
Addo Videntis, contra Ieroboam filium Na-
bat. Regnauit autem Salomon in Ierusalem
super omnem Israel quadraginta annis. Dor-
miuitque cum patribus suis: et sepelierunt eū
in Ciuitate-Dauid: regnauitque Roboam fi-
lius eius pro eo.

S. *Roboam spreto seniorum consilio & iuuenile sequutus, scidit regnum in duo, electo in regem Ieroboam super decem tribus.*

CAP. X.

PRofectus est autem Roboā in Sichem: A
illuc enim cunctus Israel conuenerat, 3.Re.12.
vt constituerent eum regem. Quod cùm
audisset Ieroboam filius Nabat, qui erat in Ae-
gypto (fugerat quippe illuc ante Salomone)
statim reuersus est. Vocaueruntque eum, et
venit cū vniuerso Israel, et locuti sunt ad Ro
boam, dicētes, Pater tuus durissimo iugo nos
pressit: tu leuiora impera patre tuo, qui nobis
imposuit grauem seruitutem, et paululum de
onere subleua, vt seruiamus tibi. Qui ait, Post
tres dies reuertimini ad me. Cumque abijsset
populus, inijt consilium cum senibus qui ste-
terāt coram patre eius Salomone, dum adhuc
viueret, dicens, Quid datis consilij, vt respon-
deam populo? Qui dixerūt ei, Si placueris po- B
pulo huic, et linieris eos verbis clementibus,
seruient tibi omni tempore. At ille reliquit
consilium senum, et cum iuuenibus tractare
cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, et erant in
comitatu illius. Dixitque ad eos, Quid vobis
videtur? vel respondere quid debeo populo
huic, qui dixit mihi, Subleua iugum quod im
posuit nobis pater tuus? At illi responderunt
▷vt'iuuenes, et nutriti cum eo in delicijs, at- ▷.13
que dixerunt, Sic loquēris populo qui dixit ti
bi, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum, tu
subleua: et sic respondebis ei, Minimus digitus
meus grossior est lūbis patris mei. Pater meus
imposuit vobis graue iugum, et ego maius pō
dus apponam: pater meus cecidit vos flagel-
lis, ego verò cædam vos scorpionibus. Venit
ergo Ieroboam, et vniuersus populus ad Ro-
boam die tertio, sicut præceperat eis. Respon-
ditque

ditque rex dura, derelicto consilio seniorum,
locutusq; est iuxta iuuenum voluntatē, Pater
meus graue vobis imposuit iugum, quod ego
grauius faciam: pater meus cecidit vos flagel
lis, ego verò cædam vos scorpionibus. Et non
acquieuit populi precibus: erat enim volunta
3.Reg.11.f. tis Dei, vt compleretur sermo eius, ‖quem lo-
D cutus fuerat per manum Ahiæ Silonitis ad Ie
roboam filium Nabat. Populus autem vniuer
sus rege duriora dicente, sic locutus est ad eū,
Non est nobis pars in Dauid, neq; hæreditas
in filio Isai. Reuertere in tabernacula tua Is-
rael, tu autem pasce domum tuam Dauid. Et
abijt Israel in tabernacula sua. Super filios au-
tem Israel, qui habitabant in ciuitatibus Iuda,
regnauit Roboam. Misitq; rex Roboam Adu
ram, qui præerat tributis & lapidauerunt eum
filij Israel, & mortuus est: porrò rex Roboam
currum festinauit ascendere, & fugit in Ieru
salem. Receditq; Israel, à domo Dauid vsque
ad diem hanc.

S. *Præcipit Deus ne pugnet Roboam contra Israel. extructis autem à Roboam multis ciuitatibus, confluunt ad eum Leuitæ ac sacerdotes abiecti à Ieroboam, cæteriq; Dei cultores, Roboam autem multas duxit vxores ac concubinas.*

CAP. XI.

A 3.Re.12.c. VEnit autem Roboam in Ierusalem, &
conuocauit vniuersam domum Iuda
& Ben-iamin, centum octoginta mil-
lia electorum, atque bellantium, vt dimicaret
cōtra Israel, & conuerteret ad se regnum suū.
Factusq; est sermo Domini ad Semeiam ho-
minem Dei, dicens, Loquere ad Roboam fi-
liū Salomonis regē Iuda, & ad vniuersum Is-
rael qui est in Iuda & Ben-iamin, Hæc dicit
Dominus, Nō ascendetis, neque pugnabitis
▷.3. contra fratres vestros: ▷reuertatur vnusquis-
B que in domum suam, quia mea hoc gestum
est voluntate. Qui cùm audissent sermonem
Domini, reuersi sunt, nec perrexerunt contra
Ieroboam. Habitauit autem Roboā in Ierusa-
lem, & ædificauit ciuitates muratas in Iuda.
Extruxitq; Beth-léhem, & Etam, & Thecue,
Béth-sur quoq;, & Socho, & Odollā, necnon
& Geth, & Maresa, & Ziph: sed & Adurā, &
Lachis, & Azeca: Saara quoque, & Aialon, &
Hebron, quæ erant in Iuda & Ben-iamin: ciui
tates munitissimas. Cumq; clausisset eas mu
ris, posuit in eis principes, ciborumq; horrea,
hoc est olei & vini. Sed & in singulis vrbibus
fecit armamētaria scutorum & hastarum: fir-
mauitque eas summa diligentia, & imperauit
C super Iudam & Ben-iamin. Sacerdotes autem
& Leuitæ qui erant in vniuerso Israel, vene-
runt ad eum de cūctis sedibus suis, relinquen-
tes suburbana, & possessiones suas, & transe-
untes ad Iudam, & Ierusalem: eo quod abie-
cisset eos Ieroboam, & posteri eius, ne sacer-
dotio Domini fungerentur. Qui constituit
sibi sacerdotes excelsorū, & dæmoniorum, vi-
tulorumq; quos fecerat. Sed & de cunctis tri-
bus Israel, quicunq; dederant cor suum vt
quærerent Dominum Deum Israel, venerunt
in Ierusalem ad immolādum victimas suas co
ram Domino Deo patrum suorum. Et robo-
rauerunt regnum Iuda: & confirmauerunt
Roboam filium Salomonis per tres annos: am
bulauerūt enim in vijs Dauid & Salomonis,
annis tantum tribus. Duxit autem Roboam D
vxorem Mahalath, filiam Ierimoth filij Da-
uid: Abihāil quoq; filiam Eliab filij Isai, quæ
peperit ei filios Ieus, & Somoriam, & Zoom.
Post hanc quoq; accepit Maacha filiam Ab-
salom, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza,
& Salomith. Amauit autem Roboam Maa-
cha filiam Absalom super omnes vxores suas,
& concubinas: nam vxores decem & octo du
xerat, concubinas autem sexaginta: & genuit
vigintioctо filios, & sexaginta filias. Consti-
tuit verò in capite, Abiam filium Maacha du
cem super omnes fratres suos: ipsum enim re-
gem facere cogitabat, quia sapientior fuit, &
potentior super omnes filios eius, & in cun-
ctis finibus Iuda, & Ben-iamin, & in vniuer-
sis ciuitatibus muratis: præbuit que eius escas
plurimas, & multas petiuit vxores.



S. *Propter peccata Roboam ac popopuli Iudæ tradidit illos Deus regi Aegypti, qui captis munitissimis ciuitatibus Iuda, diripit Ierusalem, sublato regis ac tēpli thesauro, scuis quoque aureis & argenteis, pro quibus æneas fecit Roboam, quo mortuo succedit filius Abia.*

CAP. XII.

CVmq; roboratum fuisset regnum Ro- A
boam & confortatū, dereliquit legem
Domini, & omnis Israel cū eo. ‖Anno 3.Re.14.g.
autem quinto regni Roboam ascendit Sesac
rex Aegypti in Ierusalem (quia peccauerant
Domino) cum mille ducentis curribus, & se-
xaginta millibus equitum: nec erat numerus
vulgi quod venerat cum eo ex Aegypto, Ly-

V bies

bies scilicet,& Troglodytæ,& Aethiopes. Ce
pitq́ue ciuitates munitissimas in Iuda, & ve-
nit vsq; in Ieruſalem. Semeias autem prophe-
ta ingreſſus eſt ad Roboam , & principes Iu-
da,qui congregati fuerant in Ieruſalem, fugi-
entes Seſac: dixitq́; ad eos , Hæc dicit Domi-
nus, Vos reliquiſtis me, & ego reliqui vos in
B manu Seſac. Conſternatiq́; principes Iſrael,
& rex , dixerunt, Iuſtus eſt Dominus. Cumq́;
vidiſſet Dominus quòd humiliati eſſent , fa-
ctus eſt ſermo Domini ad Semeiam , dicens,
Quia humiliati ſunt, non diſperdam eos: da-
boq́ue eis pauxillum auxilij , & non ſtillabit
furor meus ſuper Ieruſalem per manũ Seſac.
Veruntamen ſeruient ei: vt ſciant diſtantiam
ſeruitutis meæ , & ſeruitutis regni terrarum.
Receſſit itaq; Seſac rex Aegypti ab Ieruſalem,
ſublatis theſauris domus Domini, & domus
regis, omniaq́; ſecum tulit : & clypeos aureos
C quos fecerat Salomon , pro quibus fecit rex
æneos, & tradidit illos principibus ſcrutario-
rum qui cuſtodiebant veſtibulũ palatij . Cũ-
que introiret rex domum Domini, veniebant
ſcrutarij,& tollebant eos: iterumq́; referebant
eos ad armamentarium ſuum . Veruntamen
quia humiliati ſunt , auerſa eſt ab eis ira Do-
mini, nec deleti ſunt penitus: ſiquidem in Iu-
3.Re.14.f. da inuenta ſunt opera bona. ‖ Confortatus eſt
ergo rex Roboam in Ieruſalem, atq; regnauit:
quadraginta autem & vnius anni erat cum re
gnare cœpiſſet : & decem & ſeptem annis re-
D gnauit in Ieruſalẽ , vrbe quã elegit Dominus
vt confirmaret nomen ſuum ibi , de cunctis
tribubus Iſrael: nomen autem matris eius Naa
ma Ammanitis . Fecit autem malum , & non
præparauit cor ſuum vt quæreret Dominum.
Opera verò Roboam prima & nouiſsima ſcri
pta ſunt in libris Semeiæ Prophetæ , & Addo
Videntis, & diligenter expoſita: pugnauerũt-
que aduerſum ſe Roboã & Ieroboam cunctis
diebus. Et dormiuit Roboam cum patribus
ſuis: ſepultusq́; eſt in Ciuitate-Dauid. Et re-
gnauit Abia filius eius pro eo.

S. Abia ad bellum contra Ieroboam accedens dehortatur exercitum Ieroboam à bello cõtra ſe, quum Deum haberent ducem, quem illi abiecerant, & ſperans in Domino victor euadit, ac diuerſas cœpit ciuitates, plurimosq́; ex varijs vxoribus procreat liberos.

CAP. XIII.

A ANno octauodecimo regis Ieroboam
3.Reg.15.a regnauit Abia ſuper Iudam . Tribus
annis regnauit in Ieruſalem: nomen-
que matris eius Michaia, filia Vriel de Gabaa:
3.Reg.15.a & erat bellũ inter Abiam & Ieroboã. ‖ Cumq́;
iniiſſet Abia certamen, & haberet bellicoſiſsi
*quadringen ta.6. mos viros, & electorum *quadraginta millia:
*octingẽta.4 Ieroboam inſtruxit e contra aciem *octogin-
ta millia virorũ, qui & ipſi electi erant, & ad
bella fortiſsimi. Stetit ergo Abia ſuper mon-
tem Semerom, qui erat in Ephraim, & ait, Au
di Ieroboam, & omnis Iſrael, Num ignoratis
quòd Dominus Deus Iſrael dederit regnum
Dauid ſuper Iſrael in ſempiternum, ipſi & fi-
lijs eius in pactũ ſalis? (Et ſurrexit Ieroboam
3.Reg.11.a filius Nabat, ſeruus Salomonis filij Dauid:
‖ & rebellauit contra dominum ſuum. Con-
gregatiq́ue ſunt ad eum viri vaniſsimi, & filij
Belial: & præualuerunt contra Roboam filiũ
Salomonis: Porrò Roboam erat rudis, & cor-
de pauido, nec potuit reſiſtere eis.) Nunc er- B.
go vos dicitis quòd reſiſtere poſsitis regno
Domini, quod poſsidet per filios Dauid: ha-
betisq́ue grandem populi multitudinem, at-
que vitulos aureos quos fecit vobis Ieroboam
3.Reg.12.g in deos: ‖ Et eiecistis ſacerdotes Domini, filios
Aaron, atque Leuitas : & feciſtis vobis ſacer-
dotes ſicut omnes populi terrarum: quicun-
que venerit, & initiauerit manum ſuam in
tauro de bobus , & in arietibus ſeptem, fit ſa-
cerdos eorum qui non ſunt dij. Noſter autem
Dominus Deus eſt, quem non relinquimus:
ſacerdotesq́ue miniſtrant Domino de filijs
Aaron: & Leuitæ ſunt in ordine ſuo. Holo-
cauſta quoque offerunt Domino per ſingu-
los dies mane & veſpere: & thymiama iuxta
legis præcepta confectũ , & proponuntur pa-
nes in menſa munditiſsima, eſtq́; apud nos can
delabrum aureũ , & lucernæ eius, vt accẽdan-
tur ſemper ad veſperam: nos quippe cuſtodi-
mus præcepta Domini Dei noſtri, quem vos
reliquiſtis. Ergo in exercitu noſtro dux Deus C
eſt, & ſacerdotes eius, qui clangunt tubis, &
reſonant contra vos: filij Iſrael nolite pugna-
re contra Dominum Deum patrum veſtro-
rum, quia nõ vobis expedit. Hæc illo loquen-
te, Ieroboam retro moliebatur inſidias. Cum-
que ex aduerſo hoſtium ſtaret , ignorantem
Iudam ſuo ambiebat exercitu . Reſpicienſ-
que Iudas , vidit inſtare bellum ex aduerſo
& poſt tergum , & clamauit ad Dominum:
ac ſacerdotes tubis canere cœperunt . Om-
nesq́ue viri Iuda vociferati ſunt : & ecce il-
lis clamantibus perterruit Deus Ieroboam,
& omnem Iſrael qui ſtabat ex aduerſo Abia
& Iuda. Fugeruntq́ue filij Iſrael Iudam , & D
tradidit eos Deus in manu eorum . Percuſsit
ergo eos Abia , & populus eius plaga magna:
*quingẽtos & corruerunt vulnerati ex Iſrael *quinqua-
ginta millia virorum fortium . Humiliatiq́ue
ſunt filij Iſrael in tempore illo : & vehemen-
tiſsimè confortati filij Iuda , eo quòd ſperaſ-
ſent in Domino Deo patrum ſuorum. Perſe-
cutus eſt autem Abia fugiẽtem Ieroboam : &
cepit ciuitates eius, Beth-el & filias eius: & Ie
ſana cum filiabus ſuis: Ephron quoq; & filias
eius.

eius . Nec valuit vltra reſiſtere Ieroboam in
diebus Abia: quẽ percuſsit Dominus & mor
tuus eſt. Igitur Abia, confortato imperio ſuo,
accepit vxores quatuordecim, procreauit vi-
ginti duos filios, & ſedecim filias. Reliqua au
tem ſermonum Abia , viarumq́ue & operum
eius, ſcripta ſunt diligẽtiſsimè in libro Addo
Prophetæ.

S. Abiæ ſuccedit filius Aſa qui pace à Deo conceſſa idolorum cultum ſubuertit , & ciuitates Iuda ædificat ac munit, Zaramq́; regem Aethiopum cum exercitu mille millium diuino auxilio deuicit.

CAP. XIIII.

A DOrmiuit autem Abia cum patribus
ſuis , & ſepelierunt eum in Ciuitate-
Dauid : regnauitq́; Aſa filius eius pro
eo, in cuius diebus quieuit terra annis decem.
*Domini.3. Fecit autẽ Aſa quod bonum & placitũ erat
in conſpectu *Dei ſui, & ſubuertit altaria pe-
regrini cultus, & excelſa, & confregit ſtatuas,
lucosq́; ſuccidit . Et præcepit Iudæ vt quære-
ret Dominum Deum patrum ſuorum, & face
ret legem, & vniuerſa mandata. Et abſtulit de
cũctis vrbibus Iuda aras & phana, & regnauit
in pace. Aedificauit quoque vrbes munitas in
Iuda, quia quietus erat, & nulla rẽporibus eius
bella ſurrexerant , pacem Domino largiente.
B Dixit autẽ Iudæ , Aedificemus ciuitates iſtas,
& vallemus muris, & roboremus turribus , &
portis , & ſeris donec à bellis quieta ſunt om-
nia, eò quòd quæſierimus Dominum Deũ pa
trum noſtrorum , & dederit nobis pacem per
gyrum : Aedificauerunt igitur , & nullum in
extruendo impedimentum fuit . Habuit autẽ
Aſa in exercitu ſuo portãtium ſcuta & haſtas,
*ſeptuagin- ta.9. de Iuda trecenta millia: de Ben-iamin verò
ſcrutariorum & ſagittariorum, ducenta *octo
ginta millia: omnes iſti viri fortiſsimi. Egreſ-
C ſus eſt autem contra eos Zara Aethiops cum
exercitu ſuo , decies centena millia , & curri-
bus trecentis : & venit vſque Mareſa . Porrò
Aſa perrexit obuiam ei , & inſtruxit aciem ad
1.Re.14.a. bellum in Valle-Saphatha, quæ eſt iuxta Ma-
reſa. ‖ Et inuocauit Dominum Deum, & ait,
Domine non eſt apud te vlla diſtãtia , vtrum
in paucis auxilieris, an in pluribus: adiuua nos
Domine Deus noſter : in te enim , & in tuo
nomine habentes fiduciam venimus contra
hanc multitudinem. Domine Deus noſter tu
es, non prævaleat contra te homo . Exterruit
D itaq; Dominus Aethiopes coram Aſa & Iuda:
fugeruntq́; Aethiopes . Et perſecutus eſt eos
Aſa, & populus qui cum eo erat, vſque Géra-
ra: & ruerunt Aethiopes vſque ad internecio
nem, quia Domino cedente contriti ſunt, &
exercitu illius præliante . Tulerũt ergo ſpolia
multa . Et percuſſerunt ciuitates omnes per
circuitum Géraræ : grandis quippe cunctos
terror inuaſerat: & diripuerunt vrbes, & mul-
tam prædam aſportauerunt . Sed & caulas o-
uium deſtruentes tulerunt pecorum infinita
multitudinem, & camelorum: reuerſiq́ue
ſunt in Ieruſalem.

S. Azarias prophetat Iſrael futurum multo tempore abſque deo vero, ſacerdote & lege, cuius prophetæ exhortatione confortatus Aſa auſert ſordes idolorum, ſuamq́; matrẽ idololatram imperio priuat , populus autem iurat ſe Deo ſeruiturum.

CAP. XV.

A ‖ Azarias autem filius Obed , facto in A
ſe ſpiritu Dei , egreſſus eſt in occur- 2.Par.15.c.
ſum Aſa, & dixit ei, Audite me Aſa, &
omnis Iuda & Ben-iamin, Dominus vobiſcũ,
quia fuiſtis cum eo. Si quæſieritis eum , inue-
nietis: ſi autem dereliqueritis eũ , derelinquet
vos. Tranſibunt autẽ multi dies in Iſrael abſ-
que Deo vero, & abſque ſacerdote doctore, &
abſq; lege. Cumq́; reuerſi fuerint in anguſtia
ſua, *ad Dominum Deum Iſrael , & quæſie- *& clama-
rint eũ, reperient eum. In tempore illo non e- uerint.
rit pax egredienti & ingredienti: ſed terrores B
vndiq́; in cunctis habitatoribus terrarũ . Pu-
gnabit enim gens contra gentẽ, & ciuitas cõ-
tra ciuitatẽ: quia Dominus cõturbabit eos in
omni anguſtia. Vos ergo cõfortamini: & non
diſſoluantur manus veſtræ : erit enim merces
operi veſtro. Quod cùm audiſſet Aſa , verba
ſcilicet, & prophetiam Azariæ filij Obed Pro-
phetæ, confortatus eſt, & abſtulit idola de o-
mni terra Iuda, & de Be-iamin, & ex vrbibus,
quas ceperat, montis Ephraim: & dedicauit al
tare Domini, quod erat ante porticum Domi
ni. Congregauitq́; vniuerſum Iudam & Ben-
iamin, & aduenas cũ eis de Ephraim, & de Ma C
naſſe, & Simeon: plures enim ad eum confu-
gerãt ex Iſrael, videntes quod Dominus Deus
illius eſſet cum eo. Cumq́ue veniſſent in Ie-
ruſalem menſe tertio, anno decimoquinto re
gni Aſa , immolauerunt Domino in die illa
de manubijs & præda quam adduxerãt, boues
ſeptingentos, & arietes ſeptem millia . Et in-
trauit ex more ad corroborandum fœdus . vt
quærerent Dominum Deum patrum ſuorum
in toto corde, & in tota anima ſua. Siquis au-
tem, inquit , non quæſierit Dominum Deum
Iſrael, moriatur, à minimo vſq; ad maximũ,
à viro vſq; ad mulierem. Iurauerunt q́ue Do- D
mino voce magna in iubilo, & in clangore tu
bæ, & in ſonitu buccinarum omnes qui erant
in Iuda, cum execratione: in omni enim corde
ſuo iurauerunt , & in tota voluntate quæſie-
runt eum, & inuenerunt: præſtititq́ue eis do-
minus requiem per circuitum . Sed & Maa-
cham matrem Aſa regis ex auguſto depoſuit

Universidad de Deusto
Biblioteca

imperio, eo quòd feciſſet in luco ſimulachrũ Priapi: quod omne contriuit, & in fruſtra cõminuens combuſsit in Torrente-cedron. Excelſa autem derelicta ſunt in Iſrael: attamen cor Aſa erat perfectũ cunctis diebus eus. Eaque quæ vouerat pater ſuus, & ipſe, intulit in domum Domini: & argentum & aurum, vaſorumq; diuerſam ſupellectilem. Bellum verò non fuit vſque ad 'triceſimum' annum regni Aſa.

'triceſimum quintum.1.

S. Pugnante Baaſa rege Iſrael contra Aſa, vocauit Aza Ben-adad regem Syriæ in auxilium, & Hanani prophetam ipſum ob id increpantem in neruũ coniecit, ac dolore pedum cruciatus in medicorum arte ſpem ponens, anno regni ſui. 41. moritur.

CAP. XVI.

A 3.Re.15.d. ANno autem triceſimoſexto regni eius aſcẽdit Baaſa rex Iſrael in Iudam, & muro circundabat Rama, vt nullus tute poſſet egredi & ingredi de regno Aſa. Protulit autem Aſa argentum & aurũ de theſauris domus Domini, & de theſauris regijs: miſitq́ue ad Ben-adad regem Syriæ, qui habitabat in Darmaſco, dicẽs, Fœdus inter me & te eſt, pater quoque meus & pater tuus habuere concordiam: quam ob rem miſi tibi argentum & aurum, vt rupto fœdere quod habes cum Baaſa rege Iſrael, facias eum à me recedere. Quo comperto Ben-adad miſit principes exercituum ſuorum ad vrbes Iſrael: qui percuſſerunt Ahion, & Dan, & Abel-maim,

B & vniuerſas vrbes Nephthali muratas. Quod cùm audiſſet Baaſa, deſijt ædificare Rama, & intermiſit opus ſuũ. Porrò Aſa rex aſſumpſit vniuerſum Iudam, & tulerunt lapides de Rama, & ligna quæ ædificationi præparauerat Baaſa: ædificauitq́ue ex eis Gabaa, & Maſpha. In tempore illo venit Hanani Propheta ad Aſam regem Iuda, & dixit ei, Quia habuiſti fiduciam in rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo: idcirco euaſit Syriæ regis exercitus

Supr.14.c. de manu tua. ‖ Nõne Aethiopes & Libyes
2.Mac.9.a multo pluries erant quadrigis & equitibus,

C & multitudine nimia: quos cùm in Domino credidiſſes, tradidit in manu tua? Oculi enim Domini contemplantur vniuerſam

Ioan.7.f. terram, & præbent fortitudinem his ‖ qui cor de perfecto credunt in eum. Stultè igitur egiſti, & propter hoc ex præſenti tempore aduerſum te bella conſurgent. Iratusq́; Aſa aduerſus Videntem, iuſsit eum mitti in neruum valde quippe ſuper hoc fuerat indignatus: & interfecit de populo in tempore illo plurimos. Opera autem Aſa prima & nouiſsima

D ſcripta ſunt in libro regum Iuda & Iſrael. Aegrotauit etiam Aſa anno triceſimonono regni ſui, dolore pedum vehemẽtiſsimo, & nec in infirmitatate ſua queſiuit Dominum, ſed magis in medicorum arte confiſus eſt. Dormiuitq́; cum patribus ſuis: & mortuus eſt anno quadrageſimo primo regni ſui. Et ſepelierunt eum in ſepulchro ſuo quod foderat ſibi in Ciuitate-Dauid: poſueruntq́ue eum ſuper lectum ſuum plenum aromatibus & vnguentis meretricis, quæ erant pigmentariorum arte confecta, & combuſſerunt ſuper eum ambitione nimia.

p.9.

S. Pius Ioſaphat patri Aſa ſuccedens, diuitijs potens & armis, mittit doctores legis Dei per vniuerſum Iudam, cuius principes recenſentur cum numero ſubiectorum militum.

CAP. XVII.

REgnauit autẽ Ioſaphat filius eius pro eo, & inualuit contra Iſrael. Conſtituitq́; militum numeros in cunctis vrbibus Iuda, quæ erãt vallatæ muris. Præſidiaque diſpoſuit in terra Iuda, & in ciuitatibus Ephraim quas ceperat Aſa pater eius. Et fuit Dominus cum Ioſaphat, quia ambulauit in vijs Dauid patris ſui primis: & non ſperauit in Baalim, ſed in Deo patris ſui, & perrexit in præceptis illius, & non iuxta peccata Iſrael. Confirmauitq́; Dominus regnum in manu B eius: & dedit omnis Iuda munera Ioſaphat: factæq́; ſunt ei in finitæ diuitiæ, & multa gloria. Cumq́; ſumpſiſſet cor eius audaciam propter vias Domini, etiam excelſa & lucos de Iuda abſtulit. Tertio autem anno regni ſui miſit de principibus ſuis Ben-hail, & Obdiã, & Zachariam, & Nathanael, & Michæam, vt docerẽt in ciuitatibus Iuda: & cũ eis Leuitas, Semeiam, & Nathaniam, & Zabadiam, Aſael quoq; & Semiramoth & Ionathan, Adoniamq́; & Tobiam & Thobadoniã Leuitas: & cum eis Eliſama & Ioram ſacerdotes: docebantq́ue populum in Iuda, habentes librum legis Domini: & circuibant cunctas vrbes Iuda, atq; erudiebant populum. Itaq; factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum C quæ erant per gyrũ Iuda, nec audebant bellare cõtra Ioſaphat. Sed & Philiſthæi Ioſaphat munera deferebãt, & vectigal argenti: Arabes quoq; adducebant pecora arietum, ſeptẽ millia ſeptingentos, & hircos totidem. Creuit ergo Ioſaphat, & magnificatus eſt vſq; in ſublime: atque ædificauit in Iuda domos adinſtar turriũ, vrbesq́; muratas. Et multa opera parauit in vrbibus Iuda: viri quoque bellatores, & robuſti erant in Ieruſalem, quorum iſte numerus per domos atq; familias ſingulorũ: In Iuda 'princeps' exercitus. Ednas dux, & cum eo 'princeps' robuſtiſsimi viri trecenta millia. Poſt hunc Iohanan princeps, & cum eo ducenta octoginta millia. Poſt illum quoq; Amaſias filius Zechri, conſecratus Domino, & cum eo, ducenta

centa millia virorum fortium. Hunc ſequebatur robuſtus ad prælia Eliada, & cum eo tenẽtium arcum & clypeum ducenta millia. Poſt iſtum etiam Iozabad: & cum eo centum octoginta millia expeditorum militum. Hi omnes erant ad manum regis, exceptis alijs quos poſuerat in vrbibus muratis, in vniuerſo Iuda.

S. Ioſaphat impio Achab affinitate iunctus, aſcendit cum eo contra Ramoth-Galaad. 400. pſeudoprophetis victoriã promittentibus, Michæas autem contrarium prophetans incarceratur, ſed Achab iuxta Michææ prophetiam in bello occiditur.

CAP. XVIII.

A 3.Re.22.a FVit ergo Ioſaphat dies & inclytus multum, & affinitate coniunctus eſt Achab.

Deſcenditq́ue poſt annos ad eum in Samariam: ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipſi & populo qui venerant cum eo: perſuaſitq́ue illi vt aſcendere t in Ramoth-Galaad. Dixitq́ue Achab rex Iſrael ad Ioſaphat regem Iuda, Veni mecum in Ramoth-Galaad. Cui ille reſpondit, Vt ego, & tu: ſicut populus tuus, ſic & populus meus: tecumq́ue erimus in bello. Dixit Ioſaphat ad regem Iſrael, Conſule obſecro in præ

B ſentiarum ſermonem Domini. Congregauit igitur rex Iſrael prophetarum quadringentos viros, & dixit ad eos, In Ramoth-Galaad ad bellandum ire debemus, an quieſcere? At illi, Aſcende, inquiunt, & tradet Deus in manu regis. Dixitq́ue Ioſaphat, Nunquid non eſt hic prophetes Domini, vt ab illo etiam requiramus? Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Eſt vir vnus à quo poſſumus quærere Domini voluntatem: ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum omni tempore: eſt autẽ Michæas filius Iemla. Dixitq́ue Ioſaphat, Ne loquaris rex hoc modo. Vocauit ergo rex Iſrael vnum de eunuchis, & dixit ei, Voca cito Michæam filium Iemla. Porrò rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda vterque ſedebant in ſolio ſuo, veſtiti cultu regio. ſedebant autẽ in area iuxta

C portã Samariæ, omneſq́; prophetæ vaticinabantur cõram eis. Sedecias verò filius Chanaana fecit ſibi cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriam, donec conteras eam. Omneſq́ue prophetæ ſimiliter propheta bant, atq; dicebant, Aſcende in Ramoth-Galaad, & proſperaberis, & tradet eos Dominus in manu regis. Nuntius autem qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi, En, verba omnium prophetarum vno ore bona regi annuntiant: quæſo ergo te vt & ſermo tuus ab eis non diſ-

D ſentiat, loquariſque proſpera. Cui reſpondit Michæas, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Deus meus, hoc loquar. Venit ergo ad regẽ. Cui rex ait, Michæa, ire debemus in Ramoth-Galaad ad bellandum, an quieſcere? Cui ille reſpondit, Aſcendite: cuncta enim proſpera euenient, & tradentur hoſtes in manus veſtras. Dixitq́ue rex, Iterum, atq; iterum te adiuro, vt mihi non loquaris, niſi quod verum eſt in nomine Domini. At ille ait, Vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus, ſicut oues abſque paſtore: & dixit Dominus, Non habẽt iſti dominos: reuertatur vnuſquiſque in domum ſuam in pace. Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat, Nónne dixi tibi quòd nõ prophetaret iſte mihi quicquam boni, ſed ea quæ mala ſunt? At ille, Idcirco, ait, audite verbum Domini, Vidi Dominum ſedentem in ſolio ſuo, & omnem exercitum cœli aſsiſtentem ei à dextris & à ſiniſtris. Et dixit Dominus, Quis de- E cipiet Achab regem Iſrael, vt aſcendat & corruat in Ramoth-Galaad? Cumq́; diceret vnus hoc modo, & alter alio: proceſsit ſpiritus, & ſtetit coram Domino, & ait, Ego decipiam eum. Cui Dominus, In quo, inquit, decipies? At ille reſpondit, Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omnium prophetarum eius. Dixitq́ue Dominus, Decipies, & prævalebis: egredere & fac ita. Nunc igitur, ecce Dominus dedit ſpiritum mẽdacij in ore omnium prophetarum tuorum: & Dominus locutus eſt de te mala. Acceſsit autem Sedecias filius Chanaana, & percuſsit Michææ maxillam, & ait, Per quam viam tranſiuit Spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi? Dixitq́ue Michæas, Tu ip- F ſe videbis in die illo, quando ingreſſus fueris cubiculum de cubiculo, vt abſcondaris. Præcepit autem rex Iſrael, dicẽs, Tollite Michæam, & ducite eum ad Amon principem ciuitatis, & ad Ioas filium Amélech. Et dicetis, Hæc dicit rex, Mittite hunc in carcerem, & date ei panis modicum & aquæ pauxillum, donec reuertar in pace. Dixitq́ue Michæas, Si reuerſus fueris in pace, non eſt locutus Dominus in me. Et ait, Audite omnes populi. Igitur aſcenderunt rex Iſrael, & Ioſaphat rex Iuda in Ramoth-Galaad. Dixitq́; rex Iſrael ad Ioſaphat, Mutabo habitum, & ſic ad pugnam vadam: tu autem induere veſtibus tuis. Mutatoq́; rex Iſrael habitu, venit ad bellum. Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus ſui, dicens, Ne pugnetis contra minimum, aut contra maximum, niſi contra ſolum regem Iſrael. Itaq; G cùm vidiſſent principes equitatus Ioſaphat, dixerũt, Rex Iſrael eſt iſte. Et circundederunt eum dimicantes: at ille clamauit ad Dominũ, & auxiliatus eſt ei, atque auertit eos ab illo. Cũ enim vidiſſent duces æquitatus quod non eſſet rex Iſrael, reliquerunt eum. Accidit autẽ vt vnus è populo ſagittam in incertum iaceret, & percuteret regem Iſrael inter ceruicem & ſcapulas: at ille aurigæ ſuo ait, Conuerte manum tuam, & educ me de acie, quia vulnera-

tus sum. Et finita est pugna in die illo: porrò rex Israel stabat in curru suo contra Syros vsque ad vesperã, & mortuus est occidente sole.

S. *Iosaphat à Iehu propheta correptus de præstito auxilio Achab, constitutos à se iudices admonet de seruanda iustitia, & Leuitas de promouendo cultu diuino, populoq; rectè instituendo.*

CAP. XIX.

A Reuersus est autem Iosaphat rex Iuda in domum suam pacificè, in Ierusalem. Cui occurrit Iehu filius Hanani Videns, & ait ad eum, impio præbes auxilium, & his qui oderunt Dominum amicitia iungeris: & idcirco iram quidem Domini merebaris: sed bona opera inuenta sunt in te, eo quod abstuleris lucos de terra Iuda, & præparaueris cor tuũ vt requireres ▹Dominum' Deum ▹patrum tuorum'. Habitauit ergo Iosaphat in Ierusalem: rursumq; egressus est ad populum de Ber-sabee vsq; ad montem Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum Deum patrũ B suorum. Constituitq; iudices terrræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis, per singula loca, & præcipiens iudicibus, Videte, ait, quid faciatis: non enim hominis exercetis iudicium, sed Domini: & quodcunque iudicaueritis, in vos redũdabit. Sit timor Domini vobiscũ: & cũ diligentia cuncta facite: non est enim apud Dominum Deũ nostrum iniquitas, ‖nec personarum acceptio, nec cupido munerum. In C Ierusalem quoq; constituit Iosaphat Leuitas & sacerdotes & principes familiarum ex Israel, vt iudicium & causam Domini iudicarent habitatoribus eius. Præcepitq; eis, dicẽs, Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto. Omnem causam quæ venerit ad vos fratrum vestrorum qui habitant in vrbibus suis, inter cognationẽ & cognationem, vbicunque quæstio est de lege, de mandato, de ceremonijs, de iustificationibus: ostẽdite eis, vt non peccent in Dominum, & ne veniat ira super vos & super fratres vestros: sic ergo D agentes nõ peccabitis. Amarias autem sacerdos & pontifex vester, in his quæ ad Deum pertinent, præsidebit: porrò Zabadias filius Ismahel, qui est dux in domo Iuda, super ea opera erit quæ ad regis officium pertinent: habetisq; magistros Leuitas coram vobis, confortamini, & agite diligenter: & erit Dominus "vobiscum in bonis'.

▹.4. ▹.3. Deu.10.d. Roma.2.b. Galat.2.b. Ephe.6.b. Colos.3.d. Acto.10.d. 1.Pet.1.c. "cũ bonis.4.

S. *Ammonitis, Moabitis, ac Syris contra Iosaphat insurgentibus, ipse prædicato ieiunio vnà cum populo suo supplex ad Deum confugit, sicq; ab eis se mutuò cædentibus liberatus spolia colligit, verum ob fœdus cum impio Ochozia à propheta corripitur.*

CAP. XX.

Post hæc congregati sunt filij Moab, & A filij Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Iosaphat, vt pugnarent contra eum. Veneruntque nuntij, & indicauerunt Iosaphat, dicentes, Venit contra te multitudo magna de his locis quæ trans mare sunt, & de Syria, & ecce consistunt in Asason-thamar, quæ est En-gaddi. Iosaphat autem timore perterritus, totum se contulit ad rogandum Dominũ: & prædicauit ieiunium vniuerso Iuda. Congregatusq; est Iudas ad deprecandum Dominum: sed & omnes de vrbibus suis venerunt ad obsecrandum eum. Cumque stetisset Iosa- B phat in medio cœtu Iudæ, & Ierusalem, in domo Domini ante atrium nouum, ait, Domine Deus patrum nostrorum, tu es Deus in cœlo, & dominaris cunctis regnis gentium: in manu tua est fortitudo & potentia, nec quisquã tibi potest resistere. Nónne tu Deus noster interfecisti omnes habitatores terræ huius corã populo tuo Israel, & dedisti eam semini Abraham amici tui in sempiternum? Habitaueruntque in ea, & extruerunt in illa sanctuarium nomini tuo, dicentes, ‖Si irruerint super nos mala, gladius iudicij, pestilentia, & fames, stabimus coram domo hac in cõspectu tuo, in qua inuocatum est nomen tuum: & clamabimus ad te in tribulationibus nostris, & exaudies, saluosque facies. Nunc igitur ecce filij Ammon, & Moab, & mons Seir, ‖per quos non concessisti *Israel vt transirent quando egrediebantur de Aegypto, sed declinauerunt ab eis, & nõ interfecerunt illos: econtrario agunt, & nituntur eijcere nos de possessione quam tradidisti nobis. Deus noster, ergo non iudicabis eos? C In nobis quidem non est tanta fortitudo, vt possimus huic multitudini resistere, quæ irruit super nos. Sed cùm ignoremus quid agere debeamus, hoc solũ habemus residui, vt oculos nostros dirigamus ad te. Omnis verò Iuda stabat corã Domino cũ paruulis, & vxoribus, & liberis suis. Erat autẽ Iahaziel filius Zachariæ, filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Mathaniæ, Leuites de filijs Asaph, super quem factus est Spiritus Domini in medio turbæ, & ait, Attendite omnis Iuda, & qui habitatis in Ierusalem, & tu rex Iosaphat: hæc dicit Dominus vobis, Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem: non est enim vestra pugna, sed Dei. Cras "descendetis' contra eos: ascensuri enim sunt per cliuũ nomine Sis, & inuenietis illos in summitate torrentis, qui est contra solitudinẽ Ieruel. Non eritis vos qui dimicabitis, sed D tantummodo confidenter state, & videbitis auxilium Domini super vos, ô Iuda, & Ierusalem: nolite timere, nec paueatis: cras egrediemini contra eos, & Dominus erit vobis-

Sup.6.d. Deu.2.d. *filijs.12. "ascendetis.13

cum

cum. Iosaphat ergo, & Iuda, & omnes habitatores Ierusalem ceciderunt proni in terram coram Domino, & adorauerunt eum. Porrò Leuitæ de filijs Caath, & de filijs Core laudabant Dominum Deum Israel voce magna, in excelsum. Cumq; manè surrexissent, egressi sunt per desertum Thecua: profectisque eis, stans Iosaphat in medio eorum, dixit, Audite me ▹viri' Iuda, & omnes habitatores Ierusalem, credite in Domino Deo vestro, & securi eritis: credite prophetis eius, & cuncta euenient prospera. Deditque consilium populo, & statuit cantores Domini, vt laudarẽt eum in turmis suis, & antecederent exercitum, ac voce consona dicerent, Confitemini Domino quoniam in æternum misericordia eius. E Cumque cœpissent laudes canere, vertit Dominus insidias eorum in semetipsos, filiorum scilicet Ammon, & Moab, & montis Seir, qui egressi fuerant vt pugnarent contra Iudam, & percussi sunt. nanque filij Ammon, & Moab consurrexerunt aduersum habitatores montis Seir, vt interficerent, & delerent eos: cumque hoc opere perpetrassent, etiam in semetipsos versi, mutuis concidere vulneribus. Porrò Iuda cùm venisset ad "speluncam' quæ respicit solitudinem, vidit procul omnem latè regionem plenam cadaueribus, nec superesse quenquam qui necem potuisset euadere. Venit ergo Iosaphat, & omnis populus cum eo ad detrahenda spolia mortuorum: inueneruntque inter cadauera, variam supellectilem, vestes quoque, & vasa pretiosissima: & diripuerunt, ita vt omnia portare non possent, nec per tres dies spolia auferre præ F prædæ magnitudine. Die autem quarto congregati sunt in Valle-benedictionis: etenim quoniam ibi benedixerant Domino, vocauerunt locum illum Vallis-benedictionis, vsque in præsentem diem. Reuersusque est omnis vir Iuda, & habitatores Ierusalem, & Iosaphat ante eos in Ierusalem cũ lætitia magna, eo quod dedisset eis Dominus gaudium de inimicis suis. Ingressique sunt in Ierusalem cum psalterijs, & citharis, & tubis in domum Domini. Irruit autem pauor Domini super vniuersa regna terrarum, cùm audissent quod pugnasset Dominus contra inimicos Israel. Quieuitque regnum Iosaphat, & præbuit ei Deus pacem per circuitum. Regnauit igitur Iosaphat super Iudam, & erat trigintaquinque annorum cum regnare cœpisset: viginti autem & quinque annis regnauit in Ierusalẽ: & nomen matris eius Azuba filia Selahi. Et ambulauit in via patris sui Asa, nec declinauit ab ea, faciens quæ placita erant corã Domino. G Veruntamen excelsa non abstulit, & adhuc populus non direxerat cor suũ ad Dominum

▹.13. "speculam.1

Deum patrum suorum. Reliqua autem gestorum Iosaphat priorum & nouissimorum, scripta sunt in verbis Iehu filij Hanani, quæ digessit in libros regum Israel. Post hæc inijt amicitias Iosaphat rex Iuda cum Ochozia rege Israel, cuius opera fuerunt impijssima, Et particeps fuit vt faceret naues quæ irent in Tharsis: feceruntque classem in Asion-gaber. Prophetauit autem Eliezer filius Dodau de Maresa ad Iosaphat, dicens, Quia habuisti fœdus cum Ochozia, percussit Dominus opera tua, contritæque sunt naues, nec potuerunt ire in Tharsis.

S. *Impius Ioram filius Iosaphat occidit fratres suos, & quosdam principes Iuda, cui Elias per literas pessimam ægritudinẽ, ac mortem, & domus suæ ac regni direptionem prædixit, quæ tandem subsequuta sunt.*

CAP. XXI.

‖Dormiuit autem Iosaphat cum patri- A bus suis, & sepultus est cum eis in Ciuitate-Dauid: regnauitq; Ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres filios Iosaphat, Azariam, & Iahiel. & Zachariam & Azariam, & Michael, & Saphatiam: omnes hi, filij Iosaphat regis Iuda. Deditq; eis pater suus multa munera argenti, & auri, & "pensationes' cum ciuitatibus munitissimis in Iuda, regnum aũt tradidit Iorã: eo quod esset primogenitus. Surrexit autem Ioram super regnum patris sui: cumq; se confirmasset, occidit omnes fratres suos gladio, & quosdam de principibus Israel. ‖Trigintaduorum annorum erat Iorã cùm regnare cœpisset: & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitq; in vijs regum Israel, sicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat vxor eius: & fecit malum in conspectu Domi B ni. Noluit autẽ Dominus disperdere domum Dauid propter pactum quod inierat cum eo: & quia promiserat vt daret ei lucernam, & filijs eius omni tempore. ‖In diebus illis rebellauit Edom, ne esset subditus Iudæ, & cõstituit sibi regem. Cumq; transisset Ioram cum principibus suis, & cuncto equitatu qui erat secũ, surrexit nocte, & percussit Edõ qui se circundederat, & omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit Edom, ne esset sub ditione Iuda, vsq; ad hanc diem: eo tempore & Lobna recessit, ne esset sub manu illius. Dereliquerat enim Dominum Deum patrum suorũ, insuper & excelsa fabricatus est in vrbibus Iuda, & fornicari fecit habitatores Ierusalẽ, & præuaricari Iudam. Allatæ sunt autẽ ei literæ ab Elia C propheta, in quibus scriptum erat, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Quoniam non ambulasti in vijs Iosaphat patris tui, & in vijs Asa regis Iuda, sed incessisti per iter regum Israel, & fornicari fecisti Iudam, & habi-

3.Re.22.g. "pensitationes.3. 4.Re.8.e. 4.Reg.8.f

tatores

Universidad de Deusto Biblioteca

tatores Ieruſalem, imitatus fornicationem domus Achab: inſuper & fratres tuos domũ patris tui, meliores te occidiſti: ecce Dominus percutiet te plaga magna cũ populo tuo, & filijs, & vxoribus tuis, vniuerſaq́ue ſubſtantia tua.tu autem ægrotabis peſsimo languore vteri tui, donec egrediantur vitalia tua paulatim per ſingulos dies.

Suſcitauit ergo Dominus contra Ioram ſpiritum Philiſthinorum,& Arabum,qui cõfines ſunt Aethiopibus.& aſcẽderunt in terrã Iuda,& vaſtauerunt eam: diripueruntq́; cunctam ſubſtantiam quæ inuenta eſt in domo regis,inſuper & filios eius, & vxores: nec remanſit ei filius,Niſi Ioachaz, qui minimus natu erat. Et ſuper hæc omnia percuſsit eũ Dominus aliũ languore inſanabili. Cũq́; diei ſuccederet dies, & temporum ſpacia voluerẽtur, duorum annorum expletus eſt circulus:& ſic longa conſumptus tabe,ita vt egereret etiam viſcera ſua,lãguore pariter,& vita caruit.Mortuusq́; eſt in infirmitate peſsima,& non fecit ei populus ſecundũ morem cõbuſtionis exequias, ſicut fecerat maioribus eius. Triginta-duorum annorum fuit cùm regnare cœpiſſet: & octo annis regnauit in Ieruſalem. Ambulauitq́; non rectè,& ſepelierunt eum in Ciuitate-Dauid: veruntamen nõ in ſepulchro regũ.

S. Impium Ochoziam filium Ioram occidit Iehu, ſimul & Ioram regem Iſrael: occidente autem Athalia filios regis, ſeruauit Ioſabeth Ioas natu minimum.

CAP. XXII.

A Conſtituerunt autem habitatores Ieruſalem Ochoziam filium eius minimũ, 4.Re.8.f.
regem pro eo:omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerãt,interfecerant latrones Arabum,qui irruerant in caſtra: regnauitq́ue Ochozias filius Ioram regis Iuda. Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cùm regnare cœpiſſet, & vno anno regnauit in Ieruſalem:& nomen matris eius Athalia filia Amri. Sed & ipſe ingreſſus eſt per vias domus Achab: mater enim eius impulit eum vt impie
B ageret. Fecit igitur malum in conſpectu Domini,ſicut domus Achab:ipſi enim fuerunt ei conſiliarij poſt mortem patris ſui,in interitũ eius. Ambulauitq́; in conſilijs eorum. Et perrexit cum Ioram filio Achab rege Iſrael,in bellum contra Hazael regem Syriæ,in Ramoth-Galaad: vulneraueruntq́; Syri Ioram. Qui reuerſus eſt vt curaretur in Iezrahel: multas enim plagas acceperat in ſupradicto certamine. Igitur Ochozias filius Ioram rex Iuda, deſcendit vt inuiſeret Ioram filium Achab in
C Iezrahel ægrotantem. Voluntatis quippe fuit Dei aduerſus Ochoziam,vt veniret ad Ioram:
▷.2. & cùm veniſſet, ▷&' egrederetur cum eo aduerſum Iehu filium Namſi, quem vnxit Dominus,vt deleret domum Achab. Cùm ergo euerteret Iehu domum Achab,inuenit principes Iuda,& filios fratrum Ochoziæ, qui miniſtrabant ei, & interfecit illos. Ipſum quoque perquirens Ochoziam,comprehendit latitantem in Samaria:adductumq́; ad ſe, occidit, & ſepelierũt eum: eo quòd eſſet filius Ioſaphat, D
qui quæſierat Dominum in toto corde ſuo. nec erat vltrà ſpes aliqua vt de ſtirpe quis regnaret Ochoziæ. ‖ſiquidem Athalia mater eius videns quod mortuus eſſet filius ſuus,ſurrexit, & interfecit omnem ſtirpem regiam domus 'Ioram'. Porrò Ioſabeth filia regis tulit 4.Re.11.a.
'Iudas.
Ioas filium Ochoziæ, & furata eſt eum de medio filiorum regis,cùm interficerentur:abſconditq́ue eum cum nutrice ſua in cubiculo lectulorum: Ioſabeth autem quæ abſconderat eum,erat filia regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis,ſoror Ochoziæ.& idcirco Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cũ eis in domo Dei abſconditus ſex annis, quibus regnauit Athalia ſuper Terram.

S. Ioiada pontifex vnxit Ioas in regem Iuda, curauitq́; vt Athalia occideretur, & cultus Dei reſtitueretur, populus autem deſtruit domum, altaria ac ſimulachra Baal.

CAP. XXIII.

A Nno autem ſeptimo cõfortatus Ioiada, aſſumpſit centuriones, Azariam A
videlicet filium Ieroham, & Iſmahel 4.Re.11.a
filium Iohanan,Azariam quoq; filium Obed, & Maaſiam filium Adaiæ,& Eliſaphat filium Zechri:& inijt cum eis fœdus. Qui circumeũtes Iudam, congregauerunt Leuitas de cunctis vrbibus Iuda,& principes familiarum Iſrael: veneruntq́; in Ieruſalẽ. Inijt ergo omnis multitudo pactum in domo Dei cum rege:dixitq́; ad eos Ioiada, Ecce filius regis regnabit, ſicut locutus eſt Dominus,ſuper filios Dauid. Iſte eſt ergo ſermo quem facietis. Tertia pars veſtrum qui veniunt ad Sabbathum,ſacerdotum, & Leuitarum, & ianitorum erit in portis:tertia verò pars ad domum regis: & tertia ad portam quæ appellatur Fundamenti:omne verò reliquum vulgus ſit in atrijs domus Domini. Nec quiſpiam alius ingrediatur domum Domini, niſi ſacerdotes, & qui miniſtrãt de Leuitis: ipſi tantummodo ingrediantur, quia ſanctificati ſunt: & omne reliquum
B vulgus obſeruet cuſtodias Domini. Leuitæ autem circundent regem,habentes ſinguli arma ſua: (& ſi quis alius ingreſſus fuerit templum,interficiatur) ſintq́; cum rege & intrante & egrediente. Fecerũt ergo Leuitæ, & vniuerſus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex:& aſſumpſerunt ſinguli viros qui ſub ſe

ſub ſe erant, & veniebant per ordinem ſabbathi,cum his qui impleuerant ſabbathum,& egreſſuri.9 'egreſſi'erant. ſiquidem Ioiada pontifex non dimiſerat abire tũrmas, quæ ſibi per ſingulas hebdomadas ſuccedere cõſueuerant. Deditq́; Ioiada ſacerdos centurionibus lanceas, clypeoſq́; & peltas regis Dauid quas conſecrauerat in domo Domini. Conſtituitq́; omnem populum tenentium pugiones à parte tẽpli dextra,vſq; ad partem templi ſiniſtram corã altari,& templo,per circuitum regis. Et eduxerũt
C ▷.13. filium regis, & impoſuerunt ei diadema, ▷& ▷.1. teſtimonium', ▷ dederuntq́ue in manu eius tenendam legem':& conſtituerunt eum regẽ: vnxit quoque illum Ioiada pontifex, & filij eius:imprecatiq́ue ſunt ei,atque dixerunt,Viuat rex. Quod cùm audiſſet Athalia,vocẽ ſcilicet currentium atq; laudantium regem, ingreſſa eſt ad populum in templum Domini. Cumq́; vidiſſet regem ſtantem ſuper gradum in introitu,& principes, turmaſq́; circa eum, omnemq́; populum terræ gaudentem, atque clangentem tubis, & diuerſi generis organis concinentem, vocemq́ue laudantium, ſcidit veſtimẽta ſua,& ait, Inſidiæ,inſidiæ. Egreſſus autem Ioiada pontifex ad centuriones & principes exercitus, dixit eis, Educite illam extra ſepta templi,& interficiatur foris gladio. Præcepitq́; ſacerdos ne occideretur in domo Domini. Et impoſuerunt ceruicibus eius manus: cumq́; intraſſet portam equorũ domus regis, D
interfecerũt eam ibi. Pepigit autem Ioiada fœdus inter ſe,vniuerſumque populum & regẽ, vt eſſet populus Domini. Itaq; ingreſſus eſt omnis populus domum Baal,& deſtruxerunt eam:& altaria ac ſimulachra illius confregerunt:Mathan quoque ſacerdotem Baal interfecerunt ante aras. Conſtituit autem Ioiada præpoſitos in domo Domini,ſub manibus ſacerdotum & Leuitarum, quos diſtribuit Dauid in domo Domini: vt offerrent holocauſta libro.13.
Domino,ſicut ſcriptum eſt in lege'Moyſi, in gaudio & canticis, iuxta diſpoſitionẽ Dauid. Conſtituit quoq; ianitores in portis domus Domini,vt non ingrederetur eam immundus in omni re. Aſſumpſitq́ue centuriones & fortiſsimos viros ac principes populi, & omne vulgus terræ, & fecerunt deſcendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ ſuperioris in domum regis,& collocauerunt eum in ſolio regali. Lætatusq́ue eſt omnis populus Terræ,& vrbs quieuit:porrò Athalia interfecta eſt gladio.

S. Ioas viuente Ioiada bonus ac pius, iuſsit ad ſarta tecta templi congregari pecuniam, deinde factus impius iubet occidi Zachariam filium Ioiadæ: Iuda & Ieruſalem à Syrijs diripiuntur, & Ioas à ſeruis ſuis occiditur.

CAP. XXIIII.

S Eptem annorum erat Ioas cùm regnare A
cœpiſſet:& quadragina annis regnauit in 4.Re.12.a.
Ieruſalem: nomen matris eius Sebia de Ber-ſabee. Fecitq́ue quod bonum eſt coram Domino cunctis diebus Ioiadæ ſacerdotis. Accepit autem ei Ioiada vxores duas,è quibus genuit filios & filias. Poſt quæ placuit Ioas vt inſtauraret domum Domini. Congregauitq́ue ſacerdotes & Leuitas,& dixit eis, Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerſo Iſrael pecuniam ad ſartatecta templi Dei 'noſtri', per ſingulos annos, feſtinatoq́ue hoc facite:porrò Leuitæ egêre negligentius. Vocauitq́; rex Ioiadam principem,& dixit ei, Quare tibi non fuit curæ vt cogeres Leuitas inferre de Iuda,& de Ieruſalem pecuniam quæ conſtituta eſt à Moyſe ſeruo Domini,vt inferret eam omnis multitudo Iſrael in tabernaculũ teſtimonij? Athalia enim impijſsima,& filij eius deſtruxerunt domum Dei, & de vniuerſis quæ ſanctificata fuerant in templo Domini, orauerunt phanum baalim. Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam: poſueruntq́ue eam iuxta portam *Domini foriſecus. Et prædicatum *domus.
eſt in Iuda & Ieruſalem vt deferrent ſinguli pretium Domino, quod ‖conſtituit Moyſes Exo.30.b.
ſeruus Dei ſuper omnem Iſrael,in deſerto. Lætatiq́ue ſunt cuncti principes, & omnis populus:& ingreſſi contulerunt in arcam Domi- ▷.1.
ni',atque miſerunt, ita vt implerẽtur. Cumq́ue tempus eſſet vt deferrent arcam coram rege per manus Leuitarum (videbant enim multam pecuniã) ingrediebatur ſcriba regis, & quem primus ſacerdos conſtituerat:effundebantq́ue pecuniam quæ erat in arca: porrò arcam reportabant ad locum ſuum:ſicq́ue faciebant per ſingulos dies,& congregata eſt infinita pecunia. Quam dederunt rex & Ioiada his qui præerant operibus domus Domini:at illi conducebant ex ea cæſores lapidum, & artifices operum ſingulorum, vt inſtaurarẽt domum Domini:fabros quoque ferri & æris: vt quod cadere cœperat, fulciretur. Egeruntq́ue D
hi qui operabantur induſtriè, & obducebatur parietum cicatrix per manus eorum:ac ſenſim tauerunt domum Domini in ſtatum priſtinum,& firmiter eam ſtare fecerunt. Cumq́ue compleſſent omnia opera, detulerunt coram rege & Ioiada reliquam partem pecuniæ: de qua facta ſunt vaſa templi in miniſterium ad holocauſta,phialæ quoque,& cætera vaſa aurea & argentea:& offerebantur holocauſta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ.

Senuit autẽ Ioiada plenus dierum,& mor- E
tuus eſt cùm eſſet centum triginta annorum: ſepelieruntq́ue eum in Ciuitate-Dauid cum regibus,

regibus, eo quòd fecisset bonum cum Israel, & cum domo eius. Postquam autẽ obijt Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerunt regem: qui delinitus obsequijs eorum, ac quieuit eis. Et dereliquerunt templum Domini Dei patrum suorum, seruieruntque lucis & sculptilibus: & facta est ira contra Iudam & Ierusalem propter hoc peccatum. Mittebatq; eis prophetas, vt reuerterẽtur ad Dominum: quos protestantes, illi audire nolebant. Spiritus itaque Dei induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit in conspectu populi, F & dixit eis, Hæc dicit Dominus Deus. Quare transgredimini præceptum Domini, quod vobis non proderit: & dereliquistis Dominum, vt derelinqueret vos? Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis imperiũ, in atrio domus Domini. Et non est recordatus Ioas rex, misericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filium eius. Matt.23.d. ‖Qui cùm moreretur, ait, Videat Dominus & requirat.

Cumq; euolutus esset annus, ascendit contra eum exercitus Syriæ: venitque in Iudam & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atque vniuersam prædam miserunt re G gi in Darmascum. Et certe cùm permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem: eo quòd dereliquissent Dominum Deũ patrum suorum: in Ioas quoque ignominiosa exercuere iudicia. Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis. surrexerunt autẽ contra eum serui sui, in vltionem sanguinis filij Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo, & mortuus est: sepelieruntq; eum in Ciuitate-Dauid, sed non in sepulchris regum. Insidiati verò sunt ei Zabad filius Semaath Ammanitidis, & Iozabad filius Semarith Moabitidis. Porrò filij eius, ac summa pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in Libro regũ: regnauit aũt Amasias filius eius pro eo.

S. *Amasias patri Ioas succedens interfecit eos qui patrem occiderant, & post habitã de Idumæis victoriã, adorauit deos illorũ, & ob id capitur à Ioas rege Israel quẽ ad prælium prouocauerat, ac Ierusalẽ deripitur, tãdemq; Ioas in Lachis fugiens occiditur.*

CAP. XXV.

A 4.Re.14.a VIgintiquinque annorũ erat Amasias cùm regnare cœpisset, & vigintinouẽ annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius "Ioiadan' de Ierusalem. ("Ioadan.2.) Fecitq; bonum in conspectu Domini, veruntamen non in corde perfecto. Cumque roboratum sibi videret imperium iugulauit seruos qui occiderant regem patrem suum. Sed filios eorũ non interfecit, sicut scriptum est in Libro legis Moysi, vbi præcepit Dominus, dicens, ‖Non occidentur patres pro filijs, neque filij pro patribus suis: sed vnusquisq; in suo peccato morietur. (Deu.24.c. 4.Re.4.b. Ezec.18.c.) Congregauit igitur Amasias Iudam, & B constituit eos per familias, tribunosq; & centuriones in vniuerso Iuda & Ben-iamin: & recensuit à viginti annis sursum, inuenitque "triginta' millia iuuenum qui egrederentur ad pugnam, ("trecenta.1.) & tenerent hastam & clypeum. Mercede quoque conduxit de Israel centum millia robustorum, centum talentis argenti. Venit autem homo Dei ad illum, & ait, O rex, ne egrediatur tecum exercitus Israel: non est enim Dominus cum Israel & cunctis filijs Ephráim. Quòd si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus: Dei quippe est & adiuuare, & in fugã conuertere. Dixitque Amasias ad hominem Dei, Quid ergo fiet de centum talẽtis quæ dedi mi- C litibus Israel? Et respondit ei homo Dei, Habet Dominus vnde tibi dare possit multo his plura. Separauit itaq; Amasias exercitum qui venerat ad eũ ex Ephráim, vt reuerteretur in locum suum: at illi contra Iudam vehemẽter irati, reuersi sunt in regionem suam. Porrò Amasias confidenter eduxit populum suum, & abijt in Vallem-salinarum, percussitque filios Seir, decem millia. Et alia decem millia viro- D rum ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptum cuiusdam petræ, præcipitaueruntque eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerunt. At ille exercitus quem remiserat Amasias, ne secum iret ad prælium, diffusus est in ciuitatibus Iuda, à Samaria vsque ad Beth-horon, & interfectis tribus millibus, diripuit prædam magnam. Amasias verò post cædem Idumæorum, & allatos deos filiorum Seir, statuit illos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat incensum. Quam ob rem iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illum prophetam, qui diceret ei, Cur adorasti deos qui non liberauerunt populum suum de manu tua? E Cumq; hæc ille loqueretur, respondit ei, Nũ consiliarius regis es? quiesce, ne interficiam te. Discedensque propheta, Scio, inquit, quòd cogitauerit Deus occidere te, quia fecisti hoc malum, & insuper non acquieuisti consilio meo. Igitur Amasias rex Iuda inito pessimo consilio, misit ad Ioas filium Ioachaz filij Iehu regem Israel, dicens, Veni, videamus nos mutuo. At ille remisit nuntios, dicens, Carduus qui est in Libano misit ad cedrum Libani, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorẽ: & ecce, bestiæ quæ erant in sylua Libani transierunt, & conculcauerunt carduum. F Dixisti, Percussi Edom: & idcirco erigitur cor tuum in superbiã, sede in domo tua, cur malum aduersum te prouocas, vt cadas & tu & Iudas tecum?

(*autem. 1.) cum? Noluit *audire Amasias, eo quòd Domini esset voluntas vt traderetur in manus hostiũ propter deos Edom. Ascendit igitur Ioas rex Israel, & mutuos sibi præbuere conspectus: Amasias autem rex Iuda erat in Beth-sames Iudæ. Corruitque Iudas coram Israel, & fugit in tabernacula sua. Porrò Amasiam regem Iuda filium Ioas filij Ioachaz, cœpit Ioas rex Israel in Beth-sames, & adduxit in Ierusalem: destruxitque murum eius à porta Ephráim vsque ad portam anguli, quadringentis cu G bitis. Omne quoque aurum, & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo Dei, & apud Obed-edom, in thesauris etiam domus regiæ, necnon & filios obsidum reduxit in Samariam. Vixit autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israel, quindecim annis. Reliqua autem sermonum Amasiæ priorum & nouissimorum scripta sunt in libro regum Iuda & Israel. Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalem. Cumque fugisset in Lachis, miserunt, & interfecerunt eum ibi. Reportantesq; super equos, sepelierũt eum cum patribus suis in Ciuitate-Dauid.

S. *Oziæ filij Amasiæ pietas commendatur, qui aduersus Philisthijm Arabes & Ammonitas triumphat, multasq; extruit ciuitates, at postmodum ob nimiam fœlicitatẽ elatus præsumpsit incensum adolere, quam ob rem ad diem vsque mortis à Domino lepra percussus est, gubernante regnum filio Ioatham qui successit in regnum.*

CAP. XXVI.

A OMnis autem populus Iuda, filium eius Oziam annorum sedecim, constituit regem pro Amasia patre suo. Ipse ædificauit Ailath, & restituit eam ditioni Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis. Sedecim annorum erat Ozias cùm regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Iechelia de Ierusalem. Fecitq; quod erat rectum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater eius. Et exquisiuit Dominum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deũ: cumque requireret Dominum, direxit eum in omnibus. Denique egressus est, & pugnauit contra Philisthijm, & destruxit murum Geth, & murum Iabniæ, murumque Azoti: ædificauit quoque oppida in Azoto, & in Philisthijm. Et adiuuit eum Deus contra Philisthijm, & contra Arabes qui hibitabant in Gurbáal, & B contra Ammonitas. Appendebantque Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum est nomen eius vsque ad introitum Aegypti, propter crebras victorias. Aedificauitque Ozias turres in Ierusalem super portam anguli, & super portam vallis, & reliquas, in eodem muri latere, firmauitq; eas. Extruxit etiam turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo quòd haberet multa pecora tam in campestribus, quàm in eremi vastitate: vineas quoque habuit & vinitores in montibus & in Carmelo: erat quippe homo agriculturæ deditus. Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebant ad prælia sub manu Iehiel scribæ, Maasiæque doctoris, & sub manu Hananiæ qui erat de ducibus regis. Omnisque numerus principum per familias, virorum fortium, duorũ millium sexcẽtorum. Et sub eis vniuersus exercitus trecentorum & septem millium quingentorum: qui erant apti ad bella, & pro rege contra aduersarios dimicabant. Præparauit C quoque eis Ozias, id est cuncto exercitui, clypeos & hastas & galeas & loricas, arcusque, & fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in Ierusalẽ diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, vt mitterent sagittas, & saxa grandia: egressumque est nomen eius procul, eo quòd auxiliaretur ei Dominus, & corroborasset illum. Sed cùm roboratus esset, eleuatũ est cor eius in interitũ suũ, & neglexit Dominum Deum suum: ingressusque templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis. Statimq; ingressus post eum Azarias sacerdos, & cũ eo sacerdotes Domini "octoginta', viri fortissimi, ("septuaginta 11.) restiterunt regi, atque dixerunt, Nõ est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino: sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium: egredere de sanctuario, ne contempseris: quia non reputabitur tibi in gloriam hoc à Domino Deo. Iratusque Ozias, & tenens in manu D thuribulum vt adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statimq; orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus, in domo Domini super altare thymiamatis. Cumq; respexisset eũ Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & festinatò expulerunt eum. Sed & ipse perterritus accelerauit egredi, eo quòd sensisset ilico plagam Domini. ‖Fuit igitur Ozias rex leprosus vsq; 4.Re.15.a. ad diem mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam eiectus fuerat de domo Domini. Porrò Ioathã filius eius rexit domum regis, & iudicabat populum terræ. Reliqua autem sermonum Oziæ priorum & nouissimorum scripsit Isaias filius Amos, propheta. Dormiuitq; Ozias cum patribus suis, & sepelierũt eum in agro regalium sepulchrorum, eo quòd esset leprosus: regnauitque Ioatham filius eius pro eo.

S. *Ioatham pietas commẽdatur, qui deuicto rege Ammon*

Universidad de Deusto Biblioteca

Ammon magnam ab eo mulctam accepit, cui succedit impius filius Achaz.

CAP. XXVII.

A 4.Re.15.g VIgintiquinque annorum erat Ioathã cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Ieruſa filia Sadoc. Fecitque quod rectum erat coram Domino iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus, excepto quòd non est ingressus templum Domini: & adhuc po-
B pulus delinquebat. Ipse ædificauit portam domus Domini excelsam: & in muro Ophel multa construxit. Vrbes quoq; ædificauit in mon-
C tibus Iuda: & in saltibus castella, & turres. Ipse pugnauit contra regem filiorum Ammon, & vicit eos: dederuntq; ei filij Ammon in tempore illo centum talenta argenti, & decẽ millia coros tritici, ac totidem coros hordei: hæc ei præbuerunt filij Ammon in anno secundo & tertio. Corroboratusque est Ioatham, eo quòd direxisset vias suas corã Domino Deo
D suo. Reliqua autem sermonum Ioatham, & omnes pugnæ eius, & opera, scripta sunt in libro regum Israel & Iuda. Vigintiquinque annorum erat cùm regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Dormiuitq; Ioatham cũ patribus suis, & sepelierunt eum in Ciuitate-Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

S. Propter scelera Achaz multipliciter affligitur Iuda, primum ab Assyrijs, deinde à filijs Israel, qui ob id crudelitatis arguti à propheta, remittunt Iudæos captiuos cum præda, rursum etiam ab Idumæis & Philistæis: Achaz tamẽ post omnem plagam adhuc auget impietatem, cui pius succedit filius Ezechias.

CAP. XXVIII.

A 4.Re.16.a VIginti annorum erat Achaz cùm regnare cœpisset: & sedecim annis regnauit in Ierusalem: non fecit rectum in conspectu Domini sicut Dauid pater eius. Sed ambulauit in vijs regum Israel, insuper & statuas fudit baalim. Ipse est qui adoleuit incẽsum in Valle-benennõ: & lustrauit filios suos in igne iuxta ritum gentium, quas interfecit Dominus in aduentu filiorum Israel. Sacrificabat quoq;, & thymiama succendebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. Tradiditque eum Dominus Deus eius in manus regis Syriæ, qui percussit eum, magnamque prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Darmascum: manibus quoque regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi. Occiditq; Phacee filius Romeliæ, de Iuda centum viginti millia in die vno, omnes viros bellatores: eo quòd reliquissent Dominum Deum patrum suorum. Eodem tempore occidit Zechri vir potens ex Ephraim, Maasiam filium regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanam quoq; secundum à rege. Ceperuntque filij Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorum, & puellarum, & infinitam prædam: pertuleruntq; eam in Samariam. Ea B tempestate erat ibi propheta Domini, nomine Obed: qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis, Ecce iratus Dominus Deus patrũ vestrorum contra Iudam, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos attrociter, ita vt ad cœlum pertingeret vestra crudelitas. Insuper filios Iuda, & Ierusalem vultis vobis subijcere in seruos, & ancillas, quod nequaquam facto opus est. peccastis enim super hoc Domino Deo vestro. Sed audite consilium meum, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris: quia magnus furor Domini imminet vobis. Steterũt itaq; viri de principibus filiorum Ephraim, Azarias filius Iohanan, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellum, & 'Amasias, 'Amasa. filius Hadali, contra eos qui veniebant de prælio, & dixerunt eis, Non introducetis huc captiuos, ne peccemus Domino. Quare vultis adijcere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? grande quippe peccatum est, & ira furoris Domini imminet super Israel. Dimiseruntq; viri bellatores prædam, & vniuersa quæ ceperant coram principibus & om- C ni multitudine. Steteruntq; viri quos suprà memorauimus: & apprehendentes captiuos, omnesq; qui nudi erant, vestierũt de spolijs: cumque vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo ac potu, vnxissentq; propter laborem, & adhibuissent eis curam: quicunque am bulare non poterant, & erant imbecillo corpore, imposuerunt eos iumentis, & adduxerunt *Iericho Ciuitatem-palmarũ ad fratres *Deut.34. eorum, ipsiq; reuersi sunt in Samariam. Tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorũ, postulans auxilium. Veneruntq; Idumæi, & percusserũt multos ex Iuda, & ceperunt prædam magnam. Philisthijm quoq; diffusi sunt per vrbes campestres, & ad meridiem Iudæ: ceperuntq; Beth-sames, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoque, & Thamnan, & Gamzo cum viculis suis: & habitauerunt in eis. Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achas regem Iuda, eo quòd nudasset eum auxilio, & contemptui habuisset Dominũ. Ad- D duxitq; contra eum Thelgath-phalnasar regem Assyriorum, qui & afflixit eum, & nullo resistente vastauit. Igitur Achaz spoliata domo Domini, & domo regum, ac principum, dedit regi Assyriorum munera: & tamẽ nihil ei profuit. Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominum, ipse per se

per se rex Achaz, immolauit dijs Darmasci victimas percussoribus suis, & dixit, Dij regum Syriæ auxiliãtur eis, quos ego placabo hostijs, & aderunt mihi. cum econtrario ipsi fuerint ruinæ ei, & vniuerso Israel. Direptis itaq; A-
D.r.c. chaz omnibus' vasis domus Dei, atque confractis, clausit ianuas templi Dei: & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem. In omnibus quoque vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus, atque ad iracundiam prouocauit Dominum Deum patrum suorum. Reliqua autem sermonum eius, & omnium operum suorum priorum, & nouissimorũ scripta sunt in libro regum Iuda & Israel. Dormiuitque Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem: neque enim receperunt eum in sepulchra regum Israel. Regnauitque Ezechias filius eius pro eo.

S. Ezechias abolitum Dei cultum, aperto templo restituit, sacerdotibus, Leuitis & cãtoribus instaurauit: oblatis plurimis holocaustis & sacrificijs cum ingenti lætitia.

CAP. XXIX.

A 4.Re.18.a. IGitur Ezechias regnare cœpit, cùm vigintiquinque esset annorũ, & vigintinouem annis regnauit in Ierusalem: nomẽ matris eius Abia, filia Zachariæ. Fecitque quod erat placitum in conspectu Domini, iuxta omnia
'2.Pſe.2. quæ fecerat Dauid pater eius. 'Ipso' anno & mense primo regni sui aperuit valuas domus Domini, & instaurauit eas. Adduxitque sacer
'1.Parem.8. dotes, atque Leuitas, & cõgregauit eos in 'platea'm orientalem. Dixitque ad eos, Audite me Leuitæ, & sanctificamini, mundate domũ Domini Dei patrum vestrorum, & auferte omnẽ immunditiam de sanctuario. Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquentes eum: auerterunt facies suas à tabernaculo Domini, B & præbuerunt dorsum. Clauserunt ostia quæ erant in porticu, & extinxerunt lucernas: incensum que non adoleuerunt, & holocausta nõ obtulerunt in sanctuario Deo Israel. Concitatus est itaque furor Domini super Iudam & Ierusalem: tradiditque eos in commotionem, & in interitum, & in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris. En, corruerunt patres nostri gladijs: filij nostri, & filiæ nostræ, & cõiuges captiuæ ductæ sunt propter hoc scelus. Nunc ergo placet mihi vt ineamus fœdus cum Domino Deo Israel, & auertet à nobis furorem iræ suæ. Filij mei nolite negligere: vos elegit Dominus vt stetis coram eo, & ministretis illi, colatisque eum, & cremetis ei incensum. Surrexerunt ergo Leuitæ: Mahath filius Amasai, & Ioel filius Azariæ, de filijs Caath. C Porrò de filijs Merari: Cis filius Abdi, & Azarias filius Ialaleel. De filijs autem Gerson: Ioah filius Zemma, & Eden filius Ioah. At verò de filijs Elisaphan: Samri & Iahiel. De filijs quoque Asaph: Zacharias & Mathanias. Necnon de filijs Heman, Iahiel & Semei. sed & de filijs Idithun, Semeias & Oziel. Congregauerunt que fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi sunt iuxta mandatũ & regis imperium Domini, vt expiarent domum Dei. Sacerdotes quoque ingressi templum Domini vt sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam, quam intro repererant in vestibulo domus Domini: quam tulerunt Leuitæ, & asD portauerunt ad Torrẽtem-cedron foras. Cœperunt autem prima die mensis primi mundare, & in die octauo eiusdem mensis ingressi sunt porticum templi Domini: expiauerunt que templum diebus octo, & in die sextadecima mensis eiusdem, quod cœperant impleuerunt. Ingressi quoque sunt ad Ezechiam regẽ, & dixerunt ei, Sanctificauimus omnem domum Domini, & altare holocausti, vasaque eius, necnon & mensam propositionis cum omnibus vasis suis, cunctamque templi supellectilem quam polluerat rex Achaz in regno suo, postquam præuaricatus est: & ecce exposita sunt omnia coram altari Domini. Consurgensque diluculo Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & ascendit in domum Domini: obtuleruntque simul tauros septem, & arietes septem, agnos septem, & hircos septem pro peccato, pro regno, pro sanctuario, pro Iuda: dixitque sacerdotibus filijs Aaron vt offerrent super altare Domini. Ma- E ctauerũt igitur tauros, & susceperunt sanguinem sacerdotes, & fuderunt illum super altare: mactauerunt etiam arietes, & illorum sanguinem super altare fuderunt: immolauerunt que agnos, & fuderunt super altare sanguinem. Applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuersa multitudine: imposuerunt que manus suas super eos. Et immolauerunt illos sacerdotes, & asperserunt sanguinem eorum coram' altari pro piaculo vniuersi Israe- D.3.
lis: pro omni quippe Israel præceperat rex vt holocaustum fieret & pro peccato. Constituit quoque Leuitas in domo Domini cum cymbalis & psalterijs, & citharis secundum dispositionem Dauid regis', & Gad Videntis', D.7.
& Nathan prophetæ: siquidem Domini præ- *regis.6.
ceptum fuit per manum prophetarum eius. F
Steteruntq; Leuitæ tenentes organa Dauid, & sacerdotes tubas. Et iussit Ezechias vt offerrent holocausta super altare: cumq; offerrentur holocausta, cœperũt laudes canere Domino, & clangere tubis, atque in diuersis organis quæ Dauid rex Israel præparauerat concrepare. Omni autem turba adorante, cãtores, & ij qui tenẽbãt tubas, erant in officio suo, donec

comple-

compleretur holocaustū. Cùmq; finita esset oblatio, incuruatus est rex, & omnes qui erāt cum eo, & adorauerunt. Præcepitq; Ezechias, & principes Leuitis vt laudarēt Dominū sermonibus Dauid & Asaph Videntis: qui laudauerūt eum magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt. Ezechias autem etiam hæc addidit, Implestis manus vestras Domino, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Do
G mini. Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mēte deuota. Porrò numerus holocaustorum quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros septuaginta, arietes centum, agnos ducentos. Sanctificauerūtque Domino boues sexcentos, & oues tria millia. Sacerdotes verò pauci erant, nec poterant sufficere vt pelles holocaustorū detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerūt eos, donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites: Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificātur, quàm sacerdotes. Fuerūt ergo holocausta plurima, adipes pacificorū, & libamina holocaustorum: & cōpletus est cultus domus Domini. Lætatúsque est Ezechias, & omnis populus, eo quòd ministerium Domini esset expletum. derepente quippe hoc fieri placuerat.

S. Ezechias missis in omnem Israel & Iudam nuntijs populum conuocat, & sua oratione exhortatur ad immolandū Phase, quo facto celebrarunt solennitatē azymorū bis septē diebus cum ingenti lætitia, plurimis oblatis victimis.

CAP. XXX.

A MIsit quoque Ezechias ad omnem Israel & Iudam: scripsítque epistolas ad Ephraim & Manassen vt venirent ad domum Domini in Ierusalē, & facerent Phase Domino Deo Israel. Inito ergo consilio regis, & principum, & vniuersi cœtus Ierusalē, decreuerunt vt facerent Phase mense secundo. Non enim *potuerāt. 3 occurrerant facere in tempore suo: quia sacerdotes qui possent sufficere, sanctificati non fuerant, & populus nondum congregatus fuerat in Ierusalem. Placuitque sermo regij & omni multitudini. Et decreuerunt vt mitterent nūtios in vniuersum Israel de Bersabee vsque Dan, vt venirent & facerent Phase Domino Deo Israel, in Ierusalem: multi enim non fecerant sicut lege præscriptum est. Perrexerúntque cursores cum epistolis ex regis imperio, & principum eius in vniuersum Israel & Iudam iuxta id quod rex iusserat, prædicantes, Filij Israel reuertimini ad Dominum Deum Abraham, & Isaac, & Israel: & reuertetur ad reliquias quæ effugerunt manus regis Assyriorū. Nolite fieri sicut patres vestri & fratres qui recesserūt à Domino Deo patrū
B suorum, & tradidit eos in interitum, vt ipsi cernitis. Nolite indurare ceruices vestras, sicut patres vestri, tradite manus Domino, & venite ad sanctuarium eius quod sanctificauit in æternum: seruite Domino Deo patrum vestrorū, & auertetur à vobis ira furoris eius. Si enim vos reuersi fueritis ad Dominum, fratres vestri, & filij habebunt misericordiam coram dominis suis qui illos duxerunt captiuos, & reuertentur in terram hanc: pius enim & clemens est Dominus Deus vester, & non auertet faciem suam à vobis, si reuersi fueritis ad eum. Igitur cursores pergebant velociter de ciuitate in ciuitatem per terram Ephraim & Manasse, vsque ad Zabûlon, illis irridentibus & subsannantibus eos. Attamen quidam viri ex Aser & Manassæ & Zabûlon acquiescentes consilio, venerunt Ierusalem. In Iuda verò facta est manus Domini, vt daret eis cor vnum vt facerent iuxta præceptum regis & principum, verbum Domini. Congregatíque sunt in Ierusalem populi multi, vt facerent solennitatem azymorum in mense secundo. Et C surgentes destruxerunt altaria quæ erant in Ierusalem: atque vniuersa in quibus, idôlis adolebatur incensum, subuertentes, proiecerunt in Torrentem-cedron. Immolauerunt autem Phase quartadecima die mensis secundi. Sacerdotes quoq; atque Leuitæ tandem sanctificati obtulerunt holocausta in domo Domini. Steteruntq; in ordine suo iuxta dispositionē & legem Moysi hominis Dei: sacerdotes verò susciebant effundendum sanguinem de manibus Leuitarum: eo quod multa turba sanctificata non esset: & idcirco immolarent Leuitæ phase his qui non occurrerāt sanctificari Domino. Magna etiā pars populi de Ephraim & Manasse & Isachar & Zabûlon, quæ sanctificata non fuerat, comēdit phase, non iuxta quod scriptū est: & orauit pro eis Ezechias, dicens, Dominus bonus propitiabitur cunctis qui in toto corde requirūt Dominū Deum patrum suorū, & non imputabit eis quòd minus sanctificati sunt. Quē exaudiuit Dominus, & placatus est populo. Feceruntque filij Israel qui inuenti sunt in Ierusalem solennitatē azymorum septem diebus in lætitia magna, laudātes Dominum per singulos dies, Leuitæ quoq; & sacerdotes per organa quæ suo officio cōgruebant. Et locutus est Ezechias ad cor omnium D Leuitarum qui habebant intelligentiam bonā super Domino: & comederunt septem diebus solennitatis immolantes victimas pacificorū. & laudantes Dominum Deum patrum suorum. Placuitq; vniuersæ multitudini vt celebrarent etiam alios dies septem: quod & fecerunt cum ingenti gaudio. Ezechias *aūt rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros, & septem millia ouium: principes verò dederant populo tauros mille, & oues decem millia: sanctificata

*enim. 4

est ergo sacerdotum plurima multitudo. Et hilaritate perfusa omnis turba Iuda tā sacerdotum & Leuitarum, quàm vniuersæ frequentiæ quæ venerat ex Israel: proselytorum quoque de terra Israel, & habitantium in Iuda. Factaq; est grandis celebritas in Ierusalem, qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Israel in ea vrbe non fuerat. Surrexerunt autem sacerdotes atq; Leuitæ benedicentes populo: & exaudita est vox eorum, peruenitq; oratio in habitaculum sanctum cœli.

S. Populus idôla lucosq; in Iuda & Ephraim demolitur, Ezechias sacerdotes & Leuitas componit in ordinem ministerij, populo autē abundantissime offerente cōstituuntur, factis horreis, qui seruarent ac distribuerent Leuitico generi quæ oblata erant.

CAP. XXXI.

A CVmque hæc fuissent rite celebrata, egressus est omnis Israel, qui inuentus fuerat in vrbibus Iuda, & fregerunt simulachra, succideruntq; lucos, demoliti sunt excelsa, & altaria destruxerunt: non solum de vniuerso Iuda & Ben-iamin, sed & de Ephraim quoque & Manasse, donec penitus euerterent: reuersíque sunt omnes filij Israel in possessiones & ciuitates suas.

Ezechias autem constituit turmas sacerdotales, & Leuiticas per diuisiones suas. vnūquenque in officio proprio, tam sacerdotum videlicet, quàm Leuitarum, ad holocausta & pacifica, vt ministrarent & confiterentur canerentque in portis castrorum Domini. Pars autem regis erat, vt de propria eius substantia offerretur holocaustum manè semper & vesperè, Sabbathis quoq;, & Calendis, & solēnitatibus cæteris, sicut scriptum est in lege *Moysi. *Præcepit etiam populo habitantium Ierusalem, vt darent partes sacerdotibus & Leuitis, vt possent vacare legi Domini. Quod cùm percrebuisset in auribus multitudinis, pluri-
B mas obtulêre primitias filij Israel, frumenti, vini, & olei, mellis quoq;: & omnium quæ gignit humus, decimas obtulerunt. Sed & filij Israel & Iuda, qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt decimas boum & ouiū, decimasq; sanctorum quæ vouerant Domino Deo suo: atq; vniuersa portantes, fecerunt aceruos plurimos. Mense tertio cœperunt aceruorum iacere fundamenta, & mense septimo compleuerunt eos. Cumque ingressi fuissent Ezechias & principes eius, viderūt aceruos, & benedixerunt Domino ac populo Israel. Interrogauitq; Ezechias sacerdotes & Leuitas cur ita iacerent acerui. Respondit illi Azarias sacerdos primus de stirpe Sadoc, dicens, Ex quo cœperunt offerri primitiæ in domo Domini, comedimus, & saturati sumus, & remanserunt plurima: eo quòd benedixerit Dominus populo suo: reliquiarum autem copia est ista, quam cernis. Præcepit igitur Ezechias vt C præpararent horrea in domo Domini. Quod cùm fecissent, intulerunt tam primitias quàm decimas, & quæcunque vouerant, fideliter. Fuit autem præfectus eorum Chonenias Leuita, & Semei frater eius secundus, post quem Iahiel, & Azazias, & Nahath, & Asael, & Ierimoth, Iozabad quoque & Eliel, & Iesmachias, & Mahath, & Banaias, præpositi sub manibus Choneniæ & Semei fratris eius, ex imperio Ezechiæ regis & Azariæ pontificis domus Dei, ad quos omnia pertinebant.' Core ▷.14 verò filius Iemna Leuites, & ianitor orientalis portæ, præpositus erat ijs quæ spōte offerebantur Domino, primitijsq; & consecratis in Sancta sanctorum. Et sub cura eius Eden & Beniamin, Iesue & Semeias, Amarias quoque & Sechenias, in ciuitatibus sacerdotum: vt fideliter distribuerent fratribus suis partes, minoribus atque maioribus: exceptis maribus ab D annis tribus & suprà, cunctis qui ingrediebantur templum Domini, & quicquid per singulos dies conducebat in ministerio atque obseruationibus iuxta diuisiones suas, sacerdotibus per familias, & Leuitis à vicesimo anno & suprà per ordines & turmas suas, vniuersáque multitudini tam vxoribus quàm liberis eorum vtriusque sexus, fideliter cibi de his quæ sanctificata fuerant præbebantur. Sed & filiorū Aaron per agros, & suburbana vrbium singularum dispositi erant viri, qui partes distribuerent vniuerso sexui masculino, de sacerdotibus & Leuitis. Fecit ergo Ezechias vniuersa quæ diximus in omni Iuda: operatusque est bonum & rectum, & verum corā Domino Deo suo in vniuersa cultura ministerij domus Domini, iuxta legem & ceremonias, volens requirere Deum suum in toto corde suo: fecitque, & prosperatus est.

S. Sennacherib Iudam inuadente Ezechias populū hortatur fidere in Domino, à quo ille minis & blasphemijs nititur eum auertere, orantibus autem Ezechia & Isaia angelus dissipat exercitum Sennacherib, qui fugiens à filijs occiditur, porrò Ezechias nimia fœlicitate elatus Deum offendit, cui impius filius Manasses succedit.

CAP. XXXII.

POst quæ & huiuscemodi veritatem, ve- A
nit Sennacherib rex Assyriorum, & in- 4.Re. 18.e
gressus Iudam, obsedit ciuitates muni- Isai. 36.a.
tas, volens eas capere. Quod cùm vidisset Ezechias venisse scilicet Sennacherib, & totū belli impetum verti cōtra Ierusalem: inito cum principibus consilio virisque fortissimis, vt obthurarent capita fontiū qui erant extra vrbem: & hoc omniū decernente sententia, congregauit plurimā multitudinem, & obthura-

uerunt

Universidad de Deusto Biblioteca



uerunt cũctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicentes, Ne veniant reges Assyriorum, & inueniant aquarum abundantiam. Aedificauit quoque agens industriè omnem murum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres désuper, & forinsecus alterum murum: instaurauitque Mello in Ciuitate Dauid & fecit vniuersi generis armaturam & clypeos.

B Constituitque principes bellatorum in exercitu. Et conuocauit vniuersos in platéa portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum, dicens, Viriliter agite, & confortamini, nolite, timere nec paueatis regem Assyriorum, & vniuersam multitudinem quæ est cum eo: multo enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. Cum illo enim est brachium carneum, nobiscum Dominus Deus noster, qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. Confortatusque est populus huiuscemodi verbis Ezechiæ regis Iuda. Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum seruos suos in Ierusalem (ipse enim cum vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnem populum qui erat in vrbe, dicés,

C Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorũ, In quo habentes fiduciam, sedetis obsessi in Ierusalem? Num Ezechias decepit vos, vt tradat mori in fame & siti, affirmans quòd Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum? Nunquid non iste est Ezechias qui destruxit excelsa illius, & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens, Coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incensum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? nunquid præualuerunt dij gentium, omniúmque terrarum liberare regionem suam de manu mea? Quis est

D de vniuersis dijs gentium, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum suũ de manu mea, vt possit etiam Deus vester eruere vos de hac manu? Nó vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neq; credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atque regionum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum

*regnorũ. 2.

meorum, consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de manu mea. Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra Dominum Deum, & contra Ezechiam seruum eius. epistolas quoq; scripsit plenas blasphemiæ in Dominum Deum Israel, & locutus est aduersùm eum, Sicut dij gentium cæterarum non potuerunt liberare populum suum de manu mea, sic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populum suum de manu ista. Insuper & clamore magno, lingua Iudaica, cõtra populum qui sedebat in muris Ierusalem, personabat, vt terret eos, & caperet ciuitatem. Locutusque est E contra Deum 'Israel', sicut aduersùm deos *item filium populorum terræ, opera manuum hominum. Orauerunt igitur Ezechias rex, & Isaias filius Amos prophetes, aduersùm hanc blasphemiã, ac vociferati sunt vsq; in cœlum. Et misit Dominus angelum qui percussit omnem virum robustum, & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum. Reuersusq; est cum ignominia in terram suam. Cumque ingressus esset domum dei sui, filij qui egressi fuerant de vtero eius, interfecerunt eũ gladio. Saluauitque Dominus Ezechiam & habitatores Ierusalem, de manu Sennacherib regis Assyriorũ, & de manu omniũ, & præstitit ei quiẽtem per circuitum. Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia Domino in Ierusalem, & munera Ezechiæ regi Iuda: qui exaltatus est post hæc coram cunctis gentibus. ‖ In diebus illis ægro tauit Ezechias vsq; ad mortem, & orauit Dominum: exaudiuitq; eum, & dedit ei signum. F Sed non iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit, quia eleuatũ est cor eius: & facta est contra eum ira, & contra Iudam & Ierusalem. Humiliatusque est postea, eò quòd exaltatum fuisset cor eius, tam ipse, quàm habitatores Ierusalem: & idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ. Fuit autem Ezechias diues, & inclytus valde, & thesauros sibi plurimos congregauit argenti & auri & lapidis pretiosi, aromatum, & armorum vniuersi generis, & vasorum magni prætij. Apothécas quoq; frumenti, vini, & olei, & præsepia omnium iumentorum, caulasq; pecorũ, & vrbes ▷sex' ædificauit sibi. habebat quippe ▷ite greges ouium & armentorum innumerabiles eo quòd dedisset ei Dominus substantiam multam nimis. Ipse est Ezechias qui obthuratuit superiorem fontem aquarum Gihon, & auertit eas subter ad occidẽtem Vrbis-Dauid: in omnibus operibus suis fecit prospere quæ voluit. Attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerãt ad eum, vt interrogarent de portẽto quod acciderat super terram, dereliquit eum Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. Reliqua

qua autem sermonum Ezechiæ, & misericordiarum eius scripta sunt in visione Isaiæ filij Amos Prophetæ, & in libro Regum Iuda & Israel. Dormiuitque Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum super sepulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habitatores Ierusalẽ: regnauitque Manasses filius eius pro eo.

S. *Manasses ob suas impietates captiuus in Babylonem ducitur, in qua afflictione ad Deum conuersus suo regno restituitur, & idõlis abiectis Dei cultum restaurat, cui impius filius Amon succedit: & hoc à suis interfecto regnat pius eius filius Iosias.*

CAP. XXXIII.

A 4.Re.21.a. Duodecim annorũ erat Manasses cùm regnare cœpisset: & quinquaginta-quinque annis regnauit in Ierusalem. Fecit autem malum coram Domino, iuxta abominationes gentium, quas subuertit Dominus coram filijs Israel. Et conuersus, instauravit excelsa quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius, construxitque aras Baalim, & fecit lucos: & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam. Aedificauit quoq; altaria in domo 2.Reg.7.b. Domini, de qua dixerat Dominus, ‖ In Ierusalem erit nomen meum in æternum. Aedificauit autem ea cuncto exercitui cœli, in duobus atrijs domus Domini. Transireq; fecit filios suos per ignem, in Valle-ben-ennom: obseruabat somnia, sectabatur auguria, maleficis artibus inseruiebat: habebat secum magos & in-

B cantatores: multaq; mala operatus est coram Domino, vt irritaret eum. Sculptile quoq;, & conflatile signum posuit in domo Domini, 2.Reg.7.b. 3.Reg.8.b ‖ de qua locutus est Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filiũ eius, dicens, In domo hac, & in Ierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen meum in sempiternum. Et mouere non faciam pedem Israel de terra quam tradidi patribus eorum: ita dũtaxat si custodierint facere quæ præcepi eis, *quæ mandauit. cunctamq; legem, & ceremonias atq; iudicia *per manum Moysi. Igitur Manasses seduxit Iudã & habitatores Ierusalem, vt facerent malũ super omnes gẽtes quas subuerterat Dominus à facie filiorũ Israel. Locutusq; est Dominus ad eum, & ad populum illius: & attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum: ceperuntq; Manassen, & vinctum catenis, atq; compedibus

C duxerunt in Babylonem. Qui postquam coangustatus est, orauit Dominum Deum suũ: & egit pœnitentiã valde coram Deo patrum suorum. Deprecatusque est eum, & obsecrauit intente: & exaudiuit orationem eius, reduxitque eum Ierusalem in regnum suum. & cognouit Manasses quòd Dominus ipse esset Deus. Post hæc ædificauit murum extra Ciuitatem-Dauid, ad occidentem Gihon in conualle: ab introitu portæ piscium per circuitum vsque ad Ophel, & exaltauit illum vehementer: constituitq; principes exercitus in cunctis ciuitatibus Iuda munitis. Et abstulit deos alienos, & simulachrum de domo Domini: aras quoque quas fecerat in monte domus Domini, & in Ierusalem: & proiecit omnia extra vrbem. Porrò instauravit altare Domini, & immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudem: præcepitq; Iudæ vt seruiret Domino Deo Israel. Attamen adhuc populus immolabat in excelsis Domino Deo suo. Reliqua autem gestorum Manassæ: & obsecratio eius ad Deum suum; verba quoque Videntium qui loquebantur ad eum in nomine Domini Dei Israel, continentur in sermonibus regum Israel. Oratio quoque eius D & exauditio, & cuncta peccata, atque contemptus, loca etiam in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas antequam ageret pœnitentiam, scripta sunt in sermonibus Hozái. Dormiuit ergo Manasses cũ patribus suis, & sepelierunt eum in domo sua: regnauitque pro eo filius eius Amon. Vigintiduorum annorum erat Amon cùm regnare cœpisset: & duobus annis regnauit in Ierusalem. Fecitque malum in conspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius: & cunctis idõlis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atque seruiuit. Et non est reueritus faciem Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius: & multo maiora deliquit. Cumque coniurassent aduersùs eum serui sui, interfecerunt eum in domo sua. Porrò reliqua populi multitudo: cæsis ijs qui Amon percusserant, constituit regem Iosiam filium eius pro eo.

S. *Iosias idolorum cultu sublato templum instaurat, repertoq; legis libro conterritus est, & conuocato populo lectoq; libro, fœdus cum Domino percussit.*

CAP. XXXIIII.

A Octo annorum erat Iosias cùm regnare cœpisset: & triginta & vno anno 4.Re.22.a. regnauit in Ierusalem. Fecitque quod erat rectum in conspectu Domini, & ambulauit in vijs Dauid patris sui: non declinauit neque ad dextram, neque ad sinistram. Octauo autem anno regni sui, cùm adhuc esset puer, cœpit quærere Deum patris sui Dauid: & duodecimo anno postquam cœperat, mũdauit Iudam & Ierusalem ab excelsis, & lucis, simulachrisque, & sculptilibus. Destruxeruntq; coram eo aras baalim: & simulachra quæ superposita fuerant, demoliti sunt: lucos etiam, & sculptilia succĩdit atq; cominuit: & super tu-

mulos eorum qui eis immolare consueuerãt,
B fragmenta dispersit. Ossa præterea sacerdotũ
combusit in altaribus idolorum, mundauit-
que Iudam & Ierusalem. Sed & in vrbibus Ma
nassæ, & Ephraim, & Simeon vsque Nephtha
li cuncta subuertit. Cumque altaria dissipas-
set, & lucos, & sculptilia contriuisset in frus
ta, cunctaque delubra demolitus esset de v-
niuersa terra Israel, reuersus est in Ierusalem.
Igitur anno octauodecimo regni sui, munda-
ta iam terra, & templo Domini, misit Saphan
filium Eseliæ, & Maasiam principem ciuita-
tis, & Ioha filium Ioachaz à commentarijs: vt
instaurarent domum Domini Dei sui. Qui ve
nerunt ad Helciam sacerdotem magnum: ac-
ceptamque ab eo pecuniam, quæ illata fuerat
in domum Domini, & quam congregauerant
Leuitæ, & ianitores de Manasse, & Ephraim,
& vniuersis reliquijs Israel, ab omni quoque
C Iuda, & Ben-iamin & habitatoribus Ierusalẽ,
tradiderunt in manibus eorum qui præerant
operarijs in domo Domini vt instaurarent tẽ
plum, & infirma quæque sarcirent. At illi de-
derunt eam artificibus, & cæmentarijs, vt eme
rent lapides de lapicidinis, & ligna ad com-
missuras ædificij & ad contingnationem do-
morum quas destruxerant reges Iuda. Qui fi-
deliter cuncta faciebant. Erant autem præpo-
siti operantium, Iahath & Abdias de filijs Me
rari: Zacharias & Mosollam de filijs Caath,
qui vrgebant opus: omnes Leuitæ scientes or-
ganis canere. Super eos verò, qui ad diuersos
vsus onera portabant, erant scribæ, & magi-
D stri de Leuitis, ianitores. Cumque efferrent
pecuniam quæ illata fuerat in templum Do
mini, reperit Helcias sacerdos librũ legis Do-
mini, per manum Moysi. Et ait ad Saphan scri
bam, Librum legis inueni in domo Domini.
Et tradidit ei. At ille intulit volumen ad re-
gem & nuntiauit ei, dicens, Omnia quæ dedi-
sti in manu seruorum tuorum, ecce cõplen-
tur. Argentum quod repertum est in domo
Domini, conflauerunt: datumque est præfe-
ctis artificum, & diuersa opera fabricantium.
Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc
librum. Quem cum rege præsente recitasset,
audisset queille verba legis, scidit vestimenta
sua: & præcepit Helciæ, & Ahicam filio Sa-
phan, & Abdon filio Micha, Saphan quoque
scribæ, & Asaæ seruo regis, dicens, Ite, & orate
Dominũ pro me, & pro reliquijs Israel & Iu-
da, super vniuersis sermonibus libri istius qui
E repertus est: magnus enim furor Domini stil
lauit super nos, eo quòd non custodierint pa
tres nostri verba Domini, vt facerent omnia
quæ scripta sunt in isto volumine. Abijt ergo
Helcias, & hi qui simul à rege missi fuerãt, ad
Oldam prophetidem, vxorem Sellum filij
Thecuath, filij Hasra custodis vestium: quæ
habitabat in Ierusalem in Secunda: & locuti
sunt ei verba quæ suprà narrauimus. At illa res
pondit eis, Hæc dicit Dominus Deus Israel,
Dicite viro qui misit vos ad me, Hæc dicit Do
minus, Ecce, ego inducam mala super locum
istum, & super habitatores eius: cuncta; ma-
ledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quem le
gerunt coram rege Iuda: quia dereliquerunt
me, & sacrificauerunt dijs alienis, vt me ad i-
racundiam prouocarent in cunctis operibus
manuum suarum: idcirco stillabit furor meus
super locum istum, & non extinguetur. Ad re F
gem aũt Iuda, qui misit vos pro Domino de-
precando, sic loquimini, Hæc dicit Dominus
Deus Israel, Quoniam audisti verba volumi-
nis, atq; emollitum est cor tuum: & humilia
tus es in cõspectu Domini super his quæ dicta
sunt contra locum hunc, & habitatores Ieru-
salem, reuerituſque faciem meam, scidisti ve-
stimenta tua, & fleuisti coram me: ego quo-
que exaudiui te, dicit Dominus. Iam enim col
ligam te ad patres tuos, & inferêris in sepul-
chrum tuum in pace: nec videbunt oculi tui
omne malum quod ego inducturus sum su-
per locum istum, & super habitatores eius.
‖Retulerunt itaque regi cuncta quæ dixerat. 4.Re.22.f
At ille conuocatis vniuersis maioribus natu
Iuda & Ierusalem, ascendit in domum Domi-
ni, vnaque omnes viri Iuda & habitatores Ie- G
rusalem, sacerdotes & Leuitæ, & cunctus po-
pulus à minimo vsque ad maximum. Quibus
audientibus in domo Domini, legit rex om-
nia verba voluminis. Et stãs in tribunali suo,
percussit fœdus coram Domino, vt ambula-
ret post eum, & custodiret præcepta, & testi-
monia, & iustificationes eius in toto corde
suo, & in tota anima sua, faceretque quæ scri-
pta sunt in volumine illo quod legerat. Adiu-
rauit quoq; super hoc omnes qui reperti fue
rant in Ierusalem & Ben-iamin: & fecerunt
habitatores Ierusalem iuxta pactum Domini
Dei patrum suorum. Abstulit ergo Iosias cun
ctas abominationes de vniuersis regionibus
filiorum Israel: & fecit omnes qui reliqui erãt
in Israel, seruire Domino Deo suo. Cunctis
diebus eius non recesserunt à Domino Deo
patrum suorum.

*S. Immolato phase maxima cum solenni-
tate plurimisque victimis, Iosias festum
azymorum septem diebus celebrauit, dein
de contra regem Ægypti pugnare ten-
tans grauiterq; vulneratus moritur cum
ingenti omnium luctu & præsertim Ie-
remiæ.*

CAP. XXXV.

Fecit

4.Re.23.c
3.Esd.1.a.
A Fecit autem Iosias in Ierusalem Phase
Domino, quod immolatũ est quartade-
cima die mensis primi. Et cõstituit sacer
dotes in officijs suis: hortatusq; est eos vt mi-
nistrarent in domo Domini. Leuitis quoque,
ad quorum eruditionem omnis Israel sanctifi
cabatur Domino, locutus est, Ponite arcam
in sanctuario templi, quod ædificauit Salomõ
filius Dauid rex Israel: nequaquam enim eam
vltra portabitis: nunc autem ministrate Do-
mino Deo vestro, & populo eius Israel. Et
præparate vos per domos & cognationes ve-
stras in diuisionibus singulorum, sicut præce
pit Dauid rex Israel, & descripsit Salomon fi-
lius eius. Et ministrate in sanctuario per fami
lias turmasq; Leuiticas, & sanctificati immo
late Phase: fratres etiam vestras, vt possint iu
xta verba quæ locutus est Dominus in manu
D.3. Moysi facere, præparate. Dedit præterea Io-
sias omni populo qui>ibi' fuerat inuentus in
solennitate Phase, agnos & hœdos de gregi-
bus, & reliqui pecoris triginta millia, boũ quo-
B que tria millia. hæc de regis vniuersa substan-
*vlebant.8 tia. Duces quoq; eius spõte quod *vouerant',
obtulerunt, tã populo, quàm sacerdotibus &
Leuitis. Porrò Helcias & Zacharias & Iahiel
principes domus Domini, dederunt sacerdo-
tibus ad faciendum Phase. pecora cõmixtum
duo millia sexcenta, & boues trecentos. Cho
nenias autem, & Semeias etiam, & Nathanael
fratres eius: nec non Hasabias, & Iehiel, & Io
sabad principes Leuitarum, dederunt cæteris
Leuitis ad celebrandum Phase quinq; millia
pecorum, & boues quingentos. Præparatum-
que est ministerium, & steterunt sacerdotes
in officio suo: Leuitæ quoq; in turmis iuxta
regis imperium. Et immolatũ est Phase: asper
seruntque sacerdotes manu sua sanguinem: &
Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorũ. Et
separauerunt ea vt darẽt per domos & fami-
lias singulorum, & offerentur Domino, sicut
scriptum est in libro Moysi. de bobus quoq;
fecerunt similiter. Et assauerunt Phase super
ignem, iuxta quod in lege scriptum est: pacifi
cas verò hostias coxerunt in lebetibus, & ca-
cabis, & ollis: & festinato distribuerunt vni-
uersæ plebi. Sibi autem, & sacerdotibus postea
parauerunt. nam in oblatione holocaustorũ
& adipum, vsq; ad noctem sacerdotes fuerũt
occupati: vnde Leuitæ sibi, & sacerdotibus fi-
lijs Aarõ parauerunt nouissimis. Porrò can-
tores filij Asaph stabant in ordine suo, iuxta
C præceptũ Dauid, & Asaph, & Heman, & Idi-
*prophet.e.i thun *prophetarum' regis. *Ianitores verò per
Dauid. portas singulas obseruabant, ita vt nec pun-
cto quidem discederent à ministerio: quã ob
rem & fratres eorũ Leuitæ parauerunt eis ci-
bos. Omnis igitur cultura Domini, rite cõple
ta est in die illa, vt facerent Phase, & offerrent
holocausta super altare Domini, iuxta præce
ptum regis Iosiæ. Feceruntq; filij Israel qui re
perti fuerãt ibi Phase in tẽpore illo, & solenni
tatem azymorũ septem diebus. Nõ fuit Phase
simile huic in Israel, à diebus Samuelis prophe
tæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel
fecit Phase sicut Iosias, sacerdotibus, & Leui-
tis, & omni Iudæ, & Israel qui repertus fuerat,
& habitantibus in Ierusalẽ. Octauodecimo an
no regni Iosiæ, hoc Phase celebratũ est. ‖Post- 4.Re.23.f.
quam instaurauerat Iosias templum, ascendit
Nechao rex Aegypti ad pugnandum in Char
camis iuxta Euphratẽ: & processit in occur
sum eius Iosias. At ille missis ad eum nuntijs,
ait, Quid mihi & tibi est rex Iuda? non aduer-
sum te hodie venio, sed contra aliam pugno
domum, ad quam me Deus festinatò ire præ-
cepit: desine aduersum Deum facere, qui me-
cum est, ne interficiat te. Noluit Iosias reuer- D
ti, sed præparauit contra eum bellum: nec ac-
quieuit sermonibus Nechao ex ore Dei: ‖ve- Zach.12.d.
rum perrexit vt dimicaret in campo Mageddo. Ibiq; vulneratus à sagittarijs, dixit pueris
suis, Educite me de prælio, quia oppidò vul-
neratus sum. Qui transtulerunt eum de curru
in alterum currũ, qui sequebatur eum more
regio: & asportauerũt eum in Ierusalem, mor
tuusq; est: & sepultus in mausoleo patrũ suo-
rum: & vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt
eũ. Ieremias maxime: cuius omnes cantores
atq; cantatrices, vsq; in præsentem diẽ lamen
tationes super Iosiã replicant, & quasi lex ob-
tinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamẽta
tionibus. Reliqua aũt sermonum Iosiæ & mi
sericordiarũ eius, quæ lege præcepta sunt Do-
mini, opera quoque illius prima & nouissi-
ma, scripta sunt in libro regum Iuda & Israel.

*S. Iosiæ succedit eius filius Ioachaz, quem rex
Aegypti transfert in Aegyptum, fratremq;
Eliacim quẽ Ioacim nominat substituit, quo
in Babylonem ducto regnat filius Ioachin, &
hunc rex Assyriorum vnà cum vasis templi
in Babylonẽ abducit, patruumq; illius impium
Sedeciam substituit, qui Assyrijs rebellans,
templo ac Ierusalem incensis, transfertur vnà
cum populo in Babylonem, propter regum &
populi peccata, donec per Cyrum regem Persa
rum redeundi datur facultas.*

CAP. XXXVI.

A Vlit ergo populus terræ, Ioachaz filiũ
Iosiæ: & constituit regẽ pro patre suo 4.Re.23.f
in Ierusalem. Vigintitrium annorum
erat Ioachaz cùm regnare cœpisset: & tribus
mensibus regnauit in Ierusalem. Amouit au-
tem eum rex Aegypti cùm venisset in Ieruſa
lem, & condemnauit terram centum talentis
argenti, & talento auri. ‖Constituitque pro Matth.1.b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

eo regem, Eliacim fratrem eius, ſuper Iudam & Ieruſalem, & vertit nomen eius Ioacim. ipſum verò Ioachaz tulit ſecum, & abduxit in Aegyptum. Vigintiquinque annorum erat Ioacim cùm regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalem: fecitque malum coram Domino Deo ſuo. Contra hunc aſcendit Nabuchodonoſor rex Chaldæorum: & B vinctum catenis duxit in Babylonē. Ad quam & vaſa Domini tranſtulit, & poſuit ea in templo ſuo. Reliqua autem verborum Ioacim, & abominationū eius quas operatus eſt, & quæ *inuenie.2. "inuenta' ſunt in eo, continentur in libro regum Iuda & Iſrael. Regnauit autem Ioachin filius eius pro eo. Octo annorum erat Ioachin cùm regnare cœpiſſet, & tribus menſibus, ac decem diebus regnauit in Ieruſalem: fecitque malum in conſpectu Domini. Cumque anni circulus volueretur, miſit Nabuchodonoſor rex, qui & adduxerūt eum in Babylonem, aſportatis ſimul pretioſiſsimis vaſis domus Do 4.Re.24.d mini. ‖Regem verò conſtituit Sedeciam 'pa- Iere.37.a. *fratrem.2. truum' eius ſuper Iudam & Ieruſalem. Viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalē. Iere.38.a. ‖Fecitque malum in oculis Domini Dei ſui: C nec erubuit faciē Ieremiæ prophetæ loquentis ad ſe ex ore Domini. A rege quoq; Nabuchodonoſor receſsit, qui adiurauerat eū per Deū: & indurauit ceruicem ſuam & cor, vt non reuerteretur ad Dominum Deum Iſrael. Sed & vniuerſi principes ſacerdotum & populus, prævaricati ſunt iniquè iuxta vniuerſas abominationes gentium: & polluerunt domum Domini, quam ſanctificauerat ſibi in Ieruſalem. Mittebat autem Dominus Deus patrum ſuorum ad illos, per manum nuntiorum ſuorum, de nocte conſurgens, & quotidie cōmonens: eo quòd parceret populo & habitaculo ſuo. At illi ſubſannabant nuntios Dei, & parui pendebāt ſermones eius, illudebantq; prophetis: donec aſcenderet furor Domini in populum eius, & eſſet nulla curatio. Adduxit enim ſuper eos regem Chaldæorū, & interfecit iuuenes eorū gladio in domo ſanctuarij ſui: D. 111 non eſt miſertus adoleſcentis, & virginis, & ſenis, nec decrepiti quidem: ſed omnes tradidit in manibus eius. Vniuerſaq́ue vaſa domus D Domini tā maiora, quàm minora, & theſauros templi, & regis & principum tranſtulit in Babylonem. Incenderunt hoſtes domū Dei, deſtruxeruntq́; murum Ieruſalem: vniuerſas turres combuſſerunt, & quicquid pretioſum fuerat, demoliti ſunt. Siquis euaſerat gladiū, ductus in Babylonem ſeruiuit regi & filijs eius, donec imperaret rex Perſarum. Vt cōpleretur ſermo Domini ex ore Ieremiæ: & celebraret terra ſabbatha ſua: cunctis enim diebus deſolationis egit ſabbathum, vſque dum com Iere.25.& plerētur ſeptuaginta anni. ‖Anno autem pri- 29.c. 1.Eſdr.1.a mo Cyri regis Perſarum, ad explendum ſermonem Domini, quem locutus fuerat per os Ieremiæ, ſuſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum: qui iuſsit prædicari in vniuerſo regno ſuo, etiā per ſcripturam, dicens, Hæc dicit Cyrus rex Perſarum, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli: & ipſe præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ieruſalem, quæ eſt in Iudæa: quis ex vobis eſt in omni populo eius? ſit Dominus Deus ſuus cum eo, & aſcendat.

Oratio Manaſſæ regis Iuda, cùm *captus teneretur in Babylone.*

A DOmine omnipotens Deus patrū noſtrorum, Abraham, & Iſaac, & Iacob, & ſeminis eorum iuſti, qui feciſti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, qui ligaſti mare verbo præcepti tui, qui cōcluſiſti abyſſum, & ſignaſti eam terribili & laudabili nomine tuo: quem omnia pauent, & tremūt à vultu virtutis tuæ: quia importabilis eſt magnificentia gloriæ tuæ, & inſuſtentabilis ira comminationis tuæ ſuper peccatores: immenſa verò & ininueſtigabilis miſericordia promiſionis tuæ: quoniam tu es Dominus, altiſſimus, benignus, longanimis, & multum miſericors, & pœnitens ſuper malitias hominū. Tu Domine, ſecundum multitudinem bonitatis tuæ promiſiſti pœnitentiam, & remiſsionem ijs qui peccauerunt tibi, & multitudine miſerationum tuarum decreuiſti pœnitentiā peccatoribus, in ſalutem. Tu igitur Domine Deus iuſtorum, non poſuiſti pœnitētiam iuſtis, Abrahā, & Iſaac, & Iacob, ijs qui tibi non peccauerunt: ſed poſuiſti pœnitentiam, propter me peccatorem: quoniam peccaui ſuper numerum arenæ maris multiplicatæ ſunt iniquitates meæ Domine, multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, & non ſum dignus intueri & aſpicere altitudinem cœli, præ multitudine iniquitatum mearum. incuruatus ſum multo vinculo ferreo, vt non poſsim attollere caput meum, & non eſt reſpiratio mihi: qui excitaui iracundiam tuam, & malum coram te feci: non feci voluntatem tuam, & mandata tua non cuſtodiui, ſtatui abominationes & multiplicaui offenſiones. Et nūc flecto genu cordis mei, precās a te bonitatem. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitates meas agnoſco. Quare peto rogans te, remitte mihi Domine, remitte mihi: & ne ſimul perdas mecum iniquitatibus meis, neq; in æternum, iratus, reſerues mala mihi, neque damnes me in infimas terræ loca: quia tu es Deus, Deus inquam pœnitentium: & in me oſtendes omnē bonitatem tuam, quia indignum ſaluabis me ſecundum magnā miſericordiam tuā, & laudabo te ſemper omnibus diebus vitæ meæ: quoniam te laudat omnis virtus cœlorum, & tibi eſt gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

B. Hieronymus ad Domnionem & *Rogatianum, in Eſdram & Nehemiam præfatio.*

VTRVM difficilius ſit, facere quod poſcitis, an negare, necdum ſtatui. Nam neq; vobis aliquid imperātibus abnuere, ſententiæ eſt: & magnitudo oneris impoſiti ita ceruices premit, vt antè ſub faſce ruendum ſit, quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorum ſtudia, qui omne quod ſcribimus reprehendendum putant: & interdum contra ſe conſcientia repugnante, publice lacerant quæ occultè legunt: intantum vt clamare cōpellar, & dicere, Domine, libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Tertius annus eſt quòd ſemper ſcribitis atq; reſcribitis vt Eſdræ librum, & Eſther, vobis de Hebræo transferam: quaſi non habeatis Græca & Latina volumina: aut quicquid illud eſt quod à nobis vertitur, non ſtatim ab omnibus conſpuendum ſit. Fruſtra autem (vt ait quidam) niti, neque aliud fatigando niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt. Itaq; obſecro vos mi Domniō, & Rogatiane chariſsimi, vt priuata lectione cōtenti: librum non efferatis in publicum, nec faſtidioſis cibos ingeratis: vitetisque eorum ſupercilium qui iudicare tātum de alijs, & ipſi facere nihil nouerunt. Siqui autem fratrum ſunt quibus noſtra non diſplicent, his tribuatis exemplar: admonentes vt Hebræa nomina, quorum grandis in hoc volumine copia eſt, diſtinctè & per interualla tranſcribāt. Nihil enim proderit emendaſſe librum, niſi emendatio, librariorum diligentia conſeruetur. Nec quenquam moueat quòd vnus à nobis liber editus eſt: nec apocryphorum tertij & quarti libri ſomnijs delectetur: quia & apud Hebræos Eſdræ Nehemiæq; ſermones in vnum volumen coarctantur: & quæ non habentur apud illos, nec de vigintiquatuor ſenioribus ſunt, procul abijcienda. Si quis autem ſeptuaginta vobis oppoſuerit interpretes, quorū exemplaria varietas ipſa lacerata & inuerſa demonſtrat: nec poteſt vtiq; verū aſſeri quod diuerſum eſt: mittite eum ad Euangelia: in quibus multa ponuntur de veteri teſtamento, quæ apud ſeptuagin ta interpretes non habentur, velut illud, Quoniam Nazaræus vocabitur: &, Ex Ægypto vocaui filiū meum, &, Videbunt in quem compunxerunt: multāq; alia, quę latiori operi reſeruamus: & quærite ab eo vbi ſcripta ſunt, cūmq; proferre non potuerit, vos legite de his exemplaribus quæ nuper à nobis ædita: maledicorū quotidie linguis cōfodiuntur. Sed vt ad cōpendium veniam, certè quod illaturus ſum, equiſsimū eſt. Edidi aliquid quod non habetur in græco, aut aliter habetur quàm à me verſum eſt. Quid interpretem laniāt? interrogent Hebræos: & ipſis authoribus, tranſlationi meæ vel arrogent vel derogent fidem. Porrò aliud eſt ſi clauſis (quod dicitur) oculis mihi volunt maledicere, & non imitantur Græcorū ſtudium & beneuolentiā, qui poſt ſeptuaginta tranſlatores, ‖ iam CHRISTI Euangelio coruſcante, Iudæos & Hebionitas legis veteris interpretes, Aquilam videlicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curioſe legunt, & per Origenis laborem inhexaplis, eccleſijs dedicarunt. Quantomagis latini grati eſſe deberēt, quòd exultantem cernerent Græciam à ſe aliquid mutuari? Primū enim magnorū ſumptuū eſt & infinitæ difficultatis, exemplaria poſſe habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi ſermonis ignari ſunt magis errabunt, ignorantes quis è multis verius dixerit. Quod etiam ſapientiſsimo cuidam nuper apud Græcos accidit, vt interdum ſcripturæ ſenſum relinquens, vniuſcuiuſlibet interpretis ſequeretur errorem. Nos autem qui Hebrææ linguæ ſaltem paruam habemus ſcientiam, & latinus nobis vtcunque ſermo non deeſt, & de alijs magis poſſumus iudicare, & ea quæ ipſi intelligimus, in noſtra lingua promere. Itaque licet hydra ſibilet, victōrque Sinon incendia iactet: nūquam meum iuuante CHRISTO, ſilebit eloquium: etiam præciſa lingua balbutiet, Legant qui volunt: qui nolunt abijciant. Euentilent apices, literas calumnientur: magis veſtra charitate prouocabor ad ſtudium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Esdræ Liber primus.



S. Cyrus diuinitus inspiratus redditis vasis templi Salomonis. 5400. captiuitatem Israelitis relaxat, concedens templi reædificationem.

CAP. I.

A Iere.25.c. &.29.c. 2.Par.36.d 3.Esdr.2.a.

IN ANNO primo Cyri regis Persarum, vt compleretur verbum Domini ex ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritum Cyri regis Persarum: & traduxit vocē in omni regno suo, etiam per scripturam, dicens, Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli, & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusa-
B lem, quæ est in Iudæa. Quis est in vobis de vniuerso populo eius? Sit Deus illius cum ipso. Ascendat in Ierusalem quæ est in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Israel. ipse est Deus qui est in Ierusalem. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunque habitant, adiuuent eum viri de loco suo, argento & auro, & substantia, & pecoribus, excepto quod
C voluntariè offerunt templo Dei, quod est in Ierusalem. Et surrexerunt principes patrum de Iuda & Ben-iamin, & sacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius Deus suscitauit spiritū, vt ascenderet ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ierusalem. Vniuersiq; qui erāt in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vasis argenteis & aureis, in substantia & iumentis, in supellectili, exceptis his quæ sponte obtulerant. Rex quoq; Cyrus protulit vasa tēpli Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, & posuerat ea in templo Dei sui. Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mithridatis filij Gazabar, & annumerauit ea Sassabasar principi Iudæ. Et hic est numerus eorum, Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri viginti nouem, scyphi aurei triginta, schyphi argentei secundi quadringēti decem: vasa alia mille. Omnia vasa aurea & argentea, quinq; millia quadringenta: vniuersa tulit Sassabasar cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

S. Numerus reuertentium duce Zorobabel è captiuitate Babylonica in Ierusalem, ac donorū in reædificationem templi oblatorum.

CAP. II.

HI sunt autem prouinciæ filij, qui ascēderunt de captiuitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem & Iudam, vnusquisque in ciuitatem suam. Qui venerunt cū Zorobabel, Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rehum, Baana. Numerus virorū populi Israel: Filij Pharos duo millia centum septuagintaduo. Filij Sephatia, trecēti septuagintaduo. Filij Area, septingēti septuagintaquinq;. Filij Phahath-moab, filiorum Iosue Ioab duo millia octingenti duodecim. Filij Aelam, mille ducēti quinquagintaquatuor. Filij Zethua, nongēti quadragintaquinq;. Filij Zachai, septingenti sexaginta. Filij Bani, sexcēti quadragintaduo. Filij Bebai, sexcēti viginti tres. Filij Azgad, mille ducēti viginti duo. Filij Adonicā, sexcenti sexagintasex. Filij Beguai, duo millia quinquagintasex. Filij Adin, quadringenti quinquagintaquatuor. Filij Ather qui erant ex Ezechia, nonaginta octo. Filij Besai, trecenti viginti tres. Filij Iora, cētum duodecim. Filij Hasum, ducenti viginti tres. Filij Gebbar, nonagintaquinque. Filij Beth-lehem, centum viginti tres. Viri Netupha, quinquagintasex. Viri Anathoth, centum viginti octo. Filij Azmaueth, quadragintaduo. Filij Cariath-iarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadragintatres. Filij Rama & Gabaa, sexcenti viginti vnus. Viri Machmas, centum viginti duo. Viri Beth-el & Hai, ducenti viginti tres. Filij Nebo, quinquagintaduo. Filij Megbis, centum quinquagintasex. Filij Aelam alterius, mille ducēti quinquagintaquatuor. Filij Harim, trecēti viginti. Filij Lodhadid & Ono, septingenti vigintiquinque. Filij Iericho, trecenti quadragintaquinque. Filij Senaa, tria millia sexcenti triginta, Sacerdotes: Filij Iadaia in domo Iesue, nongēti septuagintatres. Filij Emmer, mille quinquagintaduo. Filij Phesh hur, mille ducēti quadraginta septē. Filij Harim, mille decem & septē. Leuitæ: Filij Iesue, & Cedmiel filiorum Odouiæ septuagintaquatuor. Cātores: Filij Asaph, centū vigintiocto. Filij Ianitorū: filij Sellum, filij Ater, filij Telmō, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: vniuersi cētum trigintanouem. Nathinæi: filij Siha, filij Hasupha, filij Tabbaoth, filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Accub, filij Hagab, filij Semlai, filij Hanā, filij Gaddel, filij Gaher, filij Raaia, filij Rasim, filij Necoda, filij Gazā, filij Aza, filij Phasea, filij Besee, filij Asena, filij Munim, filij Nephusim, filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, filij Besluth, filij Mahida, filij Harsa, filij Bercos, filij Sisara, filij Thema, filij Nasia, filij Natipha, filij seruorū Salomonis, filij Sotai, filij Sophéreth, filij Pharuda, filij Iala, filij Dercon, filij Geddel, filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui erant de Asebaim filij Ami. omnes Nathinæi, & filij seruorū Salomonis, trecenti nonaginta duo. Et hi qui ascenderūt de Tel-mela, Thel-harsa, Cherub, & Adon, & Emer: Et non potuerunt indicare domum patrum suorum & semen suum, vtrum ex Israel essent. Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti quinquagintaduo. Et de Filijs sacer-
D dotum: Filij Hobia, filij Accos, filij Berselai qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem, & vocatus est nomine eorum. hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit Athersatha eis vt non comederent de Sancto sanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atq; perfectus. Omnis multitudo quasi vnus, quadragintaduo millia trecenti sexaginta: exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem millia trecenti triginta septem: & in ipsis cantores atque cantatrices ducenti. Equi eorum sexcenti trigintasex. muli eorum, ducenti quadragintaquinque. cameli eorum, quadringenti trigintaquinque. asini eorum, sex millia septingenti viginti. Et de principibus patrum cum ingrederentur templum Domini quod est in Ierusalem, sponte obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt impensas operis, auri solidos quadraginta millia & mille, argenti mnas quinque millia, & vestes sacerdotales centum. Habitauerunt ergo sacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi in vrbibus suis, vniuersus q; Israel in ciuitatibus suis.

S. Conuocato populo in Ierusalem extruitur altare super quo victimæ offeruntur, celebratur quoque septem diebus festum tabernaculorum: secundo reuersionis anno templum fundatur, populo vociferāte partim ex gaudio partim ex fletu.

CAP. III

A 3.Esdr.5.c IANque venerat mensis septimus, & erant filij Israel in ciuitatibus suis: congregatus est ergo populus. quasi vir vnus in Ierusalem. Et surrexit Iosue filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Israel, vt offerrent in eo holocautomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei. Colloca-
B uerunt autem altare Dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: & obtulerunt super illud holocaustum Domino mane & vespere. Feceruntq; solēnitatem tabernaculorum, sicut scriptum est: & holocaustum diebus singulis per ordinem secundum præceptum, opus diei in die suo. Et B post hæc holocaustum iuge, tam in Calēdis, quā in vniuersis solennitatibus Domini quæ erant consecratæ, & in omnibus in quibus vltrò offerebatur munus Domino. A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum Domino: porrò templum Dei nōdum fundatum erat. Dederunt autem pecunias latomis & cæmētarijs: cibum quoq;, & potū, & oleum Sidonijs, Tyrijsq;, vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppē, iuxta quòd præceperat Cyrus rex Persarum eis. Anno au tem secundo aduentus eorum ad templū Dei in Ierusalem, mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iose- C dec, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes, & Leuitæ & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem: & constituerunt Leuitas à viginti annis, & suprà, vt vrgerent opus Domini. Stetitq; Iosue & filij eius, & fratres eius, Cedmihel & filij eius, & filij Iuda, quasi vir vnus, vt instarēt super eos qui faciebant opus in templo Dei: filij Henadad, & filij eorū & fratres eorū Leuitæ. Fūdato igitur à cæmentarijs templo Domini, steterūt sacerdotes in ornatu suo cū tubis: & Leuitæ filij Asaph in cymbalis, vt laudarēt Deum per manus Dauid regis Israel. Et concinebant in hymnis, & confessione Domino, Quoniam bonus, quoniā in æternum misericordia eius super Israel. O- D mnis quoq; populus vociferabatur clamore magno in Laudādo Dominum, eo quòd fundatum esset templū Domini. Plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis & principes patrū, & seniores qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebant voce magna: & multi vociferantes in lætitia, eleuabant vocem. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

S. Israelis hostes qui ab Assur missi fuerant ad inhabitandas vrbes Samariæ impediūt templi & vrbis instaurationē, quòd non admitterentur vt simul ædificarent, & vsque ad secundū Darij annum intermitti procurant.

CAP. IIII.

AVdierunt autem hostes Iudæ & Ben- A iamin quia filij captiuitatis ædificarent templum Domino Deo Israel. 3.Esdr.5.g Et accedentes ad Zorobabel, & ad principes

patrum, dixerunt eis, Aedificemus vobiscum,
quia ita vt vos quærimus Deum vestrum: ecce nos immolauimus victimas à diebus Asorhaddā regis Assur, qui adduxit nos huc. Et dixit eis Sorobabel, & Iosue & reliqui principes patrum Israel, Non est vobis & nobis vt ædificemus domum Deo nostro, sed nosipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Factum est igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ, & turbaret eos in ædificando.
Conduxerunt autem aduersus eos consiliatores, vt destruerent consilium eorum omnibus diebus Cyri regis Persarum, & vsq; ad
3.Esd. 2.d. regnum Darij regis Persarum. ‖In regno autem Assueri in principio regni eius scripserūt
B accusationem aduersus habitatores Iudæ & Ierusalem. Et in diebus Artaxerxis scripsit beselam Mithridates, & Tabeel, & reliqui qui erant in consilio eorum, ad Artaxerxem regem Persarum. epistola autem accusationis scripta erat Syriace, & legebatur sermone Syro. Reum Beel-teem, & Samsai scriba scripserunt epistolam vnam de Ierusalem Artaxerxi regi, huiuscemodi. Reum Beel-teem, & Samsai scriba, & reliqui consiliatores eorum, Dinæi, & Apharsathachæi, Terphalæi, Apharsæi, Erchuæi, Babylonij, Susanechæi, Dieui, & Aelamite: & cæteri de gentibus quas transtulit Asenaphar magnus & gloriosus: & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ, & in reliquis regionibus trans Flumen in pace:
(Hoc est exemplar epistolæ, quam miserunt ad eum) Artaxerxi regi, serui tui viri qui sunt trans Fluuium, salutem dicūt. Notum sit regi quia Iudæi qui ascenderunt à te ad nos, venerunt in Ierusalem ciuitatem rebellem & pessimam, quam ædificant extruentes muros e-
C ius, & parietes componentes. Nunc igitur notū sit regi quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius instaurati, tributum, & vectigal, annuos reditus non dabunt, & vsque ad reges hæc noxa perueniet. Nos autem memores salis quod in palatio comedimus, & quia læsiones regis videre nefas ducimus: idcirco misimus & nuntiauimus regi, vt recenseas in libris historiarum patrum tuorum, & inuenies scriptum in commentarijs: & scies quoniam vrbs illa, vrbs rebellis est, & nocens regibus & prouincijs, & bella concitantur in ea ex diebus antiquis, quam ob rem & ciuitas ipsa destructa est. Nuntiamus nos regi quoniam si ciuitas illa ædificata fuerit & muri ipsius instaurati, possessionem trans Fluuium, non habebis. Verbum misit rex ad Reum Beel-teem, & Samsai scribam, & ad reliquos qui erant in consilio eorum habitatores Samariæ, & cæteris trans Fluuium, salutem dicens & pacem.

Accusatio quam misistis ad nos, manifestè D
lecta est coram me, & à me præceptum est: &
recensuerunt, inueneruntque quoniam ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat: & seditiones & prælia concitantur in ea. Nam & reges fortissimi fuerūt in Ierusalem: qui & dominati sunt omni regioni quæ trās Fluuium est. Tributum quoq;, & vectigal, & reditus accipiebant. Nunc ergo audite sententiam, Prohibeatis viros illos, vt vrbs illa non ædificetur, donec si forte à me iussum fuerit. Videte ne negligēter hoc impleatis, & paulatim crescat malum contra reges. Itaque exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est coram Reum & Beel-teem' & Samsai scriba, & 17.
consiliarijs eorum, & abierunt festini in Ierusalem ad Iudæos, & prohibuerunt eos in brachio & robore. Tunc intermissum est opus domus Domini in Ierusalem, & non fiebat vsque ad annum secundum regni Darij regis Persarum.

S. *Aggæi & Zachariæ exhortatione templi ædificatio repetitur frustra conantibus hoc impedire principibus qui trans flumen in Samaria constituti erant à rege Assyriorum.*

CAP. V.

PRophetauerunt autem Aggæus prophe A
ta, & Zacharias filius Addo prophetantes ad Iudæos qui erant in Iudæa & Ierusalem, in nomine Dei Israel. Tunc surrexerūt Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedec: & cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos. In ipso autem tempore venit ad eos Thathanāi qui erat dux trans Flumen, & Sthar-buzanāi, & consiliarij eorum: sicque dixerunt eis. Quis dedit vobis consilium vt domum hanc ædificaretis, & muros eius instauraretis? Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum authorum ædificationis B
illius. Oculus autem Dei eorum factus est super senes Iudæorum, & nō potuerunt inhibere eos. Placuitque vt res ad Darium referretur, & tunc satisfacerent aduersus accusationem illam. Exemplar epistolæ quā misit Thathanāi dux regionis trans Flumen, & Sthar-buzanāi, & cōsiliatores eius Arphasachæi qui erant trans Flumen, ad Darium regem. Sermo quē miserāt ei, sic scriptus erat, Dario regi pax omnis. Notū sit regi isse nos ad Iudæam prouinciam, ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito, & ligna ponuntur in parietibus: opusq; illud diligēter extruxuitur, & crescit in manibus eorum. Interrogauimus ergo senes illos, & ita diximus eis, Quis dedit vobis potestatem vt domum hanc ædificaretis, & muros hos instauraretis? Sed & nomina eorum

C eorū quæsiuimus ab eis vt nuntiaremus tibi: scripsimusque nomina eorum virorum qui sunt principes in eis. Huiuscemodi autem sermonem responderunt nobis, dicentes, Nos sumus serui Dei cœli & terræ, & ædificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos: quodque rex Israel magnus ædificauerat & extruxerat. Postquam aūt ad iracundiam prouocauerunt patres nostri Deum cœli, tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis Chaldæi: domum quoq; hanc destruxit, & populum eius transtulit in Babylonem. Anno autem primo Cyri regis Babylonis Cyrus rex proposuit edictum vt domus
D Dei ædificaretur. Nam & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Ierusalem, & asportauerat ea in templum Babylonis, protulit Cyrus rex de tēplo Babylonis, & data sunt Sassabasar vocabulo, quem & principē constituit, dixitq; ei, Hæc vasa tolle, & vade: & pone ea in templo quod est in Ierusalē, & domus Dei ædificetur in loco suo. Tunc itaq; Sassabasar ille venit: & posuit fundamēta templi Dei in Ierusalem, & ex eo tempore vsque nunc ædificatur, & necdum completum est. Nunc ergo si videtur regi bonum, recenseat in bibliotheca regis, quæ est in Babylone, vtrumnam à Cyro rege iussum fuerit vt ædificaretur domus Dei in Ierusalem, & voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

S. *Darius Cyri decretum de templo extruendo in bibliotheca sua inuētum iubet compleri suppeditato sumptu, templum autē sexto Darij anno absolutum cum ingenti lætitia plurimisq; victimis dedicatur, ac Pascha septem diebus celebratur.*

CAP. VI.

A
3.Esd.6.c. TVnc Darius rex præcepit: & recensuerunt in bibliotheca librorum, qui erāt repositi in Babylone, & inuentum est in Ecbatanis, quod est castrū in Medena prouincia, volumen vnum talisque scriptus erat in eo cōmentarius: Anno primo Cyri regis, Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem, in loco vbi immolent hostias, & vt ponant fundamēta supportantia altitudinem cubitorū sexaginta, & latitudinem cubitorū sexaginta, ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis: sumptus autē de domo regis dabuntur. Sed & vasa tēpli Dei aurea & argētea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem, & attulerat ea in Babylonem, reddantur, & referantur, in templum in Ierusalem in locum suum, quæ & posita sunt in tēplo Dei. Nunc ergo Thathanāi dux regionis quæ est trās Flumē, Sthar-busanāi, & cōsiliarij vestri Apharsachæi, qui estis trans Flumen, procul recedite B
ab illis, & Dimittite fieri templum Dei illud à duce Iudæorum & à senioribus eorū, vt domū Dei illam ædificēt in loco suo. Sed & à me præceptum est quid oporteat fieri à presbyteris Iudæorum illis, vt ædificetur domus Dei, scilicet vt de arca regis, id est de tributis quæ dantur de regione trās Flumen, studiose sumptus detur viris illis, ne impediatur opus. Quod si necesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustū Deo cœli, frumentum, sal, vinum, & oleū, secundum ritum sacerdotū qui sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies: ne sit in aliquo quærimonia. Et offerant oblationes Deo cœli, orentq; pro vita regis, & filiorū eius. A me ergo positum est decretum, Vt omnis homo qui hanc mutauerit iusionem, tollatur lignum de domo ipsius, & erigatur, & cō figatur in eo, domus autem eius publicetur, C
Deus autē qui habitare fecit nomen suum ibi, dissipet omnia regna, & populum qui extenderit manum suam vt repugnet, & dissipet domum Dei illam quæ est in Ierusalem. Ego Darius statui decretum, quod studiose impleri vo
3.Esd.7.a. lo. ‖Igitur Thathanāi dux regionis trans Flumē, & Sthar-buzanāi, & consiliarij eius, secundum quod præceperat Darius rex, sic diligenter executi sunt. Seniores autem Iudæorum ædificabāt, & prosperabantur iuxta prophetiam Aggæi prophetæ, & Zachariæ filij Addo: & ædificauerunt & construxerunt iubente Deo Israel, & iubente Cyro & Dario, & Artaxerxe regibus Persarum: & cōpleuerunt domū Dei istam, vsque ad diem tertium mēsis Adar, qui est annus sextus Darij regis. Fecerunt autem filij Israel sacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorum transmigrationis dedicationem domus Dei in gaudio. Et obtulerunt in dedicatione D
domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, hircos caprarum pro peccato totius Israel duodecim, iuxta numerum tribuum Israel. Et statuerunt sacerdotes in ordinibus suis & Leuitas in vicibus suis super opera Dei in Ierusalem, sicut scriptum est
Num.3.h. 8.b. in ‖ libro Moysi. Fecerunt autem filij Israel transmigrationis, Pascha, quartadecima die mensis primi. purificati enim fuerant sacerdotes & Leuitæ quasi vnus: oēs mundi ad immolandū pascha vniuersis filijs transmigrationis & fratribus suis sacerdotibus & sibi. Et comederunt filij Israel qui reuersi fuerant de trāsmigratione, & oēs qui se separauerant à coinquinatione Gentiū terræ ad eos vt quæreret Dominum Deū Israel, Et fecerunt Solennitatem azymorum septem diebus in lætitia, quoniā lætificauerat eos Dominus, & conuerterat cor regis Assur ad eos vt adiuuaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israel.

S. *Esdras*

Universidad de Deusto Biblioteca

S. *Eſdras ſcriba aſsumptis comitibus, Ieruſalem aſcendit cum edicto regis magnisq; muneribus legem Dei docturus populumq; recturus, & refertur regis ædictum.* CAP. VII.

A 3.Eſd.8.a. POſt hæc autem verba in regno Artaxerxis regis Perſarum, Eſdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij Helciæ, filij Sellum, filij Sadoc, filij Achitob, filij Amariæ, filij Azariæ, filij Maraioth, filij Zarahiæ, filij Ozi, filij Bocci, filij Abiſue, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron ſacerdotis ab initio. Ipſe Edras aſcendit de Babylone, & ipſe ſcriba velox in lege Moyſi, quam Dominus Deus dedit Iſrael: & dedit ei rex ſecundum manum Domini Dei eius ſuper eum, omnem petitionem eius. Et aſcenderunt de filijs Iſrael, & de filijs ſacerdotum, & de filijs Leuitarum, & de cãtoribus, & de ianitoribus, & de Nathinæis in Ieruſalẽ anno ſeptimo Artaxerxis regis. Et venerunt in Ieruſalem menſe quinto, ipſe eſt annus ſeptimus regis. Quia in primo die mẽſis primi cœpit aſcendere de Babylone, & in primo die mẽſis quinti venit in Ieruſalem, iuxta manũ Dei ſui bonam ſuper ſe. Eſdras autem parauit cor ſuum, vt inueſtigaret legem Domini, & face-
B ret & doceret in Iſrael præceptum & iudiciũ. Hoc eſt autẽ exemplar epiſtolæ edicti, quod dedit rex Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti, ſcribæ erudito in ſermonibus & præceptis Domini, & ceremonijs eius in Iſrael.

Artaxerxes rex regum Eſdræ ſacerdoti, ſcribæ legis Dei cœli doctiſsimo, ſalutem. A me decretum eſt, vt cuicunque placuerit in regno meo de populo Iſrael, & de ſacerdotibus eius, & de Leuitis ire in Ieruſalem, tecũ vadat, A facie enim regis, & ſeptẽ conſiliatorum eius miſſus es, vt viſites Iudæam & Ieruſalem in lege Dei tui, quæ eſt in manu tua: & vt feras argẽtum & aurum quod rex & conſiliatores eius ſponte obtulerunt Deo Iſrael, cuius in Ieruſalem tabernaculum eſt. Et omne argentum & aurum quodcunq; inueneris in vniuerſa prouincia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de ſacerdotibus qui ſpõte obtulerint domui Dei ſui quæ eſt in Ieruſalem, liberè accipe, & ſtudioſè eme de hac pecunia vitulos, arietes, agnos, & ſacrificia & libamina eorum, & offer ea ſuper altare templi Dei veſtri quod
C eſt in Ieruſalem. Sed & ſiquid tibi & fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt faciatis, iuxta voluntatem Dei veſtri facite. Vaſa quoque quæ dantur tibi in miniſterium domus Dei tui, trade in conſpectu Dei in Ieruſalem. Sed & cætera quibus opus fuerit in domum Dei tui quantumcunque neceſſe eſt vt expendas, dabis de theſauro, & de fiſco regis & à me. Ego Artaxerxes rex ſtatui atq; decreui omnibus cuſtodibus arcæ publicæ, qui ſunt trans Flumen, vt quodcunq; petierit à vobis Eſdras ſacerdos, ſcriba legis Dei cœli, abſque mora detis, vſque ad argenti talenta centum, & vſque ad frumenti coros centum, & vſque ad vini batos centum, & vſq; ad batos olei cẽtum, ſal verò abſque menſura. Omne quod ad ritum Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter in domo Dei cœli: ne forte iraſcatur contra regnum regis, & filiorum eius. Vobis quoque notum facimus de vniuerſis: ſacerdotibus, & D
Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, Nathinæis, & miniſtris domus Dei huius, vt vectigal & tributum, & annonas non habeatis poteſtatem imponendi ſuper eos. Tu autem Eſdra ſecundum ſapientiam Dei tui, quæ eſt in manu tua, conſtitue iudices & præſides, vt iudicent omni populo qui eſt trans Flumen, his videlicet qui nouerunt legem Dei tui, ſed & imperitos docete liberè. Et omnis qui non fecerit legem Dei tui, & legem regis diligenter, iudicium erit de eo, ſiue in mortem, ſiue in exilium, ſiue in cõdemnationem ſubſtantiæ eius, vel certe in carcerem. Benedictus Dominus Deus patrum noſtrorum, qui dedit hoc in corde regis vt glorificaret domum Domini quæ eſt in Ieruſalem, & in me inclinauit miſericordiam ſuam coram rege & conſiliatoribus eius, & vniuerſis principibus regis potentibus: & ego confortatus manu Domini Dei mei quæ erat in me, congregaui de Iſrael principes qui aſcenderent mecum.

S. *Recenſentur qui de Babylone aſcenderunt cũ Eſdra, qui indicto ieiunio pro directione itineris Deũ precantes, proſperè perueniunt in Ieruſalem, ac vaſa quæ ſecum attulerunt in templũ adſerunt cum victimis.* CAP. VIII.

A 3.Eſd.8.e. HI ſunt ergo principes familiarũ & genealogia eorum qui aſcenderunt mecum in regno Artaxerxis regis, de Babylone. De filijs Phinees, Gerſom. De filijs Ithamar, Daniel. De filijs Dauid, Hattus. De filijs Secheniæ, & de filijs Pharos, Zacharias: & cum eo numerati ſunt viri centum quinquaginta. De filijs Phahath-moab, Elieonaifilius Zarehæ: & cum eo ducenti viri. De filijs Secheniæ. filius Ezechiel: & cum eo trecenti viri. De filijs Adan, Abed filius Ionathan: & cum eo quinquaginta viri. De filijs Alam, Iſaias filius Athaliæ: & cum eo ſeptuaginta viri. De filijs Saphatiæ, Zebedia filius Michael: & cũ eo B
octoginta viri. De filijs Ioab, Obedia filius Iahiel: & cũ eo ducenti decem & octo viri. De filijs Selomith, filius Ioſphiæ: & cum eo centum ſexaginta viri. De filijs Bebai, Zacharias filius Bebai: & cum eo viginti octo viri. De filijs Azgad, Iohanan filius Eccetan: & cum eo cẽtum & decem viri. De filijs Adonicam, qui erant nouiſsimi, & hæc nomina eorum, Eliphélet, & Iehiel,

Iehiel, & Samaias: & cum eis ſexaginta viri.
C De filijs Begui, Vthai, & Zachur: & cum eis ſeptuaginta viri. Congregaui autẽ eos ad fluuium qui decurrit ad Ahaua, & manſimus ibi tribus diebus: quæſiuiq; in populo, & in ſacerdotibus de filijs Leui, & non inueni ibi. Itaque miſi Eliézer, & Ariel, & Semeiã, & Elnathan, & Iarib, & alterum Elnathã, & Nathan, & Zachariam, & Moſollam principes: & Ioiarib, & Elnathã ſapientes. Et miſi eos ad Eddo, qui eſt primus in Caſphiæ loco: & poſui in ore eorũ verba quæ loquerentur ad Eddo, & fratres eius Nathinæos in loco Chaſphiæ, vt adducerent nobis miniſtros domus Dei noſtri. Et adduxerunt nobis per manum Dei noſtri bonam ſuper nos, virum doctiſsimum de filijs Moholi filij Leui filij Iſrael, & Sarabiã & filios eius, & fratres eius decem & octo: & Haſabiam, & cum eo Iſaiam de filijs Merari,
D fratreſque eius, & filios eius viginti. Et de Nathinæis quos dederat Dauid, & principes ad miniſteria Leuitarum. Nathinæos ducentos viginti. omnes hi ſuis nominibus vocabantur. Et prædicaui ibi ieiunium iuxta fluuiũ Aha-
▹.1. ua, vt affligeremur coram ▹Domino' Deo noſtro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filijs noſtris, vniuerſeque ſubſtantiæ noſtræ. Erubui enim petere regem auxilium & equites, qui defenderẽt nos ab inimico in via. quia dixeramus regi, Manus Dei noſtri eſt ſuper omnes qui quærunt eũ in bonitate: & imperiũ eius & fortitudo eius, & furor ſuper omnes
E qui derelinquũt eum. Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum noſtrum pro hoc, & euenit nobis proſperè. Et ſeparaui de principibus ſacerdotum duodecim, Sarabiam, & Haſabiam, & cum eis de fratribus eorum decem: appẽdique eis argentum & aurum, & vaſa conſecrata domus Dei noſtri, quæ obtulerat rex & cõſiliatores eius, & principes eius, vniuerſuſque Iſrael eorum qui inuenti fuerant. & appendi in manibus eorum argenti talenta ſexcentaquinquaginta, & vaſa argentea centum, auri centum talenta: & cratéres aureos viginti, qui habebant ſolidos millenos, & vaſa æris fulgentis optimi duo pulchra, vt aurum. Et dixi eis, Vos ſancti Domini, & vaſa ſancta, & argẽtum
F & aurum quod ſponte oblatum eſt Domino
"veſtrorũ.9 Deo patrum "noſtrorum': vigilate: & cuſtodite, donec appendatis coram principibus ſacerdotum, & Leuitarum, & ducibus familiarum Iſrael in Ieruſalem, in theſaurum domus Domini, Suſceperũt autem ſacerdotes & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vaſorum, vt deferrent Ieruſalem in domum Dei noſtri. Promouimus ergo à flumine Ahaua duodecimo die menſis primi, vt pergeremus Ieruſalem: & manus Dei noſtri fuit ſuper nos, & liberauit nos de manu inimici & inſidiatoris in via. Et venimus Ieruſalẽ, & manſimus ibi tribus diebus. Die autem quarta appenſum eſt argentũ, G
& aurum, & vaſa in domo Dei noſtri per manum Meremoth filij Vriæ ſacerdotis, & cum eo Eleazar filius Phinees, cumq; eis Iozabed filius Ioſue, & Noadaia filius Bennoi Leuitæ, iuxta numerum & pondus omnium, deſcriptumq; eſt omne pondus in tẽpore illo. Sed & qui venerant de captiuitate filij tranſmigrationis, obtulerunt holocautomata Deo Iſrael, vitulos duodecim pro omni populo Iſrael, arietes nonagintaſex, agnos ſeptuagintaſeptem, hircos pro peccato duodecim. omnia in holocauſtum Domino. Dederunt autem edicta regis ſatrapis qui erant de conſpectu regis & ducibus transflumen, & eleuauerunt populum & domum Dei.

S. *Audiens Eſdras Iudæos matrimonia contraxiſſe cum gentibus, ſcindit veſtimenta ſua, & populi peccata confitetur, lugetq; coram Domino.* CAP. IX.

A 3.Eſdr.8.c. POſtquam aũt hæc completa ſunt, acceſſerunt ad me principes, dicentes, Nõ eſt ſeparatus populus Iſrael & ſacerdotes & Leuitæ, à populis terrarũ, & de abominationibus eorum, Chananæi videlicet, & Hethæi, & Pherezei, & Iebuſæi, & Ammonitarũ, & Moabitarũ, & Aegyptiorum, & Ammorhæorum. tulerunt enim de filiabus eorum ſibi, & filijs ſuis, & commiſcuerunt ſemen ſanctum cũ populis terrarum. Manus etiam principũ & magiſtatuum fuit in tranſgreſsione hac prima. Cumq; audiſſem ſermonem iſtum, ſcidi pallium meum & tunicam, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & ſedi mœrens. Conuenerunt autem ad me omnes qui timebãt verbum Dei Iſrael, pro tranſgreſsione eorũ qui de captiuitate venerant: & ego ſedebam triſtis, vſq; ad ſacrificium veſpertinũ. Et in ſacrificio veſpertino ſurrexi de afflictionem ea, & ſciſſo pal B
lio & tunica, curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dominum Deum meum, & dixi, Deus meus confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te, quoniam iniquitates
noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper caput ▹noſtrum', & delicta noſtra creuerunt vſq; ad cœlum, à diebus patrum noſtrorum. Sed & noſipſi peccauimus grauiter vſque ad diem hanc, ▹.6.
& "in' iniquitatibus noſtris traditi ſumus ipſi, "pro.12
& reges noſtri & ſacerdotes noſtri in manũ regum terrarum, & in gladiũ, ▹& 'in captiuitatẽ, ▹.1.
& ▹in' rapinam, & in confuſionẽ vultus, ſicut ▹.1.
& die hac. Et nunc quaſi parũ & ad momentũ facta eſt deprecatio noſtra apud Dominũ C
Deum noſtrũ, vt dimitterẽtur nobis reliquiæ, & daretur nobis "pax illius' in loco ſancto eius, "paxillus.4
& illuminaret oculos noſtros Deus noſter:

& daret

Universidad de Deusto
Biblioteca

& daret nobis vitam modicã in seruitute nostra, quia serui sumus, & in seruitute nostra non dereliquit nos Deus noster: & inclinauit super nos misericordiam coram rege Persarũ, vt daret nobis vitam, & sublimaret domum Dei nostri, & extrueret solitudines eius, vt da
a sepem.1. ret nobis a spem in Iuda & Ierusalem. Et nunc quid dicemus Deus noster post hæc? quia dereliquimus mandata tua quæ præcepisti in manu seruorum tuorum prophetarum, dicens,
Deu.7.a. ‖Terra ad quam vos ingredimini vt possidea tis eam, terra immunda est iuxta immunditiã populorum, cæterarumque terrarum, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab o-
▷.1. re vsque ad os▷ in' coinquinatione sua. Nunc
D ergo filias vestras ne detis filijs eorum, & filias eorum ne accipiatis filijs vestris: & non quæratis pacem eorum, & prosperitatem eorũ, vsque in æternum, vt confortemini, & comeda tis quæ bona sunt terræ, & hæredes habeatis filios vestros vsque in seculum. Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutem sicut est hodie, vt non conuerteremur, & irrita faceremus mãdata tua, neque matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum. Nunquid iratus es nobis vsque ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem? Domine Deus Israel iustus es tu: quoniam derelicti sumus, qui saluaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro. non enim stari potest coram te super hoc.

S. Esdras conuocatis vniuersis filijs transmigrationis, præcepit repudiari vxores alienigenas, quod quum se facturos spopondissent, recensentur qui huic operi præsint, & qui huiusmodi matrimonia contraxerant. CAP. X.

A SIergo orãte Esdra, & implorãte' Deum',
ecc. 2. & flente, & iacente ante templum Dei,
3.Esd. 8.g. collectus est ad eum de Israel cœtus grãdis nimis virorum & mulierum & puerorum: & fleuit populus fletu multo. Et respondit Sechenias filius Iehiel de filijs Aelam, & dixit Esdræ, Nos præuaricati sumus in Deum nostrum: & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nunc si est penitentia in Israel
▷.1. super hoc, percutiamus fœdus cum▷ Domino' Deo nostro, vt proijciamus vniuersas vxores, & eos qui de his nati sunt, iuxta voluntatem Domini, & eorum qui timẽt præceptum Domini Dei nostri: secundum legem fiat. Surge, tuum est discernere: nos q; erimus tecum: confortare, & fac. Surrexit ergo Esdras, & adiurauit principes sacerdotum & Leuitarum, & omnem Israel, vt facerent secundum ver-
3.Esdr. 9.a bũ hoc: & iurauerunt. ‖Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abijt ad cubiculũ Iohanan filij Eliasib, & ingressus est illuc: panem non comedit, & aquam non bibit: lugebat enim transgressionem eorum qui venerant de captiuitate. Et missa est vox in Iuda & in Ierusa- B lem omnibus filijs transmigrationis, vt cõgregarentur in Ierusalem. Et omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consilium principum & seniorum, auferretur vniuersa substãtia eius, & ipse abij cietur de cœtu transmigrationis. Conuenerunt igitur omnes viri Iuda & Ben-iamin in Ierusalem tribus diebus, ipse est mensis nonus, vicesima die mensis: & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato & pluuijs. Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos, Vos trangressi estis, & duxistis vxores alienigenas, vt adderetis super delictum Israel. Et nunc date confessionem Domino Deo patrum vestrorum, & facite placitum eius: & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et respõdit vniuersa multitudo, dixitq; voce magna, Iuxta verbum tuum ad nos, sic fiat. Veruntamen quia populus multus est, & tempus pluuiæ, & non sustinemus stare foris: & opus non est diei vnius vel duorum (vehementer quippe peccauimus in sermone isto) constituantur principes in vniuersa multitudine: & omnes in ciuitatibus nostris qui duxerunt vxores alienigenas, veniant in temporibus statutis, & cum C his seniores per ciuitatem & ciuitatem, & iudices eius, donec auertatur ira Dei nostri à nobis super peccato hoc. Igitur Ionathan filius Azahel, & Iaazia filius Thecuæ steterunt super hoc, & Mesollam & Sebethai Leuites adiuuerunt eos: feceruntque sic filij transmigrationis. Et abierũt Esdras sacerdos, & viri principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina sua: & sederunt in die primo mensis decimi, vt quærerent rem. Et cõsummati sunt omnes viri qui duxerant, vxores alienigenas, vsque ad diem primam mensis primi. Et inuenti sunt de filijs sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas. De filijs Iosue filij Iosedec, & fratres eius, Maasia & Eliezer & Iarib & Godolia. Et dederunt manus suas vt eijcerent vxores suas, & pro delicto suo arietem de ouibus offerrent. Et de filijs D Emmer, Hanani & Zebedia. Et de filijs Harim, Maasia & Elia & Semeia, & Iehiel & Ozias. Et de filijs Phesĥur, Elioenai, Maasia, Ismael, Nathanael, Iozabed & Elasa. Et de filijs Leuitarũ, Iozabed & Semei & Celaia, ipse est Calita. Phathaia, Iuda & Eliézer. Et de cantoribus, Eliasib. Et de ianitoribus, Sellum & Telem & Vri. Et ex Israel, de filijs Pharos, Remeia & Iezia & Melchia & Miamin & Eliézer & Melchia & Banea. Et de filijs Aelã, Mathania, Zacharias & Iehiel & Abdi & Ierimoth & Elia. Et de filijs Zethua, Elioenai, Eliasib, Mathania & Ierimuth & Zabad & Aziza. Et de filijs Bebai, Iohanan, Hanania, Zabbai, Athalai. Et de filijs Bani, Mosollam & Melluch & Adaia, Iasub & Saal & Ramoth. Et de filijs Phahath-moab, Edna & Chalal, Bananias & Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui & Manasse. Et de filijs Herem, Eliézer, Iesue, Melchias, Semeias, Simeon, Ben-iamin, Maloch, Samarias. Et de filijs Hasom, Mathanai, Mathatha, Zabad, Eliphelet, Iermai, Manasse, Semei. De filijs Bani, Maaddi, Amram & Vel, Baneas et Badaias, Cheliau, Vania, Marimuth & Eliasib, Mathanias, Mathanai, & Iasi, & Bani & Bennui, Semei & Salmias & Nathan, & Adaias, & Mechnedebai, Sisai, Sarai, Ezrel, & Selemiau, Semeria, Sellum, Amaria, Ioseph. De filijs Nebo, Iehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Ieddu, & Ioal, & Banaia. Omnes hi acceperant vxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

Liber Nehemię, qui & Esdræ *secundus dicitur.*



S. Nehemias Artaxerxis pincerna audita Iudæorum qui à captiuitate residui erant afflictione, flet, ac multis diebus ieiunat, populi peccata confitens, & misericordiam à Deo petens.

CAP. I.

A VERBA Nehemiæ filij Helchiæ. Et factum est in mense Casleu, anno vicesimo, et ego eram in Susis castro. Et venit
ex.7. Hanani vnus de fratribus meis, ipse, & viri* Iuda: & interrogaui eos de Iudæis qui remanserant, & supererant de cap-
B tiuitate, & Ierusalem. Et dixerunt mihi, Qui remanserunt, & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia: in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ sunt igni. Cumq; audissem verba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & orabã an-
Danie.9.a. te faciem Dei cœli. Et dixi, ‖Quæso Domine
C Deus cœli fortis, magne atque terribilis, qui custodis pactum, & misericordiam cum his qui te diligunt, & custodiunt mandata tua: fiant aures tuæ auscultantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie, nocte & die pro filijs Israel seruis tuis: & confiteor pro peccatis filiorũ Israel, quibus peccauerunt tibi: & ego, & domus patris mei peccauimus, vanitate seducti sumus, & non custodiuimus mandatum▷ tu- ▷.3.
um', & ceremonias, & iudicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo. Mementõ verbi quod mã D dasti Moysi seruo tuo, dicens, Cùm transgressi fueritis, ego dispergam vos in populos. Et si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea: etiam si abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, & reducam in locum quem elegi vt habitaret nomen meum ibi. Et ipsi serui tui, & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida. Obsecro Domine, sit auris tua attendens ad orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum qui volunt timere nomen tuũ: & dirige seruum tuum hodie, & da ei misericordiam ante virum hunc. ego enim eram pincerna regis.

S. Nehemias impetratis à rege literis venit Ierosolymam, & ad murorum instaurationem hortatur.

CAP. II.

FActum est autem in mense Nisan, anno A vicesimo Artaxerxis regis, & vinum erat ante eum, & leuaui vinum, & dedi regi: & eram quasi languidus ante faciem eius. Dixitq; mihi rex, Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? non est hoc frustra, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde, ac nimis, & dixi regi, Rex in æternum viue: quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorum patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni? Et ait mihi rex, Pro qua re postulas? Et oraui Deum cœli: & dixi ad regem, Si videtur regi bonum, & si placet seruus tuus ante faciem tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei, & ædificabo

Universidad de Deusto
Biblioteca

B cabo eam. Dixitque mihi rex, & regina quæ ſedebat iuxta eum, Vſque ad quod tempus erit iter tuum, & quando reuerteris? Et placuit ante vultum regis, & miſit me: & conſtitui ei tempus. Et dixi regi, Si regi videtur bonum, epiſtolas det mihi ad duces regionis trans Flumen, vt traducant me, donec veniam in Iudæam: & epiſtolam ad Aſaph cuſtodem ſaltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere poſsim portas templi, turres domus, & muros ciuitatis, & domum quam ingreſſus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manum Dei mei bonam mecum. Et veni ad duces regionis trans Flumen, dediq́ue eis epiſtolas regis. Miſerat autem rex mecum principes militum, & equites. Et audierũt Sanaballat Horonites, & Tobias ſeruus Ammanites, & contriſtati ſunt afflictione magna, quòd veniſſet homo qui quæreret proſperitatem filiorum Iſrael. Et veni Ieruſalem, & erã ibi tribus diebus: & ſurrexi nocte ego, & viri pauci mecum, & non indicaui cuiquam quid Deus dediſſet in corde meo vt facerem in Ieruſalem: & iumentum non erat mecum, niſi animal cui ſedebam. Et egreſſus ſum per portam vallis nocte, & ante fontem draconis, & ad portam ſtercoris: & conſiderabam murum Ieruſalem diſsipatum, & portas eius conſumptas igni. Et tranſiui ad portam fontis, & ad aquæductum regis, & non erat locus iumento cui ſedebam, vt tranſiret. Et aſcendi per torrẽtem nocte, & conſyderabam murum: & reuerſus veni ad portam vallis, & redij. Magiſtratus autem neſciebant quò abijſſem, aut quid ego facerem: ſed & Iudæis & ſacerdotibus, & optimatibus, & magiſtratibus, & reliquis qui faciebant opus, vſq; ad id loci nihil indicaueram.
D Et dixi eis, Vos noſtis afflictionem in qua ſumus, quia Ieruſalem deſerta eſt, & portæ eius conſumptæ ſunt igni: venite, & ædificemus muros Ieruſalem, & non ſimus vltrà opprobrium. Et indicaui eis manum Dei mei quòd eſſet bona mecum, & verba regis quæ locutus eſſet mihi, & aio, Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ ſunt manus eorum in bono. Audierunt autem Sanaballat Horonites, & Tobias ſeruus Ammanites, & Goſem Arabs: & ſubſannauerunt nos, & deſpexerunt, dixerunt q́ue, Quæ eſt hæc res quam facitis? nunquid contra regem vos rebellatis? Et reddidi eis ſermonem, dixiq́ue ad eos, Deus cœli ipſe nos iuuat, & nos ſerui eius ſumus: ſurgamus, & ædificemus: vobis autem non eſt pars, & iuſtitia, & memoria in Ieruſalem.

S. Ieruſalem in muris, turribus ac portis ædificatur à varijs qui hîc recenſentur.

CAP. III.

ET ſurrexit Eliaſib ſacerdos magnus, & A fratres eius ſacerdotes: & ædificauerunt portam gregis: ipſi ſanctificauerunt eã, & ſtatuerunt valuas eius, & vſque ad turrim centum cubitorum ſanctificauerunt eam, vſque ad turrim Hananeel. Et iuxta eum ædificauerunt viri Iericho: & iuxta eum ædificauit Zacchur filius Amri. Portam autem piſcium ædificauerunt filij Aſnaa: ipſi texerunt eam, & ſtatuerunt valuas eius, & ſeras, & vectes. Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ, filij Accus. Et iuxta *eum ædificauit Moſollam filius Barachiæ, filij Meſezebel: & iuxta eos ædificauit Sadoc filius Baana. Et iuxta eos ædifi- B cauerunt Thecueni: optimates autem eorum non ſuppoſuerunt colla ſua in opere Domini ſui. Et portam veterem ædificauerunt Ioiada filius Phaſea, & Moſollam filius Beſodia: ipſi texuerunt eam, & ſtatuerunt valuas eius, & ſeras & vectes. Et iuxta eos ædificauerunt Meltias Gabaonites, & Iadon Meronathites, viri de Gabaon & Maſpha: pro duce qui erat in regione trans Flumen. Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex: & iuxta eum ædificauit Ananias filius pigmentarij: & dimiſerunt Ieruſalem vſque ad murum plateæ latioris. Et iuxta eum ædificauit Raphaia filius C Hur, princeps vici Ieruſalem. Et iuxta *eum ædificauit Iedaia filius Haromaph contra domum ſuam: & iuxta eum ædificauit Hattus filius Haſeboniæ. Mediam partem vici ædificauit Melchias filius Herẽ, & Haſub filius Phahath-moab, & turrim furnorum. Et iuxta eũ ædificauit Sellum filius Alohes princeps mediæ partis vici Ieruſalem, ipſe & filiæ eius. Et portam vallis ædificauit Hanun, & habitatores Zanóe: ipſi ædificauerunt eam, & ſtatuerũt valuas eius, & ſeras & vectes, & mille cubitos in muro, vſque ad portam ſterquilinij. Et portam ſterquilinij ædificauit Melchias filius Rechab, princeps vici Bet-acháram: ipſe ædificauit eam, & ſtatuit valuas eius, & ſeras & vectes. Et portam fontis ædificauit Sellum filius D Chol-hoza, princeps pagi Maſpha: ipſe ædificauit eam, & texit, & ſtatuit valuas eius, & ſeras & vectes, & muros piſcinæ Siloe in hortũ regis, & vſque ad gradus qui deſcendunt de Ciuitate-Dauid. Poſt eum ædificauit Nehemias filius Azboc princeps dimidiæ partis vici Bet-ſur, vſque contra ſepulchrum Dauid, & vſque ad piſcinam quæ grandi opere conſtructa eſt, & vſque ad domum fortium. Poſt eum ædificauerunt Leuitæ, Rehũ filius Benni: poſt eum ædificauit Haſebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico ſuo. Poſt eum ædificauerunt fratres eorum Bauai filius Henadab, princeps dimidiæ partis Ceilæ. Et ædi- E ficauit iuxta eum Azer filius Ioſuæ, princeps Maſpha

Maſpha menſuram ſecundam, contra aſcenſum firmiſsimi anguli. Poſt eum in monte ædificauit Baruch filius Zachái meſuram ſecundam, ab angelo vſque ad portam domus Eliaſib ſacerdotis magni. Poſt eum ædificauit Merimuth filius Vriæ filij Haccus, menſuram ſecundam à porta domus Eliaſib, donec extenderetur domus Eliaſib. Et poſt eum ædificauerunt ſacerdotes viri de cãpeſtribus Iordanis. Poſt eum ædificauit Ben-iamin & Haſub contra domum ſuam: & poſt eum ædificauit Azarias filius Maaſiæ filij: Ananiæ contra domum ſuam. Poſt eum ædificauit Bennui filius Henadad menſuram ſecundam, à domo F Azariæ vſquæ ad flexuram, & vſque ad angu- *Poſtea ædificauit. lum. * Phalel filius Ozi contra flexuram & turrim quæ eminet de domo regis excelſa, id eſt in atrio carceris: poſt eum Phadaia filius Pharos. Nathinæi autem habitabant in Ophel, vſque contra portam aquarum, ad orientem, & turrim quæ prominebat. Poſt eum ædificauerunt Thecueni menſuram ſecundã eregione, à turre magna & eminẽte vſque ad *portæ. 11. murum templi. Surſum autem *ad portam' equorum ædificauerunt ſacerdotes, vnuſquiſque cõtra domum ſuam. Poſt eos ædificauit Sadoc filius Emmer contra domum ſuam. Et G poſt eum ædificauit Semaia filius Secheniæ, cuſtos portæ orientalis. Poſt eum ædificauit Hanania filius Selemiæ, & Hanun filius Seleph, ſextus menſuram ſecundam: poſt eum ædificauit Moſollam filius Barachiæ, contra gazophylacium ſuum. Poſt eum ædificauit Melchias filius aurificis, vſque ad domum *ſerua. 1. Nathinæorum, & *ſcuta' vendentium contra portam iudicialem, & vſq; ad cœnaculum an- *vſque ad. 5 guli. Et *inter' cœnaculum anguli in porta *aurifices. 1. gregis ædificauerunt 'artifices' & negotiatores.

S. Aduerſantibus Sanaballat & Tobia cũ cæteris gentibus, Iudæi altera manu ædificant, altera gladium tenent, & Nehemia contra illorum ſubſanationes & inſidias Deum orante opus perficitur.

CAP. IIII.

A FActum eſt autem, cùm audiſſet Sanaballat quod ædificaremus murum, iratus eſt valde: & motus nimis ſubſannauit Iudæos, & dixit coram fratribus ſuis, & frequentia Samaritanorum, Quid Iudæi faciunt imbecilles? num dimittent eos getnes? Num ſacrificabunt, & complebunt in vna die? Nunquid ædificare poterunt lapides de aceruis puluueris, qui combuſti ſunt? Sed & Tobias Ammanites *Et dixit Nehemias. proximus eius, ait, Aedificent: ſi aſcenderit vulpes, tranſiliet murũ eorum lapideum. * Audi Deus noſter, quia facti ſumus deſpectui: conuerte opprobrium ſuper caput eorum, & da eos in deſpectionem in terra captiuitatis. Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur: quia irriſerunt ædificantes. Itaque ædificauimus murum, & cõiunximus totum vſq; ad partem dimidiam: & prouocatum eſt cor populi ad operandum. Factum eſt autem, cùm audiſſet Sa- B naballat, & Tobias, & Arabes, & Ammanitæ, & Azotij, quod obducta eſſet cicatrix muri Ieruſalem, & quod cœpiſſent interrupta concludirati ſunt nimis. Et congregati ſunt omnes pariter vt venirent, & pugnarent contra Ieruſalem, & molirentur inſidias. Et orauimus Deum noſtrum, & poſuimus cuſtodes ſuper murum die ac nocte contra eos. Dixit autem Iudas, Debilitata eſt fortitudo portãtis, & humus nimia eſt, & nos non poterimus ædificare murum. Et dixerunt hoſtes noſtri, Neſciãt & ignorent, donec veniamus in medium eorum, & interficiamus eos, & ceſſare faciamus opus. Factum eſt autem venientibus Iudæis C qui habitabant iuxta eos, & dicentibus nobis per decẽ vices, ex omnibus locis quibus venerant ad nos, ſtatui in loco poſt murum per circuitum populum in ordinem cum gladijs ſuis, & lanceis, & arcubus. Et perſpexi atque ſurrexi: & aio ad optimates & magiſtratus, & ad reliquam partem vulgi, Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote, & pugnate pro fratribus veſtris, filijs veſtris, & filiabus veſtris, & vxoribus veſtris, & domibus veſtris. Factum eſt autem, cùm audiſſent inimici noſtri nuntiatum eſſe nobis, diſsipauit Deus conſilium eorum. Et reuerſi ſumus omnes ad muros, vnuſquiſque ad opus ſuum. Et factum eſt à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceæ, & ſcuta, & arcus, & loricæ, & principes poſt eos in omni domo Iuda ædificantiũ in muro, & portantium onera, & imponentium: vna manu ſua faciebat opus, & altera tenebat gladium. ædificantium enim vnuſquiſque gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clangebant buccina- D iuxta me. Et dixi ad optimates, & ad magiſtratus, & ad reliquam partem vulgi, Opus grande eſt & latum, & nos ſeparati ſumus in muro procul alter ab altero: in loco quocunque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos. Deus noſter pugnabit pro nobis. Et noſipſi faciamus opus: & media pars noſtrum teneat lanceas ab aſcenſu auroræ, donec egrediantur aſtra. In tempore quoque illo dixi populo, Vnuſquiſque cum puero ſuo maneat in medio Ieruſalem, & ſint "vobis' vices "nobis. 9a per noctem, & diem, ad operandum. Ego autem & fratres mei & pueri mei, & cuſtodes qui erant poſt me, non deponebamus veſtimen-

vestimenta nostra: vnusquisque tantum nuda batur ad baptismum.

S. In magna famæ Nehemias diuites auaros increpat, vsuras q; prohibet, sua indigentibus sponte elargiens.

CAP. V.

A ET factus est clamor populi, & vxorum eius magnus aduersus fratres suos Iudæos, Et erant qui dicerent, Filij nostri & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus. Et erant qui dicerent, Agros nostros, & vineas, & domos nostras opponamus: & accipiamus frumentum in fame. Et alij dicebant, Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demusq; agros nostros & vineas: & nūc sicut carnes fratrum nostrorū, sic carnes nostræ sunt: & sicut filij eorum, ita & filij nostri. ecce nos subiugamus filios nostros, & filias nostras in seruitutē, & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus vnde possint redimi, & agros nostros & vineas nostras alij
B possident. Et iratus sum nimis, cùm audissem clamorem eorum secundum verba hæc, cogitauitq; cor meum mecum, & increpaui optimates & magistratus, & dixi eis, Vsuràsne singuli à fratribus vestris exigitis? Et congregaui aduersum eos concionem magnam, & dixi eis, Nos, vt scitis, redemimus fratres nostros Iudæos qui venditi fuerant gentibus, secundum possibilitatem nostram: & vos igitur vendetis fratres vestros, & redimemus eos? Et siluerūt nec inuenerunt quid responderent. Dixiq; ad eos, Non est bona res quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris? Et ego & fratres mei & pueri mei, commodauimus plurimis pecuniam & frumentum: non repetamus in commune istud, æs alienum cōcedamus quod debetur nobis. Reddite eis hodie agros suos, & vineas suas, & oliueta sua, &
C domos suas: quin potius & cētesimam pecuniæ, frumenti, vini & olei, quam exigere solebatis ab eis, date pro illis. Et dixerūt, Reddemus, & ab eis nihil quæremus: sicq; faciemus vt loqueris. Et vocaui sacerdotes, & adiuraui eos vt facerent iuxta quod dixeram. Insuper excussi sinum meum, & dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui non compleuerit verbum istud, de domo sua & de laboribus suis: sic excutiatur, & vacuus fiat. Et dixit vniuersa multitudo, Amen. Et laudauerunt Deum. Fecit ergo populus sicut erat dictum. A die autem illa qua præceperat rex mihi vt essem dux in terra Iuda, ab anno vicesimo vsq; ad annū tricesimum secundū Artaxerxis regis, per annos duodecim, ego & fratres mei annonas quæ ducibus debebantur, non comedimus. Duces autem primi, qui fuerant ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidie siclos quadraginta: sed & ministri eorum depresserunt populum. Ego autem non feci ita, propter timorē Dei: D quin potius in opere muri ædificaui, & agrū non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant. Iudæi quoque & magistratus centū quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus quæ in circuitu nostro sunt, in mē sa mea erant. Parabatur autem mihi per dies singulos bos vnus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, & inter dies decem vina diuersa, & alia multa tribuebam: insuper & annonas ducatus mei non quæsiui. valde enim attenuatus erat populus. Memento mei Deus meus in bonum secundum omnia quæ feci populo huic.

S. Sanaballat cū socijs Iudæis ad fœdus insidiosis literis inuitans, ac sic ædificationem impedire nitens, non terret, nec immutat propositum Nehemiæ: completoq; muro timuerunt omnes finitimæ gentes.

CAP. VI.

FActum est autem, cùm audisset Sanabal A lat, & Tobias, & Gossem Arabs, & cæteri inimici nostri, quòd ædificassem ego murum, & non esset in ipso residua interruptio (vsque ad tempus autem illud valuas non posueram in portis) miserunt Sanaballat, & Gossem ad me, dicentes, Veni, & percutiamus ᵉvitulis.4.r fœdus pariter in ᵉvitulis' in Campo-ono. Ipsi autem cogitabant vt facerēt mihi malum. Misi ergo ad eos nuntios, dicens, Opus grande ego facio, & non possum descendere: ne forte negligatur cùm venero, & descendero ad vos. Miserunt autem ad me secundum verbū hoc, per quatuor vices: & respondi eis iuxta sermonem priorem. Et misit ad me Sanaballat iuxta B verbum prius quinta vice puerum suum, & epistolam habebat in manu sua scriptam hoc modo, IN GENTIBVS auditum est, & Gossem dixit quòd tu & Iudæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murum, & leuare te velis super eos regem: propter quam causam & prophetas posueris qui prædicent de te in Ierusalem, dicentes, Rex in Iudæa est. Auditurus est rex verba hæc: idcirco nunc veni, vt ineamus consilium pariter. Et misi ad eos, dicēs, Non est factum secundum verba hæc quæ tu lóqueris. de corde enim tuo tu componis hæc. C Oēs enim hi terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab opere, & quiescere mus. Quam ob causam magis confortaui manus meas: & ingressus sum domum Semaiæ filij Dalaiæ filij Metabeel secretò. Qui ait, Tractemus nobiscum in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis: quia venturi sunt

vt interficiant te, & nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi, Num quisquam similis mei fugit? & quis vt ego ingredietur tēplum & viuet? non ingrediar. Et intellexi quod Deus non misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobias & Sanaballat conduxissent eum. acceperat enim pretium, vt territus facerem, & peccarem, & haberent malum quod exprobrarent mihi. Memento mei Domine pro Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorū talia: sed & Noadiæ prophetæ, & cæterorum prophetarum qui terrebant me.
D Completus est autem murus vicesimoquinto die mēsis Elul, quinquaginta duobus diebus. Factum est ergo cum audissent omnes inimici nostri, vt timerent vniuersæ gentes quæ erant in circuitu nostro, & conciderent intra semeipsos, & scirent quòd à Deo factum esset opus hoc. Sed & in diebus illis multæ optimatum Iudæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos. Multi enim erant in Iudæa habentes iuramentum eius, quia gener erat Secheniæ filij Area, & Iohanā filius eius acceperat filiam Mosollam filij Barachiæ. sed & laudabant eum corā me, & verba mea nuntiabant ei: & Tobias mittebat epistolas vt terreret me.

S. Per Nehemiam constituuntur custodes in Ierusalem: deinde conuocato populo recensentur hi qui primus ascenderant Ierusalem vnà cum iumentis ipsorum, danturq; munera ad opus ædificationis.

CAP. VII.

A POstquam autem ædificatus est murus & posui valuas, & recensui ianitores, & cantores, & leuitas: præcepi Hanani fratri me, o & Hananiæ principi domus de Ierusalem (ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur) & dixi eis, Nō aperiantur portæ Ierusalem vsque ad calorem solis. Cumque adhuc assisterent, clausæ portæ sunt, & oppilatæ: & posui custodes de habitatoribus Ierusalem, singulos per vices suas, & vnumquenque contra domum suam. Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius, & non erant domus ædificatæ. ‖ Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, & magistratus & vulgus, vt recenserem eos: & inueni librum census eorum qui ascenderant primum, & inuentum est scriptum in eo.

1. Esdr. 2. a

B Isti filij prouinciæ, qui ascenderunt de captiuitate migrantium, quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis, & reuersi sunt in Ierusalem, & in Iudæam, vnusquisque in ciuitatem suam. Qui ᵉvenerant' cum Zorobabel, Iosue, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belsan, Mespharath, Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorū populi Israel, Filij Pharos, duo millia centum septuagintaduo. Filij Saphatia, trecēti septuagintaduo. Filij Area, sexcenti quinquaginta-duo. Filij Phahath-moab filiorum Iosuē & Ioab, duo millia octingenti decem & octo. Filij Aelam, mille ᵈoctingenti' quinquaginta- ᵈducenti.1. quatuor. Filij Zethua, octingenti quadragin- C taquinque. Filij Zachai, septingenti sexaginta. Filij Bannui, sexcenti quadragintaocto. Filij Bebai, sexcenti vigintiocto. Filij Azgad, duo millia trecēti vigintiduo. Filij Adonicā, sexcenti sexagintaseptem. Filij Beguai, duo millia sexagintaseptem. Filij Adin, sexcenti quinquagintaquinq;. Filij Ater, filij Hezeciæ, ᵉnongentiocto'. Filij Hasem, trecenti viginti- ᵉnonaginta. octo. Filij Besai, trecenti vigintiquatuor. Filij Hareph, centum duodecim. Filij Gabaon, nonagintaquinque. Filij Beth-lehem & Netupha, centum octogintaocto. Viri Anathoth, centum vigintiocto. Viri Beth-azmoth, quadragintaduo. Viri Cariath-iarim, Cephira, & Beroth, septingenti quadragintatres. Viri Rama & Geba, sexcenti vigintivnus. Viri Machmas, centum vigintiduo. Viri Beth-el & Hai, centum vigintitres. Viri Nebo alterius, quinquagintaduo. Viri Aelam alterius, mille D ducenti quinquagintaquatuor. Filij Harem, trecenti viginti. Filij Iericho, trecenti quadragintaquinque. Filij Lod-hadid & Ono, septingenti vinginti vnus. Filij Senaa, tria millia nongenti triginta. Sacerdotes: Filij Idaia in domo Iesua, nongenti septuagintatres. Filij Emmer, mille quinquagintaduo. Filij Phashur, mille ducenti quadragintaseptem. Filij Arem, mille decem & septem. Leuitæ: Filij Iosue & Cedmiel filiorum Oduiæ, septuaginta quatuor. Cantores: Filij Asaph, centum quadragintaocto. Ianitores: Filij Sellum, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: centum trigintaocto. Nathinæi: Filij E Soha, filij Hasupha, filij Tebbaoth, filij Ceros, filij Siaa, filij Phadō, filij Lebana, filij Hagaba, filij Selmai, filij Hanā, filij Geddel, filij Gaher, filij Raaia, filij Rasin, filij Necoda, filij Gezē, filij Aza, filij Phasea, filij Besai, filij Munim, filij Nephusim, filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, filij Besloth, filij Mahida, filij Harsa, filij Bercos, filij Sisara, filij Thema, filij Nasia, filij Hatipha, filij seruorum Salomonis, filij Sotai, filij Sophereth, filij Pharida, filij Iahala, filij Darcon, filij Ieddel, filij Saphatia, filij Hatil, filij Phocheret, qui erat ortus ex Sabaim filio Amon. Omnes Nathinæi, & filij seruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. Hi sunt autem qui ascenderunt de Thelmela, Thel-harsa, Cherub, Addon, &

Emmer: & non potuerunt indicare domum patrum ſuorum, & ſemen ſuum, vtrum ex Iſrael eſſent. Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda ſexcenti quadragintaduo. Et de ſacerdoti-
F bus filij Habia, filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem: & vocatus eſt nomine eorum. hi quæſierunt ſcripturam ſuam in cenſu, & non inuenerunt: & eiecti ſunt de ſacerdotio. Dixitque Atherſatha eis vt non manducarent de Sanctiſſanctorum, donec ſtaret ſacerdos doctus & eruditus. Omnis multitudo quaſi vir vnus
"trecēti. 4. quadraginta duo millia "ſexcenti' ſexaginta: abſq; ſeruis & ancillis eorum, qui erant ſeptem millia trecenti triginta ſeptem: & inter eos cantores, & cantatrices, ducenti quadragintaquinque. Equi eorum, ſeptingenti trigintaſex: muli eorum, ducenti quadragintaquinque: cameli eorum, quadringenti trigintaquinque: aſini, ſex millia ſeptingenti viginti.

¶ HVCVSQVE REFERTVR quid in commentario ſcriptum fuerit: exin Nehemiæ hiſtoria texitur.

G Nonnulli autem de principibus familiarum dederunt in opus. Atherſatha dedit in theſaurum, auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas ſacerdotales quingentas triginta. Et de principibus familiarum dederunt in theſaurum operis, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia ducentas. Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, & argenti mnas duo millia, & tunicas ſacerdotales ſexagintaſeptem. Habitauerunt autem ſacerdotes & Leuitæ, & ianitores & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Iſrael in ciuitatibus ſuis.

S. *Eſdras diſtinctè populo verba legis recitat, facto per Leuitas ſilentio, & contriſtatum populum Nehemias conſolatur, allatiſq; frondibus celebrant ſeptem diebus feſtum tabernaculorum, legente ſingulis diebus Eſdra in libro legis.*

CAP. VIII.

A ET venerat menſis ſeptimus: filij autem Iſrael erant in ciuitatibus ſuis. Congregatusque eſt omnis populus quaſi vir vnus ad platéam quæ eſt ante portam aquarum: & dixerunt Eſdræ ſcribæ, vt afferret librum legis Moyſi, quam præceperat Dominus Iſraeli. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legē coram multitudine virorum & mulierum, cunctiſq; qui poterant intelligere, in die prima mēſis ſeptimi. Et legit in eo aperte in platéa quæ erat ante portam aquarum, de mane vſq; ad mediam diem in conſpectu virorum, & mulierum, & ſapientium: & aures omnis populi erāt erectæ ad librum. Stetit autem Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendū: & ſteterunt iuxta eum Mathathias, & Semeia, & Ania, & Vria, & Helcia, & Maaſia, ad dextrā eius: & ad ſiniſtram, Phadaia, Miſael, & Melchia, & Haſum, & B
Hasbadána, Zacharia, & Moſollam. Et aperuit Eſdras librum coram omni populo: ſuper vniuerſum quippe populū eminebat. Et cum aperuiſſet eum, ſtetit omnis populus. Et benedixit Eſdras Domino Deo "voce magna': "magno. & reſpondit omnis populus, Amen, amen: eleuans manus ſuas. & incuruati ſunt, & adorauerūt Deum proni in terram. Porrò Ioſûe, & Bani & Serebia, Iamin, Accub, Sebthái, Odia, Maaſia, Celita, Azarias, Iozabed, Hanan, Phalaia, Leuitæ, ſilentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem ſtabat in gradu ſuo. Et legerunt in libro legis Dei diſtinctè, & apertè ad intelligendum: & C
intellexerunt cum legeretur. Dixit autem Nehemias (ipſe eſt Atherſáta) & Eſdras ſacerdos & ſcriba, & Leuitæ interpretantes vniuerſo populo, Dies ſanctificatus eſt Domino Deo "noſtro', nolite lugere, & nolite flere. "veſtro. Flebat enim omnis populus, cum audiret verba legis. Et dixit eis, Ite comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes "his qui non præparauerunt' ſibi, quia ſanctus dies Domini eſt, & nolite contriſtari. "ei qui non præparauit 6. gaudium etenim Domini eſt fortitudo "noſtra'. "veſtra. Leuitæ autem ſilentium faciebant in omni populo, dicentes, Tacete, quia dies ſanctus eſt, & nolite dolere. Abijt itaque omnis populus, vt comederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiam magnam: quia intellexerant verba quæ docuerat eos. Et in die ſecundo congregati ſunt principes familiarum vniuerſi populi, ſacerdotes & Leuitæ ad Eſdrā ſcribam, D
vt interpretaretur eis verba legis. Et inuenerūt ſcriptum in lege, præcepiſſe Dominum in manu Moyſi, vt habitent filij Iſrael in tabernaculis, in die ſolenni, menſe ſeptimo: & vt prædicent, & diuulgent vocem in vniuerſis vrbibus ſuis, & in Ieruſalem, dicentes, Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemoroſi, vt fiant tabernacula, ſicut ſcriptum eſt. Et egreſſus eſt populus, & attulerunt. Feceruntque ſibi tabernacula vnuſquiſque in domate ſuo, & in atrijs ſuis, & in atrijs domus Dei, & in platéa portæ aquarum, & in platéa portæ Ephráim. Fecit ergo vniuerſa eccleſia eorum qui redierant de captiuitate tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus Ioſûe filij Nun taliter filij Iſrael, vſque ad diem illum. Et fuit lætitia magna

magna nimis. Legit autem in libro legis Dei per dies ſingulos, à die primo vſque ad diem nouiſſimum. & fecerunt ſolennitatem ſeptē diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum.

S. *Populus in ieiunio & ſaccis pœnitens ſeparat ſe ab alienigenis: Eſdras confitetur Dei beneficia Iſraelitarumq; ſcelera, & pro populo orat, ac ita fœdus cum Domino feriunt.*

CAP. IX.

3.Eſd.9.c. A IN die autem viceſimoquarto menſis huius conuenerunt filij Iſrael in ieiunio, & in ſaccis, & humus ſuper eos. Et ſeparatum eſt ſemen filiorum Iſrael ab omni filio alienigena: & ſteterunt, & confitebantur peccata ſua, & iniquitates patrū ſuorum. Et conſurrexerunt ad ſtandum: & legerunt in volumine legis Domini Dei ſui, quater in die, & quater cōfitebantur, & adorabant Dominum Deum ſuum. Surrexerunt aūt ſuper gradum Leuitarum Ioſûe, & Bani, & Cedmiel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, & Chanáni: & clamauerunt voce magna ad Dominum Deum ſuum. Et dixerunt Leuitæ Ioſûe, & Cedmiel,
"noſtro. Bōni, Haſebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahia: Surgite, Benedicite Domino Deo "veſtro' ab æterno vſq; in æternum: & benedicāt nomini gloriæ tuæ excelſo in omni benedi-
B ctione & laude. Tuipſe Domine ſolus tu feciſti cœlū, & cœlum cœlorum, & omnē exercitum eorū: terram, & vniuerſa quæ in ea ſunt: maria, & omnia quæ in eis ſunt: & tu viuificas omnia hæc, & exercitus cœli te adorat. Tuip-
Gene.11.d. ſe Domine Deus, qui elegiſti Abrahā, & "eduxiſti eum de Igne-Chaldæorum: & poſuiſti nomen eius Abraham. Et inueniſti cor eius fidele coram te: & percuſſiſti cum eo fœdus, vt dares ei terram Chananæi, Hethæi, & Heuæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Iebuſæi, & Gergeſæi, vt dares ſemini eius: & impleſti verba tua, quoniam iuſtus es. Et vidiſti afflictionem patrum noſtrorum in Aegypto: clamoremq; eorum audiſti ſuper Mare-rubrum. Et dediſti ſigna atq; portenta in Pharaone, & in vniuerſis ſeruis eius, & in omni populo terræ illius: cognouiſti enim quia ſuperbè egerant contra eos: & feciſti tibi nomen, ſicut & in hac die. Et mare diuiſiſti ante eos, & tranſierunt per medium maris in ſicco: perſecutores autem eorum proieciſti in profundum, quaſi
C lapidē in aquas validas. Et in columna nubis ductor eorum fuiſti per diem: & in columna ignis per noctē: vt appareret eis via per quam ingrediebantur. Ad montem quoque Sinai deſcendiſti, & locutus es cum eis de cœlo: & dediſti eis iudicia recta, & legem veritatis, ceremonias, & præcepta bona. Et ſabbathum ſanctificatum tuum oſtendiſti eis, & mandata, & ceremonias, & legē præcepiſti eis in manu Moyſi ſerui tui. Panem quoq; de cœlo dediſti eis in fame eorum, & aquam de petra eduxiſti eis ſitientibus: & dixiſti eis vt ingrederentur & poſſiderent Terram ſuper quam leuaſti manum tuam vt traderes eis. Ipſi verò & patres noſtri ſuperbè egerunt, & indurauerunt ceruices ſuas, & non audierunt mandata tua. Et noluerunt audire: & non ſunt recordati mirabilium tuorum quæ feceras eis. Et indurauerunt ceruices ſuas, & dederunt caput vt conuerterentur ad ſeruitutem ſuam, quaſi per cōtentionem. Tu autem Deus propitius, clemens. & miſericors, longanimis, & multæ miſerationis non dereliquiſti eos, & quidem cum feciſſent ſibi vitulum conflatilem, & dixiſſent, Iſte eſt Deus tuus, qui eduxit te de D
Aegypto: Feceruntque blaſphemias magnas, Tu aūt in miſericordijs tuis multis non dimiſiſti eos in deſerto: columna nubis nō receſſit ab eis per diem, vt duceret eos in viam: & columna ignis per noctem, vt oſtenderet eis iter per quod ingrederentur. Et ſpiritū tuū bonum dediſti qui doceret eos, & manna tuū nō prohibuiſti ab ore eorū, & aquam dediſti eis in ſiti. Quadraginta annis pauiſti eos in deſerto, nihilq; eis defuit: veſtimenta eorum nō inueterauerunt, & pedes eorum non ſunt attriti. Et dediſti eis regna & populos, & partitus es eis ſortes: & poſſederunt terram Sehō, & terram regis Heſebon, & terrā Og regis Baſan. Et multiplicaſti filios eorum ſicut ſtellas cœli, & adduxiſti eos ad terrā de qua dixeras patribus eorum vt ingrederentur & poſſiderent. Et venerunt filij, & poſſederunt terram, E
& humiliaſti corā eis habitatores terræ Chananæos, & dediſti eos in manu eorum, & reges eorum, & populos terræ, vt facerent eis ſicut placebat illis. Ceperunt itaq; vrbes munitas & humum pinguem, & poſſederunt domos plenas cūctis bonis: ciſternas ab alijs fabricatas, vineas, & olueta, & ligna pomifera multa: & comederunt, & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt, & abundauerunt delicijs in bonitate tua magna. Prouocauerunt autem te ad iracundiam, & receſſerunt à te, & proiecerūt legem tuā poſt terga ſua: & prophetas tuos occiderunt, qui conteſtabantur eos vt reuerterentur ad te: feceruntq; blaſphemias grandes. Et dediſti eos in manum hoſtium ſuorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad te, & tu de cœlo audiſti, & ſecundum miſerationes tuas multas dediſti eis, ſaluatores, qui ſaluarent eos de manu hoſtium ſuorum. Cumque requieuiſſent, re- F
uerſi ſunt vt facerent malum in conſpectu tuo: & dereliquiſti eos in manu inimicorum ſuorum, & poſſederunt eos. Conuerſiq; ſunt, & clamauerunt ad te: tu autem de cœlo exau-

Universidad de Deusto Biblioteca

disti,& liberasti eos in misericordijs tuis,multis temporibus.Et contestatus es eos vt reuerterentur ad legem tuam. Ipsi verò superbè egerunt,& nō audierunt mādata tua,& in iudicijs tuis peccauerunt, quæ faciet homo, & viuet in eis:& dederunt humerum recedentē, & ceruicem suā indurauerunt,nec audierunt. Et protraxisti super eos annos multos,& cōtestatus es eos in Spiritu tuo per manum prophetarum tuorum: & non audierunt, & tradidisti eos in manum populorum terrarum. In misericordijs autem tuis plurimis non feciſti eos in consumptionem nec dereliquisti eos:quoniam Deus miserationum, & clemēs es tu.Nunc itaque Deus noster magne,fortis & terribilis,custodiens pactum & misericordiam, ne auertas à facie tua omnem laborem qui inuenit nos, reges nostros, & principes
G nostros, & sacerdotes nostros, & prophetas
▷.3. nostros,▷& patres nostros', & omnem populum tuum à diebus regis Assur, vsque in diem hāc.Et tu iustus es in omnibus quæ venerunt super nos:quia veritatem feciſti, nos autē impiè egimus.Reges nostri,principes nostri,sacerdotes nostri,& patres nostri non fecerunt legem tuam, & non attēderunt mandata tua, & testimonia tua quæ testificatus es in eis.Et
▷.2. ipsi in regnis suis ▷bonis', & in bonitate tua multa quam dederas eis, & in terra latissima & pingui quam tradideras in conspectu eorum, non seruierunt tibi, nec reuersi sunt à studijs suis pessimis.Ecce nosipsi hodie serui sumus: & terra quam dedisti patribus nostris vt comederent panem eius & quæ bona sunt eius,& nosipsi serui sumus in ea.Et fruges eius multiplicantur regibus,quos posuisti super nos propter peccata nostra,& corporibus nostris dominātur,& iumentis nostris secundum voluntatē suam, & in tribulatione magna sumus. Super omnibus ergo his nosipsi percutimus fœdus, & scribimus, & signant principes nostri,Leuitæ nostri. & sacerdotes nostri.

S. Designantur qui fœdus initum signarūt, quo pollicentur se seruaturos vniuersa Dei præcepta,maxime de non commiscendo cum alienigenis,de seruādis sabbatho,anno septimo,oblationibus,primitijs ac decimis. CAP. X.

A SIgnatores autem fuerunt, Nehemias,Atherſatha filius Hachelai,& Sedecias,Saraias, Azarias, Ieremias, Pheshur, Amarias, Melchias,Hattus,Sebenia,Melluch,Harem,Merimuth. Obdias,Daniel,Genthō,Baruch,Mosollam,Abia, Miamin,Maazia, Belgai, Semeia: hi sacerdotes. Porrò Leuitæ, Iosūe filius Azaniæ, Bennui de filijs Henadad, Cedmiel: & fratres eorū,Sebenia, Odaia,Celita,Phalaia,Hanan,Micha,Rohob,Hasebia, Zachur,Serebia, Sabania, Odaia,Bani,Baninu.Capita populi, Pharos, Phahath-moab. Aelam,Zethu,Bani, Bonni, Azgad,Bebai,Adonia,Begoai,Adin,Ater,Hezecia, Azur,Odaia,Hasum,Besai,Hareph,Anathoth,Nebái, Megphias,Mosollam, Hazir, Mesizabel,Sadoc,Ieddua,Pheltia,Hanan, Anaia,Osee,Hanania,Hasub,Alohes,Phalea,Sobec,Rehum, Maasia,Echaia,Hanan,Anan,Melluch, Harā,Baana:& reliqui de populo,sacerdotes,Le- B
uitæ,ianitores, & cantores, Nathinæi,& omnes qui se separauerunt de populis terrarum ad legem Dei vxores eorum,filij eorum,& filiæ eorum, *omnes qui poterant sapere spondentes pro fratribus suis,optimates eorum,& & qui veniebant ad pollicendum & iurandū vt ambularent in lege Dei, quam dederat in manu Moysi serui Dei, vt facerent & custodirent vniuersa mādata Domini Dei nostri, & iudicia eius & ceremonias eius, & vt non daremus filias nostras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filijs nostris,Populi quoq; terræ qui important venalia,& omnia ad vsum, per diem sabbathi vt vendant, non accipiemus ab eis in sabbatho & in die sanctificato.Et demittemus annum septimū,& exa C
ctionem vniuersæ manus. Et statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri,ad panes propositionis,& ad sacrificium sempiternum, & in holocaustum sempiternum in sabbathis,in calendis,in solennitatibus,& in sanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Israel, & in omnem vsum domus Dei nostri. Sortes ergo misimus super oblationem ligno
rum inter sacerdotes,▷&' Leuitas,& populū, ▷.34
vt inferrentur in Domum Dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora,à temporibus anni vsque ad annum: vt arderent super altare Domini Dei nostri, sicut scriptum est in lege Moysi. & vt afferemus primogenita terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni ab anno in annum,in domo Domini. & primitiua filiorum nostrorum,& pe
corum nostrorum sicut scriptum est in lege, D
& primitiua boum nostrorum,& ouium nostrarum,vt offerentur in domo Dei nostri,sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri.Et primitias ciborum nostrorū,& libami
num nostrorum,& poma omnis ligni, vindemiæ quoq;, & olei afferemus sacerdotibus ad gazophylacium Dei nostri, & decimā partem terræ nostræ Leuitis.Ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorum. Erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophylacium in domo te-

mo thesauri.Ad gazophylacium enim deportabūt filij Israel, & filij Leui primitias frumēti,vini,& olei:& ibi erunt vasa sanctificata,& sacerdotes, & cantores, & ianitores,& ministri, & non dimittemus domum Dei nostri.

S. Recensentur incolæ Ierusalem & ciuitatum Iuda post instaurationem.

CAP. XI.

A HAbitauerunt autē principes populi in Ierusalē: reliqua verò plebs misit sortem,vt tollerent vnā partem de decem qui habitaturi essent in Ierusalē ciuitate sancta,nouem verò partes in ciuitatibus. Benedixit autem populus omnibus viris qui se sponte obtulerant vt habitarent in Ierusalem. Hi sunt itaque principes prouinciæ qui habitauerūt in Ierusalem,& in ciuitatibus Iuda. Habitauit autem vnusquisq; in possessione sua, in vrbibus suis,Israel,sacerdotes,Leuitæ, Nathinæi,& filij seruorum Salomonis. Et in Ierusalem habitauerunt de filijs Iuda, & de filijs Ben-iamin: de filijs Iuda, Athaias filius Aziam,filij Zachariæ,filij Amariæ,filij Saphatiæ,filij Malaleel. de filijs Phares, Maasia filius Baruch, filius Chol-hoza, filius Hazia, filius Adaia, filius Ioiarib,filius Zachariæ,filius Silonitis.omnes hi,filij Phares,qui habi- *Esa.3.
tauerunt in Ierusalem, quadringenti sexagin
B ta 'nouem' viri fortes. Hi sunt autē filij Ben-
iamin:Sellum filius Mosollam, filius Ioed,filius Phadaia,filius Colaia, filius Masia,filius Etheel, filius Isaia, & post eum Gebbái, Sellái:nongenti vigintiocto: & Ioel filius Zechri præpositus eorum, & Iudas filius Senua super ciuitatem secūdus. Et de sacerdotibus, Idaia filius Ioarib, Iachin, Saraia filius Helciæ,filius Mosollam,filius Sadoc,filius Meraioth, filius Achitob princeps domus Dei, & fratres eorum facientes opera templi: octingenti vigintiduo.Et Adaia filius Ieroham,filius Phelelia,filius Amsi, filius Zachariæ, filius Phesḥur, filius Melchiæ, & fratres eius principes patrum: ducenti quadragintaduo. Et Amasai filius Azreel, filius Ahazi, filius Mosollamoth,filius Emmer,& fratres eorum potentes nimis:centum viginti octo. & præpositus eorum Zabdiel filius potentium. Et de Leuitis Semeia filius Hasub, filius Azari-
C cam, filius Hasabia, filius Boni, & Sabathái, & Iozabed, super omnia opera quæ erant forinsecus in domo Dei, à principibus Leuitarum.Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph princeps ad laudandū, & ad confitendum in oratione,& Becbecia secundus de fratribus eius, & Abda filius Sammúa, filius Galal,filius Idithun. omnes Leuitæ in ciuitate sancta, ducenti octoginta quatuor. Et ianitores,Accub,Telmon,& fratres eorū, qui custodiebant ostia: centum septuaginta-
duo.Et reliqui ex Israel sacerdotes & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda,vnusquisque in possesione sua. Et Nathinæi qui habitabāt in Ophel,& Siaha,& Gaspha de Nathinæis. Et episcopus Leuitarum in Ierusalē. Azzi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ.De filijs Asaph, cantores in ministe- D
rio domus Dei. Præceptum quippe regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos,& Phathahia filius Mesezebel de filijs Zara filij Iuda in manu regis, iuxta omne verbum populi, & in domibus per omnes regiones eorum.De filijs Iuda habitauerunt in Cariath-arbe & in filiabus eius, & in Dibon & in filiabus eius, & in Cabseel & in viculis eius,& in Iesue,& in Molada,& in Beth-phalet,& in Hasersual,& in Ber-sabee,& in filiabus eius:& in Siceleg,& in Mochona,& in filiabus eius, & in Remmon, & in Saraa, & in Ierimuth, Zanóa. Odollam & in villis earū, Lachis & in regionibus eius,Azeca & in filiabus eius.Et manserunt in Ber-sabee vsque ad vallem-Ennon. Filij autem Ben-iamin,à Geba,Mechmas,& Hai,& Beth-el,& filiabus eius: Anathoth,Nob,Anania,Asor,Rama,Gethāim,Hadid,Seboim, & Neballat,* & Ono- *Lod.2.
valle-artificum.Et de Leuitis portiones Iudæ &Ben-iamin.

S. Nomina & officia sacerdotum ac Leuitarū qui cum Zorobabel in Ierusalem ascenderūt, & custodes thesaurorum. magna solennitate conuocatis vndique Leuitis celebrant dedicanem muri Ierusalem.

CAP. XII.

HI sunt autem sacerdotes & Leuitæ qui A
ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel,& Iosūe: Saraia, Ieremias, Esdras, Amaria,Melluch,Hattus, Sebenias,Rehum, Merimuth, Addo,Genthon, Abia,Miamin,Madia,Belga, Semeia, & Ioiarib, Idaia, Sellum, Amoc,Helcias,Idaia.Isti principes sacerdotum, & fratres eorum in diebus Iosūe. Porrò Leuitæ, Iesua,Bennui,Cedmiel,Sarebia,Iuda,Mathanias,super hymnos ipsi & fratres eorum: & Becbecia atque Hanni, & fratres eorum vnusquisque in officio suo. Iosūe autem genuit Ioacim,& Ioacim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioaida, & Ioiada genuit Ionathan,& Ionathan genuit Ieddoa.In diebus autem Ioacim erant sacerdotes▷&' prin- ▷.10
cipes familiarū:Saraiæ, Maraia: Ieremiæ, Hanania:Esdræ,Mosollam: Amariæ, Iohanā:Milicho,Ionathan:Sebeniæ,Ioseph:Haram, Edna: Maraioth, Helci: Adaiæ, Zacharia: Genthon, Mosollam: Abiæ, Zechri: Miamin & Moadiæ,Phelti:Belgæ,Sammúa:Semaiæ, Ionathan:Ioiarib,Mathanai:Ioadaiæ, Azzi: Sel-

Universidad de Deusto
Biblioteca

lai, Celai: Amoc, Heber: Helciæ, Hasebia: Idaiæ, Nathanael. Leuitæ in diebus Eliasib, & Ioiada, & Iohanan, & Ieddoa scripti principes familiarum, & sacerdotes in regno Darij Persæ. Filij Leui principes familiarum, scripti in libro verborum dierum, & vsque ad dies Ionathan filij Eliasib. Et principes Leuitarum, Hasebia, Serebia, & Iesue filius Cedmiel: & fratres eorum per vices suas, vt laudarent & confiterentur iuxta præceptum Dauid viri Dei, & obseruarent æquè per ordinem. Mathania, & Becbecia, Obedia, Mosollam, Telmon, Accub, custodes portarum & vestibulorum ante portas. Hi in diebus Ioacim filij Iosuæ, filij Iosedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæque. In dedicatione autem muri Ierusalem requisierũt Leuitas de omnibus locis suis, vt adducerent eos in Ierusalem, & facerent dedicationem & lætitiam in actione gratiarum, & cantico, & in cymbalis, psalterijs, & citharis. Congregati sunt autem filij cantorum, de campestribus circa Ierusalem, & de villis Nethuphati, & de domo Galgal, & de regionibus Geba & Azmaueth: quoniam villas ædificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem. Et mundati sunt sacerdotes & Leuitæ, & mundauerunt populũ, & portas, & murum. Ascendere autem feci principes Iuda super murũ, & statui duos magnos choros laudantiũ. Et ierunt ad dexteram super murũ ad portã sterquilinij. Et iuit post eos Osaias, & media pars principũ Iuda, & Azarias, Esdras, & Mosollã, Iuda, & Ben-iamin, & Semeia, & Ieremias. Et de filijs sacerdotũ in tubis Zacharias filius Ionathã, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaiæ, filius Zechur, filius Asaph, et fratres eius Semeia, et Azareel, Malalai, Galalai, Maai, Nathanael, & Iuda, & Hanani, in vasis cantici Dauid viri Dei: & Esdras scriba ante eos in porta Fontis. Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in ascẽsu muri super domum Dauid, & vsq; ad portam Aquarum ad orientem. Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso, & ego post eum, & media pars populi super murum & super turrim furnorum, & vsque ad murum latissimum, & super portam Ephraim, & super portã antiquam, & super portã piscium & turrim Hananeel, & turrim Emath, & vsq; ad portã gregis: & steterunt in porta custodiæ, stetenintq; duo chori laudantiũ in domo Dei, & ego, & dimidia pars magistratuũ mecum. Et sacerdotes, Eliacim, Maasia, Miamin, Michéa, Elioenai, Zacharia, Hanania in tubis, & Maasia, & Semeia, & Eleazar, & Azzi, & Iohanan, & Melchia, & Aelam & Ezer. Et clarè cecinerunt cantores, & Iezraia præpositus: & immolauerunt in die illa victimas magnas, & lætati sunt: Deus enim lætificauerat eos lætitia magna. Sed & vxores eorum & liberi gaudisi sunt, & audita est lætitia Ierusalem procul. Recensuerunt quoque in die illa viros super gazophylacia thesauri, ad libamina, & ad primitias, & ad decimas, vt introferrent per eos principes ciuitatis in decôre gratiarum actionis, sacerdotes & Leuitas: quia lætificatus est Iuda, in sacerdotibus & Leuitis astantibus. Et custodierunt obseruationem Dei sui, & obseruationem expiationis, & cantores, & ianitores iuxta præceptum Dauid, & Salomonis filij eius. quia in diebus Dauid & Asaph ab exordio erant principes constituti cantorum in carmine laudantium, & confitentium Deo. Et omnis Israel in diebus Zorobabel, & in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus, & ianitoribus per dies singulos, & sanctificabant Leuitas, & Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

S. Lecto Deuteronomio eijciuntur alienigenæ, partes Leuitis assignantur, è quo tamen gazophylacio vasa domus Tobiæ proijciuntur, & Sabbathi violatores puniuntur: increpat Nehemias Iudæos qui vxores duxerãt alienigenas.

CAP. XIII.

IN die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo: & inuentum est scriptum in eo, quòd non debeant introire Amonites & Moabites in ecclesiam Dei, vsque in æternum: eo quòd non occurrerint filijs Israel cum pane & aqua: & conduxerint aduersum eos Balaam ad maledicendum eis, & conuertit Deus noster maledictionem in benedictionẽ. Factum est autem, cùm audissent legẽ, separauerunt oẽm alienigenã ab Israel. Et super hoc erat Eliasib sacerdos qui fuerat præpositus in gazophylacio domus Dei nostri, & proximus Tobiæ. Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & vasa, & decimam frumenti, vini & olei, partes Leuitarũ, & cantorum, & ianitorum, & primitias sacerdotales. In omnibus autem his non fui in Ierusalem, quia anno triceſimosecundo Artaxerxis regis Babilonis veni ad regem: & in fine dierum rogaui regem. Et veni in Ierusalem, & intellexi malum quòd fecerat Eliasib Tobiæ vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei. Et malum mihi visum est valde. Et proieci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio. Præcepimus, & emundauerunt gazophylacium: & retuli ibi vasa domus Dei, sacrificium & thus. Et cognoui quòd partes Leuitarum non fuissent datæ: & fugisset vnusquisque in regionem suam de Leuitis, & cantoribus, & de his qui ministrabant: & egi causam aduersum magistratus, & dixi, Quarè dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos: & feci stare in stationibus suis. Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti, vini & olei in horrea. Et constituimus super horrea Selemiã sacerdotem, & Sadoc scribam, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos Hanam filium Zachur, filium Mathaniæ: quoniam fideles comprobati sunt, & ipsis creditæ sunt partes fratrũ suorũ. Memẽto mei Deus meus pro hoc, & ne deleas misericordias meas quas feci in domo Dei mei, & in cæremonijs eius. In diebus illis vidi in Iuda calcantes torcularia in Sabbatho, portantes aceruos, & onerãtes super asinos vinũ, & vuas, & ficus, & omne onus: & inferentes in Ierusalem die Sabbathi. Et cõtestatus sum vt in die qua vendere liceret, venderẽt. Et Tyrij habitauerunt in ea, inferentes pisces, & omnia venalia: & vendebant in Sabbathis filijs Iuda & Ierusalem: & obiurgaui optimates Iuda, & dixi eis, Quæ est hæc res mala quã vos facitis, & prophanatis diem Sabbathi? Nunquid non hæc fecerunt patres nostri, & adduxit Deus noster super nos omne malum hoc, & super ciuitatem hanc? Et vos additis iracundiam super Israel violando Sabbathũ. Factum est autem, cùm quieuissent portæ Ierusalem in die Sabbathi, dixi: & clauserunt ianuas, & præcepi vt non aperirent eas vsque post Sabbathum: & de pueris meis constitui super portas, vt nullus inferret onus in die Sabbathi. Et manserunt negotiatores, & vendentes vniuersa venalia foris Ierusalem semel & bis. Et contestatus sum eos, & dixi eis, Quare manetis ex aduerso muri? si secundò hoc feceritis, manum mittam in vos. Itaque ex tempore illo non venerunt in Sabbatho. Dixi quoque Leuitis vt mũdarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificãdam diem Sabbathi: & pro hoc ergo memento mei Deus meus, & parce mihi secundum multitudinem misericordiarum tuarum. Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducentes vxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filij eorum ex media parte loquebantur Azoticè, & nesciebant loqui Iudaicè, & loquebantur iuxta linguam populi & populi. Et obiurgaui eos, & maledixi. Et cecidi ex eis viros, & decaluaui eos, & adiuraui in Deo vt non darent filias suas filijs eorum, & non acciperent de filiabus eorũ filijs suis, & sibimetipsis, dicens, ‖Nunquid nõ in huiuscemodi re peccauit Salomon rex Israel? & certe in gentibus multis nõ erat rex similis ei: & dilectus Deo suo erat, & posuit eum Deus regem super omnem Israel: ‖& ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. Nunquid & nos inobedientes faciemus omne malum grande hoc, vt præuaricemur in Deo nostro, & ducamus vxores peregrinas? De filijs autem Ioiada filij Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me. Recordare Domine Deus meus aduersum eos qui polluunt sacerdotium, iusque sacerdotale & Leuiticum. Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis: & constitui ordines sacerdotum, & Leuitarum, vnumquenque in ministerio suo: & in oblatione lignorum in temporibus constitutis, & in primitijs: memento mei Deus meus in bonum. Amen.

Liber Esdre tertius.

Per S. Concil. Trident. sess. 4. Liber iste tertius, & quartus declarantur exclusi à sacra Scriptura; nec non Oratio Manasæ Regis Iuda.

S. Magnificum Pascha quod Iosias immolauit, celebrando septem diebus festum Azymorũ: cui successerunt in regno Iudæ Iechonias, Ioacim, Ioachin, & Sedecias: eorumque ac populi captiuitas propter sua scelera, vrbisq; subuersio describuntur. CAP. I.



4. Re. 23. c. 4. Pa. 35. a.

ET fecit Iosias Pascha in Ierosolymis Domino, & immolauit phasæ quartadecima luna primi mensis, statuens sacerdotes per vices dierum stolis amictos in templo Domini: & dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se Domino in positione sanctæ arcæ Domini, in domo, quam ædificauit Salomon filius Dauid rex. Nõ erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite Domino vestro, & curam agite gentis illius Israel, ex parte secundum patres vestros 'nostras', secundum scripturam Dauid regis Israel, & secundum magnificentiam Salomonis filij eius, omnes in templo, & secundum particulam principatus paternã vestram eorũ qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel. Immolate Pascha, & sacrificia

'nostras. 5.

Universidad de Deusto
Biblioteca

parate fratribus vestris, & facite secundū præ
B ceptum Domini, quod datum est Moysi. Et
donauit Iosias in plebem quæ inuenta est, o-
uium, agnorum, & hœdorum, & caprarum tri
ginta millia, vitulos tria millia. hæc de regali
bus data sunt secundum promissionem popu
lo: & sacerdotibus in Pascha, oues numero
duo millia, ac vituli centum. Et Iechonias, &
Semeias, & Nathanael fratres, & Hasabias, &
Oziel, & Coraba in Phase, oues quinque mil
lia, vitulos quingentos. Et hæc cùm fierent e
leganter, steterunt sacerdotes & Leuitæ, ha
bentes azyma per tribus, Et secundum partes
principatus patrum, in conspectu populi offe
rebant Domino, secundum ea quæ in libro
Moysi scripta sunt: & assauerunt Phase igni
amulis, vt. 3. Re. 7. f. prout oportebat: & hostias coxerunt in *emo
lis, & in ollis cum benevolentia: & attulerunt
omnibus quæ erant ex plebe: & post hæc pa
rauerunt sibi & sacerdotibus. Sacerdotes e-
nim offerebant adipes, vsque dum finita esset
hora: & Leuitæ parauerunt sibi, & fratri-
C bus suis filijs Aaron. Et sacri cantores filij A-
saph erant per ordinem secundū præceptum
Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Ieddimus,
qui erat à rege. Et ostiarij per singulas ia-
nuas, ita vt non præuaricaretur vnusquisque
suam: fratres enim illorum parauerunt illis.
Et consummata sunt quæ pertinebant ad sa-
crificium Domini. In illa die egerunt Phase,
& offerebant hostia super Domini sacrificiū,
secundum præceptum regis Iosiæ. Et egerunt
filij Israel, qui inuenti sunt in tēpore illo Pha
se: & diem festum azymorū per dies septem:
& non est celebratum Phase tale in Israel, à
temporibus Samuelis prophetæ: & omnes re-
ges Israel non celebrauerunt tale Pascha, qua
le egit Iosias, & sacerdotes, & Leuitæ, & Iu-
dæi, & omnis Israel, qui inuenti sunt in com-
moratione Ierosolymis. Octauodecimo an-
no, regnante Iosia, celebratum est Phase. Et
directa sunt opera Iosiæ in conspectu Domi-
metuētia. 9 ni sui in corde pleno *metuentis*: & quæ circa
illum quidem conscripta sunt in pristinis tē-
poribus de eis qui peccauerunt, quique irreli
giosi fuerunt in Dominum præ omni gente,
& qui non quæsierunt verba Domini super
2. Pa. 25. c. D Israel. ‖ Et post omnem actum hunc Iosiæ, as-
cendit Pharao rex Aegypti, veniens in Char-
camis ab itinere super Euphráten, & exijt ob
uiam illi Iosias. Et misit rex Aegypti ad Io-
siam, dicens, Quid mihi & tibi est rex Iudæ?
Non sum missus à Domino vt pugnem con-
tra te: super Euphráten enim bellum meum
est, festinans descende. Et non est reuersus Io
sias super currum: sed expugnare eum cona-
batur, non attendens verbum prophetæ ex o-
re Domini: sed constituit ad eum bellum in
campo Mageddo. Et descenderunt principes
ad regem Iosiam. Et dixit rex pueris suis, A-
mouete me à prælio, infirmatus sum enim val
de. Et statim amouerunt eum pueri ipsius de
acie. Et ascendit super currum secundarium
suum: & perueniens Ierosolymam, vita fun-
ctus est, & sepultus est in paterno sepulchro.
Et in tota Iudæa lugebant Iosiam: & qui præ
sidebant, cum vxoribus lamentabantur eum
vsque in hunc diem. Et datum est hoc fieri E
semper in omne genus Israel. Hæc autem
præscripta sunt in libro historiarum regum
Iudæ: & singula gesta actus Iosiæ, & eius glo
ria, & intellectus eius in lege Domini: quæ-
que gesta sunt ab eo, & quæ non scripta sunt
in libro regum Israel & Iudæ. ‖ Et assumen- *a. Par. 36.*
tes, qui erant ex gente Iechoniam filium Io-
siæ, constituerunt regem pro Iosia patre suo,
cùm esset annorum tringintatriū. Et regna-
uit super Israel mensibus tribus. Et amouit
eum rex Aegypti, ne regnaret in Ierosolymis:
& multauit gentem argenti talenta centum
& auri talentum vnum. Et constituit rex Ae-
gypti Ioacim fratrem ipsius, regem Iudæ &
Ierusalem: & alligauit magistratus Ioacim, &
Zaracelem fratrem suum, & apprehendens re
duxit in Aegyptum. Annorum erat Ioacim,
viginti quinque, cùm regnare cœpisset in ter-
ra Iuda & Ierusalem: & fecit malum in con-
spectu Domini. Post hunc autem ascendit
Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans
eum in æreo vinculo, perduxit in Babyloni-
am: & sacra vasa Domini accepit Nabuchodo
nosor, & tulit, & consecrauit in templo suo
in Babylonia. Nam de immunditia illius, &
irreligiositate scriptū est in libro temporū re
gum. Et regnauit Ioachin filius eius pro eo. F
Cùm aūt constitutus esset rex, erat annorum
decem & octo. Regnauit aūt mensēs tres, & *octo. 9.*
dies decem in Ierusalem, & fecit malū in con
spectu Domini: & post annum mittens Nabu
chodonosor, transmigrauit eum in Babylo-
niam simul cum sacris vasis Domini. Et con
stituit Sedeciam regem Iuda, & Ierusalem, cū
esset annorum viginti vnius. regnauit aūt an
nis vndecim. Et fecit malum in conspectu Do
mini, & nō est veritus à verbis ‖ quæ dicta sunt *Iere. 37. 2.*
ab Ieremia propheta ex ore Domini: & adiu-
ratus à rege Nabuchodonosor, periurans dis-
cesit: & indurata ceruice sua, & corde suo,
transgressus est legitima Domini Dei Israel,
Et duces populi Domini multa iniquè ges-
serunt, & impiè egerunt super omnes immun
ditias gentium: & polluerunt templum Do-
mini, quod sanctū erat in Ierosolymis. Et mi- G
sit Deus patrum ipsorum per angelum suum
reuocare eos, propter quod parceret illis, & ta
bernaculo suo. Ipsi verò subsannabant in an-
gelis

gelis suis: & qua die locutus est Dominus,
erant illudentes prophetis eius. Qui vsque ad
iracundiam concitatus est super gentem suā,
propter irreligiositatem suam, & præcepit as-
cendere reges Chaldæorum. Hi occiderunt
iuuenes eorum in gladio, in circuitu sancti tē-
pli eorum, & non pepercerunt iuueni, & se-
ni, & virgini, & adolescenti: sed omnes tradi-
ti sunt in manus ipsorum, & omnia sacra va-
sa Domini, & regales apothecas resumentes,
tulerunt in Babyloniam, & incenderunt do-
mum Domini, & demolierunt muros Ieruſa-
lem: & turres eius incenderunt igne, & con-
summauerunt omnia honorifica eius, & ad
nihilum redegerunt, & reliquos à gladio dux-
erunt in Babylonem. Et erant serui illius vs-
Iere. 25. c. & 29. c. que dum regnarent Persæ ‖ in repletione ver-
bi Domini in ore Ieremiæ: quousque benig-
nè ageret terra sabbatha sua. omni tempo-
re desertionis suæ sabathizauit in applicatio-
septuagin. 10. 9. ne annorum *septuagintaseptem.

*S. Cyrus rex Persarum Iudæos in regno suo cap
tuos remittit in terram suam, qui quum restau
rarent Ierusalem, prohibiti sunt ab Artaxer-
xe propter quorundam delationem.*

CAP. II.

A- *a. Pa. 36. d.* *1. Esdr. 1. a.* REgnante Cyro rege Persarum in con-
summatione verbi Domini in ore Ie-
remiæ, suscitauit Dominus spiritum
Cyri regis Persarum, & prædicauit in toto reg
no suo simul per scripturam, dicens, Hæc dicit
Cyrus rex Persarum, Me constituit regem or-
bi terrarum Dominus Israel, Dominus excel-
sus, & significauit mihi ædificare domum si-
bi in Ierusalem, quæ est in Iudæa. Siquis est ex
genere vestro, Dominus ipsius ascendat cum
eo in Ierusalem. Quotquot ergo circa loca ha
bitant, adiuuent eos qui sunt in loco ipso, in
auro & argento, in dationibus cum equis &
iumentis, cumque alijs quæ secundum vota
apponuntur in ædem Domini quæ est in Ie-
rusalem. Et stantes principes tribuum, pago-
rum, & Iudææ ex tribu Ben-iamin, & sacerdo
tes, & Leuitæ, quos excitauit Dominus ascē-
dere, & ædificare domum Domini, quæ est in
Ierusalem, & qui erāt in circuitu eorum, ad-
iuuerunt in omni auro & argento eius, & iu-
mentis, & votis compluribus multi, quorum
B sensus excitatus est. Et Cyrus rex protulit va-
sa sacra Domini, quæ transtulit Nabuchodo-
nosor rex Babylonis ex Ierusalem, & consecra
uit ea idólo suo. & proferēs ea Cyrus rex Per-
sarum, tradidit Mithridato, qui erat super the
sauros ipsius. Per hunc autē tradita sunt Sal-
manasaro præsidi Iudææ. Horum autem hic
numerus: Libatoria argentea duo millia qua-
dringenta, athisæ argenteæ triginta: phialæ au-
reæ triginta, item argenteæ duo millia qua-
dringentæ, & alia vasa mille. omnia autem va
sa aurea & argentea, *quinque millia octin-
genta sexaginta*. Et enumerata sunt Salma-
nasaro simul cum his qui ex captiuitate Baby
loniæ venerant in Ierosolymam. ‖ In Artaxer-
xis autem regis Persarum temporibus scripse-
runt ei de his qui habitabant in Iudæa & Ie-
rusalem, Balsamus, & Mithridatus, & Sabel-
lius, & Rathimus, Balthemus, Samelius scri-
ba, & reliqui habitantes in Samaria, & cæteris
locis, subiectam epistolam regi Artaxerxi: Do C
mine, pueri tui Rathimus ab accidentibus, &
Sabellius scriba, & reliqui curiæ tuæ iudices in
Cœlesyria & Phœnice. Et nūc notum sit do-
mino regi, quoniam Iudæi qui ascenderunt à
vobis ad nos, venientes in Ierusalem ciuita-
tem refugam & pessimam, ædificant furnos
eius, & statuunt muros, & templum suscitant.
Quod si ciuitas ista, & muri consummati fue-
rint, non tantùm tributa non sustinebunt
pendere, sed etiam regibus resistent. Et quia
id agitur circa templum, rectè haberi arbitrati
sumus, non despicere hoc ipsum: sed notum
facere domino regi, vt si videbitur, rex, quæra-
tur in libris patrum tuorū, & inuenies in ad-
monitionibus scripta de his, & scies quoniam
ciuitas ista fuit refuga, & reges & ciuitates
concutiens, & Iudæi refugæ, & prælia com-
mittentes in ea ab æterno, ob quam causam
ciuitas ista deserta est. Nunc ergo notum faci-
mus domine rex, quoniam si ciuitas hæc ædi-
ficata fuerit, & huius muri erecti fuerint, des-
census tibi non erit in Cœlesyriam & Phœ-
nicem. Tunc scripsit rex Rathimo, qui scribe- D
bat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scri-
bæ, & cæteris constitutis, & habitantibus in
Syria & Phœnice, ea que subiecta sunt. Legi
epistolam quam misistis mihi. Præcepi ergo
inquiri, & inuentum est quoniam ciuitas illa
est ab æuo regibus resistens, & homines refu-
gæ, & prælia in ea efficientes, & reges fortis si-
mi erant in Ierusalem dominantes, & tributa
exigentes à Cœlesyria & Phœnice. Nunc ergo
præcepi prohibere homines illos ædificare ci-
uitatem, & prohibere nequid vltra hæc fiant:
sed nec procedant in plurimum, ex quo sunt
malitiæ, ita vt regibus molestia importetur.
Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe scrip
ta fuerāt, Rathimus, & Sabellius scriba, & qui
cum his constituti erant iungentes festinan-
ter venerunt in Ierusalem cum equitatu, &
turba, & agmine: cœperuntque ædificantes
prohibere, & vacabant ab ædificatione tem-
pli in Ierusalem, vsque secundo anno regni
Darij regis Persarum.

"quatuor millia qua-dringēta se-xaginta no-uem. 8. *1. Esd. 4. a.*

*S. Dario, post splendidam cœnā omnibus suis præ
fectis factam, dormiente, tres corporis eius cu-
stodes problema mouerunt, nunc vinum, rex.
mulier,*

Universidad de Deusto
Biblioteca

mulier, an veritas præstent, & primum de vino probatur.

CAP. III.

A REx Darius fecit cœnam magnam omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ & Persidis, & omnibus purpuratis, & prætoribus, & cõsulibus, & præfectis sub illo ab India vsque Aethiopiam, centum viginti septẽ prouincijs. Et cùm manducassent & bibissent, & satiati reuerterentur, tunc Darius rex ascendit in cubiculum suum, & dormiuit, & expergefactus est. Tũc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant corpus regis dixerunt alter alteri, Dicamus vnusquisque nostrum sermonem qui præcellat: & cuiuscunque apparuerit sermo sapientior alterius, dabit illi rex Darius dona magna,
B purpura cooperiri, & in auro bibere, & super aurum dormire, & currum aureo fræno, & cydarim bysinam, & torquem circa collum: & secundo loco sedebit à Dario propter sapientiam suam, & cognatus Darij vocabitur. Tũc scribentes singuli suum verbum signauerunt, & posuerũt subtus ceruical Darij regis, & dixerunt, Cùm surrexerit rex, dabimus illi scripta nostra: & quodcunque iudicauerit rex è tribus, & magistratus Persidis, quoniam verbum eius sapientius est, ipsi dabitur victoria sicut scriptum est. Vnus scripsit, Forte est vinum. Alius scripsit, Fortior est rex. Tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres: super omnia autem
C vincit veritas. Et cùm surrexisset rex, acceperunt scripta sua, & dederunt illi, & legit. Et mittens vocauit omnes magistratus Persarũ, & Medos, & purpuratos, & prætores, & præfectos: & sederunt in cõsilio: & lecta sunt scripta corã ipsis. Et dixit, Vocate adolescentes, & ipsi indicabunt verba sua. Et vocati sunt, & introierunt. Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ scripta sunt. Et cœpit prior, qui dixerat de fortitudine vini, & dixit, Viri, quam præualet vinum omnibus hominibus qui bibunt illud? seducit mentem. Item que regis & orphani facit mentem vanam. Item serui ac liberi,
D pauperis ac diuitis, & omnem mentem conuertit in securitatem & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiam & debitum, & omnia præcordia facit honesta, & non meminit regem, nec magistratum, & omnia per talenta loqui facit. Et non meminerunt, cùm biberunt, amicitiã, nec fraternitatem: sed non multum pòst sumunt gladios: & cum à vino merserint & surrexerint, non meminerunt quæ gesserunt. O viri, num præcellit vinum? quis sic cogitat facere? Et tacuit hoc dicto.

S. Probatur excellens fortitudo regis, mulieris & veritatis, sed data veritati palma, Darius ad petitionem Zorobabel reddit sacra vasa, scribens vt Iudæis detur libertas & impensæ ad extructionem Ierusalem.

CAP. IIII.

ET inchoauit sequens dicere, qui dixit A
de fortitudine regis: O viri, num præcellunt homines, qui terram & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt? Rex autẽ super omnia præcellit, & dominatur eorum: & omne quodcunque dixerit illis, faciunt. Et si miserit illos ad bellatores, vadunt, & demoliuntur montes, & muros, & turres. Iugulantur, & iugulant, & regis verbum non prætereunt. nam si vicerint, afferunt regi omnia quæcunque prædati fuerint. Similiter & alij omnes, & quotquot non militant, nec pugnant, sed colunt terram: rursum cùm fuerint metẽtes, afferunt tributa regi: & ipse vnus solus si dixerit occidite, occidunt: dixerit remittite, remittunt: dixerit percutite, percutiunt: dixerit exterminate, exterminant: dixerit ædificate, ædificant: dixerit excidite, excidunt: dixerit plantate, plantant: & omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt, & super hoc ipse recumbit, B
& bibit, & dormit. Hi aũt custodiunt in circuitu eum, & non possunt ire singuli, & facere opera sua, sed in dicto obaudientes sunt ei. Viri, quomodo non præcellit rex, qui sic diffamatur? Et tacuit. Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate, hic est Zorobabel, cœpit loqui. Viri, non magnus rex, & multi homines, nec vinum præcellit. Quis est ergo, qui dominatur eorum? Nónne mulieres genuerunt regem, & omnem populum, qui dominatur mari & terræ: & ex illis nati sunt, & ipsæ educauerunt eos qui plantauerunt vineas ex quibus vinum fit? Et ipsæ faciunt stolas omnium hominum, & ipsæ faciunt gloriam hominibus, & nõ possunt homines separari à mulieribus. Si congregauerint aurũ & argentum, & omnem rem speciosam, & viderint mulierem vnam bono habitu & bona specie, omnia hæc relinquentes in eam intendunt, & aperto ore conspiciunt, & eam alliciunt magis quàm aurum & argentum, & omnem rem pretiosam. Homo patrem suum relinquit qui enutrijt illum, & suam regionem, & ad mulierem se cõiungit. Et cum muliere remittit animã: & neque patrem meminit, neque matrem, neq; regionem. Et hinc oportet vos scire, quoniam mulieres dominantur vestri. Nónne doletis? Et accipit homo gladiũ suum, & vadit in viã facere furta, & homicidia, & mare nauigare & flumina, & leonem videt, & in tenebris ingreditur: & cùm furtũ fecerit, & fraudes, & rapinas, amabili suæ effert. Et iterũ, diligit homo vxorem suam magis, quàm patrem aut matrẽ. Et multi dementes facti sunt propter vxores suas: & serui facti sunt propter illas, & multi perierunt

perierunt & iugulati sunt, & peccauerũt propter mulieres. Et nunc credite mihi, quia magnus est rex in potestate sua: quoniam omnes regiones verentur tangere eum. Videbam tamen Apemen filiam Bezacis, mirifici concubinam regis sedentem iuxta regem ad dexteram, & auferentem diadema de capite eius, &
D imponentem sibi, & palmis cædebat regẽ de sinistra manu. Et super hæc aperto ore intuebatur eam: & si arriserit ei, ridet. nam si indignata ei fuerit, blanditur, donec reconcilietur in gratiam. O viri, cur non sunt fortiores mulieres? Magna est terra, & excelsum est cœlũ: "quis ista agit"? Et tunc rex, & purpurati intuebantur in alterutrũ. Et inchoauit loqui de veritate. O viri, nónne fortes sunt mulieres? Magna est terra, & excelsum est cœlum: & velox cursus solis conuertit in gyro cœlũ in locum suum in vna die. Nónne magnificus est qui hæc facit, & veritas magna, & fortior præ omnibus? Omnis terra veritatẽ inuocat, cœlum etiã ipsam benedicit, & omnia opera mouentur & tremũt eam, & non est cum ea quicquam iniquum. Vinum iniquũ, iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominũ, & iniqua illorum omnia opera, & non est in ipsis veritas, & in sua iniquitate peribunt: &
E veritas manet, & inualescit in æternum, & viuit, & obtinet in secula seculorum. Nec est apud eam accipere personas, neq; differentias: sed quæ iusta sunt facit omnibus, iniustis ac malignis, & omnes benignantur in operibus eius. Et non est in iudicio eius iniquum, sed fortitudo, & regnũ, & potestas, & maiestas omnium æuorum. Benedictus Deus veritatis. Et desijt loquẽdo. Et omnes populi clamauerunt, & dixerunt, Magna est veritas, & præualet. Tunc rex ait illi, Pete, siquid vis amplius, quàm quæ scripta sunt, & dabo tibi, secũdum quod inuentus es sapiẽtior proximis, & proximus mihi sedebis, & cognatus meus vocaberis. Tunc ait regi, Memor esto voti tui, quod vouisti, ædificare Ierusalem, in die qua regnũ accepisti: & omnia vasa quæ accepta sunt ex Ierusalẽ, remittere, quæ seposuit Cyrus, quãdo mactauit Babyloniam, & voluit remittere ea ibi. Et tu vouisti ædificare templũ, quod incenderunt Idumæi, quãdo exterminata est Iudæa à Chaldæis. Et nunc hoc est quod postulo Domine, & quod peto, hoc est maiestas
F uisti regi cœli ex ore tuo. Tunc surgens Darius rex, osculatus est illũ: & scripsit epistolas ad omnes dispẽsatores, & præfectos, & purpuratos, vt deducerent eum, & eos qui cum illo erant, omnes ascendentes ædificare Ierusalẽ. Et omnibus præfectis qui erant in Syria, & Phœnice, & Libano scripsit epistolas, vt transherent ligna cedrina à Libano in Ierusalẽ, vt ædificarent cum eis ciuitatem. Et scripsit omnibus Iudæis qui ascendebant à regno in Iudæam pro libertate, oẽm potentem, & magistratum, & præfectum non superuenire ad ianuas ipsorum, & omnem regionem quã obtinuerant immunẽ esse eis, & Idumæi relinquãt castella quæ obtinent Iudæorũ, & in structuram templi dare per singulos annos talenta viginti, vsq; dum perædificaretur: & super sacrarium holocautomata vstulare quotidie, sicut habent præceptum: alia talenta decẽ offerre per singulos annos, & omnibus qui procedũt à Babylonia condere ciuitatem: vt esset libertas tam ipsis quã filijs eorũ, & omnibus sacerdotibus qui præcedũt. Scripsit aũt & quantitatẽ, & sacram stolã iussit dari in qua deseruirent, & Leuitis scripsit dare præcepta, vsq; in diem qua consummabitur domus, & Ierusalẽ extruetur: & omnibus custodientibus ciuitatẽ, scripsit dari ei sortes & stipẽdia. Et dimisit omnia vasa quæcunq; seposuerat Cyrus à Babylonia, & omnia quæcunq; dixit Cyrus, & ipse præcepit fieri, & mitti Ierusalem. Et cùm processisset ille adolescens, eleuans facie in Ierusalem, benedixit régem cœli, & dixit, Abs te est victoria, & abs te est sapientia & claritas. Et ego seruus tuus sum. Benedictus es, qui dedisti mihi sapientiam, & tibi confitebor Domine Deus patrum nostrorũ. Et accepit epistolas, & profectus est in Babyloniam. Et venit, & nuntiauit fratribus suis omnibus qui fuerunt in Babylonia: & benedixerunt Deũ patrum suorum, quoniam dedit illis remissionem & refrigerium, vt ascenderent & ædificarent Ierusalem, & templum vbi nominatum est nomen eius in ipso, & exultauerunt cum musicis & lætitia diebus septem.

"qua ista agunt. 3.

S. Redeuntes à Babylonica captiuitate in Ierusalem & Iudam recensentur, & restituunt Dei cultum, sed tandem à cœpto opere ad tempus impediuntur. CAP. V.

POst hæc autem electi sunt, vt ascende- A
rent principes pagorum per domos, & tribus suas, & vxores illorum, & filij & filiæ eorum, & serui & ancillæ ipsorum, & pecora eorum. Et Darius rex misit vnà cum eis equites mille, donec deducerent eos in Ierusalẽ cum pace, & cum musicis & cũ tympanis & tybijs: & oẽs fratres erãt ludẽtes, & fecit eos ascẽdere simul cũ eis. Et hæc sunt nomina viro-
rũ, qui ascenderũt per pagos suos in tribus, & in partẽ principatus ipsorum. Sacerdotes: Filij Phinees, filij Aarõ, Iesus filius Iosedec, Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel de domo Dauid, ex progenie Phares, de tribu Iuda, qui locutus est sub Dario rege Persarũ sermones mirificos in secũdo anno regni ipsius mense Nisan pri-

1. Esdr. 2. 2.

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſan primo. Sunt autem hi, qui aſcenderunt ex Iudæa de captiuitate tranſmigrationis, quos tranſmigrauit Nabuchodonoſor rex Babyloniæ in Babylonem, & reuerſus eſt in Ieruſalē. Et requiſiuit partem Iudææ vnuſquiſquē in ciuitatem ſuam, qui venerunt cum Zorobabel & Ieſu, Nehemias, Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelſuro, Mechpſatochor, Olioro, Emonia vnus de principibus eorum. Et numerus à gentilibus eorum, ex præpoſitis eorum filij Phares, duo millia centum ſeptuagintaduo: filij Ares, tria millia centum quinquagintaſeptem: filij Phœmo, centū qua
B dragintaduo: in filijs Ieſu & Ioabes, mille trecentiduo: filij Demu, duo millia quagringenti ſeptuaginta: filij Choraba, ducentiquinque: filij Banica, centū ſexagintaocto: filij Bebech, quadringentitres: filij Archad, quadringenti vigintiſeptem: filij Chan, trigintaſeptem: filij Zoroar, duo millia ſexagintaſeptē, filij Adin, quadringenti ſexaginta vnus: filij Aderectis, centumocto: filij Ciaſo & Zelas, centumſeptem: filij Azoroe, quadringenti trigintanouē: filij Iedarbone, centum trigintaduo: filij Ananiæ, centum triginta: filij Aſoni, nonaginta: filij Marſar, quadringenti vigintiduo: filij Zabarus, nonagintaquinque: filij Sepolemon, cētum vigintitres: filij Nepopas, quinquagintaquinque: filij Hechanatus, centum quinquagintaocto: filij Cebethamus, centum triginta duo: filij Crearpatros, qui Enocadies, & Modiæ, quadringenti vigintitres: qui ex Gramas & Gabea, centum viginti vnus: qui ex Beſſelon, & Ceagge, ſexagintaquinque: qui ex Baſtaro, centū vigintiduo. Qui ex Bechenobes, quinquagintaquinque: filij Liptis, centum quinquagintaquinque: filij Labonni, trecenti quinquagintaſeptē: filij Sichem, trecēti ſeptuaginta: filij Suadon, & Cliomus, trecēti ſeptuagintaocto: filij Ericus, duo millia centum quadragintaquinq;: filij Anaas, trecēti ſeptuagin-
C ta. Sacerdotes: Filij Ieddus, filij Euther, filij Eliaſib, trecēti ſeptuagintaduo: filij Emerus, ducenti quinquagintaduo: filij Phaſurij, trecēti quinquagintaſeptē: filij Caree, ducenti viginti ſeptē. Leuitæ: Filij Ieſu in Caduhel, & Bamis, & Serebias, & Edias, ſeptuagintaquatuor. omnis numerus à duodecimo anno, triginta millia quagringenti ſexagintaduo. Filij, & filiæ, & vxores, omnis computatio, quadraginta millia ducenti quadragintaduo. Filij ſacerdotum, qui pſallebant in templo: filij Aſaph, centū vigintiocto. Oſtiarij verò: filij Eſmēni, filij Azer, filij Amon, filij Accuba, Topa filij Tobi, omnes centum trigintanouē. Sacerdotes ſeruiētes in tēplo: filij Sel, filij Gaſpha, filij Tobloch, filij Cariæ, filij Su, filij Hellu, filij Labana, filij Armacha, filij Accub, filij Vtha, filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij Anani, filij Cāna, filij Geddu, filij An, filij Radin, filij Deſanō, filij Nachoba, filij Caſeba, filij Gaze, filij Ozui, filij Sinone, filij Attre, filij Haſtem, filij Aſiana, filij Manei, filij Naſiſim, filij Accuſu, filij Agiſta, filij Azui, filij Fauō, filij Phaſalon, filij Meedda, filij Phuſa, filij Caree, filij Barcus, filij Saree, filij Coeſi, filij Naſith, filij Agiſti, filij Pedon. Salomon filij eius filij Aſophot, filij Phazida, filij Celi, filij Dedon, filij
D Gaddahel, filij Sephegi, filij Aggia, filij Sacharēth, filij Sabathen, filij Caroneth, filij Maſith, filij Amæ, filij Saſus, filij Addus, filij Suba, filij Eura, filij Rahotis, filij Phaſphar, filij Malmon. omnes ſacro ſeruientes, & pueri Salomonis, quadringenti octogintaduo. Hi ſunt filij qui aſcenderūt à Thel-mela, Thel-harſa: principes eorum, Carmellam, & Careth: & non poterant edicere ciuitates ſuas, & progenies ſuas, quemadmodum ſint ex Iſrael. Filij Dalari, filij Tubal, filij Nechodaici, ex ſacerdotibus, qui fungebantur ſacerdotio: & non ſunt inuenti filij Obia, filij Achiſos, filij Addin, qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu: & vocati ſunt nomine eius. & horū quæſita eſt generis ſcriptura in pædatura, & non eſt inuēta, & prohibiti ſunt ſacerdotio fungi. Et dixit illis Nehemias & Aſtharas, Ne participētur ſanctā, donec exurgat pontifex doctus in oſtenſionem & veritatem. Omnis autem Iſrael erat, exceptis ſeruis & ancillis, quadragintaduo millia trecenti quadraginta. Serui horum & ancillæ, ſeptem millia trecenti triginta ſeptem. Cantores & cantatrices, ducenti ſexagintaquinque. Cameli, quadringenti triE gintaquinque. Equi, ſeptem millia trigintaſex. Muli, ducēta millia quadragintaquinque. Subiugalia, quinque millia vigintiquinque. Et de præpoſitis ipſis per pagos, dum veniret in templum Dei, quod erat in Ieruſalem, innouare & ſuſcitare templum in loco ſuo, ſecundum ſuam virtutem: & dari in templum theſaurum operum ſacrum auri mnas duodecim millia, & mnas argenti quinque milia, & ſtolas ſacerdotales cētum. Et habitauerunt ſacerdotes & Leuitæ, & qui exierant de plebe in Ieruſalem & in regione, & ſacri cantores, & oſtiarij, & omnis Iſrael in regionibus ſuis. ‖Inſtante autem ſeptimo menſe, cumque eſ- 1. Eſdr. 3.1
ſent filij Iſrael vnuſquiſque in ſuis rebus, conuenerunt vnanimes in atrium, quod erat ante ianuam orientalem. Et ſtantes Ieſus filius Iosedec, & fratres eius ſacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, parauerūt altare, vt offerēt ſuper illud holocautomata, ſecundum quæ in libro Moyſi hominis Dei ſcripta ſunt. Et conuenerūt ibi ex alijs nationibus terræ, & erexerunt ſacrarium in loco ſuo

ſuo omnes gentes terræ, & offerebāt hoſtias, & holocautomata Domino matutina. Et egerunt ſcenopegiā, & diem ſolennem, ſicut præceptum eſt in lege: & ſacrificia quotidie, ſicut oportebat: & poſt hæc oblationes inſtitutas, & hoſtias ſabbathorum, & neomeniarum, & dierum ſolennium omnium ſanctificatorum.
F Et quotquot vouebant Domino à neomenia ſeptimi mēſis, cœperunt hoſtias offerre Deo, & templum Domini nondum erat ædificatū. Et dederunt pecuniam lapidarijs & fabris, & potum & pabula cum gaudio. Et dederunt carra Sidonijs & Tyrijs, vt tranſueherent illis de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Ioppe portu, ſecundum decretum quod ſcriptum erat eis à Cyro rege Perſarum. Et in ſecundo anno venientes in tēplum Dei in Ieruſalē, menſe ſecundo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Ioſuē filius Ioſedec, & fratres ipſorū, & ſacerdotes & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ieruſalē: & fundauerunt templum Dei nouilunio ſecundi mēſis ſecundi anni, cum veniſſent in Iudæam & Ieruſalē. Et ſtatuerunt Leuitas à viginti annis, ſuper opera Domini: & ſtetit Ieſus & filius eius, & fratres oēs Leuitæ conſpirantes, & exécutores legis, facientes opera in domo Domini. Et ſteterūt ſacerdotes habentes ſtolas cum tubis: & Leuitæ filij Aſaph, habentes cymbala collaudantes Dominum, & benedicentes ſecundum Dauid regem Iſrael. Et cantabant cāticum Domino, quoniam dulcedo eius, & honor in ſecula ſuper omnem Iſrael.
G Et omnis populus tuba cecinerunt, & procla mauerunt voce magna, collaudantes Dominum in ſuſcitatione domus Domini. Et venerunt ex ſacerdotibus & Leuitis, & præſidētibus ſecundum pagos ſenioribus, qui viderant priſtinā domum: & ad huius ædificationem cum clamore & plāctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno: intantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnificè, ita
1. Eſdr. 4. a vt longè audiretur. ‖Et audierunt inimici tribus Iudæ, & Ben-iamin, & venerūt ſcire quæ eſſet vox tubarum. Et cognouerūt quoniam qui erant ex captiuitate ædificant tēplum Domino Deo Iſrael. Et accedentes ad Zorobabel & Ieſum, præpoſitos pagorum, dixerunt eis, Aedificabimus vnà vobiſcum: ſimiliter enim audiuimus Dominum veſtrum, & ipſi pariter incedimus à diebus Aſbazareth regis Aſſyriorum, qui tranſmigrauit nos huc. Et dixit illis Zorobabel, & Ieſus, & principes pagorum Iſrael, Non eſt nobis & vobis ædificare domum Dei noſtri. nos enim ſoli ædificabimus Domino Iſrael ſecundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Perſarum. Gentes autem terræ incumbentes his qui ſunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis & inſidias, & populos adducentes, prohibebant eos ædificare, & aggreſſuras exercentes impedierunt, ne cō ſummaretur ædificium omni tempore vitæ Cyri regis, & protaxerunt ſtructuram per biennium vſque ad Darij regnum.

S. Iudæi annuente Dario templum Dei extruūt in Ieruſalem.

CAP. VI.

IN ſecundo autem anno regni Darij prophetauit Aggæus, & Zacharias filius Ad- A
1. Eſd. 5. a. din prophetæ apud Iudæam & Ieruſalem in nomine Dei Iſrael ſuper eos. Tunc ſtans Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedec, inchoauerunt ædificare domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem: cū adeſſent eis prophetæ Domini, & adiuuarent eos. In ipſo tēpore venit ad illos Siſennes ſubregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales eius, & dixerunt eis, Quo præcipiente vobis domū hanc ædificatis, & tectum iſtud, & alia omnia perficitis? Et qui ſunt ſtructores qui hæc ædificāt? Et habuerunt gratiam viſitatione facta ſuper eos, qui erant ex captiuitate à Domino ſeniores Iudæorum, & nō ſunt impediti ædificare, donec ſignificaretur, Dario de omnibus iſtis, & reſponſum acciperetur. Exemplū epiſtolæ quam miſerunt Dario Siſennes ſubregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales eius in Syria & Phœnice præſides, regi Dario ſalutē. Omnia nota ſint domino regi, quod cum veniſſemus in regionem Iudææ, & introiſſemus in Ieruſalem, inuenimus ædificantes domum Dei magnam: & templū B ex lapidibus politis, & magnis & prætioſis materijs in parietibus, & opera illa inſtanter fieri, & ſuffragare, & proſperare in manibus eorum, & in omni gloria quam diligentiſsime perfici. Tunc interrogauimus ſeniores, dicentes, Quo permittēte vobis ædificatis domum iſtam. & opera hæc fundatis? Ideo autem interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi homines & præpoſitos, & nominum ſcripturam præpoſitorum poſtulauimus illos. At illi reſponderunt nobis, dicentes, nos ſumus ſerui Domini, qui fecit cœlum & terram, & ædificabatur hæc domus ante annos iſtos multos à rege Iſrael magno & fortiſsimo, & conſummata eſt. Et quoniam patres noſtri exacerbantes erant & peccauerunt in Deū Iſrael, tradidit eos in manus Nabuchodonoſor regis Babyloniæ, regis Chaldæorū, & domū iſtam demolientes incenderunt, & populum captiuum duxerunt in Babylonem. In primo anno regnāte Cyro rege Babyloniæ, ſcripſit Cyrus rex domum hanc ædificare: & illa ſacra vaſa aurea & argentea quæ extulerat Nabuchodo-

noſor

noſor de domo quæ eſt in Ieruſalem, & conſecrauerat ea in ſuo templo, rurſus protulit ea Cyrus rex de templo quod erat in Babylonia, & tradita ſunt Zorobabel, & Salmanaſaro ſubregulo. & præceptum eſt eis vt offerrent hæc vaſa, & reponerent in templo, quod erat in Ieruſalem, & ipſum templum Dei ædificare in loco ſuo. Tunc Salmanaſarus ſubiecit fundamenta domus Domini, quæ eſt in Ieruſalem: & exinde vſque nunc ædificatur, & non accepit conſummationem. Nũc ergo ſi iudicatur à te ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis quæ ſunt in Babylonia: & ſi inuentum fuerit conſilio Cyri regis cœptam eſſe ſtructuram domus Domini, quæ eſt in Ieruſalem, & iudicatur à Domino
1.Eſd.6.a. rege noſtro, ſcribat de his nobis. ‖ Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis, & inuentus eſt in Ecbathanis oppido, quod eſt in media regione locus vnus in quo ſcripta erant iſta, Anno primo regnante Cyro rex Cyrus præcepit domum Domini quæ eſt in Ieruſalem ædificare, vbi incendebant igni aſsiduo, cuius altitudo ſit cubitorum decem, & latitudo cubitorum ſexaginta, quadratum lapidibus politis tribus, & meniano ligneo eiuſdẽ regionis, & meniano vno nouo, & impendia dari de domo Cyri regis: & ſacra vaſa domus Domini tam aurea quàm argentea, quæ extulit Nabuchodonoſor in domum Domini, quæ eſt in Ieruſalem, vbi erant poſita, vt
D ponantur illic: & præcepit curam agere Siſennem ſubregulum Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanem, & ſodales eius, & qui ordinati erant in Syria & Phœnice præſides, vt abſtinerent ſe ab eodem loco. Et ego quoque præcepi in totum ædificare: & proſpexi, vt adiuuent eos qui ſunt ex captiuitate Iudæorum, donec cõſummetur templum ædis Domini: & à vexatione tributorum Cœleſyriæ & Phœnicis, diligenter quantitatem dari his hominibus ad ſacrificium Domini, Zorobabel præfecto, ad tauros, & arietes, & agnos, ſimiliter autem & frumentum, & ſal, & vinum, & oleum inſtanter per ſingulos annos, prout ſacerdotes qui ſunt in Ieruſalem, dicta uerunt conſumi quotidie ſine vlla dilatione, vt offerantur libationes ſummo Deo pro rege & pueris eius, & orent pro ipſorum vita: & denuntietur, vt quicunque tranſgreſsi fuerint aliquid ex his quæ ſcripta ſunt, aut ſpreuerint, accipiatur lignũ de ſuis proprijs, & ſuſpendantur, & bona ipſorum regi aſcribantur. Propterea & Dominus, cuius nomẽ inuocatũ eſt ibi, exterminet oẽm regem & gentẽ, qui manum ſuã extenderit prohibere, aut male tractare domũ Domini illã quæ eſt in Ieruſalem. Ego Darius rex decreui quã diligẽtiſsime ſecundũ hæc fieri.

S. Domus Dei extructa dedicatur & conſecratur, in eáque feſtum Azymorum celebratur.

CAP. VII.

TVnc Siſennes ſubregulus Cœleſyriæ A
1.Eſd.6.b. & Phœnicis, & Satrabuzanes, & ſodales obſecuti his quæ à Dario rege erãt decreta, inſiſtebant ſacroſanctis operibus diligentiſsime, cooperantes cum ſenioribus Iudæorum principibus Syriæ, & proſperata ſunt ſacroſancta opera, prophetantibus Aggæo & Zacharia prophetis. Et conſummauerunt omnia per præceptum Domini Dei Iſrael, & ex conſilio Cyri, & Darij, & Artaxerxis regis Perſarum. Et conſummata eſt domus noſtra B vſque ad tertiam & viceſimam diem menſis Adar, ſexto anno Darij regis. Et fecerunt filij Iſrael, & ſacerdotes & Leuitæ, & cæteri qui erant ex captiuitate, qui appoſiti ſunt ſecundũ ea quæ ſcripta ſunt in libro Moyſi. Et obtulerunt in dedicationem tẽpli Domini, tauros centum, arietes ducentos, agnos quadringentos, & hœdos pro peccatis vniuerſi Iſrael duodecim, ſecundum numerum tribuum Iſrael. Et ſteterunt ſacerdotes & Leuitæ amicti C ſtolis per tribus, ſuper omnia opera Domini Dei Iſrael ſecundũ librum Moyſi, & oſtiarij per ſingulas ianuas. Et egerũt filij Iſrael cum his qui erant ex captiuitate illud phaſe quarta decima luna menſis primi, quando ſanctificati ſunt ſacerdotes & Leuitæ. Omnes filij captiuitatis non ſunt ſimul ſanctificati, quia Leuitæ omnes ſimul ſanctificati ſunt. Et immolauerunt phaſe vniuerſi filij captiuitatis, & fratribus ſuis ſacerdotibus, & ſibimetipſis. Et D manducauerunt filij Iſrael, qui erant ex captiuitate omnes qui remanſerant ab omnibus execrationibus gentium terræ quærentes Dominum, & celebrauerunt diẽ feſtum azymorum ſeptem diebus epulãtes in conſpectu Domini, quoniam conuertit conſiliũ regis Aſſyriorum in eos, confortare manus eorum ad opera Domini Dei Iſrael.

S. Aſcendenti Eſdræ à Babylonia Ieroſolymã traduntur Artaxerxis literæ, quæ beneficia Iudæis præſtita continent, recenſentur qui ſimul aſcenderunt, & auro ac argento ſacerdotibus commiſſo, Eſdras facta oratione commonet populum ad pœnitentiam, quod ab alienigenis ſe non ſeparaſſent.

CAP. VIII.

ET poſt hunc regnante Artaxerxe Per- A
1.Eſd.7.a. ſarũ rege acceſsit Eſdras filius Azariæ, filij Helciæ, filij Solome, filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel, filij Boceci, filij Abiſue, filij Phinees, filij Eleazari, filij Aaron primi ſacerdotis: hic Eſdras aſcendit de Babylonia, cùm eſſet ſcriba & ingenioſus in lege Moſi, quæ data eſt à Domino Deo Iſrael

1.dicere. S. rael docere & facere, & dedit ei rex gloriam, quod inueniſſet gratiã in omni dignitate & deſyderio in conſpectu eius. Et aſcenderunt ſimul cum ipſo ex filijs Iſrael, & ſacerdotibus, & Leuitis, & ſacris cantoribus tẽpli, & oſtiarijs, & ſeruis templi in Ieruſalem. Anno ſeptimo regnante Artaxerxe in quinto mẽſe, hic annus ſeptimus eſt regni, exeuntes de Babylonia nouilunio quinti menſis, venerunt Ieroſolymam iuxta præceptum illius ſecũdum proſperitatem itineris à Domino ipſorum datam eis. In his enim Eſdras magnam diſciplinam obtinebat, ne prætermitteret quicquã eorum, quæ eſſent ex lege Domini & præceptis, & docendo vniuerſum Iſrael omnẽ iuſtitiam & iudicium. Accedentes autem, qui ſcribebãt ſcripta Artaxerxis regis, tradiderũt ſcriptũ quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Eſdrã ſacerdotem, & lectorẽ legis Domini, cuius exemplũ ſubiectũ eſt. Rex Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti & lectori legis Domini ſalutẽ. Humanior ego iudicãs in beneficijs, præcepi eis qui deſyderãt ex gente Iudæorũ ſua ſponte, & ex ſacerdotibus, & Leuitis, qui ſunt in regno meo, comitari tecũ in Ieruſalẽ. Siqui ergo cupiũt ire tecũ conueniant, & proficiſcantur ſicut placuit mihi & ſeptẽ amicis meis cõ
B ſiliarijs, vt viſitent ea quæ aguntur ſecundum Iudæam & Ieruſalẽ, obſeruãtes ſicut habes in lege Domini, & ferant munera Domino Deo Iſrael, quæ voui ego & amici Ieruſalẽ, & omne aurũ & argentũ, quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ Domino in Ieruſalẽ cum illo, quod eſt donatũ pro ipſa gente in templũ Domini eorum quod eſt in Ieruſalem: vt colligatur hoc aurum & argentũ ad tauros, & arietes, & agnos, & hœdos, & quæ his ſunt cõgruentia, vt offerãt hoſtias Domino ſuper altare Domini ipſorũ quod eſt in Ieruſalẽ. Et omnia quæcunq; volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro voluntate tua ſecundũ præceptũ Domini Dei tui: & ſacroſancta vaſa, quæ data ſunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ eſt in Ieruſalẽ: & cætera quæcunq; tibi ſubuenerint ad opera tẽpli Dei tui, dabis de regali gazophylacio: cum volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice ſecundũ voluntatẽ Domini. Et ego quidẽ rex Artaxerxes præcepi cuſtodibus theſaurorum Syriæ & Phœnicis, vt quæcunque ſcripſerit Eſdras ſacerdos, & lector legis Domini, diligẽter detur ei vſq; ad argenti talenta centũ, ſimiliter & auri: & vſq; ad frumẽti modios cẽtum, & vini amphoras cẽtum, & alia quæcunq; abundant ſine taxatione. Omnia ſecundum legẽ Dei fiant Deo altiſsimo, ne forte exurgat ira in regno regis, & filij, & filiorum eius. Vobis autẽ dicitur, vt omnibus ſacerdotibus & Leuitis, & ſacris cantoribus, & ſeruis templi, & ſcribis templi huius nullũ tributum, neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat quiſquam poteſtatem obijcere eis quicquam. Tu autem Eſdra ſecundum ſapien C tiam Dei conſtitue iudices & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui legem Dei tui nõ nouerunt, doce: vt quotquot tranſgreſſi fuerint legẽ, diligenter plectantur ſiue morte, ſiue cruciatu, ſiue etiam pecuniæ multatione vel abductione. Et dixit Eſdras ſcriba, Benedictus Deus patrum noſtrorum, qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare domum ſuam quæ eſt in Ieruſalem, & me honorificauit in cõſpectu regis, & conſiliariorum, & amicorum, & purpuratorum eius. & ego conſtans animo factus ſum ſecundum opitulationem Domini Dei mei, & congregaui ex Iſrael viros, vt ſimul aſcenderẽt mecũ. ‖ Et hi 1.Eſdr.8.a
ſunt præpoſiti ſecundum ſuas patrias, & principatus portionales eorum qui mecum aſcenderunt de Babylonia in regno Artaxerxis. Et ex filijs Phares, Gerſomus: ex filijs Siemarith, Amenus: filiorũ Dauid, Acchus filius Sceciliæ: ex filijs Phares, Zacharias, & cũ eo reuerſi ſunt viri cẽtum quinquaginta: ex filijs ducto ris Moabilionis Zaraei, & cum ipſo viri ducẽti quinquaginta: ex filijs Zachues, Iechonias Zechoeli: & cum ipſo viri ducẽti quinquaginta: ex filijs Sala, Maaſias Gotholiæ, & cum ipſo viri ſeptuaginta: ex filijs Saphatiæ, Zarias, Micheli, & cum ipſo viri octoginta: ex filijs Iob, Abdias Iheli, & cum ipſo viri ducenti duodecim: ex filijs Baniæ, Salimoth, filius Iosaphiæ, & cum ipſo viri centum ſexaginta: ex filijs Beer, Zacharias Bebei, & cum ipſo viri ducentiocto: ex filijs Ezead, Iohãnes Eccetã, & cum ipſo viri centum decem: ex filijs Adonicã ipſis poſtremis, & hæc ſunt nomina eorum, Eliphalã, filius Gebel, & Semeias, & cum ipſo viri ſeptuaginta. Et cõgregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, & metati fuimus illic triduo, & recognoui eos. Et ex filijs ſacerdotum & Leuitarum nõ inueni illic. Et miſi ad D
Eleazarũ, & Eccelõ, & Maſman, & Maloban, & Enaathã, & Samea, & Ioribum, Nathã, Enuagã, Zachariam, & Moſolamum ipſos ductores & peritos: & dixi eis vt venirẽt ad Loddeũ, qui erat apud locum gazophylacij. Et mandaui eis vt dicerẽt Loddeo & fratribus eius, & illis qui erãt in gazophylacio, vt mitterẽt nobis eos qui ſacerdotio fungerentur in domo Domini Dei noſtri, & adduxerũt nobis ſecundũ manũ validã Domini Dei noſtri viros peritos: ex filijs Moholi, filij Leui, filij Iſrael, Sebebian, & filios & fratres, qui erant decẽ & octo: Asbiam & Amin ex filijs filiorum Chananæi, & filij eorum viri viginti. Et ex his qui

templo

Universidad de Deusto
Biblioteca

templo seruiebant, quos dedit Dauid, & ipsi principes ad operationē Leuitis templo seruientiū ducēti viginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis. Et voui illic ieiunium iuuenibus in conspectu Dei, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, & filijs, & pecoribus propter insidias. Erubui enim petere à rege pedites & equites in comitatu, tutelæ gratia contra aduersarios nostros. Diximus enim regi, quoniam virtus Domini erit cum eis qui inquirūt eum in omni affectu. Et iterum deprecati sumus Dominum Deum nostrum secūdum hæc: quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus Deo nostro. Et separaui ex plebis præpositis, & sacerdotibus tēpli viros duodecim, & Sedebiā, & Asannam, & cum eis ex fratribus eorum viros decē. & appendi eis aurum & argentū & vasa sacerdotalia domus Dei nostri, quæ donauerat rex, & cōsiliarij eius, & principes, & omnis Israel.

E Et cum appendissem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centum, & vasorum aureorum septies viginti, & vasa ærea de bono æramento splendentia, duodecim, auri speciem reddentia: & dixi eis, Et vos sancti estis Domino, & vasa sunt sancta, & aurum, & argentum votum est Domino Deo patrū nostrorū. Vigilate & custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus, & Leuitis, & principibus ciuitatum Israel in Ierusalē, in pastophorio domus Dei nostri. Et hi qui susceperūt sacerdotes & Leuitæ aurum & argentū & vasa, intulerunt in Ierusalem in tēplū Domini. Et promouimus à fluuio Thia, die duodecima mēsis primi, vsquequo introiuimus in Ierusalem. Et cum factus fuisset tertius dies, quarta autem die ponderatum aurum, & argentum traditum est in domo Domini Dei nostri Marimoth filio Iori sacerdoti: & cum ipso erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipsis Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Leuitæ ad numerum, & ad pōdus vniuersa. Et scriptum est pondus ipsorum eadem hora. Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacrificiū Domino Deo Israel, tauros duodecim pro omni Israel, arietes octogintasex, agnos septuagintaduos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium Domini. Et relegerunt præcepta regis regalibus dispēsatoribus, & subregulis Cœlesyriæ, & Phœnicis: & honorificauerunt gentē, & templū Domini. Et consummatis his, accesserunt ad me præposi-
1.Esdr.9.a. ti, dicentes, ‖ Non segregauerunt genus Israel,
F & principes, & sacerdotes, & Leuitæ, & alieni genæ gentes, & nationes terræ immunditias suas à Chananæis & Hethæis & Pherezæis, & Iebuzæis & Moabitis & Aegyptijs & Idumæis. coniuncti enim sunt filiabus eorum & ipsi, & filij eorum: & mistum est semen sanctum alienigenis gentibus terræ: & participes erant præpositi, & magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni. Et mox vt audiui ista, conscidi vestimenta & sacram tunicam: & lacerans capillos capitis & barbam, sedi dolens & mœstus. Et conuenerunt quotquot tunc mouebantur in verbo Domini Dei Israel ad me lugentem super iniquitatem istam, & sedebam tristis vsque ad sacrificium vespertinum. Et consurgens à ieiunio, conscissa habens vestimenta & sacram tunicam, ingeniculans, & extendens manus ad Dominum dicebant, Domine confusus sum, & reueritus sum ante faciem tuam. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt vsque ad cœlum, quoniam à temporibus patrum nostrorū sumus in magno peccato vsque ad diem hunc. Et propter peccata nostra, & patrum nostrorum sumus traditi cum fratribus nostris, & cum sacerdotibus nostris regibus terræ in gladium & captiuitatem, & deprecationem cum confusione vsque in hodiernum diem. Et nunc quantum est hoc quod contigit nobis misericordia abste Domine Deus, & relinque nobis radicem, & nomen in locum sanctificationis tuæ, detegere luminare nostrum in domo Domini Dei nostri, dare nobis cibum in omni tempore seruitutis nostræ. Et cum seruiremus, non fuimus derelicti à Domino Deo nostro: sed constituit nos in gratia, ponens nobis reges Persarum dare cibum, & clarificare templum Domini Dei nostri, & ædificare deserta Sion, dare nobis stabilitatem in Iudæa & Ierusalē.
G Et nunc quid dicimus Domine habētes hæc? Trāsgressi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorum tuorum prophetarum, dicens, Quoniam terra, in quā introistis possidere hæreditatē eius, terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorū repleuerunt eam totā immūditia sua. Et nunc filias vestras non cōiungetis filijs eorum, & filias eorū non accipietis filijs vestris, & nō inquiretis pacem habere cū illis omni tēpore, vt inualescentes manducetis optima terræ, & hæreditatē distribuatis filijs vestris vsq; in æuum. Et quæ contingunt nobis, omnia fiunt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra. Et dedisti nobis talem radicē, & rursum reuersi sumus trāsgredi legitima tua, vti cōmisceremur immunditiæ alienigenarum gentiū terræ huius. Nónne irascēris nobis perdere nos, quoad vsq; nō relinquatur radix & nomen nostrum? Domine Deus Israel verax es. Derelicta est enim radix vsque in ho-

in hodiernum diem. Ecce, nunc sumus in cōspectu tuo in iniquitatibus nostris. Non est
1.Esd.10.a enim adhuc stare ante te in his. ‖ Et cùm adorando confiteretur Esdras flens, humi prostratus ante templum, congregati sunt ante eum ex Ierusalem turba magna valde, viri & mulieres & iuuenes & iuuenculæ. Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine. Et cū clamasset, Iechonias Iehelī ex filijs Israel, dixit Esdræ, Nos in Dominum peccauimus, quòd collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gētibus terræ. Et nunc es super omnem Israel, In his ergo sit iusiurandum à Domino expellere omnes vxores nostras quæ ex alienigenis sunt cum filijs earum. Sicut tibi decretum est à maioribus secundum legē Domini exurgens explica. Ad te enim spectat negotium, & nos tecum sumus. viriliter fac. Et exurgens Esdras adiurauit principes sacerdotum & Leuitas, & omnem Israel facere secundum hæc, & iurauerunt.

S. Iubentur abijcere vxores alienigenas cum filijs, & recensentur qui ex sacerdotibus ac Leuitis iuncti illis erant. Esdras legit legem domini coram populo, quibus peractis iubētur vt ad propria digressi, letum diem agant.

CAP. IX.

1.Esd.10.a A ET exurgens Esdras ab ante atrium templi, abijt in pastophorium Ionathæ filij Nasabi, & hospitatus illic non gustauit panem, nec aquam bibit super iniquitatē multitudinis. Et facta est prædicatio in omni Iudæa, & in Ierusalem omnibus qui erāt ex captiuitate in Ierusalem cōgregati, vt quicunque non occurrerit biduo vel triduo diei secundū iudicium assidentiū seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis. Et cōgregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda, & Ben-iamin in tribus diebus in Ierusalem. hic mēsis est nonus, dies mensis vicesimus. Et sedit omnis multitudo in area templi trementes propter hyemē præsentem. Et exurgens Esdras dixit illis, Vos inique fecistis collocantes vobis in matrimonium vxores alienigenas, vt adderetis ad pec-
B cata Israel. Et nunc date confessionē, & magnificentiam Domino Deo patrum nostrorū: & perficite voluntatē ipsius, & discedite à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et clamauit omnis multitudo, & dixerūt voce magna, Sicut dixisti, faciemus. Sed quoniam multitudo magna est, & tempus hybernum, & nō possumus insubsidiati stare: & hoc opus non est nobis vnius diei, neque bidui: multū enim in his peccauimus: stent præpositi multitudinis; & oēs qui nobiscum inhabitant, & quotquot habent vxores apud se alienigenas, & assistāt accepto tēpore ex omni loco presbyteri, & iudices, vsquequo soluant irā Domini negotij huius. Ionathas autē filius Ezeli, & Ozias Thecam susceperunt secundū hæc: & Bosoramus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis. Et steterunt secundum hæc omnia vniuersi qui erāt ex captiuitate. Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorum secundum nomina: & consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotium istud. Et determinatum est de viris qui habebant vxores alienigenas, vsque ad neomeniam primi mensis: & inuenti sunt ex sacerdotibus permisti qui habebant alienigenas vxores. Ex filijs Iesu filij Iosedec, & fratribus eius: Maseas, & Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus, & iniecerunt manus vt expellerent vxores suas: & ad litandum in exorationē arietem pro ignorantia sua. & ex filijs Semmeri: Maseas & Esses & Ieelech Azarias. & ex filijs Fosere: Limosias, Hismaenis, & Nathanee, Iusio, Reddus, & Talsas. & ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elionas. & ex sacris cātoribus, Eliasib, Zaccarus. & ex ostiarijs, Salumus, & Tolbanes. & ex Israel: ex filijs Foro, Ozi, & Remias & Geddias & Melchias & Michelus, Eleazarus & Iammebias & Bannas: & ex filijs Iolamā: Chamas & Zacharias & Iezrelus, & Ioddius & Erimoth & Helias. & ex filijs Zathoim: Eliadas & Liasumus, Zochias & Larimoth & Zabdis & Tebedias. & ex filijs Zebes: Iohānes & Amanias & Zabdias & Emeus. & ex filijs Bāni: Olamus & Maluchus & Ieddeus & Iasub & Azabus & Ierimoth. & ex filijs Addin: Naathus & Moosias & Caleus & Raanas, Maaseas, Mathathias & Beseel & Bonnus & Manasses. & ex filijs Nuae: Noneas & Afeas & Melchias & Sameas & Simō, Ben-iamin & Malchus & Marras. & ex filijs Asom: Carianeus, Mathathias & Bannus & Eliphalach & Manasses & Semei. & ex filijs Banni: Ieremias & Moadias & Abramus & Iohel & Baneas & Pelias & Ionas & Marimoth & Eliasib & Mathaneus & Eliasis & Orizas & Dielus & Semedius & Zambris & Iosephus. & ex filijs Nobei: Idelus & Mathathias & Sabadus & Zecheda, Sedmi & Iessei, Baneas: omnes isti coniuxe-E runt sibi vxores alienigenas, & dimiserunt eas cum filijs. Et inhabitauerunt sacerdotes & Leuitæ: & qui erant ex Israel in Ierusalem, & in tota vna regione nouilunio mensis septimi. Et erant filij Israel in commorationibus suis. Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab oriente portæ sacræ: & dixerunt Esdræ pōtifici, & lectori, vt afferret legē Moysi, quæ tradita est à Domino Deo Israel. Et attulit Esdras pontifex legem omni multitudini eorum à viro vsque ad mulierem, &

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi. Et legebat in area, quæ est ante sacram portam templi, à prima luce vsque ad vesperam coram viris & mulieribus. F Et dederunt omnes sensum ad legem. Et stetit Esdras sacerdos, & lector legis super ligneum tribunal quod fabricatum erat. Et steterunt ad eũ Mathathias, & Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, & Balsamus ad dexteram: & ad sinistram Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias. Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine: præsidebat enim in gloria in cõspectu omnium. Et cùm absoluisset legem, omnes erecti steterunt: & benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem. Et respondit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus prociden tes in terram, adorauerunt Dominum. Iesus & Banaeus & Sarebias & Iaddimus & Accubus & Sabbathæus & Calithes & Azarias & Ioradus & Ananias & Philias Leuitæ, qui docebant legem Domini, & in multitudine legebant legem Domini, & præferebant singu li eos, qui intelligebant lectionem. Et dixit Atharathes Esdræ pontifici, & lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem, dicens, Dies hic sanctus est Domino. Et oẽs flebant, cùm audissent, legẽ. ▷ Et dixit Esdras', Digressi ergo manducate pinguissima quæq́; , & bibite dulcissima quæq́; , & mittite munera his qui non habent. Sanctus enim est hic dies Domini, & nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et Leuitæ denuntiabãt in publico omnibus, dicentes, Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse. Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his qui non habebant, vt epularentur, Magnifice enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam, secundum testamentum Domini Dei Israel.

Liber Esdre quartus.

S. Mittitur Esdras à Domino multa ingratis Iudæis exhibita beneficia exprobraturus.

CAP. I.

A LIber Esdræ prophetæ secũdus, filij Sarei, filij Azarei, filij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Sadoch, filij Achitob, filij Achiæ, filij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Asiei, filij Marimoth, filij Arna, filij Oziæ, filij Borith, filij Abisei, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aaron ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorum, in regno Artaxerxis regis Persarum. Et factũ est verbum Domini ad me, dicens, Vade, & nuntia populo meo facinora ipsorum, & filijs eorũ iniquitates, quas in me admiserunt, vt nuntient filijs filiorum: quia peccata parentũ ipsorum in illis creuerũt. Obliti enim mei sacrificauerunt dijs alienis. Nõne ego eduxi eos de Terra Aegypti de domo seruitutis? Ipsi aũt irritauerũt me, & consilia mea spreuerunt. Tu autem excute comam capitis tui, & proijce omnia mala super illos: quoniam non obedierunt legi B meæ. Populus autem est indisciplinatus. Vsquequo eos sustinebo, quibus tanta beneficia contuli? Reges multos propter eos subuerti. Pharaonem cum pueris suis, & omnem exercitum eius percussi. Oẽs gentes à facie eorum perdidi, & in oriente prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonis dissipaui, & omnes aduersarios eorum interfeci. Tu verò loquere ad eos, dicens, Hæc dicit Dominus: Nempe ego vos per mare transmeaui, & platẽas vobis initio munitas exhibui: ducem vobis dedi Moysen, & Aaron sacerdotem: lucem vobis per columnam ignis præstiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autem mei obliti estis, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens: Coturnix vobis in signo fuit, castra vobis ad tutelam dedi, & illic murmurastis: & non triumphastis in nomine meo de perditione inimicorum vestrorum, sed adhuc nũc vsque murmurastis. Vbi sunt beneficia, quæ præstiti vobis? Nónne in deserto cùm esuriretis, proclamastis ad me, dicentes, Vt quid nos in desertũ istud adduxisti interficere nos? melius nobis fuerat seruire Aegyptijs, quàm mori in deserto hoc. Ego dolui gemitus vestros, & dedi vobis manna in escam. Panem C angelorum manducastis. Nónne cùm sitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in saturitate? Propter æstus folijs arborum vos texi. Diuisi vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Philisthæos à facie vestra proiecit: quid faciã vobis adhuc, dicit Dominus? Hæc dicit Dominus omnipotens: In deserto cùm essetis in flumine Amorrhæo sitientes, & blasphemantes nomen meum, non ignem vobis pro blasphemijs dedi, sed mittens lignum in aquã, dulce feci flumẽ. Quid tibi faciã Iacob? Noluisti obedire Iuda. Trãsferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum, vt custodiant

diant legitima mea. Quoniam me dereliquistis, & ego vos derelinquã. Petentibus vobis à me misericordiam, non miserebor. Quando inuocabitis me, ego non exaudiam vos. Maculastis enim manus vestras sanguine, & pedes vestri impigri sunt ad committenda homicidia. Non quasi me dereliquistis, sed vosipsos dicit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens: Nónne ego vos rogaui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos suos, vt essetis mihi in populum, & ego vobis in Deum: & vos mihi in filios, & ego vobis in patrẽ? Ita vos collegi, vt gallina pullos suos sub D alas suas. Modo autẽ quid faciam vobis? Proijciam vos à facie mea. Oblationem cùm mihi attuleritis, auertam faciẽ meam à vobis. Dies enim festos vestros, & neomenias & circumcisiones repudiaui. Ego misi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfecistis, & laniastis corpora eorum, quorum sanguinem exquiram, dicit Dominus, Hæc dicit Dominus omnipotens: Domus vestra deserta est. Proijciam vos sicut ventus stipulam, & filij procreationem non facient: quoniam mãdatum meum neglexerunt, & quod malum est coram me, fecerunt. Tradã domos vestras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus signa non ostendi, facient quæ præcepi. Prophetas non viderũt, & memorabuntur iniquitatum eorum. Testor populi venientis gratiam, cuius paruuli exultant cũ lætitia, me non videntes oculis carnalibus, sed spiritu credentes quæ dixi. Et nũc frater aspice, quæ gloria: & vide populum venientem ab oriente, quibus dabo ducatũ Abraham, Isaac, & Iacob, & Osee, & Amos, & Michææ, & Ioel, & Abdiæ, & Ionæ, & Naũ, & Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & angelus Domini vocatus est.

S. Synagoga sub figura matris reuocatur à malis suis ad vitam rectiorem.

CAP. II.

A HAec dicit Dominus. Ego eduxi populum istum de seruitute, quibus mãdata dedi per pueros meos prophetas quos audire noluerunt, sed irrita fecerũt mea consilia. Mater quæ eos generauit, dicit illis: Ite filij, quia ego vidua sum & derelicta. Educaui vos cum lætitia, & amisi vos cum luctu & tristitia, quoniam peccastis coram Domino Deo vestro, & quod malum est coram eo fecistis. Modo autem quid faciam vobis? Ego vidua sum & derelicta: ite filij, & petite à Domino misericordiam. Ego autem te pater testem inuoco super matrem filiorum, qui noluerunt testamẽtum meum seruare, vt des eis confusionem, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. Dispergantur in gentes nomina eorum, deleantur à terra: quoniam spreuerunt sacramentum meũ. Væ tibi Assur, qui abscondis iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorrhæ, quorũ terra iacet in piceis glebis & aggeribus cinerum. sic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotens. Hæc dicit Dominus ad Esdrã, nuntia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ierusalem, quod daturus eram Israel. Et sumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaueram illis. Lignum vitæ erit illis in B odore vnguenti, & non laborabunt, neq; fatigabuntur. Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos, vt immorentur. Iam paratum est vobis regnum: vigilate. Testare cœlum & terrã. Contriui enim malum, & creaui bonum, quia viuo ego dicit Dominus, Mater amplectere filios tuos, educa illos cũ lætitia. Sicut colum ba confirma pedes eorũ: quoniam te elegi dicit Dominus. Et resuscitabo mortuos de locis suis, & de monumentis educam illos, quoniã cognoui nomen meum in Israel. Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi dicit Dominus. Mittam tibi adiutorium pueros meos Isaiam & Ieremiam, ad quorum consilium sanctificaui, & paraui tibi arbores duodecim graũatas varijs fructibus, & totidem fontes fluentes lac & mel: & montes immensos septem, habentes rosam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos. Viduam iustifica, pupillo iudica, egenti da, orphanum tuere, nudum veste, confractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare mancum, & cæcum ad visionem claritatis meæ admitte. Senem & iuuenem intra muros tuos serua: mortuos vbi inueneris signans commenda sepulchro, & dabo tibi primã sessionem in resurrexione mea. Pausa & quiesce populus meus, quia veniet requies tua. Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pedes eorum. Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet. eos ego enim requiram de numero tuo. Noli fatigari. Cùm enim vene- C rit dies pressuræ & angustiæ, alij plorabunt & tristes erunt: tu autem hilaris & copiosa eris. Zelabunt gentes, & nil aduersus te poterunt, dicit Dominus. Manus meæ tegent te, ne filij tui gehennam videant. Iucundare mater cum filijs tuis, quia ego te eripiam, dicit Dominus. Filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educam de lateribus terræ, & misericordiam cum illis faciam: quoniam misericors sum, dicit Dominus omnipotens. Amplectere natos tuos vsque dum venio, & præstemí illis misericordiam: quoniam exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet. Ego Esdras præceptum accepi à Domino in monte Oreb, vt irem ad Israel: ad quos cùm

Universidad de Deusto Biblioteca

venirē,reprobauerunt me,& respuerunt man
datum Domini. Ideoque vobis dico gentes,
quæ auditis & intelligitis: Expectate pastorē
vestrum,requiem æternitatis dabit vobis:quo
niam in proximo est ille qui in fine seculi ad
ueniet.Parati estote ad præmia regni,quia lux
perpetua lucebit vobis per æternitatem tēpo-
ris.Fugite vmbrā seculi huius:accipite iucun-
ditatem gloriæ vestræ.Ego testor palàm salua
D torem meum.Commendatum donum accipi
te & iucundamini, gratias agentes ei qui vos
ad cœlestia regna vocauit.Surgite,& state, &
videte numerum signatorum in cōuiuio Do-
mini. Qui se de vmbra seculi transtulerunt,
splendidas tunicas à Domino acceperunt.Re
cipe Sion numerum tuum,& conclude candi
datos tuos qui legem Domini compleuerūt.
Filiorum tuorum quos optabas plenus est nu
merus.Roga imperium Domini, vt sanctifi-
cetur populus tuus qui vocatus est ab initio.
Ego Esdras vidi in monte Sion turbam mag-
nam,quā numerare non potui,& omnes can-
ticis collaudabant Dominum.Et in medio e-
orum erat iuuenis statura celsus, eminentior
omnibus illis,& singulis eorum capitibus im
ponebat coronas, & magis exaltabatur. Ego
autem miraculo tenebar. Tunc interrogaui
angelum, & dixi, Qui sunt hi Domine? Qui
respondens,dixit mihi,Hi sunt qui mortalem
tunicam deposuerunt,& immortalem sump-
serunt,& confessi sunt nomen Dei.Modo co
ronantur,& accipiūt palmas. Et dixi angelo,
Ille iuuenis quis est,qui eis coronas imponit,
& palmas in manus tradit? Et respondens di-
filius dei. xit mihi.Ipse est filius Dei,quem in seculo cō
fessi sunt: ego autem magnificare eos cœpi,
qui fortiter pro nomine Domini steterunt.
Tunc dixit mihi angelus,Vade,annuntia po-
pulo meo, qualia & quanta mirabilia Domi-
ni Dei vidisti.

S. *In omnibus Adæ posteris & maxime in genti bus infidelibus abundat malitia.*

CAP. III.

A ANno tricesimo ruinæ ciuitatis eram
in Babylone, & conturbatus sum su-
per cubiculo meo recumbens, & co-
gitationes meæ ascendebant super cor meum:
quoniam vidi desertionem Sion, & abundan
tiam eorum qui habitabant in Babylone. &
ventilatus est spiritus meus valde,& cœpi lo-
qui ad Altissimum verba timorata,& dixi, O
dominator Domine,tu dixisti ab initio,quan
do plantasti terram,& hoc solus,& imperasti
populo,& dedisti Adam corpus mortuū: sed
& ipsum figmentum manuum tuarum erat,
& insufflasti in eum spiritū vitæ, & factus est
viuēs coram te, & induxisti eum in paradiso,
quem plātauerat dextera tua antequam terra
aduentaret.Et huic mandasti diligere viā tu-
am, & præteriuit eam, & statim instituisti in
"eo'mortē,& in nationibus eius,& natæ sunt "eum.3.
gētes,& tribus,& populi, & cognationes qua
rum non est numerus.Et ambulauit vnaquæ
que gens in voluntate sua,& mira agebant co
ram te,& spernebant præcepta tua. Iterum au
tem in tempore induxisti diluuium super in-
habitantes seculum,& perdidisti eos.Et factū B
est in vnoquoque eorum,sicut Adæ mori,sic
his diluuium. Dereliquisti autē vnum ex his
Noe cum domo sua, & ex eo iusti omnes. Et
factum est, cùm cœpissent multiplicari, qui
habitabant super terram,& multiplicauerunt
filios,& populos,& gentes multas:& cœperūt
iteratò impietatem facere plus quàm priores.
Et factum est, cùm iniquitatem facerent co-
ram te, elegisti tibi virum ex his cui nomen
erat Abraham. Et dilexisti eum, & demon-
strasti ei soli voluntatem tuam:& disposuisti
ei testamentum æternum, & dixisti ei vt non
vnquam derelinqueres semen eius.Et dedisti
ei Isaac,& Isaac dedisti Iacob & Esau. Et se-
gregasti tibi Iacob, Esau autem separasti. Et
factus est Iacob in multitudine magna.Et fa-
ctum est cùm educeres semen eius ex Aegyp-
to, adduxisti super montem Sina.Et inclina- C
sti cœlos, & statuisti terram, & commouisti
orbem,& tremere fecisti abyssos,& conturba
sti seculum, & transijt gloria tua portas qua-
tuor ignis & terræmotus, & spiritus & gelu,
vt dares semini Iacob legem,& generationi Is
rael diligentiam. Et non abstulisti ab eis cor
malignū,vt faceret lex tua in eis fructū. Cor
enim malignū baiulans primus Adam trans-
gressus & victus est, sed & omnes qui de eo
nati sunt. Et facta est permanens infirmitas,
& lex cum corde populi, cum malignitate ra
dicis,& discessit quod bonū est,& mansit ma
lignum.Et transierunt tempora,& finiti sunt
anni:& suscitasti tibi seruum nomine Dauid,
& dixisti ei ædificare ciuitatem nominis tui,
& offerre tibi in eadem thus & oblationes.Et
factum est hoc annis multis, & dereliquerūt
qui habitabant ciuitatem, in omnibus facien
tes sicut fecit Adam & omnes generationes
eius.vtebantur enim & ipsi corde maligno.Et
tradidisti ciuitatem tuam in manibus inimico
rum tuorum.Nūquid meliora faciunt,qui ha
bitant Babylonem?Et propter hoc dominabi D
tur Sion?Factum est,cùm venissem huc,& vi
dissem impietates,quarum non est numerus:
& delinquentes multos vidit anima mea hoc
tricesimo anno,& excessit cor meum:quoniā
vidi quomodo sustines eos peccātes,& peper
cisti impie agentibus, & perdidisti populum
tuum,& conseruasti inimicos tuos,& nō sig-
nificasti.Nihil memini quomodo debeat dere
linqui

linqui via hæc. Nunquid meliora facit Baby-
lon,quàm Sion?aut alia gēs cognouit te præ-
ter Israel?aut quæ tribus crediderūt testamen-
tis tuis,sicut Iacob? Quarum merces non com
parauit, neq; labor fructificauit. Pertransiens
enim pertransiui in gentibus, & vidi abūdan-
tes eas, & non memorantes mandatorum tu-
orum. Nunc ergo pondera in statéra nostras
iniquitates, & eorum qui habitant in seculo:
& non inuenietur nomen tuum,nisi in Israel.
Aut quando non peccauerunt in conspectu
tuo,qui habitant terram?aut quæ gens sic ob-
seruauit mandata tua?Hos quidem per nomi
na inuenies seruasse mandata tua, gentes au-
tem non inuenies.

S. *Retunditur curiosi scrutatoris præsumptio, adductis varijs similitudinibus.*

CAP. IIII.

A ET respondit ad me angelus, qui missus
est ad me,cui nomen Vriel,& dixit mi-
hi,Excedens excessit cor tuum in seculo
hoc, & comprehendere cogitas viam altissi-
mi. Et dixi, Ita Domine meus. Et respondit
mihi,& dixit, Tres vias missus sum ostendere
tibi,& tres similitudines proponere coram te:
de quibus mihi si renuntiaueris vnam ex his,
& ego tibi demonstrabo viam quam desyde-
ras videre, & docebo te vnde sit cor malignū.
Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad
me, Vade,pondera mihi ignis pondus,aut mē-
sura mihi flatum venti, aut reuoca mihi diem
quæ præterijt.Et respondi,& dixi,Quis nato-
rum poterit facere,vt me interroges de his?Et
dixit ad me, Si essem interrogans te, dicens,
Quantæ habitationes sunt in corde maris,aut
quātæ venæ sunt in principio abyssi,aut quan
tæ venæ sunt super firmamentum, aut qui
sunt exitus paradisi: diceres mihi fortassis,in
abyssum non descendi, neque in infernum
adhuc,neque in cœlum vnquam ascendi. nūc
autem non interrogaui te nisi de igne,& ven-
to,& die,per quem transisti, & à quibus sepa-
rari non potes: & nō respondisti mihi de eis.
Et dixit mihi,Tu quæ tua sunt,tecum coado-
lescentia, non potes cognoscere:& quomodo
poterit vas tuum capere altissimi viam,& iam
exterius corrupto seculo intelligere corrupti-
onem euidentem in facie mea?Et dixi illi,Me
lius erat nos non esse, quàm adhuc viuentes
viuere in impietatibus,& pati, & non intelli-
gere de qua re. Et respondit ad me, & dixit,
Proficiscens profectus sum ad syluam ligno-
rum campi,& cogitauerunt cogitationem,&
dixerunt,Venite,& eamus,& faciamus ad ma-
re bellum,vt recedat coram nobis,& faciamus
B nobis alias syluas.Et similiter fluctus maris &
ipsi cogitauerunt cogitationem, & dixerunt,
Venite ascendentes,debellemus syluas campi,
vt & ibi consummemus nobismetipsis aliam
regionem.Et factus est cogitatus syluæ in va-
num.venit enim ignis,& consumpsit eam.Si-
militer & cogitatus fluctuum maris. stetit e-
nim arena,& prohibuit eos. Si enim esses iu-
dex horum,quem inciperes iustificare,aut quē
condemnare?Et respondi,& dixi, Vtique va-
nam cogitationē cogitauerunt.terra enim da-
ta est syluæ & mari locus portare fluctus suos.
Et respondit ad me,& dixit,Bene tu iudicasti,
& quare non iudicasti tibimetipsi? Quemad-
modū enim terra syluæ data est,& mare flucti
bus suis:sic qui super terram inhabitant, quæ
sunt super terram intelligere solummodo pos
sunt: & qui super cœlos, quæ super altitudi-
nem cœlorum.Et respondi,& dixi, Deprecor
te Domine,vt mihi detur sensus intelligendi. C
non enim volui interrogare de superioribus
tuis,sed de his quæ pertranseunt per nos quo-
tidie.propter quid Israel datus in opprobrium
gentibus: quem dilexisti populum, datus est
tribubus impijs, & lex patrum nostrorum in
interitum deducta est,& dispositiones scriptæ
nusquam sunt: & pertransiuimus de seculo,
vt locustæ, & vita nostra stupor & pauor, &
nec digni sumus misericordiam consequi.Sed
quid faciet nomini suo quod inuocatum est
super nos?Et de his interrogaui.Et respondit
ad me,& dixit, Si fueris plurimum scrutatus,
frequenter miraberis:quoniam festinans festi-
nat seculum pertransire, & non capit portare
quæ in futuris temporibus iustis repromissa
sunt: quoniam plenum iniustitia est seculum
hoc & infirmitatibus.De quibus autem inter
rogas,dicam: seminatum enim est malum, &
necdum venit destructio ipsius. Si ergo non
inuersum fuerit quod seminatum est & disces
serit locus vbi seminatū est malum,nō veniet
vbi seminatum est bonum.Quoniam gramen
seminis mali seminatum est in corde Adam ab
initio:& quantum impietatis generauit vsque
nunc,& generat vsque cùm veniat area? Aesti
ma autem apud te gramen mali seminis,quan
tum fructum impietatis generauit: quando
secatæ fuerint spicæ, quarum non est nume-
rus, quàm magnam aream incipient facere?
Et respondi, & dixi, "Quomodo,'& quando "Quot z.
hæc?Quare modici & mali anni nostri?Et res
pondit ad me, & dixit mihi, Non festines tu
super altissimum. Tu enim festinas inaniter
esse super ipsum. nam excessus tuus multus.
Nónne de his interrogauerunt animæ iustorū
in promptuarijs suis,dicentes,Vsquequo spe-
ro sic?& quando veniet fructus areæ mercedis
nostræ?Et respondit ad ea Ieremiel archange-
lus,& dixit, Quādo impletus fuerit numerus
seminum in vobis, quoniam in statéra pon-
derauit seculum,& mensura mensurauit tem-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pora,& numero numerauit tempora, & non commouit, nec excitauit vsquedum impleatur prædicta mensura.Et respondi, & dixi, O Dominator Domine,sed & nos omnes pleni
D sumus impietate.Et ne forte propter nos non impleantur iustorum areæ, propter peccata inhabitantium super terram. Et respondit ad me,& dixit, Vade, & interroga prægnantem, siquando impleuerit nouem menses suos,adhuc poterit matrix eius retinere partum in semetipsa? Et dixi,Non potest Domine. Et dixit ad me,In inferno promptuaria animarum matrici assimilata sunt. Quemadmodum enim illa festinat quæ parit,effugere necessitatem partus: sic & hæc festinat reddere ea quæ commendata sunt. Ab initio tibi demonstrabitur de his quæ concupiscis videre.Et respondi,& dixi.Si inueni gratiam ante oculos tuos, & si possibile est,& si idoneus sum, demonstra mihi,si plusquam præteritum sit habet venire,aut plura pertransierunt supra quàm futurum est. Quid pertransiuit,scio:quid autem futurum sit,ignoro.Et dixit ad me, Sta super dexteram partē, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis.Et steti,& vidi:& ecce fornax ardēs transijt coram me. & factum est, cùm transiret flamma, vidi : & ecce superauit fumus.Post hæc transijt coram me nubes plena aquæ,& immisit pluuiam impetu multam. & cùm transisset impetus pluuiæ, superauerunt in ea guttæ.Et dixit ad me, Cogita tibi, sicut crescit pluuia amplius quàm guttæ, & ignis quàm fumus: sic superabundauit quæ transiuit mensura. Superauerunt autem guttæ,& fumus:& oraui,& dixi, Putas viuo vsq; in diebus illis?vel quid erit in diebus illis?Respondit ad me, & dixit, De signis, de quibus me interrogas,ex parte possum tibi dicere: de vita autem tua non sum missus dicere tibi, sed nescio.

S. Varia signa de futuris rebus Edræ per angelum ostenduntur pro captiuorum spe ac consolatione.

CAP. V.

A DE signis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendentur qui inhabitāt terram in censu multo: & abscondetur veritatis via:& sterilis erit à fide regio: & multiplicabitur iniustitia super hanc quam ipse tu vides,& super quam audisti olim:& erit impositio vestigio quam nunc vides regnare regionem,& videbunt eam desertam. Si autem tibi dederit altissimus viuere, videbis post tertiam tubam, & relucescet subito sol noctu, & luna ter in die, & de ligno sanguis stillabit,& lapis dabit vocem suam, & populi commouebuntur:& regnabit,quem non sperant qui inhabitant super terram, & volatilia commigrationem facient: & mare Sodomiticum pisces reijciet,& dabit vocem noctu,quā non nouerant multi. omnes autem audient vocem eius,& chaos fiet per loca multa,& ignis frequenter remittetur, & bestiæ agrestes transmigrabunt,& mulieres menstruatæ parient monstra,& in dulcibus aquis salsæ inueni entur, & amici omnes semetipsos expugnabunt: & absondetur tunc sensus, & intellectus separabitur in promptuarium suum: & quæretur à multis, & nō inuenietur:& multiplicabitur in iustitia, & incontinentia super terram. Et interrogabit regio proximam suam,& dicet, Nunquid per te pertrāsijt iustitia iustum faciens? Et hoc negabit.Et erit in illo tempore,& sperabunt homines,& non impetrabunt:laborabunt,& non dirigentur viæ eorum. Hæc signa dicere tibi permissum est mihi:& si oraueris iterum & ploraueris, sicut & nūc,& ieiunaueris septem diebus, audies iterato horum maiora. Et euigilaui, & corpus B
meum horruit valde:& anima mea laborauit, vt deficeret : & tenuit me qui venit angelus, qui loquebatur in me, & confortauit me, & statuit me super pedes.Et factum est in nocte secunda,& venit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi, Vbi eras?& quare vultus tuus tristis? An nescis, quoniā tibi creditus est Israel in regione transmigrationis eorum? Exurge ergo,& gusta panem,& non derelinquas nos, sicut pastor gregē suum in manibus lupo rum malignorum. Et dixi ei, Vade à me,& non appropies ad me.Et audiuit,vt dixi: & recessit à me.& ego ieiunaui diebus septem vlulans & plorans,sicut mihi mandauit Vriel angelus. Et factum est post dies septem, & iterum cogitationes cordis mei molestæ erant mihi valde, & resumpsit anima mea spiritum intellectus: & iterum cœpi loqui coram altissimo sermones,& dixi, Dominator Domine ex omni sylua terræ,& omnibus arboribus eius, elegisti vineam vnicam:& ex omni terra orbis,elegisti tibi foueam vnā: & ex omnibus floribus orbis,elegisti tibi lilium vnum: & ex omnibus abyssis maris, replesti tibi riuum vnū:& ex omnibus ædificatis ciuitatibus, sanctificasti tibimetipsi Sion:& ex omnibus creatis volatilibus,nominasti tibi columbam vnā: & ex omnibus plasmatis pecoribus,prouidisti tibi ouem vnam : & ex omnibus multiplicatis populis, acquisiuisti tibi populum vnum: & ab omnibus probatam legem donasti huic quem desyderasti populo. Et nunc Domine,vt quid tradidisti vnum pluribus? Et præparasti super vnam radicem alias, & dispersisti vnicum tuum in multis: & conculcauerunt eum, qui contradicebant sponsionibus tuis, quique tuis testamentis non credebant. C

bant. Et si odiens odisti populum tuum, tuis manibus debet castigari. Et factum est, cùm locutus essem sermones,& missus est angelus ad me,qui antè venerat ad me præterita nocte, & dixit mihi,Audi me,& instruam te:& intende mihi,& adijciam coram te.Et dixi,Loquere Domine meus.Et dixit ad me, Valde tu in excessu mentis factus es pro Israel:an plus dilexisti eum,quàm qui eum fecit? Et dixi ad eum, Non Domine, sed dolens locutus sum. Torquent enim me renes mei per omnem horam,quærentem apprehendere semitam Altissimi,& inuestigare partem iudicij eius.Et dixit ad me,Non potes.Et dixi, Quare Domine? Ad quid nascebar, aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi sepulchrum, vt non viderem laborem Iacob, & defatigationem generis Israel?Et dixit ad me,Numera mihi quæ necdum venerant, & collige mihi dispersas guttas,& reuirida mihi aridos flores, & aperi mihi clausa promptuaria, & produc mihi inclusos in eis flatus,demonstra mihi vocis imaginem:& tunc ostendam tibi laborem, quem rogas videre. Et dixi, Dominator Domine, quis enim est qui potest hæc scire, nisi qui cū hominibus habitationem non habet? Ego autem insipiens : & quomodo potero dicere de his, quibus me interrogasti ? Et dixit ad me, Quomodo non potes facere vnum de his quæ dicta sunt: sic non poteris inuenire iudicium meū, aut in fine charitatem,quā populo pro-
D misi.Et dixi,Sed ecce Domine,tu prope es his qui in finem sunt:& quid faciēt,qui ante me fuerunt, aut nos, aut hi qui post nos?Et dixit ad me,Coronæ assimilabo iudicium meū.Sicut non nouissimorū tarditas,sic nec priorum velocitas. Et respondi,& dixi, Nec poteras facere eos qui facti sunt,& qui sunt,& qui futuri sunt, in vnum, vt celerius iudicium tuum ostendas?Et respondit ad me,& dixit,Non potest festinare creatura super creatorem, nec sustinere seculum eos qui in eo creandi sunt, in vnū.Et dixi, Quomodo dixisti seruo tuo, quoniam viuificans viuificasti à te creatam creaturam in vnum,& sustinebat creatura:porterit & nunc portare præsentes in vnum. Et dixit ad me,Interroga matricem mulieris, & dices ad eam,Et si paris,quare per tempus?Roga ergo eam, vt det decem in vnum. Et dixi, Non vtique poterit,sed secundum tempus.Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ his qui seminati sunt super eam per tempus. Quē admodum enim infans non parit ea, quæ senum sunt:sic ego disposui à me creatum seculum.Et interrogaui,& dixi, Cùm iam dederis mihi viam, loquar coram te:nam mater nostra,de qua dixisti mihi,adhuc iuuenis est: iam senectuti appropinquat. Et respondit ad me,& dixit, Interroga eam quæ parit,& dicet tibi.Dices enim ei, Quare quos peperisti,nūc non sunt similes his qui ante te, sed minores statura?Et dicet tibi & ipsa, Alijs sunt qui in iuuentute virtutis nati sunt:& alij qui sub tēpore senectutis deficiente matrice sunt nati. Consydera ergo & tu,quoniam minori statura estis præ his qui ante vos:& qui post vos, minori quàm vos,quasi iam senescentes creaturæ, & fortitudinem iuuentutis prætereuntes.Et dixi,Rogo Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos,demōstra seruo tuo per quē visites creaturam tuam.

S. Deus omnia nouit antequam fiant, & omnia creauit propter hominem, omniumq; fines considerat. CAP. VI.

ET dixit ad me, Initio terreni orbis, & A
antequam starent exitus seculi,& antequam spirarent conuentiones ventorum,& antequam sonarent voces tonitruum, & antequam splenderent nitores coruscationum,& antequam confirmarentur fundamēta paradisi,& antequam viderentur decori flores,& antequam confirmarentur motæ virtutes,& antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum, & antequam extollerentur altitudines aeris,& antequam nominarentur mensuræ firmamentorum, & antequam æstuarent camini in Siō,& antequam inuestigarentur præsentes anni,& antequam abalienarentur eorum qui nunc peccant adinuentiones,& consignati essent qui fidem thesaurizauerunt:tunc cogitaui,& facta sunt per me solum,& non per alium:& finis per me,& nō per alium.Et respondi,& dixi,Quæ erit separatio temporum? aut quando prioris finis, & sequentis initium? Et dixit ad me, Ab Abraham vsque ad Isaac, quando nati sunt ab eo Iacob & Esau,manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Esau finis enim huius seculi Esau, & principium sequentis Iacob. Hominis manus inter calcaneum & manum. Aliud noli quærere Esdra.Et respondi, & dixi.O Dominator Domine,si inueni gratiam ante oculos tuos, oro vt demonstres seruo tuo finem signorum tuorum,quorum partem mihi demōstrasti nocte præcedenti.Et respondit,& dixit ad me,Surge super pedes tuos, & audi vocem plenissimam sonitus.Et erit sicut commotio, nec commouebitur locus, in quo stes super eum. Ideo cùm loquitur, tu non expaueas, quoniam de fine verbum & fundamentum terræ intelligitur,quoniam de ipsis sermo tremiscit & commouetur.scit enim quoniam finem eorum oportet commutari.Et factū est, cū audissem, surrexi super pedes meos,& audiui, & ecce vox loquens, & sonus eius sicut

Universidad de Deusto
Biblioteca

sonus aquarum multarum,& dixit,Ecce dies veniunt, & erit quando appropinquare incipiam,vt visitem habitantes in terra: & quando inquirere incipiã ab eis qui iniustè nocuerunt iniustitia sua, & quando suppleta fuerit humilitas Sion. & cùm supersignabitur seculum quod incipiet pertransire, hæc signa faciam, Libri aperiẽtur ante faciem firmamenti,& omnes videbunt simul,& anniculi infantes loquentur vocibus suis,& prægnantes immaturos parient infantes trium & quatuor mensium,& viuent,& suscitabuntur. Et subitò apparebunt seminata loca non seminata, & plena promptuaria subitò inuenientur vacua:& tuba canet cum sono, quam cùm omnes audierint, subitò expauescent. Et erit in illo tempore,debellabunt amici amicos vt inimici,& expauescet terra cum his:& venæ fontium stabunt, & non decurrent in horis tribus. & erit,omnis qui derelictus fuerit ex omnibus istis quibus prædixi tibi,ipse saluabitur, & videbit salutare meum, & finem seculi vestri. Et videbunt qui recepti sunt homines, qui mortem nõ gustauerunt à natiuitate sua, & mutabitur cor inhabitantium, & conuertetur in sensum alium.Delebitur enim malũ, & extinguetur dolus. Florebit autem fides, & vincetur corauptela, & ostendetur veritas quæ sine fructu fuit diebus tantis. Et factum est cùm loqueretur mihi,& ecce paulatim intuebar super eum ante quem stabam, & dixit ad me hæc, Veni tibi ostendere tempus venturæ noctis. Si ergo iterum rogaueris, & iterum ieiunaueris septem diebus, iterum tibi renuntiabo horum maiora per diem quàm audiui. Audita est enim vox tua apud altissimũ. C vidit enim fortis directionem tuam, & prouidit pudicitiam,quam à iuuentute tua habuisti: & propter hoc misit me demonstrare tibi hæc omnia,& dicere tibi:Confide, & noli timere, & noli festinare cum prioribus temporibus cogitare vana,vt nõ properes à nouissimis tẽporibus.Et factum est post hæc, & flui iterũ: & similiter ieiunaui septem diebus, vt suppleam tres hebdomadas,quæ dictæ sunt mihi. Et factũ est in octaua nocte, & cor meũ turbabatur iteratò in me,& cœpi loqui coram Altissimo.Inflammabatur enim spiritus meus valde,& anima mea anxiabatur,& dixi,O Domine, loquẽs loquutus es ab initio creaturæ in primo die,dicens,Fiat cœlũ & terra: & tuum verbum opus perfectum.Et erat tunc spiritus,& tenebræ circunferebantur,& silentiũ, sonus vocis hominis nõdum erat abs te.Tunc dixisti de thesauris tuis proferri lumen luminosum, quo appareret opus tuum. Et die secundo creasti spiritũ firmamenti, & imperasti ei vt diuideret & diuisionem faceret inter aquas,vt pars quædã sursum recederet,pars verò deorsum maneret.Et tertia die imperasti a- 2
quis cõgregari in septima parte terræ:sex verò partes siccasti,& cõseruasti vt ex his sint corã te ministrantia seminata à Deo,& culta.Verbum enim tuum processit,& opus statim fiebat. Processit enim subitò fructus multitudinis immensus,& concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili,& odores odoramẽti inuestigabilis. & die tertia hæc facta sunt.Quarta autem die imperasti fieri so D lis splendorem, lunæ lumen, stellarum dispositionem:& imperasti eis, vt deseruirent futuro plasmato homini. Quinto autem die dixisti septimæ parti,vbi erat aqua congregata,vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat. aqua muta, & sine anima quæ Dei nutu iubebantur,animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent.Et tunc conseruasti duas animas:nomen vni vocasti Henoch, & nomen secundæ vocasti Leuiathan, & separasti ea ab alterutro.Non enim poterat septima pars,vbi erat aqua congregata,capere ea. Et dedisti Henoch vnam partem quæ,sicata est tertio die,vt habitet in ea vbi sunt mõtes mille. Leuiathan autem dedisti septimam partem humidam,& seruasti eã, vt fiat in deuorationem quibus vis,& quando vis. Sexto aũt die imperasti terræ,vt crearet coram te iumenta,& bestias,& reptilia: & super his Adã, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fecisti,& ex eo educimur nos omnes, quemque elegisti populum. Hæc autem omnia dixi coram te Domine, quia propter nos creasti seculum.Residuas autem gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse,& quoniam saliuæ assimilatæ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abundantiam eorum.Et nunc Domine,ecce,istæ gentes quæ in nihilum deputatæ sunt,cœperunt dominari nostri,& deuorare:nos autem populus tuus quem vocasti primogenitum vnigenitum æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum:& si propter nos creatum est seculum, quare non hæreditatem possidemus cum seculo?Vsquequo hæc.

S. Absque tribulationibus non peruenitur ad immortalem vitam: & nunc quidem prosunt orationes iustorum, post extremum autẽ iudicium nihil immutabitur. varijs vitijs subijciunt se homines,sed Dominus est misericors. A

CAP. VII.

ET factum est,cùm finissem loqui verba hæc, missus est ad me angelus qui missus fuerat ad me primis noctibus,& dixit ad me,surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te.Et dixi,Loquere Deus meus. Et dixit ad me, Mare positum est in spatioso loco,vt esset altum & immensum: erit autem ei introitus in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus.Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum vel dominari eius:si non transierit angustum,in latitudinem quomodo venire poterit? Item aliud, Ciuitas est ædificata,& posita in loco campestri:est autem plena omnium bonorum. introitus eius angustus & in præcipiti positus, vt esset à dextris quidem ignis,à sinistris aqua alta:semita autem est vna sola inter eos posita, hoc est inter ignem & aquam, vt non capiat semita,nisi solummodo vestigium hominis. Si autem dabitur ciuitas homini in hæreditatem, si nunquam ante positum periculum pertransierit, quomodo accipiet hæreditatem suam?Et dixi,Sic Domine. Et dixit ad me,Sic est & Israel pars.Propter eos enim fecisti seculũ:& quando trangressus est Adam cõstitutiones meas, iudicatum est quod factum est. Et facti sunt introitus huius seculi angusti, & dolentes, & laboriosi: pauci autem & mali,& periculorum pleni, & labore magnoperè fulti. nã maioris seculi introitus spatiosi & securi,& facientes immortalitatis fructũ.Si ergo ingredientes non fuerunt ingressi qui viuũt,angusta & vana hæc:nõ poterunt recipere quæ sunt reposita.Nunc ergo quare tu conturbaris,cùm sis corruptibilis?& quid mouẽris tu,cũ sis mortalis, Et quare non accepisti in corde tuo quod est futurum, sed quod in præsenti? Respondi & dixi,Dominator Domine,ecce dispositi lege tua,quoniam iusti hæreditabunt hæc, impij autem peribunt: iusti autem ferent angusta, sperantes spatiosa. qui B enim impiè gesserunt, & angusta passi sunt, & spatiosa non videbunt.Et dixit ad me,Non est iudex super Deum, neque intelligens super Altissimum. Pereunt enim multi præsentes, quia negligitur quæ antepositа est Dei lex. Mandans enim mandauit Deus venienti bus,quando venerunt,quid facientes viuerẽt, & quid obseruantes non punirentur. Hi autẽ non sunt persuasi, & cõtradixerunt ei,& constituerunt sibi cogitamen vanitatis,& propo fuerunt sibi circunuentiones delictorum, & superdixerunt Altissimo non esse,& vias eius non cognouerunt, & legem eius spreuerunt, & sponsiones eius abnegauerunt,& in legitimis eius fidem non habuerunt, & opera eius non perfecerunt. propter hoc Esdrã vacua vacuis, & plena plenis. Ecce tempus veniet, & erit quando veniẽt signa quæ prædixi tibi, & apparebit sponsa, & appareſcens ostendetur quæ nunc subducitur terra: & omnis qui liberatus est de prædictis malis,ipse videbit mirabilia mea. Reuelabitur enim filius meus Iesus cum his qui cum eo sunt,& iucundabũtur qui relicti sunt in annis quadringentis.Et erit post annos hos,& morietur filius meus Christus,& oẽs qui spiramentum habẽt homines: & conuertetur seculum in antiquũ silentium diebus septem, sicut in prioribus iudicijs, ità vt nemo derelinquatur. Et erit post dies septem,excitabitur quod nondum vigilat seculũ, & morietur corruptum.& terra reddet quæ in ea dormiunt,& puluis qui in eo silentio habitant, & promptuaria reddẽt quæ eis commendatæ sunt animæ. Et reuelabitur Altissimus super sedem iudicij,& pertransibunt miseriæ, & longanimitas congregabitur. Iudicium autem solùm remanebit, veritas stabit, & fides conualescet, & opus subsequetur, & merces ostendetur, & iustitiæ vigilabunt, & iniustitiæ non dominabuntur.Et dixi,Primus Abra C ham propter Sodomitas orauit, & Moyses pro patribus qui in deserto peccauerunt, & qui post eũ pro Israel in diebus Achaz,& Samuelis, & Dauid pro confractione, & Salomon pro eis qui vinerunt in sanctificationem, & Elias pro his qui pluuiam acceperunt, & pro mortuo vt viueret, & Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, & multi pro multis. Si ergo modo quando corruptibile increuit,& in iustitia multiplicata est, & orauerunt iusti pro impijs: quare & nunc sic non erit?Et respondit ad me,& dixit,Præsens seculum non est finis, gloria in eo frequens manet: propter hoc orauerunt pro inualidis. Dies enim iudicij erit finis temporis huius, & initium temporis futuræ immortalitatis, in quo transiuit corruptela: soluta est intemperantia,abscissa est incredulitas: creuit autem iustitia, orta est veritas. tunc enim nemo poterit saluare eum qui perijt, neque demergere qui vicit.Et respondi,& dixi,Hic est sermo meus primus & nouissimus, quoniam melius erat non dare terram Adam, vel cùm iam dedisset, coercere eum vt non peccaret. Quid enim prodest hominibus in præsenti viuere in tristitia, & mortuos sperare punitionem?O tu quid fecisti Adam?Si enim tu peccasti,non est factus solius tuus casus,sed & noster qui ex te aduenimus. Quid enim prodest nobis si promissum est nobis immortale tempus: nos aũt mortalia opera egimus?Et quoniã prædicta est nobis perrẽnis spes:nos verò pessimi vani facti sumus. Et quoniã reposita sunt nobis habitacula sanitatis & securitatis: nos verò malè conuersati sumus.Et quoniam reposita est gloria Altissimi protegere eos qui tardè conuersati sunt:nos autem pessimis vijs ambulauimus.Et quoniam ostendetur paradisus, cuius fructus incorruptus perseuerat, in quo est securitas & medela:nos verò nõ ingrediemur

Iesus Syras.

Universidad de Deusto
Biblioteca

grediemur. in ingratis enim locis conuersati
D sumus. Et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum qui abstinentiam habuerunt: nostræ autem facies super tenebras nigræ. nō enim cogitauimus viuentes quando iniquitatem faciebamus, quòd incipiemus post mortem pati. Et respondit, & dixit, Hoc est cogitamentum certaminis quod certabit qui super terram natus est homo, vt si victus fuerit, patiatur quod dixisti: si autem vicerit, recipiet quod dico: quoniam hæc est vita quam Moyses dixit cùm viueret, ad populum, dicens, Elige tibi vitam, vt viuas. Non crediderūt aūt ei, sed nec post eum phrophetis: sed nec mihi qui locutus sum ad eos: quoniā non esset tristitia in perditionē eorum, sicut futurū est gaudiū super eos, quibus persuasa est salus. Et respondi, & dixi, Scio Domine, quoniam vocatus est Altissimus misericors in eo, quòd miserea tur his qui nondum in seculo aduenerunt, & quòd miseretur illis qui conuersionem faciūt in lege eius: & longanimis est, quoniam lōganimitatem præstat his qui peccauerunt quasi suis operibus: & munificus est, quoniam quidem donare vult pro exigentijs: & multæ misericordiæ, quoniam multiplicat mágis misericordias his qui præsentes sunt, & qui præterierunt, & qui futuri sunt. Si enim non multiplicauerit misericordias suas, non viuificabitur seculum cum his qui inhæreditabāt in eo. & donat: quoniam si non donauerit de bonitate sua, vt alleuentur hi qui iniquitatem fecerunt, de suis iniquitatibus non poterit decies millesima pars viuificari hominum. & iudex si nō ignouerit his qui curati sunt verbo eius, & deleuerit multitudinem contentionū: non fortasis derelinquerentur in numerabili multitudine, nisi pauci valde.

S. Deus in hoc seculo misericors agnoscitur propter peccatores, plurimi tamen damnantur, at iustis præmia sunt reposita.

CAP. VIII.

A ET respondit ad me, & dixit, Hoc seculū fecit Altissimus propter multos, futurū autem propter paucos. Dicam autē coram te similitudinem Esdra. Quomodo autē interrogabis terram, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis vnde fiat fictile, parum autem puluerem vnde aurum fit: sic & actus præsentis seculi. Multi quidem creati sunt, pauci autem saluabuntur. Et respondi, & dixi, Absorbe ergo anima sensum, & deuora quod sapit. conuenisti enim obaudire, & prophetare *volens*. Nec enim tibi datum est spatium, nisi solummodo viuere. O Domine, si non permittes seruo tuo, vt oremus coram te, & des nobis semen cordi, & sensum cultu-

volens. 3.

ram, vnde fructus fiat, vnde viuere possit omnis corruptus, qui portabit locum hominis? Solus enim es, & vna plasmatio nos sumus manuum tuarū, sicut locutus es: & quomodo nūc in matrice plasmatū est corpus, & præstas membra: conseruatur in igne & aqua tua creatio: & nouem mensibus patitur tua plasmatio tuā creaturam quæ in ea creata ste: ipsum aūt quod seruat & quod seruatur, vtraque seruabuntur: seruataque quandoque iterum reddit matrix, quæ in ea creuerunt. Imperasti enim ex ipsis membris, hoc est mamillis præbere lac fructui mamillarū, vt nutriatur id quod plasmatum est vsque in tempus aliquod, & postea disponas eum tuæ misericordiæ. Enutristi eum tua iustitia, & erudisti eum in lege B tua, & corripuisti eum tuo intellectu: & mortificabis eum, vt tuam creaturam: & viuificabis eum vt opus tuum. Si ergo perdideris eum qui tantis laboribus plasmatus est: tuo iussu facile est ordinari, vt & id quod fiebat seruaretur. Et nunc Domine dicam, de omni homine tu magis scis: de populo autem tuo, ob quem doleo: & de hæreditate tua, propter quam lugeo: & propter Israel, propter quem tristis sum: & de Iacob, propter quem doleo: ideo incipiam orare coram te pro me, & pro eis: quoniam video lapsus nostros qui habitamus terram. Sed audiui celeritatem iudicis qui futurus est. Ideo audi vocem meam, & intellige sermonem meum, & loquar coram te. Initium verborum Esdræ priusquam assumeretur: & dixi Domine, qui inhabitas seculum, cuius oculi eleuati in superna & aere: & cuius thronus inæstimabilis, & gloria incomprehensibilis: cui astat exercitus angelorum cum tremore, quorum seruatio in vento & igni conuertitur: cuius verbum verum, & dicta perseuerantia: cuius iusio fortis, & dispositio terribilis: cuius aspectus arefacit abyssos, & indignatio tabescere facit montes, & veritas testificatur: exaudi orationem serui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui. Dum enim viuo, loquar: & dum sapio, respōdebo. Nec respicias populi tui delicta, sed qui tibi in veritate seruiunt. Nec intendas impia gentium studia, sed qui tua testimonia cum doloribus custodierunt. Nec cogites qui in cō spectu tuo falsē couersati sunt, sed memorare qui ex voluntate tua timorem cognouerunt. Neque volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt: sed respicias eos qui legem tuam splendidè docuerunt. Nec indigneris eis qui bestijs peiores iudicati sunt: sed diligas eos qui semper in tua iustitia confidunt, & gloria. Quoniā nos & patres nostri talibus mor- C bis languemus: tu autem propter nos peccatores misericors vocaberis. Si enim desyderaueris vt

ris vt nostri miserearis, tunc misericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iustitiæ. Iusti enim, quibus sunt opera multa reposita, ex proprijs operibus recipient mercedem. Quid est enim homo, vt ei indigneris: aut genus corruptibile, vt ita amarus sis de ipso? In veritate enim nemo degenitis est qui non impie gesit, & de confitentibus qui non deliquit. In hoc enim annuntiabitur iustitia tua, & bonitas tua Domine, cùm misertus fueris eis qui non habent substantiam bonorum operum. Et respondit ad me, & dixit. Recte locutus es aliqua: & iuxta sermones tuos sic & fiet. quoniam non verè cogitabo super plasma eorum qui peccauerunt ante mortem, ante iudicium, ante perditionem: sed iucundabor super iustorum figmentum, & memorabor peregrinationis quoque, & saluationis & mercedis receptionis. Quo modo ergo locutus sum, sic & est. Sicut enim agricola serit super terram semina multa, & plātationes multitudinis plantat, sed nō in tēpore omnia quæ seminata sunt, saluantur, sed nec omnia quæ plantata sunt, radicabunt: sic & qui in seculo seminati sunt, non omnes saluabuntur. Et respondi, & dixi, Si inueni gratiam, loquar. Quomodo semen agricolæ si non ascenderit aut non acceperit pluuiam tuam in tempore, aut si corruptum fuerit multitudine pluuiæ, sic perit: & similiter homo qui manibus tuis plasmatus est, & tu ei imago nominatus: quoniā simulatus es ei, propter quem omnia plasmasti, & similasti semini agricolæ. Non irascaris super nos, sed parce populo tuo, & miserere hæreditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ mise-
D reris. Et respondit ad me, & dixit, Quæ sunt præsentia ptæsentibus, & quæ futura futuris. Multum enim tibi restat, vt possis diligere meam creaturā super me: tibi autem frequenter & ipsi proximaui, iniustis autem nunquā. Sed & in hoc mirabilis es coram Altissimo, quoniam humiliasti te sicut decet te: & nō iudicasti te, vt inter iustos plurimum glorificeris. Propter quod miseriæ multæ, & miserabiles efficientur eis qui habitant seculum in nouissimis: quia in multa superbia ambulauerunt. Tu autem pro te intellige, & de similibus tuis inquire gloriam. Vobis enim apertus est paradisus, plantata est arbor vitæ, præparatum est futurum tempus, præparata est abundātia, ædificata est ciuitas, probata est requies, perfecta est bonitas & perfecta sapiētia. Radix mali signata est à vobis: infirmitas, & tinea à vobis absconsa est: & in infernū fugit corruptio in obliuione. Transierunt dolores, & ostē sus est in fine thesaurus immortalitatis. Noli ergo adijcere inquirēdo de multitudine eorū qui pereunt. Nam & *i* psi accipientes libertatē, spreuerunt Altissimum, & legem eius cōtemserunt, & vias eius dereliquerunt. Adhuc aūt iustos eius cōculcauerunt, & dixerunt in corde suo non esse Deum: & quidē scientes quoniam moriuntur. Sicut enim vos suscipient quæ prædicta sunt: sic eos sitis & cruciatus, quæ præparata sunt. non enim voluit hominē disperdi. Sed & ipsi qui creati sunt, coinquinauerunt nomē eius qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis vitam. Quapropter iudicium meum modo appropinquat. Quæ non omnibus demonstraui, nisi tibi, & tibi similibus paucis. Et respōdi, & dixi, Ecce nunc Domine demonstrasti mihi multitudinem signorum, quæ incipies facere in nouissimis: sed non demonstrasti mihi quo tempore.

S. Iudicia Dei sicut & alia eius opera egregia, præcedent aliqua signa.

CAP. IX.

ET respondit ad me, & dixit, Metiens A metire tempus in semetipso: & erit cùm videris, quando transierit pars quædam signorum quæ prædicta sunt, tunc intelliges quoniam ipsum est tempus, in quo incipiet Altissimus visitare seculum quod ab eo factū est. Et quando videbitur in seculo motio locorum, & populorum turbatio, tunc intelliges quoniam de his erat Altissimus locutus à diebus qui fuerunt ante te ab initio. Sicut enim omne quod factum est in seculo initium habet, pariter & consummationem, & cōsummatio est manifesta: sic & Altissimi tempora initia habent manifesta in prodigijs & virtutibus, & consummationes in actu & in signis. Et erit, omnis qui saluus factus fuerit, & qui poterit effugere per opera sua & per fidem, in qua credidistis relinquetur de prædictis periculis, & videbit salutare meum in terra mea, & in finibus meis, quoniam sanctificaui me à seculo. Et tunc miserebuntur qui nunc abusi sunt vias meas: & in tormentis commorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu. Qui enim non cognouerunt me, viuentes beneficia consecuti: & qui fastidierūt legem meam, cùm adhuc erant habentes libertatem, & cùm adhuc esset eis apertus pœnitentiæ locus non intellexerunt, sed spreuerūt: hos oportet post mortem in cruciamento cognoscere. Tu ergo noli adhuc curiosus esse, quomodo impij cruciabuntur: sed inquire quomodo iusti saluabuntur, & quorum seculū, & propter quos seculum, & quando. Et respondi, & dixi, O- B lim locutus sum, & nunc dico, & postea dicam: quoniam plures sunt qui pereunt, quam qui saluabuntur: sicut multiplicatur fluctus super guttam. Et respondit ad mę, & dixit, Qualis ager, talia & semina: & quales flores, tales & tincturæ: & qualis operator, talis &

crea-

Universidad de Deusto
Biblioteca

creatio:& qualis agricola, talis cultura:quoniam tempus erat seculi. Et nunc cùm essem parans eis his qui nunc sunt,antequam fieret seculum, in quo habitarent:& nemo mihi cõtradixit.tunc enim quisque, & nunc creatur creator in mundo hoc parato, & messe indeficienti, & lege inuestigabili corrupti sunt mores eorum.Et consideraui seculum, & ecce erat periculum propter cogitationes quæ in eo aduenerunt.& vidi, & peperci ei valde: & seruaui mihi acinum de botro,& plantationem de tribu multa.Pereat ergo multitudo quæ sine causa nata est,& seruetur acinus meus, & plantatio mea : quia cum multo labore perfeci. Tu autem si adhuc intromittas septem dies alios, sed non ieiunabis in eis: ibis in campum florum,vbi domus non est ædificata: & manducabis solummodo de floribus campi, & carnẽ non gustabis,& vinum non bibes, sed solum modo flores.deprecare Altissimum sine intermissione, & veniam,& loquar tecum.Et profectus sum, sicut dixit mihi in campum, qui vocatur Ardath, & sedi ibi in floribus. Et deherbis agri manducaui,& facta est esca earum mihi in saturitatem.Et factũ est post dies septem . & ego discumbebam supra fœnũ, & cor meũ iterum turbabatur sicut ante . Et apertũ est os meum, & inchoaui dicere coram Altissimo,& dixi, O Domine, te nobis ostendens ostensus es patribus nostris in deserto, quod non calcatur:& infructuoso,quando erant exeuntes de Aegypto:& dicens dixisti,Tu Israel audi me, & semen Iacob intende sermonibus meis . Ecce enim ego semino in vobis legem meã,& faciet in vobis fructũ,& glorificabimini in eo per seculũ.Nam patres nostri accipientes legem, non seruauerunt, & legitima mea non custodierunt, & factus est fructus legis non parens:nec enim poterat, quoniam tuus erat.Nam qui acceperunt, perierunt, non custodientes quod in eis seminatum fuerat . Et ecce, consuetudo est, vt cùm acceperit terra semen, vel nauem mare, vel vas aliquod escam vel potum:cùm fuerit exterminatum id, in quo seminatum est, vel in quod missum est:simul id quod seminatum, vel missum est, vel quæ susceptа sunt,exterminantur, & susceptа iam non manent apud nos. sed nobis sic non factum est. Nos quidem qui legem accepimus peccantes periuimus,& cor nostrum quod susceptit eam:nam lex non perijt,sed permansit in suo labore.Et cùm loquerer hæc in corde meo,respexi oculis meis,& vidi mulierem in dextera parte. & ecce hæc lugebat, & plorabat cum voce magna, & animo dolebat valde, & vestimenta eius discissa, & cinis super caput eius. Et dimisi cogitatus,in quibus eram cogitans,& conuersus sum ad eã,& dixi ei,Vt quid fles?& quid doles animo ? Et dixit ad me,Dimitte me Domine meus,vt defleam me,& adjiciam dolorem:quoniã valde amaro sum animo,& humiliata sum valde.Et dixi ei, Quid passa es?dic mihi . Et dixit ad me, Sterilis fui ego famula tua, & non peperi, habens maritũ annis triginta. Ego enim per singulas horas,& per singulos dies,& annos hos triginta deprecor Altissimum nocte ac die.Et factũ est,post triginta annos exaudiuit me Deus ancillã tuam,& vidit humilitatem meã, & attendit tribulationi meæ,& dedit mihi filiũ,& iucũdata sum super eum valde ego,& vir meus, & oẽs ciues mei , & honorificabamus valde Fortem.Et nutriui eum cum labore multo.Et factum est cùm creuisset, & venisset accipere vxorem,feci diem epuli.

creatur.2.

S. Per mulierem flentem rursusq; refulgentem ostenditur figurari Ierusalem.

CAP. X.

ET factum est,cùm introisset filius meus in thalamo suo,cecidit,& mortuus est: & euertimus omnes lumina , & surrexerunt omnes ciues mei ad consolandum me, & quieui vsque in alium diem vsque nocte. Et factum est , cùm omnes quieuissent vt me cõsolarentur vt quiescerem: & surrexi nocte, & fugi:& veni sicut vides in hoc campo:& cogito iam non reuerti in ciuitatem,sed hic consistere:& neque manducare,neque bibere,sed sine intermissione lugere , & ieiunare vsque dum moriar.Et dereliqui sermones in quibus eram,& respondi cum iracundia ad eam,& dixi,Stulta super omnes mulieres, non vides luctum nostrum,& quæ nobis cõtingunt?Quoniam Sion mater nostra omni tristitia contristatur,& humilitate humiliata est,& luget valdissime.Et nunc quoniam omnes lugemus, & tristes sumus : quoniam omnes contristati sumus,tu autem contristaris in vno filio?Interroga enim terram , & dicet tibi : quoniam hæc est, quæ debeat lugere casum tantorum super eam germinantium.Et ex ipsa ab initio omnes nati,& alij venient:& ecce, penè omnes in perditionem ambulant , & exterminium fit multitudo eorum . Et quis ergo debet lugere magis, nisi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit,quàm tu,quæ pro vno doles?Si autem dicis mihi . Quoniam non est planctus meus similis terræ : quoniam fructum ventris mei perdidi, quem cum mœroribus peperi , & cum doloribus genui : terra autem secundum viam terræ , abijtque in ea multitudo præsens,quo modo euênit: & ego tibi dico,sicut tu cũ labore peperisti,sic & terra dat fructum suum homini ab initio ei qui fecit eam.Nunc ergo retine apud temetipsam dolorem tuum , & fortiter fer qui tibi contigerunt casus . Si enim iustificaueris terminum Dei,& consilium suum recipies in tempore,& in talibus collaudaberis.Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuum . Et dixit ad me, Non faciam , neque ingrediar ciuitatem, sed hic moriar. Et aposui adhuc loqui ad eam, & dixi,Noli facere hunc sermonem,sed cõsenti persuadẽti. Quot enim casus Sion? Consolare propter dolorem Ierusalem . Vides enim quoniã sanctificatio nostra deserta effecta est, & altare nostrum demolitum est,& templum nostrum destructum est,& psalterium nostrũ humiliatum est,& hymnus conticuit,& exultatio nostra dissoluta est,& lumen candelabri nostri extinctum est,& arca testamenti nostri direpta est,& sancta nostra contaminata sunt, & nomẽ quod inuocatum est super nos, penè prophanatum est:& liberi nostri cõtumeliam passi sunt, & sacerdotes nostri succensi sunt, & Leuitæ nostri in captiuitatem abierunt, & virgines nostræ coinquinatæ sunt,& mulieres nostræ vim passæ sunt, & iusti nostri rapti sunt,& paruuli nostri perditi sunt,& iuuenes nostri seruierũt, & fortes nostri inualidi facti sunt:& quod omniũ maius,signaculum Sion, quoniam resignata est de gloria sua.nam & tradita est in manibus eorum qui nos oderũt. Tu ergo excute tuam tristitiam multam,& depone abs te multitudinem dolorum , vt tibi repropitietur Fortis,& requiem faciet tibi Altissimus requietionem laborum . Et factum est,cùm loquebar ad eam, facies eius fulgebat subito & species, coruscus fiebat visus eius,vt essem pauens valde ad eam, & cogitarem quid esset hoc.Et ecce,subito emisit sonitum vocis magnum timore plenum , vt commoueretur terra à mulieris sono.& vidi:& ecce, amplius mulier non comparebat mihi,sed ciuitas ædificabatur, & locus demõstrabatur de fundamentis magnis:& timui , & clamaui voce magna, & dixi, Vbi est Vriel angelus, qui à principio venit ad me? quoniam ipse me fecit venire in multitudine in excessu mẽtis huius , & factus est finis meus in corruptionẽ,& oratio mea in improperium . Et cũ essem loquens ego hæc, ecce venit ad me,& vidit me:& ecce eram positus vt mortuus , & intellectus meus alienatus erat,& tenuit dexteram meam,& confortauit me , & statuit me super pedes meos , & dixit mihi , Quid tibi est? & quare conturbatus est intellectus tuus,& sensus cordis tui ? & quare conturbaris ? Et dixi , Quoniam dereliquisti me , & ego quidem feci secundum sermones tuos,& exiui in campum:& ecce vidi,& video quod non possum enarrare. Et dixit ad me, Sta vt vir,& commouebo te.Et dixi , Loquere Domine meus tu in me , noli me derelinquere , vt non frustra moriar.: quoniam vidi quæ non sciebam, & audio quæ non scio.Aut nunquid sensus meus fallitur , & anima mea somniat? Nunc ergo deprecor te vt demonstres seruo tuo de excessu hoc. Et respondit ad me, & dixit , Audi me & doceam te , & dicam tibi de quibus times:quoniam Altissimus reuelauit tibi mysteria multa . Vidit rectam viam tuam,quoniam sine intermissione contristabaris pro populo tuo , & valde lugebas propter Sion . Hic ergo intellectus visionis quæ tibi aparuit ante paululum . Quam vidisti lugentem,inchoasti consolari eam. Nunc autem iam speciem mulieris non vides,sed apparuit tibi ciuitas ædificari:& quoniam enarrabat tibi de casu filij sui , hæc absolutio est. Hæc mulier quam vidisti,hæc est Sion:& quoniam dixit tibi quam & nunc conspicies,vt ciuitatem ædificatam . Et quoniam dixit tibi, quia sterilis fuit triginta annis: propter quod erant anni scilicet triginta, quando nõ erat in ea adhuc oblatio oblata . Et factum est post annos triginta,ædificauit Salomon ciuitatem, & obtulit oblationes:tunc fuit qnando peperit sterilis filium. Et quod tibi dixit,quoniam nutriuit eum cum labore, hoc erat, habitatio in Ierusalem.Et quoniam dixit tibi quòd filius meus veniens in suo thalamo mortuus esset,& contigisset ei casus, hoc erat, quæ facta est ruina Ierusalem . Et ecce , vidisti similitudinem eius:& quoniam filium lugeret,inchoasti consolari eam : & de his quæ contigerunt, hæc erant tibi aperienda.Et nunc videt Altissimus , quoniam ex animo contristatus es, & quoniam ex toto corde pateris pro ea, ostendit tibi claritatem gloriæ eius, & pulchritudinem decõris eius . Propterea enim dixi tibi vt maneres in campo vbi domus non est ædificata. Sciebã enim ego, quoniam Altissimus incipiebat tibi ostẽdere hæc: propterea dixi tibi vt venires in agrum vbi non est fundamentum ædificij . Nec enim poterat opus ædificij hominis sustineri in loco,vbi incipiebatur Altissimi ciuitas ostendi. Tu ergo noli timere, neque expauescat cor tuum,sed ingredere , & vide splendorem & magnitudinem ædificij, quantum capax est tibi visus oculorum videre: & post hæc audies quantum capit auditus aurium tuarum audire.Tu enim beatus es præ multis , & vocatus es apud Altissimum sicut & pauci.Nocte autem quæ in crastinum futura est , manebis hic: & ostendet tibi Altissimus eas visiones supremorum,quæ faciet Altissimus his qui habitant super terram à nouissimis diebus . Et dormiui illam noctem & aliam,sicut dixerat mihi.

S. Apparet Esdræ in visione aquila principatum vniuersi vsurpans.

CAP. XI.

Et vi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ET vidi somnium, & ecce ascendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria. Et vidi, & ecce expandebat alas suas in omnem terram, & omnes venti cœli insufflabant in eam, & colligebantur. Et vidi, & de pennis eius nascebantur contrariæ pennæ, & ipsæ fiebant in pennaculis minutis & modicis. Nam capita eius erant quiescētia, & dimidium caput erat maius aliorum capitum, sed ipsa quiescebat cum eis. Et vidi, & ecce aquila volauit in pennis suis, & regnauit super terram, & super eos qui habitant in ea. Et vidi, quoniam subiecta erant ei omnia sub cœlo, & nemo illi contradicebat, neque vnus de creatura quæ est super terram. Et vidi, & ecce surrexit aquila super vngues suos, & misit vocem pennis suis, dicēs, Nolite omnes simul vigilare, dormite vnusquisque in loco suo, & per tempus vigilate. Capita autē in nouissimo seruentur. Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus eius, sed de medietate corporis eius. Et numeraui contrarias pennas eius, & ecce ipse erant octo. Et vidi, & ecce à dextera parte surrexit vna penna, & regnauit
B super omnem terram. Et factum est cùm regnaret, venit ei finis, & nō apparuit locus eius: & sequens exurrexit, & regnabat. Ipsa multū tenuit tempus. Et factum est cùm regnaret, & veniebat finis eius, vt non appareret sicut prior. Et ecce vox emissa est illi, dicens, Audi tu quæ tanto tempore tenuisti terram. hæc annuntio tibi antequam insipias non apparere. Nemo post te tenebit tempus tuum, sed nec
v.5. dimidium eius. Et leuauit▷ se' tertia, & tenuit principatum sicut & priores: & non apparuit & ipsa. Et sic contingebat omnibus alijs singulatim principatum gerere, & iterum nusquam comparere. Et vidi, & ecce in tempore sequētes pennæ erigebantur à dextera parte, vt tenerent & ipsæ principatum: & ex his erant quæ tenebant, sed tamen statim non comparebāt. Nam & aliquæ ex eis erigebantur, sed non tenebant principatum. Et vidi post hæc, & ecce non comparuerunt duodecim pennæ, & duo pennacula: & nihil supererat in corpore aquilæ, nisi duo capita quiescentia & sex pennacula. Et vidi, & ecce sex pennaculis diuisæ sunt duæ, & manserunt sub capite quod est ad de-
C xteram partem. Nam quatuor manserunt in loco suo. Et vidi, & ecce subalares cogitabant
v.3. se erigere & tenere principatus. Et vidi, &▷ ecce' vna erecta est, sed statim non comparuit. Et secundæ velocius, quàm priores non comparuerunt. Et vidi, & ecce duæ quæ superauerunt apud semetipsas cogitabant & ipsæ regnare: & in eo cùm cogitarent, ecce vnum quiescentium capitum quod erat medium, euigilabat. hoc enim erat duorum capitum maius. Et vidi quoniam completa sunt duo capita secum: & ecce conuersum est caput cum his qui cum eo erant, & comedit duas subalares quæ cogitabant regnare. Hoc autem caput percon terruit omnem terram, & dominabatur in ea his qui habitant terram cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarum super omnes alas quæ fuerunt. Et vidi post hæc, & ecce medium caput subito non comparuit, & hoc sicut alæ. Superauerunt autem duo capita, quæ & ipsa similiter regnauerunt super terram, & super eos qui habitant in ea. Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à læua. Et audiui vocem dicentem mihi, Conspi- D
ce contra te, & consydera quod vides. Et vidi, & ecce sicut leo concitatus de sylua rugiens: & vidi quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit, dicens, Audi tu, & loquar ad te, & dicet Altissimus tibi, Nónne tu es qui superasti de quatuor animalibus, quæ feceram regnare in seculo meo, & vt per eos veniret finis temporum eorum? Et quartus veniens deuicit omnia animalia quæ transierunt, & potentatu tenuit seculum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore pessimo, & inhabitauit tot temporibus orbem terrarum cū dolo. Et iudicasti terram non cum veritate. Tribulasti enim mansuetos, & læsisti quiescētes, & dilexisti mendaces, & destruxisti habitationes eorum qui fructificabant, & humilia sti muros eorum qui te non nocuerunt. Et
v.11. ascendit cōtumelia tua▷ vsque' ad Altissimū, & superbia tua ad Fortem. Et respexit Altissimus superba tempora, & ecce finita sunt, & scelera eius completa sunt. Propterea non appareas tu aquila, & alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pessima, & capita tua maligna, & vngues tui pessimi, & omne corpus tuum vanum, vti refrigeretur omnis terra, & reuertatur liberata de tua vi, & speret iudicium & misericordiam eius qui fecit eam.

S. Ad Esdræ orationem huius visionis datur explicatio cum membris ipsius.

CAP. XII.

ET factū est, dum loqueretur leo verba A
hæc ad aquilam: & vidi, & ecce quod superauerat caput, & comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum trāsierunt, & erectæ sunt vt regnarent: & erat regnum eorum exile, & tumultu plenum. Et vidi, & ecce ipsa non apparebant, & omne corpus aquilæ incēdebatur, & expauescebat terra valde, & ego à tumultu & excessu mentis, & à magno timore vigilaui, & dixi spiritui meo, Ecce tu præstitisti mihi hoc in eo, quòd scrutaris vias Altissimi. Ecce adhuc fatigatus sum animo, & spiritu meo inualidus sum valde, & nec modica est in me virtus à multo timore, quam expaui nocte

nocte hac. Nunc ergo orabo Altissimum, vt me confortet vsque in finem. Et dixi, Dominator Domine, si inueni gratiam ante oculos tuos, & si iustificatus sum apud te præ multis, & si certè ascendit deprecatio mea ante faciem tuam, conforta me, & ostende seruo tuo mihi interpretationem & distinctionem visus horribilis huius, vt plenissimè cōsoleris animam meam. Dignum enim me habuisti ostendere mihi tēporum nouissima. Et dixit ad me, Hæc est interpretatio visionis huius. Aquilam quā vidisti ascendentem de mari, hoc est regnum quod visum est in visione Danieli fratri tuo. Sed non est illi interpretatum, quoniam ego nunc tibi interpretor. Ecce dies veniunt, & exurget regnum super terram, & erit timor acrior omnium regnorum quæ fuerunt ante
B eum. Regnabunt autem in ea reges duodecim, vnus post vnum. Nam secundus incipiet regnare, & ipse tenebit amplius tempus præ duodecim. Hæc est interpretatio duodecim alarum quas vidisti. Et quam audisti vocem quæ locuta est, non de capitibus eius exeuntem, sed de medio corporis eius, hæc est interpretatio, quoniam post tempus regni illius nascentur contentiones non modicæ, & periclitabitur vt cadat: & non cadet tunc, sed iterum constituetur in suum initium. Et quoniam vidisti subalares octo cohærentes alis eius, hæc est interpretatio, exurgent in ipso octo reges, quorum erunt tempora leuia, & anni citati, & duo quidem ex ipsis perient. Appropinquante autem tempore medio, quatuor seruabuntur in tempore, cùm incipiet appropinquare tempus eius vt finiatur: duæ verò in finem seruabuntur. Et quoniam vidisti tria capita quiescentia, hæc est interpretatio, in nouissimis eius suscitabit Altissimus tria regna, & reuocabit in ea multa, & dominabuntur terram, & qui habitant in ea, cum labore multo super omnes qui fuerunt ante hos. propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilæ. Isti enim erunt qui recapitulabunt impietates eius, & qui perficient nouissima eius. Et quoniam vidisti caput maius non apparens, hæc est interpretatio eius. quoniam
C vnus ex eis super lectum suum morietur, & tamen cum tormentis. Nam duo qui perseuerauerint, gladius eos comedet. Vnius enim gladius comedet qui cum eo: sed tamen hic gladio in nouissimis cadet. Et quoniam vidisti duas subalares traijcientes super caput quod est in dextera parte, hæc est interpretatio. hi sunt quos cōseruauit Altissimus in finem suum, hoc est regnum exile, & turbationis plenum. Sicut vidisti & leonem, quem vidisti de sylua euigilantem & rugientem, & loquentem ad aquilam, & arguentem eam, & iniusti tias ipsius per omnes sermones eius sicut audisti: hic est ventus quem seruauit Altissimus in finem ad eos, & impietates ipsorum: & arguet illos, & incutiet coram ipsis disceptiones eorum. Statuet enim eos in iudicio viuos: & erit, cùm arguerit eos, tunc corripiet eos. nam residuum populum meum liberabit cum misericordia, qui saluati sunt super fines meos, & iucundabit eos quoadusque veniet finis dies iudicij, de quo locutus sum tibi ab initio. Hoc somnium quod vidisti, & hæ interpretationes. Tu ergo solus dignus fuisti scire Altissimi secretum hoc. Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti, & pone ea in loco abscondito: & docebis ea sapientes de populo tuo, quorum corda scis posse capere & seruare secreta hæc. Tu autem adhuc sustine hic alios dies septem, vt tibi ostendatur quicquid visum fuerit Altissimo ostendere tibi. Et profectus est à me, Et factū est, cùm audisset omnis populus quoniā pertransierunt septem dies, & ego nō fuissem reuersus in ciuitatem, & congregauit se omnis à minino vsque ad maximum: & venit ad D
me, & dixerunt mihi dicentes, Quid peccauimus tibi, & quid iniustè egimus in te, quoniam derelinquens nos sedisti in loco hoc? Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis, sicut botrus de vinea, & sicut lucerna in loco obscuro, & sicut portus & nauis saluata à tempestate. Aut non sufficiunt nobis mala quæ contingunt? Si ergo tu nos dereliqueris, quanto nobis erat melius si essemus succensi & nos cum incendio Sion? Nec enim nos sumus meliores eorum qui ibi mortui sunt. Et plorauerunt voce magna. Et respondi ad eos, & dixi, Cōfide Israel, & noli tristari tu domus Iacob. Est enim memoria vestri coram Altissimo, & Fortis non est oblitus vestri in tentatione. Ego enim non dereliqui vos, neq; excessi à vobis: sed veni in hunc locum, vt deprecarer pro desolatione Sion, vt quærerem misericordiā pro humilitate sanctificationis vestræ. Et nūc ite vnusquisque vestrum in domum suam, & ego veniā ad vos post dies istos. Et profectus est populus, sicut dixi ei, in ciuitatem: ego autem sedi in campo septem diebus, sicut mihi mandauit: & manducabam de floribus solummodo agri, de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

S. Altera visio Esdræ ostenditur cum ipsius interpretatione.

CAP. XIII.

ET factum est post dies septem, & som- A
niaui somnium nocte. Et ecce de mari ventus exurgebat, vt conturbaret omnes fluctus eius. Et vidi, & ecce conualescebat ille homo cum millibus cœli: & vbi vultum

Universidad de Deusto
Biblioteca

vultum suum vertebat vt consyderaret, tremebant omnia quæ sub eo videdantur: & vbi cunque exibat vox de ore eius, ardescebant omnes qui audiebant voces eius, sicut quiescit terra quando senserit ignem. Et vidi post hæc, & ecce congregabatur multitudo hominum, quorum non erat numerus de quatuor ventis cœli, vt debellarent hominem qui ascenderat de mari. Et vidi, & ecce sibimetipsi sculpserat montem magnum, & volauit super eum. Ego autem quæsiui videre regionem, vel locum vnde sculptus esset mons, & non potui. Et post hæc vidi, & ecce, omnes qui congregati sunt ad eum, vt expugnarent eum, timebant valde, tamen audebant pugnare. Et ecce, vt vidit impetum multitudinis venientis, non leuauit manum suam, neque phramæ am tenebat, neque aliquod vas bellicosum ni si solummodo vt vidi, quoniam emisit de ore suo sicut flatum ignis, & de labijs eius spiritus flammæ, & de lingua eius emittebat scintillas & tempestates, & cõmista sunt omnia simul, hic flatus ignis, & spiritus flammæ, & multitudo tempestatis: & cõcidit super multitudinem in impetu, quæ præparata erat pugnare, & succendit omnes, vt subito nihil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo puluis, & fumi odor: & vidi, & extimui. Et
B post hæc vidi ipsum hominem descendentem de monte, & vocantem ad se multitudinem aliam pacificam, & accedebat ad eum vultus hominum multorum quorundam gaudentium, quorundam tristantium: aliqui verò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. & ægrotaui à multitudine pauoris, & expergefactus sum, & dixi, Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia hæc, & dignum me habuisti vt susciperes deprecationem meam: & nunc demonstra mihi adhuc interprætationem somnij huius. Sicut enim existimo in sensu meo, væ qui derelicti fuerũt in diebus illis: & multo plus væ his qui nõ sunt derelicti. Qui enim non sunt derelicti, tristes erant. Intelligo nunc quæ sunt reposita in nouissimis diebus, & occurrent eis, sed & his qui derelicti sunt. Propter hoc venerunt enim in pericula magna, & necessitates multas, sicut ostendũt somnia hæc. Attamen facilius est periclitantẽ venire in hunc, quàm pertrãsire, sicut nubem à seculo, & nunc videre quæ contingunt in nouissimo. Et respondit ad me, & dixit, Et visionis interpretationem dicam tibi: & de quibus locutus es, adaperiam tibi. Quoniam de his dixisti qui derelicti sunt, hæc est interpretatio. Qui aufert periculum illo tempore, hic se custodiuit. qui in periculo inciderunt, hi sunt qui habẽt opera & fidem ad Fortissimũ. Scito ergo quoniã magis beatificati sunt qui dereliçti, super eos qui mortui sunt. Hæ interpretationes visionis, quia vidisti virum ascẽdentem de corde maris, ipse est quem conseruat Altissimus multis temporibus, qui per semetipsum liberabit creaturam suam: & ipse disponet, qui derelicti sunt. Et quoniam vidisti de ore eius exire, vt spiritum, & ignem, & tempestatem: & quoniam non tenebat phramæã, neq; vas bellicosum: corrupit enim impetus eius multitudinem, quæ venerat expug C
nare eum. hæc est interpretatio. Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos qui super terram sunt: & veniet in excessu mentis super eos qui inhabitant terram. Et alij alios cogitabunt debellare: ciuitas ciuitatem, & locus locum, & gens aduersus gẽtem, & regnum aduersus regnum. Et erit, cùm fiẽt hæc, & contingent signa quæ antè ostendi tibi: & tunc reuelabitur filius meus, quem vidisti, vt virum ascendentem. Et erit quando audierint omnes gentes vocem eius: & derelinquet vnusquisque in regione sua bellum suũ, quod habent ad alterutrum: & colligetur in vnum multitudo innumerabilis, sicut volentes venire, & expugnare eum. Ipse autem stabit super cacumen montis Sion. Sion autẽ veniet, & ostendetur omnibus parata & ædificata, sicut vidisti mõtem sculpi sine manibus. Ipse autem filius meus arguet quæ adinuenerunt Gentes, impietates eorum has quæ tempestati appropinquauerunt propter mala cogitamenta eorum & cruciamenta quibus incipient cruciari: quæ assimilatæ sunt flammæ, & perdet eos sine labore per legem quæ igni assimulata est. Et quoniam vidisti eum colligentem ad se aliam multitudinem pacificam, hæ sunt decem tribus, ‖ quæ captiuæ factæ sunt de 4. Reg. 17.
terra sua in diebus Osee regis, quem captiuũ duxit Salmanasar rex Assyriorum: & transtulit eos trans flumen, & transłati sunt in terrã aliam. Ipsi autem sibi dederunt consiliũ hoc vt derelinquerent multitudinem gentium, & proficiscerentur in vlteriorem regionem, vbi nunquam inhabitauit genus humanum: vel ibi obseruare legitima sua, quæ non fuerant D
seruantes in regione sua. Per introitus autem angustos fluminis Euphráten introierunt. Fecit enim eis tunc Altissimus signa, & statuit venas fluminis vsquequo transirent. Per eam enim regionem erat via multa itineris, anni vnius & dimidij: nam regio illa vocatur Arsareth. Tunc inhabitauerunt ibi vsque in nouissimo tempore: & nunc iterum cùm cœperint venire, iterum Altissimus statuet venas fluminis, vt possint transire: propter hæc vidisti multitudinem cum pace. Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inuenientur intra terminum meum. Factum erit ergo, quando

quando incipiet perdere multitudinem earũ, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos qui superauerunt populum: & tunc ostẽdet eis mulța plurima portenta. Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentem de corde maris. Et dixit mihi: Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris: sic nõ poterit quisque super terram videre filium meum, vel eos qui cum eo sunt, nisi in tempore diei. Hæc est interpretatio somnij quod vidisti, & propter quod illuminatus es hic solus. Dereliquisti enim tuam, & circa meam vacasti legẽ, & quæsisti: Vitam enim tuam disposuisti in sapientia, & sensum tuum vocasti matrem: & propter hoc ostendi tibi merces apud Altissimum. erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi grauia & mirabilia. Et profectus sum, & transij in campum, multum glorificans & laudans Altissimum de mirabilibus quæ per tẽpus faciebat: & quoniam gubernat ipsum, & quæ sunt in temporibus illata, & sedi ibi tribus diebus.

S. *Apparet Dominus Esdræ in rubo, & futura quædam arcana reuelat.*

CAP. XIIII.

A ET factum est tertio die, & ego sedebam sub quercu. Et ecce, vox exiuit cõtra me de rubo, & dixit: Esdra Esdra. Et dixi, Ecce ego Domine. Et surrexi super pedes meExod. 3. b. os. Et dixit ad me, ‖ Reuelans reuelatus sum super rubum, & locutus sum Moysi, quando populus meus seruiebat in Aegypto, & misi eum, & eduxi populum meum de Aegypto, & adduxi eum super montem Sinai, & detinebã eum apud me diebus multis: & enarraui ei mirabilia multa, & ostendi ei temporum secreta & finem: & præcepi ei, dicens: Hæc in palàm facies verba, & hæc abscondes. Et nunc tibi dico: Signa quæ demonstraui, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in cor de tuo repone ea: tu enim recipieris ab omnibus, conuerteris residuus cum consilio meo & cum similibus tuis, vsquequo finiantur tẽpora: quoniam seculum perdidit iuuentutem suam, & tempora appropinquant senescere. Duodecim enim partibus diuisum est seculum, & transierunt eius decima & dimidium
B decimæ partis: supersunt autem eius post medium decimæ partis. Nunc ergo dispone domum tuam, & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum, & renũtia iam corruptelæ, & dimitte abs te mortales cogitationes, & proijce abs te pondera humana, & exue te iam infirmam naturam, & repone in vnam partem molestissima tibi cogitamenta, & festina transmigrare à temporibus his: quæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient: quantum enim inualidum fiet seculum à senectute, tantum multiplicabitur super inhabitantes mala. Prolõgauit enim se magis veritas, & appropinquauit mendacium. Iam enim festinat venire, quam vidisti visionem. Et respondi, & dixi coram te Domine, Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi, & corripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis commonebit? Positum est ergo seculum in tenebris, & qui inhabitãt in eo sine lumine. Quoniam lex tua insensa est, propter quod nemo scit quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera. Si enim inueni in te gratiam, immitte in me spiritum sanctum: & scribam omne quod factum est in seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt possint homines inuenire semitam: & qui voluerint viuere in nouissimis, viuant. Et respondit ad me, & dixit: Vadens congre- C
ga populum, & dices ad eos vt non quærant te diebus quadraginta. Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Echanum, & Asiel, quinque hos qui parati sunt ad scribendũ velociter: & venias huc, & ego accendã in corde tuo lucernã intellectus, quæ nõ extinguetur quoadusq; finiantur quæ incipies scribere. Et tunc perfectis quædam palã facies, quædam sapientibus absconse trades. in crastinum enim hac hora incipies scribere. Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & congregaui omnem populum, & dixi, Audi Israel verba hæc: Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Aegypto, & liberati sunt inde: & acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt, quam & vos post eos transgressi estis: & data est vobis terra in sortem, & terra Sion, & patres vestri, & vos iniquitatem fecistis, & non seruastis vias quas præcepit vobis Altissimus: & iustus iudex cum sit, abstulit à vobis in tempore quod donauerat. Et nunc vos hic estis, & fratres vestri introrsum vestrũ sunt. Si ergo imperaueritis sensui vestro, & erudieritis cor vestrum, viui conseruati eritis, & post mortem misericordiam cõsequemini. Iudicium enim post mortem veniet, quando iterum reuiuiscemus, & tunc iustorum nomina parebunt, & impiorum facta ostendentur. Ad me igitur nemo ac D
credat nunc, neq; requirat me vsq; dies quadraginta. Et accepi quinque viros, sicut mandauit mihi, & profecti sumus in campum, & mansimus ibi. Et factus sum in crastinum, & ecce vox vocauit me, dicẽs, Esdra aperi os tuum, & bibe quo te potauero. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum sicut aqua: color autem eius vt ignis similis. Et accepi, & bibi: & in eo cum bibissem, cor meum cruciabatur intelle-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ctu, & in pectus meum increscebat sapientia. Nam spiritus meus conseruabatur memoria. Et apertum est os meum, & non est clausum amplius. Altissimus dedit intellectum quinque viris, & scripserunt quæ dicebantur excessiones noctis, quas non sciebant. Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam. Scripti sunt autem per quadraginta dies, libri ducenti quatuor. Et factum est cùm compleuissent quadraginta dies, locutus est Altissimus, dicens, Priora quæ scripsisti, in palàm pone, & legant digni & indigni: nouissimos autem septuaginta conseruabis, vt tradas eos sapientibus de populo tuo. In his enim est vena intellectus, & sapientiæ fons, & scientiæ flumẽ. Et feci sic.

S. Prædicuntur multæ calamitates seculo superuenturæ.

CAP. XV.

A ECce loquere in aures plebis meæ sermones prophetiæ, quos immisero in os tuum, dicit Dominus: & fac vt in charta scribantur, quoniam fideles & veri sunt. Ne timeas à cogitationibus aduersum te, nec turbent te incredulitates dicentium, Quoniam omnis incredulus in incredulitate sua morietur. Ecce ego induco, dicit Dominus, super orbem terrarum mala, gladium, & famem, & mortem, & interitum: propter quod superpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta sunt opera nociua illorũ. Propterea dicit Dominus: Iam non silebo de impietatibus eorũ quæ irreligiosè agũt, nec sustinebo in his quæ iniquè exercent: ecce sanguis innoxius & iustus clamat ad me, & animæ iustorum clamãt perseueranter. Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & accipiam omnem sanguinẽ innoxium ex illis ad me. Ecce populus meus quasi grex ad occisionem ducitur, iam non patiar illum habitare in Terra-Aegypti: sed educam eum in manu potenti & brachio excelso, & percutiam plaga sicut prius, & corrumpam omnem terrã eius. Lugebit Aegyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & castigatione quas inducet ei Deus. Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient semina eorum ab vredine & grandine, & à sydere terribili. Væ seculo, & qui habitant in eo: quia appropinquauit gladius & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnam, & rhomphæa in manibus eorũ. Erit enim inconstabilitio hominibus, & alij alijs inualescentes non curabunt regem suum, & principes
B viæ gestorum suorum in potentia sua. Concupiscet enim homo in ciuitatem ire, & non poterit. Propter superbiam enim eorum ciuitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuent. Non miserebitur homo proximum suum ad irritum faciendum domos eorum in gladium, ad diripiendas substantias eorum propter famem panis & tribulationem multam. Ecce ego conuoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad me verendum, qui sunt ab oriente, & ab austro, ab euro, & à Libano, ad conuertendos in se, & reddere quæ dederunt illis: sicut faciunt vsque hodie electis meis, sic faciam & reddam in sinu eorũ. Hæc dicit Dominus Deus, Non parcet dextera mea super peccatores, nec cessabit rhõphæa super effundentes sanguinem innoxium super terram. Exijt ignis ab ira eius, & deuorauit fundamẽta terræ, & peccatores quasi stramen incensum. Væ eis qui peccant, & non obseruant mandata mea, dicit Dominus. nõ parcam illis. Discedite filij à potestate. Nolite contaminare sanctificationem meam, quoniam nouit Dominus omnes qui delinquunt in illum. propterea tradidit eos in mortem, & in occisionem. Iam enim venerunt super orbem terrarum mala, & manebitis in illis. non enim liberabit vos Deus, propter quod peccastis in eum. Ecce visio horribilis, & facies illius ab oriente. Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & sicut flatus, eorum numerus fertur super terram, vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient carmonij insanientes in ira, & exiẽt vt apri de sylua, & aduenient de virtute magna, & constabunt in pugnam cum illis, & vastabunt portionem terræ Assyriorum. Et post hæc superualescent dracones natiuitatis suæ memores, & conuertent se conspirantes in virtute magna ad persequendos eos. Isti turbabuntur & silebunt in virtute illorum, & conuertent pedes suos in fugam, & à territorio Assyriorum subsessor obsidebit eos, & consumet vnum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & cõtentio in reges ipsorum. Ecce nubes ab orien C te, & à septentrione vsque ad meridianum, & facies earum horrida valde, plena iræ & procellæ, & collident se inuicem, & collident sydus copiosum super terram, & sydus illorũ, & erit sanguis à gladio vsq; ad ventrẽ, & fimus hominis vsq; ad substramen cameli, & erit timor & tremor multus super terram, & horrebunt qui videbũt iram illam, & tremor apprehendet illos: & post hæc mouebũtur nimbi copiosi à meridiano & septẽtrione, & portio alia ab occidẽte: & superinualescẽt venti ab oriente, & recludẽt eam, & nubẽ quam suscitauit in ira, & sydus ad faciẽdam exterritationẽ ad orientalem ventum & occidentem violabitur: & exaltabunt nubes magnæ & validæ plenæ

plenæ iræ, & sydus, vt exterreant omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent super omnem locum altum & eminentem sydus terribile, ignem & grandinem, & rhomphæas volantes, & aquas multas, vt etiam impleantur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarum multarum. & demolientur ciuitates, & muros, & montes, & colles, & ligna syluarum, & fœnum pratorum, & frumenta eorum. Et transibunt constantes vsque Babylonem, & exterent eam: conuenient ad ipsam, & circuibunt eam, & effundent sydus & omnem iram super eam, & subibit puluis & fumus vsque in cœlum, & omnes in circuitu lugebunt eam: & qui sub ea remanserint, seruiẽt his qui exterruerunt. Et tu Asia concors in spem Babylonis, & gloria personæ eius: væ tibi misera propter quod assimilasti ei, & ornasti filias tuas in fornicatione ad placendum & gloriandum in
D amatoribus tuis, qui tecum cupierunt semper fornicari. Odibilẽ imitata es in omnibus operibus eius, & in adinuẽtionibus eius: propterea dicit Deus, Immittã tibi mala, viduitatẽ, paupertatem, & famẽ & gladium, & pestẽ, ad deuastandas domos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ. Sicut flos siccabitur, cũ exurget ardor qui emissus est super te, infirmaberis vt paupercula plagata & castigata à mulieribus, vt non possint te suscipere potentes & amatores. Nunquid ego sic zelabor te, dicit Dominus, nisi occidisses electos meos in omni tempore, exaltãs percussionem manum, & dicens super mortem eorum, cùm inebriata esses, Exorna speciem vultus tui? Merces fornicationis tuæ in sinu tuo, propter hoc redditionem accipies. Sicut facies electis meis, dicit Dominus: sic faciet tibi Deus, & tradet te in malum. Et nati tui fame interient: & tu rhomphæa cades, & ciuitates tuæ conterentur, & omnes tui in campo gladio cadent. Et qui sunt in montibus, fame peribunt, & manducabunt carnes suas, & sanguinem bibent à fame panis & siti aquæ. Infelix per maria venies, & rursum accipies mala. Et in transitu allident ciuitatem "occisam, & exterent' aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ tuæ exterminabunt, rursum reuertentes " ad Babylonem subuersam. 'Et demolita eris illis pro stipula, & ipsi erunt tibi ignis: & deuorabunt te & ciuitates tuas, terram tuam & montes tuos, omnes syluas tuas & lignum fructiferum igni comburent. Filios tuos captiuos ducent, & censum tuum in prædam habebunt, & gloriam faciei tuæ exterminabunt.

"ratiosam & exterent. 5.

"cõuersam. 5.

S. Horrenda vniuerso orbi desolatio in fine futura.

CAP. XVI.

VAe tibi Babylon & Asia, væ tibi Aegy Apte & Syria. Præcingite vos saccis & cilicijs, & plangite filios vestros, & dolete: quoniam appropinquauit contritio vestra. Immissus est vobis gladius, & quis est qui auertat illũ? Immissus est in vobis ignis, & quis est qui extinguat illum? Immissa sunt vobis mala, & quis est qui repellat ea? Nũquid repellet aliquis leonem esurientem in sylua, aut extinguet ignem in stipula mox quando cœperit ardere? Nunquid repellet aliquis sagittam à sagittario forti missam? Dominus fortis immittit mala, & quis est qui repellat ea? Exijt ignis ex iracundia eius, & quis est qui extinguat eum? Coruscabit, & quis non timebit? Tonabit, & quis non pauebit? Dominus comminabitur, & quis non funditus conteretur à facie ipsius? Terra tremuit & fundamenta eius, mare fluctuat de profundo, & fluctus eius disturbabuntur, & pisces eius à facie Domini, & à gloria virtutis eius: quoniam fortis dextera eius quæ arcum tendit: sagittæ eius acutæ quæ ab ipso mittuntur, non deficient cùm cœperint mitti in fines terræ. Ecce mittuntur mala, & non reuertẽtur, donec veniãt super terram. Ignis succenditur, & non extinguetur, donec consumat fundamenta terræ. Quemadmodum non redit sagitta missa à valido sagittario: sic non reuertentur mala quæ missa fuerint in terram. Væ mihi, væ mihi: quis me liberabit in illis diebus? Initium dolorũ & multi gemitus, initiũ famis & multi interitus, initium bellorum & formidabunt potestates, initium malorum & trepidabunt omnes. In his quid faciam cùm venerint mala? Ecce fames & plaga & tribulatio & angustia missa sunt flagella in emendatione, & in his
B omnibus se non conuertent ab iniquitatibus suis, neque flagellorum memores erunt semper. Ecce, erit annonæ vilitas super terrã, sic vt putent sibi esse directã pacem, & tunc germinabunt mala super terrã, gladius, fames, & magna confusio. A fame enim plurimi qui inhabitant terram interiẽt, & gladius perdet cæteros qui superauerint à fame, & mortui sicut stercora proijcientur, & non erit qui consoletur eos. Derelinquetur enim terra deserta, & ciuitates eius deijcientur. Non derelinquetur qui colat terram, & qui seminet eam. Lignæ dabunt fructus, & quis vindemiabit illa? Vua matura fiet, & quis calcabit illã? Erit enim locis magna desertio. Cupiet enim homo hominẽ videre, vel vocem eius audire. Relinquẽtur enim de ciuitate decem, & duo de agro qui absconderint se in densis nemoribus, & scissuris petrarum. quemadmodum derelinquũtur in oliueto, & singulis arboribus tres aut quatuor oliuæ, aut sicut in vinea vindemiata racemi

Universidad de Deusto
Biblioteca

relinquũtur ab his qui diligẽter vineam scrutãtur: sic relinquentur in diebus illis tres aut quatuor ab scrutãtibus domos eorũ in rhomphæa. Et relinquetur terra deserta, & agri eius inueterabunt, & viæ eius, & omnes semitæ eius germinabunt spinas, eo quòd non transient homines per eam. Lugebunt virgines nõ habentes sponsos: lugebunt mulieres non habentes viros, lugebunt filiæ earum non habẽtes adiutorium: sponsi earum in bello consumentur, & viri earum in fame exterentur. Audite verò ista, & cognoscite ea serui Domini. Ecce verbum Domini, excipite illud: ne dijs credatis de quibus dicit Dominus. Ecce appropinquant mala, & non tardant. Quemadmodum prægnans cùm parit in nono mense filium suum, appropinquante hora partus eius ante horas duas vel tres, dolores circumeunt ventrem eius, & prodeunte infante de ventre, non tardabunt vno puncto: sic non morabuntur mala ad prodeundum super terram, & seculum gemet, & dolores circumtenebunt illud. Audite verbum, plebs mea: parate vos in pugnã, & in malis sic estote, quasi aduenæ terræ. Qui vẽdit, quasi qui fugiat: & qui emit, quasi qui perditurus. Qui mercatur, quasi qui fructum non capiat: & qui ædificat, quasi non habitaturus. Qui seminat, quasi qui nõ metet: sic & qui vineam putat, quasi non vindemiaturus. Qui nubunt, sic quasi filios non

enim, Fiat terra, & facta est: fiat cœlum, & facti̇ũ est. Et in verbo illius stellæ fundatæ sunt, & nouit numerum stellarum. Qui scrutatur Abyssum, & thesauros illarum: qui mẽsus est mare, & conceptum eius. Qui conclusit mare in medio aquarum, & suspendit terram super aquas verbo suo. Qui extendit cœlum quasi D cameram, super aquas fundauit eum. Qui posuit in deserto fontes aquarum, & super verticem montium lacus ad emittendũ flumina ab eminenti petra, vt potaret terram. Qui finxit hominem, & posuit cor suum in medio corporis, & misit ei spiritum, vitam & intellectum, & spiramen Dei omnipotentis qui fecit omnia, & scrutinat omnia absconsa in absconsis terræ. Hic nouit adinuentionẽ vestrã, & quæ cogitatis in cordibus vestris, peccantes, & volentes occultare peccata vestra. Propter quod Dominus scrutinando scrutinauit omnia opera vestra, & traducet vos omnes, & vos confusi eritis, cùm processerint peccata vestra coram hominibus, & iniquitates erunt, quæ accusatores stabunt in die illo. Quid facietis? aut quomodo absconditis peccata vestra coram Deo & angelis eius? Ecce iudex Deus, timete eũ. Desinite à peccatis vestris, & obliuiscamini iniquitates vestras iam agere eas in sempiterno, & Deus educet vos, & liberabit de omni tribulatione. Ecce enim incenditur ardor super vos turbæ copiosæ, & rapiẽt quosdam ex vobis, & cibabunt idôlis occisos: & qui consenserint eis, erunt illis in derisum, & in improperiũ, & in conculcationem, erit enim locis locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa super timẽtes Dominum. Erunt quasi insani nemini parcentes: ad diripiendũ & deuastandum adhuc timentes Dominum, quia deuastabunt & diripient substantias, & de domibus suis eos eijcient. Tũc parebit probatio electorum meorum, vt aurum quod probatur ab igne. Audite dilecti mei, dicit Dominus: Ecce adsunt dies tribulationis, & de his liberabo vos. Ne timeatis, nec hæsitetis, quoniam Deus dux vester est. Et qui seruãt mandata & præcepta mea, dicit Dominus Deus, ne præponderent vos peccata vestra, ne super eleuent se iniquitates vestræ. Væ qui constringuntur à peccatis suis, & obteguntur ab iniquitatibus suis, quemadmodum ager cõstringitur à sylua, & spinis tegitur semita eius per quam non transit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

Προσευχὴ Μανασσῆ Βασιλέως τοῦ Ἰούδα.

Κύριε παντοκράτωρ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ τοῦ σπέρματος αὐτῶν τοῦ δικαίου, ὁ ποιήσας τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, σὺν πάσῃ τῇ κόσμῳ αὐτῶν. ὁ πεδήσας τὴν θάλασσαν τῷ λόγῳ τοῦ προστάγματός σου, ὁ κλείσας τὴν ἄβυσσον, καὶ σφραγισάμενος αὐτὴν τῷ φοβερῷ καὶ ἐνδόξῳ ὀνόματί σου, ὃν πάντα φρίσσει, καὶ τρέμει ἀπὸ προσώπου δυνάμεώς σου, ὅτι ἄσκυτος ἡ μεγαλοπρέπεια τῆς δόξης σου, καὶ ἀνυπόστατος ἡ ὀργὴ τῶν ἐπὶ ἁμαρτωλοὺς ἀπειλῆς σου, ἀμέτρητον δὲ καὶ ἀνεξιχνίαστον τὸ ἔλεός σου καὶ ἐπαγγελίας σου. σὺ γὰρ εἶ Κύριος ὕψιστος, εὔπλαγχνος, μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος, καὶ μετανοῶν ἐπὶ κακίαις ἀνθρώπων. σὺ Κύριε κατὰ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου ἐπηγγείλω μετάνοιαν καὶ ἄφεσιν τοῖς ἡμαρτηκόσι σοι, καὶ τοῦ πλήθους τῶν οἰκτιρμῶν σου ὥρισας μετάνοιαν ἁμαρτωλοῖς εἰς σωτηρίαν. σὺ οὖν Κύριε ὁ Θεὸς τῶν δικαίων, οὐκ ἔθου μετάνοιαν δικαίοις, τῷ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, οἵτινες οὐχ ἥμαρτόν σοι, ἀλλ' ἔθου μετάνοιαν ἐπ' ἐμοὶ τῷ ἁμαρτωλῷ, διότι πλήθη ὑπὲρ ἀριθμὸν ἁμαρτίαι μού εἰσιν. θαλάσσης, ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου, Κύριε, ἐπλήθυναν αἱ ἀνομίαι μου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος ἀτενίσαι, καὶ ἰδεῖν τὸ ὕψος τοῦ οὐρανοῦ, ἀπὸ τοῦ πλήθους τῆς ἀδικίας μου, καὶ κάμπτομαι πολλῷ δεσμῷ σιδηρῷ, εἰς τὸ μὴ ἀναπτῦξαι τὴν κεφαλήν μου, καὶ οὐκ ἔστι μοι ἄνεσις, διότι παρώργισα τὸν θυμόν σου, καὶ τὸ πονηρὸν ἐνώπιόν σου ἐποίησα, οὐκ ἐποίησα τὸ θέλημά σου, καὶ οὐ φυλάξας τὰ προστάγματά σου, ἔστησα βδελύγματα, καὶ πληθύνας προσοχθίσματα. ἡμάρτηκα Κύριε, ἡμάρτηκα, καὶ τὰς ἀνομίας μου ἐγὼ γινώσκω, ἀλλ' αἰτοῦμαι λυόμενός σου, ἄνες μοι Κύριε, ἄνες μοι, καὶ μὴ συναπολέσῃς με ταῖς ἀνομίαις μου, μηδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μνησθῇς, τηρήσῃς τὰ κακά μοι, μηδὲ κατακρίνῃς με ἐν τοῖς κατωτάτοις τῆς γῆς, διότι σὺ εἶ Θεὸς, Θεὸς τῶν μετανοούντων, καὶ ἐν ἐμοὶ λυθήσῃ πᾶσαν τὴν ἁμαρτωλόν σου, ὅτι ἀνάξιον ὄντα σώσῃς με, κατὰ τὸ πολὺ ἔλεός σου, καὶ αἰνέσω σε διὰ παντὸς, πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς μου, ὅτι σὲ ὑμνεῖ πᾶσα ἡ δύναμις τοῦ οὐρανοῦ, καὶ σοῦ ἐστὶν ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

Hieronymus ad Chromatium & *Heliodorum in Tobiam Præfatio.*

MIrari non desino exactionis vestræ instantiam. Exigitis enim vt librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum traham, librum vtiq; Tobiæ: quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secantes, his quæ hagiographa memorant, manciparunt. Feci satis desyderio vestro, non tamen meo studio. Arguunt enim nos Hebræorum studia: & imputant nobis, contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Phariseorum displicere iudicio, & episcoporum iussionibus deseruire, institi vt potui. Et quia vicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, vtriusque linguæ peritissimum loquacem reperiens, vnius diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis verbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus Latinis exposui. Orationibus vestris mercedem huius operis compensabo, cùm gratum vobis dicidero me, quod iubere estis dignati, complesse.

Liber Tobiæ.

S. Tobias in captiuitate constitutus, à lege Dei non recedit, & filium Tobiam ex Anna vxore susceptum, Deum timere docet, gratus regi Salmanasar pergit quocunque vult, cõfratres captiuos consolatur: Gabelo mutuat decem argenti talenta: Sennacherib, quòd mortuos sepeliret, eum persequitur.

CAP. I.

A TOBIAS ex tribu & ciuitate 4.Re.18.c
Nephthali, quæ est in superioribus Galilææ supra Naasson, post viam quæ ducit ad occidentem, in sinistro habens ciuitatẽ Sephet: cùm captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit, ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie conca ptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. Cumque esset iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamẽ puerile gessit in opere. Denique cùm irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat rex Israel, hic 3.Re.12.f.
solus fugiebat consortia omnium: & pergebat in Ierusalem ad templum Domini, & ibi B
adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno proselytis & aduenis ministraret omnem decimationem. Hæc & his similia secundum legem Dei puerulus obseruabat.

Cùm verò factus fuisset vir, accepit vxorem Annam de tribu sua: genuitque ex ea filium, nomen suum imponens ei, quem ab in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

fantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Igitur cùm per captiuitatem deuenisset cum vxore sua & filio in ciuitatē Niniuen, cum omni tribu sua: & cùm omnes ederent ex cibis gentilium, iste custodiuit animam suam, & nunquam contaminatus est in
C escis eorum. Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis: & dedit illi potestatem quocunque vellet, ire, habens libertatem quæcunque facere voluisset. Pergebat
Ecclesiast.13. ergo'ad omnes qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. Cùm autem venisset in Rages ciuitatem Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decem talēta argenti: & cùm in multa turba generis sui Gabelum egentem videret, qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Post multum verò temporis mortuo Salmanasar rege, cùm regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo, Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebatque vnicuique prout poterat, de facultatibus suis. esurientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, & mortuis atque occisis sepulturam solicitus exhibebat. ‖Denique cùm reuersus esset rex Sennacherib fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filijs Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. At vbi nuntiatum est regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. Tobias verò cum filio suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebāt eum. Post dies verò quadragintaquinque occiderunt regem filij ipsius, & reuersus est Tobias in domum suam, omnisque facultas eius restituta est ei.

D. 8.
D
4. Re. 19. g
Ecc. 48. d.
Isa. 37. g.
1. Mac. 7. f.
2. Ma. 8. c.

S. Tobias mortuorum defatigatus sepultura, hirundinis stercore in patientiæ probationem excæcatur, & ab vxore ac amicis ipsum irridentibus afficitur opprobrio.

CAP. II.

A Post hæc verò cùm esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio suo, Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deū, vt epulentur nobiscum. Cumque abijsset, reuersus nuntiauit ei, vnum ex filijs Israel iugulatum iacēre in platea. Statimque exiliens de accubitu suo, relinquens prandium, ieiunus peruēnit ad corpus: tollensque illud portauit ad domum suam occultè, vt dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum. Cumque occultasset corpus, manducauit panem cum luctu &
B tremore, memorans illum sermonem quem
Amos. 8. c dixit Dominus per Amos prophetam, ‖Dies



festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum. Cùm verò sol occubisset, abijt, & sepeliuit eum. Arguebant autem eum omnes proximi eius, dicentes, Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos? Sed Tobias plus timens Deum quàm regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & medijs noctibus sepeliebat ea. Contigit aūt, vt quadam die fatigatus à sepultura, veniens in domum suam, iactasset se iuxta parietem, & obdormisset: & ex nido hirundinum dormienti illi calida stercora incidérent super oculos eius, fieretque cæcus. Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Nam cùm ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est contristatus contra Deum, quòd plaga cæcitatis euenerit ei: sed immobilis in Dei timore permānsit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. Nā sicut beato Iob insultabant reges: ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicentes, Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas & sepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicens, Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & vitam illam expectamus, quam Deus daturus est his qui fidem suam nunquam mutant
D ab eo. Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie: & de labore manuum suarum victum, quem consequi poterat, deferebat. Vnde factum est, vt hœdum caprarum accipiens detulisset domi. Cuius cùm vocem baC lantis vir eius audisset, dixit, Videte ne fortè furtiuus sit: reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Ad hæc vxor eius irata respondit, Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modò apparuerunt. Atque his, & alijs huiusce modi verbis exprobrabat ei.

S. Tobiæ mori petentis oratio ad Deum, & Saræ filiæ Raguelis humilis cum triduano ieiunio oratio, ad ancillæ improperium propter septem ipsius maritos à dæmonio interemptos: vtriusque autem preces exaudiuntur, angelo Raphaële ad eos curandos misso.

CAP. III.

A Tunc Tobias ingemuit, & cœpit orare cum lachrymis, dicens, Iustus es Domine, & omnia iudicia tua iusta sunt: & omnes viæ tuæ, misericordia, & veritas, & iudicium. Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neque reminiscaris delicta mea, vel parentum meorum. Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionem, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperium omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. Et nunc Domine magna iudicia tua, quia non egimus secundum præcepta tua, & non ambulauimus synceriter coram te.
misericordiam. 5 Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis
B quàm viuere. Eadem itaque die contigit vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui, quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos, mox vt ingressi fuissent ad eam. Ergo cùm pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens, Amplius ex te non videamus filium, aut filiā super terram, interfectrix virorum tuorum. Nunquid & occidere me vis, sicut iam occidisti septē viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculū domus suæ: & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, neq; bibit: sed in oratione persistens cū lachrymis deprecabatur Deū, vt ab isto improperio liberaret eam. Factū est aūt die tertia, dum compleret orationem, benedicēs Dominum,
C dixit, Benedictum est nomen tuum Deus patrum nostrorum: qui cùm iratus fueris, misericordiam facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocāt te. Ad te Domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto Domine, vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certè desuper terram eripias me. Tu scis Domine, quia nunquam concupiui virum, & mundam seruaui animam meam ab omni concupiscentia. Nunquam cum ludentibus miscui me: neque cum his qui in leuitate ambulant, participem me præbui. Virū autem cū timore tuo, non cū libidine mea cōsensi suscipere. Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan mihi non fuerunt digni: quia forsitan viro alij conseruasti me. Non est enim in hominis potestate
D consiliū tuum. Hoc autē pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autē in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum, exultationem infundis. Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in secula. In illo tempore exauditæ sunt preces amborum in conspectu gloriæ summi Dei: & missus est angelus Domini sanctus Raphael, vt curraret eos ambos, quorum vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

S. Tobias quum se breui putaret moriturū, filio pijssima salutis monita inculcat, eleemosynæ virtutem declarat, & de decem argenti talentis Gabeli mutuò datis indicat.

CAP. IIII.

A Igitur cùm Tobias putaret orationē suā ex audiri vt mori potuisset, vocauit ad se To- *Eccli. 7. e*
biam filium suum, dixitque ei, Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe. Cùm acceperit Deus animam meam, corpus meū sepeli: & honorem habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. memor enim esse debes, quæ & quanta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cùm autem & ipsa cōpleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eā circa me. Omnibus aūt diebus vitæ tuæ in mente habeto Deum: & caue ne aliquando peccato consentias, & prætermittas præcepta
Lucæ. 14 & Prouer. 3 b Domini Dei nostri. ‖Ex substantia tua fac
Eccli. 4. a. & 14. b. eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. Quo modo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundantur tribue: si exiguum tibi fuerit, etiā exiguum libenter impertiri stude. Præmiū enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis,
Eccli. 29. c ‖quoniā elemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit corā summo Deo eleemosyna omnibus faciētibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. ‖Quicunque tibi
Leuit. 19. c Deut. 24. c aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. ‖Quod ab alio oderis fieri
Math. 7. b. tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Panem tuum cum esurientibus & egenis comede: & de vestimentis tuis nudos tege. Panem tuum & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare & bibere cum peccatoribus.

Consilium semper à sapiente perquire. Omni tempore benedic Deum: & pete ab eo

vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo: & ideo perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo suprà memoratum pondus argenti, & restituas ei chirographum suum. Noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus si timuerimus Deũ, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

S. Tobiæ socium at ducem itineris in Rages Medorum quærenti Raphaël angelus ignotus occurrit, cui pater filium committit, quibus profectis mater filij deflet absentiam.

CAP. V.

A TVnc respondit Tobias patri suo, & dixit, Omnia quæcunque præcepisti mihi faciam pater. Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. ille me nescit, & ego eum ignoro: quod signum dabo ei? Sed neque viam, per quam pergatur illuc, aliquando cognoui. Tunc pater suus respondit illi, & dixit, Chirographum quidem illius apud me habeo: quod dum illi ostenderis, statim restituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua: dum adhuc viuo, vt recipias eam. Tunc egressus Tobias, inuenit iuuenem splẽdidum, stantem, præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Et ignorans quòd angelus Dei esset, salutauit eũ, & dixit, Vnde te habemus bone iuuenis? At ille respondit, Ex fi-
B lijs Israel. Et Tobias dixit ei, Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum? Cui respondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrem nostrũ qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in mõte Ecbatanis. Cui Tobias ait, Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nuntiẽ patri meo. Tũc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum. Ingressus itaq; salutauit eum, & dixit, Gaudium tibi sit semper. Et ait Tobias, Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non video? Cui ait iuuenis, Forti animo esto, in proximo est vt à Deo cureris. Dixit itaque illi Tobias, Nunquid poteris perducere filium meum
C ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum? & cùm redieris, restituam tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus, Ego ducam, & reducam
*sanũ. 7. eum *ad te. Cui Tobias respondit, Rogo te, indica mihi, de qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael angelus dixit, Genus quæris mercenarij: an ipsum mercenarium qui cum filio tuo eat? Sed ne fortè solicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius. Et Tobias respõdit, Ex magno genere es tu. Sed peto ne irascaris quòd voluerim cognoscere genus tuum. Dixit autem illi angelus, Ego sanum ducam, & sanum tibi reducam filium tuum. Respondens autem Tobias, ait, Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiscum. Tunc paratis omnibus quæ erant in via portanda, fecit Tobias vale patri suo & matri suæ, & ambula D uerunt ambo simul. Cumque profecti essent, cœpit mater eius flere, & dicere, Baculũ senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis. Nunquam fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus hoc, quod videbamus filium nostrum. Dixitque ei Tobias, Noli flere, saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim quòd angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponat omnia quæ circa eum geruntur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. At hanc vocem cessauit mater eius flere, & tacuit.

S. Angeli hortatu Tobias inuadentem piscem apprehendit & exenterat, cor eius, fel & iecur ad medicamenta reseruans, & ad Raguelẽ diuertunt, vt iussu angeli petat in vxorem illius filiam Saram, cuius septem viros occiderat dæmonium, discens ab angelo quo fine suscipiendum ac seruandum sit coniugium.

CAP. VI.

PRofectus est autem Tobias, & canis se- A cutus est eum, & mansit prima mansione iuxta fluuiũ Tigris. Et exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna, dicens, Domine inuadit me. Et dixit ei angelus, Apprehende brãchiam eius, & trahe eum ad te. Quod cùm fecisset, attraxit eũ in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tũc dixit ei angelus, Exenterа hunc piscem: & cor eius, & fel, & iecur repone tibi. sunt enim hæc necessaria ad medicamenta vtiliter. Quod cùm fecisset, assauit carnes eius, & secum tulerunt in via: cætera salierunt quæ sufficerent eis, quousque peruenirent in Rages ciuitatem Medorum. Tunc B interrogauit Tobias angelum, & dixit ei, Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi, quod remedium habebunt ista quæ de pisce seruare iussisti? & respondens angelus dixit ei, Cordis eius particulam si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos. ▸ Et fel valet ad vnguendos ocu los in quibus fuerit albugo, & sanabuntur. ▸ Et dixit ei

dixit ei Tobias, Vbi vis vt maneams? Respon densque angelus, ait, Est hîc Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiã nomine Saram, sed neque masculum, neque fœminam vllam habet aliam præter eam. Ti-
C bi debetur omnis substantia eius, & oportet eam te accipere coniugem. Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem. Tunc respondit Tobias & dixit, Audio quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmonium occîdit illos. Timeo ergo, ne fortè & mihi hæc eueniant: & cùm sim vnicus parentibus meis, deponam senectutem illorum cum tristitia ad inferos. Tunc an gelus Raphael dixit ei, Audi me, & ostendam tibi qui sunt quibus prævalere potest dæmonium. Hi nanque qui coniugium ita suscipiunt, vt Deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mu-
D lus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmonium super eos. Tu autem cùm acceperis eam, ingressus cubiculum, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud nisi orationibus vacabis cum ea. Ipsa autem nocte, incenso iecore piscis, fugabitur dæmonium. Secunda verò nocte, in copulatione sanctorum patriarcharum admittêris. Tertia autem nocte benedictionem consequêris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. Transacta autem tertia nocte, accipies virginem cum timore Domini. amore filiorum magis quàm libidine ductus, vt in semine Abrahæ benedictionem in filijs consequaris.

S. Raguel petitam à Tobia Saram filiam in vxorem tradit consilio Raphaëlis, & scriptis cõiugij literis nuptiæ celebrantur.

CAP. VII.

A INgressi sunt autem ad Raguelem, & suscepit eos Raguel cum gaudio. Intuensque Tobiam Raguel, dixit Annæ vxori suæ, Quàm similis est iuuenis iste cõsobrino meo. Et cùm hæc dixisset, ait, Vnde estis iuuenes fratres nostri? At illi dixerunt, Ex tribu Nephthali sumus, ex captiuitate Niniue. Dixitque illis Raguel, Nostis Tobiam fratrem meum? Qui dixerunt, Nouimus. Cumque multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguelem, Tobias de quo interrogas, pater istius est. Et misit se Raguel, & cum lachrymis osculatus est eum, & plorans supra collum eius, dixit, Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & op-
B timi viri filius es. Et Anna vxor eius, & Sara ipsorum filia lachrymatæ sunt. Postquam autem locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, & parari conuiuium. Cumque hortaretur eos discumbere ad prandiũ, Tobias dixit, Hic ego hodie non manducabo neque bibam, nisi prius petitionem meam confirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam. Quo audito verbo Raguel, expauit, sciens quid euenerit illis septem viris qui ingressi sunt ad eam: & timere cœpit ne fortè & huic similiter contingeret. Et cùm nutaret, & non daret petenti C vllum responsum, dixit ei angelus, Noli timere dare eam isti, quoniam huic timenti Deum debetur coniunx filia tua: propterea alius nõ potuit habere illam. Tunc dixit Raguel, Non dubito quòd Deus preces & lachrymas meas in conspectu suo admiserit. Et credo quoniam ideo fecit vos venire ad me, vt ista coniungeretur cognationi suæ ‖ secundum legem Num. 36.c
Moysi: & nunc noli dubium gerere quod tibi eam tradam. Et apprehendens dexteram filiæ suæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens, Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobis D cum sit, & ipse coniungat vos, impleatque benedictionem suam in vobis. Et accepta charta, fecerunt conscriptionem coniugij. Et post hæc epulati sunt, benedicentes Deum. Vocauitque Raguel ad se Annam vxorem suam, & præcepit ei vt præpararet alterum cubiculum. Et introduxit illuc Saram filiam suam, & lachrymata est. Dixitque ei, Forti animo esto filia mea: Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio quod perpessa es.

S. Tobias thalamũ ingressus partem iecoris piscis assat, & dæmonio à Raphaële ligato, Tobias & Sara simul orantes noctem transigunt incolumes: quapropter repleto quod paratum erat sepulchro, actisque Deo gratijs à Saræ parentibus, lætum apparatur conuiuium, & pro dote medietas bonorum assignatur, cedente & reliqua medietate post parentũ obitum.

CAP. VIII.

POstquam verò cœnauerunt, introduxe A runt iuuenem ad eam. Recordatus itaque Tobias sermonum angeli: protulit de cassidili suo partem iecoris, posuitque eam super carbones viuos. Tunc Raphael angelus apprehendit dæmonium, & religauit illud in deserto superioris Aegypti. Tunc hortatus est virginem Tobias, dixitque ei, Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur: tertia autem transacta nocte, in nostro erimus coniugio. Filij quippe sanctorum sumus, & non possumus ita coniungi sicut gentes quæ ignorant Deum. Surgentes autem pariter, instanter orabant ambo simul, vt sanitas daretur eis. Dixitque Tobias, Domine B Deus patrum nostrorum, benedicant te cœli & terræ, mareque & fontes, & flumina, & omnes creaturæ tuæ quæ in eis sunt. ‖ Tu fecisti Gene. 2.b.
Adam de limo terræ, dedistiq; ei adiutorium Heuã. Et nũc Domine tu scis quia nõ luxuriæ causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

causa accipio sororem meam coniugem, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuũ in secula seculorũ. Dixit itaq; Sara, Miserere nobis Domine, miserere nobis, & consenescamus ambo pariter sani. Et factũ est circa pullorum cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierunt cum eo pariter C vt foderent sepulchrũ. Dicebat enim, Ne fortè simili modo euenerit ei, quo & cæteris illis septem viris qui sunt ingressi ad eam. Cumq; parassent fossam, reuersus Raguel ad vxorem suam, dixt ei, Mitte vnam ex ancillis tuis, & videat si mortuus est, vt sepeliam eum antequam illucescat dies, At illa misit vnam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculum, reperit eos saluos & incolumes, secũ pariter dormientes. Et reuersa nuntiauit bonum nuntium, & benedixerunt Dominum, Raguel videlicet & Anna vxor eius, & dixerunt, Benedicimus te Domine Deus Israel, quia non contigit quẽadmodum putabamus. Fecisti enim nobiscum misericordiam tuam, & exclusisti à nobis inimicum persequentem nos. Misertus es D autem duobus vnicis. Fac eos Domine plenius benedicere te: & sacrificium tibi laudis tuæ, & suæ sanitatis offerre, vt cognoscat vniuersitas gentium, quia tu es Deus solus in vniuersa terra. Statimq; præcepit seruis suis Raguel, vt replerent fossam quam fecerant, priusquàm eluceſceret. Vxori autem suæ dixit vt instrueret conuiuium, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus necessaria. Duas quoque pingues vaccas, & quatuor arietes occidi fecit, & parari epulas omnibus vicinis suis, cunctisque amicis. Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud se. De omnibus autem quæ possidebat Raguel, dimidiam partem dedit Tobiæ, & fecit hanc scripturam, vt pars dimidia quæ supererat post obitum eorum, Tobiæ domino deueniret.

S. Raphael Tobiæ rogatu ad Gabelum pergit, quem recepta pecunia ad Tobiæ nuptias adducit, ille autem Tobiæ ac Saræ benedicit.

CAP. IX.

A TVnc vocauit Tobias angelum ad se, quem quidem hominem existimabat: dixitque ei, Azaria frater, peto vt auscultes verba mea: Si meipsum tradam tibi seruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. Tamen obsecro te, vt assumas tibi animalia siue seruitia, & vadas ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum: reddasque ei chirogra- B phũ suum, & recipias ab eo pecuniam, & roges eũ venire ad nuptias meas. Scis enim ipse quoniã numerat pater meus dies: & si tardauero vna die plus, cõtristatur anima eius. Et certe vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentum spernere non possum. Tunc Raphael assumens quatuor ex seruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & inueniens Gabelum, dedit ei chirographum suum, & recepit ab eo omnem pecuniam. Indicauitque ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ gesta sunt: fecitque eũ secum venire ad nuptias. Cumque ingressus esset domum Raguelis, inuenit Tobiam discumbentem: & exiliens, osculati sunt se inuicem: & fleuit Gabelus, benedixitque Deum, & dixit, Benedicat te Deus Israel, quia filius es optimi viri, & iusti, & timentis Deum, & eleemosynas facientis: & dicatur benedictio super vxorem tuam, & super parentes vestros, D & videatis filios vestros, & filios filiorum vestrorum, vsque in tertiam & quartam generationem: & sit semen vestrum benedictum à Deo Israel, qui regnat in secula seculorum. Cumque omnes dixissent Amen, accesserunt ad cõuiuium: sed & cum timore Domini nuptiarum conuiuium exercebant.

S. Parentes Tobiæ longam eius moram anxiè querũtur: ille autem ægrè obtinet, vt à Raguele dimittatur, accepta dote & vxore: porrò Raguel illis bene precando, admonet filiam de officio matris familiâs.

CAP. X.

CVm verò moras faceret Tobias causa A nuptiarũ, solicitus erat pater eius Tobias, dicens, Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus est ibi? Putásne Gabelus mortuus est, & nemo redder illi pecuniam? Cœpit autem contristari nimis ipse & anna vxor eius cum eo: & cœperunt ambo simul flere: eò quòd die statuto minimè reuerteretur filius eorum ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atque dicebat, ‖Heu heu me fili mi, vt quid te misimus *Supra 5. d.* peregrinari, lumẽ oculorum nostrorum, bacu B lum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ? Omnia simul in te vno habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis. Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari, sanus est filius noster: satis fidelis est vir ille cum quo misimus eum. Illa autem nullo modo consolari poterat, sed quotidie exiliens circunspiciebat & circuibat vias omnes per quas spes remeandi videbatur, vt procul videret eum, si fieri posset, venientem. At verò Raguel dicebat ad generum suum, Mane hîc, C & ego mittam nuntium salutis de te ad Tobiam patrem tuum. Cui Tobias ait, Ego noui quia pater meus & mater mea modò dies computant, & cruciatur spiritus eorum in ipsis. Cumque verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille eum nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram, & dimidiam partem omnis substantiæ

substantiæ suæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & in pecunia multa: & saluum atque gaudentem dimisit eum à D se, dicens, Angelus Domini sanctus sit in itinere vestro, perducatque vos incolumes, & inueniatis omnia recte circa parẽtes vestros, & videant oculi mei filios vestros priusquam moriar. Et apprehendentes parentes filiam suam, osculati sunt eam, & dimiserunt ire: monentes eam honorare soceros, diligere maritum, regere familiam, gubernare domum, & seipsam irreprehensibilem exhibere.

S. Relictis in itinere Sara, reliquaq; familia, Tobias & Raphael præcedentes, lætè à parentibus Tobiæ excipiuntur, quo patris oculos felle iecoris liniente, ille visum recipit, quapropter actis Deo gratijs, post aduentum Saræ ac familiæ, septem diebus læti epulantur.

CAP. XI.

A CVmq; reuerterentur, peruenerunt ad Charan, quæ est in medio itinere contra Niniuen, vndecimo die. Dixitque angelus, Tobia frater, scis quemadmodum reliquisti patrem tuum. Si placet itaq; tibi, præcedamus, & lento gradu insequantur iter nostrum familiæ, simul cum coniuge tua, & cũ animalibus. Cumque hoc placuisset vt irent, dixit Raphael ad Tobiam, Tolle tecum ex felle pisces: erit enim necessarium. Tulit itaque Tobias ex felle illo, & abierunt.

Anna autem sedebat secus viam quotidie in supercilio montis, vnde respicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco specula B retur aduentum eius, vidit à longè, & ilico agnouit venientem filium suum: currensque nuntiauit viro suo, dicens, Ecce venit filius tuus. Dixitq; Raphael ad Tobiam, At vbi introieris domum tuam, statim adora Dominum Deum tuum: & gratias agens ei accede ad patrem tuum, & osculare eum. Statimque lini super oculos eius ex felle isto piscis, quod portas tecum. Scias enim quoniam mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumẽ cœli, & in aspectu tuo gaudebit. Tunc præcurrit canis, qui simul fuerat in via: & quasi C nuntius aduenies, blandimento suæ caudæ gaudebat. Et consurgens cæcus pater eius, cœpit offendens pedibus currere: & data manu puero, occurrit obuiam filio suo. Et suscipiẽs osculatus est eum cum vxore sua, & cœperunt ambo flere præ gaudio. Cumque adorassent Deum, & gratias egissent, consederunt. Tunc sumens Tobias de felle piscis, liniuit oculos patris sui. Et sustinuit quasi dimidiam horam: & cœpit albugo ex oculis eius quasi membrana oui, egredi. Quam apprehendens Tobias traxit ab oculis eius, statimque visum recepit. Et glorificabant Deum, ipse videlicet & vxor eius, & omnes qui sciebant eum. Dicebatque Tobias, Benedico te Domi D ne Deus Israel, quia tu castigasti me, & tu saluasti me: & ecce, ego video Tobiam filium meum. Ingressa est etiam post septem dies Sara vxor filij eius, & omnis familia & pecora sana, & cameli, & pecunia multa vxoris, sed & illa pecunia quam receperat à Gabelo: & narrauit parentibus suis omnia beneficia Dei quæ fecisset circa eum per hominem qui eum duxerat. Venerũtque Achior & Nabath consobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiam, & congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum ostenderat Deus. Et per septem dies epulãtes, omnes cum gaudio magno gauisi sunt.

S. Tobias cum filio de mercede Raphaëlis consultans, auditis quæ sibi ac filio præstiterat beneficijs, medietatem offert omnium quæ attulerant: at ille se Dei angelum declarat, & post reuelata alia mysteria in cœlum subleuatur: quo facto illi in terram proni ruentes Deum benedicunt.

CAP. XII.

TVnc vocauit ad se Tobias filium suũ, A dixitque ei, Quid possumus dare viro isti sancto, qui venit tecum? Respondens Tobias, dixit patri suo, Pater, quam mercedẽ dabimus ei? aut quid dignum poterit esse beneficijs eius? Me duxit & reduxit sanum, pecuniam à Gabelo ipse recepit, vxorem ipse me habere fecit, & dæmonium ab ea ipse compescuit, gaudium parentibus eius fecit, meipsum à deuoratione piscis eripuit, te quoque videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti sumus. Quid illi ad hæc poteri- B mus dignum dare? Sed peto te pater mi, vt roges eum, si fortè dignabitur medietatem de omnibus quæ allata sunt, sibi assumere. Et vocantes eum, pater scilicet & filius, tulerunt eũ in partem: & rogare cœperunt vt dignaretur dimidiam partem omnium quæ attulerant, acceptam habere. Tunc dixit eis occultè, Benedicite Deum cœli, & coram omnibus viuẽtibus confitemini ei, quia fecit vobiscum misericordiam suam. Et enim sacramentum regis abscondere, bonum est: opera autem Dei reuelare & confiteri, honorificum est. Bona est oratio cũ ieiunio: & eleemosyna magis quàm thesauros auri recondere. quoniam eleemosyna à morte liberat, & ipsa est quæ purgat C peccata, & facit inuenire ▷ misericordiam' & *Pro. 10.* vitam æternam. Qui autem faciunt peccatum & iniquitatem, hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis veritatem, & non abscondam à vobis occultum sermonem. Quando orabas cum lachrymis, & sepeliebas mortuos, & derelinquebas prandium tuum: & mortuos abscondebas per diem in domo tua,

& nocte

Universidad de Deusto
Biblioteca

& nocte sepeliebas eos, ego obtuli orationem tuam Domino. Et quia acceptus eras Deo, ne cesse fuit vt tentatio probaret te. Et nunc misit me Dominus vt curarem te, & Saram vxorem filij tui à dæmonio liberarem. Ego enim sum Raphael angelus vnus ex septem, qui astamus ante Dominum. Cumq; hæc audissent, turbati sunt, & trementes ceciderunt super ter
D ram in faciem suam. Dixitq; eis angelus, Pax vobis, nolite timere. Et enim cum essem vobiscum, per voluntatem Dei eram: ipsum benedicite, & cantate illi. Videbar quidem vobis cũ manducare, & bibere: sed ego cibo invisibili, & potu, qui ab hominibus videri non potest, vtor. Tempus est ergo vt reuertar ad eum qui me misit: vos autem benedicite Deum, & narrate omnia mirabilia eius. Et cũm hæc dixisset, ab aspectu eorum ablatus est, & vltrà eum videre non potuerunt. Tunc prostrati per horas tres in faciem, benedixerunt Deũ: & exurgentes narrauerunt omnia mirabilia eius.

S. Tobias senior benedicit ac confitetur domino, et vniuersos ad idipsum hortatur, prophetat quoque de restitutione & magna fœlicitate futura Ierusalem.

CAP. XIII.

Deut.32.f. 1.Reg.2.a. Sap.16.b.

APeriens autem Tobias senior os suũ, benedixit Dominum, & dixit, Magnus es Domine in æternum, & in omnia secula regnum tuum: quoniam tu flagellas, & saluas: deducis ad inferos, & reducis: & non est qui effugiat manum tuam. Confitemini Domino filij Israel, & in conspectu gẽtium laudate eum: quoniam ideò dispersit vos inter gentes, quæ ignorant eum, vt vos enarretis mirabilia eius, & faciatis scire eos quia non est alius Deus omnipotens præter eum. Ipse castigauit nos propter iniquitates no-
B stras, & ipse saluabit nos propter misericordiam suam. Aspicite ergo quæ fecit nobiscum, & cum timore & tremore confitemini illi: regemq; seculorum exaltate in operibus vestris. Ego autem in terra captiuitatis meæ confitebor illi: quoniam ostendit maiestatem suã in gentem peccatricem. Conuertimini itaque peccatores, & facite iustitiam coram Deo, credentes quòd faciat vobiscum misericordiam suam. ego autem, & anima mea in eo lætabimur. Benedicite Dominum omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi. Ierusalẽ ciuitas Dei, castigauit te Dominus in operi-
C bus manuum tuarum. Confitere Domino in bonis tuis, & benedic Deum seculorum, vt reædificet in te tabernaculum suum, & reuocet ad te omnes captiuos, & gaudias in omnia secula seculorum. Lucè splendida fulgebis, & omnes fines terræ adorabunt te. Nationes ex longinquo ad te venient: & munera deferentes, adorabunt in te Dominum, & terram tuã in sanctificationem habebunt. Nomen enim magnum inuocabunt in te. Maledicti erunt qui contempserint te: & condemnati erunt omnes qui blasphemauerint te: benedictique erunt qui ædificauerint te. Tu autem lætaberis in filijs tuis, quoniam omnes benedicen-D tur, & congregabuntur ad Dominum. Beati omnes qui diligunt te, & qui gaudent super pace tua. Anima mea benedic Dominũ, quoniam liberauit Ierusalẽ ciuitatem suam à cunctis tribulationibus eius Dominus Deus noster. Beatus ero, si fuerint reliquiæ seminis mei ad videndam claritatem Ierusalem, ||Portæ Ierusalem ex sapphiro & smaragdo ædificabuntur: & ex lapide pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candido, & mundo omnes plateæ eius sternentur: & per vicos eius hallelu-ia cantabitur. Benedictus Dominus, qui exaltauit eam, vt sit regnum eius in secula seculorum super eam. Amen. Apoc.21.f

S. Tobias senior moriturus completis. 102. ætatis suæ annis, filium ac nepotes ad pietatem hortatur, vtque sepultis parentibus è Ninive migrent, quam euertendam dicit, & Ierusalem instauradam, quod filius obseruans tandem ad soceros reuertitur, ibique completis. 99. annis moritur.

CAP. XIIII.

ET consummati sunt sermones Tobiæ. A Et postquam illuminatus est Tobias, vixit annis quadraginta duobus, & vidit filios nepotum suorum. Completis itaque annis centum duobus, sepultus est honorificè in Niniue. Quinquaginta nanque & sex annorum lumen oculorum amisit: sexagenarius verò recepit. Reliquum verò vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei perrexit in pace. In hora autem mortis suæ vocauit ad se Tobiam filium suum, & septẽ iuue nes filios suos nepotes suos, dixitque eis, Propè erit interitus Niniue. non enim excidit verbum Domini: & fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel, reuertentur ad eam. Omnis autem deserta terra eius replebitur, & domus B Dei, quæ in ea incensa est, iterum reædificabitur: ibique reuertentur omnes timentes Deũ, & relinquent gentes idôla sua, & venient in Ierusalem, & inhabitabunt in ea: & gaudebũt in ea omnes reges terræ, adorantes Regem Israel. Audite ergo filij mei patrem vestrum: seruite Domino in veritate, & inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi: & filijs vestris manda te vt faciant iustitias & eleemosynas, vt sint memores Dei, & benedicant eum in omni tẽpore in veritate, & in tota virtute sua. Nunc C ergo filij audite me, & nolite manere hic: sed quacunque die sepelieritis matrem vestram circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros vt exeatis hinc. Video enim quia iniquitas eius finem dabit ei. Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias abscesit ex Niniue cum vxore sua, & filijs, & filiorum
D filijs, & reuersus est ad soceros suos. Inuenitque eos incolumes in senectute bona: & curam eorum gessit, & ipse clausit oculos eorũ: & omnem hæreditatem domus Raguelis ipse percepit: viditque quintam generationem, filios filiorum suorum. Et completis annis nonagintanouem in timore Domini cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius, & omnis generatio eius in bona vita, & in sancta conuersatione permansit, ita vt accepti essent tam Deo, quàm hominibus, & cunctis habitantibus in terra.

Hieronymi præfatio in librũ Iudith.

APVD Hebræos, liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius authoritas ad roboranda illa quæ in contentionem veniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi vestræ, imò exactioni: & sepositis occupationibus, quibus vehementer arctabar, huic vnam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu, quàm ex verbo verbum transferens. Multorum codicum varietatem vitiosissimam amputaui: sola ea, quæ intelligentia integra in verbis Chaldæis inuenire potui, latinis expressi. Accipite Iudith viduam castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconijs declarate. Hanc enim non solum fœminis, sed & viris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator, virtutem ei talem tribuit, vt inuictum omnibus hominibus vinceret, & insuperabilem superaret.

Liber Iudith.

S. Nabuchodonosor victo rege Medorum, cunctis regnis imperare cupiens, nuntios ad ea mittit, quibus absque honore remissis, indignatus iurat se id vlturum. CAP. I.

ARphaxad itaq; rex Medorum subiugauerat multas gẽtes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis & sectis fecit muros eius in altitudinem cubitorum septuaginta, & in latitudinem cubitorum triginta: turres verò eius
B posuit in altitudinem cubitorum centum. Per quadrum verò earum latus vtrunque vicenorum pedum spatio tẽdebatur. posuitq; portas eius in altitudinem turrium. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in
C gloria quadrigarum suarũ. Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Niniue ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad: & obtinuit eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphratẽn, & Tigrin, & Iadason in campo Erioch regis Elicorum. Tunc exaltatũ est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano: & ad gentes
D tes Galilæam in campo magno Esdrelon: & ad omnes qui erant in Samaria & trans flumẽ Iordanem vsque ad Ierusalem, & omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad terminos Aethiopiæ. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad omnem terram illam, iurauit per thronum & regnum suum quòd defenderet se de omnibus regionibus his.



S. Holofernes à Nabuchodonosor mittitur, omnia regna & populos vastaturus, describitur potẽtia exercitus ipsius, multisq; locis per ipsum expugnatis vehemens timor vniuersos inuasit.

CAP. II.

ANno tertiodecimo Nabuchodonosor A regis, vicesima & secunda die mensis primi, factũ est verbũ in domo Nabuchodonosor regis Assyriorũ, vt defenderet se.

Voca-

Vocauitque omnes maiores natu, omnesque duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysteriũ consilij sui. Dixitq; cogitationem suam in eo esse vt omnem terrã suo subiugaret imperio. Quod dictum cùm placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiæ suæ, & dixit ei, Egredere aduersum omne regnum occidentis: & cõtra eos præcipue qui contemptserunt imperium
B meum. Nõ parcet oculus tuus vlli regno, omnemq; vrbem munitam subiugabis mihi. Tũc Holofernes vocauit duces, & magistratus virtutis Assyriorum: & dinumerauit viros in expeditionem, sicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorum, & equites sagittarios duodecim millia. Omnemque expeditionem suam fecit præire in multitudine innumerabilium camelorum, cũ his quæ exercitibus sufficerent copiose: boum quoq; armenta, gregesque ouium, quorum non erat
C numerus. Frumentum ex omni Syria in transitu suo parari constituit. Aurum verò & argentum, de domo regis assumpsit multum nimis. Et profectus est ipse & omnis exercitus, cum quadrigis & equitibus, & sagittarijs, qui cooperuerunt faciem terræ, sicut locustæ. Cumq; pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ: ascenditq; omnia castella eorum, & obtinuit omnem munitionem. Effregit autẽ ciuitatem opinatissimã Melothi, prædauitq; omnes filios Tharsis & filios Ismahel, qui erant cõtra faciem deserti, & ad austrum terræ
D Cellon. Et transiuit Euphráten, & venit in Mesopotamiã: & fregit omnes ciuitates excelsas quæ erant ibi, à torrente Mãbre, vsquequo perueniatur ad mare: & occupauit terminos eius, à Cilicia vsq; ad fines Iapheth, qui sunt ad austrum. Abduxitq; omnes filios Madian, & prædauit omnem locupletationem eorum, omnesq; resistentes sibi occidit in ore gladij. Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & succẽdit omnia sata, omnesque arbores & vineas fecit incidi, & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

S. Holoferni se vltro dedunt vniuersarum vrbium ac prouinciarũ principes, ex quibus auxiliares sibi assumit, & tamen ipsorum ciuitates ac Deos destruit, quo solus Nabuchodonosor Deus habeatur. CAP. III.

A TVnc miserunt legatos suos vniuersarũ vrbium, ac prouinciarũ reges ac principes, Syriæ scilicet & Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libyæ, atq; Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerũt: Desinat indignatio tua circa nos. Melius est enim vt viuentes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quã morientes cum interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. Omnis ciuitas nostra, omnisque B possessio, omnes montes, & colles, & campi, & armenta boum, gregesque ouium & caprarum, equorumq; & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ atque familiæ in conspectu tuo sunt. sint omnia nostra sub lege tua. Nos etiam & filij nostri, serui tui sumus. Veni nobis pacificus dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi. Tunc descendit de montibus cum equitibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem, & omnem inhabitantem terram. De vniuersis autem vrbibus C assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellũ. Tantusq; metus prouincijs illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes, & honorati simul cum populis exirent in obuiam venienti, excipientes eũ cum coronis, & lampadibus ducẽtes choros in tympanis & tibijs. Nec ista tamen facientes, ferocitatẽ eius pectoris mitigare potuerunt. Nã & ciuitates eorũ destruxit, & lucos eorũ excidit. Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, vt D omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur Deus ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potẽtia subiugari. Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Apameam, omnemq; Mesopotamiã, venit ad Idumæos in terram Gabaa, accepitq; ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

S. Filij Israël vehementer Holofernem metuentes, hortatu Eliachim sacerdotis sese ieiunijs ac oratione humiliant & affligunt, auxiliumq; à Domino implorant. CAP. IIII.

TVnc audientes hæc filij Israel, qui ha- A bitabant in terra Iuda, timuerunt valde à facie eius, Tremor etiã & horror inuasit sensus eorũ, ne hoc faceret Ierusalẽ & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus & templis earũ. Et miserunt in omnem Samariam per circuitum vsq; Iericho, & præoccupauerunt omnes vertices montium. Et muris circundederunt vicos suos, & congregauerunt frumẽta in præparationẽ pugnæ. Sacerdos etiam Eliachim scripsit ad vniuersos qui erãt contra Esdrelon, quæ est cõtra faciem campi magni, iuxta Dothain, & vniuersos per B quos viæ trãsitus esse poterat, vt obtinerẽt ascensus montiũ per quos via esse poterat ad Ierusalẽ, & illic custodirẽt vbi angustũ iter esse poterat inter montes. Et fecerũt filij Israel secundũ quod constituerat eis sacerdos Domini Eliachim. Et clamauit omnis populus ad Dominũ instantia magna, & humiliauerunt animas suas in ieiunijs & orationibus, ipsi 1.4. & mu-

& mulieres eorum. Et induerunt se sacerdotes cilicijs, & infantes prostrauerunt contra faciẽ templi Domini, & altare Domini operuerunt
C cilicio. Et clamauerunt ad Dominum Deum Israel vnanimiter, ne darentur in prædã infantes eorum, & vxores eorum in diuisionem, & ciuitates eorum in exterminiũ, & sancta eorũ in pollutionem, & fierent in opprobriũ Gentibus. Tunc Eliachim sacerdos Domini magnus circuiuit omnem Israel, allocutusq; est eos, dicẽs, Scitote quoniã exaudiet Dominus preces vestras, si manẽtes permanseritis in ie-
D iunijs & orationibus in conspectu Domini.
Exo.17.d. ‖Memores estote Moysi serui Domini, qui Amalec confidentẽ in virtute sua, & in potentia sua, & in exercitu suo, & in clypeis suis, & in curribus suis, & in equitibus suis, nõ ferro pugnãdo, sed precibus sanctis orando deiecit. sic erunt vniuersi hostes Israel, si perseueraueritis in hoc opere quod cœpistis. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecantes Dominum, permanebant in conspectu Domini, ita vt etiam hi qui offerebãt Domino holocausta, præcincti cilicijs offerrent sacrificia Domino, & erat cinis supra capita eorum. Et ex toto corde suo omnes orabant Deum, vt visitaret populum suum Israel.

S. Rogatus ab Holoferne Achior dux Ammonitarum de genere Israëlitarum, enarrat Dei mirabilia circa populum Israëliticum, monetq; ne temerè cõtra illos pugnet, quibus auditis indignantur ipsi Achior principes Holofernis. CAP. V.

A NVntiatumque est Holoferni principi militiæ Assyriorũ, quòd filij Israel præpararent se ad resistendum, ac montiũ itinera cõclusissent: & furore nimio exarsit in iracundia magna: vocauitq; omnes principes Moab & duces Ammon, & dixit eis, Dicite mihi quis sit populus iste, qui montana obsidet: aut quæ, & quales, & quantæ sint ciuitates eorum: quæ etiam sit virtus eorum, aut quæ sit multitudo eorum, vel quis rex militiæ illorum: & quare præ omnibus qui habitant in oriente, isti contemptserunt nos, & nõ exierunt in obuiam nobis, vt susciperẽt nos cum pace? Tunc Achior dux omnium filiorum Ammon respondens, ait, Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conspectu tuo de populo isto, qui in montanis habitat, & nõ egredietur verbum falsum ex ore meo. Populus iste ex
Gen.11.d. progenie Chaldæorum est. ‖ hic primum in Mesopotamia habitauit, quoniam noluerunt sequi deos patrum suorum, qui erant in terra Chaldæorum. Deserentes itaque cerimonias
Gen.12.a. patrum suorum, quæ in multitudine deorum erant, vnum Deum cœli coluerunt, qui ‖ & præcepit eis vt exirent inde, & habitarent in Charan. Cumque operuisset omnem terram B fames, ‖ descenderunt in Aegyptum, illicque Gen. 46.a per quadringẽtos annos sic multiplicati sunt, vt dinumerari eorum non posset exercitus. Cumque grauaret eos rex Aegypti, atque in ædificationibus vrbium suarum in luto & latere subiugasset eos, clamauerunt ad Dominum suum, & percussit totam terram Aegypti plagis varijs. ‖ Cumq; eiecissent eos Aegyptij Exo.14.e. à se, & cessasset plaga ab eis, & iterũ eos vellẽt capere, & ad suũ seruitium reuocare, fugientibus his Deus cœli mare aperuit, ita vt hinc inde aquæ quasi murus solidarẽtur, & isti pede sicco fundũ maris perambulãdo transirent. In quo loco dum innumerabilis exercitus Aegyptiorum eos persequeretur, ita aquis coopertus est, vt non remaneret vel vnus qui factum posteris nuntiaret. ‖ Egressi etiam mare ru- Exo.16.a. brum, deserta Sina montis occupauerunt, in quibus nunquam homo habitare potuit, vel filius hominis requieuit. Illic fontes amari obdulcati sunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta annonam de cœlo consecuti sunt. Vbicunque ingressi sunt sine arcu & sagitta, & absque scuto & gladio, Deus eorũ pugnauit pro eis, & vicit. Et non fuit qui insultaret populo isti, nisi quando recessit à cultu Domini Dei sui. Quotiescunq; autẽ præter ipsum Deum suum, alterum coluerunt, dati sunt in prædam, & in gladium, & in opprobrium. Quotiescunque autem pœnituerunt se recessisse à cultura Dei sui, dedit eis Deus cœli virtutem resistendi. ‖ Denique Chana- Num. 21.f næũ regem, & Iebusæum, & Pherezæũ, & Hethæum, & Heuæum, & Amorræhum, & omnes potentes in Hesebon prostrauerunt, & terras eorum & ciuitates eorum ipsi possederũt: & vsq; dum non peccarent in conspectu Dei sui, erant cum illis bona. Deus enim illorum odit iniquitatẽ. Nam & ante hos annos cum recessissent à via quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, exterminati sunt prælijs à multis nationibus, & plurimi eorum captiui abducti sunt in terram non suam. ‖ Nuper au- 1.Esdr.1.a tem reuersi ad Dominum Deũ suum, ex dis- D persione qua dispersi fuerant, adunati sunt, & ascenderunt montana hæc omnia, & iterum possidẽt Ierusalem, vbi sunt Sanctasanctorũ. Nunc ergo mi domine, perquire si est aliqua iniquitas eorũ in conspectu Dei eorum: & ascendamus ad illos, quoniã tradens trader illos Deus eorum tibi, & subiugati erunt sub iugo potentiæ tuæ. Si verò non est offensio populi huius coram Deo suo, non poterimus resistere illis, quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuersæ terræ. Et factum est cum cessasset loqui Achior

verba

Universidad de Deusto Biblioteca

verba hæc irati ſunt omnes magnates Holofernis,& cogitabant interficere eum,dicentes ad alterutrum, Quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſtere regi Nabuchodonoſor & exercitibus eius,homines inermes,& ſine virtute, & ſine peritia artis pugnæ? Vt ergo agnoſcat Achior quoniam fallit nos, aſcendamus in mōtana: & cùm capti fuerint potētes eorū, tunc cū eiſdem gladio trāſuerberabitur: vt ſciat omnis gens quoniā Nabuchodonoſor Deus terræ eſt,& præter ipſum alius non eſt.

S. *Iratus Holofernes iubet Achior duci in Bethuliam, vt ea deuicta ſimul puniatur, At ſerui à fundibularijs repulſi eum arbori alligāt, quem ſolutum filij Iſrael cognita cauſa benigne conſolantur, Deum humiliter implorantes.*

CAP. VI.

A FActum eſt autem cùm ceſſaſſent loqui, indignatus Holofernes vehementer,dixit ad Achior,Quoniam prophetaſti nobis, dicēs, quòd gens Iſrael defendatur à Deo ſuo,vt oſtendam tibi quoniam non eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor: cū percuſſerimus eos omnes ſicut hominem vnum,tūc & ipſe cum illis Aſſyriorum gladio interibis, & omnis Iſrael tecum perditione diſperiet: & probabis quoniā Nabuchodonoſor dominus ſit vniuerſæ terræ,tuncque gladius militiæ meæ tranſiet per latera tua, & confixus cades inter vulnera tos Iſrael,& non reſpirabis vltrà, donec extermineris cum illis.Porrò autem ſi prophetiam tuam veram exiſtimas, non concidat vultus: tuus:& pallor qui faciem tuam obtinet, abſcedat à te, ſi verba mea hæc putas impleri non
B poſſe, Vt autem noueris quia ſimul cum illis hæc experieris, ecce ex hac hora illorum populo ſociaberis:vt dum dignas mei gladij pœnas exceperint, ipſe ſimul vltioni ſubiaceas. Tunc Holofernes præcepit ſeruis ſuis vt comprehenderent Achior, & perducerent eum in Bethuliam, & traderent eum in manus filiorum Iſrael. Et accipientes eum ſerui Holofernis,profecti ſunt per cāpeſtria: ſed cum appropinquaſſent ad montana, exierunt contra eos fundibularij. Illi autem diuertētes à latere montis,ligauerunt Achior ad arborem manibus & pedibus, & ſic vinctum de reſtibus dimiſerunt eū,& reuerſi ſunt ad dominum ſuū.

Porrò filij Iſrael deſcendentes de Bethulia, venerunt ad eum. Quem ſoluentes duxerunt ad Bethuliam,atque in medium populi illum ſtatuentes, percunctati ſunt quid rerum eſſet
C quòd illum vinctum Aſſyrij reliquiſſent. In diebus illis erant illic principes, Ozias filius Micha de tribu Simeō,& Charmi,qui & Gothoniel.In medio itaq; ſeniorum, & in cōſpectu omniū, Achior dixit omnia quæ locutus ipſe fuerat ab Holoferne interogatus: & qualiter populus Holofernis voluiſſet propter hoc verbum interficere eum,& quemadmodū ipſe Holofernes iratus iuſſerit eum Iſraelitis hac de cauſa tradi:vt dum vicerit filios Iſrael, tunc & ipſum Achior diuerſis iubeat interire ſupplicijs, propter hoc quod dixiſſet, Deus cœli defenſor eorū eſt.Cumq; Achior vniuerſa hæc expoſuiſſet, omnis populus cecidit in faciem,adorantes Dominum, & communi lamentatione & fletu vnanimes preces ſuas Domino effuderunt,dicētes,Domine Deus cœli & terræ,intuere ſupērbiam eorū,& reſpice ad noſtram humilitatem, & faciem ſanctorum tuorum attende,& oſtende quoniam non derelinquis præſumuentes de te: & præſumētes D
de ſe, & de ſua virtute gloriantes,humilias.Finito itaque fletu, & per totam diem oratione populorum completa,conſolati ſunt Achior, dicentes, Deus patrum noſtrorū,cuius tu virtutem prædicaſti,ipſe tibi hanc dabit viciſſitudinem, vt eorum magis tu interitum videas. Cum verò Dominus Deus noſter dederit hāc libertatē ſeruis ſuis, ſit & tecum Deus in medio noſtri:vt ſicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerſeris nobiſcum. Tunc Ozias, finito cōſilio, ſuſcepit eum in domum ſuam, & fecit ei cœnam magnam. Et vocatis omnibus presbyteris, ſimul expleto ieiunio refecerunt. Poſtea verò conuocatus eſt omnis populus, & per totam noctem intra eccleſiam orauerunt petentes auxilium à Deo Iſrael.

S. *Holofernes Bethuliam obſidet, ac præciſo aquæductu iubet fontes omnes cuſtodiri, quapropter ciues ſiti cruciati ciuitatē tradere cupiūt, Ozias tamen princeps populi perſuadet vt ad quinque dies hoc differatur.*

CAP. VII.

HOlofernes autem altera die præcepit A
exercitibus ſuis vt aſcenderent contra Bethuliam.Erāt autem pedites bellatorum centum viginti millia, & equites viginti duo millia, præter præparationes virorū illorum quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouincijs, & vrbibus vniuerſæ iuuentutis. Omnes parauerunt ſe pariter ad pugnam contra filios Iſrael, & venerunt per crepidinem montis vſque ad apicem,qui reſpicit ſuper Dothain, à loco qui dicitur Belma vſq; ad Chelmon,qui eſt contra Eſdrelon.Filij autem Iſrael,vt viderunt multitudinem illorum,proſtrauerunt ſe ſuper terram, mittentes cinerem ſuper capita ſua, vnanimes orantes vt Deus Iſrael miſericordiam ſuam oſtenderet ſuper populum ſuum. Et aſſumentes arma ſua bellica,ſederunt per loca quæ ad anguſti itineris tramitem dirigunt inter montoſa, & erant cuſtodientes ea tota die & nocte. Porrò Holofernes, dum circuit per gyrum, repe- B
rit

rit quòd fons qui influebat, aquæductum illorum à parte auſtrali extra ciuitatem dirigeret, & incidi præcepit aquæductum illorum. Erant tamen nō longe à muris fontes,ex quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potius, quàm ad portādum. Sed filij Ammon & Moab acceſſerunt ad Holofernem, dicentes, Filij Iſrael non in lancea, nec in ſagitta confidunt, ſed montes defendunt illos, & muniunt illos colles in præcipitio conſtituti. Vt ergo ſine congreſsione pugnæ poſsis ſuperare eos, pone cuſtodes fontium,vt non hauriant aquā ex eis,& ſine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradēt ciuitatem ſuam, quam putant in montibus poſitam ſuperari non poſſe.Et placuerunt verba
C hæc coram Holoferne, & coram ſatellitibus eius,& conſtituit per gyrum centenarios per ſingulos fontes.Cumq; iſta cuſtodia per dies viginti fuiſſet expleta,defecerunt ciſternæ, & collectiones aquarum omnibus habitantibus Bethuliam, ita vt non eſſet intra ciuitatem vnde ſatiarentur vel vna die, quoniā ad menſuram dabatur populis aqua quotidie. Tunc ad Oziam congregati omnes viri, fœminæ-
*ſenes;.6 que, iuuenes, * & paruuli, omnes ſimul vna voce dixerunt, Iudicet Deus inter nos & te, quoniam feciſti in nos mala, nolens loqui pacifice cum Aſſyrijs, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum. Et ideò non eſt qui adiuuet,cum proſternamur ante oculos eorum in ſiti & perditione magna.Et nūc cōgregate vniuerſos qui in ciuitate ſunt, vt ſponte tradamus nos omnes populo Holofernis. Melius eſt enim vt captiui benedicamus Dominū viuentes,quam moriamur,& ſimus opprobriū omni carni, cùm viderimus vxores noſtras & infantes noſtros mori ante
D oculos noſtros. Conteſtamur hodie cœlum & terram, & Deum patrum noſtrorum, qui vlciſcitur nos ſecūdum peccata noſtra, vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, vt ſit finis noſter breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate ſitis. Et cum hæc dixiſſent,factus eſt fletus & vlulatus magnus in eccleſia omnibus,& per multas horas vna voce clamauerunt ad Deū,dicentes,||Pec-
Pſa.105.a. cauimus cū patribus noſtris, iniuſte egimus, iniquitatē fecimus. Tu quia pius es, miſerere noſtri: aut in tuo flagello vindica iniquitates noſtras, & noli tradere confitentes te populo qui ignorat te, vt non dicant inter gentes, Vbi eſt Deus eorum?Et cum fatigati his clamoribus,et his fletibus laſſati ſiluiſſent, exurgēs Ozias,infuſus lachrymis,dixit, Aequo animo eſtote fratres,& hos quinque dies expectemus à Domino miſericordiam.Forſitan enim indignationem ſuam abſcindet, & dabit gloriam nomini ſuo. Si autem tranſactis quinque diebus non venerit adiutorium, faciemus hæc verba quæ locuti eſtis.

S. *Iudith, cuius laus deſcribitur, vacillantes presbyteros, & præ anguſtia deditionem quinto die meditantes obiurgat, quod tempus Domini miſerationi præſcripſerint, eosq́ hortatur vt patrū exemplo populum ad patientiam animent, ac pro ſe Deum precētur, nec factum ſuum ſcrutentur.*

CAP. VIII.

ET factum eſt, cùm audiſſet hæc verba A
Iudith vidua quæ erat filia Merari,filij Idox,filij Ioſeph, filij Oziæ, filij Elai, filij Iamnor,filij Gedeon, filij Raphaim, filij Achitob,filij Melchiæ,filij Enan,filij Nathaniæ,filij Salathiel,filij Simeon, filij Ruben:& vir eius fuit Manaſſes,qui mortuus eſt in diebus meſsis hordeaceæ. inſtabat enim ſuper alligantes manipulos in cāpo, & venit æſtus ſuper caput eius, & mortuus eſt in Bethulia ciuitate ſua,& ſepultus eſt illic cum patribus ſuis.Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus,& menſibus ſex.Et in ſuperioribus domus ſuæ fecit ſibi ſecretū cubiculum, in quo cum puellis ſuis clauſa morabatur: & habens ſuper lumbos ſuos cilicium,ieiunabat omnibus diebus vitæ ſuæ,præter ſabbatha, & neomenias, & feſta domos Iſrael.Erat autem eleganti aſpectu nimis, cui vir ſuus reliquerat diuitias multas,& familiam copioſam,ac poſſeſsiones armentis boum & gregibus ouium plenas. Et erat hæc in omibus famoſiſsima, quoniā timebat Dominū valde: nec erat qui loqueretur de illa verbum malum. Hæc itaq; cùm audiſſet quoniā Ozias promiſiſſet quòd tranſacto quinto die traderet ciuitatem, miſit ad presbyteros Chabri & Charmi. Et ve- B
nerunt ad illam, & dixit illis, Quod eſt hoc verbum,in quo conſenſit Ozias,vt tradat ciuitatem Aſſyrijs, ſi intra quinque dies non venerit vobis adiutorium? Et qui eſtis vos qui tentatis Dominum? Non eſt iſte ſermo qui miſericordiam prouocet: ſed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini,& in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei. Sed quia patiēs Dominus eſt,in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus. non enim quaſi homo, ſic Deus comminabitur: neque ſicut filius hominis ad iracundiam inflammabitur. Et ideo humiliemus illi animas noſtras: & in ſpiritu conſtituti humiliato, ſeruientes illi dicamus flentes Domino, vt ſecundum voluntatem ſuam ſic faciat nobiſcum cito miſericordiam ſuam:vt ſicut conturbatum eſt cor noſtrum in ſuperbia eorum, ita etiam de noſtra humilitate gloriemur,quoniā non ſumus ſecuti peccata pa-

trum nostrorum qui dereliquerunt Deum
C suum, & adorauerunt deos alienos: pro quo
scelere dati sunt in gladium, & in rapinam, &
in confusionem inimicis suis. nos autem alte
rũ Deũ nescimus præter ipsum. Expectemus
humiles consolationem eius, & exquiret san-
guinem nostrum de afflictionibus inimicorũ
nostrorum: & humiliabit omnes gẽtes, quæ-
cunque insurgunt contra nos, & faciet illas si
ne honore Dominus Deus noster. Et nunc
fratres quoniam vos estis presbyteri in popu-
lo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad
eloquium vestrum corda eorum erigite, vt
memores sint quia tentati sunt patres nostri,
vt probarentur si vere colerent Deum suum.
Gen.22.a. Memores esse debent, quomodo pater no-
ster Abraham tentatus est, & per multas tribu
lationes probatus, Dei amicus effectus est. Sic
Isaac, sic Iacob, sic Moyses: & omnes qui pla-
cuerunt Deo, per multas tribulationes tran-
Num.21.b sierunt fideles. Illi autem qui tentationes nõ
susceperunt cum timore Domini, & impati-
entiam suam, & improperium murmuratio-
1.Co.10.b nis suæ contra Dominum protulerunt, exter
D minati sunt abexterminatore, & à serpẽtibus
perierunt. Et nos ergo nõ vlciscamur nos pro
his quæ patimur: sed reputantes peccatis no-
stris hæc ipsa supplicia minora esse flagella
Domini, quibus quasi serui corripimur, ad e-
mendationẽ, & non ad perditionem nostram
euenisse credamus. Et dixerunt illi Ozias &
presbyteri, Omnia quæ locuta es, vera sunt, &
non est in sermonibus tuis vlla reprehensio.
Nũc ergo ora pro nobis, quoniam mulier san-
cta es, & timens Deum. Et dixit illis Iudith, Si
cut quod potui loqui, Dei esse cognoscitis: ita
quod facere disposui, probate si ex Deo est: &
orate, vt firmum faciat Deus cõsilium meum.
Stabitis vos ad portã nocte ista, & ego exeam
cum abra mea: & orate, vt sicut dixistis, in die-
bus quinq; respiciat Dominus populum suũ
Israel. Vos autem nolo vt scrutemini actum
meum: & vsque dum renuntiem vobis, nihil
aliud fiat, nisi oratio pro me ad Dominum
Deum nostrum. Et dixit ad eam Ozias prin-
ceps Iudæ, Vade in pace, & Dominus sit te-
cum in vltionem inimicorum nostrorum. Et
reuertentes abierunt.

S. Iudith sese affligens ac humilians, pro populi liberatione prostrata precatur, vtq; sibi virtus detur euertendi Holofernem.

CAP. IX.

A QVibus ascendentibus, Iudith ingressa
est oratorium suum: & induens se cili-
cio, posuit cinerem super caput suũ: & prosternens se Domino, clamabat ad
Dominum, dicens, Domine Deus patris mei
Simeon ‖ qui dedisti illi gladium in defensio- Gen.34.d
nem alienigenarum qui violatores extiterunt
in coinquinatione sua, & denudauerunt fe-
mur virginis in confusionem: & dedisti mu-
lieres illorum in prædam, & filias illorum in
captiuitatem: & omnem prædam in diuisio-
nem seruis tuis qui zelauerunt zelum tuum:
subueni quæso te Domine Deus meus mihi
viduæ. Tu enim fecisti priora, & illa post illa
cogitasti: & hoc factum est quod ipse volui-
sti. Omnes enim viæ tuæ paratæ sunt, & tua iu Exod.14.i
dicia in tua prouidentia posuisti. Respice ca-
stra Assyriorum nunc, sicut tunc castra Aegy
ptiorum videre dignatus es, quando post ser-
uos tuos armati currebant, confidentes in
quadrigis, & in equitatu suo, & in multitudi-
ne bellatorum. Sed aspexisti super castra eo-
rum, & tenebræ fatigauerunt eos. Tenuit pe-
des eorum abyssus, & aquæ operuerunt eos.
Sic fiant & isti Domine qui cõfidunt in mul- C
titudine sua, & in curribus suis, & in cõis, &
in scutis, & in sagittis suis, & in lãceis glorian
tur, & nesciunt quia tuipse es Deus noster qui
cõteris bella ab initio, & Dominus nomẽ est
tibi. Erige brachium tuũ, sicut ab initio: & al-
lide virtutem illorum in virtute tua: cadat vir
tus eorum in iracundia tua qui promittunt se
violare sancta tua, & polluere tabernaculum
nominis tui, & deijcere gladio suo cornu alta
ris tui. Fac Domine, vt gladio proprio eius su
perbia amputetur, capiatur laqueo oculorum
suorum in me, & percuties eum ex labijs chari
tatis meæ. Da mihi in animo constantiam, vt D
contemnam illum: & virtutem, vt euertam il-
lum. Erit enim hoc memoriale nominis tui,
cum manus fœminæ deiecerit eum. Nõ enim
in multitudinem est virtus tua Domine, ne-
que in equorum viribus voluntas tua est, nec
superbi ab initio placuerunt tibi: sed humi-
lium, & mansuetorum semper tibi placuit de-
precatio. Deus cœlorum, creator aquarum,
& Dominus totius creaturæ, exaudi me mise-
ram deprecantem, & de tua misericordia præ-
sumentem. Memento Domine testamenti
tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo
consilium corrobora, vt domus tua, in san-
ctificatione tua permaneat: & omnes gentes
agnoscant quia tu es Deus, & non est alius
præter te.

S. Iudith pulcherrima apprimè ornata Bethuliã cum sua ancilla egreditur, & ab exploratoribus deprehensa ducitur ad Holofernem, qui mox eius capitur pulchritudine.

CAP. X.

FActum est autem, cum cessasset clamare A
ad Dominum, surrexit de loco, in quo
iacuerat prostrata ad Dominum. Vo-
cauitq;



cauitque abram suam, & descendens in do-
mum suam, abstulit à se cilicium, & exuit se
vestimentis viduitatis suæ, & lauit corpus su-
um, & vnxit se myrto optimo, & discrimina-
uit crinem capitis sui, & imposuit mitram su-
per caput suum, & induit se vestimentis iu-
cunditatis suæ, induitque sandalia pedibus
suis, assumpsitque dextraliola, & lilia, & inau
res, & annulos, & omnibus ornamentis suis
ornauit se. Cui etiam Dominus cõtulit splen
dorem: quoniam omnis ista compositio non
ex libidine, sed ex virtute pendebat: & ideo
Dominus hanc in illam pulchritudinem am-
pliauit, vt incõparabili decõre omniũ oculis
B appareret. Imposuit itaque abræ suæ ascopam
vini, & vas olei, & polentam, & lapates, &
panes, & caseum, & profecta est. Cumq; veni-
sent ad portam ciuitatis, inuenerunt expectan
tem Oziam, & presbyteros ciuitatis. Qui cùm
vidissent eam, stupẽtes mirati sunt nimis pul
chritudinem eius. Nihil tamen interrogantes
eam, dimiserunt transire, dicentes, Deus pa-
trum nostrorum det tibi gratiam, & omne cõ
silium tui cordis sua virtute corroboret, vt glo-
rietur super te Ierusalem, & sit nomen tuum
in numero sanctorum & iustorum. Et dixe-
runt hi qui illic erant omnes vna voce: Fiat
fiat. Iudith verò orans Dominum, transiuit
per portas ipsa & abra eius. Factum est autem,
cùm descenderet montem, circa ortum diei,
occurrerunt ei exploratores Assyriorũ, & te-
nuerunt eam, dicentes, Vnde venis? aut quò
C vadis? Quæ respondit, Filia sum Hebræorum,
ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futu-
rum agnoui quòd dentur vobis in depræda-
tionem, pro eo quòd contemnentes vos, no-
luerunt vltro tradere seipsos, vt inuenirent
misericordiam in conspectu vestro. Hac de
causa cogitaui mecum, dicens, Vadam ad fa-
ciem principis Holofernis, vt indicem illi se-
creta illorum, & ostendam illi quo aditu pos-
sit obtinere eos: ita vt non cadat vir vnus de
exercitu eius. Et cùm audissent viri illi verba
eius, consyderabant faciem eius: & erat in ocu
lis eorum stupor, quoniam pulchritudinem
eius mirabantur nimis. Et dixerunt ad eam,
Conseruasti animam tuam, eo quòd tale re-
peristi consilium, vt descenderes ad Dominũ
nostrum. Hoc autem scias, quoniam cùm ste- D
teris in conspectu eius, bene tibi faciet, & eris
gratissima in corde eius. Duxeruntque illam
ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes
eam. Cumque intrasset ante faciem eius, sta-
tim captus est in suis oculis Holofernes. Di-
xeruntq; ad eũ satellites eius, Quis cõtemnat
populum Hebræorum qui tam decoras mulie
res habent, vt non pro his merito pugnare cõ
tra eos debeamus? Videns itaque Iudith Holo
fernem sedentem in conopæo, quod erat ex
purpura, & auro, et smaragdo, & lapidibus pre
tiosis intextum: & cùm in faciem eius inten-
disset, adorauit eum, prosternens se super ter-
ram. Et eleuauerunt eam serui Holofernis, iu
bente domino suo.

S. Iudith ab Holoferne super causa fugæ suæ interrogata, imponit illi, speciosam pollicens victoriam.

CAP. XI.

TVnc Holofernes dixit ei, Aequo ani- A
mo esto, & noli pauere in corde tuo:
quoniam ego nũquam nocui viro qui
voluit seruire Nabuchodonosor regi. Popu-
lus autem tuus si non contempsisset me, non
alleuassem lanceam meam super eum. Nunc
autem die mihi, qua ex causa recessisti ab illis,
& placuit tibi vt venires ad nos? Et dixit illis
Iudith. Sume verba ancillæ tuæ: quoniam si
secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rẽ
faciet Dominus tecum. Viuit enim Nabucho
donosor rex terræ, & viuit virtus eius quæ est
in te ad correptionem omnium animarum er
rantium: quoniam non solum homines ser-
uiunt illi per te, sed & bestiæ agri obtempe-
rant illi. Nuntiatur enim animi tui industria B
vniuersis gentibus, & indicatum est omni se-
culo quoniam tu solus bonus & potens es
in omni regno eius, & disciplina tua omnibus
prouincijs prædicatur. Nec hoc latet quod lo
cutus est Achior, nec illud ignoratur quod ei
iusseris euenire. Constat enim Deũ nostrum
sic peccatis offensum, vt mandauerit per pro-
phetas suos ad populũ, quod tradat eum pro
peccatis suis. Et quoniam sciunt se offendisse
Deum suum filij Israel, tremor tuus super ip-
sos est. Insuper etiam fames inuasit eos, & ab
ariditate aquæ iam inter mortuos computan-
tur. Denique hoc ordinant, vt interficiant pe
cora sua, & bibant sanguinem eorum, & san-
cta Domini Dei sui quæ præcepit Deus non C
contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogi
tauerunt impendere, & volunt consumere

quæ nec manibus deberent contingere. ergo quoniam hæc faciunt, certum est quod in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me Dominus hæc ipsa nuntiare tibi. Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deū, & dicet mihi quando eis reddat peccatum suum, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ierusalem, & habebis omnem populū Israel, sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit vel vnus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam Dei. Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & corā pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterū, Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. Et dixit ad illam Holofernes, Benefecit Deus qui misit te ante populum, vt des illum tu in manibus nostris. & quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomen tuum nominabitur in vniuersa terra.

S. Iudith in locum thesaurorum Holofernis introducta, facultatem obtinet proprijs vescendi cibis, nocteq; ad orationem egrediendi: quarto autem die in conuiuium inducta, coram Holoferne comedit & bibit, qui eius concupiscentia ardens, vehementer inebriatur.

CAP. XII.

A TVnc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eam, & cōstituit quid daretur illi de conuiuio suo. Cui respondit Iudith, & dixit, Nunc nō potero manducare ex his quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his aūt quæ mihi detuli, māducabo. Cui Holofernes ait, Si defecerint tibi ista quæ tecū detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit Iudith, Viuit anima tua domine meus, quoniam nō expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerūt illam serui eius in tabernaculū quod præcepe B rat. Et petijt dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucem egrediendi foras ad orationem, & deprecandi Dominum. Et præcepit cubicularijs suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandum Deum suum per triduum. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ. Et vt ascendebat, orabat Dominum Deum Israel, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. Et introiens, munda manebat in tabernaculo, vsque dum acciperet escam suam in vespere. Et factum est in quarto die Holofernes C fecit cœnam seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchum suum, Vade, & suade Hebræam illam vt sponte consentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum agendo, vt immunis ab eo transeat. Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit, Non vereatur bona puella introire ad Dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, vt manducet cum eo, & bibat vinum in iucunditate. Cui Iudith respondit, Quæ ego sum, vt contradicam Domino meo? Omne quod erit ante oculos eius bonum & optimū, faciam. Quicquid autem illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & D ingressa steterit ante faciem eius. Cor autem Holofernis cōcussum: est erat enim ardens in concupiscentia eius. Et dixit ad eam Holofernes, Bibe nunc, & accumbe in iucunditate: quoniam inuenisti gratiam coram me. Et dixit Iudith, Bibam Domine, quoniam magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis. Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso ea quæ parauerat illi ancilla eius. Et iucundus factus est Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.



S. Iudith facta ad Deum oratione præcidit caput ebrij Holofernis, quod ad conciues Bethuliæ efferens, eos ad gratiarum actionem hortatur, ipsa verò ab omnibus benedicitur, & Achior viso Holofernis capite obstupescit.

CAP. XIII.

VT autem sero factum est, festinauerūt A serui illius ad hospitia sua, & concluserunt Vagao ostia cubiculi, & abijt. erant autem omnes fatigati à vino. Eratque Iudith sola in cubiculo. Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus. Dixitq; Iudith puellæ suæ vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret. Stetitq; Iudith ante lectum, orans cum lachrymis, & labiorum motu in silentio, dicens,

dicens, Confirma me Domine Deus Israel, respice in hac hora ad opera manuum mearum, vt sicut promisisti, Ierusalem ciuitatem tuam erigas: & hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. Et cùm hæc dixisset, accessit ad columnam, quæ erat ad caput lecti eius, & pugionem eius qui in ea ligatus pendebat, exoluit. Cúmque euaginasset illū, apprehendit comam capitis eius, & ait; Confirma me Domine Deus in hac hora. & percussit bis in ceruicem eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopœum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. Et post pusillum exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suam. Et exierunt duæ, secundum consuetudinem suam quasi ad orationem, & transie- B runt castra: & gyrantes vallem, venerunt ad portas ciuitatis. Et dixit Iudith à longè custodibus murorum, Aperite portas, quoniam no biscū est Deus qui fecit virtutem * in Israel. Et factum est, cùm audissent viri vocem eius, vocauerūt presbyteros ciuitatis. Et occurrerunt ad eam omnes, à minimo vsq; ad maximum: quoniam sperabant eam iam non esse venturā. Et accendentes luminaria cōgyraue runt circa eam vniuersi: illa aūt ascendens in eminentiorem locum iussit fieri silentium. Cumque omnes tacuissent, dixit Iudith, Laudate Dominum Deum nostrum, qui non deseruit sperantes in se: & in me ancilla sua adimpleuit misericordiā suam, quā promisit domui Israel: & interfecit in manu mea hostem populi sui in hac nocte. Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens, Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorū. Et ecce conopœum illius in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi per manum fœminæ percussit illum Dominus Deus noster. Viuit C aūtipse Dominus, quoniam custodiuit me angelus eius & hinc eūtem, & ibi cōmorantem, & inde huc reuertentem: & non permisit me Dominus ancillam suam coinquinari, sed sine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria sua, in euasione mea, & in liberatione vestra. ‖ Confitemini illi omnes, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius. Vniuersi autem adorantes Dominum, dixerunt ad eam, Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per te ad nihilum redegit inimicos nostros. Porrò Ozias princeps populi Israel, dixit ad eam, Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus qui creauit cœlum & terram: qui te direxit in vlnera capitis principis inimicorum nostrorum, quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt nō recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint virtutis Domini in æter D num, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter angustias & tribulationem generis tui, sed subueniisti ruinæ ante cōspectum Dei nostri. Et dixit omnis populus, Fiat fiat. Porrò Achior vocatus venit, & dixit ei Iudith, Deus Israel cui tu testimonium dedisti quòd vlciscatur se de inimicis suis, ipse caput omnium incredulorum incidit in hac nocte in manu mea. Et vt probes quia ita est, ecce caput Holofernis, qui in contēptu superbiæ suæ Deum Israel contempsit, & tibi interitum minabatur, dicens. Cùm captus fuerit populus Israel, gladio perforari præcipiam latera tua. Videns autem Achior caput Holofernis, angustiatus præ pauore cecidit in faciem suā super terram, & æstuauit anima eius. Postea verò quā resumpto spiritu recreatus est prócidit ad pedes eius, & adorauit eam, & dixit, Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur super te Deus Israel.

S. Holofernis capite in muro suspenso, Achiorq; circunciso, Iudæi in Assyrios irruunt, qui Holofernem excitantes, mortuumque inuenientes, vehementi timore concutiuntur.

CAP. XIIII.

DIxit autem Iudith ad omnem popu- A lum, Audite me fratres: Suspendite caput hoc super muros nostros: & erit, cùm exierit sol, accipiat vnusquisq; arma sua, & exite cum impetu: non vt descendatis deorsum, sed quasi impetum facientes. Tunc exploratores necesse erit vt fugiant ad principē suum excitandum ad pugnam. Cumque duces eorum cucurrerint ad tabernaculum Holofernis, & inuenerint eum truncum in suo sanguine volutatum, décidet super eos timor. Cumq; cognoueritis fugere eos, ite post illos securi, quoniam Dominus conteret eos sub pedibus vestris. Tunc Achior videns virtutē B quam fecit Deus Israel, relicto gentilitatis ritu, credidit Deo, & circuncidit carnem præputij sui, & appositus est ad populum Israel, & omnis successio generis eius vsque in hodiernum diem. Mox aūt vt ortus est dies, suspenderunt super muros caput Holofernis, accepitq; vnusquisque vir arma sua, & egressi sunt cum grandi strepitu & vlulatu. Quod videntes exploratores, ad tabernaculum Holofernis cucurrerunt. Porrò hi qui in tabernaculo erant venientes, & ante ingressum cubiculi perstrepentes, excitandi gratia, inquietudinem arte moliebantur, vt non ab excitantibus, sed à sonantibus, Holofernes euigilaret. Nullus enim audebat cubiculum virtutis As- C syriorum pulsando aut intrando aperire. Sed

cùm veniſſent eius duces ac tribuni, & vniuerſi maiores exercitus regis Aſſyriorum, dixerũt cubicularijs: Intrate, & excitate illum, quoniam egreſsi mures de cauernis ſuis, auſi ſunt prouocare nos ad prælium. Tunc ingreſſus Vagao cubiculum eius, ſtetit ante cortinam, & plauſum fecit manibus ſuis: ſuſpicabatur enim illum cum Iudith dormire. Sed cum nullum motum iacentis ſenſu aurium caperet, acceſsit proximans ad cortinam, & eleuans eam, videnſque cadauer abſque capite Holòfernis in ſuo ſanguine tabefactum iacêret ſuper terram, exclamauit voce magna cum fle-
D tu, & ſcidit veſtimenta ſua. Et ingreſſus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exilijt foras ad populũ, & dixit, Vna mulier Hebræa fecit confuſionẽ in domo regis Nabucho donoſor. ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius nõ eſt in illo. Quod cùm audiſſent principes virtutis Aſſyriorum, ſciderunt omnes veſtimenta ſua, & intolerabilis timor & tremor cecidit ſuper eos, & turbati ſunt animi eorum valde. Et factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorum eorum.

S. *Aſſyrij perſequentes Hebræos omnibus relictis fugiunt, at illi ſpolijs colectis plurimum ditati ſunt. Iudith autem à pontifice & populo benedicitur, & quæ Holofernis propria fuerant ipſi traduntur.* CAP. XV.

A CVmque omnis exercitus decollatum Holofernem audiſſet, fugit mens & cõſilium ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ præſidium ſumunt, ita vt nullus loqueretur cum proximo ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnibus, euadere feſtinabãt Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audierant, fugientes per vias camporum & ſemitas collium. Videntes itaque filij Iſrael fugientes, ſecuti ſunt illos. Deſcenderuntq; clangentes tubis, & vlulantes poſt ipſos. Et quoniam Aſ-
B ſyrij non adunati, in fugam ibant præcipites: filij autem Iſrael vno agmine perſequentes, debilitabãt omnes quos inuenire potuiſſent. Miſit itaque Ozias nuntios per omnes ciuitates & regiones Iſrael. Omnis itaque regio, omnisque vrbs, electam iuuentutem, armatam miſit poſt eos, & perſecuti ſunt eos in ore gladij, quouſque peruenirent ad extremitatem finium ſuorum. Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingreſsi ſunt caſtra Aſſyriorum, & prædam quam fugientes Aſſyrij reliquerant,
C abſtulerunt, & onuſtati ſunt valde. Hi verò qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliam, omnia quæ erant illorum abſtulerunt ſecum, ita vt non eſſet numerus in pecoribus, & iumentis, & vniuerſis mobilibus eorum, vt à minimo vſque ad maximum omnes diuites fierent de prædationibus eorum. Ioachim autem ſummus pontifex de Ieruſalem, venit in Bethũliam cum vniuerſis presbyteris ſuis, vt videret Iudith. Quæ cùm exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes, Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & confortatum eſt cor tuum, eo quòd caſtitatem amaueris, & poſt virum tuum, alterum neſcieris: ideò & manus Domini confortauit te, & ideò eris benedicta in æternum. Et dixit omnis populus, Fiat fiat. Per dies autem triginta, vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorum à populo Iſrael. Porrò autem vniuerſa quæ Holofernis peculiaria fuiſſe probata ſunt, dederũt Iudith in auro, & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi à populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

S. *Canticum Iudith ob victoriam: venit populus Ieruſalem holocauſta cum gratiarum actionibus oblaturus. tandemq; Iudith plena dierum moritur, & dies huius victoriæ perpetuo apud Iudæos in numero ſanctorum dierum celebratur.* CAP. XVI.

TVnc cantauit canticum hoc Domino A Iudith, dicens.

Incipite Domino in tympanis, cantate Domino in cymbalis, modulamini illi pſalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius.

Dominus conterens bella, Dominus nomen eſt illi.

Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui, vt eriperet nos de manu omniũ inimicorum noſtrorum.

Venit Aſſur ex montibus ab aquilone in multitudine fortitudinis ſuæ: cuius multitudo obthurauit torrentes, & equi eorum cooperuerunt valles,

Dixit ſe incenſurum fines meos, & iuuenes meos occiſurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem.

Dominus aũt omnipotens nocuit eum, & tradidit eũ in manus fœminæ, & *cõfodit eũ. *cõfixit. 4i

Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, B nec filij Titan percuſſerunt eum, nec excelſi gigantes impoſuerunt ſe illi, ſed Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ diſſoluit eũ.

Exuit enim ſe veſtimẽto viduitatis, & induit ſe veſtimento lætitiæ in exultatione filiorũ Iſrael.

Vnxit faciem ſuam vnguento, & colligauit cincinnos ſuos mitra, accepit ſtolã nouam ad decipiendum illum.

Sandalia eius rapuerunt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animam eius, amputauit pugione ceruicem eius.

Horruerunt Perſæ conſtantiam eius, & Medi audaciam eius.

Tunc vlulauerunt caſtra Aſſyriorum, quãdo apparuerunt humiles mei, areſcentes in ſiti.

Filij puellarum compuxerũt eos, & ſicut pueros fugientes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie domini Dei mei.

Hymnum cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo noſtro.

C Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & quẽ ſuperare nemo poteſt.

Pſal. 32. b. Tibi ſeruiat omnis creatura tua: ‖quia dixiſti, & facta ſunt: miſiſti ſpiritum tuum, & creata ſunt, & non eſt qui reſiſtat voci tuæ.

Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis, petræ ſicut cera liqueſcent ante faciem tuam.

Qui autem timent te, magni erunt apud te per omnia.

Væ genti inſurgenti ſuper genus meum: Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij viſitabit illos.

Dabit enim ignem & vermes in carnes eorũ, vt vrantur & ſentiant vſq; in ſempiternum.

Et factũ eſt poſt hæc, omnis populus poſt victoriam venit in Ieruſalem adorare Dominum: & mox vt purificati ſunt, obtulerunt omnes holocauſta, & vota, & repromiſsiones ſuas. Porrò Iudith vniuerſa vaſa bellica Holofernis quæ dedit illi populus, & conopœum quod ipſa ſuſtulerat de cubili ipſius, obtulit 16. 13. in anathema obliuionis. Erat autem populus D iucundus ſecundum faciem ſanctorum, & per tres menſes gaudium huius victoriæ celebratum eſt cum Iudith. Poſt dies aũt illos vnuſquiſque redijt in domum ſuam, & Iudith magna facta eſt in Bethulia, & præclarior erat vniuerſæ terræ Iſrael. Erat etiam virtuti caſtitas adiuncta, ita vt non cognoſceret virũ omnibus diebus vitæ ſuæ, ex quo defunctus eſt Manaſſes vir eius. Erat autem diebus feſtis procedens cum magna gloria. Manſit autem in domo viri ſui annos centum quinque, & dimiſit Abram ſuam liberam, & defuncta eſt ac ſepulta cum viro ſuo in Bethulia. Luxitq; illam omnis populus diebus ſeptem. In omni autem ſpatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Iſrael, & poſt mortem eius annis multis. Dies autem victoriæ huius feſtiuitatis, ab Hebræis in numero ſanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore vſque in præſentem diem.

Hieronymi in librum Eſther

præfatio.

LIbrum Eſther varijs tranſlatoribus conſtat eſſe vitiatum: quem ego de archiuis Hebræorum releuãs, verbum è verbo expreſsius trãſtuli. Quem librum editio vulgata, laciniosis hinc inde verborum funibus trahit, addens ea quę ex tempore dici poterant, & audiri: ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis, ſumpto themate, excogitare quibus verbis vti potuit qui iniuriam paſſus eſt, vel qui iniuriam fecit. Vos autem ô Paula & Euſtochium, quoniam tantum bibliothecas Hębræorum ſtuduiſtis intrare, & interpretum certami na comprobaſtis, tenentes Eſther Hebraicum librum, per ſingula verba noſtram tranſlationem aſpicite: vt poſsitis agnoſcere, me nihil etiam augmentaſſe addendo, ſed fideli teſtimonio ſimpliciter, ſicut in Hebræo habetur, hiſtoriam Hebraicam Latinæ linguę tradidiſſe. Nec affectamus laudes hominũ, nec vituperationes expaueſcimus. Deo enim placere curãtes, minas hominũ penitus nõ timemus: quoniam * Deus diſsipat oſſa eorum qui hominibus placere deſyderant: & ſecundum Apoſtolum * qui eiuſmodi ſunt, ſerui Chriſti eſſe non poſſunt. Rurſum, in libro Eſther alphabetum ex minio vſque ad Teth literam fecimus diuerſis in locis, volentes ſcilicet ſeptuaginta interpretum ordinem per hoc inſinuare ſtudioſo lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem proſequi, etiam in ſeptuaginta editione maluimus. Pſal. 52. b. Galat. 1. b.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Liber Esther.

S. Assuero ad potentiæ & gloriæ suæ ostentationẽ splendidum celebrante conuiuiũ, regina Vasthi accersita venire recusat, ideoq; repudiatur: & sapientum consilio edictum promulgatur, vt vxores maritis deferant honorem.

CAP. I.

A IN DIEBVS Assueri qui regnauit ab India vsque Aethiopiam super cẽtum vigintiseptem prouincias: quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordium fuit. Tertio igitur anno imperij sui fecit grande conuiuium cunctis principibus, & pueris suis, fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarum coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinẽ, atque iactantiam potentiæ suæ, multo tempore, centũ videlicet & octoginta diebus. Cumq; implerentur dies conuiuij, inuitauit omnem populum qui inuentus est in Susan à maximo vsque ad minimum: & iussit septem diebus conuiuium præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu consitum erat. Et pendebant ex omni parte tento-
*Aerei.16. ria ærei coloris, & carbasini ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis, atque purpureis qui eburneis circulis inserti erant, & colum-
B nis marmoreis fulciebãtur. Lectuli quoq; aurei & argẽtei, super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide, dispositi erant: quod mira varietate pictura decorabat. Bibebant autem qui inuitati erant, aureis poculis, & alijs atque alijs vasis cibi inferebãtur. Vinum quoque, vt magnificentia regia dignum erat, abundans & præcipuum ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum: sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisq; quod vellet. Vasthi quoq; regina fecit conuiuium fœminarum in palatio, vbi rex Assuerus ma-
C nere consueuerat. Itaque die septimo, cùm rex esset hilarior, & post nimiam potationem incaluisset mero, præcepit Mauman & Bazatha & Harbona & Bagatha, & Abgatha & Zethar & Charchas, septem eunuchis qui in conspectu eius ministrabant, vt introducerent reginam Vasthi coram rege, posito super caput eius diademate, vt ostenderet cunctis populis & principibus pulchritudinem illius: erat enim pulchra valde. Quæ renuit, & ad regis imperiũ, quod per eunuchos mandauerat, venire contempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succensus, interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cuncta consilio, scientium leges, ac iura maiorum: (erant autem primi & proximi, Charsena & Sethar & Admátha & Tharsis & Mares & Marsana & Mamuchan, septẽ duces Persarum, atq; Medorũ qui videbant faciẽ regis, & primi post eũ residere soliti erãt) cui sentẽtiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperium, quod per eunuchos mãdauerat, facere noluisset. Respondit-
D que Mamuchan, audiente rege, atque principibus, Non solum regem læsit regina Vasthi, sed & omnes populos, & principes qui sunt in cunctis prouincijs regis Assueri. Egredietur enim sermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros suos, & dicant, Rex Assuerus iussit vt regina Vasthi intraret ad eum, & illa noluit. Atque hoc exemplo omnes principum coniuges Persarum atque Medorum, paruipendent imperia maritorum. vnde regis iusta est indignatio. *Si tibi placet, egrediatur *Et. 6.
edictum à facie tua, & scribatur iuxta legem Persarum atque Medorum, quam præteriri illicitum est, vt nequaquam vltrà Vasthi ingrediatur ad regem, sed regnum illius, altera quæ melior est illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latissimum est) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, & cunctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis suis honorem. Placuit consilium eius regi & principibus: fecitq́ue rex iuxta consilium Mamuchan, & misit epistolas ad vniuersas prouincias regni sui, vt quæque gens audire & legere poterat, diuersis linguis & literis, esse viros principes ac maiores in domibus suis: & hoc per cunctos populos diuulgari.

S. Præ cæteris virginibus Assuero quæsitis Esther neptis occulta Mardochæi Iudei placẽti, regina loco Vasthi facta est, celebrato nuptiarum magnifico conuiuio ac datis muneribus. Porrò Mardochæus ad ostium palatij manens eunuchos regi insidiantes prodit, quod factum Mardochæi annalibus inscribitur.

CAP. II.

HIs ita gestis, postquam regis Assueri A indignatio deferbuerat, recordatus est Vasthi, & quæ fecisset, vel quæ passa esset: dixeruntq́ue pueri regis, ac ministri eius, Quærantur regi puellæ virgines ac speciosæ, & mittantur qui considerent per vniuersas prouincias puellas speciosas, & virgines: & ad ducant eas ad ciuitatem Susan, & tradant eas in domũ fœminarũ sub manu Egæi eunuchi, qui est præpositus & custos mulierũ regiarũ: & ac-



cipiant mundũ muliebrem, & cætera ad vsus necessaria. Et quæcunq; inter omnes oculis regis placuerit, ipsa regnet pro Vasthi. Placuit sermo regi: & ita vt suggesserant, iussit fieri. Erat vir Iudæus in Susan ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iair, filij Semei, filij Cis, de stirpe Iemini qui translatus fuerat
4.Reg. 24.d. de Ierusalem eo tempore quo Iechoniam regem Iuda, Nabuchodonosor rex Babylonis transtulerat, qui fuit nutritius filiæ fratris sui Ediſiæ, quæ altero nomine vocabatur Esther: & vtrunque parentẽ amiserat: pulchra nimis, & decóra facie. Mortuisq́ue patre eius ac matre, Mardochæus sibi eam adoptauit in filiam.
B Cumq́ue percrebruisset regis imperium, & iuxta mandatum illius multæ pulchræ virgines adducerentur Susan, & Egæo traderentur eunucho: Esther quoque inter cæteras puellas ei tradita est, vt seruaretur in numero fœminarum. Quæ placuit ei, & inuenit gratiã in conspectu illius. Et præcepit eunucho vt accelera ret mundum muliebrem, & traderet ei partes suas, & septem puellas speciosissimas de domo regis, & tam ipsam, quã pedissequas eius ornaret atque excoleret. Quæ noluit indicare ei populum & patriam suam. Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret: qui deambulabat quotidie ante vestibulũ domus, in qua electæ virgines seruabantur, curam agens salutis Esther, & scire volens quid ei accideret.

Cùm aũt venisset tempus singularum per ordinem puellarum, vt intrarent ad regem, expletis omnibus quæ ad cultum muliebrẽ pertinebant, mensis duodecimus vertebatur: ita duntaxat, vt sex mẽsibus oleo vngerentur mirtino, & alijs sex quibusdam pigmentis & aro-
C matibus vterentur. Ingredienteſq; ad regem, quicquid postulassent ad ornatum pertinens, accipiebant: & vt eis placuerat, compositæ, de triclinio fœminarum ad regis cubiculum
*Dedecebatur. 6. transibant. Et quæ intrauerat vespere, egrediebatur mane, atque inde in secundas ædes *deducebantur quæ sub manu Susagazi eunuchi

erant, qui concubinis regis præsidebat: hæc habebat potestatem ad regem vltrà redeundi, nisi voluisset rex, & eam venire iussisset ex nomine. Euoluto autem tempore per ordinẽ, instabat dies quo Esther filia Abiháil fratris Mardochæi, quam sibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quæ non quæsiuit muliebrem cultum, sed quæcunque voluit Egæus eunuchus custos virginũ, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine: omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Ducta est itaque ad cubiculum regis Assueri mẽse decimo qui vocatur Tebeth, septimo anno regni eius. Et adamauit eam rex plus quàm omnes mulieres, habuitq́ue gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius, fecitq́; eam regnare in loco Vasthi. Et iussit conuiuiũ præparari D
permagnificum cunctis principibus, & seruis suis pro coniunctione, & nuptijs Esther. Et dedit requiem vniuersis prouincijs, ac dona largitus est iuxta magnificentiam principalẽ. Cumq́; & secundò quærerentur virgines & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam regis. necdum prodiderat Esther patriã & populũ suum, iuxta mandatum eius. Quicquid enim ille præcipiebat, obseruabat Esther: & ita cuncta faciebat vt eo tempore solita erat quo eam paruulam nutriebat. Eo igitur tempore quo Mardochæus ad regis ianuam morabatur, irati sunt Bagathan & Thares duo eunuchi regis qui ianitores erãt, & in primo palatij limine præsidebant: voluerúntq; insurgere in regẽ, & occidere eum. Quod Mardochæum non latuit: statimq́; nuntiauit regi næ Esther: & illa regi ex nomine Mardochæi qui ad se rem detulerat. Quæsitum est, & inuentum: & appensus est vterque eorum in patibulo. *Mandatumq́ue est historijs, & an- *Et iussit rex vt in libro memoriali scriberetur pro vita sua aliquid repensaretei.
nalibus traditum coram rege.

S. Aman à rege sublimatus indignatur, quòd solus Mardochæus Iudæus ipsum non adoret, quapropter omnium Iudæorum interitum ab Assuero impetrat, mittitq́; ad vniuersas prouincias literas regis annulo signatas, vt tertiodecimo die mensis duodecimi vniuersi vbiq́ue Iudæi occidantur.

CAP. III.

POst hæc rex Assuerus exaltauit Aman A
filiũ Amadathi qui erat de stirpe Agag, & posuit solium eius super omnes principes quos habebat. Cunctiq́ue serui regis qui in foribus palatij versabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: sic enim præcepe rat eis imperator. Solus Mardochæus non flectebat genu, neque adorabat eum. Cui dixerunt pueri regis qui ad fores palatij præsidebant,

Universidad de Deusto
Biblioteca

bant. Cur præter cæteros non obseruas mandatum regis? Cumque hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire, nuntiauerunt Aman, scire cupientes vtrum perseueraret in sententia. dixerat enim eis se esse Iudæum. Quod cum audisset Aman, & experimẽto probasset quòd Mardochæus non flecteret sibi genu, nec se adoraret, iratus est valde, & pro nihilo duxit
B in vnũ Mardochæum mittere manus suas. audierat enim quòd esset gentis Iudææ. magisque voluit omnem Iudæorum, qui erant in regno Assueri perdere nationem. Mense primo (cuius vocabulum est Nisan) anno duodecimo regni Assueri, missa est sors in vrnã, quæ Hebraicò dicitur phur, coram Aman, quo die & quo mense gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit mensis duodecimus qui vocatur Adar. Dixitque Aman regi Assuero, Est populus per omnes prouincias regni tui dispersus, & à se mutuò separatus, nouis vtés legibus & ceremonijs, insuper & regis scita
C contemnens. Et optimè nosti quòd non expediat regno tuo vt insolescat per licentiam. Si tibi placet, decerne vt pereat, & decem milia talentorum appendam arcarijs gazæ tuæ. Tulit ergo rex annulum quo vtebatur, de manu sua, & dedit eum Aman filio Amadathi de progenie Agag, hosti Iudæorum, dixitq; ad eum, Argentum quod tu polliceris, tuũ sit: de
*amit. 5. populo *age quod tibi placet. Vocatique sunt scribæ regis mense primo, Nisan, tertia decima die eiusdem mensis: & scriptum est, vt iusserat Aman, ad omnes satrapas regis, & iudices prouinciarum, diuersarúmque gentium,
D vt quæque gens legere poterat, & audire pro varietate linguarum, ex nomine regis Assueri: & literæ signatæ ipsius annulo, missæ sunt per cursores regis ad vniuersas prouincias, vt occiderent atq; delerent omnes Iudæos, à puero vsque ad senem, paruulos & mulieres, vno die, hoc est tertiodecimo mensis duodecimi qui vocatur Adar, & bona eorum diriperent. Summa autem epistolarum hæc fuit, vt omnes prouinciæ scirent & pararent se ad prædictam diem. Festinabãt cursores qui missi erant, regis imperium explere. Statimq; in Susan pependit edictum, rege & Aman celebrante conuiuium, & cunctis Iudæis' qui in vrbe
p. 4. erant, flentibus.

S. *Luctus Mardochæi ac reliquorum Iudæorum ob paratum ipsis interitum: Esther autem vt iussu Mardochæi Iudæorum neci occurrat, & non vocata ad regem ingrediatur, iubet cum ieiunio pro se triduò orari, idem ipsa faciente.*

CAP. IIII.

QVæ cum audisset Mardochæus, scidit A vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerem capiti: & in platea mediæ ciuitatis voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eiulatu vsque ad fores palatij gradiens. Non enim erat licitum, indutum sacco aulam regis intrare. In omnibus quoque prouincijs, oppidis ac locis, ad quæ crudele regis dogma peruenerat, planctus ingens erat apud Iudæos, ieiunium, vlulatus, & fletus, sacco & cinere multis prostratu vtẽtibus. Ingressæ autem sunt puellæ Esther & eunuchi, nuntiauerunt̃que ei. Quod audiens consternata est: & vestem misit, vt ablato sacco' induere et eam: 'quam accipere noluit. Accitoque Athach eunucho, quẽ rex ministrum ei dederat, præcepit ei vt iret B ad Mardochæum, & disceret ab eo cur hoc faceret. Egressusq; Athach, iuit ad Mardochæum stantem in platea ciuitatis, ante ostium palatij, qui indicauit ei omnia quæ acciderat, quomodo Aman promisisset vt in thesauros regis pro Iudæorum nece inferret argentum. exemplar quoque edicti quod pendebat in Susan, dedit ei vt reginæ ostenderet, & moneret eam vt intraret ad regem, & deprecaretur eũ pro populo suo. Regressus Athach, nuntiauit C Esther, omnia quæ Mardochæus dixerat. Quæ respondit ei, & iussit vt diceret Mardochæo, Omnes serui regis, & cunctæ quæ sub ditione eius sunt norunt prouinciæ, quòd siue vir, siue mulier non vocatus, interius atrium regis intrauerit, absque vlla cunctatione statim interficiatur: nisi fortè rex auream virgam ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atque ita possit viuere. Ego igitur quomodo ad regem intrare potero quæ triginta iam diebus non sum vocata ad eum? Quod cum audisset Mar
D dochæus, rursum mandauit Esther, dicens, Ne putes quod animam tuam tantum liberes, quia in domo regis es præ cunctis Iudæis. si enim nũc siluueris, per aliam occasionem̃ libẽrabũtur Iudæi: & tu, & domus patris tui peribitis. Et quis nouit vtrum ideirco ad regnum veneris, vt in tali tẽpore parareris? Rursumq; Esther hæc Mardochæo verba mãdauit, Vade, & cõgrega omnes Iudæos, quos in Susan repereris, & orate pro me. Non comedatis, & nõ bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cum ancillis meis similiter ieiunabo, & tũc ingrediar ad regem, contra legem faciens, non vocata, tradensq; me morti & periculo. Iuit itaq; Mardochæus, & fecit omnia quæ ei Esther præceperat.

S. *Esther ad regẽ ingressa postulat, vt cũ Amã ad suũ veniat cõuiuium, in quo ab exhilarato rege de sua petitione interrogata, rursum vtrũque ad sequẽtis diei cõuiuium inuitat: interea Aman*

Aman indignatus se à Mardochæo non honorari, crucem illi parat.

CAP. V.

A DIe autem tertio induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius, contra basilicam regis: at ille sedebat super solium suum in cõsistorio palatij, contra ostium domus. Cumq; vidisset Esther reginam stantẽ, placuit oculis eius, & extendit cõtra eam virgam auream quam tenebat manu. Quæ accedẽs, osculata est summitatẽ virgæ eius. Dixitque ad eam rex, Quid vis Esther regina? quæ est petitio tua? etiam si dimidiam partẽ regni
B petieris, dabitur tibi. At illa respondit, Si regi placet, obsecro vt venias ad me hodie, & Amã tecum ad conuiuium quod paraui. Statimq; rex, Vocate, inquit, cito Aman, vt Esther obediat voluntati. Venerunt itaq; rex & Aman
Ibidem. 6. c. ad cõuiuium quod eis regina parauerat. Dixitque ei rex, post quam vinum biberat abundanter, Quid petis vt detur tibi? & pro qua re postulas? etiam si dimidiam partẽ regni mei petieris, impetrabis. Cui respondit Esther, Petitio mea, & preces sunt istæ: Si inueni in cõspectu regis gratiã, & si regi placet vt det mihi quod postulo, & meam impleat petitionem: veniat rex & Aman ad conuiuium quod paraui eis, & cras aperiam regi voluntatem meã.
C Egressus est itaq; illo die Aman lætus & alacer. Cumq; vidisset Mardochæum sedentem ante fores palatij, & non assurrexisse sibi, sed nec motum quidem de loco sessionis suæ, indignatus est valde: & dissimulata ira reuersus in domum suã, conuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorem suam: & exposuit illis magnitudinem diuitiarum suarum, filiorúmque turbam, & quanta eum gloria super omnes principes & seruos suos rex eleuasset. Et post hæc ait, Regina quoque Esther nullum alium vocauit ad conuiuium cum rege, preter me: apud quam etiã cras cum rege pran
D surus sum. Et cùm hæc omnia habeam, nihil me habere puto, quandiu videro Mardochæũ Iudæum sedentem ante fores regias. Respondérũntque ei Zares vxor eius, & cæteri amici, Iube parari excelsam trabem, habentem altitudinis quinquaginta cubitos: & dic mane
*placuit ij. regi vt appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ac conuiuium. Placuit' ei consilium, & iussit excelsam præparari crucem.

S. *Rex in lectis sibi nocte annalibus Mardochæi fidelitatem in detectis aduersus regem eunuchorum insidijs reperiens, iubet ipsum vt secundũ à rege per Aman honorari.*

CAP. VI.

NOctem illam duxit rex insomnem, iussitque sibi afferri hystorias & an- A nales priorum temporum. Quæ cum illo præsente legerentur, ventum est ad illum locum vbi scriptum erat quomodo nuntiasset Mardochæus insidias Bagathã & Thares eunuchorum, regem Assuerum iugulare cupiẽtium. Quod cùm audisset rex, ait, Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus cõsecutus est? Dixerunt ei serui illius ac ministri, Nihil omnino mercedis accepit.

Statimque rex, Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe interius atrium domus regiæ B intrauerat, vt suggereret regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo quod ei fuerat præparatum. Responderunt pueri, Aman stat in atrio. Dixitque rex, Ingrediatur. Cumque esset ingressus, ait illi, Quid debet fieri viro, quẽ rex honorare desyderat? Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans quòd nullum alium rex, nisi se, vellet honorare, respondit, Homo quem rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs: & imponi super equũ qui de sella regis est, & accipere regium diadema super caput suum, & primus de regijs principibus ac tyrannis teneat equum eius: & per platéam ciuitatis incedens, clamet & dicat, Si ho C norabitur, quencunque voluerit rex honorare. Dixitque ei rex, Festina, & sumpta stola & equo, fac vt locutus es, Mardochæo Iudæo qui sedet ante fores palatij. Caue ne quicquã de his quæ locutus es prætermittas. Tulit itaque Aman stolã & equum, indutúmq; Mardochæum, in platéa ciuitatis, & impositum equo præcedebat, atq; clamabat, Hoc honore condignus est, quencunq; rex voluerit honorare. Reuersusque est Mardochæus ad ianuã D palatij: & Amã festinauit ire in domum suã, lugens & operto capite: narrauitq; Zares vxori suæ, & amicis omnia quæ euenissent sibi. Cui respondérũt sapientes quos habebat in consilio, & vxor eius, Si de semine Iudæorum est Mardochæus, ante quem cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in cõspectu eius. Adhuc illis loquentibus, venerunt eunuchi regis, & cito eũ ad conuiuiũ quod regina parauerat, pergere compulerunt.

S. *Esther in conuiuio regem pro sua & populi sui vita precatur, & Aman Iudæorum aduersarium accusat, quem rex in cruce ab illo parato Mardochæo suspendi iubet.*

CAP. VII.

INtrauit itaque rex & Aman, vt biberent A cum regina. Dixitq; ei rex etiam secunda die, postquam vino incaluerat, Quæ est petitio tua Esther, vt detur tibi? & quid vis fieri? etiã si dimidiam partẽ regni mei petieris, impetrabis. Ad quẽ illa respondit, Si inueni gratiam

ni gratiam in oculis tuis ô rex, & si tibi placet, dona mihi animam meã pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus ego & populus meus, vt conteramur,
B iugulemur, & pereamus. Atque vtinam in seruos & famulas venderemur, esset tollerabile malum, & gemens tacerem. Nunc autẽ hostis noster est, cuius credulitas redũdat in regem. Respondensque rex Assuerus ait, Quis est iste, & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere? Dixitque Esther, Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Quod ille audiens, ili cò obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre nõ
C sustinens. Rex autem iratus surrexit, & de locò conuiuij intrauit in hortum arboribus cõsitum. Aman quoque surrexit, vt rogaret Esther reginam pro anima sua. intellexit enim à rege sibi paratum malum. Qui cum reuersus esset de horto nemoribus consito, & intrasset conuiuij locum, reperit Aman super lectulum corruisse, in quo iacebat Esther, & ait, Etiam reginam vult opprimere, me præsente, in domo mea. Necdũ verbum de ore regis exie
D rat, & statim operuerunt faciem eius. Dixitq; Harbona, vnus de eunuchis qui stabat in ministerio regis: En lignum quod parauerat Mardochæo, qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex, Appendite eum in eo. Suspensus est itaque Aman in patibulo quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

S. Esther exaltato Mardochæo, veteres Aman literas nouis irritans, Iudæis securitatem impetrat, & vt se de suis inimicis vlciscantur, vn de maxima vbiq; lætitia exoritur.

CAP. VIII.

A Die illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domum Amã aduersarij Iudæorũ, & Mardochæus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei Esther, quòd esset patruus suus. Tulitque rex annulum quẽ ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochæum super domum suam. Nec his contenta, procidit ad pedes regis: fleuitque, & locuta ad eum orauit, vt malitiam Aman Agagitæ, & machinationes eius pessimas, quas excogitauerat cõtra Iudæos, iuberet irritas fieri. At ille ex more sceptrum aureum prætendit manu, quo signum clementiæ monstrabatur. Illaq; consurgens stetit ante eum, & ait, Si placet regi, & si inueni gratiam in oculis eius, & deprecatio mea non ei videtur contraria, obsecro vt no-
B uis epistolis veteres Aman literæ insidiatoris & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis regis prouincijs perire præceperat, corrigantur. Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionem populi mei? Responditq; rex Assuerus Esther reginæ, & Mardochæo Iudæo, Domum Aman concessi Esther: & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manum mittere in Iudæos. Scribite ergo Iudæis, sicut vobis placet, ex regis nomine, signantes literas annulo meo. Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebãtur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. Accitisque scribis & librarijs regis (erat autem tempus tertij mensis qui appellatur Siban) vicesima & tertia die illius scriptæ sunt epistolæ, vt Mardochæus voluerat: ad Iudæos & ad principes, procuratoresq; & iudices, qui centum vigintiseptem prouincijs ab India vsque ad Aethiopiam præsidebant: prouinciæ atque prouinciæ, populo & populo, iuxta linguas & literas suas, & Iudæis, prout legere poterant, & audire. Ipsæq; epistolæ, quæ ex regis nomine mittebantur, annulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per veredarios: qui per omnes prouincias discurrẽtes, veteres literas nouis nũcijs præuenirent. Quibus imperauit rex, vt cõuenirent Iudæos per singulas ciuitates, & in vnum præciperent congregari, vt starent pro animabus suis, & omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus interficerent atque delerent. Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est tertiadecima mensis duodecimi Adar. Summaque epistolæ hæc
D fuit, vt in omnibus terris ac populis, qui regis Assueri subiacebant imperio, notum fieret paratos esse Iudæos ad capiendam vindictam de hostibus suis. Egressiq; sunt veredarij celeres nuntia perferentes, & edictum regis pependit in Susan. Mardochæus autem de palatio, & de conspectu regis egrediens, fulgebat vestibus regijs, hyacinthinis videlicet & ærinis, coronam auream portans in capite, & amictus serico pallio atque purpureo. Omnisque ciuitas exultauit, atq; lætata est. Iudæis autem noua lux oriri visa est, gaudium, honor, & tripudium. Apud omnes populos, vrbes, atque prouincias, quocunque regis præcepta venie bant, mira exultatio, epulæ atque conuiuia, & festus dies: in tantum vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni & ceremonijs iungerentur. Grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat.

S. Iudæi passim hostes suos trucidant, & suspensis decem filijs Aman, diem Phurim, hoc est Sortium, perpetuò solennem Mardothæus instituit.

CAP. IX.

Igitur

A Igitur duodecimi mensis, quem Adar vocari antè iam diximus, tertiadecima die, quando cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorum inhiabant sanguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperunt, & sede aduersarijs vindicare. Congregatiq; sunt per singulas ciuitates & oppida & loca, vt extenderent manum contra inimicos, & persecutores suos. Nullusque ausus est resistere, eò quod omnes populos magnitudinis eorum formido [a] penetraret. Nam & prouinciarum iudices, & duces, & procuratores, omnisq; dignitas, quæ singulis locis ac operibus præerat, extollebant Iudæos timore Mardochæi: quẽ principem esse palatij, & plurimũ posse cognouerant. fama quoque nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat.
B Itaque percusserunt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddentes eis quod sibi parauerant facere: in tantum vt etiã in Susan quingentos viros interficerent, extra decem filios Aman Agagitæ hostis Iudæorũ: quorum ista sunt nomina, Pharsandátha, & Delphon, & Esphátha, & Phorátha, & Adalia, & Aridatha, & Pherméfta, & Arisai, & Aridai, & Iezatha. Quos cùm occidissent, Prædas [b] de substãtijs eorum 'agere' noluerunt. Statimque numerus eorum qui occisi erãt in Susan, ad regem relatus est. Qui dixit reginæ, In vrbe Susan interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decem filios Aman: quantam putas eos exercere cædem in vniuersis prouin-
C cijs? Quid vltra postulas? & quid vis vt fieri iubeam? Cui illa respondit, Si regi placet, detur potestas Iudæis: vt sicut fecerunt hodie in Susan, sic & cras faciant, & decem filij Aman in patibulis suspendantur. Præcepitq; rex vt ita fieret. Statimque in Susan pependit edictum, & decem filij Aman suspensi sunt. Congregatis Iudæis quartadecima die mensis Adar, interfecti sunt in Susan trecenti viri: nec eorum ab illis direpta substantia est. Sed & per omnes prouincias quæ ditioni regis subiacebant, pro animabus suis steterunt Iudæi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: in tantum vt septuagintaquinque millia occisorum implerentur, & nullus de substantijs eorum quicquam contingeret. Dies autem tertiusdecimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quartadecima die
D cædere desierunt. Quem constituerunt esse solennem, vt in eo omni tempore deinceps vacarent epulis, gaudio atque conuiuijs. At hi qui in vrbe Susan cædem exercuerant, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdem mensis in cæde versati sunt: quintodecimo autem die percutere desierunt. Et idcirco eundẽ diẽ constituerunt solennem epularum atque lætitiæ. Hi verò Iudæi qui in oppidis non mura tis ac villis morabantur, quartumdecimum diem mensis Adar conuiuiorum & gaudij decreuerunt, ita vt exultent in eo, & mittant sibi mutuò partes epularum & ciborum. Scripsit itaque Mardochæus omnia hæc, & literis cõprehensa misit ad Iudæos qui in omnibus regis prouincijs morabãtur, tã in vicino posi E tis quã procul, vt quartãdecimam & quintam decimam diem mẽsis Adar pro festis susciperent, & reuertẽte semper anno solenni celebrãrẽt honore: quia in ipsis diebus sẽ vlti sunt Iudæi de inimicis suis, & luctus atq; tristitia in hilaritatẽ gaudiumq; conuersi sunt, essentq; dies isti epularũ atq; lætitiæ, & mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. Susceperuntq; Iudæi in solennem ritum cuncta quæ eo tempore facere cœperãt, & quæ Mardochæus literis facien da mandauerat. Aman enim, filius Amadathi stirpis Agag, hostis & aduersarius Iudæorũ, cogitauit cõtra eos malum, vt occideret illos, atque deleret: & misit [c] phur, quod nostra lin Supra. 3. c gua vertitur in sortem. Et postea ingressa est F Esther ad regem, obsecrans vt conatus eius literis regis irriti fierent: & malum quod contra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput eius. Denique & ipsum & filios eius affixerũt cruci, atque ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, id est sortium: eo quòd phur, id est sors, in vrnam missa fuerit. Et cuncta quæ gesta sunt, epistolæ, id est libri huius voluminе continentur: quæque sustinuerunt, & quæ deinceps immutata sunt, susceperunt Iudæi super se & semen suum, & super cunctos qui religione eorum voluerunt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absque solennitate transigere: quos scriptura testatur, & [d] cætera' expe [d] cert. 4. 7. tunt tempora annis sibi iugiter succedentibus. Isti sunt dies, quos nulla vnquam delebit obliuio: & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt: nec est G vlla ciuitas, in qua dies phurim, id est sortium, non obseruentur à Iudæis, & ab eorum progenie, quæ his ceremonijs obligata est. Scripseruntque Esther regina filia Abihail, & Mardochæus Iudæus etiam secundam epistolam, vt omni studio dies ista solenni sanciretur in posterum. & miserunt ad omnes Iudæos, qui in centum vigintiseptem prouincijs regis Assueri versabantur, & vt haberent pacem, & susciperent veritatem, obseruantes Dies sortium, & suo tempore cum gaudio celebrarent: sicut constituerant Mardochæus & Esther: & illi obseruanda susceperunt à se, & à semine suo ieiunia, & clamores, & Sortium dies. & omnia quæ libri huius, qui vocatur Esther, historia continentur.

S. Somnij

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. Somnij Mardochæi declaratio, reducto Iudæorum populo in libertatem.

CAP. X.

A REx verò Assuerus omnem terram, & cunctas maris insulas fecit tributarias: cuis fortitudo & imperium, & dignitas atq; sublimitas, qua exaltauit Mardochæum, scripta sunt in libris Medorum atq; Persarum: & quomodo Mardochæus Iudaici generis secundus à rege Assuero fuerit: & magnus apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrũ suorum, quærés bona populo suo, & loquens ea quæ ad pacem seminis sui pertinerent.

B Quæ habentur in Hebræo, plena fide expresi. Hæc autem quæ sequuntur, scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorum lingua & literis continentur: & interim post finem libri hoc capitulum ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est, veru prænotauimus.

Dixitque Mardochæus, A Deo facta sunt ista. Recordatus sum somnij quod videram, hæc eadem significãtis: nec eorum quicquam irritum fuit. Paruus fons qui creuit in fluuiũ, & in lucem, solemque conuersus est, & in aquas plurimas redundauit: Esther est, quam C rex accepit vxorẽ, & voluit esse reginam. Duo autem dracones: ego sum, & Aman. Gentes quæ conuenerant: hi sunt qui conati sunt delere nomen Iudæorum. Gens autem mea: Israel est, quæ clamauit ad Dominum, & saluũ fecit Dominus populum suum: liberauitque nos ab omnibus malis, & fecit signa magna atq; portenta inter gentes: & duas sortes esse præcepit, vnam populi Dei, & alteram cunD ctarum gentium. venitque vtraque sors in statutum ex illo iam tempore diem coram Deo vniuersis gentibus: & recordatus est Dominus populi sui, ac misertus est hæreditatis suæ. Et obseruabũtur dies isti in mense Adar quartadecima, & quintadecima die eiusdem mensis, cum omni studio, & gaudio in vnum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationis populi Israel.

S. Somnium Mardochæi.

CAP. XI.

A ANno quarto regnantibus Ptolemæo & Cleopatra, attulerunt Dositheus, qui se sacerdotem, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemæus filius eius hanc epistolam phurim, quam dixerunt interpretatum esse Lysimachum Ptolemæi filium in Ierusalem.

Hoc quoq; principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud vllum fertur interpretum.

Anno secũdo, regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somniũ Mardo B chæus, filius Iairi, filij Semei, filij Cis de tribu Bẽiamin: homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Susis, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ. Erat aũt de eo numero captiuorum quos transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia rege Iuda: & hoc eius somniũ fuit, Apparuerũt voces, & tumul C tus, & tonitrua, & terræmotus, & conturbatio super terrã: & ecce duo dracones magni, paratiq; cõtra se in prælium. Ad quorũ clamorem cũctæ cõcitatæ sunt nationes, vt pugnaret cõtra gentem iustorum. Fuitq; dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis, & angustiæ, & ingens formido super terram. Conturbataque est gens iustorum timentium mala sua, & præparata ad mortem. Clamauerunt q; ad D Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclitos. Quod cùm vidisset Mardochæus, & surrexisset de stratu, cogitabat quid Deus facere vellet: & fixum habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

S. Manifestatio insidiarum eunuchorum in regem à Mardochæo, ex secundo capite repetita.

CAP. XII.

MOrabatur autem eo tempore in aula A regis cum Bagatha & Thara eunu- Supr. hab. chis regis, qui ianitores erant palatij. Supr. 6. 2. Cumq; intellexisset cogitationes eorum, & curas diligentius peruidisset, didicit quòd conarentur in regem Artaxerxem manus mittere, & nuntiauit super eo regi. Qui de vtroque B habita quæstione, cõfessos iussit duci ad mortem. Rex autem quod gestum erat, scripsit in commentarijs: sed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. Præcepitque ei rex, vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione C muneribus. Aman verò filius Amadathi bugeus erat glorioſissimus coram rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti. D

Hucusque proœmium.

Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, vbi scriptũ est in volumine, Et diripuerunt bona, vel substantias eorum, quæ in sola vulgata editione reperimus.

Epistolæ autem hoc exemplar fuit.

S. Exemplar epistolæ quam misit Aman ad principes prouinciarum super cæde Iudæorum, & Mardochæi oratio pro eorum liberatione.

CAP. XIII.

REx maximus Artaxerxes ab India vsq; A Aetiopiam, cẽtum vigintiseptem Prouinciarum principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutem. Cùm plurimis gentibus imperarem, & vniuersum orbem meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia

mentia & lenitate gubernare subiectos: vt absque vllo terrore vitam silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Quærente autem me à consiliarijs meis, quomodo posset hoc impleri, vnus qui sapientia & fide cæteros præcellebat, & erat post regem secundus, Aman nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarum populum esse dispersum, B qui nouis veteretur legibus, & contra omniũ gentium consuetudinem faciens, regum iussa contemneret, & vniuersarum concordiam nationum sua dissensione violaret. Quod cùm didicissemus, videntes vnam gentẽ rebellem aduersus omne hominum genus peruersis viti legibus, nostrisque iusionibus contraire, & turbare subiectarum nobis prouinciarum pacem atque concordiam: iussimus vt quoscunque Aman, qui omnibus prouincijs præpositus est, & secundus à rege, & quem patris loco colimus, monstrauerit: cum coniugibus ac liberis deleantur ab inimicis suis, nullusq; C eorum misereatur quartadecima die duodecimi mensis Adar, anni præsentis: vt nefarij homines vno die ad inferos descendentes, reddant imperio nostro pacem, quam turbauerant.

Hucusque exemplar epistolæ.

Quæ sequuntur, post eum locum scripta reperi, vbi legitur, Pergensque Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Esther, Nec tamen habentur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

Mardochæus autem deprecatus est Dominum, memor omnium operum eius, & dixit, Domine Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta sunt posita: & non est qui possit tuæ resistere voluntati, si decreueris saluare Israel. Tu fecisti cœlũ & terram, & quicquid cœli ambitu continetur: Dominus omnium es, nec est qui resistat maiestati tuæ. Cũcta nosti, & scis quia non pro superbia & D cõtumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt non adorarem Aman superbissimum. Libenter enim pro salute Israel etiam vestigia pedum eius deosculari paratus essem: sed timui ne honorem Dei mei transferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem excepto Deo meo. Et nunc Domine rex Deus Abraham miserere populi tui, qui volunt nos inimici nostri perdere, & hæreditatem tuam delere, Ne despicias partem tuam quam redimisti tibi de Aegypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti & funiculo tuo, & conuerte luctum nostrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium. Omnis quoque Israel pari mente & obsecratione clamauit ad Dominũ, eò quod eis certa mors impenderet.

S. Plangit Esther, Deum in spiritu humilitatis obsecrans.

CAP. XIIII.

ESther quoque regina confugit ad Do- A minum pauens periculum quod immi nebat. Cumque deposuisset vestes regias, fletibus & luctui apta indumenta suscepit, & pro vnguentis varijs cinere & stercore impleuit caput, & corpus suũ humiliauit ieiunijs: omniaq; loca in quibus antea lætari consueuerat, criniũ laceratione compleuit. Et deprecabatur Dominum Deum Israel, dicens, Domine mi, qui rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuis præter te nullus est auxiliator alius. Periculum meum in manibus meis est. Audiui à patre meo quod tu Domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hæreditatẽ sempiternam, feciſtiq; eis sicut locutus es. Peccauimus in conspectu B tuo, & idcirco tradidisti nos in manus inimicorum nostrorum: coluimus enim deos eorum. Iustus es domine. Et nunc non eis sufficit quod durissima nos opprimunt seruitute, sed robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promissa, & delere hæreditatem tuã &, & claudere ora laudantium te, atq; extinguere gloriam templi & altaris tui, vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum. Ne tradas Domine sceptrum tuum his qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed conuerte consilium eorum super eos, & eum qui in C nos cœpit sæuire, disperde. Memento Domine, & ostende te nobis in tempore tribulationis nostræ, & da mihi fiduciam Domine rex deorum, & vniuersæ potestatis: tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat, & cæteri qui ei consentiunt. Nos autem libera in manu tua, & adiuua me, nullum aliud auxilium habentem, nisi te Domine, qui habes omnium scientiam, & nosti quia oderim gloriam iniquorũ, & detester cubile incircuncisorum, & omnis alienigenæ. Tu scis necessitatem meam, D quod abominer signum superbiæ & gloriæ meæ, quod est super caput meum in diebus ostentationis meæ, & detester illud quasi pannum menstruatæ, & non portem in diebus silentij mei, & quod non comederim in mensa Aman, nec mihi placuerit conuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: & nunquam lætata sit ancilla tua, ex quo huc translata sum vsque in præsentem diem, nisi in te Domine Deus Abraham. Deus fortis super omnes, exaudi vocem eorum qui nullam aliam

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliam spem habent,& libera nos de manu iniquorum,& erue me à timore meo.

S. Mandante Mardochæo, intrat Esther ad regem, vultu illius exterrita.

CAP. XV.

Hæc quoq; addita reperi in editione vulgata.

A ET mandauit ei (haud dubium quin Esther Mardochæus) vt ingrederetur ad regẽ, & rogaret pro populo suo & pro patria sua.memorare(inquit) dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita sis in manu mea, quia Aman secundus à rege locutus est contra nos in mortem: & tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Necnon & ista quæ subdita sunt.

B Die autem tertio deposuit vestimenta ornatus sui, & circundata est gloria sua. Cumque regio fulgeret habitu, & inuocasset omnium rectorem & saluatorem Deum, assumpsit duas famulas: & super vnam quidem innitebatur, quasi præ delicijs & nimia teneritudine corpus suum ferre non sustinens: altera autem famularum sequebatur dominam, defluentia in humum induméta sustentans. Ipsa autem roseo colore vultum perfusa, & gratis ac nitentibus oculis tristem celabat animum, & nimio timore contractum. Ingressa igitur cuncta per ordinem ostia stetit contra regem, vbi ille residebat super solium regni sui, indutus vestibus regijs, auroque fulgens & pretiosis lapidibus, eratque terribilis aspe-C ctu. Cumque eleuasset faciem, & ardentibus oculis furorem pectoris indicasset, regina corruit,& in pallorem colore mutato, lassum super ancillulam reclinauit caput. Conuertitq; Deus spiritum regis in mansuetudinem: & festinus ac metuens exiliuit de solio: & sustentans eam vlnis suis,donec rediret ad se:his verbis blãdiebatur, Quid habes Esther?Ego sum frater tuus, noli metuere.Non morieris: non enim pro te,sed pro omnibus hæc lex cõstituta est.Accede igitur,& tange sceptrum.Cumque illa reticeret,tulit auream virgam, & posuit super collum eius, & osculatus est eam, D & ait, Cur mihi non loqueris? Quæ respondit, Vidi te Domine quasi angelum Dei, & conturbatum est cor meum præ timore gloriæ tuæ.Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena est gratiarum. Cumque loqueretur, rursus corruit, & penè exanimata est. Rex autem turbabatur,& omnes ministri eius consolabantur eam.

S. Assueri epistola pro Iudæorum salute cum inimicorum suorum interemptione, ad singulas regni prouincias, irritando epistolam missam ab Aman.

CAP. XVI.

Exemplar epistolæ regis Artaxerxis, quam pro Iudęis ad totas regni sui prouincias misit, quod & ipsum in Hebraico volumine non habetur.

REx magnus Artaxerxes,ab India vsque A Aethiopiam centum vigintiseptem prouinciarum ducibus ac principus, qui nostræ iusioni obediunt, salutem dicit. Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus est,abusi sunt in superbiam:& non solum subiectos regibus nituntur opprimere,sed datam sibi gloriam non ferentes, in ipsos qui dederunt, moliuntur insidias. Nec contenti sunt gratias non agere beneficijs, & humanitatis in se iura violare, sed Dei quoq; cũcta cernentis arbitrãtur se posse fugere sententiam. Et in tantum vesaniæ proruperunt, vt eos qui credita sibi officia diligenter obseruant, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni sint, mendaciorum "cuniculis' conentur subuertere, dum aures principum simplices,& ex sua natura alios æstimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res & ex veteri- B bus probatur historijs, & ex his quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam suggestionibus regum studia deprauentur. Vnde prouidendum est paci omnium prouinciarum.Nec putare debetis, si diuersa iubeamus, ex animi nostri venire leuitate,sed pro qualitate & necessitate temporum, vt reipublicæ poscit vtilitas, ferre sententiam.Et vt manifestius quod dicimus intelligatis. Aman filius Amadathi, & animo & gente Macedo, alienusque à Persarum sanguine,& pietatem nostram sua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis susceptus est: & tantam in se expertus humanitatem, vt pater noster vocaretur,& adoraretur ab omnibus, post regem secundus: qui in tantum arrogantiæ tumorem sublatus est,vt regno priuare nos niteretur & spiritu. Nam Mardochæum, cuius fide & beneficijs viuimus, & consortem regni nostri C Esther cum omni gẽte sua nouis quibusdam atque inauditis machinis expetiuit in mortẽ: hoc cogitans vt illis interfectis insidiaretur nostræ solitudini,& regnum Persarum transferret in Macedonas.Nos aũt à pessimo mortalium,Iudæos neci destinatos,in nulla penitus culpa reperimus,sed ecõtrario iustis vtentes legibus,& filios altissimi & maximi, semperque viuentis Dei,cuius beneficio & patribus nostris & nobis regnum est traditum, & vsque hodie custoditur. Vnde eas literas quas sub nomine nostro ille direxerat,sciatis esse irritas.Pro quo scelere ante portas huius vrbis, id est Susan,& ipse qui machinatus est, & omniscognatio eius pendet in patibulis: non nobis,sed Deo reddente ei quod meruit.Hoc autem edictum quod nunc mittimus,in cunctis

ctis vrbibus proponatur, vt liceat Iudæis vti D legibus suis.Quibus debetis esse adminiculo, vt eos qui se ad necem eorum parauerãt,possint interficere tertiadecima die mensis duodecimi, qui vocatur Adar.Hanc enim diem, Deus omnipotens,mœroris & luctus eis vertit in gaudium. Vnde & vos inter cæteros festos dies,hãc habetote diem,& celebrate eam cum omni lætitia,vt & in posterũ cognoscatur,omnes qui fideliter Persis obediunt, dignam pro fide recipere mercedem:qui autem insidiantur regno eorum, perire pro scelere. Omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit solennitatis huius esse particeps,gladio & igne pereat, & sic deleatur, vt non solum hominibus, sed etiam bestijs inuia sit in sempiternum,pro exemplo contemptus, & inobedientiæ.

Hieronymi in librum Iob præfatio.

COgor per singulos scripturæ diuinæ libros aduersariorũ respõdere maledictis, qui interpretationem meam, reprehensionem septuaginta interpretum criminantur: quasi non & apud Græcos Aquila, Symmachus,& Theodotio,vel verbum è verbo, vel sensum è sensu, vel ex vtroque commixtum, & mediæ temperatum genus translationis expresserint: & omnia veteris instrumẽti volumina Origenes obelis,asteriscisque distinxerit, quos vel additos, vel de Theodotione sumptos translationi antiquę inseruit,probans defuisse quod additum est. Discant igitur obtrectatores mei recipere in toto quod in partibus susceperunt,aut interpretationem meam cum asteriscis suis radere. Neque enim fieri potest vt quos plura intermisisse susceperint, non eosdem etiam in quibusdam errasse fateantur, præcipuè in Iob: cui si ea quæ sub asteriscis addita sunt,subtraxeris,pars maxima detruncabitur, & hoc duntaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos,ante eam translationem,quam sub asteriscis & obelis nuper edidimus, septingenti fermè aut octingenti versus desunt, vt decurtatus & laceratus, corrosiusque liber fœditatem sui publicè legentibus præbeat. Hæc autem translatio nullum de veteribus sequitur interpretem:sed ex ipso Hebraico, Arabicóque sermone,& interdum Syro, nunc verba,nunc sensus,nunc simul vtrumq; resonabit. Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur & lubricus: & quod Græci rhetores vocant, ἰσχνηματισμένος, dum qui aliud loquitur,aliud agit: vt si velis anguillam vel murenulã strictis tenere manibus, quãto fortius presseris,tanto cĩtius elabitur. Memini me ob intelligentiam huius voluminis, Lyddæum quendam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur,non paruis redemisse nũmis: cuius doctrina an aliquid profecerim, nescio. Hoc vnum scio, nõ potuisse me interpretari, nisi quod antè intellexeram. A principio itaque volumini scriptum est, Idcirco ipse me reprehendo,& ago pœnitentiam in fauilla & cinere: hexametri versus sunt, dactylo,spondæóque currentes:& propter linguæ idioma,crebro recipientes & alios pedes,non earundem syllabarum,sed eorundem temporum. Interdum quoque rhythmus ipse dulcis & tinnulus fertur numeris pedum solutis:quod metrici magis, quàm simplex lector intelligunt. A supradicto autem versu vsq; ad finem libri,paruum comma quod remanet,prosa oratione contexitur. Quod si cui videtur incredulum,metra scilicet esse apud Hebræos,& in mortẽ nostri Flacci, Græciq; Pindari,& Alcæi,& Sapphus, vel Psalterium, vel lamentationes Ieremię, vel omnia fermè scripturarum cantica comprehendi,legat Philonem, Iosephum, Origenem, Cæsariensem Eusebium, & eorum testimonio me verum dicere comprobabit. Audiant quapropter canes mei idcirco me in hoc volumine laborasse, non vt interpretationem antiquam reprehenderem, sed vt ea quæ in illa aut obscura sunt, aut omissa, aut certè scriptorum vitio deprauata, manifestiora nostra interpretatione fierent, qui & Hebræum sermonem ex parte didicimus, & in Latinis penè ab ipsis cunabilis inter grammaticos & rhetores & philosophos detriti sumus. Quòd si apud Græcos post septuaginta editionem,tam CHRISTI Euangelio coruscante, Iudæus Aquila & Symmachus ac Theodotio Iudaizantes hęretici sunt recepti, qui multa mysteria saluatoris subdola interpretatione celarunt, & tamen in ἐκκλησίς habentur apud ecclesias, & explanantur ab ecclesiasticis viris:quanto magis ego Christianus, & de parentibus Christianis natus, & vexillum crucis in mea fronte portans (cuius studium fuit omissa repetere, deprauata corrigere,& sacramenta ecclesiæ puro & fideli aperire sermone) vel à fastidiosis, vel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentóq; descriptos, vel vncialibus (vt vulgo aiunt)literis, onera magis exarata quã codices:dummodo mihi, meisq; permittant pauperes habere scedulas,& non tam pulchros codices quàm emendatos. Vtraque autem editio, & septuaginta iuxta Græcos,& mea iuxta Hebræos, in Latinum meo labore translata est. Eligat vnusquisque quod vult:& studiosum me magis,quàm maleuolum probet.

Alia eiusdem præfatio.

SI aut fiscellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, vt in sudore vultus mei comederem panem,& ventris opus solicita mente pertractarem:nullus morderet, nemo reprehenderet. Nunc autem quia iuxta sententiam Saluatoris volo operari cibum qui non perit, & antiquam diuinorum voluminum viam sentibus virgultisq; purgare, error mihi geminus infigitur:corrector vitiorum, falsarius vocor, & erro res nõ auferre,sed serere. Tanta est enim vetustatis consuetudo, vt etiam confessa plerisq; vitia placeant:dum magis pulchros habere volunt codices, quàm emendatos. Quapropter ô fratres dilectissimi, vnicum nobilitatis & humilitatis exemplar,pro flabello, calathis, sportellisque munusculis monachorum, spiritalia hæc & manusura dona suscipite,ac beatum Iob qui adhuc apud Latinos iacebat in stercore, & vermibus scatebat errorum, integrum immaculatúmq; gaudete. Quo modo enim post probationem atque victoriam, duplicia sunt ei vniuersa reddita:ita ego in lingua nostra, vt audacter loquar, feci eum habere quæ amiserat. Igitur & vos,& vnumquenque lectorem solita præfatione commoneo, & in principijs librorum eadem semper annectens,rogo: vt vbicunq; semper præcedẽtes virgulas videritis,sciatis ea quæ subiecta sunt,in Hæbraicis voluminibus nõ haberi. Porrò vbi stellæ imago præfulserit,ex Hebræo in sermone nostro addita sunt. Necnon & illa quæ haberi videbantur, & ita corrupta erant vt sensum legentibus tollerent, orantibus vobis magno labore correxi: magis vtile quid ex otio meo ecclesijs CHRISTI venturũ ratus, quàm ex aliorũ negotio.

Argumentum in Librum Iob.

IN terra quidem habitasse Iob Husitidi, in finibus Idumææ, & Arabiæ fertur: & erat ei antea nomen Iobab. Et accepit vxorem Arabissam: & genuit filium quem vocauit Ennõ. Erat autem ipse filius quidem Zaræ, de Esau filijs filius: de matre verò Bosra: ita vt sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges qui regnauerunt in Edom, in qua & ipse regnauit, sed primus in ea regnauit Bela filius Beor: & nomen ciuitatis eiusdem Denàba. Post hunc autem Bela, Iobab, qui vocatur Iob. Post Iob autem Husam, qui erat dux ex Themanorum regione. Et post illum regnauit Adad filius Badad, qui excidt Madian in campo Moab: & nomen ciuitatis eius Auith. Porrò liber Iob patientiam & reliquas virtutes ipsius commendat, disputationem quoque Iob cum amicis habitam continet, qui licet ad consolandum venissent, iniuriosi tamen & contumelioſi in Iob fuerũt. Nam audientes quòd Iob in grauissima afflictione constitutus, malediceret diei natiuitatis suæ, se quoque innocentem à Deo tam acerbè affligi assereret, ipsum arguunt impatientiæ, arrogãtiæ, blasphemiæ, multorúmque aliorum criminum: propter quæ contendunt ipsum à Deo meritò afflictum, cum Deus (vt impiè volebant) hic tantum malos flagellet, ideóque vt Iob se ob sua peccata à Deo affligi agnoscat, & ab illis resipiscens ad Deum se conuertat, iustitiæ quoque diuinæ humiliter se subijciat, multis rationibus exhortantur. Dei potẽtiam, sapientiam, iustitiam, & bonitatem assiduè ad hoc commendantes: item quòd Deus in præsenti vita tantum malis mala, & bonis bona dispenset. quamobrem Iob resipiscenti liberationem à flagellis, & bona quæque promittunt. At Iob suam constanter tuetur iustitiam: * & in præsenti vita vniuersa æquè euenire iusto & impio, sed veram iustorum retributionem post hanc vitam esse expectandam asserit, nempe futuram resurrectionem. cum demum ipsius Iob à Deo correptionem, & restitutam felicitatem, amicos quoque per ipsius orationem Deo reconsiliatos hic liber explicat.

Eccle. 9. a.

Liber Iob.

S. *Iob sanctus & dives, pro filijs vicissim conuiuia celebrantibus Domino sacrificat, cuius possessiones petenti Satanæ Dominus diripiendas exponit, per quem perdita omni illius substantia, interemptisq; filijs, ipse cum signis mœstitiæ patiens, in Dei laudes prorumpit.*

CAP. I.

A VIR ERAT in Terra-Hus, nomine Iob: & erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Natiq; sunt ei septem filij & tres filiæ. Et fuit possessio eius septem millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis: eratq; vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filij eius, & faciebant conuiuium per domos, vnusquisque in die suo. Et mittentes vocabãt tres sorores suas, vt comederent & biberent cum eis. Cúmque in orbem transissent dies cõuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: consurgensq; diluculo offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim, Ne fortè peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis. Sic faciebat Iob cũctis diebus. Quadam autẽ die, cum

B



die, cùm venissent filij Dei vt assisterent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan. Cui dixit Dominus, Vnde venis? Qui respõdens, ait, Circuiui terram, & perambulaui eam. Dixitque Dominus ad eum, Nũquid considerasti seruum meum Iob, quòd non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus ac timens Deum, & recedens à malo? Cui respondens Satan, ait, Nunquid Iob frustrà timet Deum? nónne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamq; substantiam per circuitum: operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? Sed extende paululũ manum tuam, & tange cuncta quæ possidet: nisi 'in faciem'* benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Satã, Ecce, vniuersa quæ habet, in manu tua sunt: tantùm in eum ne extendas manum tuam. Egressusque est Satan à facie Domini. Cùm autem quadam die filij & filiæ eius comederent & biberent vinum in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Iob, qui diceret, Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos: & irruerunt Sabæi, tulerunq; omnia, & pueros percusserunt gladio: & euasi ego solus, vt nuntiarem tibi. Cumque adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit, Ignis Dei cecidit è cœlo, & tactas oues puerosque consumpsit: & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi. Sed & illo adhuc loquente, venit alius, & dixit, Chaldæi fecerunt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerunt eos, necnon & pueros percusserunt gladio: & ego fugi solus, vt nunciarẽ tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit, Filijs tuis & filiabus vescentibus & bibentibus vinũ in domo fratris sui primogeniti, repentè ventus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi. Tũc surrexit Iob, & scidit" vestimenta sua, & tonso capite corruens in terram, adorauit, & dixit, ‖Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit: ▷sicut Domino placuit, ita factum est:◁ sit nomen Domini benedictum. In omnibus his non peccauit Iob ▷ labijs suis, ◁ neque stultum quid contra Deum locutus est.

C

D

S. *Satanas obtenta à Deo facultate, percutit Iob vlcere pessimo, cui etiã propria vxor insultat: tres autem ipsius amici eum visitantes, septem diebus compatientes in terra cum eo taciti sedent.*

CAP. II.

FACTUM est autem, cùm quadam die venissent filij Dei, & starent coram Domino, venisset quoque Satan inter eos, & staret in conspectu eius, vt diceret Dominus ad Satan, Vnde venis? Qui respondens ait, Circuiui terram, & perambulaui eam. Et dixit Dominus ad Satan, Nunquid considerasti seruum meum Iod, quòd non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem eũ frustrà. Cui respondens Satan, ait, Pellẽ pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua: alioquin mitte manum tuã, & tange os eius & carnẽ, & tunc videbis quod 'in faciem' benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, in manu tua est, veruntamen animã illius serua. Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo à planta pedis vsque ad verticem eius, qui testa saniem radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autem illi vxor sua, Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo & morere. Qui ait ad illam, Quasi vna de stultis ▷mulieribus' locuta es. si bona suscepimus de manu Dei, mala quare nõ suscipiamus? In omnibus his non peccauit Iob labijs suis. Igitur audiẽtes tres amici Iob omne malum quod accidisset ei, venerũt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldat Suhites, & Sophar Naamathites. Condixerãt enim vt pariter venientes visitarent eum, & consolarentur. Cumque eleuassent procul oculos suos, non cognouerunt eum. & exclamantes plorauerunt, scissisq; vestibus sparserũt pulueremsuper caput suum in cœlũ. Et sederunt cum eo in terra septem diebus & septem noctibus, & nemo loquebatur ei verbum: videbant enim dolorem esse vehementem.

S. *Iob maledicit diei natiuitatis suæ, præsentiq; vitæ, ostendens à quo malis liberatur, qui hac luce statim priuatus est.*

CAP. III.

POST hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei suo, & locutus est,

‖Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, Conceptus est homo. Dies ille vertatur in tenebras: non requirat eum

Cc 2

▷.1.

▷.7.

* in facie tua

.3.

▷.1.

A

A

Ierc. 20. d.

* Et non sit à recordatione. 13. a Illustret. 8

eum Deus désuper, * & non a illustretur lumine.
Obscurent eũ tenebræ & vmbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur amaritudine.
Noctem illam tenebrosus turbo possideat: nõ computetur in diebus anni, nec numeretur in mensibus.
B Sit nox illa solitaria, nec laude digna: maledicant ei qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan.
Obtenebrentur stellæ caligine eius: expectẽt lucẽ, & nõ videat, nec ortũ surgẽtis auroræ
Quia non concluſit ostia vẽtris qui portauit me, nec abstulit mala ab oculis meis.
Quare non in vulua mortuus sum, egressus ex vtero non statim perij?
Quare exceptus genibus? cur lactatus huberibus?
Nunc enim dormiens silerem, & somno meo requiescerem.
Cum regibus & consulibus terræ, qui ædificant sibi solitudines:
C Aut cum principibus qui possident aurum, & replent domos suas argento:
Aut sicut abortiuum absconditum non subsisterem, vel qui concepti non viderunt lucem.
Ibi impij cessauerũt à tumultu, & ibi requieuerunt fessi robore.
Et ▷ quondam' vincti pariter sine molestia, nõ audierunt vocem exactoris. ▷.12.
D Paruus & magnus ibi sunt, & seruus liber à domino suo.
Quare misero data est lux, & vita his qui in amaritudine animæ sunt?
Qui expectant mortem, & non venit: quasi effodientes thesaurum,
Gaudentque vehementer cũm inuenerint sepulchrum.
Viro cuius abscondita est via, & circundedit eum Deus tenebris?
Antequam comedam suspiro: & tanquã inundantes aquæ, sic rugitus meus:
Quia timor quem timebam, euênit mihi: & quod verebar accidit.
Nónne dissimulaui? nônne silui? nónne quieui? & venit super me indignatio.

S. Eliphaz arguit Iob impatientiæ, quodque propter peccata sua flagelletur à Deo, qui innocenti aduersa non immittit.

CAP. IIII.

A REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit,
Si cœperimus loqui tibi, forsitã molestè accipies. sed conceptum sermonem tenere quis poterit?
Ecce, docuisti multos, & manus lassas roborasti.
Vacillantes confirmauerunt sermones tui, & genua trementia confortasti.
Nunc autem venit super te plaga, & defecisti: tetigit te, & conturbatus es.
Vbi est timor tuus, fortitudo tua, * patientia tua, & perfectio viarum tuarum? *or. ti
B
Recordare obsecro te, quis vnquam innocẽs perijt? aut quando recti deleti sunt?
Quin potius vidi eos qui operantur iniquitatem, & seminant dolores, & metunt eos,
Flante Deo perisse, & spiritu iræ eius esse cõsumptos.
Rugitus leonis & vox leænæ, & dentes catulorum leonum contriti sunt.
Tigris perijt, eo quòd non haberet prædam: & catuli leonis dissipati sunt.
Porrò ad me dictum est verbum absconditũ, C & quasi furtiué susceptum auris mea venas susurrij eius.
In horrore visionis nocturnæ, quando solet sopor occupare homines,
Pauor tenuit me, & tremor, & omnia ossa mea perterrita sunt.
Et cum spiritus me præsente transiret, inhorruerunt pili carnis meæ.
Stetit quidam, cuius non agnoscebam vultũ, imago coram oculis meis, & vocem quasi auræ lenis audiui.
Nunquid homo, Dei comparatione iustificabitur, aut factore suo purior erit vir? D
Ecce qui seruiunt ei, non sunt stabiles, ‖ & in angelis suis reperit prauitatem. 2.Pet.2.d
Quanto magis hi qui habitant domos luteas, qui terrenum habent fundamentum, consumentur velut à tinea?
De manè vsque ad vesperam succidentur: & quia nullus intelligit, in æternum peribũt.
Qui autem reliqui fuerint, auferentur ex eis: morientur, & non in sapientia.

S. Eliphaz rursum arguit Iob iniquitatis, quòd nemo sine culpa sua à Deo puniatur: ideoque hortatur Iob vt ad Deum conuertatur, & itæ cuncta fore illi prospera pollicetur, ac diuinæ prouidentiæ opera circa creaturas extollit.

CAP. V.

VOca ergo si est qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorum conuertere. 1.vers.4.
Virum' stultum interficit iracundia, & paruulum occìdit inuidia.
Ego vidi stultum firma radice, & maledixi pulchritudini eius statim.
Longè fient filij eius à salute, & conterentur in porta, & non erit qui eruat.
Cuius messem famelicus comedet, & ipsum rapiet armatus, & bibent sitientes diuitias eius.
Nihil in terra sine causâ fit, & de humo non orietur dolor.

Homo

B Homo nascitur ad laborem, & auis ad volatum.
Quam ob rem ego deprecabor Dominum, & ad Deum ponam eloquium meum.
Qui facit magna & inscrutabilia & mirabilia, absque numero.
Qui dat pluuiam super faciem terræ, & irrigat aquis vniuersa.
Qui ponit humiles in sublime, & mœrentes erigit sospitate.
Qui dissipat cogitationes malignorũ, ne possint implere manus eorum quod cœperant. 1.Cor.3.d.
C ‖ Qui apprehendit sapientes in astutia eorũ, & consilium prauorum dissipat.
Per diem incurrent tenebras, & quasi in nocte, sic palpabunt in meridie.
▷.5. Porrò saluum faciet ▷ egenum 'à gladio oris eorum, & de manu violenti pauperem.
Et erit egeno spes, iniquitas autem contrahet os suum.
Iacob.1.b ‖ Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationem ergo Domini ne reprobes:
Quia ipse vulnerat, & medetur: percutit, & manus eius sanabunt.
In sex tribulationibus liberabit te, & in septima non tanget te malum.
In fame, eruet te de morte: & in bello, de manu gladij.
D A flagello linguæ absconderis: & non timebis calamitatem cùm venerit.
In vastitate & fame ridebis: & bestias terræ non formidabis.
Sed cum lapidibus regionum pactum tuum: & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi:
Et scies quòd pacem habeat tabernaculum tuum: & visitans speciem tuam, non peccabis.
Scies quoque quoniam multiplex erit semen tuum, & progenies tua quasi herba terræ.
Ingrediêris in abundantia sepulchrum, sicut infertur aceruus tritici in tempore suo.
Ecce, hoc vt inuestigauimus, ita est: quod audiuimus, mente pertracta.

S. Ostendit Iob se longè grauiora pati quã meritus sit, conquerens se ab amicis deseri, grauiter arguens & hos tres qui ad se venerant, ac se quoque patienter audiri petit.

CAP. VI.

A REspondens autem Iob, dixit,
Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas quã patior, in statéra
Quasi arena maris hæc grauior * appareret: vnde & verba mea dolore sunt plena, * apparet. 1.
Quia sagittæ Domini in me sunt: quarũ indignatio ebibit spiritum meum, & terrores Domini militant contra me.
Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbã? aut mugiet bos, cum ante præsepe plenum steterit?
Aut poterit comedi insulsum, quod non est sale conditum? aut potest aliquis gustare, quod gustatum affert mortem? B
▷ ‖ Animæ enim esurienti etiam amara dulcia esse videntur? ▷.1.o. Pro.27.a.
Quæ prius nolebat tangere anima mea, nunc præ angustia, cibi mei sunt.
Quis det vt veniat petitio mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus?
Et qui cœpit, ipse me conterat: soluat manum suam, & succìdat me?
Et hæc mihi sit consolatio, vt affligens me dolore, non parcat, nec contradicam sermonibus Sancti.
Quæ est enim fortitudo mea, vt sustineam? aut quis finis meus, vt patienter agam?
Nec fortitudo lapidum fortitudo mea, nec caro mea ænea est.
Ecce, non est auxilium mihi in me, & necessarij quoque mei recesserunt à me. G
Qui tollit ab amico suo misericordiam, timorem Domini derelinquit.
Fratres mei præterierunt me, sicut torrẽs qui raptim transit in conuallibus.
Qui timent pruinam, irruet super eos nix.
Tempore quo fuerint dissipati, peribunt: & vt incaluerint, soluentur de loco suo.
Inuolutæ sunt semitæ gressuum eorum: ambulabunt in vacuum, & peribunt.
Consyderate semitas Thema, itinera Saba, & expectate paulisper.
Confusi sunt, quia * sperauit: venerũt quoque vsque ad me, & pudore cooperti sunt. * sperauerũt 1.
Nunc veniſtis: & modo videntes plagam meam timetis.
Nunquid dixi, Afferte mihi, & de substantia D vestra donate mihi?
Vel, Liberate me de manu hostis, & de manu robustorum eruite me?
Docete me, & ego tacebo: & siquid fortè ignoraui, instruite me.
Quare detraxistis sermonibus veritatis, cum è vobis nullus sit qui possit arguere ▷ me? ▷.5.
Ad increpandum tantum eloquia concinnatis, & in ventum verba profertis.
Super pupillum irruitis, & subuertere nitimini amicum vestrum.
Veruntamen quod cœpistis explete: præbete aurem, & videte an mentiar.
Respondete obsecro absque contentione: & loquentes id quod iustum est, iudicate:
Et non inuenietis in lingua mea iniquitatẽ, nec in faucibus meis stultitia personabit.

S. Iob humanæ vitæ suasque calamitates varias explicat, nec reditum sibi fore verisimilem

ad præsentis vitæ fœlicitatem, petit quoque à Deo liberari à miserijs, admirans Dei erga miserum hominem prouidentiam.

CAP. VII.

A Militia est vita hominis super terram: & sicut dies mercenarij, dies eius.
Sicut seruus desiderat vmbrã, & sicut mercenarius præstolatur finem operis sui:
Sic & ego habui menses vacuos, & noctes laboriosas enumeraui mihi.
Si dormiero, dicam, Quando consurgam? & rursum expectabo vesperam, & replebor doloribus vsque ad tenebras.
Induta est caro mea putredine & sordibus puluueris: cutis mea aruit, & contracta est.
B Dies mei velocius transierunt, quàm à texẽte tela succiditur, & consumpti sunt absque vlla spe.
Memento quia ventus est vita mea, & non reuertetur oculus meus vt videat bona,
Nec aspiciet me visus hominis: oculi tui in me, & non subsistam.
Sicut consumitur nubes, & pertransit: sic qui descenderit ad inferos non ascendet,
Nec reuertetur vltrà in domum suam, neque cognoscet eum amplius locus eius.
C Quapropter & ego non parcam ori meo, loquar in tribulatione spiritus mei: confabulabor cum amaritudine animæ meæ.
Nunquid mare ego sum, aut cetus, quia circũdedisti me carcere?
Si dixero, Consolabitur me lectulus meus, & releuabor loquens mecum in stratu meo:
Terrebis me per somnia, & per visiones horrore concuties.
Quam ob rem elegit suspendium anima mea, & mortem ossa mea.
D Desperaui, nequaquam vltrà iam viuam: parce mihi, nihil enim sunt dies mei.
Quid est homo, quia magnificas eũ? aut quid apponis erga eum cor tuum?
Visitas eum diluculo, & subito probas illum: vsquequo nõ parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam?
Peccaui, quid faciam tibi ô custos hominum? quare posuisti me contrarium tibi, & factus sum mihimetipsi grauis?
Cur non tollis peccatum meum, & quare nõ aufers iniquitatem meam? ecce, nunc in puluere dormiam: & si mane me quæsieris, non subsistam.

S. Baldad Iob de impio sermone arguit, & eum vt ad Deum melioreḿque vitam se conuertat hortatur, atque ita fore omnia illi fœliciora promittit, explicat etiam quàm sit vana spes hypocritarum, asserens Deum bonis bona, & malis mala tantum tribuere

CAP. VIII.

REspondens autẽ Baldad Suhites, dixit, A
Vsquequo loquêris talia, & spiritus multiplex sermonis oris tui?
Nunquid Deus supplantat iudicium? aut omnipotens subuertit quod iustum est?
Etiam si filij tui peccauerunt ei, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ:
Tu tamen si diluculo consurrexeris ad Deũ, & Omnipotentem fueris deprecatus:
Si mundus & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculum iustitiæ tuæ, B
In tantum vt priora tua fuerint parua, & nouissima tua multiplicentur nimis.
Interroga enim generationem pristinam, & diligenter inuestiga patrum memoriam:
‖ (Hesterni quippe sumus, & ignoramus quoniam sicut vmbra dies nostri sunt super terram) psal.143.4.
Et ipsi docebunt te: loquentur tibi, & de corde suo proferent eloquia. C
Nunquid virere potest scirpus absque humore? aut crescere carectum sine aqua?
Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit:
Sic viæ omnium qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritæ peribit:
Non ei placebit vecordia sua, & sicut tela aranearum fiducia eius.
Innitetur super domum suam, & non stabit: fulciet eam, & non consurget:
Humectus videtur antequam veniat sol, & in ortu suo germen eius egredietur.
Super aceruum petrarum radices eius densabuntur, & inter lapides commorabitur. D
Si absorbuerit eum de loco suo, negabit eum & dicet, Non noui te.
Hæc est enim lætitia viæ eius, vt rursum de terra alij germinentur.
Deus non proijciet simplicem, nec porriget manum malignis,
Donec impleatur risu os tuum, & labia tua iubilo.
Qui oderunt te, induentur confusione: & tabernaculum impiorum non subsistet.

S. Homo, inquit Iob, comparatus Deo non potest iustificari: diuinæ potentiæ ac sapientiæ magnitudo ostenditur, vt nemo ei resistere aut respondere valeat: porrò Deus & impium persecutit & innocentem: suam quoque innocentiam contra amicos tuetur, commemorans suam afflictionem.

CAP. IX. A

ET respondens Iob, ait,
Verè scio quòd ita sit, & quòd non iustificetur homo compositus Deo.
Si voluerit contẽdere cum eo, non poterit ei respondere vnum pro mille.

Sapiens

Sapiens corde est, & fortis robore: quis restitit ei, & pacem habuit?
Qui transtulit montes, & nescierunt hi quos subuertit in furore suo.
Qui commouet terram de loco suo, & colũnæ eius concutiuntur.
Qui præcipit soli, & nõ oritur: & stellas claudit quasi sub signaculo.
Qui extendit cœlos solus, & graditur super fluctus maris.
Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora austri.
B Qui facit magna, & incomprehensibilia, & mirabilia, quorum non est numerus.
Si venerit ad me, non videbo eum: si abierit non intelligam.*
Si repẽte interroget, quis respondebit ei? vel quis dicere potest, Cur ita facis?
Deus cuius iræ nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem.
Quantus ergo sum ego, vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo?
Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicẽ deprecabor.
Et cum inuocantem exaudierit me, non credo quòd audierit vocem meam.
In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiam sine causa.
Non concedit requiescere spiritum meum, & implet me amaritudinibus.
C Si fortitudo quæritur, robustissimus est: si æquitas iudicij, nemo audet pro me testimonium dicere.
Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostẽdero, prauum me comprobabit.
Etiam si simplex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ.
Vnum est quod locutus sum, & innocentem & impium ipse consumit.
Si flagellat, occidat semel, & non de pœnis innocentum rideat.
Terta data est in manus impij, vultum iudicum eius operit. quòd si non ille est, quis ergo est?
Dies mei velociores fuerunt cursore: fugerunt, & non viderunt bonum.
D Pertransierunt quasi naues poma portantes, sicut aquila volans ad escam.
Cum dixero, Nequaquam ita loquar: cõmuto faciem meam, & dolore torqueor.
Verebar omnia opera mea, sciens quòd non parceres delinquenti.
Si autem & sic impius sum, quare frustra laborauí?
Si lotus fuero quasi aquis niuis, & fulserint velut mundissimæ manus meæ:
Tamen sordibus intinges me, & abominabũtur me vestimenta mea.
Neque enim viro qui similis mei est respondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo possit audiri.
Non est qui vtrumque valeat arguere, & ponere manum suam in ambobus.
Auferat à me virgam suam, & pauor eius non me terreat:
Loquar, & non timebo eum: neq; enim possum metuens respondere.

S. Iob suam afflictionem lamentatur, illius causam à Deo inquirens, quam ostendit non fuisse suam malitiam, neque Dei ignorantiam, qui creatum à se hominem exactè nouit, rursúmque propter pœnarum exuberantiam plangit se natum.

CAP. X. A

TAedet animam meam vitæ meæ, dimittam aduersum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ.
Dicam Deo, Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices.
Nunquid bonum tibi videtur, si calumnieris me, & opprimas me opus manuum tuarũ, & consilium impiorum adiuues?
Nunquid oculi carnei tibi sunt: aut sicut videt homo, & tu videbis?
Nunquid sicut dies hominis dies tui, & anni tui sicut humana sunt tempora, B
Vt quæras iniquitatem meam, & peccatum meum scruteris?
Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere.
Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu: & sic repentè præcipitas me?
Memento quæso quòd sicut lutũ feceris me, & in puluerem reduces me.
Nónne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? *& 9.
Pelle & carnibus vestisti me, *ossibus & neruis compegisti me. C
Vitam & misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum.
Licet hæc celes in corde tuo, tamen scio quia vniuersorum memineris.
Si peccaui, & ad horã pepercisti mihi: cur ab iniquitate mea mundũ me esse nõ pateris?
Et si impius fuero, væ mihi est: & si iustus, non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria.
Et propter superbiam quasi *leænam capies me, reuersúsque mirabiliter me crucias. *leæna.2;
Instauras testes tuos contra me, & multiplicas iram tuam aduersum me, & pœnæ militant in me. D
Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret.

Fuissem quasi non essem, de vtero translatus ad tumulum.
Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? dimitte ergo me, vt plangã paululum dolorem meum.
Antequam vadam, & non reuertar, ad terram tenebrosam, & opertam mortis caligine,
Terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitans.

inhabitat 3

S. Sophar iniquè asserit Iob propter multa ipsius peccata, quæ recenset, fuisse à Deo percussum, ostendens Deum incomprehensibilem: respiscenti tamen Iob felicissima quæque pollicetur.

CAP. XI.

A Respondens autem Sophar Naamathites, dixit,
Nunquid qui multa loquitur, non & audiet? aut vir verbosus iustificabitur?
Tibi soli tacebunt homines? & cum cæteros irriseris, à nullo confutaberis?
Dixisti enim, Purus est sermo meus, & mundus sum in conspectu tuo.
Atque vtinam Deus loqueretur tecum, & aperiret labia sua tibi,
B Vt ostenderet tibi secreta sapientiæ, & quòd multiplex esset lex eius, & intelligeres quòd multo minora exigaris ab eo, quàm meretur iniquitas tua.
Forsitan vestigia Dei comprehendes, & vsq; ad perfectum, Omnipotentem reperies?
Excelsior cœlo est, & quid facies? profundior inferno, & vnde cognosces?
Longior terra mensura eius, & latior mari.
vel quis dicere ei potest Cur ita facis? Si subuerterit omnia, vel in vnum coarctauerit, quis contradicet ei?
Ipse enim nouit hominum vanitatem, & videns iniquitatem, nónne consyderat?
C Vir vanus in superbiam erigitur, & tanquam pullum onagri se liberum natum putat.
Tu autem firmasti cor tuum, & expandisti ad eum manus tuas.
Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris à te, & non manserit in tabernaculo tuo iniustitia,
D Tunc leuare poteris faciem tuam absque macula, & eris stabilis, & non timebis.
Miseriæ quoque obliuiscêris, & quasi aquarum quæ præterierunt recordaberis.
Leuit. 26. 2 ‖Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperam: & cum te consumptum putaueris, orieris vt lucifer.
Et habebis fiduciam proposita tibi spe, & defossus securus dormies.
Requiescès, & non erit qui te exterreat: & deprecabuntur faciem tuam plurimi.
Oculi autem impiorum deficient, & effugium peribit ab eis, & spes illorum abominatio animæ.

S. Iob vt amicorum confundat iactantiam, asserit neminem ignorare Dei potentiam ac sapiẽtiam ex creaturarum gubernatione, quarum status pro suo variat arbitrio.

CAP. XII.

A Respondens autem Iob, dixit,
Ergo vos estis soli homines, & vobiscum morietur sapientia?
Et mihi est cor sicut & vobis, nec inferior vestri sum: quis enim hæc quæ nostis ignorat?
Pro. 14. 20 ‖Qui deridetur ab amico suo sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum: deridetur enim iusti simplicitas.
Lampas contempta apud cogitationes diuitum, parata ad tempus statutum.
Abundant tabernacula prædonum, & audacter prouocant Deum, cum ipse dederit omnia in manus eorum.
Nimirum interroga iumenta, & docebunt te: B
& volatilia cœli, & indicabunt tibi.
Loquere terræ, & respondebit tibi: & narrabunt pisces maris.
Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit,
In cuius manu anima omnis viuentis, & spiritus vniuersæ carnis hominis?
Nónne auris verba dijudicat, & fauces comedentis, saporem?
In antiquis est sapientia, & in multo tempore prudentia.
Apud ipsum est sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam.
Isaiæ. 22. 22. Apoca. 3. 7 ‖Si destruxerit nemo est qui ædificet: si inclu serit hominem, nullus est qui aperiat.
Si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si C
emiserit eas, subuertent terram.
Apud ipsum est fortitudo & sapiẽtia: ipse nouit & decipientem, & eum qui decipitur.
Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in stuporem.
Baltheum regum dissoluit, & præcingit funes renes eorum.
Ducit sacerdotes inglorios, & optimates supplantat,
Commutans labium veracium, & doctrinam D
senum auferens.
Effundit despectionẽ super principes, & eos qui oppressi fuerant releuans.
Qui reuelat profunda de tenebris, & producit in lucem vmbram mortis.
Qui multiplicat gentes & perdit eas, & subuersas in integrum restituit.
Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos vt frustra incedant per inuium,
Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.

S. Iob amicos suos ex ipsorum verbis confutans, à Deo arguendos asserit, suam quoque iustitiam ac patientiam contra amicos tuetur, quærens à Deo propter quæ peccata tam grauiter affligatur.

CAP. XIII.

A Ecce omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea, & intellexi singula.
Secundum scientiã vestram & ego noui: nec inferior vestri sum.
Sed tamen ad omnipotentem loquar, & disputare cum Deo cupio:
Prius vos ostẽdens fabricatores mendacij, & cultores peruersorum dogmatum.
Atque vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes.
B Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorum meorum attendite.
Nunquid Deus indiget vestro mendacio, vt pro illo loquamini dolos?
Nunquid faciem eius accipitis, & pro Deo iudicare nitimini?
Aut placebit ei quem celare nihil potest? aut decipietur, vt homo, vestris fraudulentijs?
Ipse vos arguet, quoniam in abscondito faciem eius accipitis.
Statim vt se commouerit, turbabit vos: & terror eius irruet super vos.
Memoria vestra comparabitur cineri, & redigentur in lutum ceruices vestræ.
Tacete paulisper, vt loquar quodcunq; mihi mens suggesserit.
Quare lacero carnes meas dentibus meis, & animam meam porto in manibus meis?
C Etiam si occiderit me, in ipso sperabo: verumtamen vias meas in conspectu eius arguã.
Et ipse erit saluator meus: non enim veniet in conspectu eius omnis hypocrita.
Audite sermonem meum, & ænigmata percipite auribus vestris.
Si fuero iudicatus, scio quod iustus inueniar.
Quis est qui iudicetur mecum? veniat: quare tacens consumor?
Duo tantum ne facias mihi, & tunc à facie tua non abscondar:
Manum tuam longè fac à me, & formido tua non me terreat.
D Voca me, & ego respondebo tibi: aut certè loquar, & tu responde mihi.
mea. 3. Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta* ostende mihi.
Cur faciem tuam abscondis, & arbitraris me inimicum tuum?
Contra folium quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulã siccam persequeris.
Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ.
Posuisti in neruo pedem meum, & obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedũ meorum consyderasti.
Qui quasi putredo consumẽdus sum, & quasi vestimentum quod comeditur à tinea.

S. Iob considerata fragilitate humana admiratur Dei in hominem prouidentiam, quod post hanc vitam expectet aliam, & corporum vaticinatur resurrectionem.

CAP. XIIII.

Homo natus de muliere, breui viuens tempore, repletur multis miserijs. A
Qui quasi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquam in eodem statu permanet.
Et dignum ducis super huiusce modi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in Iudicium?
Pſal. 50. 4. ‖Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? nónne tu qui solus es?
Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est: constituisti terminos eius qui præteriri non poterunt.
ergo. 8. Recede* paululum ab eo vt quiescat, donec optata veniat, sicut mercenarij, dies eius. B
Lignum habet spem: si præcisum fuerit, rursum viresci, & rami eius pullulant.
Si senuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius.
Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quasi cum primùm plantatum est:
Homo verò cùm mortuus fuerit, & nudatus atque consumptus, vbi quæso est?
Quomodo si recedant aquæ de mari, & fluuius vacuè factus arescat:
Sic homo cum dormierit non resurget, donec atteratur cœlũ non euigilabit, nec consurget de somno suo. C
Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei?
Putásne mortuus homo rursum viuet: cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea.
Vocabis me, & ego respõdebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram.
Pro. 5. d. ‖Tu quidem gressus meos dinumerasti, sed
parces. 54 'parce' peccatis meis.
Signasti quasi in sacculo delicta mea, sed cu- D
rasti iniquitatem meam.
Mons cadens defluit, & saxum transfertur de loco suo.

Lapides

Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra consumitur: & homines ergo similiter perdes.
Roborasti eum paululum, vt in perpetuum transiret: immutabis faciem eius, & emittes eum.
Siue nobiles fuerint filij eius, siue ignobiles, non intelliget.
Attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius super semetipso lugebit.



S. Eliphaz Iob arguit iactantiæ, impatientiæ & blasphemiæ in Deum, apud quem dicit neminem mundum inueniri, describens impiorum ac hypocritarum maledictionem.

CAP. XV.

A REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit,
Nunquid sapiens respondebit quasi in ventum loquens, & implebit ardore stomachum suum?
Arguis verbis eum qui non est æqualis tibi, & loqueris quod tibi non expedit.
Quantum in te est, euacuasti timorem, & tulisti preces coram Deo.
Docuit enim iniquitas tua os tuum, & imitaris linguam blasphemantium.
Condemnabit te os tuum, & non ego: & labia tua respondebunt tibi.
Nunquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus?
Nunquid consilium Dei audisti, & inferior te erit eius sapientia?
Quid nosti quod ignoremus? quid intelligis quod nesciamus?
Eccl.18.b. ‖Et senes & antiqui sunt in nobis multo vetustiores quàm patres tui.
B Nunquid grande est vt consoleturte Deus? sed verba tua praua hoc prohibent.
Quid te eleuat cor tuum, & quasi magna cogitans, attonitos habes oculos?
Quid tumet contra Deum spiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiusce modi sermones?
Quid est homo, vt immaculatus sit, & vt iustus appareat natus de muliere?
‖Ecce inter sanctos eius nemo immutabilis, Supr. 4.d.
& cœli non sunt mundi in conspectu eius:
Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quasi aquam iniquitatem?
Ostendam tibi, audi me: quod vidi narrabo tibi.
Sapientes cõfitentur, & non abscondunt patres suos, C
Quibus solis data est terra, & non transiuit alienus per eos.
Cunctis diebus suis impius superbit, & numerus annorum incertus est tyrannidis eius.
Sonitus terroris semper in auribus illius: & cũ pax sit, ille semper insidias suspicatur. p.5.
Non credit quòd reuerti possit de tenebris ad lucem, circũspectans vndique gladiũ. p.5.
Cùm se mouerit ad quærẽdum panem, nouit quòd paratus sit in manu eius tenebrarum dies.
Terrebit eum tribulatio, & angustia vallabit eum, sicut regem qui præparatur ad prælium.
Tetendit enim aduersus Deum manũ suam, & contra omnipotentem roboratus est.
Cucurrit aduersus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus est.
Operuit faciem eius crassitudo, & de lateribus eius aruina dependet. D
Habitauit in ciuitatibus desolatis, & in domibus desertis, quæ in tumulos sunt redactæ.
Non ditabitur, nec perseuerabit substantia eius, nec mittet in terra radicem suam.
Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flamma, & auferetur spiritu oris sui.
Non credet frustra errore deceptus, quòd aliquo pretio redimendus sit.
Antequam dies eius impleantur, peribit: & manus eius 'arescent'. "arescet. 5.
Lædetur quasi vinea, in primo flore botrus eius, & quasi oliua proijciens florem suum.
Cõgregatio enim hypocritæ sterilis, & ignis deuorabit tabernacula eorum qui munera libenter accipiunt.
‖Concepit dolorem & peperit iniquitatem, Isai. 59.d. Psal.7.d.
& vterus eius præparat dolos.

S. Iob amicorum austeritate commotus, dolorem suum plangit, calamitatis magnitudinem ostendens, seq; pati citra iniquitatem: cuius conscium esse Deum asserit.

CAP. XVI. A

REspondens autem Iob, dixit,
Audiui frequenter talia: consolatores oneroſi omnes vos estis.
Nunquid habebunt finem verba ventosa? aut aliquid tibi molestum est si loquaris?
Poteram & ego similia vestri loqui: atque vtinam esset anima vestra pro anima mea,
Con-

Cõsolarer & ego vos sermonibus, & mouerem caput meum super vos.
B Roborarem vos ore meo: & mouerem labia mea, quasi parcens vobis.
Sed quid agam? Si locutus fuero, non quiescet dolor meus: & si tacuero, non recedet à me.
Nunc autem oppressit me dolor meus, & in nihilum redacti sunt omnes artus mei.
Rugæ meæ testimonium dicunt contra me, & suscitatur falsiloquus aduersus faciem meã contradicens mihi.
Collegit furorem suum in me, & comminãs mihi infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.
Aperuerũt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam, satiati sunt pœnis meis.
Concluſit me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit.
C Ego ille quondam opulentus repentè contritus sum: tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum.
Circundedit me lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos, * non pepercit, & effudit in terra viscera mea. *Iob.16.
Consscidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas.
Saccum consui super cutem meam, & operui cinere carnem meam.
Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt.
Hæc passus sum absq; iniquitate manus meæ, cùm haberem mundas ad Deum preces.
D Terra ne operias sanguinem meũ, neq; inueniat in te locum latendi clamor meus.
Ecce enim in cœlo testis meus, & conscius meus in excelsis.
Verbosi amici mei, ad Deum stillat oculus meus.
Atque vtinam sic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cũ collega suo.
Ecce enim breues anni transeunt: & semitam per quam non reuertar ambulo.

S. Iob ex afflictionis suæ magnitudine sibi hẽc nihil præter mortem restare contendit, & amicos præsentem tãtum remunerationem statuentes insipientiæ arguẽs, ipse futuram requiem præstolatur.

CAP. XVII.

A SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, & solum mihi superest sepulchrum.
'amarabitur. 9. Non peccaui, & in amaritudinibus 'morabitur' oculus meus.
Libera me, * & pone me iuxta te, & cuiusuis * domine. 12
manus pugnet contra me.
Cor eorum longè fecisti à disciplina, & propterea non exaltabuntur.
Prædam pollicetur socijs, & oculi filiorum B
eius deficient.
Posuit me quasi in prouerbium vulgi, & exemplum sum coram eis.
Caligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea quasi in nihilum redacta sunt.
Stupebunt iusti super hoc, & innocens contra hypocritam suscitabitur.
Et tenebit iustus viam suam, & 'mundis' manibus addet fortitudinem. C 'mundas. 4
Igitur omnes vos couertimini, & venite, & non inueniam in vobis vllum sapientem.
Dies mei transierunt, cogitationes meæ dissi patæ sunt, torquentes cor meum.
Noctem verterunt in diem, & rursum post tenebras spero lucem.
Si sustineo, infernus domus mea est, & in te- D
nebris straui lectulum meum.
Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & soror meà, vermibus.
Vbi est ergo nunc præstolatio mea, & patientiam meam quis consyderat?
In profundissimum infernum descendent omnia mea: putásne saltem ibi erit requies mihi?

S. Baldad arguens Iob iactantiæ & impatientiæ, describit impiorũ maledictiones, vt suam contra Iob sententiam statuat, nempè ipsum tantum propter peccata sua puniri.

CAP. XVIII.

REspondens autẽ Baldad Suhites, dixit, A
Vsque ad quem finem verba iactabitis? intelligite prius, & sic loquamur.
Quare reputati sumus vt iumenta, & sordiuimus coram 'vobis?' "ie.15.
Qui perdis animam tuam in furore tuo, nunquid propter te derelinquetur terra, & trãsferentur rupes de loco suo?
Nõnne lux impij extinguetur, nec splendebit flamma ignis eius?
Lux obtenebrescet in tabernaculo illius: & B
lucerna quæ super eum est, extinguetur.
Arctabuntur gressus virtutis eius, & præcipitabit eum consilium suum.
Immisit enim in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat.
Tenebitur planta illius laqueo, & exardescet contra eum sitis.
Abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam.
Vndique terrebunt eum formidines, & inuoluent eum pedes eius.
Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat costas illius,

Deuoret

C Deuoret pulchritudinem cutis eius, consumat brachia illius primogenita mors.
Auellatur de tabernaculo suo fiducia eius, & calcet super eum, quasi rex interitus.
Habitent in tabernaculo illius socij eius qui non est, aspergatur in tabernaculo eius sulphur.
Deorsum radices eius siccentur, sursum autē atteratur messis eius.
Pro.2.d. D ‖Memoria illius pereat de terra, & non celebretur nomen eius in platéis.
Expellet eum de luce in tenebras, & de orbe transferet eum.
Non erit semen eius, neque progenies in populo suo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius.
In die eius stupebunt nouissimi, & primos inuadet horror.
Hæc sunt ergo tabernacula iniqui, & iste locus eius qui ignorat Deum.

S. Iob crudelitatis amicos arguens, se à Deo flagellari dicit immeritò, ostendens afflictionis acerbitatem, & se ab amicis destitutum, ac super futura resurrectione se ipsum consolatur.

CAP. XIX.

A REspondens autem Iob, dixit,
Vsquequo affligitis animam meam, & atteritis me sermonibus?
En, decies confunditis me, & non erubescitis opprimentes me.
Nempè etsi ignoraui, mecum erit ignorantia mea.
At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis.
Saltem nūc intelligite quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit.
B Ecce, clamabo vim patiens, & nemo audiet: vociferabor, & non est qui iudicet.
Semitam meam circunsepsit, & transire non possum, & in calle meo tenebras posuit.
Spoliauit me gloria mea, & abstulit coronam de capite meo.
"arboris.12 Destruxit me vndique, & pereo, & quasi euul sæ "arbori' abstulit spem meam.
Iratus est contra me furor eius, & sic me habuit quasi hostem suum.
Simul venerunt latrones eius, & fecerunt sibi viam per me, & obsederunt in gyro tabernaculum meum.
Fratres meos lōgè fecit à me, & noti mei quasi alieni recesserunt à me.
Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti sunt mei.
C Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ sicut alienum habuerunt me, & quasi peregrinus fui in oculis eorum.
Seruum meum vocaui, & non respondit, ore proprio deprecabar illum.
Halitum meum exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei.
Stulti quoque despiciebant me: & cum ab eis recessissem, detrahebant mihi.
Abominati sunt me quōdam consiliarij mei: & quem maximè diligebam, "auersatus est me.' "aduersatus est mihi.7.
Pelli meæ, consumptis carnibus, adhæsit os meum, & derelicta sunt tātummodo labia circa dentes meos.
Miseremini mei, miseremini mei, saltem vos D amici mei, quia manus Domini tetigit me.
Quare persequimini me sicut Deus, & carnibus meis saturamini?
Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro
Stylo ferreo, & plumbi lamina, vel certè sculpantur in silice?
Scio enim quòd Redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum.
Et rursum circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum.* *saluatorē meum, &.
Quem visurus sum egoipse, & oculi mei cōspecturi sunt, & non alius. reposita est hæc spes mea in sinu meo.
Quare ergo nunc dicitis, Persequamur eum, & radicem verbi inueniamus contra eum?
Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor "inquitatum' gladius est, & scitote esse iudicium. "iniquitatis 1.

S. Sophar verbis Iob motus, correptionem ipsius se dicit auditurum, & quæ sit apud Deū pars impij multis verbis prosequitur.

CAP. XX.

A REspondens autem Sophar Naamathites, dixit, Supr. 11.a
Idcirco cogitationes meæ variæ succedunt sibi, & mens in diuersa rapitur.
Doctrinam qua me arguis audiam, & spiritus intelligentiæ meæ respondebit mihi.
Hoc scio à principio, ex quo positus est homo super terram,
Quòd laus impiorum breuis sit, & gaudium hypocrytæ adinstar puncti.
Si ascenderit vsque ad cœlum superbia eius, & caput eius nubes tetigerit:
Quasi sterquilinium in fine perdetur: & qui eum viderant, dicent, Vbi est?
Velut somnium auolans non inuenietur, trā B siet sicut visio nocturna.
Oculus qui eum viderat, non videbit: neque vltrà intuebitur eum locus suus.
Filij eius atterentur egestate, & manus illius reddent

reddent ei dolorem suum.
Ossa eius implebuntur vitijs adolescentiæ eius, & cum eo in puluere dormient.
Cùm enim dulce fuerit in ore eius malum, abscondet illud sub lingua sua:
Parcet illi, & non derelinquet illud, & celabit in gutture suo.
Panis eius in vtero illius vertetur in fel aspidum intrinsecus.
Diuitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus.
C Caput aspidum suget, & occidet eum lingua viperæ.
"videbit.4. Non "videat' riuulos fluminis, torrentes mellis, & butyri.
Luet quæ fecit omnia, nec tamen consumetur: iuxta multitudinem adinuentionum suarum, sic & sustinebit:
Quoniam confringens nudauit pauperes: domum rapuit, & non ædificauit eam.
Eccl.5.c ‖Nec est satiatus venter eius: & cùm habuerit quæ concupierat, possidere non poterit.
Non remansit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius.
Cùm satiatus fuerit, arctabitur, æstuabit, & omnis dolor irruet super eum.
Vtinam impleatur venter eius, vt emittat in eum iram furoris sui, & pluat super illum bellum suum.
D Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum.
"Gladius adductus.1. "Eductus', & egrediens de vagina sua, & fulgurans in amaritudine sua: vadent, & venient super eum horribiles.
Omnes tenebræ absconditæ sunt in occultis eius: deuorabit eum ignis qui non succenditur, affligetur relictus in tabernaculo suo.
Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra consurget aduersus eum.
Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei.
Hæc est pars hominis impij à Deo, & hereditas verborum eius à Domino.

S. Iob patienter ab amicis audire postulans, causam inquirit quare impiorum nonnulli in finem vsque vitæ prosperentur, alij contrà aduersis cædantur: & respondet impium in diem perditionis à Deo seruari, falsam amicorum consolationem per hoc conuellens.

CAP. XXI.

A REspondens autem Iob, dixit,
Audite quæso sermones meos, & agite pœnitentiam.
Sustinete me, vt & ego loquar: & pòst mea, si videbitur, verba ridete.
Nunquid contra hominem disputatio mea est, vt merito non debeam contristari?
Attendite me, & obstupescite, & superponite digitum ori vestro.
Et ego quādo recordatus fuero, pertimesco, & concutit carnem meam tremor.
‖Quare ergo impij viuunt, subleuati sunt, cō Iere. 12. 2. Habac. 1.a fortatique diuitijs?
Semen eorum permanet coram eis, propinquorū turba, & nepotū in conspectu eorū.
Domus eorum secutæ sunt & pacatæ, & B non est virga Dei super illos.
Bos eorum concepit, & non abortiuit: vacca peperit, & non est priuata fœtu suo.
Egrediuntur quasi greges paruuli eorum, & infantes eorum exultant lusibus.
Tenent tympanum, & citharam, & gaudent ad sonitum organi.
Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt.
Qui dixerunt Deo, Recede à nobis, & scientiam viarum tuarum nolumus.
‖Quis' est Omnipotens, vt seruiamus ei? & Mala. 3.d. "quid. 9. quid nobis prodest si orauerimus illum?
Veruntamen quia non sunt in manu eorum bona sua, consiliū impiorum lōgè sit à me.
Quoties lucerna impiorum extinguetur, & C superueniet eis inundatio, & dolores diuidet furoris sui?
Erunt sicut paleæ ante faciem venti, & sicut fauilla quam turbo dispergit.
Deus seruabit filijs illius dolorem patris: & cùm reddiderit, tunc sciet.
Videbunt oculi eius interfectionem suam, & de furore Omnipotentis bibet.
Quid enim ad eū pertinet de domo sua post se? & si numerus mensium eius dimidietur?
Nunquid Deum docebit quispiam scientiam, qui excelsos iudicat?
Iste moritur robustus & sanus, diues & felix,
Viscera eius plena sunt adipe, & medullis ossa illius irrigantur.
Alius verò moritur in amaritudine animæ absque vllis opibus:
Et tamen simul in puluere dormient, & ver- D mes operient eos.
Certè noui cogitationes vestras, & sententias contra me iniquas.
Dicitis enim, Vbi est domus principis? & vbi tabernacula impiorum?
Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illum intelligere cognoscetis.
Quia in diem perditionis seruatur malus, & ad diem furoris ducetur.
Quis arguet coram eo viam eius? & quæ fecit, quis reddet illi?
Ipse ad sepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit.
Dulcis fuit glareis Cocyti, & post se omnem hominem trahet, & ante se innumerabiles.

Quo-

Quomodo igitur consolamini me frustrà, cũ responsio vestra repugnare ostensa sit veritati?

S. Eliphaz arguit Iob immisericordiæ in pauperum oppressione, & aliorum facinorum: ostendens ipsum de diuina prouidentia non rectè sentire, ac pœnitenti bona promittens.

CAP. XXII.

A REspondens autem Eliphaz Themanites, dixit,
Nunquid Deo potest comparari homo, etiam cum perfectæ fuerit scientiæ?
Quid prodest Deo si iustus fueris? aut quid ei confers si immaculata fuerit via tua?
*10.8. Nunquid timens *arguet te, & veniet tecum in iudicium,
Et non propter malitiam tuam plurimam, & infinitas iniquitates tuas?
Abstulisti enim pignus fratrum tuorum sine causa, & nudos spoliasti vestibus.
B Aquam lasso non dedisti, & esurienti subtraxisti panem.
In fortitudine brachij tui possidebas terram, & potentissimus obtinebas eam.
Viduas dimisisti vacuas, & lacertos pupillorum comminuisti.
Propterea circundatus es laqueis, & conturbat te formido subita.
Et putabas te tenebras non visurum, & impetu aquarũ inundantiũ non oppressum iri?
*Ann.1. *An cogitas quòd Deus excelsior cœlo sit, & super stellarum verticem sublimetur?
Et dicis, Quid enim nouit Deus? & quasi per caliginem iudicat.
Nubes latibulum eius, nec nostra considerat, & circa cardines cœli perambulat.
Nunquid semitam seculorum custodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui,
C Qui sublati sunt ante tempus suum, & fluuius subuertit fundamentum eorum,
Qui dicebant Deo, Recede à nobis: & quasi nihil possit facere Omnipotens, æstimabant eum,
Cùm ille implesset domos eorum bonis? quorum sententia procul sit à me.
Psal.106.d ‖Videbunt iusti & lætabuntur, & innocens subsannabit eos.
Nónne succisa est erectio eorum, & reliquias eorum deuorauit ignis?
Acquiesce igitur ei, & habeto pacem, & per hæc habebis fructus optimos.
Suscipe ex ore illius legem, & pone sermones eius in corde tuo.
D Si reuersus fueris ad Omnipotentẽ, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo.
Dabit pro terra silicem, & pro silice torrentes aureos.
Eritque Omnipotens contra hostes tuos, & argentum coaceruabitur tibi.
Tunc super Omnipotentem delicijs afflues, & eleuabis ad Deum faciem tuam.
Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes.
Decernes rem, & veniet tibi, & in vijs tuis splendebit lumen.
‖Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos, ipse saluabitur. Prou.29.d
Saluabitur innocens, saluabitur autem in mũditia manuum suarum.

S. Iob diuinum iudicium humiliter inuocans, ostendit se non puniri propter peccata sua, rectèque sentire de prouidentia Dei incomprehensibilis, omnia pro sua voluntate facientis.

CAP. XXIII.

A REspondens autem Iob, ait,
Nunc quoque in amaritudine est sermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata est super gemitum meum.
Quis mihi tribuat, vt cognoscã & inueniam illum, & veniam vsque ad solium eius?
Ponam coram eo iudicium, & os meum replebo increpationibus,
B Vt sciam verba quæ mihi respondeat, & intelligam quid loquatur mihi.
Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis suæ mole me premat.
Proponat æquitatem contra me, & perueniet ad victoriam iudicium meum.
Si ad Orientem iero, non apparet: si ad Occidentem, non intelligam eum.
C Si ad sinistram, quid agam? non apprehendã eum. si me vertam ad dexteram, non videbo illum.
Ipse verò scit viam meã, & probabit me quasi aurum quod per ignem transit.
Vestigia eius secutus est pes meus, viam eius custodiui, & non declinaui ex ea.
A mandatis labiorum eius non recessi, & in sinu meo abscondi verba oris eius.
D Ipse enim solus est, & nemo auertere potest cogitationem eius: & anima eius quodcunque voluit, hoc fecit.
Cumque expleuerit in me voluntatem suam, & alia multa similia præstò sunt ei.
Et idcirco à facie eius turbatus sum: & considerans eum, timore solicitor.
Deus molliuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me.
Non enim perij propter imminẽtes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

S. Iob vt rectè se sentire ostendat de diuina prouidentia, dicit Deo nota esse tempora: & hominum varias recensẽt iniquitates, ab ipso puniendas.

CAP. XXIIII.

AB Om-

A AB Omnipotente non sunt abscondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius.
Alij terminos transtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos.
Asinum pupillorum abegerunt, & abstulerũt pro pignore bouem viduæ.
Subuerterunt pauperum viam, & oppresserunt pariter mansuetos terræ.
Alij quasi onagri in deserto egrediuntur ad opus suum, vigilantes ad prædam, præparant panem liberis.
Agrum non suum demetunt: & vineam eius, quem vi oppresserunt, vindemiant.
B Nudos dimittunt homines, indumenta tollẽtes, quibus non est operimẽtum in frigore:
Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexantur lapides.
Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgum pauperem spoliauerunt.
Nudis & incedentibus absque vestitu, & esurientibus tulerunt spicas.
Inter aceruos eorum meridiati sunt, qui calcatis torcularibus sitiunt.
De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus inultum abire non patitur.
C Ipsi fuerunt rebelles lumini, nescierunt vias eius: nec reuersi sunt per semitas eius.
Manè primo consurgit homicida, interficit egenum & pauperem: per noctem verò erit quasi fur.
Oculus adulteri obseruat caliginem, dicens, Non me videbit oculus: & operiet vultum suum.
Perfodit in tenebris domos, sicut in die condixerant sibi, & ignorauerunt lucem.
Si subitò apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & sic in tenebris quasi in luce ambulant.
Leuis est super faciẽ aquæ: maledicta sit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearum.
D Ad nimiũ calorem transeat ab aquis niuiũ, & vsque ad inferos peccatum illius.
Obliuiscatur eius misericordia: dulcedo illius vermes: non sit in recordatione, sed conteratur quasi lignum infructuosum.
Pauit enim sterilem & quæ non parit, & viduæ bene non fecit.
Detraxit fortes in fortitudine sua: & cùm steterit, non credet vitæ suæ.
Appe.2.f. ‖Dedit ei Deus locum pœnitẽtiæ, & ille abutitur eo in superbiam: oculi autem eius sunt in vijs illius.
Eleuati sunt ad modicum, & non subsistent, & humiliabuntur sicut omnia, & auferentur, & sicut summitates spicarũ conterẽtur.
Quod si non est ita, quis me potest arguere esse mentitum, & ponere ante Deum verba mea?

S. Baldad ex Dei sublimitate & hominis humilitate, negat hominem Deo comparatum iustificari posse.

CAP. XXV.

A REspondens autem Baldad Suhites, dixit,
Potestas & terror apud eũ est qui facit concordiam in sublimibus suis.
Nunquid est numerus militum eius? & super quem non surget lumen illius? fulget.12.a.
‖Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Sup.4.d.
Ecce luna etiam non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius:
Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

S. Iob dicit nullum Deo ab homine auxilium præstari posse, Dei incomprehensibilem potentiam ex ipsius operibus demonstrans.

CAP. XXVI.

A REspondens autem Iob, dixit,
Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & sustentas brachium eius qui non est fortis?
Cui dedisti consilium? forsitan illi qui non habet sapientiam, & prudentiam tuam ostẽdisti plurimam.
*Quem docere voluisti? nónne eum qui fecit spiramentum? *aut.12.
B Ecce gigantes gemunt sub aquis, & qui habitant cum eis.
Nudus est infernus coram illo, & nullum est operimentum perditioni.
Qui extendit Aquilonem super vacuum, & appendit terram super nihilum.
C Qui ligat aquas in nubibus suis, vt non erumpant pariter deorsum.
Qui tenet vultum solij sui, & expandit super illud nebulam suam.
Terminum circundedit aquis vsque dum finiantur lux & tenebræ.
Columnæ cœli contremiscunt, & pauent ad nutum eius.
In fortitudine illius repentè maria congregata sunt, & prudẽtia eius percussit superbũ. D
Spiritus eius ornauit cœlos: & obstetricante manu eius, eductus est coluber tortuosus.
Ecce, hæc ex parte dicta sunt viarum eius: & cum vix paruam stillam sermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

S. Iob perpetuò constans in sui iustificatione, rejecta amicorum calumnia ostendit quo modo impij ex præsentis vitæ breui prosperitate in mortem

mortem rapiantur à Deo ad supplicia.

CAP. XXVII.

A ADdidit quoque Iob, assumens parabolam suam,& dixit,
Viuit Deus, (qui abstulit iudicium meum, & Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam.)
Quia donec supereſt halitus in me, & spiritus Dei in naribus meis,
Non loquentur labia mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium.
Absit à me vt iustos vos esse iudicem: donec deficiam, non recedam ab innocentia mea.
B Iustificationem meam quam cœpi tenere, nō deseram: neque enim reprehendit me cor meum in omni vita mea.
Sit vt impius, inimicus meus: & aduersarius meus, quasi iniquus.
Quæ est enim spes hypocritæ si auarè rapiat, & non liberet Deus animam eius?
Nunquid Deus audiet clamorem eius, cùm venerit super eum angustia?
Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore?
Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens habeat, nec abscondam.
vt.1. Ecce, vos omnes nostis, & *quid sine causa
C vana loquimini?
Hæc est pars hominis impij apud Deum, & hæreditas violentorum, quam ab Omnipotente suscipient.
Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erunt, & nepotes eius non saturabūtur pane.
Qui reliqui fuerint ex eo, sepelientur in interitu, & viduæ illius non plorabunt.
Si comportauerit quasi terram argentum, & sicut lutum præparauerit vestimenta:
Præparabit quidem, sed iustus vestietur illis: & argentum innocens diuidet.
D Aedificauit sicut tinea domum suam, & sicut custos fecit vmbraculum.
Psal.48.d. ‖Diues cùm dormierit, nihil secum auferet, aperiet oculos suos, & nihil inueniet.
Apprehendet eum quasi aqua inopia, nocte opprimet eum tempestas.
Tollet eum ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco suo.
emittet.14 'Et mittet' super eum, & non parcet: de manu eius fugiens fugiet.
Stringet super eum manus suas, & sibilabit super illum, intuens locum eius.
S. *Iob sapientiam ostendit auro longe esse præstantiorem, tum origine tum rei dignitate, Deo autem perspecta esse quæque occultissima naturæ, & sapientiam è cœlo dari non auro emi.*

CAP. XXVIII.

HAbet argētum, venarum suarum principia: & auro locus est in quo conflatur. A
Ferrum de terra tollitur: & lapis solutus calore in æs vertitur.
Tempus posuit tenebris, & vniuersorum finem ipse considerat, lapidem quoque caliginis, & vmbram mortis.
Diuidit torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus est pes egentis hominis & inuios.
Terra de qua oriebatur panis in loco suo, igni subuersa est.
Locus sapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum.
Semitam ignorauit auis, nec intuitus est eam oculus vulturis.
Non calcauerūt eam filij institorum, nec pertransiuit per eam leæna. B
Ad silicem extendit manum suam, subuertit à radicibus montes.
In petris riuos excidit. & omne, pretiosum vidit oculus eius.
Profunda quoque fluuiorum scrutatus est, & abscondita in lucem produxit.
Sapientia verò vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ?
Nescit homo pretium eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium.
Abyssus dicit, Non est in me: & mare loquitur, Non est mecum. C
‖Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in cōmutatione eius. Prouer.31.b. &c. 8.b. Sapien.7.a
Nō cōferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi sardonycho pretiosissimo, vel sapphiro.
Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri.
Excelsa & eminentia non memorabuntur comparatione eius: trahitur autem sapientia de occultis.
Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia, nec tincturæ mundissimæ componetur.
Vnde ergo sapientia venit? & quis est locus intelligentiæ?
Abscondita est ab oculis omnium viuentiū, D volucres quoque cœli latet.
Perditio & mors dixerunt, Auribus nostris audiuimus famam eius.
Deus intelligit viam eius, & ipse nouit locum illius.
Ipse enim fines mūdi intuetur: & omnia quæ sub cœlo sunt respicit.
Qui fecit ventis pondus, & aquas appendit in mensura.
Quādo ponebat pluuijs legem, & viam procellis sonantibus:
Tunc vidit illā, & enarrauit, & præparauit, & inuestigauit.

Et dixit

Prou.9.b. Et dixit homini, Ecce timor Domini, ipsa est
Psal.110.b. sapientia: & recedere à malo, intelligentia.

S. *Iob pristinæ cupiens restitui felicitati, multis verbis illam enarrat, vnà cum bonis suis operibus, quo se de contraria amicorum calumnia vindicet.*

CAP. XXIX.

A ADdidit quoque Iob, assumens parabolam suam, & dixit:
Quis mihi tribuat, vt sim iuxta mensēs pristinos, secundum dies quibus Deus custodiebat me.
Quando splendebat lucerna eius super caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris?
Sicut fui in diebus adolescentiæ meæ, quādo secretò Deus erat in tabernaculo meo?
Quando erat Omnipotens mecum: & in circuitu meo pueri mei?
Quando lauabam pedes meos butyro, & petra fundebat mihi riuos olei?
B Quando procedebam ad portam ciuitatis & in platea parabant cathedram mihi?
Videbant me iuuenes, & abscondebantur: & senes assurgentes stabant.
Principes cessabant loqui, & digitum superponebant ori suo.
Vocem suam cohibebant duces, & lingua eorum gutturi suo adhærebat.
Auris audiēs beatificabat me, & oculus vidēs testimonium reddebat mihi,
Eo quòd liberassem pauperem vociferantē, & pupillum cui non esset adiutor.
C Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduæ consolatus sum.
Iustitia indutus sum: & vestiui me, sicut vestimento & diademate iudicio meo.
Oculus fui cæco, & pes claudo.
Pater eram pauperum: & causam quam nesciebam diligentissimè inuestigabam.
Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius auferebam prædam.
Dicebamque, In nidulo meo moriar, & sicut palma multiplicabo dies.
Radix mea aperta est secus aquas, & ros morabitur in messione mea.
D Gloria mea semper innouabitur, & arcus meus in manu mea instaurabitur.
Qui me audiebant, expectabant sententiam, & intenti tacebant ad consilium meum.
Verbis meis addere nihil audebant, & super illos stillabat eloquium meum.
Expectabant me sicut pluuiam, & os suum aperiebant quasi ad imbrem serotinum.
Si quando ridebam ad eos, non credebant, & lux vultus mei non cadebat in terram.
Si voluissem ire ad eos, sedebam primus: cumque sederem quasi rex circunstante exercitu, eram tamen mœrentium consolator.

S. *Plangit Iob pristinam illam felicitatem, versam sibi permittente Deo in summam calamitatem.*

CAP. XXX.

NVnc autem derident me iuniores tē- A
pore, quorum non dignabar patres ponere cum canibus gregis mei:
Quorum virtus manuum mihi erat pro nihilo, & vita ipsa putabantur indigni.
Egestate & fame steriles, qui rodebant in solitudine, squallentes calamitate & miseria.
Et mandebant herbas, & arborum cortices, & radix iuniperorum erat cibus eorum.
Qui de conuallibus ista rapientes, cum singula reperissent, ad ea cum clamore currebant.
In desertis habitabant torrentium, & in cauernis terræ, vel super glaream.
Qui inter huiusce modi lætabātur, & esse sub B
sentibus delicias computabant.
Filij stultorum & ignobilium, & in terra penitus non parentes.
Nunc in eorum canticum versus sum, & factus sum eis in prouerbium.
Abominantur me, & longè fugiunt à me, & faciem meam conspuere non verentur.
Pharetram enim suam aperuit, & afflixit me, & frænum posuit in os meum.
Ad dexteram orientis calamitatis meæ ilico surrexerunt: pedes meos subuerterunt, & oppresserunt quasi fluctibus, semitis suis.
Dissipauerunt itinera mea, insidiati sunt mihi: & prævaluerunt, & non fuit qui ferret auxilium.
Quasi rupto muro, & aperta ianua irruerunt C
super me, & ad meas miserias deuoluti sunt.
Redactus sum in nihilum: abstulit quasi ventus desyderium meum: & velut nubes pertransijt salus mea.
Nunc autem in memetipso marcescit anima mea, & possident me dies afflictionis.
Nocte os meum perforatur doloribus: & qui me comedunt, non dormiunt.
In multitudine eorum consumitur vestimētum meū, & quasi capitio tunicæ succinxerunt me.
Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauillæ & cineri.
‖Clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non Supra.19.a
respicis me.
Mutatus es mihi in crudelē, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.
Eleuasti me, & quasi super ventum ponēs elisisti me valide.
Scio quia morti trades me, vbi constituta est D
domus omni viuenti.
Verūtamen nō ad cōsumptionē meam emittis manū tuā: & si corruerint, ipse saluabis.

Flebam quondam super eo qui afflictus erat, & compatiebatur anima mea pauperi.
Expectabam bona, & venerunt mihi mala: præstolabar lucem, & erupuerunt tenebræ?
Interiora mea efferbuerunt absq; vlla requie, præuenerunt me dies afflictionis.
Mœrens incedebam, sine furore, consurgens, in tuba clamabam.
Frater fui draconum, & socius struthionum.
Cutis mea denigrata est super me, & ossa mea aruerunt præ caumate.
Versa est in luctum cithara mea, & organum meum in vocem flentium.

S. Iob vt de amicorum calumnia se purget, summum iudicem innocentiæ suæ testem inuocans, suas enarrat virtutes.

CAP. XXXI.

A PEpigi fœdus cum oculis, vt ne cogitarem quidem de virgine.
Quam enim partē haberet in me Deus désuper, & hæreditatem Omnipotens de excelsis?
Nunquid non perditio est iniquo, & alienatio operantibus iniustitiam?
Prou. 5. d. Nónne ipse consyderat vias meas, & cunctos gressus meos dinumerat?
Si ambulaui in vanitate, & festinauit in dolo pes meus:
Appendat me in statéra iusta, & sciat Deus simplicitatem meam.
Si declinauit gressus meus de via, & si 'secutus est oculus meus' cor meum, & si in manibus meis adhæsit macula:
Seram, & alius comedat: & progenies mea eradicetur.
Si deceptum est cor meum super muliere, & si ad ostium amici mei insidiatus sum:
B Scortum alterius sit vxor mea, & super illam incuruentur alij.
Hoc enim nefas est, & iniquitas maxima.
Ignis est vsque ad perditionem deuorans, & omnia eradicans genimina.
Si cōtempsi subire iudicium cum seruo meo, & ancilla mea, cū disceptarēt aduersum me.
Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicandum Deus? & cum quæsierit, quid respondebo illi?
Nunquid non in vtero fecit me, qui & illum operatus est: & formauit me in vulua vnus?
Si negaui quod volebant pauperibus, & oculos viduæ expectare feci.
Si comedi buccellam meam solus, & non comedit pupillus ex ea?
(Quia ab infantia mea creuit mecum miseratio: & de vtero matris meæ egressa est mecum.)
Si despexi pereuntem, eo quòd non habuerit indumentum, & absque operimento pau-

'secutum est oculos meos. i.

perem?
Si non benedixerunt mihi latera eius, & de C velleribus ouium mearum calefactus est?
Si leuaui super pupillum manum meā, etiam cum viderem me in porta superiorem?
Humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meū cum suis ossibus cōfringatur.
Semper enim quasi tumentes super me fluctus timui Deum, & pondus eius ferre non potui.
Si putaui aurum robur meum: & obrizo dixi, Fiducia mea?
Si lætatus sum super multis diuitijs meis, & quia plurima reperit manus mea?
Si vidi solem cum fulgeret, & lunam inceden tem clarè:
Et lætatum est in abscondito cor meum, & osculatus sum manum meam ore meo,
Quæ est iniquitas maxima, & negatio contra Deum altissimum?
Si gauisus sum ad ruinam eius qui me oderat: & exaltaui quòd inuenisset eum malum?
Non enim dedi ad peccandum guttur meum, D vt expeterem maledicens animam eius.
Si non dixerūt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt saturemur?
Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit.
Si abscondi quasi homo peccatum meum, & celaui in sinu meo iniquitatem meam?
Si expaui ad multitudinē nimiā, & despectio propinquorum terruit me: & non magis ta cui, nec egressus sum ostium?
Quis mihi tribuat auditorem, vt desyderium meum audiat Omnipotens: & librum scribat ipse qui iudicat,
Vt in humero meo portem illum, & circundem illum quasi coronam mihi?
Per singulos gradus meos pronūtiabo illum, & quasi principi offeram eum.
Si aduersum me terra mea clamat, & cum ipsa sulci eius deflent?
Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi:
Pro frumento oriatur mihi tribulus, & pro hordeo spina.

Finita sunt verba Iob.

S. Iob silentio amicis imposito, arguitur vnà cum illis insipientiæ ab Eliu, qui suam iactat sapientiam.

CAP. XXXII.

O Miserunt autem tres viri isti respon- A dere Iob, eo quòd iustus sibi videretur. Et iratus, indignatúsque est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus est autem aduersum Iob, eo quòd iustum se esse diceret coram Deo. Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eo quòd non

non inuenissent responsionem rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob. Igitur
f.6. Eliu expectauit Iob loquentem: eo quòd seniores 'essent qui loquebantur.
B Cum autem vidisset quòd tres respondere nō potuissent, iratus est vehementer. Respondénsque Eliu filius Barachel Buzites, dixit,
Iunior sum tempore, vos autem antiquiores: idcirco demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiam.
Sperabam enim quòd ætas prolixior loquere tur, & annorum multitudo doceret sapientiam.
Sed vt video, Spiritus est in hominibus, & inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam.
C Non sunt longæui sapientes, nec senes intelligunt iudicium.
Ideo dicam, audite me, ostendam vobis etiam ego meam sapientiam.
Expectaui enim sermones vestros, audiui pru dentiam vestrā, donec disceptaremini sermonibus:
Et donec putabam vos aliquid dicere, consyderabam: sed vt video, non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermoni bus eius.
Nec fortè dicatis, Inuenimus sapientiā, Deus proiecit eum, non homo.
D Nihil locutus est mihi, & ego non secūdum sermones vestros respondebo illi.
Extimuerunt, nec responderunt vltrà, abstuleruntque à se eloquia.
Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti: steterunt, nec vltrà responderunt:
Respondebo & ego partem meam, & ostendam scientiam meam.
Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei.
En venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas nouas disrumpit.
Loquar, & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respondebo.
Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo.
Nescio enim quādiu subsistam, & si post modicum tollat me factor meus.

S. Eliu ex sermonibus Iob ostendere nititur eum non esse iustum, docens quomodo Deus homini loquatur vt erudiat & increpet, ac respiscenti propitietur.

A CAP. XXXIII.

AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta.
Ecce, aperui os meum, 'loquatur' lingua mea in faucibus meis.
'sicientiam. i. Simplici corde meo sermones mei, & 'sententiam' puram labia mea loquentur.
Spiritus Dei fecit me, & spiraculū Omnipotentis viuificauit me.
Si potes, responde mihi, & aduersus faciem meam consiste.
Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodē luto ego quoque formatus sum.
Veruntamen miraculum meum non te terreat, & 'eloquentia mea non sit tibi grauis.' *'eloquiūmeū non sit tibi graue.* i.
Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorum audiui,
Mundus sum ego, & absque delicto: immaculatus, & non est iniquitas in me.
B
Quia querelas in me reperit, ideo arbitratus est me inimicum sibi.
Posuit in neruo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas.
Hoc est ergo in quo non es iustificatus. respōdebo tibi, quia maior sit Deus homine.
Aduersus eum contendis, quòd non ad omnia verba responderit tibi?
Semel loquitur Deus, & secundò id ipsum non repetit.
Per somnium in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiunt in lectulo:
Tunc aperit aures virorum, & erudiens eos, C instruit disciplina,
Vt auertat hominem ab his quæ 'fecit,' & li- *'facit.* i.
beret eum de superbia:
Eruens animam eius à corruptione: & vitam illius, vt non transeat in gladium.
Increpat quoque per dolorem in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit.
Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animæ illius cibus antè desyderabilis.
Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerant, nudabuntur,
Appropinquauit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis.
Si fuerit pro eo angelus loquens 'vnus' de mil- *'vnum.* i.
libus, vt annuntiet hominis æquitatem,
Miserebitur eius, & dicet, Libera eum, vt non descendat in corruptionem: inueni in quo ei propitier.
Consumpta est caro eius à supplicijs, reuer- D
tatur ad dies adolescentiæ suæ.
Deprecabitur Deum, & placabilis ei erit: & videbit faciem eius in iubilo, & reddet homini iustitiam suam.
Respiciet homines, & dicet, Peccaui, & verè deliqui: & vt eram dignus, non recepi.
Liberauit animā suam ne pergeret in interitum, sed viuens lucem videret.
Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos:
Vt reuocet animas eorum à corruptione & illuminet luce viuentium.
Attende Iob, & audi me: & tace, dum ego loquor.

Si autem habes quod loquaris, responde mihi, loquere: volo enim te apparere iustum.
Quòd si non habes, audi me: tace, & docebo te sapientiam.

S. Eliu rursum ex verbis Iob accusat eum blasphemiæ aliorumq; criminum, æquitatem ostendens diuini iudicij, eius quoque potentiæ & notitiæ cuncta subesse.

CAP. XXXIIII.

A PRonuntians itaque Eliu, etiam hæc locutus est,
Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me:
‖Auris enim verba probat, & guttur escas gustu diiudicat. Supra.12.b
Iudicium eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius,
Quia dixit Iob, Iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum.
In iudicando enim me, mendacium est: violenta sagitta mea absque vllo peccato.
Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationem quasi aquam,
Qui graditur cum operantibus iniquitatem, & ambulat cum viris impijs?
Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiam si cucurrerit cum eo.
Ideo viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotente iniquitas.
B Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis.
Verè enim Deus non condemnabit frustra, nec omnipotens subuertet iudicium.
Quem constituit alium super terrā? aut quem posuit super orbem quem fabricatus est?
Si direxerit ad eum cor suum, spiritum illius & flatum ad se trahet:
Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur.
Si habes ergo intellectum, audi quod dicitur, & ausculta vocem eloquij mei.
Nunquid qui non amat iudicium, sanari potest? & quomodo tu eum qui iustus est, in tantum condemnas,
Qui dicit regi, apostata: qui vocat duces impios?
Deut.10.d 2.Par.19.c. Sapien.6.b ‖Qui non accipit personas principum: nec cognouit tyrannum, cum disceptaret contra pauperē: opus enim manuum eius sunt vniuersi.
C Subito morientur, & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferēt violentum absque manu.
Eccli.35.b. Rom.2.b. Galat.2.b. Ephes.6.b Coloss.3.d. Act.10.e. 1.Petr.1.e. Oculi enim eius super vias hominum, & omnes gressus eorum consyderat.
Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondantur ibi qui operantur iniquitatem.
Neque enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudicium.
Conteret multos, innumerabiles, & stare faciet alios pro eis.
Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur.
Quasi impios percussit eos in loco videntiū.
Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerunt,
Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperum.
Ipso enim concedente pacem, quis est qui cō demnet? ex quo absconderit vultum, quis est qui contempletur eum & super gentes & super omnes homines?
Qui regnare facit hominem hypocritā propter peccata populi. D
Quia ergo ego locutus sum ad Deū, te quoque non prohibebo.
Si erraui, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, vltrà non addam.
Nunquid à te Deus expetit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quòd siquid nosti melius, loquere.
Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me.
Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam.
Pater mi, probetur Iob vsque ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis.
"Qui' addit super peccata sua blasphemiam: inter nos interim constringatur, & tunc ad iudiciū prouocet sermonibus suis Deū. "agit. 6. "malitiæ sermones su os ad Deū.

S. Eliu colligens Iob dixisse Deo non placere quod rectum est, ostendit non Deo sed homini & pietatem prodesse & impietatem obesse.

CAP. XXXV. A

IGitur Eliu hæc rursum locutus est,
Nūquid æqua tibi videtur tua cogitatio, vt diceres, Iustior sum Deo?
Dixisti enim, Nō tibi placet quod rectum est: vel quid tibi proderit, si ego peccauero?
Itaque ego respondebo sermonibus tuis, & amicis tuis tecum.
Suspice cœlum & intuere, & contemplare æthera quòd altior te sit. B
Si peccaueris, quid ei nocebis? & si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ, quid facies cōtra eum?
Porrò si iustè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?
Homini qui similis tui est, nocebit impietas tua: & filium hominis adiuuabit iustitia tua.
Propter multitudinem calumniatorum clamabunt: & eiulabunt propter vim brachij C tyrannorum.

Et non

Et non dixit, Vbi est Deus qui fecit me, qui dedit carmina in nocte?
Qui docet nos super iumenta terræ, & super volucres cœli erudit nos.
Ibi clamabunt, & non exaudiet, propter superbiam malorum.
Non ergo frustra audiet Deus, & Omnipo-
D tens causas singulorum intuebitur.
Etiam cum dixeris, Non consyderat: iudicare coram illo, & expecta eum.
Nunc enim non infert furorem suum, nec vl ciscitur scelus valde:
Ergo Iob frustra aperit os suum, & absque scientia verba multiplicat.

S. Eliu æquitatem diuini iudicij tuetur, qui percutit vt eruditat, loquitur vt ad se redeant, redeūtes à flagellis liberat: hortatur itaque Iob ad respiscentiam, promittens cuncta prospera.

CAP. XXXVI.

A ADdens quoque Eliu, hæc locutus est,
Sustine me paululum, & indicabo tibi: adhuc enim habeo quod pro Deo loquar.
Repetam scientiam meam à principio, & operatorem meum probabo iustum.
Verè enim absque mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi.
"potent.6. Deus "potentes' non abijcit, cum & ipse sit potens.
"tribuet. 5. Sed non saluat impios, & iudicium pauperibus "tribuit'.
"illi.1. B Non auferet à iusto oculos suos, & reges in solio collocat' in perpetuum, & "illic' eriguntur.
Et si fuerint in catenis, & vinciantur funibus paupertatis,
Indicabit eis opera eorum & scelera eorum, quia violenti fuerunt.
Reuelabit quoq; aurem eorum, vt corripiat: & loquetur, vt reuertantur ab iniquitate.
Si audierint & obseruauerint, complebunt dies suos in bono, & annos suos in gloria.
Si autem non audierint, transibunt per gladium, & consumentur in stultitia.
Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neque clamabunt cum vincti fuerint.
Morietur in tempestate anima eorum, & vita eorum inter effœminatos.
Eripiet de angustia sua pauperem, & reuelabit in tribulatione aurem eius.
Igitur saluabit te de ore angusto latissimè, & non habente fundamentum subter se: requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine.
C Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumque recipies.
Nō te ergo superet ira, vt aliquem opprimas: nec multitudo donorum inclinet te.
Depone magnitudinem tuam absque tribulatione, & omnes robustos fortitudine.
Ne protrahas noctem, vt ascendant populi pro eis.
Caue ne declines ad iniquitatem: hanc enim cœpisti sequi post miseriam.
Ecce, Deus excelsus in fortitudine sua, & nullus ei similis in legislatoribus.
Quis poterit scrutari vias eius? aut quis potest ei dicere, Operatus es iniquitatem?
Memento quòd ignores opus eius de quo ce D cinerunt viri.
Omnes homines vident eum, vnusquisque intuetur procul.
Ecce Deus magnus vincens scientiam nostram: numerus annorū eius inæstimabilis.
Qui aufert stillas pluuiæ, & effundit imbres ad instar gurgitum.
Qui de nubibus "fluunt', quæ prætexunt cuncta dēsuper. "pluunt.5.
Si voluerit extendere nubes quasi tentorium suum,
Et fulgurare lumine suo dēsuper, cardines quoque maris operiet.
Per hæc enim iudicat populos, & dat escas multis mortalibus.
In manibus abscondit lucem, & præcipit ei vt rursus adueniat.
Annuntiat de ea amico suo, quòd possessio eius sit, & ad eam possit ascendere.

S. Eliu ex mirabilibus Dei operibus declarat Dei sapientiam, potentiam, ac iustitiam, & inscrutabile iudicium ipsius: quibus vult Iob detraxisse.

CAP. XXXVII.

SVper hoc expauit cor meum, & emotum A est de loco suo.
Audite auditionem in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem.
Subter omnes cœlos ipse consyderat, & lumē illius super terminos terræ.
Post eum rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ, & non inuestigabitur, cum audita fuerit vox eius.
Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia.
Qui præcipit niui vt descendat in terram, & B hyemis pluuijs, & imbri fortitudinis suæ.
Qui in manu omnium hominum signat, vt nouerint singuli opera sua.
Ingredietur bestia latibulum, & in antro suo morabitur.
Ab interioribus egredietur tempestas, & ab Arcturo frigus.
Flante Deo concrescit gelu, & rursum latissimè funduntur aquæ.
Frumentum desyderat nubes, & nubes spargunt lumen suum.

Quæ lustrant per circuitum quocunque eas voluntas gubernantis duxerit, ad omne quod præceperit illis super faciem orbis terrarum.

C Siue in vna tribu, siue in terra sua, siue in quocunque loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri.

Ausculta hæc Iob: sta, & consydera mirabilia Dei.

Nunquid scis quando præcepit Deus pluuijs, vt ostenderent lucem nubium eius?

Nunquid nosti semitas nubium magnas, & perfectas scientias?

D Nonne vestimenta tua calida sunt, cum perflata fuerit terra Austro?

Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos, qui solidissimi quasi ære fusi sunt.

Ostende nobis quid dicamus illi: nos quippe inuoluimur tenebris.

Quis narrabit ei quæ loquor? etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur.

At nunc non vident lucem: subito aer cogetur in nubes, & ventus trâsiens fugabit eas.

Ab Aquilone aurum venit, & ad Deum formidolosa laudatio.

Dignè eum inuenire non possumus: magnus fortitudine & iudicio, & iustitia, & enarrari non potest.

Ideo timebunt eum viri, & non audebunt cõtemplari oẽs qui sibi videntur esse sapiẽtes.

S. Deus arguit Iob, ostendens ex conditis à se operibus non posse illum diuinam potentiam ac sapientiam comprehendere.

CAP. XXXVIII.



A Respondens autem Dominus Iob de turbine, dixit,

Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis?

Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te, & responde mihi.

Vbi eras quãdo ponebam fundamenta terræ? indica mihi, si habes intelligentiam.

Quis posuit mensuras eius si nosti? vel quis tetendit super eam lineam?

Super quo bases illius solidatæ sunt? aut quis demisit lapidem angularem eius,

Cum me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filij Dei?

Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens,

Cum ponerem nubem vestimentum eius, & caligine illud quasi pannis infantiæ obuoluerem?

Circũdedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia,

Et dixi, Vsque huc venies, & non procedes B amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos.

Nunquid post ortum tuum præcepisti diluculo, & ostendisti auroræ locum suum? "exclusistis

Et tenuisti concutiens extrema terræ, & "excussisti impios ex ea?

Restituetur vt lutum signaculum, & stabit sicut vestimentum.

Auferetur ab impijs lux sua, & brachium excelsum confringetur.

Nunquid ingressus es profunda maris, & in nouissimis abysi deambulasti?

Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti?

Nunquid considerasti " latitudinem' terræ? "latitudinis

indica mihi, si nosti, omnia,

In qua via lux habitet, & tenebrarum quis locus sit,

Vt ducas vnumquodque ad terminos suos, & intelligas semitas domus eius.

Sciebas tunc quòd nasciturus esses? & numerum dierum tuorum noueras? C

Nunquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis aspexisti?

Quæ præparaui in tempus hostis, in diem pugnæ & belli?

Per quam viam spargitur lux, diuiditur æstus super terram?

Quis dedit vehementissimo imbri cursum, & viam sonantis tonitrui,

Vt plueret super terram, absque homine in deserto, vbi nullus mortaliũ commoratur,

Vt impleret inuiam & desolatam, & produceret herbas virentes.

Quis est pluuiæ pater? vel quis genuit stillas roris?

De cuius vtero egressa est glacies? & gelu de cœlo quis genuit?

In similitudinem lapidis, aquæ durantur, & D superficies abysi constringitur.

Nunquid coniungere valebis micantes stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare?

Nunquid producis Luciferum in tempore suo, & Vesperum super filios terræ consurgere facis?

Nunquid nosti ordinem cœli, & pones rationem eius in terra?

Nunquid eleuabis in nebula vocem tuam, & impetus aquarum operiet te?

Nunquid mittes fulgura, & ibunt: & reuertentia dicent tibi, Adsumus?

Quis posuit in visceribus hominis sapientiã? vel quis dedit gallo intelligentiam?

Quis enarrabit cœlorum rationem, & concẽtum cœli quis dormire faciet?

Quando fundebatur puluis in terra, & glebæ compingebantur?

Nunquid capies leænæ prædam, & animam catulorum eius implebis,

Quando cubant in antris, & in specubus insidiantur?

Pſal.146. ‖ Quis præparat coruo escam suam, quando pulli eius clamant ad Deum, vagantes, eo quòd non habeant cibos?

S. Deus ipsi Iob ostendit mirabilia opera sua in ibicibus, onagro, rhinocerote, struthione, equo & aquila: arguens eum quòd cum ipso contendere voluerit: quibus Iob commotus agnoscit se temerè loquutum.

A CAP. XXXIX.

NVnquid nosti tempus partus ibicum in petris, vel parturientes ceruas ob seruasti?

Dinumerasti menses conceptus earum, & scisti tempus partus earum?

Incuruantur ad fœtum, & pariunt, & rugitus emittunt.

Separãtur filij earum, & pergunt ad pastum: egrediuntur, & non reuertuntur ad eas.

Quis dimisit onagrum liberum, & vincula eius quis soluit?

Cui dedi in solitudine domum, & tabernacula eius in terra salsuginis.

B Contemnit multitudinem ciuitatis, clamorem exactoris non audit.

Circunspicit montes pascuæ suæ, & virentia quæq; perquirit.

Nunquid volet rhinoceros seruire tibi, aut morabitur ad præsepe tuum?

Nunquid alligabis rhinocerota ad arandum loro tuo? aut confringet glebas vallium post te?

Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos?

Nunquid credes illi quoniam sementem reddat tibi, & aream tuam congreget?

Penna struthionis similis est pennis herodij, & accipitris.

Quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea?

Obliuiscitur quòd pes conculcet ea, aut bestia agri conterat.

Duratur ad filios suos quasi non sint sui, frustra laborauit nullo timore cogente:

Priuauit enim eam Deus sapientia, nec dedit illi intelligentiam.

Cum tempus fuerit, in altum alas erigit: deridet equum & ascensorem eius.

Nunquid præbebis equo fortitudinem, aut circundabis collo eius hinnitum?

Nunquid suscitabis eum quasi locustas? gloria narium eius terror.

Terram vngula fodit, exultat audacter: in occursum pergit armatis.

Contemnit pauorem, nec cedit gladio.

Super ipsum sonabit pharetra, vibrabit hasta & clypeus.

Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tubæ sonare clangorem.

Vbi audierit buccinam, dicit, Vah. procul odoratur bellum, exhortationem ducum, & vlulatum exercitus.

Nunquid per sapientiam tuam plumescit accipiter, expandens alas suas ad Austrum? D

Nunquid ad præceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis ponet nidum suum?

In petris manet, & in præruptis silicibus commoratur, atque inaccessis rupibus.

Inde contemplatur escam, & délonge oculi eius prospiciunt.

Pulli eius lambent sanguinem: & vbicunque cadauer fuerit, statim adest.

Et adiecit Dominus, & locutus est ad Iob,

Nunquid qui contendit cum Deo, tam facilè conquiescit? vtique qui arguit Deum, debet respondere ei.

Respondens autem Iob Domino, dixit,

Qui leuiter locutus sum, respondere quid possum? manum meam ponam super os meũ.

Vnum locutus sum, quod vtinam non dixissem: & alterum, quibus vltrà non addam.

S. Deus arguens Iob quòd visus sit iustitiæ ipsius detraxisse, ostendit ei suam potentiam in Behemoth & Leuiathan, silentium ei imponens.

CAP. XL.

RESpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit, A

Accinge sicut vir lumbos tuos: interrogabo te, & indica mihi.

Nunquid irritum facies iudicium meum: & condemnabis me, vt tu iustificeris?

Et si habes brachium sicut Deus, & si voce simili tonas?

Circunda tibi decorem, & in sublime erigere, & esto gloriosus, & speciosis induere vestibus.

Disperge superbos in furore tuo, & respiciẽs omnem arrogantem humilia.

Respice cunctos superbos, & confunde eos, B & contere impios in loco suo.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Abſconde eos in puluere ſimul, & faciés eorũ demerge in foueam:
Et ego confitebor quòd ſaluare te poſsit dextera tua.
Ecce, Behemoth quem feci tecum, fœnum quaſi bos comedet:
Fortitudo eius in lumbis eius, & virtus illius in vmbilico ventris eius.
Stringit caudam ſuam quaſi cedrum, nerui teſticulorum eius perplexi ſunt.
Oſſa eius velut fiſtulæ æris, cartilago illius quaſi lamináe ferreæ.
C Ipſe eſt principium viarũ Dei qui fecit eum, applicabit gladium eius.
Hunc montes herbas ferunt: omnes beſtiæ agri ludent ibi.
Sub vmbra dormit in ſecreto calami, & in locis humentibus.
Protegunt vmbræ vmbrã eius, circundabunt eum ſalices torrentis.
Ecce, abſorbebit fluuiũ, & non mirabitur: & habet fiduciam quòd influat Iordanis in os eius.
In oculis eius quaſi hamo capiet eum, & in ſudibus perforabit nares eius.
An extrahere poteris leuiathan hamo, & fune ligabis linguam eius?
D Nunquid pones circulum in naribus eius, aut armilla perforabis maxillam eius?
Nunquid multiplicabit ad te preces, aut loquetur tibi mollia?
Nunquid feriet tecum pactum, & accipies eũ ſeruum ſempiternum?
Nunquid illudes ei quaſi aui, aut ligabis eum ancillis tuis?
Concident eum amici, diuident illum negotiatores?
Nunquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtium piſcium capite illius?
Pone ſuper eum manum tuam: memento beli, nec vltrà addas loqui.
Ecce, ſpes eius fruſtrabitur eum, & videntibus cunctis præcipitabitur.

S. Malitia Behemoth arguitur iuxta illius membra, duritiam & ſuperbiam.

CAP. XLI.

A NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eum: quis enim reſiſtere poteſt vultui meo? Quis antè dedit mihi, vt reddam ei? omnia quæ ſub cœlo ſunt, mea ſunt.
Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad deprecandum compoſitis.
Quis reuelabit faciem indumenti eius? & medium oris eius quis intrabit?
Portas vultus eius quis aperiet? per gyrum dẽtium eius formido.
Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia, compactũ ſquamis ſe prementibus:
Vna vni coniungitur, & ne ſpiraculum quidem incedit per eas:
Vna alteri adhærebit, & tenentes ſe nequaB quam ſeparabuntur.
Sternutatio eius ſplendor ignis, & oculi eius vt palpebræ diluculi.
De ore eius lampades procedunt ſicut tedæ ignis accenſæ.
De naribus eius procedit fumus ſicut ollæ ſuccenſæ atque feruentis.
Halitus eius prunas ardere facit, & flamma de ore eius egreditur.
In collo eius morabitur fortitudo, & faciem eius præcedit egeſtas.
Membra carnium eius cohærentia ſibi: mitC tet contra eum flumina, & ad locum alium non ferentur.
Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus.
Cum ſublatus fuerit timebunt angeli, & territi purgabuntur.
Cum apprehenderit eum gladius, ſubſiſtere non poterit neque haſta, neque thorax:
Reputabit enim quaſi paleas ferrum, & quaſi lignum putridum, æs.
Non fugabit eum vir ſagittarius, in ſtipulam verſi ſunt ei lapides fundæ.
Quaſi ſtipulam æſtimabit malleum, & deriD debit vibrantem haſtam.
Sub ipſo erunt radij ſolis, & ſternet ſibi aurũ quaſi lutum.
Ferueſcere faciet quaſi ollam, profundum mare: & ponet quaſi cum vnguenta bulliunt.
Poſt eum lucebit ſemita, æſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem.
Non eſt ſuper terram poteſtas quæ cõparetur ei, qui factus eſt vt nullum timeret.
Omne ſublime videt, ipſe eſt rex ſuper vniuerſos filos ſuperbiæ



S. Agnoſcit Iob ſe inſipienter loquutum, & à Domino præfertur amicis, ac pro illis orat: duplicia recipiens eorum quæ amiſerat, tandẽ plenus dierum in pace quieuit. CAP. XLII.

REſpondens autem Iob Domino, dixit, A Scio quia omnia potes, & nulla te latet

tet cogitatio.
Quis eſt iſte qui celat conſilium abſque ſcientia? ideo inſipienter locutus ſum, & quæ vltra modũ excederent ſcientiã meã.
Audi, & ego loquar: interrogabo te, & oſtende mihi.
Auditu auris audiui te, nunc autem oculus meus videt te.
B Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere.
Poſtquam autem locutus eſt Dominus verba hæc ad Iob, dixit ad Eliphaz Themaniten, Iratus eſt furor meus in te, & in duos amicos tuos, quoniam non eſtis locuti coram me rectum, ſicut ſeruus meus Iob. Sumite ergo vobis ſeptem tauros, & ſeptẽ arietes, & ite ad ſeruum meum Iob, & offerte holocauſtũ pro vobis: Iob autem ſeruus meus orabit pro vobis: faciem eius ſuſcipiam, vt non vobis imputetur ſtultitia: neque enim locuti eſtis ad
C me recta, ſicut ſeruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, & Sophar Naamathites: & fecerunt ſicut locutus fuerat Dominus ad eos & ſuſcepit Dominus faciẽ Iob. Dominus quoq; conuerſus eſt ad pœnitentiã Iob cum oraret ille pro amicis ſuis. Et addidit Dominus omnia quæcũq; fuerãt Iob, duplicia. Venerunt autem ad eum omnes fratres ſui, & vniuerſæ ſorores ſuæ, & cuncti qui nouerant eum prius: & comederũt cum eo panẽ in domo eius: & mouerunt ſuper eum caput, & conſolati ſunt eum ſuper omni malo quod intulerat Dominus ſuper eum. Et dederunt ei vnuſquiſq; ouem vnã, D & inaurem auream vnã. Dominus autem benedixit nouiſsimis Iob magis quàm principio eius. Et facta ſunt ei quatuordecim millia ouium, & ſex millia camelorum, & mille iuga boum, & mille aſinæ: Et fuerunt ei ſeptẽ filij, & tres filiæ. Et vocauit nomen vnius Diem, & nomen ſecundæ Caſsiam, & nomen tertiæ Cornuſtibij. Non ſunt autem inuentæ mulieres ſpecioſæ ſicut filiæ Iob in vniuerſa terra: dediq; eis pater ſuus hæreditatẽ inter fratres earum. Vixit autem Iob poſt hæc, centum quadraginta annis, & vidit filios ſuos, & filios filiorũ ſuorum, vſq; ad quartam generationem, & mortuus eſt ſenex, & plenus dierũ.

Prologus B. Hieronymi in Pſalterium, quod ſecundum ſeptuaginta editionem correxit.

PSALTERIVM Romæ dudum poſitus emendarã: & iuxta ſeptuaginta interpretes, licet curſim, magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rurſum videtis ô Paula & Euſtochium, ſcriptorum vitio deprauatum, plúsque antiquum errorem, quàm nouam emendationem valere: me cogitis vt veluti quodam nouali, ſciſſum iam aruum exerceam, & obliquis ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem: æquum eſſe dicentes, vt quod crebro malè pullulat crebrius ſuccidatur. Vnde conſueta præfatione cõmoneo tã vos quibus fortè labor iſte deſudiat, quàm eos qui exẽplaria iſtiuſmodi habere voluerint, vt quę diligenter emendaui, cũ cura & diligentia trãſcribatur. Notet ſibi vnuſquiſque vel iacentẽ lineã, vel radiãtia ſigna, id eſt obelos, vel aſteriſcos. Et vbicunque viderit virgulam præcedentẽ, ab ea vſque ad duo puncta quæ impreſsimus, ſciat in ſeptuaginta tranſlatoribus plus haberi. Vbi autem perſpexerit ſtellæ ſimilitudinem, de Hebræis voluminibus additum nouerit æquè vſque ad duo puncta, iuxta Theodotionis duntaxat editionem: qui ſimplicitate ſermonis à ſeptuaginta interpretibus non diſcordat. Hæc ergo & vobis & ſtudioſo cuique feciſſe me ſciens: nõ ambigo multos fore qui vel inuidia, vel ſupercilio malint contemnere videri præclara, quàm diſcere: & de turbulento magis riuo, quàm de puriſsimo fonte potare.

Liber Pſalmorum.

BEATVS vir qui nõ abijt in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ nõ ſedit.
Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte.
Leui. 17. e ‖ Et erit tanquam lignum quod plantatũ eſt ſecus decurſus aquarum: quod fructum ſuũ dabit in tempore ſuo,
Et folium eius non defluet: & omnia quæcũque faciet, proſperabuntur.
Non ſic impij, non ſic: ſed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ.
Ideo non reſurgunt impij in iudicio: neque peccatores in conſilio iuſtorum,
Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum: & iter impiorum peribit. PSAL II.
Act. 4. e QVare fremuerunt Gentes: & populi meditati ſunt inania?
Aſtiterũt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduerſus Dominũ & aduerſus Chriſtum eius.
Dirumpamus vincula eorũ: & proijciamus à nobis



nobis iugum ipsorum.
Qui habitat in cœlis irridebit eos: & Dominus subsannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.
Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum eius: prædicans præceptum eius.
Act.13.c. Heb.1.b.& 5.b. ‖Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te.
Postula à me, & dabo tibi Gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ.
Apo.2.g.19.c ‖Reges eos in virga ferrea: & tanquam vas figuli confringes eos.
Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.
Seruite domino in timore: & exultate ei cum tremore.
Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus: & pereatis de via iusta.
Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

Psalmus Dauid cum fugeret à facie Absalom filij sui. 2. Reg. 15.

III.

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.
Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius.
Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.
Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo.
Iohan.2.d. ‖Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi: quia Dominus *suscepit me.
Non timebo millia populi circundantis me: exurge Domine, saluum me fac Deus meus.
Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti.
Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

susceptet.1.

In finem in carminibus, Psalmus Dauid.

IIII.

CVm inuocarem exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi:
Miserere mei, & exaudi orationem meam.
Filij hominũ vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?
Et scitote quoniam mirificauit Dominus Sãctum suum: Dominus exaudiet me cum clamauero ad eum.
Ephes.4.d. ‖Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris, cõpungimini.
Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. multi dicunt, Quis ostendit nobis bona?
Signatum est super nos lumẽ vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo.
A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.
In pace in idipsum dormiam & requiescam,
Quoniam tu Domine singulariter in spe cõstituisti me.

In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur, Psalmus Dauid.

V.

VErba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.
Intẽde voci orationis meæ, rex meus & Deus meus,
Quoniam ad te orabo: Domine mane exaudies vocem meam.
Mane astabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neq; permanebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus.
Ego autem in multitudine misericordiæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu *tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Infra.13.b Rom.3.b ‖Sepulchrum patens est guttur eorũ, linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus.
Decidant à cogitationibus suis, secundum multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine.
Et lætentur omnes qui sperant in te: inæternum exultabunt, & habitabis in eis.

meæ viam tuam.5.

Et gloria-

Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto.
6.5. Domine, vt scuto bonæ voluntatis ▷ tuæ ’ coronasti nos.

In finem in carminibus, Psalmus Dauid pro octaua.

VI.

DOmine, ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.
Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.
*sed Et anima mea turbata est valde: *& ’ tu Domine vsquequo?
Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam,
Quoniam nõ est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est à furore oculus meus: inueterauit inter omnes inimicos meos.
Matth.7.d. &.25.d. Luc.13.f. ‖Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.
Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.
Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescãt valde velociter.

Psalmus Dauid quem cantauit Domino pro verbis Chusi filij Iemini. 2. Reg. 16. d.

VII.

DOmine Deus meus in te speraui: saluũ me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me:
Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat.
Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis,
Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis.
Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerẽ deducat.
Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.
Et exurge Domine Deus meus in præcepto quod mandasti: & synagoga populorũ circũdabit te.
Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.
Iudica me Domine secundum iustitiam meam, & secundum innocentiam meam super me.
Consumetur nequitia peccatorum, & diriges iustum, ‖ scrutans corda & renes Deus. 1.Para.28b Iere.11.d. 17.b&.20c
Iustum adiutorium meum à Domino, qui saluos facit rectos corde.
Deus Iudex iustus, *fortis, & patiens, nunquid irascitur per singulos dies? *6.3.
Nisi conuersi fueritis, gladium suum *vibrauit, arcum suum tetendit, & parauit illum. *vibrabit.8
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.
Isa.59.2. Iob.15.d & 20.c. ‖Ecce parturit iniustitiam, concepit dolorẽ: & peperit iniquitatem.
Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor Domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini Domini altissimi.

In finem pro torcularibus, Psalmus Dauid.

VIII.

DOmine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.
Quoniam eleuata est magnificentia tua super cœlos.
Matth.21.b ‖Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.
Quoniam videbo cœlos tuos opera digitorũ tuorum: lunam & stellas quæ tu fundasti:
Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum?
Heb.2.a. ‖Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.
1.Cor.15.d ‖Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas: insuper & pecora campi,
Volucres cœli & pisces maris, qui perambulant semitas maris.
Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra.

In finem pro occultis filij, Psalmus Dauid.

IX.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Lætabor & exultabo in te, psallam nomini tuo Altissime,
In conuertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur, & peribunt à facie tua.
Quoniam fecisti iudicium meum & causam meam: sedisti super thronum qui iudicas iustitiam.
Increpasti Gentes, & perijt impius: nomen eorum delesti inæternum & in seculũ seculi.
Inimici defecerunt frameæ in finem: & ciuitates> eo-

p.7. tes>eorum'deſtruxiſti.
Perijt memoria eorum cum ſonitu, Et Dominus inæternum permanet.
Parauit in iudicio thronum ſuum: & ipſe iudicabit orbem terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia:
Et factus eſt Dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.
Et ſperent in te qui nouerunt nomen tuum: quoniã non dereliquiſti quærentes te Domine.
Pſallite Domino qui habitat in Sion: annuntiate inter Gentes ſtudia eius:
Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.
Miſerere mei Domine: vide humilitatem meam de inimicis meis,
Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.
Exultabo in ſalutari tuo: infixæ ſunt Gentes in interitu quem fecerunt.
In laqueo iſto quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.
Cognoſcetur Dominus iudicia faciens: in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.
Conuertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliuiſcuntur Deum.
Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finẽ.
Exurge Domine, non confortetur homo: iudicentur Gentes in conſpectu tuo.
Conſtitue Domine legiſlatorem ſuper eos: ſciant Gentes quoniam homines ſunt.

PSAL.10. *ſecundum Hebræos.*

Vt quid Domine receſsiſti longe, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?
Dum ſuperbit impius, incenditur pauper: cõprehenduntur in conſilijs quibus cogitant.
Quoniam laudatur peccator in deſyderijs animæ ſuæ: & iniquus benedicitur.
Exacerbauit Dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret.
Non eſt Deus in conſpectu eius: inquinatæ ſunt viæ illius in omni tempore.
Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum ſuorum dominabitur.
Dixit enim in corde ſuo, Non mouebor à generatione in generationem, ſine malo.
Infra.15.b. Rom.3.b. ‖Cuius maledictione os plenum eſt, & amaritudine, & dolo: ſub lingua eius labor & dolor:
Sedet in inſidijs cum diuitibus: in occultis vt interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperem reſpiciunt: inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua.
Inſidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum
In laqueo ſuo: humiliabit eum, inclinabit ſe, & cadet cum dominatus fuerit pauperum.
Dixit enim in corde ſuo, Oblitus eſt Deus: auertit faciem ſuam ne videat in finem.
Exurge Domine Deus, *exaltetur manus tua: ne obliuiſcaris pauperum.
Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde ſuo, Non requiret.
Vides, quoniam tu laborem & dolorem conſyderas: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor.
Cõtere brachium peccatoris & maligni: quæretur peccatum illius, & non inuenietur.
Dominus regnabit in æternum & in ſeculũ ſeculi: peribitis Gentes de terra illius.
Deſyderium pauperum exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua,
Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltra magnificare ſe homo ſuper terram.

In finem, Pſalmus Dauid.

X.

HEB.11a

IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Tranſmigra in montem ſicut paſſer?
Quoniam ecce peccatores intenderunt arcũ: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde.
Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt: iuſtus autem quid fecit?
‖Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus Abac.2.d. in cœlo ſedes eius:
Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.
Dominus interrogat iuſtum & impium: qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.
Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, ▷&'ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. p.13.
Quoniam iuſtus Dominus ▷&'iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. p.3a

In finem pro octaua, Pſalmus Dauid.

HEB.12a

XI.

SAluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus, quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.
Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum: labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt.
Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa ▷&'linguam magniloquam. p.1a
Qui dixerunt, Linguã noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Domi-

Dominus eſt?
Propter miſeriam inopum & gemitum pauperum nunc exurgam, dicit Dominus.
Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo.
Eloquia Domini, eloquia caſta: argentũ igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.
Tu Domine ſeruabis nos: & cuſtodies nos à generatione hac in æternum.
In circuitu impij ambulant: ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

In finem, Pſalmus Dauid.

HEB.13.

XII.

VSquequo Domine obliuiſcêris me in finem? vſquequo auertis faciem tuam à me?
Quandiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?
Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? reſpice, & exaudi me Domine Deus meus.
Illumina oculos meos ne vnquã obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus, Prævalui aduerſus eum.
Qui tribulant me exultabunt ſi motus fuero: ego autem in miſericordia tua ſperaui.
Exultabit cor meum in ſalutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini Domini altiſſimi.

In finem, Pſalmus Dauid.

HEB.14.

XIII.

DIxit inſipiens in corde ſuo, Non eſt Deus.
Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonũ, non eſt vſque ad vnum.
Rom.3.b. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum: ‖vt videat ſi eſt intelligens aut requirens Deum.
Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnum.
Supra.5.c. Rom.3.b. Infra.139.a Supra.9.c. Rom.3.c. Iſa.59.b. Infra.35.a. ‖Sepulchrũ patens eſt guttur eorum: linguis ſuis doloſe agebant, venenum aſpidum ſub labijs eorum.
‖Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.
Cõtritio & infœlicitas in vijs eorum, & viã pacis nõ cognouerunt: ‖non eſt timor Dei ante oculos eorum.
Nõnne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis?
Dominum non inuocauerũt, illic trepidauerunt timore vbi non erat timor,
Quoniã Dominus in generatione iuſta eſt, conſilium inopis confudiſtis: quoniam Dominus ſpes eius eſt.
Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum auerterit Dominus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael.

Pſalmus Dauid. HEB.15.

XIIII.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?
Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam:
Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui nõ egit dolum in lingua ſua:
Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobriũ non accepit aduerſus proximos ſuos:
Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, timentes autem Dominum glorificat:
Qui iurat proximo ſuo, & non decipit, qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, & munera ſuper innocentem non accepit:
Qui facit hæc, non mouebitur in æternum,

Tituli inſcriptio ipſi Dauid.

HEB.16.

XV.

COnſerua me Domine, quoniam ſperaui in te. dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.
Sanctis qui ſunt in terra eius mirificauit omnes voluntates meas in eis.
Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſtea accelerauerunt.
Non congregabo conuenticula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorũ per labia mea.
Dominus, pars hæreditatis meæ & calicis mei: tu es qui reſtitues hæreditatem meam mihi.
Funes eciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.
Benedicam Dominum qui tribuit mihi intellectum, inſuper & vſque ad noctem increpuerunt me renes mei.
Actu.2.d. ‖Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi, ne cõmouear.
Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea: inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.
Actu.2.e. 13.e. ‖Quoniam non derelinques animam meam in inferno: nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.
Notas mihi feciſti vias vitæ: adimplebis me lætitia cum vultu tuo: delectationes in dexterа

dextera tua vsque in finem.

HEB. 17. *Oratio Dauid.* XVI.

EXaudi Domine iustitiam meam: intende deprecationem meam:
Auribus percipe orationem meam, nõ in labijs dolosis.
De vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates,
Probasti cor meum, & visitasti nocte: igne me examinasti, & non est inuenta in me iniquitas.
Vt non loquatur os meum opera hominum: propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras.
Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea.
Ego clamaui, quoniam exaudisti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.
Mirifica misericordias tuas, qui saluos facis sperantes in te:
A resistentibus dexteræ tuæ: custodi me vt pupillam oculi.
Sub vmbra alarum tuarum protege me: à facie impiorum qui me afflixerunt.
Inimici mei animam meam circundederunt: adipem suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam.
Proijcientes me, nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram.
Susceperunt me sicut leo paratus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.
Exurge Domine, præueni eum, & supplanta eum: eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.
Domine, à paucis de terra diuide eos in vita eorum: * de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. *σ.
Saturati sunt filijs: & dimiserunt reliquias suas paruulis suis.
Ego autem in iustitia apparebo conspectui tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua.

In finẽ puero Domini Dauid, qui locutus est Domino verba cantici huius, in die qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum eius, & de manu Saul, & dixit, 2. *Reg.* 22.a

HEB. 18. XVII.

ADiligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.
Heb. 2.c. ‖ Deus meus adiutor meus: & sperabo in eũ:
Protector meus, & cornu salutis meæ, & susceptor meus.
Laudans inuocabo Dominum: & ab inimicis meis saluus ero.
Circundederunt me dolores mortis, & torrẽtes iniquitatis conturbauerunt me.
Dolores inferni circundederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui:
Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meã: & clamor meus in conspectu eius, introiuit in aures eius.
Commota est & contremuit terra: * fundamenta montiũ conturbata sunt, & cõmota sunt, quoniam iratus est eis. *σ.5.
Ascendit fumus in ira eius: & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.
Inclinauit cœlos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.
Et ascendit super cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum.
Et posuit tenebras latibulum suum, in circuitu eius tabernaculũ eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris. B
Præ fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando, & carbones ignis.
Et intonuit de cœlo Dominus, & Altissimus dedit vocem suã: grando & carbones ignis.
Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.
Et apparuerunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.
Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ.
Misit de summo, & accepit me: ▷ & ' assumpsit me de aquis multis. ▷.ii
Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me: quoniã confortati sunt super me.
Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus est Dominus protector meus.
Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quoniam voluit me.
Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secũdum puritatem manuũ mearum retribuet mihi:
Quia custodiui vias Domini, nec impiè gessi à Deo meo:
Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius non repuli à me.
Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me C ab iniquitate mea.
Et retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum puritatem manuũ mearum in conspectu oculorum eius.
Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris,
Et cum electo electus eris: & cũ peruerso peruertêris.
Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculum superborum humiliabis.
Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas,

Quoniam in te eripiar à tẽtatione, & in Deo meo transgrediar murum.
Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata: protector est omniũ sperantium in se.
2.Reg.22. Quoniam quis Deus præter Dominũ? ' aut, quis Deus præter Deum nostrum?
Deus qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.
Qui perfecit pedes meos tanquam ceruorum: & super excelsa statuens me.
1.Reg.22.c ‖ Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti vt arcum æreum brachia mea:
Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ, & dextera tua suscepit me:
Et disciplina tua correxit me in finem, & disciplina tua ipsa me docebit.
D Dilatasti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vestigia mea:
Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant,
Confringam illos, nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos.
Et præcinxisti me virtute ad bellum: & supplantasti insurgentes in me subtus me.
Et inimicos meos dedisti mihi dorsum, & odientes me disperdidisti.
Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret: ad Dominum, nec exaudiuit eos.
Et comminuam eos vt puluerem ante faciẽ venti: vt lutum platearum delebo eos.
Eripies me de contradictionibus populi: cõstitues me in caput Gentium:
Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.
Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.
Viuit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus salutis meæ:
Deus qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.
Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.
2.Reg.22.d Rom.15.b. ‖ Propterea cõfitebor tibi in Nationibus Domine: & nomini tuo psalmum dicam.
Magnificans salutes regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.

In finem, Psalmus Dauid.

HEB. 19. XVIII.

COeli enarrãt gloriã Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum.
Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.
Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum.
‖ In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Rom.10.d.
In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tãquam sponsus procedens de thalamo suo,
‖ ' Exultauit vt gigas ad currendã viam, à summo cœlo egressio eius, ' exultabit. 2 Luc.24.g.
Et occursus eius vsque ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius.
Lex Domini immaculata, conuertẽs animas: testimonium Domini fidele, sapientiam præstans paruulis.
Iustitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminãs oculos.
Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa.
Desyderabilia super aurum & lapidem pretiosum multũ: & dulciora super mel & fauũ.
Etenim seruus tuus custodit ea, in custodiẽdis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me, & ab alienis parce seruo tuo:
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo.
Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conspectu tuo sẽper,
Domine adiutor meus & redemptor meus.

In finem, Psalmus Dauid.

HEB. 20. XIX.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxiliũ de sancto: & de Sion tueatur te.
Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustũ tuum pingue fiat.
Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.
Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.
Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus CHRISTVM suum.
Exaudiat illum de cœlo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius.
Hi in curribus, & hi in equis: nos autẽ in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.
Ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus.
Domine saluum fac regem, & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

In finem, Psalmus Dauid.

HEB. 21. XX.

DOmine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer.

Desyde-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Desyderium cordis eius tribuisti ei:& voluntate labiorum eius non fraudasti eum.
Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis:posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso
Vitam petijt à te:& tribuisti ei longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi.
Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã & magnum decorem impones super eum.
Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: lætificabis eum in gaudio cũ vultu tuo.
Quoniam rex sperat in Domino: & in misericordia Altissimi non commouebitur.
Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderũt.
Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui:Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis.
Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum á filijs hominum.
Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerũt consilia quæ nõ potuerunt stabilire.
Quoniam pones eos dorsum:in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.
Exaltare Domine in virtute tua:cantabimus & psallemus virtutes tuas.

In finem,pro susceptione matutinæ, Psalmus Dauid. XXI.

HEB. 22.
A Mat.27.c. DEus Deus meus respice inme: ‖quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum.
Deus meus clamabo per diem, & non exaudies:& nocte,& non ad insipientiam mihi.
Tu autem in sancto habitas, Laus Israel.
In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.
Ad te clamauerunt, & salui facti sunt:in te sperauerunt,& non sunt confusi.
Ego autem sum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis.
Omnes videntes me,deriserunt me:locuti sunt labijs,‖& mouerunt caput.
Mat.27.d. Mar.15.c. Sperauit in Domino,eripiat eum:saluum faciat eum,quoniam vult eum.
B Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum ex vtero:
De ventre matris meæ Deus meus es tu.ne discesseris à me:
Quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet.
Circundederũt me vituli multi:tauri pingues obsederunt me.
Aperuerunt super me os suum, sicut leo rapiens & rugiens
Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea.
Factum est cor meum tanquam cera liquescens in medio ventris mei.
Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.
Quoniam circundederunt me canes multi: C consilium malignantium obsedit me. Mat.27.d. Iohã.19.d
‖Foderunt manus meas & pedes meos,dinumerauerunt omnia ossa mea.
Ipsi verò consyderauerunt, & inspexerũt me: diuiserunt sibi vestimenta mea,& super vestem meam miserunt sortem.
Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum▷à me': ad defensionem meam conspice. p.xix.
Erue à framea ▷ Deus'animam meam: & de p.xxi. manu canis vnicam meam.
Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam.
‖Narrabo nomen tuum fratribus meis:in medio ecclesiæ laudabo te. Heb.2.c.
Qui timetis Dominum laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eum.
Timeat eum omne semen Israel:quoniam nõ spreuit,neque despexit deprecationem pauperis.
Nec auertit faciem suam à me, & cùm clamarem ad eum,exaudiuit me.
Apud te laus mea in ecclesia magna:vota mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes & saturabuntur: & laudabũt Dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi:
Reminiscentur & conuertentur ad Dominũ vniuersi fines terræ.
Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ Gentium.
Quoniam Domini est regnum:& ipse dominabitur Gentium.
Manducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadẽt omnes qui descendunt in terram.
Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi.
Annuntiabitur Domino generatio ventura, & annuntiabunt▷cœli'iustitiam eius populo qui nascetur,quem fecit Dominus. p.xl.

Psalmus Dauid. XXII. Heb.2.b.

‖DOminus regit me, & nihil mihi deerit:in loco pascuæ ibi me collocauit. Isa.40. Iere.33. Ezec.34. Iohan.10.d. 1.Pet.2.
Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.
Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum.
Nam etsi ambulauero in medio vmbræ mortis,non timebo mala:qnoniam tu mecũ es.
Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.

Parasti

Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos qui tribulant me.
Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est?
Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ:
Et vt inhabitem in domo Domini,in longitudinem dierum.

Psalmus Dauid prima sabbathi, HEB.24. 1.Cor.10.f Psal.49.b.

XXIII.

DOmini ‖ est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eum:& super flumina præparauit eum.
Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?
Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo.
Hic accipiet benedictionem à Domino,& misericordiam à Deo salutari suo.
Hæc est generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Iacob.
Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales:& introibit rex gloriæ.
Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens,Dominus potens in prælio.
Attollite portas principes vestras,& eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

In finem,Psalmus Dauid, HEB.25.

XXIIII.

AN AD te Domine leuaui animam meã: Deus meus ב in te confido non erubescam.
Neque irrideant me inimici mei: ג etenim vniuersi qui sustinent te, non confundẽtur. Confundantur omnes iniqua agentes superuacue.
ד Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.
ה Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota die.
ז Reminiscere miserationum tuarum Domine,& misericordiarum tuarum quæ à seculo sunt.
B ח Delicta iuuẽtutis meæ,& ignorantias meas ne memineris.
Secundum misericordiam tuam memento mei tu,propter bonitatem tuam Domine.
ט Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
י Diriget mansuetos in iudicio:docebit mites vias suas.
כ Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas,requirentibus testamẽtum eius, & testimonia eius. C
ל Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo:multum est enim.
מ Quis est homo qui timet Dominum? legẽ statuit ei in via quam elegit.
נ Anima eius in bonis demorabitur:& semen eius hæreditabit terram.
ס Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis.
ע Oculi mei semper ad Dominum:quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.
פ Respice in me & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego.
צ Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.
ר Vide humilitatẽ meam & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea.
ש Respice inimicos meos,quoniam multipli D cati sunt,& ‖odio iniquo oderunt me. Ioan.15.d.
ת Custodi animam meam, & erue me: non erubescam,quoniam speraui in te.
א Innocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te.
פ Libera Deus,Israel,ex omnibus tribulationibus suis.

In finem Psalmus Dauid, HEB.26.

XXV.

IVdica me Domine,quoniã ego in innocẽtia mea ingressus sum: & in Domino sperans non infirmabor.
Proba me Domine,& tẽta me:vre renes meos & cor meum.
Quoniam misericordia tua ante oculos meos est:& complacui in veritate tua.
Non sedi cum consilio vanitatis,& cum iniqua gerentibus non introibo.
Odiui ecclesiam malignantium: & cum impijs non sedebo.
Lauabo inter innocentes manus meas:& circundabo altare tuum Domine,
Vt audiam vocem laudis,& enarrem vniuersa mirabilia tua.
Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.
Ne perdas cum impijs▷Deus'animam meam, p.6. & cum viris sanguinum vitam meam:
In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eõrum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me,& miserere mei.
Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te Domine.

Psalmus Dauid prius quàm liniretur, HEB.27.

XXVI.

A DOminus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo?
Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?
Dum appropiant super me nocentes, vt edãt carnes meas:
Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt.
Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.
B Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.
Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ,
a voluptatẽ. Vt videã 'voluntatem' Domini, & visitem tẽplum eius.
Quoniam abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.
In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.
Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam Domino.
C Exaudi Domine vocem meam qua clamaui
▷.2. ▷ad te': miserere mei, & exaudi me.
▷.1. Tibi dixit cor meũ, exquisiuit ▷te' facies mea: faciem tuam Domine requiram.
Ne auertas faciem tuam à me: ne declines in ira à seruo tuo.
Adiutor meus esto: ne derelinquas me, neque despicias me Deus salutaris meus.
Quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me: Dominus autẽ assumpsit me.
D Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona Domini in terra viuentium.
Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

Psalmus huic Dauid.

HEB. 28. XXVII.

AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à me: nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.
Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.
Ne simul 'tradas' me cum peccatoribus: & cũ *a trahas.1.* operantibus iniquitatem ne perdas me:
Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum.
Da illis secundum opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum:
Secũdum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius: destrues illos & non ædificabis eos.
Benedictus Dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.
Dominus adiutor meus, & protector meus: ▷ &'in ipso sperauit cor meum, & adiutus ▷.4. sum.
Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis suæ: & protector saluationum Christi sui est.
Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos & extolle illos vsque in æternum.

Psalmus Dauid in consummatione tabernaculi. HEB. 29.

XXVIII.

AFferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.
Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.
Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.
Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.
Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.
Et comminuet eas tanquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.
Vox Domini intercidentis flammam ignis: vox Domini concutientis desertum, & cõmouebit Dominus desertum Cades.
Vox Domini præparantis ceruos, & reuelabit condensa: & in templo eius omnes dicent gloriam.
Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit Dominus rex in æternum.
Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus benedicet populo suo in pace.

Psalmus cantici in dedicatione domus Dauid, HEB. 30.

XXIX.

EXaltabo te Domine, quoniam suscepisti me: nec delectasti inimicos meos super me.
Domine Deus meus clamaui ad te: & sanasti me.
Domine eduxisti ab inferno animam meam: saluasti me à descendentibus in lacum.
Psallite Domino sancti eius: & confitemini memoriæ sanctitatis eius.
Quoniam ira in indignatione eius: & vita B in voluntate eius.
Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matutinum lætitia.
Ego autem dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum.
C Domine, in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem:
Auertisti faciem tuam à me, & factus sum cõturbatus.
Ad te Domine clamabo, & ad Deum meum deprecabor.
Quæ vtilitas in sanguine meo dum descendo in corruptiõnem?
D Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam?
Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.
Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: concidisti saccum meum, & circundedisti me lætitia.
Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

In finem, Psalmus Dauid pro extasi.

HEB. 31.

XXX.

A Infra, 70. a INte Domine speraui non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Esto mihi in Deum protectorem, & in domũ refugij: vt saluum me facias.
Quoniam fortitudo mea & refugium meum es tu: & propter nomen tuum deduces me & enutries me.
Educes me de laqueo hoc quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
Luc. 23.f ‖In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti me Domine Deus veritatis.
B Odisti obseruantes vanitates supervacue.
Ego autem in Domino speraui: exultabo & lætabor in misericordia tua.
Quoniam respexisti humilitatem meam, saluasti de necessitatibus animam meam:
Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.
Miserere mei Domine quoniam tribulor: conturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & venter meus:
Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus:
Infirmata est in paupertate virtus mea, & ossa mea conturbata sunt.
*ps.5. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium * vicinis meis valde, & timor notis meis.
Qui videbant me, foras fugerunt à me: obliuioni datus sum tanquã mortuus à corde.
Factus sum tanquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.
In eo dum conuenirent simul aduersum me, C accipere animam meam consiliati sunt.
Ego autem in te speraui Domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.
Eripe me de manu inimicorum meorum, & à persequentibus me.
Illustra faciem tuam super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua:
Domine non confundar, quoniam inuocaui te.
Erubescant impij, & deducãtur in infernum: muta fiant labia dolosa.
Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem in superbia & in abusione.
Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abscondisti timentibus te,
Perfecisti eis qui sperant in te, in conspectu D filiorum hominum.
Abscondes eos in abscondito faciei tuæ à conturbatione hominum.
Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.
Benedictus Dominus: quoniam mirificauit misericordiam suam mihi in ciuitate munita.
Ego autem dixi in excessu mentis meæ, Proiectus sum à facie oculorum tuorum.
Ideo exaudisti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.
Diligite Dominum omnes sancti eius: quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus superbiam.
‖Viriliter agite, & confortetur cor vestrum, Supra 26.d omnes qui speratis in Domino.

Ipsi Dauid intellectus.

XXXI. HEB. 32.

B ‖Eati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. A Roma. 4.a
Beatus vir cui non imputauit Dominus peccatum, nec est in spiritu eius dolus.
Quoniam tacui, inueterauerunt ossa mea, dũ clamarem tota die.
Quoniam die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus sum in ærumna mea, dum configitur spina.
Delictum meum cognitum tibi feci: & iniu- B stitiam meam non abscondi.
‖Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam Isai. 65.d. meam Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno.
Veruntamen in diluuio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.
Tu es refugium meum à tribulatione quæ cir C cundedit me: exultatio mea, erue me à circundan-

cundantibus me.
Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.
D In camo & fræno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperãtem autem in Domino misericordia circundabit.
Lætamini in Domino & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.

In finem, Psalmus Dauid,

HEB.33. XXXII.

A EXultate iusti in Domino: rectos decet collaudatio.
Confitemini Domino in cithara: in psalterio decem chordarum psallite illi.
Cantate ei canticum nouum: bene psallite ei in vociferatione.
Quia rectum est verbum Domini, & omnia opera eius in fide.
Diligit misericordiam & iudicium: misericordia Domini plena est terra.
B Verbo Domini cœli firmati sunt: & spiritu oris eius omnis virtus eorum.
Congregans sicut in vtre aquas maris: ponẽs in thesauris abyssos.
Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes orbẽ.
Iudit.16.c. ‖Quoniam ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.
Dominus dissipat consilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat consilia principum.
C Consilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione & generationem.
Beata gens cuius est Dominus, Deus eius: populus quem elegit in hæreditatem sibi.
De cœlo respexit Dominus: vidit omnes filios hominum.
De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui habitant terram.
D Qui finxit sigillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.
Non saluatur rex per multam virtutem: & gigas non saluabitur in multitudine virtutis suæ.
Fallax equus ad salutem: in abundãtia autem virtutis suæ non saluabitur.
Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius,
Vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.
Anima nostra sustinet Dominum, quoniam adiutor & protector noster est.
Quia in eo lætabitur cor nostrum: & in nomine sancto eius speruimus.
Fiat misericordia tua Domine super nos, quemadmodum sperauimus in te.

Dauidi cum immutauit vultum suum coram Abimélech, & dimisit eum, & abijt. 1. Re. 21. d.

XXXIII. HEB.34.

א BEnedicam Dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. A
ב In Domino laudabitur anima mea: audiant mansueti, & lætentur.
ג Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.
ד Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
ה Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur. B
ז Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eum: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eum.
ח Immittet angelus Domini in circuitu timẽtium eum: & eripiet eos.
ט Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus: beatus vir qui sperat in eo.
י Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.
כ Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.
ל Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos. C
מ ‖Quis est homo qui vult vitam, diligit dies videre bonos? 1.Pet.3.bis
נ Prohibe linguam tuam à malo, & labia tua ne loquantur dolum.
ס Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.
ע ‖Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum. Eccle.15.d. Heb.4.c.
פ Vultus autem Domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.
צ Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. D
ק Iuxtà est Dominus ijs qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.
ר Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.
ש Custodit omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.
ת Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum delinquent.
ב Redimet Dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Psalmus huic Dauid. HEB.35.

XXXIIII.

A IVdica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.
Apprehẽde arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.
Effunde framea, & conclude aduersus eos qui persequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum.
Infra.39.c. & 69.a. ‖Confundantur & reuereantur quærentes animam meam.
Auertantur retrorsum & confundantur cogitantes mihi mala.
Fiant tanquam puluis ante faciem venti, & angelus Domini coarctans eos.
Fiat via illorum tenebræ & lubricum: & angelus Domini persequens eos.
B Quoniam gratis absconderunt mihi interitum laquei sui: superuacue exprobrauerũt animam meam.
Veniat illi laqueus quem ignorat, & captio quam abscondit apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipsum.
ד.3. Anima autem mea exultabit in Domino: ד &'delectabitur super salutari suo.
Omnia ossa mea dicent, Domine, quis similis tibi?
Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum & pauperem à diripientibus eum.
Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.
Retribuebant mihi mala pro bonis: sterilitatem animæ meæ.
Ego autem cum mihi molesti essent, induebar cilicio,
C Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in sinu meo conuertetur.
ס. Quasi proximum, * quasi fratrem nostrum, sic complacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar.
Et aduersũ me lætati sunt & cõuenerunt: cõgregata sunt super me flagella, & ignoraui.
Dissipati sunt nec compuncti, tentauerunt me, subsannauerũt me subsannatione: fremuerunt super me dentibus suis.
Domine quando respicies? restitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam.
Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo te.
Non supergaudeant mihi qui aduersantur mihi inique, ‖ qui oderunt me gratis & annuunt oculis. Iohan.15.d
Quoniam mihi quidem pacifice loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.
Et dilatauerunt super me os suum: dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi nostri.
Vidisti Domine, ne sileas: Domine ne discedas à me.
Exurge & intende iudicio meo: Deus meus: & Dominus meus in causam meam.
Iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus, & non supergaudeant mihi. D
Non dicant in cordibus suis, Euge, euge, animæ nostræ: nec dicant, ‖ Deuorabimus eũ. ‖ Deuorauimus. 5.
Erubescant & reuereantur simul qui gratulantur malis meis.
Induantur confusione & reuerentia qui ‖ magna. 1. ligna' loquuntur super me.
Exultent & lætentur qui volunt iustitiam meam: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem serui eius.
Et lingua mea meditabitur iustitiam tuam, tota die laudem tuam.

In finem, seruo Domini ipsi Dauid,

XXXV. HEB.36.

D IXit iniustus vt delinquat in semetipso, non est timor Dei ante oculos eius.
Quoniam dolose egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.
Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere vt bene ageret.
Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autẽ non odiuit.
Domine in cœlo misericordia tua: & veritas tua vsque ad nubes.
Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa.
Homines & iumẽta saluabis Domine (quẽadmodum multiplicasti misericordiam tuam Deus.)
Filij autem hominũ in tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab hubertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.
Quoniam apud te est fons vitæ: ד &'in lumine tuo videbimus lumen. ד.1.
Prætende misericordiam tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt corde.
Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me.
Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.

Psalmus ipsi Dauid.

XXXVI. HEB.37.

א NOli æmulari in malignantibus, neque zelaueris facientes iniquitatẽ, A
Quoniam tanquam fœnum velociter arescent: & quemadmodum olera herbarum cito décident.
ב Spera in Domino, & fac bonitatem, & inhabita terram, & pascẽris in diuitijs eius.
Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

א Reuela Domino viam tuam, & spera in eo: & ipse faciet.
Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum tanquam meridiem: ד subditus esto Domino, & ora eum.
Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua, in homine faciente iniustitias.
ה Desine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris.
Quoniã qui malignãtur, exterminabuntur: sustinentes autem Dominum ipsi hæreditabunt terram.
ו Et adhuc pusillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.
Matth. 5. a. ‖ Mansueti autem hæreditabunt terram, &
B delectabuntur in multitudine pacis.
ז Obseruabit peccator iustum: & stridebit super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit eum: quoniam prospicit quòd veniet dies eius.
ח Gladium euaginauerunt peccatores, intenderunt arcum suum,
*deijciant 1. Vt *decipiant' pauperem & inopem, vt trucident rectos corde.
Gladius eorum intret in corda ipsorum: & arcus eorum confringatur.
ט Melius est modicum iusto super diuitias peccatorum multas.
Quoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iustos Dominus.
י Nouit Dominus dies immaculatorum: & hæreditas eorum in æternum erit.
Non confundentur in tempore malo, & in
C diebus famis saturabuntur: כ quia peccatores peribunt.
Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficient.
*Mutuatur. 1. ל 'Mutuabitur,' peccator, & non soluet: iustus autem miseretur & tribuet.
*dirigẽtur. 2. Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei disperibunt.
מ Apud Dominum gressus hominis *dirigetur:' & viam eius volet.
Eccle. 2. c. Cum ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.
נ ‖ Iunior fui, etenim senui: & nõ vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.
Tota die miseretur & commodat: & semen illius in benedictione erit.
D Declina à malo, & fac bonum, & inhabita in seculum seculi.
Quia Dominus amat iudiciũ: & nõ derelinquet sanctos suos: in æternũ cõseruabũtur.
Iniusti punientur: & semen impiorũ peribit.
ס Iusti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in seculum seculi super eam.
D
Isa. 51. f. פ ‖ Os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium.
Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.
ע Consyderat peccator iustũ: & quærit mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cum iudicabitur illi.
ק Expecta Dominum, & custodi viam eius: & exaltabit te vt hæreditate capias terram: cum perierint peccatores videbis.
ר Vidi impium superexaltatum, & eleuatum sicut cedros Libani.
Et transiui, & ecce non erat ▷ &' quæsiui eũ, & non est inuentus locus eius. ▷. 14.
ש Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt simul: reliquiæ impiorum interibunt.
ת Salus autem iustorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos: & eruet eos à peccatoribus, & saluabit eos: quia sperauerunt in eo.

Psalmus Dauid in rememoratione, die sabbathi. HEB. 38.

XXXVII.

DOmine, ne in furore tuo arguas me, A neq; in ira tua corripias me.
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt mihi, & confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates meæ supergressæ sunt ▷. 9. caput meum: ▷ &' sicut onus graue grauatæ sunt super me.
Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices meæ, à facie insipientiæ meæ.
Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finem: tota die contristatus ingrediebar. B
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.
Domine, ante te omne desiderium meum: & gemitus meus à te non est absconditus. *in me.
Cor meum conturbatum est *, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum & ipsum non est mecum.
Amici mei & proximi mei, aduersum me appropinquauerunt & steterunt.
Et qui iuxta me erant, délonge steterunt: & C vim faciebant qui quærebant animam meã.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tanquam surdus non audiebam: & sicut mutus non aperiens os suum.

Et

Et factus sum sicut homo nõ audiens, & non habens in ore suo redargutiones.
Quoniam in te Domine speraui, tu exaudies me Domine Deus meus.
Quia dixi, Nequando supergaudeant mihi inimici mei: & dum commouẽtur pedes mei, super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum: & dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: & cogitabo pro peccato meo.
D Inimici autẽ mei viuunt, & confirmati sunt super me: & multiplicati sunt qui oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.
Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me.
▷. 4. Intende in adiutorium meũ, Domine ▷ Deus' salutis meæ.

In finem pro Idithun canticum Dauid.

HEB. 39. XXXVIII.

DIxi, Custodiam vias meas: vt non delinquam in lingua mea.
Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me.
Obmutui & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est.
Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.
Locutus sum in lingua mea, Notum fac mihi Domine finem meum,
Et numerum dierum meorum quis est: vt sciam quid desit mihi.
Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tanquam nihilum ante te.
Veruntamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens.
Veruntamen in imagine pertrãsit homo: sed & frustra conturbatur.
Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.
Et nunc quæ est expectatio mea? nónne Dominus? & substantia mea apud te est.
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.
Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: amoue à me plagas tuas.
A fortitudine manus tuæ ego defeci: in increpationibus propter iniquitatem, corripuisti hominem.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: veruntamen vanè cõturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meã auribus percipe: lachrymas meas
Ne sileas: quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus, sicut omnes patres mei.
Remitte mihi, vt refrigerer prius quàm abeã, & amplius non ero.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.

XXXIX. HEB. 40.

EXpectans expectaui Dominum, & in- A tendit mihi.
Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.
Et statuit super petram pedes meos, & direxit gressus meos.
Et immisit in os meum cantieũ nouum, carmen Deo nostro.
Videbunt multi, & timebunt: & sperabunt in Domino.
Beatus vir cuius est nomen Domini spes eius: & non respexit in vanitates & insanias falsas.
Multa fecisti tu Domine Deus meus mirabi B lia tua: & cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi.
Annuntiaui & locutus sum: multiplicati sunt super numerum.
Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi.
Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi, Ecce venio.
‖ In capite libri scriptũ est de me vt facerem Heb. 10. d. voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.
Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna, ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti.
Iustitiam tuam non abscondi in corde meo: C veritatem tuam & salutare tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo.
Tu autem Domine ne longè facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me.
Quoniam circundederunt me mala quorum non est numerus: comprehẽderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur & reuereãtur simul, qui quærunt animam meam vt auferant eam.
Conuertantur retrorsum & reuereantur qui D volunt mihi mala.
Ferant confestim confusionem suam, qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultent & lætentur super te omnes quærentes te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum & pauper: Dominus solicitus est mei.

Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.

In finem, Psalmus ipsi Dauid.

HEB.41. XL.

BEatus vir qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.

Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius.

Ego dixi, Domine miserere mei: sana animã meam, quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi, Quãdo morietur, & peribit nomen eius?

Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur, cor eius congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras, & loquebatur: in idipsũ.

Aduersum me susurrabãt omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum constituerunt aduersum me, Nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat?

Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes meos: magnificauit super me supplantationem.

Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me: & retribuam eis.

In hoc cognoui quoniam voluisti me: quoniã non gaudebit inimicus meus super me.

Me autem propter innocentiam suscepisti: & confirmasti me in conspectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & vsq; in seculum: fiat, fiat.

In finem, intellectus filijs Core.

HEB.42. XLI.

QVemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum: ita desyderat anima mea ad te Deus.

*fortem. 8. Sitiuit anima mea ad Deum *fontem' viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus?

Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam, quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis, vsque ad domum Dei,

In voce exultationis & cõfessionis, sonus epulantis.

Infra. eodẽ & 42. b. ‖Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm, à monte modico.

Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelsa tua & fluctus tui super me trãsierunt.

In die mandauit Dominus misericordiã suã, & nocte canticum eius

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Susceptor meus es,

Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei:

Dum dicunt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus? quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

Psalmus Dauid.

HEB.43. XLII.

IVdica me Deus, & discerne causam meã de gente non sancta, ab homine iniquo & doloso erue me,

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipsa me deduxerunt, & adduxerunt, in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei, ad Deum qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: quare tristis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

In finem pro filijs Core ad intellectum.

HEB.44. XLIII.

A DEus auribus nostris audiuimus: patres nostri annuntiauerunt nobis

Opus quod operatus es in diebus eorum, ▷ & in diebus antiquis.

▷.3. Manus tua gentes disperdidit, & plãtasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos.

Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos,

Sed dextera tua, & brachium tuum, & illumi natio vultus tui: quoniã cõplacuisti in eis.

Tu es ipse rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Iacob.

In te inimicos nostros ventilabimus cornu, & in nomine tuo spernemus insurgentes *in nos. 4. *in nobis*:

1. Reg. 17. g ‖Non enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me. B

2. Reg. 8. c. d ‖Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos confudisti.

In

In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in seculum.

▷.7. Nunc autem repulisti & confudisti nos: & nõ egredieris ▷ Deus' in virtutibus nostris.

Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderunt nos, diripiebant sibi.

Dedisti nos tanquam oues escarũ, & in Gentibus dispersisti nos.

Vendidisti populum tuũ sine pretio: & non fuit multitudo in commutationibus eorũ.

C Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro.

Posuisti nos in similitudinem Gentibus: cõmotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me.

A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & persequentis.

Hæc omnia venerũt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in testamento tuo,

Et non recessit retrò cor nostrum: & declinasti semitas nostras à via tua.

Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis, & cooperuit nos vmbra mortis,

D Si obliti sumus nomen Dei nostri, & si expãdimus manus nostras ad Deum alienum?

Nónne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscondita cordis.

Rom. 8. g. ‖Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis.

Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem:

Quare faciem tuam auertis, obliuiseris inopiæ nostræ & tribulationis nostræ?

Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster.

Exurge Domine adiua nos: & redime nos propter momen tuum.

In finem, pro ijs qui commutabuntur, filijs Core ad intellectum, canticum pro dilecto.

HEB.45. XLIIII.

A ERuctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ velociter scribentis.

Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.

Accingere gladio tuo super femur tuum, potentissime,

B Specie tua & pulchritudine tua intende, prosperè procede, & regna,

Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiã: & deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ (populi sub te) cadent in corda inimicorum regis.

Heb. 1. e ‖Sedes tua Deus in seculum seculi: virga directionis virga regni tui.

Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatẽ: propterea vnxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis.

Myrrha & gutta & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato, circundata varietate. C

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupiscet rex decorem tuum: quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri, in muneribus vultum tuum deprecabuntur, ▷ omnes' diuites plebis. ▷.4.

Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.

Adducentur regi virgines post eam: proximæ D eius afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis

Pro patribus tuis nati sunt tibi filij: constitues eos principes super omnem terram.

*Memor ero. 8. *domine. 14 *Memores erunt' nominis tui *in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in æternum, & in seculum seculi.

In finem, filijs Core pro arcanis Psalmus.

HEB.46. XLV.

DEus noster refugiũ & virtus: adiutor in tribulationibus quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt & turbatæ sunt aquæ eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio eius, non cõmouebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt gẽtes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster Deus Iacob.

Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terrã: auferens bella vsque ad finem terræ.

Arcum conteret, & confringet arma: & scuta comburet igni.

Vacate, & videte quoniam ego sum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus

Dominus virtutum nobiscum:susceptor noster Deus Iacob.

In finem,pro filijs Core Psalmus.

HEB. 47. XLVI.

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis,
Quoniam Dominus excelsus,terribilis,Rex magnus super omnem terram.
Subiecit populos nobis:& gentes sub pedibus nostris.
Elegit nobis hæreditatem suam, speciem Iacob quam dilexit.
‖quem.15. 2.Reg.6.c. ‖Ascendit Deus in iubilo, Dominus in voce tubæ.
Psallite Deo nostro,psallite:psallite Regi nostro,psallite.
Quoniam Rex omnis terræ Deus:psallite sapienter.
‖ Regnauit. 8. ‖Regnabit Deus super gentes:Deus sedet super sedem sanctam suam.
Principes populorum congregati sunt cum Deo Abraham:quoniam dij fortes terræ,vehementer eleuati sunt.

Psalmus cantici filijs Core secunda sabbathi.

HEB.48. XLVII.

MAgnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei nostri,in monte sancto eius.
Fundatur exultatione vniuersæ terræ mons Sion,latera Aquilonis,ciuitas Regis magni.
Deus in domibus eius cognoscetur,cum suscipiet eam.
▷.13. Quoniam ecce reges▷terræ congregati sunt: conuenerunt in vnum.
Ipsi videtes sic admirati sunt, cõturbati sunt, commoti sunt:tremor apprehendit eos
Ibi dolores vt parturientis : in spiritu vehementi conteres naues tharsis.
Sicut audiuimus,sic vidimus,in ciuitate Domini virtutum,in ciuitate Dei nostri:Deus fundauit eam in æternum.
Suscepimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.
Secundum nomen tuum Deus,sic & laus tua in fines terræ:iustitia plena est dextera tua.
Lætetur mons Sion , & exultent filiæ Iudæ, propter iudicia tua Domine.
Circundate Sion,& complectimini eam:narrate in turribus eius.
Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.
Quoniam hic est Deus,Deus noster in æternum & in seculum seculi : ipse reget nos in secula.

In finem,filijs Core Psalmus.

HEB. 49. XLVIII.

AVdite hæc omnes gentes:auribus percipite omnes qui habitatis orbem,
Quique terrigenæ & filij hominum:
▷.3. ▷simul in vnum diues & pauper.
Os meum loquetur sapientiam: & meditatio cordis mei prudentiam.
‖Inclinabo in parabolam aurem meam, aperiam in psalterio propositionem meam. Psalm.77. Matth.13.c
Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circundabit me,
Qui confidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.
Frater non redimit,redimet homo: *non dabit Deo placationem suam, *6^a.4.
Et pretium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem,
Non videbit interitum,cum viderit sapientes moriẽtes: simul insipiẽs & stultus peribũt.
Et relinquẽt alienis diuitias suas:& sepulchra eorum domus illorum in æternum.
Tabernacula eorum in progenie & progenie, vocauerunt nomina sua in terris suis.
▷Et homo cũ in honore esset,non intellexit: ▷.13. comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.
Hæc via illorum scandalum ipsis : & postea in ore suo complacebunt,
Sicut oues in inferno positi sunt:mors depascet eos.
Et dominabuntur eorum iusti in matutino: & auxilium eorum veterascet in inferno à gloria eorum.
Veruntamen Deus redimet animam meam, de manu inferi cum acceperit me.
Ne timueris cum diues factus fuerit homo:& cum multiplicata fuerit gloria domus eius,
‖Quoniam cum interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius. Iob.27.do
Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei.
Introibit vsque in progenies patrum suorum: ▷.5. ▷&' vsque in æternum non videbit lumẽ.
Homo cum in honore esset , non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Psalmus Asaph. HEB.50.

XLIX.

DEus deorum Dominus locutus est:& vocauit terram
A solis ortu vsque ad occasum: ex Sion species decoris eius.
Deus manifestè veniet:Deus noster , & non silebit.
Ignis in conspectu eius exardescet : & in circuitu eius tempestas valida.
'Aduocauit' cœlum désursum : & terram discernere populum suum. Adunabit
Congregate illi sanctos eius:qui ordinant testamentum

stamentum eius super sacrificia.
Et annuntiabunt cœli iustitiam eius:quoniam Deus iudex est.
Audi populus meus & loquar,Israel,& testificabor tibi:Deus Deus tuus ego sum.
Non in sacrificijs tuis arguam te : holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua vitulos:neque de gregibus tuis hircos.
Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum, iumenta in montibus & boues.
Cognoui omnia volatilia cœli: & pulchritudo agri mecum est.
Si esuriero,non dicam tibi:meus est enim orbis terræ,& plenitudo eius.
Nunquid manducabo carnes taurorum ? aut sanguinem hircorum potabo?
Immola Deo sacrificium laudis : & redde Altissimo vota tua.
▷.7. Et inuoca me in die tribulationis:▷&'eruam te,& honorificabis me.
Peccatori autem dixit Deus , Quare tu enarras iustitias meas , & assumis testamentum meum per os tuum?
Tu verò odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum.
Si videbas furem,currebas cũ eo: & cum adulteris portionem tuam ponebas.
Os tuum abundauit malitia:& lingua tua cõcinnabat dolos.
Sedens,aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum:hæc fecisti,& tacui.
Existimasti iniquè quod ero tui similis:arguã te,& statuam contra faciem tuam.
Intelligite hæc qui obliuiscimini Deum : nequando rapiat, & non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me : & illic iter,quo ostendam illi salutare Dei.

In finem , Psalmus Dauid cum venit ad eũ Nathã propheta,quando intrauit ad Beth-sabee.2.Reg.12.

HEB.51. L.

AMiserere mei Deus secundum magnã misericordiam tuam,
Et secundum multitudinem miserationum tuarum dele iniquitatem meam.
Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me,
Quoniam iniquitatem meam ego cognosco: & peccatum meum contra me est semper.
Tibi soli peccaui , & malum coram te feci:vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cũ iudicaris.
BEcce enim in iniquitatibus conceptus sum: & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexisti : incerta & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.
Asperges me* hyssopo,& mundabor: lauabis me,& super niuem dealbabor. *Domine
Auditui meo dabis gaudium & letitiã:& exultabunt ossa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. C
Ne proijcias me à facie tua , & Spiritum sanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lætitiam salutaris tui : & Spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas:& impij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus Deus , Deus salutis meæ : & exultabit lingua mea iustitiam tuam.
Domine,labia mea aperies:& os meum annũ D tiabit laudem tuam.
Quoniam si voluisses sacrificium,dedissem vtique:holocaustis non delectaberis.
Sacrificium Deo, spiritus contribulatus : cor contritum & humiliatum, Deus , non despicies.
Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion:& ædificentur muri Ierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ,oblationes & holocausta:tunc imponent super altare tuum vitulos.

In finem, intellectus Dauid , cum venit Doeg Idumæus,& annuntiauit Sauli, & dixit, Venit Dauid in domum Abimélech.1.Reg.22.b.* *Achimelech.1.

LI. HEB.52.

QVid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate?
Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.
Dilexisti malitiam super benignitatem : iniquitatem magis , quam loqui æquitatem.
Dilexisti omnia verba præcipitationis , *linguam dolosam.5. *lingua dolosa':
Propterea Deus destruet te in finem : euellet te , & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuam de terra viuentium.
Videbunt iusti & timebunt , & super eum ridebunt : & dicent , Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum,
Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum:& prævaluit in vanitate sua.
Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei , speraui in misericordia Dei in æternum,& in seculum seculi.

Confite-

Confitebor tibi in seculum quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in conspectu sanctorum tuorum.



In finem, pro Amaleth intelligentia Dauid.

HEB.53. LII.

Psal.13. DIxit insipiens in corde suo, Non est Deus.
Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in iniquitatibus: non est qui faciat bonum.
Deus de cœlo prospexit super filios hominũ: vt videat si est intelligens, aut requirens Deum.
Rom.3.b ‖Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.
Nónne scient omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam vt cibum panis?
Deum non inuocauerunt: illic trepidauerũt timore vbi non erat timor,
Quoniam Deus dissipauit ossa eorũ qui hominibus placent: confusi sunt, quoniam Deus spreuit eos.
Quis dabit ex Sion salutare Israel? cum conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israel.

In finem, in carminibus intellectus Dauid cũ venissent Ziphæi, & dixissent ad Saul, Nónne Dauid absconditus est apud nos? 1.Reg.23.d.& 26.a.

HEB.54. LIII.

DEus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.
Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
Quoniam alieni insurrexerũt aduersum me, ▷.3. & fortes quæsierunt animam meam: ▷ &' non proposuerunt Deum ante conspectũ suum.
▷.5. Ecce enim Deus adiuuat me: ▷ &' Dominus susceptor est animæ meæ.
*&' Auerte mala inimicis meis: * in veritate tua disperde illos.
Voluntariè sacrificabo tibi, ▷ &' confitebor ▷.3. nomini tuo Domine, quoniam bonum est:
Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

In finem, in carminibus intellectus Dauid. Heb.55.

LIIII.

EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. A
Contristatus sum in exercitatione mea: & cõturbatus sum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.
Quoniam declinauerunt in me 'iniquitates': & in ira molesti erant mihi. 'iniquitatẽ 3.
Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.
Timor & tremor venerunt super me: & contexerunt me tenebræ
Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ: & volabo, & requiescam?
Ecce elongaui fugiẽs: & mansi in solitudine. B
Expectabam eum qui saluum me fecit à pusillanimitate spiritus, & tempestate.
Præcipita Domine, & diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.
Die ac nocte circundabit eã super muros eius iniquitas, & labor in medio eius, & iniustitia.
Et non defecit de plateis eius vsura & dolus.
Quoniam si inimicus▷ meus' maledixisset mihi, sustinuissem vtique. ▷.4.
Et si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.
Tu verò homo vnanimis, dux meus & notus C meus,
Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.
Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes:
Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum in medio eorum.
Ego autem ad Deum clamaui: & Dominus 'saluabit'me. *saluauit 10
Vespere, & mane, & meridie narrabo, & annũtiabo, & exaudiet vocem meam.
Redimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.
Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui est ante D te secula.
Non enim est illis commutatio, & nõ timuerunt Deum: extendit manum suam in retribuendo.
Contaminauerunt testamentum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius.

Molliti

Molliti sunt sermones eius super oleum: & Matth.6.d Luc.12.e. 1.Petr.5.b. ipsi sunt iacula.
‖Iacta super Dominum curam tuam, & ipse te enutriet: 'non dabit in æternum fluctuationem iusto. *e
Tu verò Deus deduces eos in puteum interitus.
Viri sanguinum & dolosi non dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine.

In finem, pro populo qui à sanctis longè factus est, Dauid in tituli inscriptione, cũ tenuerunt eum Allophyli in Geth. 1.Reg.21.d.

HEB.56. LV.

MIserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo: tota die impugnãs tribulauit me.
Conculcauerũt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.
Ab altitudine diei timebo: ego verò in te sperabo.
In Deo laudabo sermones méos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.
Tota die verba mea execrabantur: aduersum me omnes cogitationes eorum, in malum.
Inhabitabunt & abscondent: ipsi calcaneum meum obseruabunt.
Sicut sustinuerunt animam meam pro nihilo saluos facies illos: in ira populos confringes.
Deus, vitam meam annuntiaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu tuo,
Sicut & in promissione tua: tunc conuertentur inimici mei retrorsum,
In quacunque die inuocauero te, ecce cognoui quoniam Deus meus es.
In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo sermonem: in Deo speraui, non timebo quid faciat mihi homo.
'Laudationis 6. In me sunt Deus vota tua, quæ reddã, 'laudationes' tibi.
Quoniam eripuisti animam meam de morte, & pedes meos de lapsu, vt placeam coram Deo in lumine viuentium.

In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, ‖cũ fugeret à facie Saul, in spelũcã. 1.Reg.22. & 24. HEB.57.

CAP. LVI.

MIserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te confidit anima mea.
Et in vmbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.
Clamabo ad Deum altissimum: Deum qui benefecit mihi.
Misit de cœlo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.
Misit Deus misericordiam suam & veritatẽ suam, & eripuit animam meam de medio catulorum leonum: dormiui conturbatus.
Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum, gladius acutus.
Exaltare super cœlos Deus: & in omnem terram gloria tua.
Laqueum parauerunt pedibus meis: & incurauerunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.
‖Paratum cor meum Deus, paratum cor meum cantabo, & psalmum dicam*. Infra.17.8. *domino
‖Exurge gloria mea, exurge psalterium & citha ra: exurgam diluculo. Ioan.2.d.
Confitebor tibi in populis Domine: ▷ &' psalmum dicam tibi in gentibus: ▷.4.
Quoniam magnificata est vsque ad cœlos misericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua.
Exaltare super cœlos Deus: & super omnem terram gloria tua.

In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione.

LVII. HEB.58.

SI verè vtique iustitiam loquimini: 'rectè' iudicate filij hominum. 'recta.4.
Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniustitias manus vestræ concinnant.
Alienati sunt peccatores à vulua: errauerunt ab vtero, locuti sunt falsa.
Furor illis secundum similitudinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obthurantis aures suas,
Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis sapienter.
Deus conteret dentes eorum in ore ipsorum: molas leonum confringet Dominus.
Ad nihilum deuenient tanquam aqua decurrens: intendit arcum suum donec infirmentur.
Sicut cera quæ fluit auferentur: supercecidit ignis, & non viderunt solem.
Priusquam intelligerent spinæ vestræ rhamnũ: sicut viuẽtes 'sicut' in ira absorbet eos. 'sic.13.
Lætabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
Et dicet homo. Si vtique est fructus iusto? vtique est Deus iudicans eos in terra.

In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, quando misit Saul, & custodiuit domũ eius vt interficeret eũ. 1.Reg.19. LVIII. HEB.59.

ERipe me de inimicis meis Deus meus: A & ab insurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris sanguinum salua me.
Quia ecce ceperunt animam meam, irruerũt in me fortes:
Neque iniquitas mea, neque peccatum meũ Domine: sine iniquitate cucurri & direxi.
Exurge in occursum meum, & vide: & tu

Domine

Domine Deus virtutum, Deus Israel
B Intende ad visitandas omnes gentes:non misereris omnibus qui operantur iniquitatē.
Conuertentur ad vesperam:& famem patientur vt canes,& circuibunt ciuitatem.
Ecce loquētur in ore suo, & gladius in labijs eorum:quoniam quis audiuit?
Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deduces omnes gentes.
Fortitudinem meam ad te custodiam, quia Deus susceptor meus es:Deus meus, misericordia eius prævenit me.
C Deus ostēdit mihi super inimicos meos: ne occidas eos,nequando obliuiscantur populi mei.
Disperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine:
Delictum oris eorum, sermonem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia sua.
Et de execratione & mendatio annuntiabūtur in consummatione:in ira cōsummationis,& non erunt.
P*dominatur.*1. Et scient quia Deus 'dominabitur' Iacob, & finium terræ.
D Conuertentur ad vesperam, & famem patiētur vt canes:& circuibunt ciuitatem.
Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non fuerint saturati,& murmurabūt.
Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & P*exultabo.*9 'exaltabo' mane misericordiam tuam:
Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tribulationis meæ.
Adiutor meus tibi psallam, quia Deus susceptor meus es:Deus meus misericordia mea.

*In finem, pro ijs qui immutabuntur in tituli inscriptione ipsi Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ & Sobal,& cōuertit Ioab,& percussit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia. 2.Reg.*8.*&*.10. *Paralip.*18.

HEB.60. LIX.

DEus repulistit nos,& destruxisti nos: iratus es,& misertus es nobis.
Commouisti terram: & conturbasti eam:sana contritiones eius, quia commota est.
Ostendisti populo tuo dura:potasti nos vino compunctionis.
Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus:
Vt liberentur dilecti tui:saluum fac dextera tua,& exaudi me.
Infra.107c ‖Deus locutus est in sancto suo, Lætabor,& partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorum metibor:
Meus est Galaad,& meus est Manasses:& Ephraim fortitudo capitis mei.
Iuda Rex meus:Moab olla spei meæ.
In Idumæam extendam calceamentum meū: mihi alienigenæ subditi sunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?
Nónne tu Deus qui repulisti nos:& non egredieris Deus in virtutibus nostris?
P*quidam.* Da nobis auxilium de tribulatione: P& vana salus hominis.
In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilū deducet tribulantes nos.

In finem, in hymnis Dauid. LX. HEB.61.

EXaudi Deus deprecationem meam:intende orationi meæ.
A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum in petra exaltasti me,
Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula:protegar in velamento alarum tuarum. D.ii.
Quoniam tu Deus ▷ meus' exaudisti orationem meam:dedisti hæreditatem timentibus nomem tuum.
Dies super dies regis adijcies:annos eius vsq; in diem generationis & generationis.
P*permanet.*1 'Permanet' in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatē eius quis requiret?
Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi:vt reddam vota mea de die in diem.

In finem, pro Idithun, Psalmus Dauid. HEB.62.

LXI.

NOnne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum.
Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus:susceptor meus, non mouebor amplius.
Quousque irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos:tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ?
Veruntamen pretium meum cogitauerunt repellere,cucurri in siti:ore suo benedicebāt, & corde suo maledicebant.
Veruntamen Deo subiecta esto anima mea: quoniam ab ipso patientia mea.
Quia ipse Deus meus & saluator meus:adiutor meus,non emigrabo.
In deo salutare meū,& gloria mea: Deus auxilij mei,& spes mea in Deo est.
Sperate in eo omnis cōgregatio populi,effundite coram illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternum.
Veruntamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in statēris:vt decipiant ipsi de vanitate in idipsum.
Nolite sperare in iniquitate,& rapinas nolite concupiscere:diuitiæ si affluant,nolite cor apponere.
Semel locutus est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est,& tibi Domine misericordia:‖quia tu reddes vnicuique iuxta opera sua.

Matth.16.d Rom.2.b 1.Cor.3.b. Galat.6.b.

*Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumææ. 1.Reg.*22.

HEB.63. LXII.

DEus, Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea,quam multipliciter tibi caro mea
In terra deserta, & inuia, & inaquosa. sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super vitas:labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.
Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea:& labijs exultationis laudabit os meū.
P*61.9.* 'Sic' memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te:quia fuisti adiutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te:me suscepit dextera tua.
Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meā, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij,partes vulpium erunt.
P*Laudabitur omnis qui iurat.*5. Rex verò lætabitur in Deo, 'laudabuntur omnes qui iurant' in eo, quia obstructum est os loquentium iniqua.

In finem, Psalmus Dauid.

HEB.64. LXIII.

EXaudi Deus orationē meam cum deprecor:à timore inimici eripe animā meam.
Protexisti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem.
Quia exacuerunt vt gladium linguas suas,intenderunt arcum rem amaram: vt sagittēt in occultis immaculatum.
Subito sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam:
Narrauerunt vt abscōderent laqueos:dixerūt, Quis videbit eos?
Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes P*'scrutinio'.* 'scrutinio'.
Scrutinio. 4 & 6. Accedet homo 'ad' cor altum: & exaltabitur Deus.
Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ corū.
Conturbati sunt omnes qui videbant eos: & timuit omnis homo.
Et annuntiauerunt opera Dei:& facta eius intellexerunt.
Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo:& laudabuntur omnes recti corde.

In finem, Psalmus Dauid, Canticum Aggæi, Ieremiæ & Ezechiel populo transmigrationis, quando incipiebant proficisci.

HEB.65. LXIIII.

TE decet hymnus Deus in Sion:& tibi reddetur votum in Ierusalem.
Exaudi orationem meam: ad te omnis caro veniet.
Verba iniquorum prævaluerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.
Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ:sanctum est templum tuum, mirabile in æquitate.
Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finium terræ,& in mari longe.
Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia:qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.
Turbabuntur Gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis:exitus matutini & vesperæ delectabis.
Visitasti terram,& inebriasti eam:multiplicasti locupletare eam.
Flumē Dei repletum est aquis:parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius.
Riuos eius P*inebriant.* 'inebria' multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lætabitur germinans. 14.
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur hubertate.
Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento:clamabunt,etenim hymnū dicent.

In finem, Canticum psalmi resurrectionis.

HEB.66. LXV.

IVbilate Deo omnis terra, psalmum dicite A nomini eius:date gloriam laudi eius.
Dicite Deo, Quàm terribilia sunt opera tua Domine? in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.
Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmū dicat nomini tuo.
Venite,& videte opera Dei:terribilis in consilijs super filios hominum.
Qui conuertit mare in aridā, in flumine pertransibunt pede:ibi lætabimur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in æternum,o- B culi eius super Gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.
Benedicite Gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius.
Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.
Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines C
super capita nostra.

Tran-

Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea,
Et locutum est os meum in tribulatione mea.
D Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.
Venite, audite: & narrabo omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.
Ad ipsum ore meo clamaui, & exultaui sub lingua mea:
Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.
Propterea exaudiuit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.
Benedictus Deus qui non amouit orationē meam, & misericordiam suam à me.

In finem, in hymnis Psalmus cantici Dauid.

HEB. 67. LXVI.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri:
Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.
Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.
Lætentur & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.
Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes, terra dedit fructum suū.
Benedicat nos Deus Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eū omnes fines terræ.

In finem, Psalmus cantici ipsi Dauid.

HEB. 68. LXVII.

A EXurgat Deus, & dissipētur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum, à facie eius.
Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei.
Et iusti epulentur, & exultent in conspectu Dei: & delectentur in lætitia.
Cantate Deo, psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascendit super occasum Dominus nomen illi.
Exultate in conspectu eius, turbabuntur à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduarum.
Deus in loco sancto suo: Deus qui inhabitare facit vnius moris in domo:
Qui educit vinctos in fortitudine, similiter eos qui exasperāt, qui habitāt in sepulchris.
Deus cum egredereris in conspectu populi tui, cum pertransires in deserto:
Terra mota est, etenim cœli distillauerunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Israel.
Pluuiam voluntariam segregabis, Deus, hæreditati tuæ: & infirmata est, tu verò perfecisti eam. B
Animalia tua habitabunt in ea: parasti in dulcedine tua pauperi, Deus.
Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa.
Rex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.
Si dormiatis inter medios cleros, pennæ colūbæ deargentatæ, & posteriora dorsi eius in pallore auri.
Dum discernit cœlestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon: mons Dei, mons pinguis.
Mons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?
Mons in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.
Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætātiū: Dominus in eis in Sinai in sancto.
‖Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus: Ephes.4.b C
Etenim non credentes, inhabitare Dominū Deum.
Benedictus Dominus die quotidie: prosperū iter faciet nobis, Deus salutarium nostrorum.
Deus noster Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.
Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.
Dixit Dominus, Ex Basan conuertam, cōuertam in profundum maris:
Vt intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipso.
Viderunt ingressus tuos Deus, ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto.
Præuenerunt principes coniuncti psallentibus, in medio iuuencularum tympanistriarum.
In ecclesijs benedicite Deo Domino, de fontibus Israel.
Ibi Ben-iamin adolescentulus in mentis excessu: D
Principes Iuda, duces eorum: principes Zabūlon, principes Nephthali.
Manda, Deus, virtuti tuæ: cōfirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis.
A templo tuo in Ierusalem, tibi offerent reges munera.
Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos qui probati sunt argento.

Dissipa

Dissipa gentes quæ bella volunt: venient legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet manus eius Deo.
Regna terræ cantate Deo: psallite Domino,
Psallite Deo qui ascendit super cœlum cœli, ad orientem.
Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriam Deo, super Israel magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.
Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israel ipse dabit virtutem & fortitudinē plebi suæ: benedictus Deus.

In finem, pro ijs qui commutabuntur, Dauid.

HEB. 69. LXVIII.

A SAluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.
Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.
Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.
Laboraui clamans: raucæ factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum.
Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniustè: quæ non rapui, tunc exoluebam.
Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea à te non sunt abscondita.
Non erubescant in me qui expectant te Domine: Domine virtutum,
Non confundantur super me qui quærunt te, Deus Israel:
Quoniam propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam.
B Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meæ. Ioan.7.d.
‖Quoniam zelus domus tuæ comēdit me: & ‖opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt super me. Rom.15.a.
Et operui in ieiunio animam meam: & factū est in opprobrium mihi.
Et posui vestimentum meum cilicium: & factus sum illis in parabolam.
Aduersum me loquebantur qui sedebant in porta: & in me psallebant qui bibebant vinum.
Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.
In multitudine misericordiæ tuæ exaudi me, in veritate salutis tuæ:
Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab ijs qui oderunt me, & de profundis aquarū.
Non me demergat tempestas aquæ, neque absorbeat me profundum: neque vrgeat super me puteus os suum.
Exaudi me Domine quoniā benigna est misericordia tua: secundum multitudinem miserationum tuarum respice in me.
Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.
Intende animæ meæ, & libera eam: propter C inimicos meos eripe me.
Tu scis improperium meum, & confusionē meam, & reuerentiam meam:
In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me, improperium expectauit cor meum & miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.
Et dederunt in escam meam fel: ‖ & in siti Matth.27.f
mea potauerunt me aceto.
Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in [a]retributiones, & in scandalum. [a] retributiōnem..2
Obscurentur oculi eorum ne videant: & dorsum eorum semper incurua.
Effunde super eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.
‖Fiat habitatio eorum deserta: & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet. Act.1.d.
Quoniam quem tu percussisti, persecuti sunt & super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: & non intrent in iustitiam tuam. D
Deleantur de libro viuentium: & cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper & dolēs: salus tua Deus susceptit me.
Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude:
Et placebit Deo super vitulū nouellum cornua producentem & vngulas.
Videant pauperes & lætentur: quærite Deum & viuet anima vestra:
Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos suos non despexit.
Laudēt illum cœli & terra, mare, & omnia reptilia in eis.
Quoniam Deus saluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iudæ.
Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.
Et semen seruorum eius possidebit eam, & qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

In finem, Psalmus Dauid, in rememorationē quòd saluum fecerit eum Dominus. ‖me.4.

HEB.70. LXIX.

DEus in adiutorium meum intēde: Domine ad adiuuandum me, festina. supra.34.d & 39.d.
Confundantur & reuereātur qui quærunt animam meam:
Auertantur retrorsum & erubescant qui volūt mihi mala.

Auertantur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultent & lætentur in te omnes qui quærũt te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego verò egenus & pauper sum: Deus adiuua me.
Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne morẽris,

Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum.

HEB. 71. LXX.

A IN te Domine speraui, non confundar in æternum: in iustitia tua libera me, & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: & salua me.
Esto mihi in Deum protectorem, & in locũ munitum: vt saluum me facias,
Quoniam firmamentum meum, & refugiũ meum es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui:
Quoniam tu es patientia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea.
B In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus:
In te cantatio mea semper tanquam prodigiũ factus sum multis, & tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude: vt cantem gloriam tuam, tota die magnitudinem tuam.
Ne proijcias me in tempore senectutis: cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me:
Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerũt in vnum,
Dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini, & comprehendite eum: quia nõ est qui eripiat.
Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum respice.
C Confundantur & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confusione & pudore qui quærunt mala mihi.
Ego autem semper sperabo: & adijciam super omnem laudem tuam.
Os meum annuntiabit iustitiam tuam: tota die salutare tuum.
Quoniam non cognoui literaturam, introibo in ᵒpotentiam' Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius.
Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsque nunc pronunciabo mirabilia tua.
Et vsque in senectam & senium, Deus, ne derelinquas me,
Donec annuntiem brachium tuum generationi omni quæ ventura est:
D Potentiam tuam & iustitiam tuam, Deus, vsque in altissima quæ fecisti magnalia. Deus quis similis ᵃtibi? ᵃPs.

Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & conuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterum reduxisti me:
Multiplicasti magnificentiam tuam: & conuersus consolatus es me.
Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam, Deus: Psallam tibi in cithara, sanctus Israel.
Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: & anima mea quam redemisti.
Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Psalmus in Salomonem.

HEB. 72. LXXI.

DEus iudicium tuum regi da: & iustitiã tuam filio regis, A
Iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes tuos in iudicio.
Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam.
Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.
Et permanebit cum sole & ante lunam in generatione ᵉ& generationem'. ᵉgenerationi-bus.
Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terram.
Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis: donec auferatur luna.
Et dominabitur à mari vsque ad mare: & à flumine vsque ad terminos orbis terrarum.
‖Coram illo procident Aethiopes: & inimici eius terram lingent. Isa. 60. Matth. 8.
Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent:
Et adorabunt eum omnes reges ᵃ: omnes gentes seruient ei. ᵃterræ. C
Quia liberabit pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor.
Parcet pauperi & inopi: & animas pauperum saluas faciet.
Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorũ: & honorabile nomen eorum coram illo.
Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicẽt ei.
Et erit firmamentũ in terra in summis montium, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebũt de ciuitate sicut fœnum terræ. D
Sit nomen eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius.
Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.
Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus.

Et be-

Et benedictum nomẽ maiestatis eius in æternum, & replebitur maiestate eius omnis terra. fiat, fiat.
Defecerunt laudes Dauid filij Iesse.

Psalmus Asaph.

HEB. 73. LXXII.

A QVàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde?
Mei autẽ penè moti sunt pedes, penè effusi sunt gressus mei,
Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorũ videns.
Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.
In labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.
Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum: transierunt in affectum cordis.
B Cogitauerunt, & locuti sunt nequitiam: iniquitatem in excelso locuti sunt.
Posuerunt in cœlum os suum: & lingua eorũ transiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt, Quomodo scit Deus, & si est scientia in excelso?
Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias.
Et dixi, Ergo sine causa iustificaui cor meũ, & laui inter innocentes manus meas:
Et fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis.
C Si dicebam, Narrabo sic: ecce nationem filiorum tuorum reprobaui.
Existimabam vt cognoscerem hoc: labor est ante me,
Donec intrem in sanctuarium Dei: & intelligam in nouissimis eorum.
Veruntamen propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur.
Quo modo facti sunt in desolationem? subito defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.
Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui,
D Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum.
Tenuisti manum dexteram meam: & in voluntate tua deduxisti me, & cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in cœlo? & à te quid volui super terram?
Defecit caro mea & cor meum: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.
Quia ecce, qui elongant se à te, peribunt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te.
Mihi autem adhærere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam:
Vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

Intellectus Asaph.

LXXIII. HEB. 74.

VT quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? A
Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio.
Redemisti virgã hæreditatis tuæ: ᵇmons' Sion in quo habitasti in eo. ᵇmontem. 1.
Leua manus tuas in superbias eorum in finẽ: quanta malignatus est inimicus in sancto?
Et gloriati sunt qui oderunt te: in medio solennitatis tuæ.
Posuerunt signa sua, signa: & non cognouerunt sicut in exitu super summum.
Quasi in sylua lignorum securibus excederunt ianuas eius in idipsum: in securi & ascia deiecerunt eam. B
‖Incenderunt igni sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui. 4. Reg. 25. e
Dixerunt in corde suo cognatio eorum simul, Quiescere faciamus omnes dies festos Dei à terra,
Signa nostra non vidimus, iam non est propheta: & nos non cognoscet amplius.
Vsquequo Deus improperabit inimicus, irritat aduersarius nomen tuum in finem?
Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio sinu tuo in finem? C
‖Deus autem rex noster ante secula: operatus est salutem in medio terræ. Luc. 1. g.
Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.
Tu confregisti capita draconis: dedisti eum escam populis Aethiopum.
Tu dirupisti fontes & torrentes: tu siccasti fluuios ethan.
Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem.
Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver tu plasmasti ea.
Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiens incitauit nomen tuum. D
Ne tradas bestijs ᵃanimas' confitentes ᵃ tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. ᵃanimã cõfitentem. 9. ᵃcõfitetiñ. 4
Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt terræ domibus iniquitatum.

Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.
Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quæ ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum qui te oderunt ascendit semper.

[c] disperdas: 5

In finem ne [a] corrumpas [2], Psalmus cantici Asaph. LXXIIII.

HEB. 75. a

CONfitebimur tibi Deus: cõfitebimur, & inuocabimus nomen tuum.
Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo.
Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.
Dixi iniquis, Nolite iniquè agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu:
Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem:
Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à desertis montibus: quoniam Deus iudex est.
Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus misto:
Et inclinauit ex hoc in hoc: verũtamẽ fæx eius non est exinanita: bibent omnes peccatores terræ.
Ego autem annuntiabo in seculum: cantabo Deo Iacob.
Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti.

In finem in laudibus, Psalmus Asaph, canticum ad Assyrios. LXXV.

HEB. 76.

NOtus in Iudæa Deus: in Israel magnũ nomen eius.
Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.

[a] arcum. 5

Ibi confregit potentias [a] arcum, [2] scutum, gladium, & bellum.
Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus suis.
Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerunt qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tunc ira tua.
De cœlo auditum fecisti iudicium: terra tremuit & quieuit
Cum exurgeret in iudicium Deus, vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
Vouete, & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera
Terribili & ei qui auferet spiritum principum, terribili apud reges terræ.

In finem pro Idithun, Psalmus Asaph. LXXVI

HEB. 77. i

VOce mea ad Dominum clamaui: vo- Infra. 141. b
ce mea ad Deum, & intendit mihi. A
In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & non sum deceptus:
Renuit cõsolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus sum, & exercitatus sum: & defecit spiritus meus.
Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus sum, & non sum locutus.
Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.
Et meditatus sum nocte cum corde meo: & B
exercitabar, & scopebam spiritum meum.
Nunquid in æternum proijciet Deus, [a] aut [2] [a] ps. 84.
non apponet vt complacitior sit adhuc?
Aut in finem misericordiam suam abscindet, à generatione in generationem?
Aut obliuiscetur miserere Deus? aut continebit in ira sua misericordias suas?
Et dixi, Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelsi.
Memor fui operum Domini: quia memor C
ero ab initio mirabilium tuorum.
Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.
Deus in sancto via tua: quis Deus magnus sicut Deus noster? tu es Deus qui facis mirabilia.
Notam fecisti in populis virtutem tuam: redemisti in brachio tuo populum tuum, filios Iacob & Ioseph.
Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ sunt abyssi.
Multitudo sonitus aquarũ: vocẽ dederũt nubes. D
Etenim sagittæ tuæ trãseũt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ: commota est & contremuit terra.
In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.
‖Deduxisti sicut oues populum tuum in ma- Exod. 14. d
nu Moysi & Aaron. HEB. 78. i

Intellectus Asaph. LXXVII.

ATtendite populе meus legẽ meã: inclinate aurẽ vestrã in verba oris mei.
‖Aperiam in parabolis os meum: lo- Matth. 13. d
quar propositiones ab initio.
Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis,
Non sunt occultata à filijs eorum in generatione altera,
Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Et

Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel,
Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera,
Filij qui nascentur, & exurgent, & narrabunt filijs suis,
Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei, & mandata eius exquirant.
Ne fiant sicut patres eorum, generatio praua & exasperans,
Generatio quæ non direxit cor suum, & non est creditus cum Deo spiritus eius.
B Filij Ephrem intendentes & mittentes arcũ, conuersi sunt in die belli.
Non custodierunt testamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti sunt benefactorum eius, & mirabilium eius, quæ ostendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti, in campo Taneos.
Exod. 14. e Exo. 13. 14. e. f. Psa. 104. d Exod. 17. b
‖Interrupit mare, & perduxit eos: & statuit aquas quasi in vtre.
‖Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abyssо multa.
[a] eduxit. 3.
Et eduxit aquam de petra: & [a] deduxit' tanquã flumina aquas.
Et apposuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt Excelsum in inaquoso.
Et tentauerunt Deum in cordibus suis vt peterent escas animabus suis.
Nume. 11. a
‖Et male locuti sunt de Deo: dixerunt, Nunquid poterit Deus parare mẽsam in deserto?
Nu. 20. b
‖Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt:
C
Nunquid & panem poterit dare, aut parare mensam populo suo?
Nume. 11. a
‖Ideo audiuit Dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israel:
Quia non crediderunt in Deo, nec sperauerunt in salutari eius.
Et mandauit nubibus desuper, & ianuas cœli aperuit,
Exod. 16. e Nume. 11. b
‖Et pluit illis manna ad manducandum, & panem cœli dedit eis.
Ioan. 6. d.
‖Panem angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.
1. Cor. 10. a Nume. 11. g
‖Transtulit Austrum de cœlo: & induxit in virtute sua Africum.
Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata,
Et ceciderunt in medio castrorum eorum, circa tabernacula eorum.
Et manducauerunt & saturati sunt nimis, & desyderium corũ attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo.
‖Adhuc esca eorum erant in ore ipsorum: & Nume. 11. g
ira Dei ascendit super eos, D
Et occidit pingues eorum, & electos Israel impediuit.
In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum cum festinatione.
Cum occideret eos, quærebant eum: & reuertebantur: & diluculo veniebant ad [a] eum'. [a] Deum
Et rememorati sunt quia Deus adiutor est eorum: & Deus excelsus redemptor eorum est.
Et dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiti sunt ei:
Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos.
Et [a] abundauit' vt auerteret iram suam: & non [a] multiplicauit. 1.
accendit omnem iram suam.
Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens.
Quoties exacerbauerunt eum in deserto, in E
iram concitauerunt eum in inaquoso?
Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum: & sanctum Israel exacerbauerunt.
Non sunt recordati manus eius, die qua redemit eos de manu tribulantis,
Sicut posuit in Aegypto signa sua, & prodigia sua in campo Taneos.
‖Et conuertit in sanguinem flumina eorum, Exod. 7. d
& imbres eorum, ne biberent.
‖Misit in eos cynomyiam, & comedit eos: & Exod. 8. a. f
ranam, & disperdidit eos.
‖Et dedit ærugini fructus eorum: & labores Exod. 10. c
eorum locustæ.
‖Et occidit in grandine vineas eorum: & mo- Exo. 9. a. c
ros eorum in pruina.
Et tradidit grandini iumenta eorum: & possessionem eorum igni.
Misit in eos iram indignationis suæ: indignationem, & iram, & tribulationem: [a] immissiones' per angelos malos. [a] immissionem. 12.
Viam fecit semitæ iræ suæ, [a] non pepercit à [a] 67. 6.
morte animabus eorum, & iumenta eorum in morte conclusit.
‖Et percussit omne primogenitum in Ter- Exod. 12. d.
ra Aegypti: primitias [a] omnis laboris' eorũ [a] laborum. 4
F
in tabernaculis Cham.
‖Et abstulit sicut oues populum suum: & per- Exod. 14. c
duxit eos tanquam gregem in deserto.
Et eduxit eos in spe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.
Et induxit eos in montem sanctificationis suæ, montem quem acquisiuit dextera eius.
‖Et eiecit à facie eorum Gentes: & sorte diui- Iosue. 13. b.

sit eis terram in funiculo distributionis.
Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Israel.
Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelsum: & testimonia eius nõ custodierunt.
Et auerterunt se, & non seruauerunt pactũ: quemadmodum patres eorũ, conuersi sunt in arcum prauum.
In iram concitauerunt eum in collibus suis: & in sculptilibus suis ad æmulationem eũ prouocauerunt.
Audiuit Deus, & spreuit: & ad nihilum redegit valde Israel.
G Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum suum vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: & pulchritudinẽ eorum in manus inimici.
Et conclusit in gladio populum suum: & hæreditatem suam spreuit.
Iuuenes eorum comẽdit ignis: & virgines eorum non sunt lamentatæ.
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduæ eorum non plorabantur.
Et excitatus est tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino:
Et percussit inimicos suos in posteriora: opprobrium sempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum Ioseph: & tribum Ephráim non elegit:
Sed elegit tribũ Iuda, montẽ Siõ quẽ dilexit.
Et ædificauit sicut vnicornium sanctificium suum in terra, quam fundauit in secula.
1.Reg.16.e ‖Et elegit Dauid seruum suum, & sustulit eũ de gregibus ouiũ: deposit fœtãtes accepit eũ,
Pascere Iacob seruum suum, & Israel hæreditatem suam.
Et pauit eos in innocẽtia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

HEB.79. *Psalmus Asaph.* LXXVIII.

A DEus, venerunt Gentes in hæreditatẽ tuam, polluerunt templum sanctũ tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
Posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatilibus cœli: carnes sanctorum tuorum bestijs terræ.
Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.
B Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his qui in circuitu nostro sunt.
Vsquequo Domine irascẽris in finem, accẽdetur velut ignis zelus tuus?
Ier.10.d. ‖Effunde iram tuam in Gentes quæ te non nouerunt: & in regna quæ nomen tuum non inuocauerunt:
Quia comederunt Iacob: & locum eius desolauerunt.
‖Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, cito anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis. Isaiæ.64.c C
Adiuua nos Deus salutaris noster: ▹ &' propter gloriam nominis tui Domine libera nos, & propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum: ▹.6.
Ne fortè dicant in gentibus, Vbi est Deus eorum? & innotescat in nationibus coram oculis nostris
Vltio sanguinis seruorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. D
Secundum magnitudinem brachij tui possi- de filios mortificatorum.
Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobrauerunt tibi Domine.
Nos autem populus tuus & oues pascuæ tuæ confitebimur tibi in seculum,
In generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam.

In finem, pro ijs qui commutabuntur, testimonium Asaph, Psalmus. LXXIX. HEB.80.

QVi regis Israel, intende: qui deducis vt A lut ouem, Ioseph.
Qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephráim, Ben-iamin & Manasse.
Excita potentiam tuam, & veni vt saluos facias nos.
Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.
Domine Deus virtutum, quousque irascẽris super orationem serui tui?
Cibabis nos pane lachrymarum: & potum da B bis nobis in lachrymis in mensura?
Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: & inimici nostri subsannauerunt nos.
Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam & salui erimus.
Vineam de Aegypto transtulisti: eiecisti Gentes, & plantasti eam.
Dux itineris fuisti in conspectu eius, & plantasti radices eius, & impleuit terram. C
Operuit montes vmbra eius: & arbusta eius cedros Dei.
Extendit palmites suos vsque ad mare: & vsque ad flumen propagines eius.
Vt quid destruxisti maceriam eius, & vindemiant eã omnes qui prætergrediũtur viã?
Exterminauit eam aper de sylua: & singularis ferus depastus est eam.
Deus virtutum conuertere: respice de cœlo, & vide, & visita vineam istam.
Et perfice eam quã plantauit dextera tua: & super filiũ ▹ hominis' quẽ confirmasti tibi. ▹.17.

Incensa

D Incensa igni & suffossa, ab increpatione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua super virum dexteræ tuæ: & super filiũ hominis quem confirmasti tibi.
Et non discedimus à te: viuificabis nos, & nomen tuum inuocabimus.
Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

In finem pro torcularibus Psalmus ipsi Asaph, quinta sabbathi.

HEB.81. LXXX.

A EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.
Sumite psalmum, & date tympanum: psalterium iucundum cum cithara.
Buccinate in Neomenia tuba, in insigni die solennitatis vestræ,
Quia præceptum in Israel est, & iudicium Deo Iacob.
Gene.41.f ‖Testimonium in Ioseph posuit illud, cum exiret de Terra-Aegypti: linguam quam nõ nouerat audiuit.
B Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.
In tribulatione inuocasti me, & liberaui te, exaudiui te in abscondito tẽpestatis: ‖pro-
Exod.17.b baui te apud aquam contradictionis.
Exod.20.2. ‖Audi populus meus, & contestabor te: Israel C si audieris me, non erit in te Deus recens, neque adorabis Deum alienum.
Ego enim sum Dominus Deus tuus qui eduxi te de Terra-Aegypti: dilata os tuum, & implebo illud.
Et non audiuit populus meus vocem meam: & Israel non intendit mihi.
Aqu.1.c. ‖Et dimisi eos secundum desyderia cordis eorum, ibunt in adinuentionibus suis.
Baruc.3.b. ‖Si populus meus audisset me: Israel si in vijs D meis ambulasset:
Pro nihilo forsitan inimicos eorum humiliassem: & super tribulantes eos misissem manum meam.
Inimici Domini mentiti sunt ei: & erit tempus eorum in secula.
Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle saturauit eos.

Psalmus Asaph.

HEB.82. LXXXI.

DEus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos diiudicat.
Vsquequo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum sumitis?
Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iustificate.
Pro.24.a. ‖Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.
Nescierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.
‖Ego dixi, Dij estis, & filij excelsi omnes. Ioan.10.g
Vos autem sicut homines moriemini: & sicut vnus de principibus cadetis.
Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus Gentibus.

Canticum Psalmi Asaph.

LXXXII. HEB.83.

DEus quis similis erit tibi? ne taceas, ne A que compescaris Deus,
Quoniam ecce inimici tui sonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.
Super populum tuum malignauerunt consilium: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.
Dixerunt, Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israel vltrà.
Quoniam cogitauerunt vnanimiter: simul B aduersum te testamentum disposuerunt, tabernacula Idumæorum & Ismahelitæ,
Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.
Etenim Assur vênit cũ illis: facti sunt in adiutorium filijs Lot.
‖Fac illis sicut Madian & Sisaræ: ‖sicut Ia- Iudi.7.f. Iudi.4.d.
bin in torrente Cisson.
Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus C terræ.
‖Pone principes eorum sicut Oreb & Zeb, & Iudi.7.g.
Zébee, & Salmana,
Omnes principes eorum: qui dixerunt, Hæreditate possideamus sanctuarium Dei.
Deus meus pone illos vt rotam, & sicut stipulam ante faciem venti.
Sicut ignis qui comburit syluam, & sicut flã- D
ma comburens montes:
Ita persequêris illos in tempestate tua, & in ira tua turbabis eos.
Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.
Erubescant & conturbentur in seculum seculi: & confundantur & pereant.
Et cognoscant quia nomen tibi Dominus, tu solus altissimus' in omni terra'. 'superõnem terram.2.

In finem pro torcularibus filijs Core Psalmus.

LXXXIII. HEB.84.

QVàm dilecta tabernacula tua Domine A virtutũ: concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.
Cor meum & caro mea exultauerunt in Deũ viuum.
Etenim passer inuênit sibi domum: & turtur nidum sibi vbi ponat pullos suos,
Altaria tua Domine virtutum, rex meus & Deus meus.
Beati qui habitant in domo tua*: in secula se- *Domine. B
culorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum in loco quem posuit.

benedictionē Etenim benedictiones dabit legislator, ibunt
C de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui:

Quia melior est dies vna in atrijs tuis super millia.

D Elegi abiectus esse in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorū.

Dominus.2 Quia misericordiam & veritatē diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

In finem filijs Core Psalmus.

HEB. 85. LXXXIIII.

A BEnedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.

B Nunquid in æternum irascēris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?

Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis Domine misericordiam tuā: & salutare tuum da nobis.

Audiā quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.

C Et super sanctos suos, & in eos qui conuertuntur ad cor,

Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt.

D Veritas de terra orta est: & iustitia de cœlo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos.

Oratio ipsi Dauid.

HEB. 86. LXXXV.

A INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluum fac seruum tuum Deus meus sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. clamabis.

‖Quoniā tu Domine suauis & mitis, & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te. Ioel.2.c.

Auribus percipe Domine orationem meam: B
& intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in dijs Domine: & non est secundum opera tua.

Omnes gentes quascunque fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum:

Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: C
tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum vt timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum:

Quia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meā ex inferno inferiori.

Deus, iniqui insurrexerunt super me, & synagōga potentium quæsierunt animam meā: D
& non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator & misericors, patiēs, & multæ misericordiæ, & verax.

Respice in me, & miserere mei, da imperium tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ.

Fac mecum signum in bonum, vt videāt qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adiuuisti me & consolatus es me.

Filijs Core Psalmus cantici. HEB. 87.

LXXXVI.

FVndamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te, ciuitas Dei.

Memor ero Raab & Babylonis scientium me.

Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic,

Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum, horum qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium habitatio est in te.

Canticum Psalmi filijs Core in finē pro Maheleth ad respondendum, intellectus Eman Ezrahitæ. HEB. 88.

LXXXVII.

DOmine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te: A

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam:

Quia

Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Aestimatus sum cum descendentibus in lacū: factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.

B Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis, & in vmbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longe fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.

Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.

Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.

C Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?

Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiā tuam, & veritatē tuā in perditione?

Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra obliuionis?

Et ego ad te Domine clamaui: & mane oratio mea præueniet te.

Vt quid Domine repellis orationem meam: D
auertis faciem tuam à me?

Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus sum & cōturbatus.

In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.

Circundederunt me sicut aqua: tota die circundederunt me simul.

Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.

HEB. 89. *Intellectus Ethan Ezrahitæ.* LXXXVIII.

A MIsericordias Domini in æternum cantabo.

In generationem & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.

Quoniam dixisti, In æternum misericordia ædificabitur: in cœlis præparabitur veritas tua in eis.

c.Reg.7.c. Disposui testamentum electis meis, ‖ iuraui Dauid seruo meo, Vsque in æternum præparabo semen tuum.

Et ædificabo in generationem & generationem sedem tuam.

Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuā in ecclesia sanctorū.

Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filijs Dei?

B Deus qui glorificatur in cōcilio sanctorum: magnus & terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt.

Domine Deus virtutū, quis similis tibi? potēs es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.

Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Tu humiliasti sicut vulneratum, superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos.

‖Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundasti: aquilonem & mare tu creasti. Gene.1.a.

Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua, & exalterur dextera tua: iustitia & iudicium præparatio sedis tuæ.

Misericordia & veritas præcedent faciē tuam: C
beatus populus qui scit iubilationem.

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iustitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum.

Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri.

Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti, Posui adiutorium ‖in potente: ℣ & ℣ exaltaui electum de plebe mea. ‖super potentem. 2. ℣.4.

‖Inueni Dauid seruum meum: oleo sancto D
meo vnxi eum. 2.Reg.16.c Actu.13.d.

Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum ‖confortabit eum. ‖confirmabit.6.

Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum in fugam conuertam.

Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.

Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.

Ipse ‖ inuocauit me, Pater meus es tu: Deus ‖innotabitur 8.
meus & fusceptor salutis meæ.

Et ego primogenitum ponam illū: excelsum præ regibus terræ.

In æternū seruabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi.

Et ponam in seculum seculi semen eius: & E
thronum eius sicut dies cœli.

Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint:

Si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea non custodierint:

Visitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum.

Misericordiam autem meam non dispergam ab eo, neque ‖nocebo in veritate mea, ‖decipiam.14

Neq; prophanabo testamētum meum, & quæ procedunt de labijs meis non faciam irrita.

Semel iurauī in sancto meo, si Dauid mētiar: 2.Reg.7.d Iohan.12.c
semen eius in æternum manebit.

Et thronus eius sicut sol in conspectu meo, F
& sicut

& sicut luna perfecta in æternum: & testis in cœlo fidelis.
Tu vero repulisti & despexisti: distulisti Christum tuum.
ª Auertisti. ª Auertisti'testamentum serui tui: prophanasti in terra sanctuarium eius.
Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem.
Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis.
ª inimicorũ eius.1. Exaltasti dexteram ª deprimentium eum': lætificasti omnes inimicos eius.
G Auertisti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eum ab emundatione: & sedem
ª in terram.1 eius'in terra collisisti.
Minorasti dies temporis eius: perfudisti eum confusione.
Vsquequo Domine auertis in finem: exardescet sicut ignis ira tua?
Memorare quæ mea substantia: nunquid enim vane constituisti omnes filios hominum?
Quis est homo qui viuet, & non videbit mortem:eruet animam suam de manu inferi?
Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domine:
2.Reg.7.c. ‖sicut iurasti Dauid in veritate tua?
Memor esto Domine opprobrij seruorum tuorum (quod continui in sinu meo) multarum gentium,
Quod exprobrauerunt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt, commutationem Christi tui.
Benedictus Dominus in æternum:fiat fiat.

Oratio Moysi hominis Dei.

HEB.90. LXXXIX.

A DOmine,refugium factus es nobis à generatione in generationem.
ª Ex.8. Priusquam montes fierent, ª aut' formaretur terra & orbis:à seculo & vsque in seculum tu es Deus.
Ne auertas hominem in humilitatem:& dixisti, Couuertimini filij hominum.
Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies hesterna quæ præterijt,
Et custodia in nocte: quæ pro nihilo habentur,eorum anni erunt.
B Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat:vespere decidat,induret,& arescat.
Quiâ defecimus in ira tua,&in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in cõspectu tuo: seculũ nostrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies nostri defecerunt:& in ira tua defecimus.
Eccle.18.a. ‖Anni nostri sicut aranea meditabuntur:dies annorum nostrorum in ipsis, septuaginta anni.
Si autem in potentatibus,octoginta anni: & C amplius eorum,labor & dolor.
Quoniam superuenit mansuetudo, & corripiemur.
Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?
Dexteram tuã sic notam fac:& eruditos corde in sapientia.
Conuertere Domine,vsquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos.
Repleti sumus mane misericordia tua: & ex- D ultauimus, & delectati sumus in omnibus diebus nostris.
Lætati sumus pro diebus quibus nos humiliasti:annis quibus vidimus mala.
Respice in seruos tuos,& in opera tua: & dirige filios eorum.
Et sit splẽdor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos:& opus manuum nostrarum dirige.

Laus cantici Dauid. HEB.91

XC.

QVi habitat in adiutorio Altissimi, in A protectione Dei cœli commorabitur.
Dicet Domino susceptor meus es tu, & refugium meum,Deus meus sperabo in eum.
Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium,& à verbo aspero.
*Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis *Isa.4. eius sperabis,
Scuto circundabit te veritas eius: non time- B bis à timore nocturno,
A sagitta volante in die, à negotio perambulãte in tenebris,ab incursu & demonio meridiano.
Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis:ad te autẽ non appropinquabit.
Veruntamen oculis tuis consyderabis:& retributionem peccatorum videbis.
Quoniam tu es Domine spes mea: Altissimũ C posuisti refugium tuum.
Non accedet ad te malum, & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Quoniam ‖ angelis suis mandauit de te vt cu Matth.4.d Luc.4.b. stodiant te in omnibus vijs tuis.
In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
Super aspidem & basiliscum ambulabis,& cõ D culcabis leonem & draconem.
Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
Clamauit ad me,& exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione:eripiam eum & glorificabo eum.
Longitudine dierum replebo eum: & ostendam illi salutare meum.

Psalmus

HEB.92. *Psalmus cantici in die sabbathi.* XCI.

BOnum est confiteri Domino, & psallere nomini tuo Altissime:
Ad annuntiandum mane misericordiã tuam,& veritatem tuam per noctem.
In decachordo psalterio, cum cantico, in cithara.
Quia delectasti me Domine in factura tua:& in operibus manuum tuarum exultabo.
Infr.103.c. ‖Quàm magnificata sunt opera tua Domine? nimis profundæ factæ sunt cogitationes tuæ.
Vir insipiens non cognoscet, & stultus non intelliget hæc.
Cum exorti fuerint peccatores sicut fœnum, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem,
Vt intereant in seculum seculi, (tu autem altissimus in æternum Domine)
Quoniã ecce inimici tui Domine? quoniam ecce inimici tui peribunt: & dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.
Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: & senectus mea in misericordia huberi.
*ab.3. Et despexit oculus meus inimicos meos: & * insurgentibus in me malignantibus,audiet auris mea.
*c.13. Iustus vt palma florebit: * sicut cedrus Libani multiplicabitur.
Plantati in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri florebunt.
Adhuc multiplicabuntur in senecta huberi. & bene patientes erunt:vt annuntient
Quoniam rectus Dominus Deus noster, & non est iniquitas in eo.

Laus cantici ipsi Dauid in die ante sabbathũ, quando fundata est terra. HEB. 93.

XCII.

DOminus regnauit, decorem indutus est:indutus est Dominus fortitudinem, & præcinxit se.
Etenim firmauit orbem terræ, qui non commouebitur.
Parata sedes tua ex tunc:à seculo tu es.
Eleuauerunt flumina Domine, eleuauerunt flumina vocem suam:
Eleuauerunt flumina fluctus suos à vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudine dierum.

Psalmus ipsi Dauid quarta sabbathi. HEB. 94.

XCIII.

A DEus vltionum Dominus:Deus vltionum liberè egit.
Exaltare qui iudicas terram:redde retributionem superbis.
Vsquequo peccatores Domine, vsquequo peccatores gloriabuntur,
Effabuntur & loquentur iniquitatem, loquẽtur omnes qui operantur iniustitiam?
Populum tuum Domine humiliauerunt: & hæreditatem tuam vexauerunt.
Viduam & aduenam interfecerunt: & pupil- B los occiderunt.
Et dixerunt,Non videbit Dominus:nec intelliget Deus Iacob.
Intelligite insipientes in populo & stulti:aliquando sapite.
Qui plantauit aurẽ,non audiet?aut qui finxit oculum,non consyderat?
Qui corripit gentes,non arguet,qui docet hominem scientiam?
Dominus scit cogitationes hominum quoniam vanæ sunt.
Beatus homo quem tu erudieris Domine, & C de lege tua docueris eum.
Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea,
Quia non repellet Dominus plebem suam,& hæreditatem suam non derelinquet:
Quoadusque iustitia conuertatur in iudiciũ & qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde.
Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecum aduersus operantes iniquitatem?
Nisi quia Dominus adiuuit me: paulominus habitasset in inferno anima mea.
Si dicebam,Motus est pes meus:misericordia D tua Domine adiuuabat me.
Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo,consolationes tuæ lætificauerunt animam meam.
Nunquid adhæret tibi sedes iniquitatis: qui fingis'laborem'in præcepto? ª dolorem.7a
Captabunt in animam iusti: & sanguinem innocentem condemnabunt.
Et factus est mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adiutorium spei meæ.
Et reddet illis iniquitatem ipsorum: & in malitia eorum disperdet eos, disperdet illos Dominus Deus noster.

Laus cantici ipsi Dauid. HEB. 95.

XCIIII.

VEnite exultemus Domino,iubilemus Deo salutari nostro:
Præoccupemus faciem eius in confessione:& in psalmis iubilemus ei:
Quoniam Deus magnus Dominus,& rex magnus super omnes deos:
Quia in manu eius sunt fines terræ:& altitudines montium ipsius sunt.

Quoniam

Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & siccam manus eius formauerunt.
Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos: quia ipse est Dominus Deus noster,
Et nos populus pascuæ eius, & oues manus eius.
Heb.3.b. ‖Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra.
Sicut in irritatione secundum diem tentationis in deserto,
Vbi tentauerunt me patres vestri: probauerunt, & viderunt opera mea.
Heb.4. ‖Quadraginta annis offensus fui generationi illi: & dixi, Semper hi errant corde.
Et isti non cognouerunt vias meas: vt iurauí in ira mea, Si introibũt in requiem meam.

Canticum ipsi Dauid quando domus ædificabatur post captiuitatem: 1.Paral.16.c.

HEB. 96. 1.Par.16.c.

XCV.

CAntate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra.
Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius.
Annuntiate inter Gẽtes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.
Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est sũper omnes Deos.
Quoniam omnes dij Gentium dæmonia: Dominus autem cœlos fecit.
Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius.
Afferte Domino patriæ Gentium, afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius.
Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.
Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in Gentibus quia Dominus regnauit.
Etenim correxit orbem terræ qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.
Lætentur cœli & exultet terra, commoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.
Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

Huic Dauid quando terra eius restituta est ei.

HEB. 97.

XCVI.

DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ.
Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius.
Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in circuitu inimicos eius.
Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & cõmota est terra.
Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis terra.
Annuntiauerunt cœli iustitiam eius, & viderunt omnes populi gloriam eius. Exo.20.d
‖Confundantur omnes qui adorant sculptilia, & qui gloriantur in simulachris suis. Leuit.26.d Deut.5.d Heb.1.c
‖Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion.
Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine:
Quoniam tu Dominus altissimus super omnem terram, nimis exaltatus es super omnes deos. Amos.5.d Rom.12.b
‖Qui diligitis Dominũ, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos. *peccatoris 4.
Lux orta est iusto: & rectis corde lætitia.
Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Psalmus ipsi Dauid. *HEB.98.*

XCVII.

CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.
Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctum eius.
‖Notum fecit Dominus salutare suum in cõspectu Gentium reuelauit iustitiam suam. Isaiæ.52.c 63.b.
Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel.
Viderunt omnes termini terræ salutare Dei nostri.
Iubilate Domino omnis terra: cantate, & exultate, & psallite.
Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.
Iubilate in conspectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarum & qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt à conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram.
Iudicabit orbem terrarum in iustitia, & populos in æquitate.

Psalmus ipsi Dauid. *HEB.99.*

XCVIII.

DOminus regnauit, irascantur populi: qui 'sedes' super cherubim, moueatur terra. 'sedet.1.
Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos.
Confiteantur nomini tuo magno, quoniam terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit.
Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti.
Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellum pedum eius: quoniam sanctum est.
Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius:
Inuocabant Dominum, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.
Custodiebant testimonia eius, & præceptum quod dedit illis.
Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorum.
Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate in monte sancto eius: quoniam sanctus Dominus Deus noster.

Psalmus in confessione. *HEB.100.*

XCIX.

IVbilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia:
Introite in conspectu eius in exultatione.
Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos,
Populus eius & oues pascuæ eius. introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi,
Laudate nomen eius: quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius, & vsque in generationem & generationem veritas eius.

Psalmus ipsi Dauid. *HEB.101.*

C.

MIsericordiam & iudicium cantabo tibi Domine:
Psallam, & intelligam in via immaculata quando venies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.
Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes præuaricationes odiui.
Non adhæsit mihi cor prauum: declinantem à me malignum non cognoscebam.
Detrahentem secreto proximo suo hunc persequebar.
Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeãt mecum: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.
Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.
In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderẽ de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem.

Oratio pauperis cum anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem suam.

CI.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat. *HEB.102.*
Non auertas faciem tuam à me: in qua cunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei adhæsit os meum carni meæ.
Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.
Vigilaui & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanquã panem manducabam, & potum meum cum fletu miscebam.
A facie iræ *indignationis tuæ: quia eleuans allisisti me. *&.5.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt: & ego sicut fœnum arui.
Tu autem Domine in æternum permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem.
Tu exurgens *misereberis Sion: quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. *Domine.3
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius: & terræ eius miserebuntur.
Et timebunt Gentes 'nomen tuum Domine,' & omnes reges terræ gloriam tuam. 'nomen domini.3.
Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium: & non spreuit precem eorum.
Scribantur hæc 'in generatione altera:' & populus qui creabitur laudabit Dominum, 'in generatiõne alterã.2
Quia prospexit de excelso sancto suo, Dominus de cœlo in terram aspexit:
Vt audiret 'gemitus compeditorum, vt solueret filios interemptorum: 'gemitum.3
Vt annuntient in Sion nomen Domini, & laudem eius in Ierusalem,
In conueniendo populos in vnum, & reges vt seruiant Domino.
Respondit ei in via virtutis suæ, Paucitatem dierum meorum nuntia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generatione & generationem anni tui.
‖Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli.
Ipsi peribunt, tu autem permanes. & omnes sicut

cut vestimentum veterascent.
Et sicut opertorium mutabis, eos & mutabũ
tur:tu autem idem ipse es, & anni tui non
deficient.
Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen
eorum in seculum dirigetur.

Ipsi Dauid.

HEB.103. CII.

A BEnedic anima mea Domino: & omnia
quæ intra me sunt nomini sancto
eius.
Benedic anima mea Domino:& noli obliuisci omnes retributiones eius.
Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:
qui sanat omnes infirmitates tuas.
Qui redimit de interitu vitam tuam:qui coronat te in misericordia & miserationibus.
Qui repletin bonis desyderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.
Faciens misericordias Dominus: & iudicium
omnibus iniuriam patientibus.
B Notas fecit vias suas Moysi:filijs Israel volũtates suas.
Num.14.c ‖Miserator & misericors Dominus: longanimis & multum misericors.
Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.
Non secundum peccata nostra fecit nobis:
neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.
C Quoniam secundum altitudinẽ cœli à terra:
corroborauit misericordiam suam super timentes se.
Quantum distat ortus ab occidente: longè fecit à nobis iniquitates nostras.
Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam
ipse cognouit figmentum nostrum.
Recordatus est quoniam puluis sumus,homo
sicut fœnum dies eius:tanquam flos agri sic
efflorebit.
Quoniam spiritus pertransibit in illo, & non
subsistet:& non cognoscet amplius locum
suum.
Misericordia autem Domini ab æterno & vsque in æternum super timentes eum:
Et iustitia illius in filios filiorum,his qui seruant testamentum eius,
D Et memores sunt mandatorum ipsius ad faciendum ea.
Dominus in cœlo parauit sedem suam: & regnum ipsius omnibus dominabitur.
p.7. Benedicite Domino >omnes' angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad
audiendam vocem sermonum eius.
Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius qui facitis voluntatem eius.
Benedicite Domino omnia opera eius:in omni loco dominationis eius benedic anima
mea Domino.

Ipsi Dauid.

CIII. HEB.104.

BEnedic anima mea Domino: Domine A
Deus meus magnificatus es vehementer.
Confessionem & decôrem induisti: amictus lumine sicut vestimento.
Extendẽs cœlum sicut pellem:qui tegis aquis
superiora eius.
Qui ponis nubem ascensum tuum:qui ambulas super pennas ventorum.
‖Qui facis angelos tuos spiritus:& ministros Heb.1.c
tuos ignem vrentem.
Qui fundasti terram super stabilitatem suam:
non inclinabitur in seculum seculi.
Abyssus sicut vestimentum amictus eius: super montes stabunt aquæ.
Ab increpatione tua fugient:à voce tonitrui
tui formidabunt.
Ascendunt montes, & descendunt campi in
locum quem fundasti eis.
Terminum posuisti quem non transgredien B
tur:neque conuertentur operire terram.
Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montium pertransibunt aquæ.
Potabunt omnes bestiæ agri: expectabunt onagri in siti sua.
Super ea volucres cœli habitabunt: de medio *vocem. 2.
petrarum dabunt *voces.'
Rigans mõtes de superioribus suis, de fructu
operum tuorum satiabitur terra:
Producens fœnum iumentis, & herbam seruituti hominum,
Vt *educas' panem de terra: & vinum *lætifi- *educat. 3.
cet' cor hominis: *lætificet. 5
Vt exhilaret faciem in oleo:& panis cor hominis confirmet.
Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani
quas plantauit:illic passeres nidificabunt.
Herodij domus dux est eorum, montes excel C
si ceruis:petra refugium herinacijs.
Fecit lunã in tempora:sol cognouit occasum
suum.
Posuisti tenebras,& facta est nox:in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.
Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo escam sibi.
Ortus est sol,& congregati sunt,& in cubilibus suis collocabuntur.
Exibit homo ad opus suum: & ad operationẽ
suam vsque ad vesperum.
Quàm magnificata sunt opera tua Domine!
omnia in sapientia fecisti: impleta est terra
possessione tua.
Hoc mare magnum,& spatiosum manibus:illic reptilia,quorum non est numerus. Ani-

Animalia pusilla cum magnis: illic naues per
transibunt:
D Draco iste quem formasti ad illudendum ei:
omnia à te expectant vt des illis escam in
tempore.
Dante te illis,colligent:aperiente te manum
tuam,omnia implebuntur bonitate.
Auertente autem te faciem,turbabuntur: auferes spiritum eorum,& deficient, & in puluerem suum reuertentur.
Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.
Sit gloria Domini in seculum:lætabitur Dominus in operibus suis:
Qui respicit terram,& facit eam tremere: qui
tangit montes & fumigant.
Infr.145.a ‖Cãtabo Domino in vita mea: psallam Deo
meo quamdiu sum.
Iucundum sit ei eloquium meum: ego verò
delectabor in Domino.
*deficiant. 'Deficiant' peccatores à terra,& iniqui, ita vt
non sint:benedic anima mea Domino.

Hallelu-ia.

HEB.105. CIIII.

A ‖COnfitemini Domino, & inuocate
1.para.16.b nomen eius: annuntiate inter Gen
Mat.12. tes opera eius.
Cantate ei,& psallite ei:narrate omnia mirabilia eius.
Laudamini in nomine sancto eius: lætetur
cor quærentium Dominum.
Quærite Dominum,& confirmamini:quærite faciem eius semper.
Mementote mirabilium eius quæ fecit: prodigia eius & iudicia oris eius,
Semẽ Abrahã,serui eius:filij Iacob electi eius.
Ipse Dominus Deus noster,in vniuersa terra
iudicia eius.
Memor fuit in seculum testamenti sui, verbi
Ge.12.e.d quod mandauit in mille generationes,
‖Quod disposuit ad Abraham: & iuramenti
sui ad Isaac.
Et statuit illud Iacob in præceptum, & Israel
in testamentum æternum,
Dicens, Tibi dabo Terram-Chanaan,funiculum hæreditatis vestræ.
Cum essent numero breui,paucissimi, & incolæ eius:
B Et pertransierunt de gente in gentem, & de
regno ad populum alterum.
Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges,
1.Para.16. c.d. ‖Nolite tangere Christos meos: & in prophe
a.Reg.1.c. tis meis nolite malignari.
Et vocauit famem super terram: & omne firmamentum panis contriuit.
Misit ante eos virum:in seruum venundatus
est Ioseph.
‖Humiliauerunt in compedibus pedes eius, Gen. 17. f.
ferrum pertransijt animam eius, donec ve- 39.d.
niret verbum eius.
Eloquium Domini inflammauit eum:‖misit Gen.41.b.
rex,& soluit eum: princeps populorum, &
dimisit eum.
‖Constituit eum dominum domus suæ, & Gen.41.c.
principem omnis possessionis suæ:
Vt erudiret principes eius sicut semetipsum,
& senes eius prudentiam doceret:
‖Et intrauit Israel in Aegyptum, & Iacob ac- Gen. 46.a
cola fuit in Terra-Cham.
Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius.
‖Conuertit cor eorum vt odirent populum Exod.1. b.
eius,& dolum facerent in seruos eius. c.3.c.4.d. c.
‖Misit Moysen seruum suum: Aaron quem Exod.7.a.
elegit ipsum.
‖Posuit in eis verba signorum suorum & pro- Exod. 10.f
digiorum in Terra-Cham.
‖Misit tenebras,& obscurauit: & nõ exacer- Exod.7.d.
bauit sermones suos.
‖Conuertit aquas eorum in sanguinem:& occidit pisces eorum. Exod.8. b
‖'Edidit' terra eorum ranas in penetralibus re *Et dedit.13
gum ipsorum.
‖Dixit,& venit cynomya,& cinifes in omni- Ex.8.&.9.
bus finibus eorum.
Posuit pluuias eorum grandinem:ignem cõburentem in terra ipsorum,
Et percussit vineas eorum & ficulneas eorũ:
& contriuit lignum finium eorum.
‖Dixit,& venit locusta & bruchus, cuius nõ Exod. 10.
erat numerus: c.d.
Et comẽdit omne fœnum in terra eorum: & D
comẽdit omnem fructum terræ eorum.
‖Et percussit omne primogenitum in terra Exo. 12. d.
eorum,primitias omnis laboris eorum.
‖Et Eduxit eos cum argento & auro: & non Exod.13.d
erat in tribubus eorum infirmus.
Lætata est Aegyptus in profectione eorum:
quia incubuit timor eorum super eos.
‖ Expandit nubem in protectionem eorum: Exod. 13.d
& ignem vt luceret eis per noctem.
‖Petierunt,& venit coturnix:& pane cœli sa- Psal.77.b.
turauit eos.
‖Dirupit petram,& fluxerunt aquæ:abierunt Exod.16.e
in sicco flumina: Nu. 20.c.
‖Quoniam memor fuit verbi sancti sui quod Ge.22.c.d
habuit ad Abraham puerum suum.
‖Et eduxit populum suum in exultatione, & Iosue.3.d.
electos suos in lætitia.
‖Et dedit illis regiones Gentium, & labores
Populorum possederunt:
Vt custodiant iustificationes eius, & legem
eius requirant.

Hallelu-ia. CV. HEB.106

Confite-

A ‖Onfitemini Domino quoniã bonus: quoniã in seculum misericordia eius.
Iudith.13.c
‖Quis loquetur potentias Domini, au
Eccl. 43.d ditas faciet omnes laudes eius?
Beati qui custodiunt iudicium, & faciunt iustitiam in omni tempore.
Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo:
Ad videndum in bonitate electorum tuorum: ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt laderis cum hæreditate tua.
Iudith.7.d ‖Peccauimus cum patribus nostris: iniustè egimus: iniquitatem fecimus.
Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.
B Et irritauerunt ascendentes in mare, Mare-rubrum.
Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.
Exod.14.c ‖Et increpuit Mare-rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto:
Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.
Exo.14.g. ‖Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.
Cito fecerunt, obliti sunt operum eius: & nõ sustinuerunt consilium eius.
C ‖Et concupierunt concupiscentiam in deser-
Exod.17.a to: & tentauerunt Deum in inaquoso:
Num.11.g ‖Dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum Domini.
Num.16.e ‖Aperta est terra, & diglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron.
Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma combussit peccatores.
Exod.32.e ‖Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt sculptile.
Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.
Obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in Terra-Cham: terribilia in Mari-rubro.
D ‖Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in con-
Exod.32.c spectu eius,
Vt auerteret iram eius ne disperderet eos: & pro nihilo habuerunt terram desyderabilẽ:
Non crediderunt verbo eius: & murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini.
Num.14.e ‖Et eleuauit manum suam super eos: vt prosterneret eos in deserto,
Et vt deijceret semen eorum in Nationibus, & dispergeret eos in regionibus.
Et initiati sunt Beel-phegor: & comederunt E sacrificia mortuorum.
Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina.
‖Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quas- Num.25.b
satio.
Et reputatum est ei in iustitiam in generatione & generationem, vsq; in sempiternum.
‖Et irritauerunt eum ad Aquas-contradictio- Num.20.d
nis: & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerunt spiritum eius.
Et distinxit in labijs suis, non disperdiderunt gentes quas dixit Dominus illis.
Et commisti sunt inter gentes, & didicerunt opera eorum: & seruierunt sculptilibus eorum: & factum est illis in scandalum.
Et immolauerunt filios suos, & filias suas dæmonijs.
Et effuderunt sanguinem innocentem, san- F guinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanaan.
Et 'interfecta' est terra in sanguinibus, & con- *inquinata
taminata est in operibus eorum: & fornicati sunt in adinuentionibus suis.
Et iratus est furore Dominus in populum suum: & abominatus est hæreditatẽ suam.
Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorum qui oderunt eos.
Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum: sæpe liberauit eos.
Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis.
Et vidit cum tribularentur: & audiuit orati- G onem eorum.
‖Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eũ Deut.32.a
secundum multitudinem misericordiæ suæ.
Et dedit eos in misericordias in cõspectu omnium qui ceperant eos.
Saluos nos fac Domine Deus noster: & congrega nos de Nationibus:
Vt confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua.
Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculum: & dicet omnis populus, Fiat, fiat.

Hallelu-ia.

HEB. 107
Iudic.13.c

CVI.

C ‖Onfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.
Dicant qui redempti sunt à domino, quos re- *e.2.
demit de manu inimici: * de regionibus congregauit eos,
A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari.

Errauerunt

Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt,
Esurientes & sitientes: anima eorum in ipsis defecit.
Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularẽtur: & de necessitatibus eorũ eripuit eos.
Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.
Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.
Quia satiauit animam inanem: & animam esurientem satiauit bonis.
Sedentes in tenebris & vmbra mortis: vinctos in mendicitate & ferro.
Quia acerbauerunt eloquia dei: & consilium Altissimi irritauerunt.
Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret.
B Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorum disrupit.
Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.
Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit.
Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt.
Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis.
Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularẽtur: & de necessitatibus eorũ liberauit eos.
Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum:
Et sacrificent sacrificium laudis: & annuntient opera eius in exultatione.
Qui descendunt mare in nauibus, facientes operationem in aquis multis,
C Ipsi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo.
Dixit, & stetit spiritus procellæ: & exaltati sunt fluctus eius.
Ascendunt vsque ad cœlos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.
Turbati sunt, & moti sunt sicut ebrius: & omnis sapientia eorum deuorata est.
Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularẽtur: & de necessitatibus eorũ eduxit eos.
Et statuit procellam eius in auram: & siluerũt fluctus eius.
Et lætati sunt quia siluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.
Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum:
Et exaltent eum in ecclesia plebis: & in cathedra seniorum laudent eum.
Posuit flumina in desertum: & exitus aquarũ in sitim:
Terram fructiferam in salsuginem, à malitia D inhabitantium in ea.
Posuit desertum in stagna aquarũ: & terram sine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic esurientes: & constituerunt ciuitatem habitationis.
Et seminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.
Et benedixit eis, & multiplicati sunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.
Et pauci facti sunt, & vexati sunt à tribulatione malorum & dolore.
Effusa est contentio super principes: & errare fecit eos in inuio, & non in via.
Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.
‖Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis ini- Iob.22.
quitas oppilabit os suum.
Quis sapiens, & custodiet hæc? & intelliget misericordias Domini?

Canticum Psalmi ipsi Dauid.

CVII. HEB.108

PAratum cor meum Deus, paratum cor Sup.56.59
meum: cãtabo & psallã in gloria mea.
Exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis Domine, & psallam tibi in nationibus.
Quia magna est super cœlos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.
Exaltare super cœlos Deus, & super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua, & exaudi me: Deus locutus est in sancto suo,
Exultabo, & diuidam Sichimam: & cõuallem tabernaculorum dimetiar.
Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephráim susceptio capitis mei.
Iuda rex meus: Moab lebes spei meæ.
In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.
Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?
Nónne tu Deus qui repulisti nos, & non exibis, Deus, in virtutibus nostris?
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis.
In Deo faciemus virtutem: & ipse ad nihilũ deducet inimicos nostros.

In finem Psalmus Dauid.

CVIII. HEB.109

DEus laudem meam ne tacueris: quia A
os peccatoris, & os dolosi super me apertum est.

Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circundederunt me: & expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent, detrahebāt mihi: ego autem orabam.
Et posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea.
Constitue super eum peccatorem: & diabolus stet à dextris eius.
Cùm iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum.
Iohan.17.e Actu. 1. d. Fiant dies eius pauci: ‖ & episcopatum eius accipiat alter.
B Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua.
Nutantes transferantur filij eius, & mendicēt: & eijciantur de habitationibus suis.
Scrutetur fœnerator omnem substantiā eius: & diripiant alieni labores eius.
Non sit illi adiutor: nec sit qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.
In memoriam redeat iniquitas patrum eius in cōspectu Domini: & peccatum matris eius non deleatur.
Fiant contra Dominum semper, & dispereat de terra memoria eorum: pro eo quòd non est recordatus facere misericordiam.
Et persequutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare.
C Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.
Fiat ei sicut vestimentum quo operitur: & sicut zona qua semper præcingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala aduersus animam meam.
Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia suauis est misericordia tua.
Libera me, quia egenus & pauper ego sum: & cor meum conturbatum est intra me.
Sicut vmbra cum declinat, ablatus sum: & excussus sum sicut 'locustæ'.
Iacuit a. 6. Genua mea infirmata sunt à ieiunio: & caro mea immutata est propter oleum.
D Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua.
Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac secundum misericordiam tuam.
Et sciant quia manus tua hæc: & tu Domine fecisti 'eam'.
Psa.7. Maledicent illi, & tu benedices: qui insurgūt in me, confundantur: seruus autem tuus lætabitur.
Induantur, qui detrahūt mihi pudore: & operiantur sicut diploide confusione sua.
Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum:
'Quia' astitit à dextris pauperis: vt saluam faceret à persequentibus animam meam. 'Psal.16.



Psalmus Dauid.
CIX.

HEB.110. Matt.22.d & 1.Cor.15.d Heb.1.d. 10.c. Actu.2.f. DIxit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis:
Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.
Virgā virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principium in die virtutis tuæ in splēdoribus sanctorum: ex vtero ante luciferum genui te.
Heb.5.b. 7.c. Iohan.12.d ‖ Iurauit Dominus, & nō pœnitebit eum: Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchi-sedec.
Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ suæ reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquassabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.

Hallelu-ia. HEB.111a
CX.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: ב in consilio iustorum & congregatione.
Magna opera Domini: ד exquisita in omnes voluntates eius.
Confessio & magnificentia opus eius: ו & iustitia eius manet in seculum seculi.
Memoriam fecit mirabilium suorum, ח misericors & miserator Dominus: ט escam dedit timentibus se.
Memor erit in seculum testamenti sui, י virtutem operum suorum annuntiabit populo suo:
Vt det illis hæreditatem gentium: כ opera manuum eius, veritas & iudicium.
Fidelia omnia mandata eius: ל cōfirmata in seculū seculi, מ facta in veritate & æquitate.

*Dominus. 15. Prou.1.a. & 9.c Eccle.1.b. Redemptionem misit *populo suo: נ mādauit in æternum testamentum suum.
Sanctum & terribile nomen eius: ס ‖ initiū sapientiæ, timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eū: ע laudatio eius manet in seculum seculi.

Hallelu-ia, reuersionis Aggæi & Zachariæ.
CXI.

HEB.112. BEatus vir qui timet Dominum: א in mandatis eius volet nimis.
Potens in terra erit semen eius: ב generatio rectorum benedicetur.
Gloria & diuitiæ in domo eius: ג & iustitia eius manet in seculum seculi.
Exortum est in tenebris lumen rectis: ד misericors, & miserator, & iustus.
Iucundus homo qui miseretur & commodat, ה disponet sermones suos in iudicio: ו quia in æternum non commouebitur.
In memoria æterna erit iustus: ז ab auditione mala non timebit.
Paratum cor eius sperare in Domino, ח cōfirmatum est cor eius: non commouebitur, donec despiciat inimicos suos.
Dispersit, dedit pauperibus: ט iustitia eius manet in seculum seculi: י cornu eius exaltabitur in gloria.
Peccator videbit, & irascetur, כ dentibus suis fremet & tabescet: ל desyderium peccatorum peribit.

HEB.113. *Hallelu-ia.*
CXII.

LAudate pueri Dominum laudate nomen Domini.
Sit nomen domini benedictum ex hoc nunc & vsque in seculum.
A solis ortu vsque ad occasum, laudabile nomen Domini.
Malac.1.c. ‖ Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cœlos gloria eius.
Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat, & humilia respicit in cœlo & in terra?
Suscitans à terra inopem, & de stercore erigens pauperem:
Vt collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.
Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

HEB.114. *Hallelu-ia.*
CXIII.

A Exod.13.a. IN ‖ exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro:
Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius.
Mare vidit & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.
Montes exultauerūt vt arietes: & colles sicut agni ouium.
Quid est tibi mare quod fugisti: & tu Iordanis, quia conuersus es retrorsum:
Montes exultastis sicut arietes, & colles sicut agni ouium?
A facie Domini mota est terra, à facie Dei Iacob.
Qui conuertit petram in stagna aquarum, & B rupem in fontes aquarum.
NON NOBIS DOMINE, non nobis: sed nomini tuo da gloriam.
Super misericordia tua & veritate tua: nequā HEB.115. do dicant Gentes, Vbi est Deus eorum.
Deus autem noster in cœlo: omnia quæcunq; voluit fecit.
Simulachra gentium, argentum & aurū, opera manuum hominum.
‖ Os habent & non loquentur: oculos habēt, Sapie.15.d & non videbunt.
Aures habent & non audient: nares habent, & non odorabunt.
Manus habent & non palpabunt: pedes ha- C bent, & non ambulabūt: non clamabunt in gutture suo.
Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.
Domus Israel sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.
Domus Aaron sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.
Qui timent Dominum, sperauerunt in Domino: adiutor eorum & protector eorum est.
Dominus memor fuit nostri, & benedixit nobis.
Benedixit domui Israel, benedixit domui Aaron.
Benedixit omnibus qui timent Dominum, D pusillis cum maioribus.
Adijciat Dominus super vos: super vos & super filios vestros.
Benedicti vos à Dom. o, qui fecit cœlum & terram.
Cœlum cœli Domino: terram autem dedit filijs hominum.
Baruc.2.d. ‖ Non mortui laudabunt te Domine, neque omnes qui descendunt in infernum:
Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

Hallelu-ia. CXIIII. HEB.116.
DIlexi, quoniam exaudiet, Dominus vocem orationis meæ.
Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui,
O Domine libera animam meam: misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.
Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuã: quia Dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu.
Placebo Domino in regione viuorum.

Hallelu-ia.

CXV.

2.Cor.4.e Roma.3.a. ‖Credidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax.
Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius:
O Domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.
Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiã laudis, & nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini, in medio tui Ierusalem.

Hallelu-ia.

HEB.117. Rom.15.c. Iohan.12.c CXVI.

‖Laudate Dominũ omnes Gentes: laudate eum omnes populi.
Quoniam cõfirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Hallelu-ia.

HEB.118. CXVII.

AConfitemini Domino quoniã bonus, quoniã in seculũ misericordia eius.
Dicat nunc Israel quoniam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.
Dicat nunc domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius.
℣.5. Dicant nunc ▹ omnes' qui timent Dominum: quoniam in seculũ misericordia eius.
De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus.
Heb.13.a. ‖Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.
BDominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.
Bonum est confidere in Domino, quàm confidere in homine:
Bonum est sperare in Domino, quàm sperare in principibus.
Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
Circundantes circundederunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
Circundederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis: & in nomine Domini quia vltus sum in eos.
Impulsus euersus sum vt caderem: & Dominus suscepit me.
‖Fortitudo mea & laus mea, Dominus: & factus est mihi in salutem. Exod.15.c
Vox exultationis & salutis in tabernaculis iu C storum.
Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutem.
Non moriar, sed viuam: & narrabo opera Domini.
Castigans castigauit me Dominus: & morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iustitiæ, ingressus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iusti intrabunt in eam.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
‖Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Matt.21.d. Luc.20.c. Act.4.b. Rom.9.e. 1.Pet.2.a. Isai.28.d.
A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris.
Hæc est dies quã fecit Dominus: exultemus, D & lætemur in ea.
O Domine saluum me fac, ô Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini.
Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis.
Constituite diem solennem in condensis vsque ad cornu altaris.
Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudisti me: & factus es mihi in salutem.
Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius.

Hallelu-ia. CXVIII. HEB.119.

Aleph א

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.
אBeati qui scrutantur testimonia eius: in toto corde exquirunt eum.
אNon enim qui operantur iniquitatem, in vijs eius ambulauerunt.
אTu mandasti mandata tua custodiri nimis.
אVtinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas.
אTunc non confundar, cùm perspexero in omnibus mandatis tuis.
אConfi-

אConfitebor tibi in directione cordis: in eo quòd didici iudicia iustitiæ tuæ.
אIustificationes tuas custodiam: non me derelinquas vsquequaque.

Beth ב

בIn quo corrigit adolescentior viam suam? in custodiendo sermones tuos.
בIn toto corde meo exquisiui te: ne repellas me à mandatis tuis.
בIn corde meo abscondi eloquia tua: vt nõ peccem tibi.
בBenedictus es Domine: doce me iustificationes tuas.
בIn labijs meis pronuntiaui omnia iudicia oris tui.
בIn via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus dititijs.
בIn mandatis tuis exercebor: & considerabo vias tuas.
בIn iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.

Gimel ג

גRetribue seruo tuo, viuifica me: & custodiam sermones tuos.
גReuela oculos meos: & considerabo mirabilia de lege tua,
גIncola ego sum in terra: non abscondas à me mandata tua.
גConcupiuit anima mea desyderare iustificationes tuas in omni tempore.
גIncrepasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.
גAuser à me opprobrium & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.
גEtenim sederunt principes, & aduersum me loquebãtur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.
גNam & testimonia tua, meditatio mea est: & consilium meum, iustificationes tuæ.

Daleth ד

דAdhæsit pauimẽto anima mea: viuifica me secundum verbum tuum.
דVias meas enuntiaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.
דViam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.
דDormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis.
דViam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.
דViam veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.
דAdhæsi testimonijs tuis Domine: noli me confundere.
דViam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum.

He ה

הLegem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.
הDa mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & custodiam illam in toto corde meo.
הDeduc me in semita mãdatorum tuorum: quia ipsam volui.
הInclina cor meum in testimonia tua, & nõ in auaritiam.
הAuerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
הStatue seruo tuo eloquium tuum in timore tuo.
הAmputa opprobrium meum quod suspicatus sum: quia iudicia tua iucunda.
הEcce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Vau ו

וEt veniat super me misericordia tua Domine, salutare tuũ secundum eloquium tuum.
וEt respondebo exprobrantibus mihi verbũ, quia speraui in sermonibus tuis.
וEt ne auferas de ore meo verbum veritatis vsquequaq;: quia in iudicijs tuis superspe-raui.
וEt custodiam legem tuã semper: in seculum & in seculum seculi.
וEt ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquisiui.
וEt loquebar in testimonijs tuis in cõspectu regum, & non confundebar.
וEt meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.
וEt leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebor in iustificationibus tuis.

Zain ז

זMemor esto verbi tui seruo tuo, in quo mihi spem dedisti.
זHæc me consolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.
זSuperbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.
זMemor fui iudiciorum tuorum à seculo Domine: & consolatus sum.
זDefectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
זCantabiles mihi erant iustificationes tuæ in loco peregrinationis meæ.
זMemor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam.
זHæc facta est mihi, quia iustificationes tuas exquisiui.

Heth ח

חPortio mea Domine, dixi, custodire legem tuam.
חDeprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundũ eloquiũ tuum.
חCogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in testimonia tua.

ה Paratus sum, & non sum turbatus: vt custo diam mandata tua.
ה Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.
ה Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tuæ.
ה Particeps ego sum omnium timentium te: & custodientium mandata tua.
ה Misericordia tua Domine plena est terra: iustificationes tuas doce me.

Teth ט

ט Bonitatem fecisti cum seruo tuo Domine, secundum verbum tuum.
ט Bonitatem, & disciplinam, & scientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
ט Priusquã humiliarer, ego deliqui: propterea eloquium tuum custodiui.
ט Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iustificationes tuas.
ט Multiplicata est super me iniquitas superborum: ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua.
ט Coagulatum est sicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus sum.
ט Bonum mihi quia humiliasti me: vt discã iustificationes tuas.
ט Bonum mihi lex oris tui super millia auri & argenti.

Iod י

י Manus tuas fecerunt me, & plasmauerunt me: da mihi intellectum, vt discam mandata tua.
י Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua superspe raui.
י Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliasti me.
י Fiat misericordia tua vt consoletur me, secundum eloquium tuum seruo tuo.
י Veniant mihi miserationes tuæ: & viuam: quia lex tua, meditatio mea est.
י Confundantur superbi, quia iniustè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.
י Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt testimonia tua.
י Fiat cor meum immaculatum in iustificationibus tuis, vt non confundar.

Caph כ

כ Defecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum superspe raui.
כ Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, Quando consolaberis me?
כ Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.
כ Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium?
כ Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.
כ Omnia mandata tua veritas: 'iniqui' persecuti sunt me, adiuua me. 'iniquit.
כ Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.
כ Secundum misericordiã tuam viuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

Lamed ל

ל In æternum Domine verbum tuum permanet in cœlo.
ל In generatione & generationẽ veritas tua: fundasti terram, & permanet.
ל Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.
ל Nisi quòd lex tua, meditatio mea est: tunc fortè perijssem in humilitate mea.
ל In æternum non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me.
ל Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.
ל Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.
ל Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Mem מ

מ Quomodo dilexi legem tuam Domine! tota die meditatio mea est.
מ Super inimnicos meos prudentẽ me fecisti mandato tuo: quia in æternum mihi est.
מ Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua, meditatio mea est.
מ Super senes intellexi: quia mãdata tua quæsiui.
מ Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.
מ A iudicijs tuis nõ declinaui: quia tu legem posuisti mihi.
מ Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo?
מ A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Nun נ

נ Lucerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis.
נ Iuraui, & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ.
נ Humiliatus sum vsquequaque Domine: viuifica me secundum verbum tuum.
נ Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.
נ Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.
נ Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.
נ Hæreditate acquisiui testimonia tua in æternum: quia exultatio cordis mei sunt.
נ Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternũ propter retributionẽ.

Samech ס

ס Iniquos odio habui: & legem tuam dilexi.
ס Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuum superspe raui.
ס Declinate à me maligni: & scrutabor mandata Dei mei.
ס Suscipe me secundum eloquium tuum, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea.
ס Adiuua me, & saluus ero: & meditabor in iustificationibus tuis semper.
ס Spreuisti omnes discedentes à 'iudicijs' tuis: quia iniusta cogitatio eorum. 'iustitijs. 7.
ס Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua.
ס Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.

Ain ע

ע Feci iudicium & iustitiam: non tradas me calumniantibus me.
ע Suscipe seruum tuum in bonum: non calumnientur me superbi.
ע Oculi mei defecerunt in salutare tuum: & in eloquium iustitiæ tuæ.
ע Fac cum seruo tuo secundum misericordiã tuam: & iustificationes tuas doce me.
ע Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua.
ע Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam.
ע Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion.
ע Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Phe פ

פ Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea.
פ Declaratio sermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.
פ Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desyderabam.
פ Aspice in me, & miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum.
פ Gressus meos dirige secundum eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniustitia. *ס.7.
פ Redime me à calumnijs hominum: 'vt' custodiam mandata tua.
פ Faciem tuam illumina super seruũ tuum: & doce me iustificationes tuas.
פ Exitus aquarum deduxerũt oculi mei: quia non custodierunt legem tuam.

Sade צ

צ Iustus es Domine: & rectum iudicium tuum.
צ Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.
צ Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.
צ Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.
צ Adolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.
צ Iustitia tua, iustitia in æternum: & lex tua veritas.
צ Tribulatio & angustia inuenerunt me: mãdata tua meditatio mea est.
צ Aequitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

Coph ק

ק Clamaui in toto corde ▷ meo', exaudi me Domine: iustificationes tuas requiram. ▷.15.
ק Clamaui ad te, saluum me fac: 'vt' custodiã mandata tua. 'ס.5.
ק Præuéni in maturitate, & clamaui: ▷ 'quia', in verba tua superspe raui. ▷.12. 'ס.3.
ק Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.
ק Vocem meam audi secundũ misericordiã tuam Domine: & secundum iudicium tuum viuifica me.
ק Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: à lege autem tua longè facti sunt.
ק Propè es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.
ק Initio cognoui de testimonijs tuis quia in æternum fundasti ea.

Res ר

ר Vide humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.
ר Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.
ר Longe à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.
ר Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundũ iudicium tuum viuifica me.
ר Multi qui persequuntur me, & tribulant me, à testimonijs tuis non declinaui.
ר Vide præuaricantes, & tabescebam, quia eloquia tua non custodierunt.
ר Vide quoniam mandata tua Dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me.
ר Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ. * *ס.3.

Sin ש

ש Principes persecuti sunt me gratis: & à verbis tuis formidauit cor meum.
ש Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa.
ש Iniquitatem odio habui, & abominatus sum: legem autem tuam dilexi.
ש Septies in die laudem dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ.
ש Pax multa diligentibus legem tuam: & nõ est illis scandalum.
ש Expectabam salutare tuum Domine, & mandata tua dilexi.

ש Custodiuit anima mea testimonia tua: & dilexit ea vehementer.
ש Seruaui mãdata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Thau ת

ת Appropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuum da mihi intellectum.
ת Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundum eloquium tuum eripe me.
ת Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me iustificationes tuas.
ת Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas.
ת Fiat manus tua vt saluet me: quoniam mandata tua elegi.
ת Concupiui salutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea est.
ת Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.
ת Erraui sicut ouis quæ perijt: quære seruum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.

Canticum graduum.

HEB.120. CXIX.

AD Dominum cum tribularer, clamaui, & exaudiuit me.
Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua dolosa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?
Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatorijs.
Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est: habitaui cum habitãtibus Cedar: multum incola fuit anima mea
Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cũ loquebar illis, impugnabant me gratis.

Canticum graduum.

HEB. 121. CXX.

2.Par.20.c LEuaui oculos meos in montes vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino qui fecit cœlum & terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel.
Dominus custodit te, Dominus protectio tua super manum dexteram tuam.
Per diem sol non vret te: neque luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni malo: custodiat animam tuam Dominus.
Dominus custodiat introitum tuum & exitum tuum, ex hoc nunc & vsque in seculũ.

Canticum graduum.

HEB.122. CXXI.

LAetatus sum in his quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus,
Stantes erant pedes nostri in atrijs tuis Ierusalem.
Ierusalem quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel, ad confitendum nomini Domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio, sedes super domum Dauid.
Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abũdantia diligentibus te:
Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.
Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te:
Propter domum Domini Dei nostri quæsiui bona tibi.

Canticum graduum. HEB.123.

CXXII.

AD te leuaui oculos meos, qui habitas in cœlis.
Ecce, sicut oculi seruorum in manibus dominorum suorum,
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.
Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione,
Quia multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.

Canticum graduum ipsi Dauid. HEB.124.

CXXIII.

NIsi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, nisi quia Dominus erat in nobis,
Cum exurgerẽt homines in nos, fortè viuos deglutissent nos:
Cum irasceretur furor eorum in nos, forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit anima nostra: forsitan pertransisset anima nostra aquam intolerabilem.
Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.
Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium:
Laqueus contritus est, & nos liberati sumus.
Adiutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram.

Canticum graduum. HEB.125. CXXIIII.

QVi confidunt in Domino, sicut mons Sion: non commouebitur in æternũ, qui habitat in Ierusalem,
Mõtes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi sui, ex hoc nũc & vsq; in seculũ.

Quia

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum super sortem iustorum: vt nõ extendant iusti ad iniquitatem manus suas.
Benefac Domine bonis & rectis corde.
Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax super Israel.

Canticum graduum.

HEB.126. CXXV.

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti sumus sicut consolati:
Tunc repletum est gaudio os nostrum, & lingua nostra exultatione.
Tunc dicent inter Gentes, Magnificauit Dominus facere cum eis.
Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.
Conuerte Domine captiuitatem nostram, sicut torrens in Austro.
Qui seminant in lachrymis, in exultatione metent.
Euntes ibant & flebant, mittẽtes semina sua.
Venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.

portantes.

Canticum graduum Salomonis.

HEB.127. CXXVI.

NIsi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam:
Nisi Dominus custodierit ciuitatem, frustra vigilat qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucem surgere: surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris,
Cum dederit dilectis suis somnum: ecce, hæreditas Domini, filij: merces, fructus ventris.
Sicut sagittæ in manu potentis: ita filij excussorum.
Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta.

Canticum graduum.

HEB.128. CXXVII.

BEati omnes qui timent Dominũ, qui ambulant in vijs eius:
Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.
Vxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ.
Filij tui sicut nouellæ oliuarum in circuitu mensæ tuæ.
Ecce sic benedicetur homo qui timet Dominum.
Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ierusalem omnibus diebus vitæ tuæ.
Et videas filios filiorum tuorum, pacem super Israel.

Canticum graduum. HEB.129.

CXXVIII.

SAepe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel,
Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi.
Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem suam.
Dominus iustus concidet ceruices peccatorum: confundantur & conuertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.
Fiant sicut fœnum tectorum, quod priusquã euellatur exaruit:
De quo non implebit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit. implenit. 10.
Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini super vos: benediximus vobis in nomine Domini.

Canticum graduum.

HEB.130. CXXIX.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam:
Fiant aures tuæ intẽdentes in vocem deprecationis meæ.
Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?
Quia apud te propitiatio est: & propter legẽ tuam sustinui te Domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino
A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israel in Domino.
Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

Canticum graduum, Dauid.

HEB.131. CXXX.

DOmine non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei:
Neque ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam:
Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea.
Speret Israel in Domino, ex hoc nunc & vsque in seculum.

Canticum graduum. HEB.132.

CXXXI.

MEmento Domine Dauid, & omnis A mansuetudinis eius,
Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: 2.Reg.7.a
Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum strati mei,
Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,
Et requiem tẽporibus meis: donec inueniã B locum Domino, tabernaculum Deo Iacob.

Ecce

Ecce audiuimus eam in Ephrâtha: inuenimus eam in campis syluæ.

*tabernacula.2. Introibimus in *tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes eius.

1.Par.6.g. ‖Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ

Sacerdotes tui induâtur iustitia: & sancti tui exultent.

C Propter Dauid seruum tuum, non auertas faciem CHRISTI tui.

Iurauit Dominus Dauid veritatem, & non frustrabitur eum, ‖De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Luc.1.c. Act.2.c.

Si custodierint filij tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo eos:

Et filij eorum vsque in seculum sedebunt super sedem tuam.

D Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi.

Hæc requies mea in seculum seculi: hîc habitabo, quoniam elegi eam.

Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius saturabo panibus.

Sacerdotes eius induam salutari: & sancti tui exultatione exultabunt.

*Illic.4. ‖*Illuc' producam cornu Dauid, paraui lucernam CHRISTO meo. Luc.1.g.

Malac.3.a. ‖Inimicos eius induam confusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea. Luc.1.b.

Canticum graduum Dauid.

CXXXII.

HEB.133. ECce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum:

Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem, & vitam vsque in seculum.

Canticum graduum.

CXXXIII.

HEB.134. ECce nunc benedicite Domino, omnes serui Domini,

Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri,

In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Domino.

Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

Hallelu-ia.

CXXXIIII.

HEB.135. ALaudate nomen Domini, laudate serui Dominum,

Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri.

Laudate Dominum, quia bonus Dominus, psallite nomini eius, quoniam suaue est.

Quoniam Iocob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.

Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus & Deus noster præ omnibus dijs.

Omnia quæcunque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.

‖Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit. B Iere.10.c. Exod.12.d

Qui producit ventos de thesauris suis: ‖ qui percussit primogenita Aegypti ab homine vsque ad pecus.

'Emisit' signa & prodigia in medio tui Aegypte, in Pharaonem, & in omnes seruos eius. *Et misit.15 Nu.21.e.g

‖Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes,

Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanáan.

‖Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo. C Iosue.12.a

Domine nomen tuum in æternum: Domine memoriale tuum in generationem & generationem.

Quia iudicabit Dominus populum suum, & in seruis suis deprecabitur.

Simulachra Gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum.

‖Os habent & non loquentur: oculos habent, & non videbunt. Sapie.15.d

Aures habent, & non audient: neque enim est D spiritus in ore ipsorum.

Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.

Domus Israel benedicite Domino: domus Aaron benedicite Domino.

Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dominum, benedicite Domino.

Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem.

Hallelu-ia. HEB.136.

CXXXV.

CONfitemini Domino quoniã bonus: A quoniam in æternum misericordia eius.

Confitemini Deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Cõfitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.

‖Qui fecit cœlos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius. Genes.1.a

‖Qui firmauit terram super aquas: quoniã in æternum misericordia eius. 1.a.

‖Qui fecit luminaria magna: quoniã in æternum misericordia eius. 1.b.

Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius. B

Lunam

Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.

Exod.12.d ‖Qui percussit Aegyptum cum primogenitis eorum: quoniã in æternũ misericordia eius.

Exod.13.d ‖Qui eduxit Israel de medio eorum: quoniam in æternum misericordia eius.

In manu potenti & brachio excelso: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui diuisit Mare-rubrum in diuisiones: quoniam in æternum misericordia eius.

Et eduxit Israel per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius.

Exod.14.g ‖Et excussit Pharaonẽ & virtutẽ eius in Mari-rubro: quoniã in æternũ misericordia eius. C

Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia eius.

Num.21.c. ‖Et occidit reges fortes: quoniam in æternũ misericordia eius.

Sehon regem Amorrheorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Num.21.g ‖Et Og regem Basan: quoniam in æternum misericordia eius.

Iosue.12.c. ‖Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniã in æternum misericordia eius.

Hæreditatem Israel seruo suo: quoniam in æternum misericordia eius.

D Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in æternũ misericordia eius.

Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternum misericordia eius.

Qui dat escam omni carni: quoniam in æternum misericordia eius.

Confitemini Deo cœli: quoniam in æternum misericordia eius.

Cõfitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.

Psalmus Dauid propter Ieremiam. HEB.137.

CXXXVI.

*Hui. SVper flumina Babylonis illic sedimus & fleuimus, dum recordaremur *Sion:

In salicibus in medio eius suspendimus organa nostra:

Quia illic interrogauerunt nos qui captiuos duxerunt nos, verba cantionum,

Et qui abduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion.

Quomodo cantabimus Canticum Domini in terra aliena?

Si oblitus fuero tui Ierusalem, obliuioni detur dextera mea.

Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui,

Si non proposuero Ierusalem in principio lætitiæ meæ.

Memor esto Domine filiorum Edom, in die Ierusalem:

Qui dicunt, Exinanite, exinanite vsque ad fundamentum in ea.

Filia Babylonis misera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.

‖Beatus qui tenebit & allîdet paruulos *suos Isai.13.c. *tuos.4. ad petram.

Ipsi Dauid. CXXXVII. HEB.138.

CONfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniã audisti verba oris mei.

In conspectu angelorum psallam tibi: adorabo ad templũ sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.

Super misericordia tua & veritate tua: quoniam magnificasti super omne, nomen sanctum tuum.

In quacunque die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ, quia audierunt ▷omnia' verba oris tui: ▷.5.

Et cantent in vijs Domini: quoniam magna est gloria Domini.

Quoniã excelsus Dominus: & humilia respicit, & alta à longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me: Domine misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne despicias.

In finem Psalmus Dauid. HEB.139.

CXXXVIII.

DOmine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionem meam & resurrectionem meam.

Intellexisti cogitationes meas délonge: semitam meam & funiculum meũ inuestigasti.

Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognouisti omnia nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Quò ibo à spiritu tuo? & quò à facie tua fugiam?

‖Si ascendero in cœlum, tu illic es: si descendero in infernum, ades. Amos.9.a

Si sumpsero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris:

Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.

Et dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Quia

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.
Cõfitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea ᵛ cognoscet' nimis.
ᵛ cognoscit. 2
Non est occultatum os meum à te quod fecisti in occulto: & substãtia mea in inferioribus terræ.
Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.
Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus: nimis ᵛ confortatus est' principatus eorum.
ᵛ confortati sunt. 3.
Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc sum tecum.
Si occideris Deus peccatores: viri sanguinum declinate à me,
Quia dicitis in cogitatione, accipient in vanitate ciuitates suas.
Nónne qui oderunt te Domine, oderam: & super inimicos tuos tabescebam?
Perfecto odio oderã illos: * inimici facti sunt mihi.
*ℭ. 4.
Proba me Deus, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas:
Et vide si via iniquitatis in me est: & deduc me in via æterna.

HEB. 140

In finem, Psalmus Dauid. CXXXIX.

ERipe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me.
Qui cogitauerunt iniquitates in corde, tota die constituebant prælia.
Rom. 3. b. Supr. 13. b. ‖Acuerunt linguam suam sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum.
Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi:
Et funes extenderunt in laqueum, iuxta iter scandalum posuerunt mihi.
Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem deprecationis meæ.
Domine Domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli.
Ne tradas me Domine à desyderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.
Caput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum operiet eos.
Cadent super eos carbones: in ignem deijcies eos, in miserijs non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis, & vindictam pauperum.
Veruntamen iusti confitebũtur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

Psalmus Dauid. CXL.

HEB. 141

DOmine, clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cum clamauero ad te.
Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.
Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circunstantiæ labijs meis.
Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis,
Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.
Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.
Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petræ iudices eorum.
Audient verba mea quoniam potuerunt: sicut crasitudo terræ erupta est super terrã.
Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te Domine Domine oculi mei, in te speraui, non auferas animam meam.
Custodi me à laqueo quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.
Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.

Intellectus Dauid, cum esset in spelunca oratio. 1. *Reg.* 24.

HEB. 142

CXLI.

VOce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum:
Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.
In deficiendo ex me spiritum meum, & tu cognouisti semitas meas,
In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueum mihi.
Consyderabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.
Perijt fuga à me: & non est qui requirat animam meam.
Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.
Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas mihi.

Psalmus Dauid, quando persequebatur eum Absalom filius eius. 2. *Reg.* 17.

HEB. 143

CXLII.

Domine

DOmine exaudi orationẽ meã: auribus percipe obsecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iustitia.
Et nõ intres in iudicium cum seruo tuo: quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens.
Quia persecutus est inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam:
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.
Memor fui dierum antiquorum, meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.
Expandi manus meas ad te, anima mea sicut terra aqua tibi:
Velociter exaudi me Domine, defecit spiritus meus.
Non auertas faciem tuam à me: & similis ero descendentibus in lacum.
Auditam fac mihi mane misericordiam tuã: quia in te speraui.
Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.
Eripe me de inimicis meis Domine, ad te cõfugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuifi cabis me, in æquitate tua.
Educes de tribulatione animam meam: & in misericordia tua disperdes * inimicos meos.
* omnes.
Et perdes omnes qui tribulant animam meã: quoniam ego seruus tuus sum.

Psalmus Dauid aduersus Goliath.

HEB. 144

A CXLIII.

BEnedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.
Misericordia mea & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus:
ᵛ subdit. Protector meus & in ipso speraui: qui ᵛ subdit' populum meum sub me.
B Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?
Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt.
Domine inclina cœlos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt.
Fulgura coruscatione, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.
Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis, de manu filiorum alienorum:
C Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis.
Deus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.
Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruũ tuũ de gladio maligno: eripe me.
Et erue me de manu filiorũ alienorum, quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum dextera iniquitatis:
Quorum filij sicut nouellæ plantationes in iuuentute sua.
Filiæ eorum compositæ: circumornatæ vt similitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.
Oues eorum fœtosæ, abundãtes in egressibus suis: boues eorum crassæ.
Non est ruina maceriæ, neque transitus, neq; clamor in platẽis eorum.
Beatum dixerunt populum cui hæc sunt: beatus populus cuius Dominus Deus eius.

Laudatio ipsi Dauid.

HEB. 145

CXLIIII.

EXaltabo te Deus meus Rex: & benedicam nomini tuo in seculũ, & in seculum seculi.
ב Per singulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in seculum, & in seculum seculi.
ג Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non est finis.
ד Generatio & generatio laudabit opera tua, & potentiam tuam pronuntiabunt:
ה Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua narrabunt:
ו Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam narrabunt.
ז Memoriam abundantiæ suauitatis tuæ eructabunt: & ᵛ iustitia tua' exultabunt.
ᵛ iustitiam tuam. 2.
ח Miserator & misericors Dominus: patiens & multum misericors.
ט Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius.
י Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & sancti tui benedicant tibi:
כ Gloriam regni tui dicent, & potentiã tuam loquentur:
ל Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui.
מ Regnum tuum regnum omnium seculorum: & dominatio tua in omni generatione & generatione.
נ Fidelis Dominus in omnibus verbis suis: & sanctus in omnibus operibus suis.
ס Alleuat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos.
ע Oculi omnium in te sperant *: & tu das escã illorum in tempore opportuno.
* Domine.
פ Aperis tu manum tuã: & imples omne animal benedictione.
צ Iustus Dominus in omnibus vijs suis: & sanctus in omnibus operibus suis.

ף Propè

Universidad de Deusto
Biblioteca

ק Propè est Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.

ר Voluntatem timentium se faciet, & deprecationē eorū exaudiet, & saluos faciet eos.

ש Custodit Dominus omnes diligentes se: & omnes peccatores disperdet.

ת Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini sancto eius in seculum, & in seculum seculi.

Hallelu-ia, Aggæi & Zachariæ.

HEB. 146 CXLV.

LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo quamdiu fuero.

*nec. Nolitè confidere in principibus: * in filijs hominum, in quibus non est salus.

Exibit spiritus eius, & reuertetur in terram suam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, spes eius in Domino Deo ipsius, ‖ qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis sunt.

Act. 14. c. Apo. 14. b.

Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat escam esurientibus.

Dominus soluit compeditos: Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos: Dominus diligit iustos.

Dominus custodit aduenas, pupillum & viduam suscipiet: & *'uias' peccatorum disperdet.

*viam. 6.

Regnabit Dominus in secula Deus tuus Sio, in generatione & generationem.

Hallelu-ia.

CXLVI.

HEB. 147. Iste psalm⁹ iūgitur præcedenti apud Hebræos.

LAudate Dominum, quoniam bonus est psalmus Deo nostro: sit iucunda decoraq; laudatio.

Aedificans Ierusalem Dominus: dispersiones Israelis congregabit.

Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.

Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina *vocans.

*vocat. 8.

Magnus Dominus noster, & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus.

Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores vsque ad terram.

Præcinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus, & parat terræ pluuiam.

Qui producit in montibus fœnum, & herbā seruituti hominum.

Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorum inuocantibus eum.

Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei:

Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eis qui sperant super misericordia eius.

Hallelu-ia.

CXLVII.

LAuda Ierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion:

Quoniam confortauit seras portarum tuarum benedixit filijs tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terræ: velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annunciat verbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua Israel.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis. Hallelu-ia.

Hallelu-ia.

CXLVIII.

LAudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol & luna: laudate eum omnes stellæ & lumen.

‖Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ quæ su per cœlos sunt, laudent nomen Domini. Daniel. 3. a

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum & in seculum seculi: præceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra, dracones & omnes abyssi:

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarū, quæ faciunt verbum eius:

Montes & omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ, & vniuersa pecora, serpentes, & volucres pennatæ:

Reges terræ, & omnes populi, principes, & omnes iudices terræ:

Iuuenes & virgines, senes cum iunioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatum est nomen eius solius.

Confessio eius super cœlum & terram: & exaltauit cornu populi sui.

Hymnus omnibus sanctis eius: filijs Israel populo appropinquanti sibi. Hallelu-ia.

Halle-

Hallelu-ia. CXLIX.

CAntate Domino canticum nouum: laus eius in ecclesia sanctorum.

*filij. 6. Lætetur Israel in eo qui fecit eum: & *'filiæ' Sion exultent in rege suo.

Laudent nomen eius in choro, in tympano & psalterio psallant ei:

Quia bene placitum est Domino in populo suo, & exaltauit mansuetos in salutem.

Exultabunt sancti in gloria: lætabuntur in cubilibus suis.

*Exaltatio. nes. 1. *'Exultationes' Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum:

Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis:

Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis:

Vt faciant in eis iudicium conscriptum: gloria hæc est omnibus sanctis eius. Hallelu-ia.

Hallelu-ia. CL.

LAudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamēto virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum. Hallelu-ia.

Hieronymi præfatio in libros Salomonis.

IVNGAT epistola quos iungit sacerdotium: imò charta nō diuidat quos CHRISTI nectit amor. Cōmentarios in Osee, Amos, Zachariam, Malachiam quos poscitis, scripsissem si licuisset præ valetudine. Mittitis solatia sumptuum: notarios nostros & librarios sustentatis, vt vobis potissimum nostrum desudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuersa poscentium: quasi aut æquum sit, me vobis esurientibus, alijs laborare: aut in ratione dati & accepti, cuiquam, præter vos, obnoxius sim. Itaque longa ægrotatione tractus, ne penitus hoc anno reticerem, & apud vos mutus essem, tridui opus nomini vestro consecraui, interpretationem videlicet trium Salomonis voluminum, MISLE, quas Hebræi Parabolas, vulgata autem editio Prouerbia vocat: COHELETH, quem Græcè Ecclesiasten, Latinè concionatorem possumus dicere: SIR HASIRIM, quod in nostram linguam vertitur Canticum canticorum. Fertur & Panæretos Iesu filij Sirach liber, & alius pseudepigraphus, qui Sapientia Salomonis inscribitur. Quorum priorē hebraicum reperi: non Ecclesiasticum, vt apud Latinos, sed Parabolas prænotatum. cui iuncti erant Ecclesiastes & Canticum canticorum: vt similitudinem Salomonis, non solum librorum numero, sed etiam materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nusquam est, quin & ipse stylus Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli scriptorum veterum hunc esse Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ, & Machabeorū libros legit quidem Ecclesia, sed eos inter canonicas scripturas non recipit: sic & hæc duo volumina legat ad ædificationem plebis, non ad authoritatem ecclesiasticorum dogmatum confirmandam. Sicuti sanè Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emandatam. Neque enim noua sic cudimus, vt vetera destruamus. Et tamen cum diligentissime legerit, sciat magis nostra scripta intelligi, quæ non in terrium vas transfusa coacuerint, sed statim de prelo purissimæ commendata testę suum saporem seruauerint.

Liber Prouerbiorum, quem Hebræi *Mislæ appellant.*

S. *Parabolarum vtilitas: auditus sapientiæ commendatur: filius admonetur ne peccatorum sequatur blanditias: sapientia ad sui amplexum inuitat, & contemptoribus minatur exitium.*



CAP. I.

PARABOLAE Salomonis filij Dauid regis Israel, ad sciendā sapientiā & disciplinā, ad intelligenda verba prudentiæ, & suscipiendam eruditionem doctrinæ, iustitiam, & iudicium, & æquitatē: vt detur paruulis astutia, adolescenti scientia & intellectus. Audiēs sapiens sapientior erit: & intelligens, gubernacula possidebit. Animaduertet parabolam & interpretationem, verba sapientum, & ænigmata eorū. ‖Timor Domini principium sapientiæ. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra: deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendentem in lacum. Omnem pretiosam substantiam reperiemus,

Prou. 1. c. Eccle. 1. b.

periemus,implebimus domos nostras spolijs.
Sortem mitte nobiscum, marsupium vnũ sit
omnium nostrum.Fili mi ne ambules cũ eis,
Isaiæ.59.b. prohibe pedem tuum à semitis eorum.‖Pedes
enim illorum ad malum currunt, & festinant
vt effundant sanguinem. Fruſtra autem iacitur rete ante oculos pennatorũ. Ipsi quoque
contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas. Sic semitæ omnis auari, animas possidentium ra-
C piunt. Sapientia foris prædicat, in plateis dat
vocem suam:in capite turbarũm clamitat, in
foribus portatum vrbis profert verba sua, dicens,Vsquequo paruuli diligitis infantiam,&
stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiẽt,& impru-
Isai. 65.b. dentes odibunt scientiam?‖Conuertimini ad
Ierem.7.c. correptionem meam: en proferã vobis spiritum meum,& ostendã vobis verba mea.Quia
vocaui,& renuistis:extendi manum meam,&
non fuit qui aspiceret.Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.Ego quoque in interitu vestro ridebo, &
subsannabo,cum vobis id quod timebatis aduenerit,Cùm irruerit repentina calamitas, &
interitus quasi tempestas ingruerit: quando
D venerit super vos tribulatio & angustia. Tũc
inuocabunt me,& non exaudiam:manè consurgent,& non inuenient me: eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint,nec acquieuerint consilio meo,& detraxerint vniuersæ correptioni
meæ.Comedent igitur fructus viæ suæ,suis q;
consilijs saturabũtur. auersio paruulorum
interficiet eos,& prosperitas stultorum perdet illos. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet,& abundantia perfruetur, timore malorum sublato.

S. Sapientiæ acquisitio quanta bona conferat, & quanta mala auertat,cum qua Dei dona veniunt,& sine qua vbique erratur.

CAP II.

A Fili mi, si susceperis sermones meos, &
mandata mea absconderis penes te, vt
audiat sapientiam auris tua: inclina cor
tuum ad cognoscendam prudentiam.Si enim
sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor
tuum prudentiæ,si quæsieris eam quasi pecuniam,& sicut thesauros effoderis illam: tunc
intelliges timorem Domini,& scietiam Dei
inuenies.quia Dominus dat sapientiam,& ex
B ore eius prudentia & scientia. Custodiet rectorum salutem, & proteget gradientes simpliciter,seruans semitas iustitiæ,& vias sanctorum custodiens. Tunc intelliges iustitiam &
iudicium, & æquitatem & omnem semitam
bonam. Si intrauerit sapientia cor tuum, &
scientia animæ tuæ placuerit: consilium custodiet te, & prudentia seruabit te,vt eruaris
à via mala,▷&'ab homine qui peruersa loqui ▷.7.
tur: qui relinquunt iter rectum, & ambulant C
per vias tenebrosas:qui lætantur cùm malefecerint,& exultant in rebus pessimis: quorum
viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorum.
Vt eruaris à muliere aliena,&ab extranea quæ
mollit sermones suos,& relinquit ducem pubertatis suæ, & pacti Dei sui oblita est. inclinata est enim ad mortẽ domus eius, & ad in-
feros semitæ ipsius. omnes qui ingrediuntur D
ad eã non reuertentur,nec apprehendẽt semitas vitæ.Vt ambules in via bona: & calles iustorum custodias. Qui enim recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanebunt
in ea.‖Impij verò de terra pendentur: & qui Iob.18.b.
iniquè agunt,auferentur ex ea.

S. Sapientia vitam prolongat: misericordia & veritas non deserendæ:fiducia in Deum:timor Dei:honorandus Deus:correctio Dei cum lætitia ferenda:sapientiæ laus:sapientiam sequentibus omnia prospera: amico statim dandum, nec ei malefaciendum:non contendendum: inqui non imitandi: impiorum perditio, & piorum benedictio.

CAP. III.

Fili mi,ne obliuiscaris legis meæ, & præ- A
cepta mea cor tuum custodiat. ‖longitu Deu. 8. 2.
dinem enim dierum,& annos vitæ,& pa 30.d.
cem apponent tibi. Misericordia & veritas
te non deserant, circunda eas gutturi tuo, &
describe in tabulis cordis tui: & inuenies gratiam & disciplinam bonam coram Deo & hominibus. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.
In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse di-
riget gressus tuos. ‖ Ne sis sapiens apud te- Rom.12.d
metipsum:time Deum,& recede à malo.sanitas quippe erit vmbilico tuo,& irrigatio ossiũ
tuorum.‖Honora Dominum de tua substan- B
tia,& de primitijs omnium frugum tuarum*: Tob.4.b.
& implebuntur horrea tua saturitate, & vino Luc.14.c.
torcularia tua redundabunt. ‖ Disciplinam Iud.
Domini, fili mi,ne abijcias:nec deficias cùm Heb.12.b.
ab eo corriperis. quẽ enim diligit Dominus, Apoc.3.d.
corripit: & quasi pater in filio complacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiam, &
qui 'affluit prudentia'. melior est acquisitio 'effluit prudentiam. 5.
eius negotiatione'auri & argenti,primi & pu 'argenti. 6.
rissimi' fructus eius. pretiosior est cunctis auro primo.
opibus:& omnia quæ desyderantur,huic non
valent comparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitæ
illius pacificæ. Lignum vitæ est his qui apprehenderint eã:& qui tenuerit eam,beatus. Dominus sapientia fundauit terram, stabiliuit
cœlos prudentia. Sapientia illius eruperunt
abyssi, & nubes rore concrescunt. Fili mi,ne
effluant

effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legem atque consilium:& erit vita animæ tuæ,& gratia faucibus tuis.tunc ambulabis fiducialiter
in via tua,& pes tuus nõ impinget.si dormieris,non timebis: quiescs, & suauis erit somnus tuus. ne paueas repentino terrore, & ir-
Prouer.3.1. ruentes tibi 'potentias'impiorum. Dominus
enim erit in latere tuo, & custodiet pedẽ tu-
D um ne capiaris. Noli prohibere benefacere eũ
qui potest: si vales,& ipse benefac. Nec dicas
amico tuo,Vade,& reuertere,&cras dabo tibi:
cum statim possis dare.Ne moliaris amico tuo
malũ,cum ille in te habeat fiduciam. Ne con-
tendas aduersus hominem fruſtra, cum ipse
Psal.36.a.b tibi nihil mali fecerit. ‖Ne æmuleris hominẽ
iniustum,nec imiteris vias eius: quia abominatio Domini est omnis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. Egestas à Domino in domo impij :habitacula autem iustorũ
benedicentur. ipse deludet illusores, & man-
'malhatio.1 suetis dabit gratiam. Gloriam sapientes possidebunt:stultorũ 'exultatio,'ignominia.

S. Sapiẽs suo exemplo hortatur quærere sapientiam,cuius explicat vtilitates: via impiorum declinanda: & iustorum amplectenda: de custodia cordis,oris,& gressuum.

A CAP. IIII.

Audite filij disciplinam patris,& atten
dite: vt sciatis prudentiam. Donum
bonum tribuam vobis, legem meam
ne derelinquatis. Nam & ego filius fui patris
mei,tenellus & vnigenitus coram matre mea:
& docebat me,atque dicebat, Suscipiat verba
mea cor tuum,custodi præcepta mea,& viues.
Posside sapientiam, posside prudentiam. ne
obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei.
Ne dimittas eam, & custodiet te:dilige eam,
B & conseruabit te: Principiũ sapientiæ, possi
de sapientiã,& in omni possessione tua acqui
re prudentiam.arripe illã, & exaltabit te:glorificaberis ab ea,cũ eam fueris amplexatus.dabit capiti tuo augmenta gratiarũ,&corona inclyta proteget te.Audi fili mi, & suscipe verba
mea,vt multiplicẽtur tibi anni vitæ.Viã sapiẽ
tiæ monstrabo tibi,ducam te per semitas æqui
tatis :quas cum ingressus fueris, non artabun
tur gressus tui,& currens non habebis offen-
diculum.Tene disciplinam,ne dimittas eam:
C custodi illam, quia ipsa est via tua. Ne deleãeris in semitis impiorũ,nec tibi placeat malorum via.Fuge ab ea, nec transeas per illam,
declina & defere eam.non enim dormiunt ni
si malefecerint : & non rapitur somnus ab eis
nisi,supplantauerint.comedunt panem impie
tatis, & vinum iniquitatis bibunt. Iustorum
autem semita,quasi lux splendens,procedit &
crescit vsque ad perfectam diem . Via impiorum tenebrosa : nesciunt vbi corruant . Fili
mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia
mea inclina aurem tuã. ne recedant ab oculis
tuis,custodi ea in medio cordis tui:vita enim D
sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni sanitas. Omni custodia serua cor tuum, quia ex
ipso vita procedit. Remoue à te os pranum,
& detrahentia labia sint procul à te. Oculi tui
recta videant,& palpebræ tuæ præcedant gressus tuos.Dirige semitam pedibus tuis,& omnes viæ tuæ stabiliẽtur.Ne declines ad dexterã,
neq; ad sinistram : auerte pedẽ tuum à malo.
▷vias enim quæ à dextris sunt, nouit Domi- ▷.15.
nus: peruersæ verò sunt quæ à sinistris sunt.
Ipse autẽ rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet'.

S. Vitare iubet meretricem: & ne labores & animi perdantur:propria vxor diligatur,& fugiatur aliena.

CAP. V.

Fili mi,attende ad sapientiã meam,& pru- A
dentiæ meæ inclina aurem tuã: vt custo
dias cogitationes, & disciplinã labia tua
conseruent.*Fauus enim stillans labia meritri *Ne intẽdecis,& nitidius oleo guttur eius.nouissima autẽ ris fallaciæ
illius amara quasi absynthiũ,& acuta quasi gla mulieris.
diusbiceps.Pedes eius descendunt in mortẽ,&
ad inferos gressus eius penetrant. Per semitã
vitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius &
inuestigabiles.Nunc ergo fili mi audi me, & B
ne recedas à verbis oris mei. Longe fac ab ea
viam tuã, & ne appropinques foribus domus
eius.Ne des alienis honorem tuum, & annos
tuos crudeli.ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena,
& gemas in nouissimis quando consumpseris carnes tuas & corpus tuum, & dicas, Cur C
detestatus sum disciplinam, & increpationibus non acquieuit cor meũ, nec audiui vocẽ
docentium me, & magistris non inclinaui aurem meam? Penè fui in omni malo,in medio,
ecclesiæ & synagogæ. Bibe aquam de cisterna
tua, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes
tui foras,& in platẽis aquastuas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui.
Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere D
adolescentiæ tuæ: cerua charissima, & gratissimus hinnulus. hubera eius inebrient te in
omni tempore, in amore eius delectare iugiter.Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? ‖ Respicit Dominus vias Iob.34.c.
hominis, & omnes gressus eius consyderat.
Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus
peccatorum suorum constringitur. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, & in
multitudine stultitiæ suæ decipietur.

S. Sponsori vt fidem datam liberet laborandum: pigrum formicæ exemplo excitat ad laborem: apostatam describit: sex quæ Dominus odit: exhortatur ad legis custodiam, vtque mulieris pulchritudinem non concupiscas, sed consortium vites adulteræ.

CAP. VI.

A FIli mi, si sponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneum manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum: ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Eruere quasi dama de manu, & quasi auis de *manu aucupis. Vade ad formicam ô piger, & consydera vias eius, & disce sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, B parat in æstate cibum sibi, & cõgregat in mes- Infra. 24. d se quod comedat. ‖ Vsquequo piger dormies? quando consurges è somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus vt dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. ℣. 1. ▷ Si verò impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet à te'. Homo apostata, vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. huic extemplò veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit vltra medicinam. Sex sunt quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima eius, Oculos sublimes, Linguam mendacem, Manus effundentes innoxium sanguinem, Cor machinans C cogitationes pessimas, Pedes veloces ad currendum in malum, Proferentem mendacia testem fallacem, Et eum qui seminat inter fratres discordias. Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legẽ matris tuæ. Liga ea in corde tuo iugiter, & circunda *gutturi tuo. *ex.4. Cũ ambulaueris, gradiantur tecũ: cũ dormieris, custodiant te, & euigilans loquere cũ eis. quia mandatum lucerna est, & lex lux. & via vitæ increpatio disciplinæ, Vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiscat pulchritudinem eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. pretium enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri D pretiosam animam capit. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, vt non comburantur plantæ eius? sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus cum tetigerit eam. Non grandis est culpa cum quis furatus fuerit, furatur enim vt esurientem impleat animam: deprehensus quoque reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet, *. Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam: turpitudinem & ignominiam congregat sibi, & opprobrium illius non delebitur. quia zelus & furor viri nõ parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipet pro redemptione dona plurima.

*& luteribit se.

S. Hortatur adolescentem ad sapientiæ amplexum, & mandatorum custodiam: vtque scortorum blanditias, quas late describit, eniitet.

CAP. VII.

FIli mi, custodi sermones meos, & præceA pta mea reconde tibi. ▷ Fili, honora Do- ▷. 11. minum, & valebis: præter eum verò ne timueris alienum. 'Serua mandata mea, & vi- 'infidijs. 2. ues: & legem meam quasi pupillam oculi tui. liga 'eam in digitis tuis, scribe illam in tabulis 'ea. 2. cordis tui. Dic sapientiæ soror mea es: & pru- B dentiam voca amicam tuam, Vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi, & video paruulos, cõsydero vecordẽ iuuenẽ, qui transit per plateas iuxta angulum, & prope viã domus illius graditur in obscuro, aduesperascẽte die, in noctis tenebris & caligine. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad 'decipien- 'capillati das' animas, garrula & vaga, quietis impa- 41. tiens, nec valens in domo consistere pedibus suis, nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians. Apprehensumque deosculatur iuuenem, & procaci vultu blanditur, di- C cens, Victimas pro salute deuoui, hodie reddidi vota mea. idcirco egressa sum in occursum tuum, desyderans te videre, & reperi. Intexui funibus lectulum meum, straui tapetibus pictis ex Aegypto. aspersi cubile meum myrrha, & aloe, & cinnamómo. veni inebriemur hubere ribus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illucescat dies. non est enim vir in domo sua, abijt via longissima. sacculum pecuniæ secum tulit: in die plenæ lunæ reuersurus est in domum suam. Irretiuit eum multis sermonibus, & blanditijs labiorum protraxit illum. Statim eam sequitur quasi bos ductus ad victimam, D & quasi agnus lasciuiens, & ignorans quod ad vincula stultus trahatur: donec transfigat sagitta iecur eius: velut si auis festinet ad laqueum, & nescit quòd de periculo animæ illius agitur. Nunc ergo fili mi, audi me, & attende verbis oris mei. Ne abstrahatur in vijs illius mens tua, neque decipiaris semitis eius. multos enim vulneratos deiecit, & fortissimi quique interfecti sunt ab ea. Viæ inferi domus eius, penetrantes interiora mortis.

S. Sapien-

S. Sapientia ad sui amplexum inuitat, se quoque multis modis commendat, quòdque sit Deo coæterna, cum ipso cuncta componens: quã quærentes, beati: spernentes verò, miseri tandem euadent.

CAP. VIII.

A NVnquid non sapientia clamitat, & prudentia dat vocem suam? In summis excelsisq; verticibus supra viã, in medijs semitis stans, iuxta portas ciuitatis in ipsis foribus loquitur, dicens. O viri ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. Intelligite paruuli astutiã, & insipientes animaduertite. Audite, quoniam de rebus magnis locutura sum: & aperiẽtur labia mea, vt recta prædicent. Veritatem meditabitur guttur meũ, & labia mea detestabuntur impium. Iusti sunt oẽs sermones mei, nõ est in eis prauum quid, B neq; peruersum. recti sunt intelligentibus, & æqui inuenientibus scientiã. Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite. Melior est enim sapientia cunctis opibus pretiosissimis: & omne desyderabile ei non potest cõparari. Ego sapiẽtia habito in consilio, & eruditis interfum cogitationibus. Timor Domini odit malũ: arrogantiã & superbiam & viã prauam, & os bilin C gue detestor. Meum est consilium & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo. Per me reges regnant, & legum cõditores iusta decernunt. Per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam. Ego diligentes me, diligo: & qui mane vigilant ad me, inuenient me. Mecum sunt diuitiæ & gloria, opes superbæ & iustitia. Melior est enim fructus meus auro & lapide pretioso, & genimina mea argento electo. In vijs iustitiæ ambulo, in medio semi- Sapien. 9. tarum iudicij, vt ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. ‖ Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio. Ab æterno ordinata sum, & ex antiquis antequam terra fieret. Nondum erant abyssi, & ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant. *eumes. Necdum montes graui mole constiterant, ante* colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ. Quando præparabat cœlos, aderam: quãdo certa lege & gyro vallabat abyssos: quando æthera firmabat sursum, & librabat fontes aquarũ. D quando circũdabat mari terminum suum, & legem ponebat aquis, ne trãsirent fines suos: quando appendebat fundamenta terræ, Cum eo eram cuncta componens: & delectabar per singulos dies, ludens coram eo omni tempore: ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ, esse cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me, Beati qui custodiunt vias meas. Audite disciplinam, & estote sapientes, & nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me, qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino: qui autem in me peccauerit, lædet animam suam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

S. Sapientia domo sibi ædificata omnes ad se allicit, vitam prorogat, & à muliere stulta ac vaga liberat: porrò eruditionem & correptionem non suscipiet impius ac derisor, sed iustus & sapiens.

CAP. IX.

SApientia ædificauit sibi domum, excidit A columnas septem. Immolauit victimas suas, miscuit vinum, & proposuit mensam suam. Misit ancillas suas vt vocarent ad arcem, & ad mœnia ciuitatis, Siquis est paruulus, veniat ad me. Et insipientibus locuta est, Venite, comedite panem meum, & bibite vi- B num quod miscui vobis. Relinquite infantiã, & viuite, & ambulate per vias prudentiæ. Qui erudit derisorem, ipse iniuriam sibi facit: & qui arguit impium, sibi maculam generat. Noli arguere derisorem, ne oderit te: Argue sapientem, & diliget te. Da sapienti occasionem, & addetur ei sapientia. Doce iustum, & festinabit accipere. ‖ Principium sapientiæ, Supra. t.2. timor Domini: & scientia sanctorum pru- Psal.110.d. Eccl.1.b. dentia. Per me enim multiplicabuntur dies C tui, & addentur tibi anni vitæ. Si sapiens fueris, tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. Mulier stulta & clamosa, plenaque illecebris, & nihil omnino sciens sedit in foribus domus suæ super sellam in excelso vrbis loco, vt vocaret transeuntes per viam & pergentes itinere suo, Quis est paruulus, de- D clinet ad me. Et vecordi locuta est, Aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. Et ignorauit quòd ibi sint gigantes, & in profundis inferni conuiuæ eius. ▷ Qui enim ▷. 18. applicabitur illi, descẽdet ad inferos: nam qui abscesserit ab ea, saluabitur?

Parabolę Salomonis.

S. Alternat sermonem de filio sapiente & stulto, iusto & impio, operante & otioso, simplici & prauo: de charitate & odio: de bono linguæ, eiusq; malo.

CAP. X.

FIlius sapiens lætificat patrem: filius verò A stultus mœstitia est matris suæ.

Nil proderunt thesauri impietatis: iustitia verò liberabit à morte.

Non affliget Dominus fame animam iusti, & insidias impiorum subuertet.

Egestatem operata est manus remissa:manus autem fortium, diuitias parat.

▷.12. ▷Qui nititur mendacijs, hic pascit ventos, idē autem ipse sequitur aues volantes.'

Qui congregat in messe, filius sapiens est: qui autem stertit æstate, filius confusionis.

▷.5. Benedictio ▷Domini' super caput iusti: os autem impiorum operit iniquitas.

B Memoria iusti cum laudibus: & nomen impiorum putrescet.

Sapiens corde præcepta suscipiet: stultus cæditur labijs.

Qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter: qui autem deprauat vias suas, manifestus erit.

Eccl.27. e. ‖Qui annuit oculo, dabit dolorem: & stultus labijs verberabitur.

Vena vitæ, os iusti: & os impiorum operit iniquitatem.

1.Pet.4.b. 2.Cor.13 b ‖Odium suscitat rixas: & vniuersa delicta operit charitas.

In labijs sapientis inuenitur sapientia, & virga in dorso eius qui indiget corde.

Sapientes abscondunt scientiam: os autē stulti confusioni proximum est.

C Substantia diuitis, vrbs fortitudinis eius: pauor pauperum, egestas eorum.

Opus iusti, ad vitam: fructus autem impij, ad peccatum.

Via vitæ, custodienti disciplinam: qui autem increpationes relinquit, errat.

Abscondunt odium labia mendacia: qui profert contumeliam, insipiens est.

In multiloquio non deerit peccatum: qui autē moderatur labia sua, prudentissimus est.

Argentum electum, lingua iusti: cor autem impiorum pro nihilo.

Labia iusti erudiunt plurimos: qui autem indocti sunt, in cordis egestate morientur.

Benedictio Domini diuites facit, nec sociabitur'eis'afflictio. Prou.1.

D Quasi per risum stultus operatur scelus: sapiētia autem est viro prudentia.

Quod timet impius, veniet super eum: desyderium suum iustis dabitur.

Quasi tempestas transiens non erit impius: iustus autem quasi fundamentum sempiternum.

Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, sic piger his qui miserunt eum*. *iu vla.

Timor Domini apponet dies, & anni impiorum breuiabuntur.

Expectatio iustorum lætitia: spes autē impiorum peribit.

Fortitudo simplicis, via Domini: & pauor his qui operantur malum.

Iustus in æternum non commouebitur: impij autem non habitabunt super terram.

Os iusti parturiet sapientiam, *lingua prauorum peribit. *Prou.4.

Labia iusti consyderant placita, & os impiorum peruersa.

S. *Æquitatis & iustitiæ cæterarumq; virtutum commoda, & vitiorum ac vanarum diuitiarum incommoda.*

CAP. XI.

STatēra dolosa abominatio est apud Deum, & pondus æquum voluntas eius. A

Vbi fuerit superbia, ibi erit & contumelia: vbi autem est humilitas, ibi & sapientia.

Simplicitas iustorum diriget eos, & supplantatio peruersorum vastabit illos.

‖Non proderunt diuitiæ in die vltionis: iustitia autem liberabit à morte. Eccl.5.e

Iustitia simplicis diriget viam eius: & in impietate sua corruet impius.

Iustitia rectorum liberabit eos: & in insidijs suis capientur iniqui.

‖Mortuo homine impio nulla erit vltrà spes, & expectatio solicitorum peribit. Sapien.5.e

Iustus de angustia liberatus est: & tradetur impius pro eo. B

Simulator ore decipit amicum suum: iusti autem liberabuntur scientia.

In bonis iustorum'exaltabitur'ciuitas: & in perditione impiorum erit laudatio. *exaltabitur. 7.

Benedictione iustorum exaltabitur ciuitas: & ore impiorum subuertetur.

Qui despicit amicum suum, indigens corde est: vir autem prudens tacebit.

Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis est, celat amici commissum.

Vbi non est gubernator, populus corruet: salus autem, vbi multa consilia.

Affligetur malo, qui fidē facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos, securus erit.

Mulier gratiosa inueniet gloriam, & robusti habebunt diuitias.

Benefacit animæ suæ vir misericors: qui autē crudelis est, etiam propinquos abijcit. C

Impius facit opus instabile: seminanti autem iustitiam merces fidelis.

Clementia præparat vitam: & sectatio malorum mortem.

Abominabile Domino cor prauum, & voluntas eius in ijs qui simpliciter ambulant.

Manus in manu non erit innocens malus: semen autem iustorum saluabitur.

Circulus aureus in naribus suis, mulier pulchra & fatua.

Desyderium iustorum omne bonum est: præstolatio impiorum furor.

Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt nō sua, & semper in egestate sunt. D

Anima quæ benedicit: impinguabitur: & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.

Qui ab-

Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem super caput vendentium.

Bene consurgit diluculo qui quærit bona: qui autem inuestigator malorum est, opprimetur ab eis.

Qui confidit in diuitijs suis, corruet: iusti autem quasi virens folium germinabunt.

Qui conturbat domum suam, possidebit ventos: & qui stultus est, seruiet sapienti.

Fructus iusti lignum vitæ: & qui suscipit animas sapiens est.

1.Pet.4.d ‖Si iustus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?

S. *Vicissim loquitur de diligente disciplinam & eam odiente: de impio & iusto, operante & otioso, stulto & sapiente, & de bonis ac malis linguæ.*

CAP. XII.

AQui diligit disciplinam, diligit scientiam: qui autem odit increpationes insipiens est. A

ibi. Qui bonus est, hauriet gratiam à Domino: qui autem confidit in cogitationibus suis, impie agit.

Non roborabitur homo ex impietate: & radix iustorum non commouebitur.

Mulier diligens, corona est viro suo: & putredo in ossibus eius quæ confusione res dignas gerit.

Cogitationes iustorum, iudicia: & cōsilia impiorum, fraudulenta.

Verba impiorum insidiantur sanguini: os iustorum liberabit eos.

Verte impios, & non erunt: domus autem iustorum permanebit.

B Doctrina sua noscitur vir: qui autem vanus & excors est, patebit contemptui.

Eccle.10.d ‖Melior est pauper & sufficiēs sibi, quàm gloriosus & indigens pane.

Nouit iustus iumentorum suorum animas: viscera autem impiorum crudelia.

Eccl.20.d ‖Qui operatur terram suam, satiabitur, panibus: qui autem sectatur otium, stultissimus est.

▷.12. ▷Qui suauis est *'in vini' moderationibus, in *vinii.10. suis munitionibus relinquit cōtumeliam.'

Desyderium impij monimētum est pessimorum: radix autem iustorum proficiet.

Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effugit autem iustus de angustia.

C De fructu oris sui vnusquisq; replebitur bonis, & iuxta opera manuum suarum retribuetur ei.

Via stulti recta in oculis eius: qui autem sapiens est, audit consilia.

Fatuus statim indicat iram suam: qui autem dissimulat iniuriam, callidus est.

Qui quod nouit loquitur, *iudex'iustitiæ est: *Iudex.14. qui autem mentitur, testis est fraudulentus.

Est qui promittit, & quasi gladio pungitur cō scientiæ: lingua autem sapientiū sanitas est.

Labium veritatis firmū erit in perpetuū: qui aūt testis est repentinus, concinnat linguam mendacij.

Dolus in corde cogitantium malæ: qui autem pacis ineunt cōsilia, sequitur eos gaudium.

Non contristabit iustum quicquid ei acciderit: impij autem replebuntur malo.

Abominatio est Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. D

Homo versutus celat scientiam: & cor insipientium prouocat stultitiam.

Manus fortium dominabitur: quæ autem remissa est, tributis seruiet.

Mœror in corde viri humiliabit illum, & sermone bono lætificabitur.

Qui negligit damnū propter amicum, iustus est: iter autem impiorum decipiet eos.

Non inueniet fraudulentus lucrum: & substātia hominis erit auri pretium.

In semita iustitiæ, vita: iter autem deuium ducit ad mortem.

S. *De filio sapiente: de oris custodia, & inconsyderato ad loquendum: de paupere diuite & diuite paupere, lucerna impiorum, substantia festinata & dilatione spei. omnia cum consilio agenda, & cum sapientibus gradiendum: de parcente virgæ, & insaturabili ventre impij.*

CAP. XIII.

FIlius sapiens, doctrina patris: qui autem illusor est, non audit cum arguitur. A

De fructu oris ▷sui'homo satiabitur bo- ▷.9. nis: anima autem præuaricatorum iniqua.

Qui custodit os suum, custodit animam suā: qui autem inconsyderatus est ad loquendum, sentiet mala.

Vult & non vult piger: anima autem operantium impinguabitur.

Verbum mendax iustus detestabitur: impius autem confundit, & confundetur.

Iustitia custodit innocētis viam: impietas autem peccatorem supplantat.

Est quasi diues cum nihil habeat: & est quasi pauper, cum in multis diuitijs sit.

Redēptio animæ viri, diuitiæ suæ: qui autem pauper est, increpationem non sustinet. B

Lux iustorum lætificat: lucerna autem impiorum extinguetur.

Inter superbos semper iurgia sunt: qui autem agunt omnia cū cōsilio, reguntur sapientia.

Substantia festinata minuetur: quæ autē paulatim colligitur manu, multiplicabitur.

Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ desyderium veniens.

Qui detrahit alicui rei, ipse se in futurū obli-

gat: qui autem timet præceptũ, in pace versabitur.

▷.13. C ▷Animæ dolosæ errant in peccatis: iusti autem misericordes sunt & miserantur.'

Lex sapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.

Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago.

Astutus omnia agit cum consilio: qui autem fatuus est aperit stultitiam.

Nũtius impij cadet in malum: legatus autem fidelis, sanitas.

Egestas & ignominia ei qui deserit disciplinam: qui autem acquiescit arguẽti, glorificabitur.

D Desyderium si compleatur, delectat animam: detestantur stulti eos qui fugiunt mala.

Qui cum sapientibus graditur, sapiens erit: amicus stultorum similis efficietur.

Peccatores persequitur malum: & iustis retribuentur bona.

Bonus relinquit hæredes filios & nepotes: & custoditur iusto substantia peccatoris.

*alij.13. Multi cibi in noualibus patrum: & *alijs' congregantur absque iudicio.

.sua.4. Qui parcit virgæ, odit filium suum: qui autem diligit illum, instanter erudit.

Iustus cómedit, & replet animam suam: venter autem impiorum insaturabilis.

S. Sapientiæ & stultitiæ variæ conditiones. prudentia quiuis status debitè regulatur, qua quis ad misericordiam mouetur & affectiones moderatur: vitia autem perdunt homines.

CAP. XIIII.

A SApiens mulier ædificat domum suam: insipiens extructam quoque, manibus destruet.

Iob.12.a. ‖Ambulans recto itinere, & timens Deum, despicitur ab eo qui infami graditur via.

In ore stulti virga superbiæ: labia autem sapientum custodiunt eos.

Vbi non sunt boues, præsepe vacuum est: vbi autem plurimæ segetes, ibi manifesta est fortitudo bouis.

Testis fidelis non mentietur: profert autem mendacium dolosus testis.

Quærit derisor sapientiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis.

*nescito. 4. Vade contra virum stultum, & *nescit' labia prudentiæ.

Sapientia callidi est intelligere viam suam: & imprudentia stultorum errans.

Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia.

B Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius non miscebitur extraneus.

Domus impiorũ delebitur, tabernacula* iustorum germinabunt. *verb.6.

Est via quæ videtur homini iusta: nouissima autem eius deducunt ad mortem.

Risus dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupat.

Vijs suis replebitur stultus, & super eum erit vir bonus.

Innocens credit omni verbo: astutus considerat gressus suos.

▷Filio doloso nihil erit boni: seruo autem ▷.24. sapienti prosperi erunt actus, & dirigetur via eius.'

Sapiens timet, & declinat à malo: stultus transilit & confidit.

Impatiens operabitur stultitiam: & vir *versu- *verbosus tus' odiosus est. 15.

Possidebunt paruuli stultitiã & expectabunt astuti scientiam.

Iacebunt mali ante bonos: & impij ante portas iustorum. C

Etiam proximo suo pauper odiosus *erit: 'amici verò diuitum multi. *ibi.6.

Qui despicit proximum suum, peccat: qui autem miseretur pauperis, beatus erit.

▷Qui credit in Domino, misericordiam dili- ▷.4. git.'

Errant qui operantur malum: misericordia & veritas præparant bona.

In omni opere ▷bono' erit abundantia: vbi au- ▷.6. tẽ verba sunt plurima, ibi frequẽtur egestas.

Corona sapientum, diuitiæ eorum: fatuitas stultorum imprudentia.

Liberat animas testis fidelis: & profert mendacia versipellis.

In timore Domini fiducia fortitudinis, & filijs eius erit spes.

Timor Domini fons vitæ, vt declinet à ruina mortis.

In multitudine populi dignitas regis, & in D paucitate plebis ignominia principis.

Qui patiens est, multa gubernatur prudentia: qui autem impatiens est, exaltat stultitiam suam.

Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia.

‖Qui calumniatur egentem, exprobrat facto- Infra.17.d. ri eius: honorat autem eum, qui miseretur pauperis.

In malitia sua expelletur impius: sperat autẽ iustus in morte sua.

In corde prudentis requiescit sapientia, & in- *quasque.16 doctos 'quosque' erudiet.

Iustitia eleuat gentem: miseros autem facit populos peccatum.

Acceptus est regi minister intelligens: iracundiam eius inutilis sustinebit.

S. Respon-

S. Responsio mollis: lingua sapientis, & immoderatæ: fortitudo domus iusti: victimæ impiorum ingratæ: omnia Deo nota: cor gaudens: dies pauperis mali: secura mẽs: vocari ad olera: vir iracundus & rixosus: laus patientis: iter pigrorum: domus superborum: fide & misericordia purgantur peccata, de abijciente disciplinam: laus timoris Domini & humilitatis.

CAP. XV.

A REsponsio mollis frangit iram: sermo durus suscitat furorem.

Lingua sapientum ornat scientiam: os fatuorum ebullit stultitiam.

In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.

Lingua placabilis, lignũ vitæ: quæ autem immoderata est, conteret spiritum.

Stultus irridet disciplinam patris sui: qui autẽ custodit increpationes, astutior fiet.

▷.12. ▷In abundanti iustitia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradicabũtur.'

Domus iusti plurima fortitudo: & in fructibus impij conturbatio.

Labia sapientum disseminabunt scientiam: cor stultorum dissimile erit.

B ‖Victimæ impiorum abominabiles Domino: Eccl.34.c vota iustorum placabilia.

Abominatio est Domino via impij, qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo.

▷.6. Doctrina mala deserentium viam ▷vitæ:' qui increpationes odit, morietur.

Infernus & perditio coram Domino: quanto magis corda filiorum hominum?

Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sapientes graditur.

Infr.17.d. ‖Cor gaudens exhilarat faciem: in mœrore animi deijcitur spiritus.

Cor sapientis quærit doctrinam: & os stultorum pascitur imperitia.

Omnes dies pauperis, mali: secura mens quasi inge conuiuium.

Melius est parum cum timore Domini, quàm thesauri magni & insatiabiles.

Melius est vocari ad olera cũ charitate: quàm ad vitulum saginatum cum odio.

C Vir iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas.

*impiorum. Iter *pigrorum' quasi sepes spinarum: via iustorum absque offendiculo.

Filius sapiens lætificat patrem: & stultus homo despicit matrem suam.

Stultitia gaudium stulto: & vir prudens dirigit gressus suos.

Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi verò sunt plures consiliarij, confirmantur.

Lætatur homo in sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus.

Semita vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo.

Domum superborum demolietur Dominus: & firmos faciet terminos viduæ.

Abominatio Domini cogitationes malæ: & purus sermo pulcherrimus ▷firmabitur ab ▷.3. eo.'

Conturbat domum suam qui sectatur auari- D tiam: qui autem odit munera, viuet.

‖▷Per misericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo.'

Mens iusti meditabitur *obedientiam: 'os im- *sapiẽtiæ. 8 piorum redundat malis.

Longe est Dominus ab impijs: & orationes iustorum exaudiet.

Lux oculorum lætificat animam: fama bona impinguat ossa.

Auris quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientum commorabitur.

Qui abijcit disciplinam, despicit animã suam: qui autẽ acquiescit increpationibus, possessor est cordis.

Timor Domini, disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

S. Homo animam præparat, Deus spirituum ponderator, linguam viasq; hominum dirigit, omnia propter seipsum operans, cui abominatio est omnis arrogans: misericordia redimuntur peccata: pondus & statera Dei iudicia: indignatio & clementia regis: laus sapientiæ, prudentiæ, eruditi, ac dulcis in verbo, & patientis: vituperatur insipiens & peruersus: fortes à Domino temperantur.

CAP. XVI.

HOminis est animam præparare, & Do A mini gubernare linguam.

Omnes viæ *hominis' patent oculis e- *hominũ. 15 ius: spirituum ponderator est Dominus.

Reuela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.

Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus: impium quoque ad diem malũ.

Abominatio Domini est omnis arrogans: etiã si manus ad manũ fuerit, non est innocẽs.

▷Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta ▷.14. est autem apud Deum magis, quàm immolare hostias.'

‖Misericordia & veritate redimitur iniquitas: Supr.15. d. & in timore Domini declinatur à malo.

Cum placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque eius conuertet ad pacem.

Melius est parum cum iustitia, quàm multi B fructus cum iniquitate.

Cor hominis disponit viam suam, sed Domini est dirigere gressus eius.

Diuinatio in labijs regis, in iudicio non errabit os eius.

Pondus & statêra iudicia Domini sunt: & opera eius omnes lapides 'seculi'.
Abominabiles regi qui agunt impie: quoniã iustitia firmatur solium.
Voluntas regum labia iusta: qui recta loquitur, 'dirigetur.'
Indignatio regis, nuntij mortis: & vir sapiens placabit eam.
In hilaritate vultus regis, vita: & clementia eius quasi imber serotinus.
C Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento.
Semita iustorum declinat mala, custos animæ suæ seruat viam suam.
Contritionem præcedit superbia, & ante ruinam exaltatur spiritus.
Melius est humiliari cum mitibus, quàm diuidere spolia cum superbis.
Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino, beatus est.
Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio, maiora reperiet.
Fons vitæ eruditio possidentis: doctrina stultorum, fatuitas.
Cor sapiẽtis erudiet os eus, & labijs eius addet gratiam.
Fauus mellis composita verba, dulcedo animæ 'sanitas ossium.
D ‖Est via quæ videtur homini recta, & 'nouissima eius ducunt' ad mortem.
Anima laborãtis laborat sibi, quia compulit eum os suum: vir impius fodit malum, & in labijs eius ignis ardescit.
Homo peruersus suscitat lites, & verbosus separat principes.
Vir iniquus lactat amicum suũ, & ducit eum per viam non bonam.
Qui attonitis oculis cogitat praua, mordens labia sua perficit malum.
Corona dignitatis senectus quæ in vijs iustitiæ reperietur.
Melior est patiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore vrbium.
Sortes mittuntur in sinum, sed à Domino tẽperantur.

S. Buccella ficca cum gaudio: seruus sapiens: Dominus corda probat: despiciens pauperem: gaudens de alterius ruina: corona senum: celans delictum: fatuus in stultitia confidens: stulto inutiles diuitiæ: altam faciens domum suam: omni tempore diligit amicus: animus gaudens & spiritus tristis: stultus tacens.

CAP. XVII.

A Melior est buccella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio.
‖Seruus sapiens dominabitur filijs stultis, & inter fratres hæreditatem diuidet.
Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus.
Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtemperat labijs mendacibus.
‖Qui despicit pauperem, exprobrat factori eius: & qui ruina lætatur alterius, non erit impunitus.
Corona senum, filij filiorum: & gloria filiorum, patres eorum.
Non decent stultum verba composita, nec B principem labium mentiens.
Gemma gratissima, expectatio præstolantis: quocunque se vertit, prudenter intelligit.
Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos.
Plus proficit correptio apud prudẽtem, quàm centum plagæ apud stultum.
Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum.
Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia sua.
‖Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius.
Qui dimittit aquam, caput est iurgiorum: & C antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit.
‖Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est vterque apud Deum.
Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit?
▷Qui altam facit domum suam, quærit ruinã: & qui euitat discere, incidet in mala.'
Omni tempore diligit qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur.
Stultus homo plaudet manibus, cum spoponderit pro amico suo.
Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat 'os suum', quærit ruinam.
Qui peruersi cordis est, nõ inueniet bonum: D & qui vertit linguam, incidet in malum.
Natus est stultus in ignominiam suã: sed nec pater in fatuo lætabitur.
‖Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa.
Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij.
‖In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ.
Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum.
Non est bonum, damnum inferre iusto, nec percutere principem qui recta iudicat.
‖Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est: & pretiosi spiritus vir eruditus.
Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.

S. De

S. De recessu ab amico: de incorrigibili: nõ deuiãdum à veritate: os stulti: iustus se accusans: frater iuuans fratrem: fructus oris: mulier bona & mala: locutio diuitis & pauperis: vir amicabilis.

CAP. XVIII.

A Occasiones quærit qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis.
Non recipit stultus verba prudentiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius.
Impius cum in profundum venerit peccatorum, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium.
Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons sapientiæ.
▷3. Accipere personam impij ▷ in iudicio 'non est bonum, vt declines à veritate iudicij.
Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat.
B Os stulti contritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius.
Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa perueniunt vsque ad interiora ventris.
▷17. ▷Pigrum dejcit timor: animæ autem effœminatorum esurient.'
Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis.
'ipsam'.8. Turris fortissima nomen Domini: ad 'ipsam' currit iustus, & exaltabitur.
Substantia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circundans eum.
Antequam cõteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur.
Eccle. 11.2. ‖Qui prius respondet quàm audiat, stultum se esse demonstrat, & confusione dignum.
C Spiritus viri sustentat imbecillitatem suam: spiritum verò ad irascendum facilem quis poterit sustinere?
Cor prudens possidebit scientiam, & auris sapientium, quærit doctrinam.
Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatium ei facit.
Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit eum.
Contradictiones comprimit sors, & inter potentes quoque dijudicat.
Frater qui adiuuatur à fratre, quasi ciuitas firma: & iudicia quasi vectes vrbium.
D De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimina labiorum ipsius saturabunt eum.
'manibus. Mors & vita 'manu' linguæ: qui diligunt eã, comedent fructus eius.
Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonũ, & hauriet iucunditatem à Domino.
▷13. ▷Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, stultus est & insipiens.'
Cum obsecrationibus loquitur pauper, & dives effabitur rigidè.
Vir amicabilis ad societatem, magis amicus erit, quàm frater.

S. Pauper ambulans in simplicitate: diuitiæ addunt amicos: verba sectans: falsus testis: non decent stultum deliciæ: doctrina per patiẽtiam probatur: ira & hilaritas regis: mulier litigiosa: vxor prudens datur à Deo: pigritia: præcepti custodia: misericordia in pauperem: eruditio filij: acceptio consilij: vir mendax: timor Domini: pigritia: pestilens: inobediens parentibus: testis iniquus: derisores.

CAP. XIX.

M Elior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm ▷ diues 'torques labia ▷sua &' insipiens. A ▷.2. ▷.12.
Vbi non est scientia animæ, non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet.
Stultitia hominis supplantat gressus eius: & contra Deum feruet animo suo.
Diuitiæ addunt amicos plurimos: à paupere autem & hi quos habuit separantur.
‖Testis falsus non erit impunitus: & qui mendacia loquitur, non effugiet. Dan. 13.g.
Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.
Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo.
Qui tantum verba sectatur, nihil habebit: qui B autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentiæ inueniet bona.
Falsus testis non erit impunitus: & qui loquitur mendacia peribit.
Non decent stultum deliciæ, nec seruum dominari principibus.
Doctrina viri per patientiam noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi.
Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius.
Dolor patris filius stultus: & tecta iugiter perstillantia, litigiosa mulier.
Domus & diuitiæ dantur à parentibus, à Domino autem proprie vxor prudens.
Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. C
Qui custodit mandatum, custodit animam suam: qui autem negligit 'viam suam' mortificabitur. 'vias suas. 18.
Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinem suam reddet ei.
Erudi filium tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam.
Qui 'impatiens est, sustinebit damnũ: & cum rapuerit, aliud apponet. 'enim.
Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis D sapiens in nouissimis tuis.
Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem

tem

*inæternum tem Domini *permanebit.
Homo indigens misericors est: & melior est
*iustus pauper, *quàm vir mendax.
Timor Domini ad vitam: & in plenitudine
commorabitur, absque visitatione pessimi.
Abscondit piger manum suam sub ascella, nec
ad os suum applicat eam.
Infra.21.b ‖Pestilente flagellato stultus sapientior erit:
si autem corripueris sapientem, intelliget
disciplinam.
Qui affligit patrem, & fugit matrem, ignomi-
niosus est & infœlix.
Non cesses fili audire doctrinam, nec ignores
sermones scientiæ.
Testis iniquus deridet iudicium: & os impio-
rum deuorat iniquitatem.
Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei per-
cutientes stultorum corporibus.

S. Luxuriosa res vinum: de peccante in regem, & relinquendis contentionibus: piger propter frigus non laborans: rex in solio: nemo potest dicere mundum se habere cor: pondus & pondus: somnus non diligendus: Malum est dicit emptor: panis mendacij: revelans mysteria: non reddendum malum pro malo: devotare sanctos: festinata hæreditas: misericordia, veritas & clementia roborant thronum regis.

CAP. XX.

A LVxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit sapiens.
Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui
prouocat eum, peccat in animam suam.
Honor est homini qui separat se à contentio-
nibus: omnes autem stulti miscentur con-
tumelijs.
Propter frigus piger arare noluit: mendicabit
ergo æstate, & non dabitur illi.
Sicut aqua profunda, sic consilium in corde
viri: sed homo sapiens exhauriet illud.
Multi homines misericordes vocantur: vi-
rum autem fidelem quis inueniet?
Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos
post se filios derelinquet.
B Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne
malum intuitu suo.
3.Reg.8.e ‖Quis potest dicere, mundum est cor meum,
purus sum à peccato?
1.Ioan.1.a ‖Pondus & pondus, mensura & mensura, v-
2.Para.6.g trunque abominabile est apud Deum.
Eccles.7.c Ex studijs suis intelligitur puer, si munda &
recta sint opera eius.
Aurem audientem & oculum videntem, Do-
minus fecit vtrunque.
Noli diligere somnum, ne te egestas oppri-
mat: aperi oculos tuos, & saturare panibus.
Malum est, malum est, dicit omnis emptor: &
cùm recesserit, tunc gloriabitur.
Est aurum & multitudo gemmarum: vas au- C
tem pretiosum labia scientiæ.
Tolle vestimentum eius qui fideiussor extitit
alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo.
Suauis est homini panis mendacij, & postea
implebitur os eius calculo.
Cogitationes consilijs roborantur, & guber-
naculis tractanda sunt bella.
Ei qui reuelat misteria, & ambulat fraudulen
ter, & dilatat labia sua, ne commiscearis. Exod.21.c Leu.20.b Matt.15.a Supr.17.c Rom.13.d 1.Pet.3.b 1.Thes.5.d
‖Qui maledicit patri suo & matri, extingue-
tur lucerna eius in medijs tenebris.
Hæreditas ad quam festinatur in principio, *pro malè.
in nouissimo benedictione carebit.
‖Ne dicas, Reddam malum *expecta Domi- D
num, & liberabit te. *supr. 20.22.
Abominatio est apud Dominum pondus &
pondus: statêra dolosa non est bona.
A Domino diriguntur gressus viri: quis autè
hominum intelligere potest viam suam?
Ruina est homini deuotare sanctos: & post,
vota retractare.
Dissipat impios rex sapiens, & incuruat super
eos fornicem.
Lucerna Domini spiraculum hominis, quæ
inuestigat omnia secreta ventris.
Misericordia & veritas custodiunt regem, &
roboratur clementia thronus eius.
Exultatio iuuenum fortitudo eorum, & digni
tas senum canities.
Liuor vulneris absterget mala, & plagæ in se-
cretioribus ventris.

S. Cor regis in manu Domini, cui misericordia & iudicium magis placent quàm victimæ: iniquè thesaurizans: melius est sedere in angulo domatis quàm &c: obthurans aurem pauperi &c: diligens epulas pro iusto dabitur impius: qui custodit os suum: desyderia occidunt pigrũ: non est sapientia contra Dominum: equus paratur ad bellum &c. CAP. XXI.

SIcut diuisiones aquarum, ita cor regis in A manu Domini: quocunq; voluerit, in-
clinabit illud.
Omnis via viri recta sibi videtur: appendit au
tem corda Dominus.
Facere *misericordiam' & iudicium magis pla *in Bibl. hi
cet Domino, quàm victimæ.
Exaltatio oculorũ *est' dilatatio cordis, lucer- *pro, erat.
na impiorum peccatum.
Cogitationes robusti semper in abundantia:
omnis autem piger semper in egestate est.
Qui congregat thesauros lingua mendacij, va
nus & excors est, & impingetur ad laqueos
mortis.
Rapinæ impiorum detrahent eos, quia nolue
runt facere iudicium.
Peruersa via viri, aliena est: qui autem mun-
dus est, rectum opus eius.

‖Melius

B ‖Melius est sedere in angulo domatis, quàm
Infra.25.d cum muliere litigiosa, & in domo cõmuni.
Anima impij desyderat malum, non miserebi-
tur proximo suo.
Supr.19.d. ‖Mulctato pestilente sapientior erit paruulus:
& si sectetur sapientem, sumet scientiam.
Excogitat iustus de domo impij, vt detrahat
'in malã.3. impios *à malo'.
Qui obthurat aurem suam ad clamorem pau-
peris, & ipse clamabit, & non exaudietur.
Munus absconditum extinguit iras: & donum
in sinu indignationem maximam.
C Gaudium iusto est facere iudicium: & pauor
operantibus iniquitatem.
Vir qui errauerit à via doctrinæ, in cœtu gi-
gantum commorabitur.
Qui diligit epulas, in egestate erit: qui amat vi
num & pinguia, non ditabitur.
Pro iusto dabitur impius: & pro rectis ini-
quus.
Eccle.25.e. ‖Melius est habitare in terra deserta, quàm cũ
Infra.25.d muliere rixosa & iracunda.
Thesaurus desyderabilis, & oleum in habita
culo iusti: & imprudens homo dissipabit il
lud.
Qui sequitur iustitiam & misericordiam, in-
ueniet vitam, iustitiam & gloriam.
D Ciuitatem fortium ascendit sapiens, *destru-
*destruxit, 1. xitque' robur fiduciæ eius.
C Qui custodit os suum, & linguam suam, cu-
stodit ab angustijs animam suam.
Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in
ira operatur superbiam.
Desyderia occidunt pigrum: noluerunt enim
quicquam manus eius operari: tota die con
cupiscit & desyderat: qui autem iustus est
tribuet, & non cessabit.
Isa.1.d ‖Hostiæ impiorum abominabiles, *quæ' offe-
*quia.4. runtur ex scelere.
Testis mendax peribit: vir obediens loquetur
victoriam.
Vir impius procaciter obfirmat vultũ suum:
qui autem rectus est, corrigit viam suam.
Non est sapientia, non est prudentia, non est
consilium contra Dominum.
Equus paratur ad diem belli: Dominus autem
salutem tribuit.

S. Laus boni nominis: callidus videns malum: adolescens iuxta viam suam: seminans iniquitatem: derisorem eijce: diligens cordis munditiam: dicit piger Leo &c: os alienæ: stultitia in corde pueri: calumnians pauperem: audienda est sapientia: vitandi sponsores: termini antiqui seruandi: velox in opere suo &c.

CVP. XXII.

A MElius est nomen bonum, quàm diui
Eccle.7.a. tiæ multæ: super argentum * & au-
*anim. rum, gratia bona.
Diues & pauper obuiauerunt sibi: vtriusque
operator est Dominus.
Callidus videt malum, & abscondit se: inno-
cens pertransijt, & afflictus est damno.
Finis modestiæ timor Domini, diuitiæ & glo
ria & vita.
Arma & gladij in via *peruersi': custos autem *superbi.
animæ suæ longe recedit ab eis.
Prouerbium est, Adolescẽs iuxta viam suam,
etiam cum senuerit, non recedet ab ea.
Diues pauperibus imperat: & qui accipit mu
tuum, seruus est fœnerantis.
Qui seminat iniquitatem, metet *mala,' & vir *mali.1.
ga iræ suæ consummabitur.
‖Qui pronus est ad misericordiam, benedice- B
tur: de panibus enim suis dedit pauperi. Eccle.31.e.
▷ Victoriam & honorem acquiret qui dat ▷.14.
munera: animam autem aufert accipien-
tium.'
Eijce derisorem, & exibit cum eo iurgium, cess
sabuntq; causæ, & contumeliæ.
Qui diligit cordis munditiam, propter gratiã
labiorum suorum habebit amicum regem.
Oculi Domini custodiunt scientiam, & sup-
plantantur verba iniqui.
Dicit piger, Leo est foris, in medio platearũ
occidendus sum.
Fouea profunda os alienæ, cui iratus est Do-
minus, incidet in eam.
Stultitia colligata est in corde pueri, & virga C
disciplinæ fugabit eam.
Qui calumniatur pauperem, vt augeat diui-
tias suas, dabit ipse ditiori, & egebit.
▷ Fili mi,' inclina aurẽ tuam, & audi verba sa- ▷.12.
pientium: appone autem cor ad doctrinam
meam: quæ pulchra erit tibi cum seruaueris
eam in ventre tuo: & redundabit in labijs
tuis. Vt sit in Domino fiducia tua, vnde &
ostendi eam tibi hodie. Ecce descripsi eam
tibi tripliciter, in cogitationibus & scientia,
vt ostenderem tibi firmitatem & eloquia ve
ritatis, respondere ex his illis qui miserunt
te.
Non facias violentiam pauperi, quia pauper D
est: neque conteras egenum in porta, quia
iudicabit Dominus causam eius, & confi-
get eos, qui confixerunt animam eius.
Noli esse amicus homini iracundo, neque am
bules cum viro furioso: ne fortè discas semi
tas eius, & sumas scandalum animæ tuæ.
Noli esse cum his qui defigunt manus suas, &
qui vades se offerunt pro debitis. si enim nõ
habes vnde restituas, quid causæ est vt tol-
lat operimentum *de cubili tuo? *tuum. 4.d
Ne transgrediaris terminos antiquos, quos po
suerunt patres tui.
Vidisti virum velocem in opere suo? coram
regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

S. Quo-

S. *Quomodo sit edendum cum principe: non appetendæ diuitiæ, nec cibi inuidorum: non oppri mendi pupilli: castigandus puer: quærenda sapientia: fugiendi peccatores & gulæ dediti: honorandi parentes: fugienda meretrix & ebrietas.*

CAP. XXIII.

A QVando sederis vt comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam: & statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam, ne desyderes de cibis eius, in quo est panis mendacij.

Noli laborare vt diteris: sed prudentiæ tuæ pone modum. ne erigas oculos tuos ad opes quas non potes habere: quia facient sibi pênas quasi aquilæ, & volabunt in cœlum.

Ne comedas cum homine inuido, & ne desyderes cibos eius: quoniam in similitudinem arioli & coniectoris æstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mens eius non est tecum. cibos quos comederas euomes, & perdes pulchros sermones tuos.

B In auribus inpiſientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquij tui.

Ne attingas paruulorum terminos, & agrum pupillorum ne introeas: propinquus enim illorum fortis est: & ipse iudicabit contra te causam illorum.

Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba scientiæ.

Supr.13. Eccle. 30.a ‖Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virga, non morietur. tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis.

Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum: & exultabunt renes mei, cum locuta fuerint recta labia tua.

Infr.24.c. ‖Non æmuletur cor tuũ peccatores, sed in timore Domini esto tota die: quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur.

Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animum tuum.

C Noli esse in conuiuijs potatorum, nec in commessationibus eorum qui carnes ad vescendum conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.

Audi patrem tuũ qui genuit te: & ne contemnas cum senuerit mater tua.

Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.

Exultat gaudio pater iusti: qui sapientem genuit, lætabitur in eo. gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quæ genuit te.

Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant. fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. insidiatur in via quasi latro, & quos incautos viderit interficiet.

Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? D cui sine causa vulnera? cui 'suffusio' oculorum? nónne his qui commorantur in vino, & studentes calicibus epotandis? *'suffusio.*

Ne intuearis vinũ quando flauescit, cùm splenduerit in vitro color eius: ingreditur blande, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices, Verberauerũt me sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi. Quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

S. *Æmulatio malorum: sapientia & eruditio: cogitatio stulti: eruendi oppressi: doctrina vt melle vtendum: non insidiandum iusto: casus inimici: detractores: iustè iudicandum: nullus verbis lactandus, nec malum malo reddendum: ager pigri: dormitanti pigro venit egestas.*

CAP. XXIIII.

NE æmuleris viros malos, nec desyderes esse cum eis: quia rapinas meditatur mẽs eorum, & fraudes labea eorum loquuntur. A Supr.23.b

Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. in doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima.

Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus & validus.

Quia cum dispositione initur bellum: & erit salus vbi multa consilia sunt.

Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.

Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.

Cogitatio stulti peccatum est: & abominatio hominum detractor.

Si desperaueris 'lapsus' in die angustiæ: immi- *'lassitudo.* nuetur fortitudo tua.

‖Erue eos qui ducuntur ad mortem: & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses. Pſal. 81.4

Si dixeris, Vires non suppetunt: qui inspector B est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetq; homini iuxta opera sua.

Comede fili mi mel, quia bonũ est, & fauum dulcissimum gutturi tuo: sic & doctrina sapientiæ, animæ tuæ: quam cùm inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit.

Ne insidieris, & quæras impietatẽ in domo iusti, neq; vastes requiem eius. septies enim * *in die* cadet iustus, & resurget: impij autem corruent in malum.

Cùm

Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne fortè videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam.

C Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios: quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur.

Time Dominum fili mi, & regem: & cum detractoribus nõ commiscearis: quoniam repentè consurgit perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit?

Hæc quoque sapientibus.

Leuit.19.d Deut.1.c. Eccle.42.a ‖Cognoscere personam in iudicio, non est bonum.

Qui dicunt impio, Iustus es: maledicent eis populi, & detestabuntur eos tribus. qui arguunt ▷eum', laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio. ▷.20.

Labia deosculabitur, qui recta verba respondet.

D Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domum tuam.

Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes quenquam labijs tuis.

Supr.10.b ‖Ne dicas, Quo modo fecit mihi, sic faciam ei: reddam vnicuique secundum opus suum.

Per agrum hominis pigri transiui, & per vineam viri stulti: & ecce totum repleuerant vrticæ, & operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidũ destructa erat. Quod cum vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. ‖ ▷Vsquequo piger dormies? vsquequo de somno consurges?' Parum inquam dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres vt quiescas: & veniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus. Supr. 6.b ▷.14.

S. *Gloria Dei & regum: cor regis: rubigo quæ & impietas est: ne te exaltes: ne detrahas: secreta tua serua: mala aurea, & inauris aurea: frigus in messe: nubes sine pluuia: lingua mollis: mel inuentum: sagitta acuta: dens putridus: aceum: tinea: benefac inimico: angulus domatis: aqua frigida: fons turbatus: multum mellis comestum: vrbs absque muro.*

CAP. XXV.

A HAE quoq; parabolæ Salomonis, quas transtulerunt viri Ezechiæ regis Iuda.

Gloria Dei est celare verbũ, & gloria regum inuestigare sermonem.

Cœlũ sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile.

Auser rubiginem de argẽto, & egredietur vas purissimum: auser impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius.

Ne gloriosus appareas coram rege, & in loco magnorum ne steteris. melius est enim vt dicatur tibi, Ascende huc: quàm vt humilieris coram principe.

Quæ viderunt oculi tui ne proferas in iurgio B cito: ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris amicum tuum.

Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretum extraneo ne reueles: ne fortè insultet tibi cum audierit, & exprobrare non cesset.

▷Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua, ▷.15. ne exprobrabilis fias.'

Mala aurea in lectis argẽteis, qui loquitur verbum in tempore suo.

Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit sapientem & aurem obedientem.

Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui misit eum, animam ipsius requiescere facit.

Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir glorioſus, & promissa non complens.

‖Patientia lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam. Supra. 15.f

Mel inueniſti, comede quod sufficit tibi: ne G fortè satiatus euomas illud.

Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando satiatus oderit te.

Iaculũ, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum suum falsum testimonium.

Dens putridus, & pes lassus, qui sperat super infideli in die angustiæ, & amittit pallium in die frigoris.

Acetum in nithro, * qui cantat carmina cor- *&.12.8 di pessimo.

▷Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita ▷.10. tristitia viri nocet cordi'.

‖Si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. Rom.12.d.

Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis D linguam detrahentem.

‖Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigiosa, & in domo communi. Supra.21.b

Aqua frigida animæ sitiẽti, & nuntius bonus de terra longinqua.

Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens coram impio.

‖Sicut qui mel multum comedit, non est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Eccle.3.c

Sicut vrbs patens & absque murorum ambitu, ita vir qui non potest in loquendo cohibere spiritum suum.

S. *Glo-*

S. *Gloria in stulto: auis volans: flagellum equo: responsio stulto: nuntius stultus: parabola stulti: honor insipientis: imponens stulto silentium: canis ad vomitum: sapiens proprio iudicio: commiseri rixæ: nocens amico: susurro iracundus: labia tumentia: inimicus: operiens odium: fodiens foueam: lingua fallax.*

CAP. XXVI.

A QVomodo nix in æstate, & pluuiæ in messe: sic indecens est stulto gloria.

*Num. 19. *Sicut auis ad alta transuolans, & passer quò libet vadens: sic maledictum frustrà prolatum in quempiam superueniet.

Flagellum equo, & camus asino, & virga in dorso imprudentium.

Ne respondeas stulto iuxta stultitiam suam, ne efficiaris ei similis.

Responde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur.

Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuntium stultum.

B Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola.

Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem.

Quomodo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum.

Iudicium determinat causas: & qui imponit stulto silentium, iras mitigat.

2. Pet. 2. d. ‖Sicut canis qui reuertitur ad vomitũ suum, sic imprudens qui iterat stultitiam suam.

Vidisti hominem sapientem sibi videri? magis illo spem habebit insipiens.

Dicit piger, Leo est in via, & leæna in itineribus. sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo.

C ‖Abscondit piger manus sub ascella sua, & Supr. 19. d. laborat si ad os suum eas conuerterit.

Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias.

Sicut qui apprehendit auribus canem, sic qui transit impatiens, & commiscetur rixæ alterius.

Sicut noxius est qui mittit sagittas, & lanceas in mortem: ita vir qui fraudulenter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus dicit, Ludens feci.

Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto, iurgia conquiescunt.

Eccl. 38. b. ‖Sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas.

D Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniunt ad intima ventris.

Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata.

Labijs suis intelligitur inimicus, cum in cor- de tractauerit dolos. quando submiserit vocem suam, ne credideris ei: quoniam septem nequitiæ sunt in corde illius.

Qui operit odium fraudulenter, reuelabitur malitia eius in consilio.

‖Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui volu- Eccle. 10. b Eccl. 27. d. it lapidem, reuertetur ad eum.

Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas.

S. *Non gloriandum in crastinum: ne temetipsum laudaueris: ira stulti quàm sit grauis: manifesta correctio: vulnera diligentis: anima saturata: vicinus iuxta: spondens pro extraneo: litigiosa mulier: infernus insatiabilis: probatur homo ore laudantis: stultus contusus: vultum pecoris agnosce: lac caprarum in cibum.*

CAP. XXVII.

NE glorieris in crastinũ, ignorans quid A superuentura pariat dies. Eccl. 11. b.

‖Laudet te alienus, & nõ os tuum: extraneus, & non labia tua.

Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior.

Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ▷spiritus' ferre ▷. 17. quis poterit?

Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus.

Meliora sunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oscula odientis.

‖Anima saturata calcabit fauum: & anima esu- Iob. 6. b riens etiam amarum pro dulci sumet.

Sicut auis transmigrãs de nido suo, sic vir qui B derelinquit locum suum.

Vnguento & varijs odoribus delectatur cor: & bonis amici consilijs anima dulcoratur.

Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ.

Melior est vicinus iuxta, quàm frater procul.

Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, vt possim exprobranti respondere sermonem.

Astutus videns malum, absconditus est: paruuli transeuntes sustinuerunt dispendia. Supr. 20. c.

‖Tolle vestimentum eius qui spopondit pro C extraneo, & pro alienis aufer ei pignus.

Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens maledicenti similis erit.

Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur: qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, & oleum dexteræ suæ 'euentet. 'vocabit.'

Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui.

Qui seruat ficum, comedet fructus eius: & qui custos est Domini sui glorificabitur.

‖Quo modo in aquis respondent vultus pro- 1. Cor. 2. d spicien-

spicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.

Infernus & perditio nunquam implentur, similiter & oculi hominum insatiabiles.

Eccle. 14. b D ‖Quo modo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis.

▷. 13. ▷Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam.'

Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente désuper pilo, nõ auferetur ab eo stultitia eius.

Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera. non enim habebis iugiter potestatem, sed corona tribuetur * in generatione & generationem. *tibi.

Aperta sunt prata, apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de montibus.

1. Tim. 6. b *sent. ad. ‖Agni *ad vestimentum tuum: & hœdi, * agri pretium.

Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.

S. *De fuga impij & securitate iusti: propter peccata terræ multi principes eius: pauper pauperem calumnians: pauper supplex, & dues prauus: nolens audire legem: exultatio iustorum: abscondens scelera sua: beatus semper pauidus: princeps impius vt leo: dux indigens prudentia: terram suam operans: à patre subtrahens.*

CAP. XXVIII.

A FVgit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.

Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis lõgior erit.

Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi in quo paratur fames.

Qui derelinquunt legem, laudant impiũ: qui custodiunt, succenduntur contra eum.

Viri mali non cogitant iudicium': qui autem inquirunt Dominum, animaduertunt omnia.

Supr. 19. a. ‖Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm dues in prauis itineribus.

B Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem commessatores pascit, confundit patrem suum.

Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes congregat eas.

Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.

▷. 1. Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebũt bona▷eius.'

Sapiens sibi videtur vir dues: pauper autem prudens scrutabitur eum.

In exultatione iustorum multa gloria est: reg nantibus impijs ruinæ hominum.

Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

Beatus homo qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum.

Leo rugiens, & vrsus esuriens, princeps impius super populum pauperem.

Dux indigens prudentia, multos opprimet C per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius.

Hominem qui calumniatur animæ sanguinẽ, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet.

Qui ambulat simpliciter, saluus erit: qui peruersis graditur vijs, cóncidet semel.

‖Qui operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate.

Vir fidelis multum laudabitur: ‖qui autem fe- Supra. 12. b stinat ditari, non erit innocens. Eccle. 20. d Infra. 13. b.

Qui cognoscit in iudicio faciem, non benefacit, iste & pro buccella panis deserit veritatem.

Vir qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat D quòd egestas superueniet ei.

Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit.

Qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est.

Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in Domino, sanabitur.

Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse 'laudabitur'. 'saluabitur. 6.

Qui dat pauperi non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam.

Cum surrexerint impij, abscondentur homines: cũ illi perierint, multiplicabuntur iusti.

S. *Non audiens corripientem: multiplicatio iustorum: amor sapientiæ: rex iustus: blandus amicus: pestilentes: contendere cum stulto: viri sanguinum: totum proferens spiritum: verba mendacij: pauper & creditor: rex iustus: correctio: multiplicatio impiorum: erudi filium: prophetia: velox ad loquendum: delicatè seruum nutriens: iracundus: superbus: cum fure partici pans: timens hominem: iusti abominantur impium, & diuerso.*

CAP. XXIX.

VIro qui corripientem dura ceruice cõ A temnit, repentinus ei superueniet interitus: & eũ sanitas nõ sequetur.

In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus: cum impij sumpserint principatum gemet populus.

Vir qui amat sapiẽtiã, lætificat patrẽ suũ: ‖qui Luc. 15. e. autem nutrit scorta, perdet substantiam.

Rex

Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam.
Homo qui blandis fictisq; sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus eius.
Peccatem virum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabit atque gaudebit.
B Nouit iustus causam pauperum, impius ignorat scientiam.
Homines pestilentes dissipant ciuitatem, sapientes verò auertunt furorem.
Vir sapiens si cum stulto cõtenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem.
Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius.
Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterum.
Princeps qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios.
Pauper & creditor obuiauerunt sibi: vtriusq; illuminator est Dominus.
Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur.
C Virga atque correptio tribuit sapientiã: puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suam.
In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbunt.
Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ.
Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui verò custodit legem beatus est.
Seruus verbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit.
Vidisti hominem velocem ad loquendum? stultitia magis speranda est, quàm illius correptio.
Qui delicatè à pueritia nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacem.
D Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis est, erit ad peccãdum procliuior.
Iob.22.d. ‖ Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria.
Qui cum fure participat, odit animam suam: adiurantem audit, & non indicat.
Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in Domino, subleuabitur.
Multi requirũt faciem principis, & iudicium à Domino egreditur singulorum.
Abominantur iusti virum impium: & abominantur impij eos qui ▷in' recta sunt via.
▷.7. ▷.12 ▷Verbum custodiẽs filius, extra perditionem erit'.

S. Homo Deo vicinus iudicat se insipientem, & opera Dei incomprehensibilia: sermo Dei ignitus, cui nihil addendum: deprecatur vanitatẽ, verba mendacij, mendicitatem & diuitias: nõ accusandus seruus apud dominum suum: aliquot generationes exetrabiles: duæ sanguisugæ: tria insaturabilia: oculus patrem subsannans: tria difficilia: per tria mouetur terra: quatuor minima terræ: tria bene gradientia: vehementer emungens.

CAP. XXX.

VErba Congregantis filij Vomentis. A Visio quam locutus est vir cũ quo est Deus, & qui Deo secum morante confortatus, ait:
Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiã, & * noui scientiam sanctorum. Quis ascendit in cœlum, atque descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligauit aquas quasi in vestimẽto? quis suscitauit omnes terminos terræ? quod nomẽ est eius, & quod nomen filij eius, si nosti? * ann.7.
‖ Omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se: ‖ ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniarisque mendax. Psal.18.e. Deut.4.d. & 12.d.
Duo rogaui te, ne deneges mihi antequam B moriar, Vanitatem, & verba mendacia longe fac à me. Mẽdicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria. ne fortè satiatus illiciar ad negãdum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer & periurẽ nomẽ Dei mei.
Ne accuses seruum ad dominum suum, ne fortè maledicat tibi & corruas.
Generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ non benedicit.
Generatio quæ sibi munda videtur, & tamen non est lota à sordibus suis.
Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ.
Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.
Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicentes, Affer, Affer.
Tria sunt insaturabilia, & quartũ quod nunquã dicit sufficit, Infernus, & os vuluæ, & terra quæ nõ satiatur aqua: ignis verò nunquam dicit sufficit.
Oculum qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, effodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filij aquilæ.
Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus C ignoro, Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super terram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentia.
Talis est & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum dicit, Non sum operata malum.
Per tria mouetur terra, & quartum nõ potest sustinere, Per seruũ cum regnauerit: per stultum cum saturatus fuerit cibo: per odiosam mulierem cum in matrimonio fuerit assumpta: & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ.
D Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapiẽtiora sapientibus: formicæ populus infirmus, 'qui præparat' in messe cibum 'sibi': lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suũ: regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. 'quæ præparant. 30. Iunm. 4.
Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit fœliciter: leo fortissimus bestiarum, ad nullius pauebit occursum: gallus succinctus lumbos: & aries, nec est rex qui resistat ei.
Et qui stultus apparuit postquam eleuatus est in sublime: si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum. Qui autem fortiter premit hubera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit discordias.

Verba Lamuelis regis. Visio qua eruditus eum mater sua.

S. Exhortatur ne mulieribus dederis substantiam tuam, nec regibus vinum, sed mœrẽtibus: aperi os tuum muto: vindica inopem. Laus & raritas mulieris fortis: pulchritudo fallax gratia.

CAP. XXXI.

A QVid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorũ? Ne dederis mulieribus substantiã tuam, & 'diuitias' tuas ad delendos reges. Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinũ: quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas. ne fortè bibant, & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. 'uias.1.
Date sicheram mœrentibus, & vinum his qui amaro sunt animo: bibant & obliuiscantur egestatis suæ, & doloris sui non recordentur amplius.
Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertrãseunt: aperi os tuum, decerne quod iustum est, & 'iudica' inopem & pauperem. 'vindica.
ℵ Mulierem fortem quis inueniet? procul, & B de vltimis finibus pretium eius.
ב Confidit in ea cor viri sui, & spolijs nõ indigebit:
ג Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ suæ.
ד Quæsiuit lanam & linum, & operata est cõsilio manuum suarum.
ה Facta est quasi nauis institoris délonge portans panem suum.
ו Et de nocte surrexit, deditq; prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis.
ז Consyderauit agrum, & emit eũ, de fructu manuum suarum plantauit vineam.
ח Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium suum.
ט Gustauit ▷ & vidit' quia bona est negotia- ▷.11. tio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius.
י Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum.
כ Manum suam aperuit inopi, & palmas suas C extendit ad pauperem.
ל Non timebit domui suæ à frigoribus niuis: omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.
מ Stragulatam vestẽ fecit sibi, byssus & purpura indumentum eius.
נ Nobilis in portis vir eius, quando sederit cũ senatoribus terræ.
ס Sindonem fecit & vendidit, & cingulũ tradidit Chananæo.
ע Fortitudo & decor indumentum eius, & ri- D debit in die nouissimo.
פ Os suum aperuit sapientiæ, & lex clementiæ in lingua eius.
צ Consyderauit semitas domus suæ, & panem otiosa non comedit.
ק Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt: vir eius, & laudauit eam.
ר Multæ filiæ congregauerunt diuitias: tu supergressa es vniuersas.
ש Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum, ipsa laudabitur.
ת Date ei de fructu manuum suarum, & laudent eam in portis opera eius.

Ecclesiastes, qui ab Hebræis Coheleth appellatur.

¶ *Omnia vana, & nihil sub sole nouũ: cunctarum quoque rerum difficilem esse inquisitionem, eamq; vanam & spiritus afflictionem.*

CAP. I.

A VERBA Ecclesiastæ filij Dauid regis Ierusalem. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum ▷ &' omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur: ibiq; renascens, gyrat per Meridiẽ, & flectitur ad aquilonem: lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reB uertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Cunctæ res difficiles, non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Quid est quod fuit? ipsum quod futurum est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendum est. Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere, Ecce, hoc recens est. iam enim præcessit in C seculis quæ fuerunt ante nos. Non est priorũ memoria: sed nec eorum quidem quæ postea futura sunt erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo.

Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalẽ, & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole. Hanc occupationem pessimam dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. Vidi cuncta quæ fiunt, sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficile corriguntur, & stultorum infinitus est numeD rus. Locutus sum in corde meo, dicens, Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Ierusalem, & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici. Dediq; cor meum vt scirem prudentiã atque doctrinam, erroresq; & stultitiam: & agnoui quòd in his quoque esset labor, & afflictio spiritus, eo quòd in multa sapientia, ▷ multa sit indignatio: & qui addit scientiam, ℞dolorem. 8. iadit &℞laborem'.

¶ *In affluentia deliciarum, diuitiarum, ædificiorum, & in horum labore est vanitas & afflictio spiritus: dicit etiam quantæ sit vanitatis congregare futuro hæredi, qui qualis futurus sit ignoratur.*

CAP. II.

DIxi ergo' in corde meo, Vadam, & affluam delicijs, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoq; esset vanitas. Risum reputaui errorem: & gaudio dixi, Quid frustra deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meã, vt animum meum transferrẽ ad sapientiam, deuitaremq; stultitiam, donec viderem quid esset vtile filijs hominum, ℞quo' facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ. Magnificaui opera mea, ædificaui mihi domos, & plantaui vineas. feci hortos & pomaria, & cõseui ea cuncti generis arboribus. Et extruxi mihi piscinas aquarũ, vt irrigarem syluã lignorum germinantiũ. Possedi seruos & ancillas, multamq; familiaB liam habui: armenta quoque & magnos ouiũ greges vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalem. Coacernaui mihi argentum & aurum, & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, scyphos, & vrceos in ministerio ad vina fundenda. Et supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ierusalem. sapientia quoque perseuerauit mecum. Et omnia quæ desyderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparaueram: & hanc ratus sum partẽ meam, si vterer labore meo. Cũq; C me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustra sudauerã, vidi in omnibus vanitatẽ & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Transiui ad contemplandam sapientiã, erroresq; & stultitiam (quid est, inquam, homo vt sequi possit regem factorem suum?) & vidi quòd tantũ præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris. ‖ Sapiẽtis oculi in capite eius: stultus in tenebris ambulat. Et didici quòd vnus vtriusque esset interitus. Et dixi in corde meo, Si vnus & stulti & meus occasus erit, quid mihi prodest quòd maiorem sapientiæ dedi operam? Locutusq; cũ mente mea, animaduerti quòd hoc quoq; esset vanitas. Non enim erit memoria sapiẽtis similiter vt stulti in perpetuum, & futura tempora obliuione cuncta pariter operient: moritur doctus similiter vt indoctus. Et idcirco D tæduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus. Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissimè

laboraui, habiturus hæredẽ post me, quem ignoro, vtrum sapiens an stultus futurus sit & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui & solicitus fui. & est quicquam tam vanum? Vnde cessaui, renuntiauitq; cor meum vltrà laborare sub sole. Nam cum alius laboret in sapientia & doctrina & solicitudine, homini otioso quæsita dimittit. & hoc ℞ergo' vanitas & magnum malum. Quid enim proderit homini de vniuerso labore suo & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est? Cuncti dies eius doloribus & ærũnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. & hoc nõnne vanitas est? Nõnne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? & hoc de manu Dei est. Quis ita deuorabit, & delicijs affluet vt ego? Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam & scientiam, & lætitiam: peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam, vt addat & congreget & tradat ei qui placuit Deo, sed & hoc vanitas est & cassa solicitudo mentis.

¶ *Quod omnia suo prouenient tempore & transeant, quodq; in nullis his fluxis sit mentis quies: vnus quoque sit hominis ac iumentorum interitus.*

CAP. III.

A OMnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cœlo.

Tempus nascẽdi, & tempus moriẽdi.
Tempus plantãdi, & tempus euellendi quod plantatum est.
Tempus occidendi, & tempus sanandi.
Tempus destruendi, & tempus ædificandi.
Tempus flendi, & tempus ridendi.
Tempus plangendi, & tempus saltandi.
Tempus spargendi lapides, & tẽpus colligẽdi.
Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus.
Tempus acquirendi, & tempus perdendi.
Tempus custodiendi, & tempus abijciendi.
Tempus scindendi, & tempus consuendi.
B Tempus tacendi, & tempus loquendi.
Tempus dilectionis, & tempus odij.
Tempus belli, & tempus pacis.

Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi afflictionem quam dedit Deus filijs hominum, vt distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus quod operatus est Deus ab initio vsque ad finem. Et cognoui quòd non esset melius C nisi lætari, & facere bene in vita sua. Omnis enim homo qui comedit & bibet, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus, perseuerent in perpetuum. non possumus eis quicquam addere, nec auferre: quæ fecit Deus vt timeatur. Quod factum est, ipsum permanet: quæ futura sunt, iam fuerunt: & Deus instaurat quod abijt. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitiæ iniquitatem. Et dixi in corde meo, Iustum & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit. Dixi in corde meo de filijs hominum, vt probaret eos Deus, vt ostenderet similes esse bestijs. D Idcirco vnus interitus est hominis, & iumentorum, & æqua vtriusque conditio. sicut moritur homo, sic & illa moriuntur. similiter spirant omnia & nihil habet homo iumento amplius. cuncta subiacent vanitati. Et omnia pergunt ad vnum locum: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit si spiritus filiorum Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorum descendat deorsum? Et deprehendi nihil esse melius quàm lætari hominem in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat?

S. Vanitatem huius vitæ arguit sapiens ex innocentum oppressione, & quòd industria humana sit inuidiæ obnoxia: item quòd stultus securè in otio agit, alio qui hæredem non habet thesaurizante, explicat commoda societatis, regũ regnorumq; vanitatem, & obedientiam præfert stultorum victimis.

CAP. IIII.

VErti me ad alia, & vidi calumnias quæ A sub sole geruntur, & lachrymas innocentium, & neminem consolatorem: nec posse resistere eorum violentiæ, cunctorum auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes: & fœliciorem vtroque iudicaui qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. Rursum contemplatus sum omnes labores hominum, & industrias animaduerti patere inuidiæ proximi. & in hoc ergo vanitas, & cura superflua est. Stul- B tus complicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens, Melior est pugillus cum requie, quàm plena vtraque manus cũm labore, & afflictione animi. Consyderans reperi & aliam vanitatem sub sole. vnus est, & secundum nõ habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi eius diuitijs: nec recogitat, dicens, Cui laboro, & fraudo animam meã bonis? in hoc quoq; vanitas est, & afflictio pessima. Melius est ergo duos C esse simul, quàm vnũ: habent enim emolumẽtum societatis suæ: si vnus ceciderit, ab altero fulcietur. væ soli: quia cũ ceciderit, non habet subleuantem se. Et si dormierint duo, fouebũtur mutuo: vnus quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistũt ei: funiculus triplex difficile rũpitur. Melior

D est puer pauper & sapiens rege sene & stulto, qui nescit præuidere in posterum. Quòd de carcere, catenisque interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno, inopia consumatur. Vidi cunctos viuentes qui ambulant sub sole cum adolescente secundo qui consurget pro eo. Infinitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eum: & qui postea futuri sunt, non lætabuntur in eo. sed & hoc vanitas & afflictio spiritus. Custodi pedem tuum ingrediens domum Dei, & appropinqua vt audias. ‖Multo enim melior est 1.Reg.15.e Osee.6.e. obedientia, quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali.

S. Nil temerè de Deo & eius prouidentia loquẽdum: vota reddenda: non mirandum de egenorum oppressione, cum iniqui iudicem habeant: item quàm sit misera conditio auari nunquam impleti, & diuitis coacernantis diuitias, in proprium nonnunquam malum.

CAP. V.

A NE temerè quid loquaris, neque cor tuũ sit velox ad proferendũ sermonem coram Deo. Deus enim in cœlo, & tu super terram, idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequuntur somnia, & in multis Deut.23.d sermonibus inuenietur stultitia. ‖Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. displicet enim ei infidelis & stulta promissio. sed quodcunque voueris redde. multoque melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Ne dederis os tuum vt peccare facias carnem tuam. neque dicas coram angelo, Non est prouidentia: ne forte iratus Deus contra sermones tuos dissipet cuncta opera manuum tuarum. Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri: tu verò Deum time. Si videris calumnias egenorum & violenta iudicia, & subuerti iustitiam in prouincia, non mireris super hoc negotio: quia excelso excelsior est alius, & super hos quoque eminentiores sunt alij, & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruienti. Auarus non implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. & hoc ergo vanitas. Vbi multæ sunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quòd cernit diuitias oculis suis. Dulcis est somnus operanti, siue parum, siue multum comedat: saturitas Iob.20.c. autem diuitis non sinit eum dormire. ‖Est & alia infirmitas pessima, quam vidi sub sole: diuitiæ conseruatæ in malum domini sui. Pereunt enim in afflictione pessima, generauit filium, qui in summa egestate erit. ‖ Si- Iob.1.d. 1.Tim.6.b cut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secum de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo vênit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventum? Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque tristitia. Hoc itaque D visum est mihi bonum vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex * labore suo quo laborauit ipse sub sole numero dierum vitæ suæ, quos dedit ei Deus & hæc est pars illius. Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atque substantiam, potestatemque ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donum Dei. Nõ enim satis recordabitur dierũ vitæ suæ eo quòd Deus occupet delicijs cor eius.

S. Misera est auari vanitas, qui ne in necessarijs quidem audet partis vti.

CAP. VI.

EST & aliud malum quod vidi sub sole, A & quidem frequens apud homines, Vir cui dedit Deus diuitias, & substantiam, & honorem, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desyderat: nec tribuit ei potestatem Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, & miseria magna est. Si genuerit quispiam centum B liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non vtatur bonis substantiæ suæ, sepulturaque careat: de hoc ego pronuntio quòd melior illo sit abortiuus. Frustra enim venit, & pergit ad tenebras, & obliuione delebitur nomen eius. Non vidit solem, neque cognouit distãtiam boni & mali: etiam si duobus millibus annis C vixerit, & non fuerit perfruitus bonis. nónne ad vnum locum properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur. Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pauper, nisi vt pergat illuc vbi D est vita? Melius est videre quod cupias, quàm desyderare quod nescias. sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus. Qui futurus est, iam vocatum est nomen eius: & scitur quòd homo sit, & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. Verba sunt plurima, multamque in disputando habentia vanitatem.

S. Vanum est altiora se quærere, & inter multa quæ quibus magis sint eligenda, sic & sapientia vilior est cum diuitijs: dies malus præcauendus: ne plus quàm oporteat sapiens aut iustus sis: quàm sit mulieris consortium amarum & periculosum: quódque homo sit à Deo creatus rectus.

CAP. VII.

QVid necesse est homini maiora se quæ- A re, cũ ignoret quid cõducat sibi in vita sua numero dierũ peregrinatiõis suæ, & tempore

tẽpore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid post eum futurum Pro.22.a. sub sole sit? ‖Melius est nomen bonũ, quàm vnguenta pretiosa: & dies mortis die natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus, quàm ad domum conuiuij. in illa enim finis cunctorũ admonetur hominum, & viuens cogitat quid *futurum sit. Melior est ira risu: quia per tri- *futurum'
stitiam vultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. Melius est à sapiente corripi, quàm stultorum adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. sed & hoc vanitas. Calumnia conturbat sapientẽ, & perdet robur cordis illius. B Melior est finis orationis, quàm principium. Melior est patiens arrogante. Ne sis velox ad iracundum: quia ira in sinu stulti requiescit. Ne dicas, Quid putas causæ est quòd priora tempora meliora fuere quàm nunc sunt? stulta enim est huiuscemodi interrogatio.

Vtilior est sapientia cum diuitijs, & magis prodest videntibus solem. Sicut enim protegit sapientia, sic protegit pecunia. hoc autem plus habet eruditio & sapientia, quòd vitam tribuũt possessori suo. Consydera opera Dei. quòd nemo possit corrigere quem ille despexerit. In die bona fruere bonis, & malam diem præcaue. sicut enim hanc, sic & illam fecit Deus, vt non inueniat homo contra eum iustas querimonias. Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ: Iustus perit in iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. C Noli esse iustus multum: neque plus sapias, quàm necesse est, ne obstupescas. Ne impiè agas multum: & noli esse stultus, ne moriaris in tempore non tuo. Bonum est te sustentare iustum, sed & ab illo ne subtrahas manum tuam: quia qui timet Deum, nihil negligit. Sapientia confortauit sapientem, super decem 3.Reg.8.e principes ciuitatis. ‖Non est enim homo iu- 2.Para.6.g stus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Pro.20.b. 1.Ioan.1.d Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne forte audias seruum maledicentem tibi. scit enim conscientia tua quia & tu crebro maledixisti alijs. Cuncta tentaui in sapientia. Dixi, Sapiens efficiar: & ipsa longius recessit à me multo magis quàm erat: & alta profunditas, quis inueniet eam? Lustraui vniuersa animo meo, vt scirem & consyderarem. & quærerem sapientiam & rationem, & vt cognoscerem impietatem stulti, & errorem imprudentium: & inueni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius. qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator est, capietur ab illa. Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnum & alterum, vt inuenirem rationem, quam adhuc quærit anima mea, & non inueni. Virum de mille vnum reperi: mulierem ex omnibus nõ inueni. Solummodo hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem rectum: & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis vt sapiens est? & quis cognouit solutionem verbi?

S. In vultu lucet sapientia: à Dei mandatis non recedendum: homo nouit tantum præsentia, neque mortem potest euadere: impij ob Dei indulgentiam liberius peccant. vanissimum videtur quod iustis & impijs similia hîc eueniunt: & operum Dei ratio non est inuestiganda.

CAP. VIII.

SApientia hominis lucet in vultu eius, & A potentissimus faciem illius commutabit. ‖Ego os regis obserua, & præcepta iura- Pro.17.d. menti Dei. Ne festines recedere à facie eius, neque permaneas in opere malo: quia omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate plenus est: nec dicere ei quisquam potest, Quare ita facis? Qui custodit præceptum, nõ experietur quicquam mali. Tempus & responsionem cor sapientis intelligit. Omni negotio tempus est, & opportunitas, & multa hominis afflictio: quia ignorat præterita, & futura nullo scire potest nuntio. Non est in hominis potestate prohibere spiritum, nec habet potestatem in die mortis, nec finitur quiescere ingruente bello, neque saluabit impietas impium. Omnia hæc consyderaui, & dedi B cor meum in cunctis operibus quæ fiunt sub sole: Interdum dominatur homo homini in malum suum. Vidi impios sepultos: qui etiam cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in ciuitate quasi iustorum operum. sed & hoc vanitas est. Etenim quia non profertur cito contra malos sententia, absque timore vllo filij hominum perpetrant mala. Attamen peccator ex eo quòd centies facit C malum, & per patientiam sustentatur, ego cognoui quòd erit bonum timentibus Deum qui verentur faciem eius. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed quasi vmbra transeant qui non timent faciem Domini. Est & alia vanitas, quæ fit super terram. sunt iusti quibus mala proueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij qui ita se- D curi sunt, quasi iustorum facta habeant. sed & hoc vanissimum iudico. Laudaui igitur lætitiam, quòd non esset homini bonum sub sole, nisi quòd comederet, & biberet, atque gauderet: & hoc solum secum auferret de labore suo in diebus vitæ suæ quos dedit ei Deus sub sole. Et apposui cor meum vt scirem sapientiam, & intelligerem * distentionem ' quæ * distensionẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

versatur in terra. est homo qui diebus & nocti-
bus somnum non capit oculis. Et intellexi
quod omnium operum Dei nullam possit
homo inuenire rationem eorum quæ fi-
unt sub sole: & quanto plus laborauerit ad
quærendum, tanto minus inueniat: etiam si
dixerit sapiens se nosse, non poterit repe-
rire.

S. *Nemo scit an Dei odio vel amore sit dignus: quòd eadem cunctis hîc eueniunt: & cum post hanc breuem & incertam vitam non restet tempus operandi, monet nunc operibus instanter incumbendum: & licet sapientia præstet fortitudine, in paupere tamen non æstimatur.*

CAP. IX.

A OMnia hæc tractaui in corde meo, vt cu
rioſe intelligerem: Sunt iusti, atque
sapientes, & opera eorum in manu
Dei: & tamen nescit homo vtrum amore,
an odio dignus sit: sed omnia in futurum
seruantur incerta, eo quòd vniuersa æque
eueniant iusto & impio, bono & malo,
mundo & immundo, immolanti victimas,
& sacrificia contemnenti. sicut bonus, sic
& peccator: vt periurus, ita & ille qui ve-
rum deierat. Hoc est pessimum inter om-
nia quæ sub sole fiunt, quia eadem cun-
ctis eueniunt. vnde & corda filiorum ho-
minum implentur malitia, & contemptu
B in vita sua, & post hæc ad inferos deducen-
tur. Nemo est qui semper viuat, & qui hu-
ius rei habeat fiduciam: melior est canis viuus
leone mortuo. Viuentes enim sciunt se esse
morituros, mortui verò nihil nouerunt am-
plius, nec habent vltra mercedem: quia obli-
uioni tradita est memoria eorũ. Amor quo-
que, & odium, & inuidiæ simul perierunt, nec
habent partẽ in hoc seculo, & in opere quod
sub sole geritur. Vade ergo, & comede in læti
tia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum
tuum: quia Deo placent opera tua. Omni tẽ-
C pore sunt vestimenta tua candida, & oleum
de capite tuo non deficiat. Perfruere vita cum
vxore quam diligis, cunctis diebus vitæ insta
bilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole omni
tempore vanitatis tuæ. hæc est enim pars in
vita, & in labore tuo quo laboras sub sole.
Quodcunque facere potest manus tua, instã-
ter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapiẽ
tia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu
properas. Verti me ad aliud, & vidi sub sole,
nec velocium esse cursum, nec fortium bel-
lum, nec sapientium panem, nec doctorum
diuitias, nec artificum gratiam: sed tempus,
casumque in omnibus. Nescit homo finem
suum, sed sicut pisces capiuntur hamo, & si-
cut aues laqueo comprehenduntur: sic capi-
untur homines in tempore malo, cum eis
extemplo superuenerit. Hanc quoque sub so- D
le vidi sapientiam, & probaui maximam: Ci-
uitas parua, & pauci in ea viri. venit contra
eam rex magnus, & vallauit eam, extruxitque
munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio.
Inuentúsque est in ea vir pauper & sapiens,
& liberauit vrbem per sapientiam suam, &
nullus deinceps recordatus est hominis illius
pauperis. Et dicebam ego, meliorem esse sapiẽ
tiam fortitudine: quomodo ergo sapientia
pauperis contempta est, & verba eius nõ sunt
audita? Verba sapientium audiuntur in si-
lentio plus quàm clamor principis inter stul- Sapit. 6.a
tos. ‖ Melior est sapientia, quàm arma bel- Iacobi 4
lica: & qui in vno peccauerit, multa bona
perdet.

S. *Sapientis à stulto differentia: tentationibus potentis spiritus resistendum: de stulto ac seruo eleuatis, & diuite ac principe humiliatis: occultus detractor serpenti comparatur: de rege puero & principibus mane comedentibus: neque regi neque diuiti detrahendum.*

CAP. X.

MVscæ morientes perdunt suauitatem A
vnguenti. Pretiosior est sapientia &
gloria, parua ad tempus stultitia. Cor
sapientis in dextera eius, & cor stulti in sini-
stra illius. Sed & in via stultus ambulans, cũ
ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat. Si spi-
ritus potestatem habentis ascenderit super
te, locum tuum ne dimiseris: quia curatio fa-
ciet cessare peccata maxima. Est malum quod
vidi sub sole, quasi per errorem egrediens à fa
cie principis: positum stultum in dignitate B
sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi ser-
uos in equis: & principes ambulantes super
terram quasi seruos, ‖ Qui fodit foueam, inci- Pro. 26. d.
det in eam: & qui diripit sepem, mordebit Eccle. 27. d
eum coluber. Qui transfert lapides, affligetur
in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis.
Si retusum fuerit ferrum, & hoc non vt pri-
us, sed hebetatum fuerit, multo labore exa-
cuetur, & post industriam sequetur sa-
pientia. Si mordeat serpens in silentio, nihil
eo minus habet qui occulte detrahit. Verba C
oris sapientis, gratia: & labia insipien-
tis præcipitabunt eum. Initium verborum
eius stultitia & nouissimum oris illius error
pessi-

pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat
homo quid ante se fuerit: & quid post se futu
rũ sit, quis ei poterit indicare? Labor stultorũ
affliget eos: qui nesciunt in vrbem pergere.
Væ tibi terra, cuius rex puer est, & cuius prin-
cipes mane comedunt. Beata terra cuius rex
nobilis est, & cuius principes vescuntur in
tempore suo, ad reficiendum, & non ad lu- D
xuriam. In pigritijs humiliabitur contigna-
tio, & in infirmitate manuum perstillabit
domus. In risum faciunt panem, & vinum
vt epulentur bibentes: & pecuniæ obediunt
omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas,
& in secreto cubiculi tui ne maledixeris di-
uiti: quia & aues cœli portabunt vocem tu-
am, & qui habet pennas annuntiabit senten-
tiam.

S. *Monet nostra alijs impartiri, & semper bene esse operandum: quòd hominis iudicium post obitum sit immutabile, futuri quoque iudicij memoriam retinendam, in quo de omnibus iudicandi sumus: iram & malitiam à corde auferendam.*

CAP. XI.

A MItte panem tuum super transeuntes
aquas: quia post tempora multa inue
nies illum. Da partem septem, nec
non & octo: quia ignoras quid futurum sit
mali super terram. Si repletæ fuerint nubes, im
brem super terram effundent. Si ceciderit li-
gnum ad Austrum, aut ad Aquilonẽ, in quo-
cunque loco ceciderit, ibi erit. Qui obseruat
ventum, non seminat: & qui consyderat nu-
B bes, nunquam metet. Quomodo ignoras quæ
sit via spiritus, & qua ratione compingantur
ossa in ventre prægnãtis: sic nescis opera Dei
qui fabricator est omnium. Mane semina se-
men tuum, & vespere ne cesset manus tua:
quia nescis quid magis oriatur, hoc aut illud:
& si vtrunque simul, melius erit. Dulce lumẽ,
C & delectabile est oculis videre solem. Si annis
multis vixerit homo, & in his omnibus læta-
tus fuerit, meminisse debet tenebrosi tempo-
ris, & dierum multorum: qui cum venerint,
vanitatis arguentur præterita. Lætare ergo iu-
uenis in adolescentia tua, & in bono sit cor
tuum in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in
D vijs cordis tui, & in intuitu oculorum tuorũ:
& scito quòd pro omnibus his adducet te De
us in iudicium. Aufer iram à corde tuo, & a-
moue malitiam à carne tua. Adolescẽtia enim
& voluptas vana sunt.

S. *Deum præ oculis habeto in iuuentute, priusquã succedat molesta senectus, tandemq; nouissima mors: quumque omnia sunt vanitas, Dei præcepta obserua, nam de omnibus est reddenda ratio.*

CAP. XII.

MEmento creatoris tui in diebus iuuẽ- A
tutis tuæ, antequam veniat tempus af
flictionis, & appropinquent anni, de
quibus dicas, nõ mihi placent, antequam te-
nebrescant sol, & lumen, & luna, & stellæ, &
reuertantur nubes post pluuiam, quando cõ-
mouebuntur custodes domus, & nutabunt vi
ri fortissimi, & otiosæ erunt molentes in mi-
nuto numero, & tenebrescent videntes per fo
ramina. Et claudent ostia in platea, in humili B
tate vocis molentis, & consurgent ad vocem
volucris, & obsurdescent omnes filiæ carmi-
nis. Excelsa quoque timebunt, & formidabũt
in via, florebit amygdalus, impinguabitur lo-
usta, & dissipabitur capparis: quoniam ibit
homo in domum æternitatis suæ, & circuibũt
in platea plangentes. Antequam rumpatur
funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, &
conteratur hydria super fontem, & confrin-
gatur rota super cisternam, & reuertatur pul-
uis in terram suam vnde erat, & spiritus rede-
at ad Deũ qui dedit illum. Vanitas vanitatum C
dixit ecclesiastes, & omnia vanitas. Cumq; Pro. 1.a
esset sapientissimus Ecclesiastes, docuit popu
lum, & enarrauit quæ fecerat: & inuestigans
composuit parabolas multas. Quæsiuit verba
vtilia, & conscripsit sermones rectissimos, ac
veritate plenos. Verba sapientium sicut stimu D
li, & quasi claui in altum defixi, quæ per ma-
gistrorum ‖cõsilium' data sunt à pastore vno. ‖concilijs. a
His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plu-
res libros nullus est finis: frequenſque medita
tio, carnis afflictio est. Finem loquendi pari-
ter omnes audiamus. Deum time, & mandata
eius obserua: hoc est enim omnis homo.
Et cuncta quæ fiunt, adducet Deus
in iudicium pro omni ‖errato' ‖abscõdito. a
siue bonum, siue
malum sit.

Canticum Canticorũ Salomonis,

quod hebraice dicitur Sir haſirim

S. Hoc canticum totum eſt myſticum, pleniſſimum incomprehenſibilis amoris Chriſti erga ſponſam ſuam, ac viciſſim ſponſæ erga Chriſtum ſponſum.

CAP. I.



A OSCVLETVR me *oſculo' oris ſui: quia meliora ſunt hubera tua vino, fragrantia vnguentis optimis. Oleum effuſum nomẽ tuum: ideo adoleſcentulæ dile- ▷.3. xerũt te. Trahe me: poſt te curremus ▷in odo rem vnguentorum tuorum.' Introduxit me rex in cellaria ſua: exultabimus & lætabimur in te, memores huberum tuorum ſuper vinũ: recti diligunt te. Nigra ſum, ſed formoſa filiæ Ieruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pel- B les Salomonis. Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decolorauit me ſol: filij matris meæ pugnauerunt contra me, poſuerunt me cuſtodem vineis: vineam meam non cuſtodi- ui. Indica mihi, quem diligit anima mea, vbi paſcas, vbi cubes in meridie, ne vagari inci- C piam poſt greges ſodalium tuorum. Si ignoras te ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum*, & paſce hœ- *tuorum. dos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Equi- tatui meo in curribus Pharaonis aſsimilaui te amica mea. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis: collum tuum ſicut monilia. Murenu las aureas faciemus tibi, vermiculatas argen- to. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum. Faſciculus myrrhæ dile- ctus meus mihi, inter hubera mea commora- bitur. Botrus cypri dilectus meus mihi, in vi- neis En-gaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decôrus. Le- ctulus noſter floridus: tigna domorum no- ſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſsina.

EGo flos campi, & lilium conuallium. A Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea E inter filias. Sicut malus inter ligna ſyl- uarum, ſic dilectus meus inter filios. Sub vm bra illius quem deſyderaueram, ſedi: & fructus *rex. eius dulcis gutturi meo. Introduxit me * in cellam vinariam, ordinauit in me charitatẽ. Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo. Læua eius ſub capite meo, & B dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos Infra. 8. 2. & 3. b. filiæ Ieruſalem per capreas, ceruóſque campo rum, ne ſuſcitetis, neque euigilare faciatis dile ctam, quoadúſque ipſa velit. Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſilies colles: Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnu loque ceruorum. en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens *Ea. per cancellos. 'Et' dilectus meus loquitur mi- ▷.10. hi, Surge, propera amica mea, ▷ columba mea', formoſa mea, & veni. iam enim hyems tranſijt, imber abijt, & receſsit. Flores apparue ▷.12. runt in terra ▷noſtra', tempus putationis ad- uẽnit: vox turturis audita eſt in terra noſtra: ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florẽtes de- *ſuum. rũt odorẽ*. Surge, *amica mea, ſpecioſa mea *propria. & veni. Columba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciẽ tuam, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua D dulcis, & facies tua decôra. Capite nobis vul- pes paruulas quæ demoliuntur vineas. nam vinea noſtra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret Dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere: ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnuloque ceruorum ſuper montes Bethel.

CAP. III.

IN lectulo meo per noctes quæſiui quem A diligit anima mea: quæſiui illum, & non E inueni. Surgam, & circuibo ciuitatem: per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea. quæſiui illum, & non inueni. Inuenerũt me vigiles, qui cuſtodiunt ciuitatem, Num quẽ diligit anima mea vidiſtis? Paululum cũ B pertranſiſſem eos, inueni quẽ diligit anima mea: tenui eum: nec dimittam, donec introdu cam illum in domum matris meæ, & in cubi- culum genitricis meæ. ‖Adiuro vos filiæ Ieru Supra. 2. b. ſalem per capreas, ceruoſque camporum, ne Infra. 4. b. ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, do- C nec ipſa velit. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertũ, ſicut virgula fumi ex aromatibus myr rhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmenta rij? En lectulũ Salomonis ſexaginta fortes am biũt ex fortiſsimis Iſrael. oẽs tenẽtes gladios, & ad bella doctiſsimi: vniuſcuiuſque enſis ſuper

ſuper femur ſuum. propter timores noctur- D nos. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de li- gnis Libani. Columnas eius fecit argẽteas, re clinatorium aureum, aſcenſum purpureum: media, charitate conſtrauit propter filias Ieru ſalem. Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronauit il- lum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

CAP. IIII.

A QVàm pulchra es amica mea, quàm pul- Infra. 6. b. cherha es? Oculi tui columbarum, abſq; eo quod intrinſecus latet. ‖Capil li tui ſicut greges caprarum quæ aſcenderunt de monte Galaad. Dentes tui ſicut greges ton ſarum, quæ aſcenderunt de lauacro, omnes ge- mellis fœtibus, & ſterilis non eſt inter eas. Si- cut vitta coccinea labia tua, & eloquium tu- um dulce. Sicut fragmen mali punici, ita ge- næ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet. Si- B cut turris Dauid collum tuum, quæ ædifica- ta eſt cum propugnaculis. mille clypei pendẽt ex ea, omnis armatura fortium. Duo hubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſ cuntur in lilijs, donec aſpiret dies, & inclinen- tur vmbræ. Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Veni de Libano ſpon- ſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de C capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vul- neraſti cor meum in vno oculorum tuorum, & in vno crine colli tui. Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa: pulchriora ſunt hubera tua vino, & odor vnguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Fauus diſtillãs labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thu ris. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hor tus concluſus, fons ſignatus. Emiſsiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomo- D rum fructibus. Cypri cum nardo, nardus & crocus, fiſtula & cinnamomum cum vniuer- ſis lignis Lybani, myrrha & aloe cum omni- bus primis vnguentis. Fons hortorum: pute- us aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Surge Aquilo, & veni Auſter, per- fla hortum meum, & fluant aromata illius.

CAP. V.

A VEniat dilectus meus in hortum ſuũ, & comedat fructum pomorum ſuo- rum. Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meam cum aro- matibus meis: comedi fauum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſsimi. E- go dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulſantis, Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea: quia ca- put meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar illa? laui pedes meos, quo- modo inquinabo illos? Dilectus meus miſit B manum ſuam per foramẽ, & venter meus in- tremuit ad tactum eius. Surrexi, vt aperirem dilecto meo: manus meæ ſtillauerunt myr- rham, & digiti mei pleni myrrha probatiſsi- ma. Peſſulum oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt *locutus eſt: ‖quæſiui, & non *dilectus. inueni illum: vocaui, & non reſpondit mihi. Supra. 3. b. Inuenerunt me cuſtodes qui circumeunt ci- uitatem: percuſſerunt me, & vulnerauerunt mẽ: tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum. Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ſi inue neritis dilectum meum, vt nuntietis ei quia amore langueo. Qualis eſt dilectus tuus ex di- lecto, ô pulcherrima mulierum? qualis eſt di- C lectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos? Dilectus meus candidus & rubicundus, elec- tus ex millibus. Caput eius aurum optimum. Comæ eius ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi coruus. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuu- los aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluẽta pleniſsima. Genæ illius ſicut areo læ aromatum conſitæ à pigmentarijs. Labia D eius lilia diſtillantia myrrham primam. Ma- nus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Vẽter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris. Cru ra illius colũnæ marmoreæ quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Species eius vt Libani, ele- ctus vt cedri. Guttur illius ſuauiſsimum, & to tus deſyderabilis. talis eſt dilectus meus, & ip- ſe eſt amicus meus, filiæ Ieruſalem. Quò abijt dilectus tuus ô pulcherrima mulierũ? quò de- clinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecũ.

CAP. VI.

DIlectus meus deſcendit in hortũ ſuum A ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia. Pulchra es amica mea, ſuauis & decôra ſi cut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies or- dinata. Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerunt. ‖Capilli tui ſicut grex capra Supra. 4. b. rum, quæ apparuerũt de Galaad. Dentes tui ſi cut grex ouium quæ aſcenderunt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis. Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſ- que occultis tuis. Sexaginta ſunt reginæ & o- ctoginta concubinæ, & adoleſcentularũ non eſt numerus. Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna eſt matri ſuæ, electa genetrici ſuæ. C Viderunt eam filiæ, & beatiſsimam præ- dicauerunt, reginæ & concubinæ, & lauda-

uerunt

uerunt eam. Quæ est ista quæ progreditur quasi aurora consurgens, pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata? Descendi in hortum *nucum, vt viderem poma conuallium, &c. inspicerem si floruisset vinea, & germinassent mala punica. Nesciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Ami-nadab. Reuertere reuertere Sunamitis: reuertere reuertere, vt intueamur te.

*meũ. 10

*conuallis, vi. 8.

*Sulamitis. 2.

CAP. VII.

A Quid videbis in *Sunamite nisi choros castrorum? Quàm pulchri sunt gressus tui in calceamentis, filia principis? Iunctura fœminum tuorum, sicut monilia quæ fabricata sunt manu artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens populis. Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus lilijs. Duo hubera tua, sicut duo hinnuli gemelli capreæ, Collum tuum sicut turris eburnea. Oculi tui sicut piscinæ in Hesebon, quæ sũt in porta filiæ multitudinis. Nasus tuus sicut turris Libani, quæ respicit contra Damascum. Caput tuum vt Carmelus: & comæ capitis tui, sicut purpura regis *vincta canalibus. Quàm pulchra es: & quàm decòra charissima in delicijs? Statura tua assimilata est palmæ, & hubera tua botris. Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius: & erũt hubera tua sicut botri vineæ: & odor oris tui sicut *malorum. Guttur tuum sicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labijsque & dentibus illius ad ruminandum. Ego dilecto meo, & ad me conuersio eius. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commoremur in villis. Manè surgamus ad vineas, videamus si floruit vinea, si flores fructus parturiunt, si floruerunt mala punica: ibi dabo tibi hubera mea. Mandragoræ dederunt odorem. In portis nostris omnia poma: noua & vetera, dilecta mi, seruaui tibi.

*Sulamite. 2

B

C

D

*odor.

*iuncta.

CAP. VIII.

Quis mihi det te fratrẽ meum, sugentem A hubera matris meæ, vt inueniam te foris, & deosculer te. *& iam me nemo despiciat? Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ*. Ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & mustum malorum granatorum meorum. ‖Læua eius sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. ‖Adiuro vos filiæ Ierusalem, ne suscitetis, neque euigilare faciatis dilectã donec ipsa velit. Quæ est ista quæ ascendit de deserto, delicijs affluens, innixa super dilectum suum? Subarbore malo suscitaui te: ibi corrupta est mater tua, ibi violata est genitrix tua. Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum: quia fortis est vt mors dilectio: dura sicut infernus æmulatio, lampades eius lampades ignis atque flammarum. Aquæ multæ non *poterunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substãtiam domus suæ pro dilectiõne, quasi nihil *despiciet eam. Soror nostra parua, & hubera non habet. quid faciemus sorori nostræ in die quando alloquẽda est? Si murus est ædificemus super eũ propugnacula argentea: si ostium est, compingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus: & hubera mea sicut turris, ex quo facta sum coram eo quasi pacem reperiens. Vinea fuit Pacifico, in ea quæ habet populos: tradidit eam custodibus, vir affert pro fructu eius mille argenteos. Vinea mea coram me est. Mille tui *Pacifici, & ducenti his qui custodiunt fructus eius. Quæ habitas in hortis, amici auscultant, fac me audire vocem tuam. Fuge dilecte mi, & assimulare capreæ hinnuloque ceruorum super montes aromatum.

*etiam. 2a

*Ex in cubiculum genitricis meæ. Supra. 2. b. Su. 2. b. f. & 5. c.

B

*potuerunt.

C

*despiciet. 6

D

*pacificat.

Liber Sapientiæ.

S. Iudices sint iusti: Dominus inuenitur si simplici corde & fide quæratur, fugit autem à peccatoribus & vanis cogitationibus: quumq; omnia repleat, nihil eum latere potest: murmuratio, detractio, & mendacium detestanda: omnia fecit Deus ad vitam, non mortem intendẽs, quam sibi peccatores accersierunt.

CAP. I.

A Diligite iustitiam, qui iudicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illũ: quoniam inuenitur ab his qui nõ tentant illum; apparet autem eis qui fidem habẽt in illum. peruersæ enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes. quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. ‖Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superueniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & non liberabit *maledictum à labijs suis: quoniam renum illius testis est Deus, & cordis illius scutator est verus, & linguæ eius auditor. Quoniam spiritus Domini repleuit orbẽ terrarum: & hoc quod cõtinet omnia, scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: sermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionẽ iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non absconditur. Custodite ergo vos à murmuratione quæ nihil prodest, & à detractione parcite linguæ. quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit: os autem quod mentitur, occidit animam. Nolite zelare mortem in errore vitæ vestræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuũ vestrarũ. Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt essent, omnia: & sanabiles fecit nationes orbis terrarum: & non est in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnum in terra. Iustitia enim perpetua est & immortalis: * impij autem manibus & verbis accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerunt ad illam: quoniam digni sunt qui sunt ex parte illius.

*maledictũ.

B

C

D

*iniustitia autem, mors eis est acquisitio.

*averte.

S. Omnis impiorum vitæ futuræ spem non habentium scopus est frui huius vitæ voluptatibus, ideoq; iustum qui diuersum respicit finem ferre nequunt. sed ad mortem vsque persequũtur: sicut & Diaboli inuidia homo à Deo creatus immortalis, factus est mortalis.

CAP. II.

A Dixerunt enim * cogitantes apud se nõ recte, Exiguum, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & nõ est refrigerium in fine hominis, & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam non fuerimus: quoniam fumus flatus est in naribus nostris: & sermo scintillæ ad commouendum cor nostrum: quia *extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquam mollis aer, & transibit vita nostra tanquam vestigiũ nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis, & à calore illius aggrauata: & nomen nostrum obliuionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. ‖Vmbræ enim transitus est tempus nostrum, & non est reuersio finis nostri: quoniam consignata est, & nemo reuertitur. ‖Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso & vnguentis nos impleamus, & non prætereat nos flos tẽporis. Coronemus nos rosis, antequam marcescant: nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra. Nemo vestrum exors sit luxuriæ nostræ: vbique relinquamus signa lætitiæ: quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors. *‖Opprimamus pauperem iustum, & non parcamus viduæ, nec *veterano, nec reueream canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra lex iniustitiæ. quod enim infirmum est, inutile inuenitur. Circumueniamus ergo iustum, quoniam inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarum. Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ eius. Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tanquam ab immundi tijs, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima illius. ‖Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patiẽtiam illius. Morte turpissima condemnemus eum: erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & erauerunt: excæcauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta Dei, neque mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. Quoniam Deus ‖ creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. ‖Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

*impij.

*extinctus. 7

*nostra.

*veteranis reuereamur. 9

Matt. 27. c

C

Gen. 1. d. 2 b. 5. a. Eccl. 17. a. Gen. 3. a.

S. De fœlicitate iustorum, qui in hac vita ab impijs contempti, tentationibus à Deo probati fuerunt: & de infœlicitate impiorum: item de castitatis & bonorum operum mercede, ac infœlicitate filiorum adulterorum.

CAP. III.

‖Vstorum autem animæ in manu Dei A sunt, & non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: & æstimata est afflictio, exitus illorum. Et abiti nere iusto abierunt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminij: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorũ immortalitate plena est. * In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniã Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquã aurũ in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiã accepit illos, & in tẽpore erit respectus illorũ. ‖Fulgebũt iusti, & tanquã scintillæ in arundineto discurrẽt. Iudicabũt nationes, & dominabũtur populis, & regnabit Dominus illorũ in perpetuũ.

Deut. 33. a

*Et. 3.

B

Matt. 13. f. 2. a.

Qui

Universidad de Deusto Biblioteca

Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax est electis eius. Impij autem secundum quæ cogitauerunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt iustum, & à Domi-
C no recesserunt. Sapientiam enim, & disciplinam qui abijcit, infœlix est: & vacua est spes illorum, & labores sine fructu, & inutilia opera eorum. Mulieres eorum insensatæ sunt, &
Isa.36.b. nequissimi filij illorum. Maledicta creatura eorum: quoniam fœlix est sterilis & incoinquinata quæ nesciuit thorũ in delicto, habebit fructum in respectione animarum sanctarum & spado qui nõ operatus est per manus
D suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deũ nequissima, dabitur enim illi fidei donum electum, & sors in templo Dei acceptissima. Bonorum enim laborum gloriosus est fructus, & quæ non concidit radix sapientiæ. Filij autem adulterorum in consummatione erunt & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & sine honore erit nouissima senectus illorũ. Et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem, nec in die agnitionis allocutionem. "Nationes' enim iniquæ, diræ sunt "consummationis'.

"Nationis.1 "consummationes.1.

S. *Casta generatio in multis ab adulterina dissidet: de refrigerio iusti morte præoccupati: quæ sit senectus venerabilis, & quòd iusti sæpius è mundo tolluntur à Deo, ne ab impijs seducantur, & quantum finis vtrorumque distet.*

CAP. IIII.

A O Quàm pulchra est casta generatio cũ claritate: immortalis est enim memoria illius: quoniam & apud Deum nota est, apud homines. Cum præsens est, imitãtur illam: & desyderant eam cum se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & ' spuria vitulamina' non dabũt radices altas, nec stabile firmamentum collocabunt. Et si in ramis in tempore germinauerint: infirmiter posita à vento commouebuntur, & à nimietate ventorum era-
B dicabuntur. Confringentur enim rami incõsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est non diuturna, neque annorum numero computata. cani autem sunt sensus hominis: & ætas senectutis vita immaculata. Placens Deo factus dilectus, & viuens inter peccatores translatus est. raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & "inconstantia' concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Cõsummatus in breui expleuit tempora multa. placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia. Quoniã gratia Dei & misericordia in sanctos eius, & respectus in electos illius. Con-
C demnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata longam vitam iniusti. Videbunt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. Vi-
D debunt enim, & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit. & erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsque ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum periet. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

"Adulterinæ plantationes.1. "instãtia.1. Infra.17.c

Ethicorũ lib. 1. Aristoteles.

S. *Impij in iudicio admirãtes gloriam iustorum, quos hîc contempserant, deflent suam miseriã, quodq; tota eorum fœlicitas fuerit momentanea: iustorum autem erit perpetua: porrò Deus tum per creaturas tum per se armatur ad puniendos impios.*

CAP. V.

TVnc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerũt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis, dicentes intra se, pœnitentiam agentes, & præ angustia spiritus gementes, Hi sunt quos habuimus aliquando in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est. Ergo errauimus à via veritatis, & iustitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligẽtiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulauimus vias difficiles, viam autem Domini ignorauimus. Quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia quid contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquam vmbra, & tanquam nuntius præcurrens: & tanquam nauis quæ pertransit fluctuantem aquam: cuius, cum præterierit, non est vestigium inuenire, neq; semitam carinæ illius in fluctibus, aut * auis
B quæ transuolat in aere, cuius nullum inuenitur

*tanquam.

tur argumentum itineris illius, sed tantum sonitus alarum verberãs leuem ventum: & scindens per vim itineris aerem, commotis alis transuolauit, & post hoc nullum signum inuenitur itineris illius. aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, diuisus aer continuo in se reclusus est, vt ignoretur transitus illius: sic & nos nati continuo desiuimus esse, & virtutis quidem nullum signum valui-
Pro.11.a. mus ostendere, in malignitate autem nostra consumpti sumus. ‖Talia dixerunt in inferno
C hi qui peccauerunt: quoniam spes impij tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquã fumus qui à vento diffusus est: & tanquã memoria hospitis vnius diei prætereuntis. Iusti autẽ in perpetuũ viuẽt, & apud Dominũ est merces eorum, & cogitatio illorũ apud Altissimum. Ideo accipiẽt regnũ decôris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dextera sua teget eos, & in brachio
D.5. sancto suo defendet illos, ▷Et' accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad vltionem inimicorum. Induet pro thorace iustitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet scutum inexpugnabile æquitatẽ: acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cũ
D illo orbis terrarum contra insensatos. Ibunt directè emissiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabũtur, & ad certum locum insilient: Et à petrosa ira plenæ mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Contra illos stabit spiritus virtutis, & tan
"iniquitas.8 quam turbo venti diuidet illos: & ad eremum perducet omnem terram "iniquitatis' illorum, & malignitas euertet sedes potentium.

S. *Reges & iudices ad sapientiam & iustitiam sectandam exhortatur, ostendens quàm graue maneat iniustis rectoribus supplicium: item quàm sit obuia sapientia quærentibus eam: quodque eius acquisitio sit vtilis, cuius capax non est inuidus.*

CAP. VI.

A
Eccles.9.d M‖Elior est sapientia, quàm vires: & vir prudens, quàm fortis. Audite ergo reges, & intelligite, discite iudices finiũ terræ. Præbete aures vos qui continetis multi
Rom.13.a. tudines, & placetis vobis in turbis nationum: ‖quoniam data est à Domino potestas vobis & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniã cum essetis ministri regni illius, non rectè iudicastis, nec custodistis legem iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrendè & cito apparebit vobis: quoniam iudicium durissimum in his qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. ‖Non e- Deut.10.d
nim subtrahet personam cuiusquã Deus, *nec *qui est omniũ dominator.
verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortioribus autẽ 2.Para.19.c
B fortior instat cruciatio. Ad vos ergo reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis. Qui enim custodierint iustitiam, iustè iudicabuntur: & qui didicerint ista, inuenient quid respondeant. Concupiscite ergo sermones meos, diligite illos, & habebitis disciplinam. Iob.34.b. Eccle.35.b Rom.2.b. Galat.2.b. Ephes.6.b Coloss.3.d Act.10.c. 1.Pet.1.c.
Clara est & quæ nunquam marcescit sapiẽtia, & facile videtur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui quærunt illam. Præoccupat qui se concupiscunt, vt illis
C se prior ostendat. Qui de luce vigilauerit ad illam, non laborabit: assidentem enim illam foribus suis inueniet. Cogitare ergo de illa, sensus est cõsummatus: & qui vigilauerit propter illam, cito securus erit. Quoniam dignos se ipsa circuit quærens, & in vijs ostendet se illis hilariter, & in omni prouidentia occurret illis. Initium enim illius verissima est disciplinæ concupiscentia. Cura ergo disciplinæ, dilectio est: & dilectio, custodia legum illius est: custoditio autem legum, consummatio incorruptionis est: incorruptio autem, facit esse proximum Deo. Concupiscentia itaque sapientiæ deducit ad regnum perpetuum. Si er-
D go delectamini sedibus, & ceptris ô reges populi, diligite sapientiam, vt in perpetuum regnetis. diligite lumen sapiẽtiæ omnes qui præestis populis. Quid est autẽ sapientia, & quẽadmodum facta sit, referam: & non abscondam à vobis sacramenta Dei, sed ab initio natiuitatis inuestigabo, & ponam in lucem sciẽtiam illius, & non præteribo veritatem: neq; cum inuidia tabescente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps sapientiæ. Multitudo autem sapientium, sanitas est orbis terrarum: & rex sapiens stabilimentum populi est. Ergo accipite disciplinam per sermones meos, & proderit vobis.

S. *Cum vnus sit omnibus introitus ad vitam & similis exitus, præ omnibus eligenda est sapientia adferens secum cuncta bona, habens spiritũ intelligentiæ multiplicem, & quæ hîc mirum in modum extollitur, quamque abundè autor fuerat assecutus.*

CAP. VII.

A SVm quidem & ego mortalis homo, similis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus est, & in ventre matris figuratus sum caro, decẽ mensium tẽpore coagulatus sum in sanguine, ex semine hominis, & delectamento somni cõueniente. Et ego natus accepi cõmunem aerem, & in similiter factam decidi terram, & primam vocẽ similem omnibus

Universidad de Deusto Biblioteca

omnibus emiſi plorans.in inuolumentis nu-
tritus ſum, & curis magnis.Nemo enim ex re
gibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus
ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimi-
lis exitus.Propter hoc optaui, & datus eſt mi-
hi ſenſus:& inuocaui, & venit in me ſpiritus
ſapientiæ. & præpoſui illam regnis & ſedi-
bus, & diuitias nihil eſſe duxi in comparatio-
Iob.28.c. ne illius. ‖nec comparaui illi lapidem pretio-
ſum:quoniam omne aurum in comparatione
illius arena eſt exigua, & tanquam lutum æſti
B mabitur argentum in conſpectu illius. Super
ſalutem, & ſpeciem dilexi illam, & propoſui
pro luce habere illam:quoniam inextinguibi-
3.Reg.3.b. le eſt lumen illius.‖Venerunt autem mihi om
nia bona pariter cum illa, & innumerabi-
lis honeſtas per manus illius, & lætatus ſum
in omnibus: quoniam antecedebat me iſta
ſapientia, & ignorabam quoniam horum
omnium mater eſt. Quam ſine fictione didi-
ci, & ſine inuidia communico, & honeſta-
tem illius non abſcondo. Infinitus enim the
ſaurus eſt hominibus:quo qui vſi ſunt, parti-
cipes facti ſunt amicitiæ Dei, propter diſcipli-
næ dona cõmendati. Mihi autem dedit Deus
dicere ex ſententia, & præſumere digna horũ
quæ mihi dantur: quoniam ipſe ſapiẽtiæ dux
eſt, & ſapientium emendator. in manu enim
illius & nos, & ſermones noſtri, & omnis ſa-
pientia, & operum ſcientiæ diſciplina. Ipſe e-
C nim dedit mihi horum quæ ſunt, ſcientiam
veram: vt ſciam diſpoſitionem orbis terra-
rum & virtutes elementorum, initium & cõ-
ſummationem & medietatem temporum, vi-
*mutationũ omniũ morũ 2. ciſsitudinum permutationes, & "cõſummatio
nes tẽporum, morum' mutationes, & diuiſio-
nes temporum, anni curſus, & ſtellarum diſ-
poſitiones. naturas animalium, & iras beſtia-
rum, vim ventorum, & cogitationes hominũ,
"verborum.2 differẽtias "virgultorum', & virtutes radicum,
& quæcunque ſunt abſconſa & improuiſa, di
dici. omnium enim artifex docuit me ſapien-
tia. Eſt enim in illa ſpiritus intelligentiæ, ſan
ſpiritus ſãctus ctus, vnicus, multiplex, ſubtilis, diſertus, mobi
lis, incoinquinatus, certus, ſuauis, amans bo-
num, acutus, qui nihil vetat benefacere, huma
nus, benignus, ſtabilis, certus, ſecurus, omnẽ
habẽs virtutẽ, omnia proſpiciẽs, & qui capiat
omnes ſpiritus: intelligibilis, mũdus, ſubtilis.
Omnibus enim mobilibus mobilior eſt ſa-
D pientia: attingit autem vbique propter ſuam
munditiam. Vapor eſt enim virtutis Dei, &
emanatio quædam eſt claritatis omnipoten-
tis Dei ſyncera: & ideo nihil inquinatum in
Heb.1.a. eam incurrit. ‖candor eſt enim lucis æternæ,
& ſpeculum ſine macula Dei maieſtatis, &
imago bonitatis illius. Et cum ſit vna, omnia
poteſt: & in ſe permanens omnia innouat, &
per nationes in animas ſanctas ſe transfert, a-
micos Dei & prophetas conſtituit. Neminem
enim diligit Deus, niſi eum qui cum ſapien-
tia inhabitat. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, &
ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci
comparata inuenitur prior. Illi enim ſuccedit
nox, ſapientiam autem non vincit malitia.

S. *Cum ſapientiam comitentur omnia deſyderabilia, ſummè ambienda eſt: & à Deo petenda: à quo ſolo datur continentia.*

CAP. VIII.

A Ttingit ergo à fine vſque ad finem A
fortiter, & diſponit omnia ſuauiter.
Hanc amaui, & exquiſiui eam à iuuẽ
tute mea, & quæſiui ſponſam mihi eam aſſu-
mere, & amator factus ſum formæ illius. Ge-
neroſitatem illius glorificat, contubernium
habens Dei: ſed & omnium Dominus dilexit
illam. doctrix enim eſt diſciplinæ Dei, & ele-
ctrix operum illius. Et ſi diuitiæ appetuntur
in vita: quid ſapientia locupletius, quæ opera-
tur omnia? Si autem ſenſus operatur: quis ho
rum quæ ſunt, magis quàm illa eſt artifex? Et
ſi iuſtitiã quis diligit: labores huius magnas
habent virtutes: ſobrietatem enim, & pruden
tiam docet, & iuſtitiam, & virtutem, quibus
vtilius nihil eſt in vita hominibus. Et ſi mul- B
titudinem ſcientiæ deſyderat quis: ſcit præte-
rita, & de futuris æſtimat: ſcit verſutias ſermo
num, & diſſolutiones argumentorum: ſigna
& monſtra ſcit antequam fiant, & euentus
temporum & ſeculorum. Propoſui ergo hanc
adducere mihi ad conuiuendum: ſciens quo-
niam mecum communicabit de bonis, & erit
allocutio cogitationis & tædij mei. Habebo
propter hanc claritatem ad turbas, & hono-
rem apud ſeniores iuuenis: & acutus inueniar
in iudicio, & in conſpectu potentium admira
bilis ero, & facies principum mirabuntur me.
tacentem me ſuſtinebunt, & loquentem me
reſpicient, & ſermocinante me plura, manus
ori ſuo imponent. Præterea habebo per hanc, C
immortalitatem: & memoriam æternam his
qui poſt me futuri ſunt relinquam. Diſponã
populos: & nationes mihi erunt ſubditæ. Ti-
mebunt me audientes reges horrendi: in mul-
titudine videbor bonus, & in bello fortis. In-
trans in domum meam, conquieſcam cum il-
la. non enim habet amaritudinem conuerſa-
tio illius, nec tædium conuictus illius, ſed læti D
tiam & gaudium. Hæc cogitans apud me, & "immortalitas.7.
commemorans in corde meo quoniam "im- "ſapientiæ.10
mortalis' eſt in cogitatione "ſapientiæ', & in
amicitia illius delectatio bona, & in operibus
manuum illius honeſtas ſine defectione, & in
certamine loquelæ illius ſapientia, & præcla-
ritas in communicatione ſermonum ipſius:
circuibam quærens, vt mihi illam aſſumerem.
Puer

Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum
animam bonam. Et cum eſſem magis bonus,
veni ad corpus incoinquinatum. Et vt ſciui
quoniã aliter nõ poſſẽ eſſe cõtinẽs, niſi Deus
erat ſapientia.6. det, & hoc ipſum "erat ſapientia', ſcire cuius
'ſumma eſſet hoc donũ: adij Dominũ, & deprecatus
ſum illum, & dixi ex totis præcordijs meis.

S. *Oratio ſapientis cum agnitione propriæ imbecillitatis, ad impetrandam à Domino ſapientiam, quæ cum omnibus neceſſaria ſit, potiſſimũ tamen rectoribus populorum: incerta eſt enim humana ſapientia.*

CAP. IX.

"parentũ.1. A D Eus "patrum meorum', & Domine
miſericordiæ, qui feciſti omnia verbo
tuo, & ſapientia tua cõſtituiſti homi
nem, vt dominaretur creaturæ quæ à te facta
eſt, vt diſponat orbem terrarum in æquitate
& iuſtitia, & in directione cordis iudicium
iudicet: da mihi ſedium tuarum aſsiſtricem ſa
pientiam, & noli me reprobare à pueris tuis:
quoniã ſeruus tuus ſum ego, & filius ancillæ
tuæ, homo infirmus, & exigui temporis, & mi
nor ad intellectum iudicij & legum. Et ſi quis
erit conſummatus inter filios hominum, ſi
ab illo abfuerit ſapientia tua, in nihilum com
1.Par.28.b B putabitur.‖Tu elegiſti me regem populo tuo,
1.Par.1.b. & iudicem filiorum tuorum, & filiarũ. & di-
xiſti me ædificare templum in monte ſancto
tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, ſi-
militudinem tabernaculi ſancti tui quod præ
Prou. 8.c. Ioan. 1.a. paraſti ab initio:‖& tecum ſapientia tua, quæ
nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum or-
bem terrarũ faceres, & ſciebat quid eſſet pla-
citum oculis tuis, & quid directum in præce-
ptis tuis. Mitte illam de cœlis ſanctis tuis & à
ſede magnitudinis tuæ, vt mecum ſit & me-
cum laboret, vt ſciam quid acceptum ſit apud
C te. ſcit enim illa omnia, & intelligit, & dedu-
cet me in operibus meis ſobrie, & cuſtodiet
me in ſua potẽtia. Et erũt accepta opera mea,
Iſa.40.d. & diſponam populum tuum iuſte, & ero di-
Rom.11.d. gnus ſedium patris mei.‖Quis enim hominũ
1.Cor. 2.d poterit ſcire conſilium Dei? aut quis poterit
cogitare quid velit Deus? Cogitationes e-
nim mortalium timidæ, & incertæ prouiden-
tiæ noſtræ. Corpus enim quod corrumpitur,
aggrauat animam: & terrena inhabitatio de-
D primit ſenſum multa cogitantem. Et difficile
æſtimamus quæ in terra ſunt: & quæ in pro-
ſpectu ſunt inuenimus cum labore. Quæ au-
tem in cœlis ſunt, quis inueſtigabit? Senſum
autem tuum quis ſciet, niſi tu dederis ſapien
tiam, & miſeris ſpiritum ſanctum tuum de al
tiſsimis: & ſi correctæ ſint ſemitæ eorum qui
ſunt in terris, & quæ tibi placent didicerint
homines? Nã per ſapientiam ſanati ſunt, qui-
cunq; placuerunt tibi Domine à principio.

S. *Commendatur ſapientia quòd ſeruauerit, & à malis liberauerit Adam, Noë, Abraham, Lot, Iacob, Ioſeph, Moyſen, per quem filios Iſraël de Ægypto duxit per mare rubrum, demerſis in eo Ægyptijs.*

CAP. X.

H Aec, illum qui primus formatus eſt à A
Deo pater orbis terrarum, cum ſolus Gen.2.b.
eſſet creatus, cuſtodiuit, & eduxit il-
lum à delicto ſuo*, & dedit illi virtutem cõ- *Et eduxit illũ de limo terræ.
tinendi omnia. Ab hac vt receſsit iniuſtus in
ira ſua,‖per iram homicidij "fraternitas' depe- "fraternitatis.4.
rijt. Propter quod ‖cum aqua deleret terram, Gen.4.b.
ſanauit iterum ſapientia, per contemptibile Gen.7.b.
lignum iuſtũ gubernans.‖Hæc & in conſen- Gen.11.a.
ſu ſuperbiæ, cum ſe nationes extuliſſent, ſci-
uit iuſtum, & conſeruauit ſine querela Deo,
& in filijs "miſericordiam' fortem cuſtodiuit. "miſericordia.2.
‖Hæc, iuſtum à pereuntibus impijs liberauit Gen.19.e.
fugientem, deſcendente igne in pentapolim:
quibus in teſtimonium nequitiæ fumigabũ-
da conſtat deſerta terra, & incerto tempore
fructus habentes arbores, & incredibilis ani-
mæ memoria ſtans figmentũ ſalis. Sapientiã
enim prætereuntes non tantum in hoc lapſi
ſunt vt ignorarent bona: ſed & inſipientiæ
ſuæ reliquerunt hominibus memoriam, vt in
his quæ peccauerunt, nec latere potuiſſent.
Sapientia autem hos qui ſe obſeruant, à dolo
ribus liberauit.‖Hæc autem, profugum iræ Gen.28.b.
fratris iuſtum deduxit per vias rectas, & o-
ſtendit illi regnum Dei, & dedit illi ſcientiã
ſanctorum, honeſtauit illum in laboribus, &
compleuit labores illius. In fraude circumue-
nientium illum affuit illi, & honeſtum fecit
illum. Cuſtodiuit illum ab inimicis, & à ſe- C
ductoribus tutauit illum, & certamen forte
dedit illi vt vinceret, & ſciret quoniam omni-
um potentior eſt ſapientia.‖Hæc, venditum Gen.37.f.
iuſtum non dereliquit, ſed à peccatoribus li-
berauit eum: deſcenditque cum illo in foue-
am, & in vinculis non dereliquit illũ, donec
afferret illi ſceptrum regni, & potentiam ad-
uerſus eos qui eum deprimebant: & mendaces
oſtendit qui maculauerũt illum, & dedit illi
claritatem æternam.‖Hæc, populum iuſtum, Exod.1.b.
& ſemen ſine querela liberauit à nationibus
quæ illũ deprimebant.‖Intrauit in animã ſer- Exod.5.b.
ui Dei & ſtetit cõtra reges horrendos in por-
tentis & ſignis. Et reddidit iuſtis mercedẽ la- D
borum ſuorum, & deduxit illos in via mirabi
li: & fuit illis in velamẽto diei, & in luce ſtel-
larũ per noctem.‖& "trãſtulit illos per Ma- Exod.14.c Exod.77.b & 16.
re-rubrum, & tranſuexit illos per aquã nimi-
am. Inimicos autem illorũ demerſit in mare,
& ab altitudine inferorum eduxit illos.‖Ideo Exod.12.e
iuſti tulerunt ſpolia impiorũ,‖& decantaue- Exod.15.a
runt Domine nomẽ ſanctum tuũ, & victri-
cem manum tuam laudauerunt pariter. quo-
niam ſapientia aperuit os mutorum, & lin-
guas infantium fecit diſertas. S. Sa-

Universidad de Deusto Biblioteca

S. *Sapientia filios Israël per desertum deduxit, deuictis inimicis, datisq; è petra aquis: punitis autem multiplici flagello idololatris Ægyptijs: cum tamen Deus omnium quærens salutem longanimiter toleret peccatores vt resipiscant, quos vniuersos solo suo nutu continuo perdere posset.*

CAP. XI.

A Exod.16.a DIrexit opera eorum in manibus prophetæ sancti. Iter fecerunt per deserta, quæ non habitabantur: & in locis de-
Eod.17.c. sertis fixerunt casas.||Steterunt contra hostes,
Nu.20.b. & de inimicis se vindicauerunt.||Sitierunt, & inuocauerunt te, & data est illis aqua de petra altissima, & requies sitis de lapide duro. Per quæ enim pœnas passi sunt inimici illo-
*in eis rum, à defectione potus sui: *cum abundarent filij Israel, lætati sunt. Per hæc, cum illis deessent, bene cum illis actum est. Nam pro fonte quidem sempiterni fluminis, humanum sanguinem dedisti iniustis. Qui cum minuerentur in traductione infantium occisorum, dedisti illis abundantem aquam insperatè: ostendens per sitim quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & aduersarios illorum necares.
B Cum enim tentati sunt, & quidem cum misericordia disciplinam accipiẽtes, scierunt quẽadmodum cum ira iudicati impij tormenta paterentur. Hos quidem tanquam pater monens probasti: illos autem tanquam durus rex interrogans condemnasti. Absentes enim & præsentes similiter torquebantur. Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum. Cum enim audirent per sua tormenta bene secum agi, commemorati sunt Dominum, admirantes in finem exitus. Quem enim in expositione praua proiectum deriserunt, in finem euẽtus mirati sunt: non similiter iustis faciens: pro cogitationi-
C bus autem insensatis iniquitates illorũ. Quòd quidam errantes colebant mutos serpentes, & bestias superuacuas, immisisti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam: vt scirent quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur. Non enim impossibilis erat omnipotens manus tua, quæ creauit orbem terrarũ ex materia inuisa, immittere illis multitudinem vrsorum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas aut ignotas bestias, aut vaporem igneum spirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrẽdas ab oculis scintillas emittentes: quarum non solum læsura poterat illos exterminare, sed & aspectus per timo-
D rem occidere. Sed & sine his vno spiritu poterant occidi persecutionem passi ab ipsis factis suis, & dispersi per spiritum virtutis tuæ: sed omnia in mensura & numero & pondere dis-
*superat.3. posuisti. Multũ enim valere tibi soli "superat' semper: & virtuti brachij tui quis resistet? Quoniam tanquam momentum statéræ, sic est ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ descendit in terram. Sed misereris omnium, quia omnia potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiã. Diligis enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorum quæ fecisti: nec enim odiens aliquid constituisti aut fecisti. Quomodo autem posset aliquid permanere, nisi tu voluisses? aut quod à te vocatum non esset, conseruaretur? Parcis autem omnibus: quoniam tua sunt Domine, qui amas animas.

S. *Ostendit quanta clementia & longanimitate Deus corripuerit peccatores terræ sanctæ incolas: non subito eos delens: cum non illos tantum sed & omnes nationes, nulli illata iniuria, tanquam solus omnium Dominus perdere posset: hac videlicet erga inimicos clemẽtia electos suos de se suaq; bonitate bene sperare faciens, eosq; à peccatis reuocans.*

CAP. XII.

OQuàm bonus & suauis est Domine A spiritus tuus in omnibus? Ideoq; eos qui "exerrant partibus, corripis': & de *errãtes partibus corripis.2. quibus peccant, admones & alloqueris: vt relicta malitia, credant in te Domine. Illos enim antiquos inhabitatores terræ sanctæ tuæ, quos exhorruisti, quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & sacrificia iniusta, & filiorum suorum necatores sine misericordia, & comestores viscerum hominum, & deuoratores sanguinis à medio sacramento tuo & authores parentes animarum inauxiliatarum perdere voluisti per manus parẽtum nostrorum, vt dignam "perciperent' peregrinationẽ *perciperent 2. puerorum Dei, quæ tibi omnium charior est terra. Sed & his tanquam hominibus pepercisti, & misisti antecessores exercitus tui vespas, vt illos paulatim exterminarent. Nõ quia impotẽs eras in bello subijcere impios iustis, aut bestijs sæuis, aut verbo duro simul exterminare: sed partibus iudicãs dabas locum pœnitentiæ, non ignorans quoniam nequam est natio eorum, & naturalis malitia ipsorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. Semen enim erat maledictum ab initio, nec timens aliquem: veniam dabas peccatis illorum. Quis enim dicet tibi, Quid fecisti? aut quis stabit contra iudicium tuum? aut quis "in conspectu tuo' veniet vindex iniquorum hominum? *incõspectum tuum.5. aut quis tibi imputabit, si perierint nationes quas tu fecisti? Nõ enim est alius Deus quàm tu, ||cui cura est de 1.Petr.5.b omnibus, vt ostendas quoniam non iniuste iudicas iudicium. Neque rex, neque tyrannus in conspectu tuo inquirent de his quos perdidisti. Cum ergo sis iustus, iustè omnia disponis:

nis: ipsum quoque qui non debet puniri, condemnare, exterum æstimas à tua virtute. Virtus enim tua, iustitiæ initium est: & ob hoc
C quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim ostẽdis tu, qui non crederis esse in virtute consummatus, & horum qui te nesciunt, audaciam traducis. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. subest enim tibi cum volueris, posse. Docuisti autẽ populum tuum per talia opera, quoniam oportet iustum esse & humanum, & bonæ spei fecisti filios tuos: quoni-
▹.3. am ▹iudicans' das locum in peccatis pœnitentiæ. Si enim inimicos seruorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciasti attentione, & liberasti, dans tempus & locum per quæ possent mutari à malitia: cum quanta diligentia iudicasti filios tuos, quorum parentibus iuramenta & conuentiones dedisti bo-
D narum promissionũ? Cum ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatẽ tuam cogitemus iudicãtes: & cum de nobis iudicatur, speremus misericordiam tuam. Vnde & illis qui in vita sua insensate & iniuste vixerunt, per hæc quæ coluerunt, dedisti summa tormenta. Etenim in erroris via diutius errauerũt, deos æstimantes hæc quæ in animalibus sunt superuacua, infantium insensatorum more viuentes. Propter hoc tanquam pueris insensatis iudicium
*increpationis.2. in derisum dedisti. Qui autẽ ludibrijs "& increpationibus' non sunt correpti, dignũ Dei iudicium experti sunt. in his enim quæ patiebantur, moleste ferebant: in quibus patientes indignabantur, per hæc quos putabant Deos, in ipsis cum exterminarentur videntes, illũ quem olim negabant se nosse, verum Deum agnouerunt: propter quod & finis condemnationis eorum veniet super illos.

S. *Vani quidem sunt qui ex creaturis Deum non agnoscentes, ipsas potius creaturas pro dijs coluerunt: at illi longe stultiores, qui opus artificis Deum dicunt, ab insensato idolo futura interrogantes.*

CAP. XIII.

A VAni autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei, & de his quæ vidẽtur bona, nõ potuerunt intelligere eũ qui est, neq; operibus attendẽtes agnouerunt quis esset artifex: sed aut ignẽ, aut spiritũ, aut citatũ aerẽ, aut gyrũ stellarũ, aut nimiam aquã, aut solem & lunam, rectores orbis terrarum deos putauerunt. Quorum si specie delectati deos putauerunt: sciãt quanto his dominator eorum speciosior est. speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis quoniã qui hæc fecit, fortior est illis. à magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri. sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errãt, Deum quæ- B
rentes' & volentes inuenire. ||Etenim cum in Rom.1.c.
operibus illius conuersentur, inquirunt: & persuasum habent quoniam bona sunt quæ videntur. Iterũ autem nec his debet ignosci. Si enim tantum potuerunt scire, vt possent æstimare seculum: quomodo huius Dominũ non facilius inuenerunt? Infœlices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellauerunt deos opera manuum hominũ, aurum & argentum, artis inuentionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ. ||Aut siquis arti- Isa.44.b.
fex faber de sylua lignum rectum secuerit, & C
huius doctè eradat omnem corticem, & arte sua vsus diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ, reliquijs autem eius operis ad præparationem escæ abutatur: & reliquum horum quod ad nullos est vsus, faciat lignum curuum, & verticibus plenum sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis, aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam quæ in illo est perliniens*: & faciat ei *terra.
dignam habitationem, & in pariete ponens illud, ▹&' confirmans ferro, ne fortè cadat D
prospiciens illi, sciẽs quoniã non potest adiu- ▹.1.
uare se. imago enim est, & opus est illi adiutorium. Et de substãtia sua, & de filijs suis, & de nuptijs votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cum illo qui sine anima est: & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in adiutoriũ inutilem inuocat: & pro itinere petit ab eo qui ambulare non potest: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

S. *Vtilis inuentio nauis, qua etiam tempore diluuij semen humanum seruatum est. idôlum autem maledictum est cum suo fabricatore: & quod fuerit idolorum idololatriæq; exordium ac progressus, item quæ mala ex idololatria procedant.*

CAP. XIIII.

ITerum alius nauigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiẽs, ligno portante se fragilius lignum inuocat. Illud A enim cupiditas acquirendi excogitauit, & artifex sapientia fabricauit sua. Tua autem pater, prouidẽtia* gubernat: quoniã||dedisti & *ab initio cuncta.
in mari viam, & inter fluctus semitam firmis- Exod.14.d
simã, ostendens quoniã potens es ex omnibus sanare, etiam si sine rate aliquis adeat mare.

Universidad de Deusto Biblioteca

Sed vt non essent vacua sapientiæ tuæ opera:
propter hoc etiam & exiguo ligno credunt
homines animas suas, & transeūtes mare per
Gene.7. ratem liberati sunt. Sed & ab initio cum peri-
rent superbi gigantes, spes orbis terrarum ad
ratem confugiens, remisit seculo semen nati
uitatis, quæ manu tua erat gubernata. Bene-
dictum est enim lignū, per quod fit iustitia.
Per manus autem quòd fit idólum, maledi-
ctum est & ipsum, & qui fecit illud: quia ille
quidem operatus est: illud autē cùm esset fra-
gile, Deus cognominatus est. Similiter autē
B odio sunt Deo, impius & impietas eius. Ete-
nim quod factum est, cum illo qui fecit, tor-
menta patietur. Propter hoc & idólis natio-
num non erit respectus: quoniam creaturæ
Dei in odium factæ sunt, & in tentationem
animabus hominum, & in muscipulam pedi-
bus insipientium. Initium enim fornicatio-
nis, est exquisitio idolôrum: & adinuentio
illorum, corruptio vitæ est. neque enim erant
ab initio, neque erunt in perpetuum. Super-
"hominum uacuitas enim "hominum hæc adinuenit' in
aduenit.2. orbem terrarum: & ideò breuis illorum finis
est inuentus. Acerbo enim luctu dolens pater,
cito sibi rapti filij fecit imaginem: & illum
".2. qui tunc "quasi' homo mortuus fuerat, nunc
tanquam Deū colere cœpit, & constituit in-
ter seruos suos sacra & sacrificia. Deinde in-
terueniente tempore, conualescente iniqua
consuetudine, hic error tanquam lex custo-
ditus est, & tyrannorum imperio colebantur
figmenta. Et hos quos in palàm homines ho-
norare non poterāt, propter hoc quòd longè
essent, è longinquo figura eorum allata, euidē
tem imaginē regis, quem honorare volebant,
fecerunt: Vt illum qui aberat, tanquam præ-
sentem colerent sua solicitudine. Prouexit
autem ad horum culturā & hos qui ignora-
bant, artificis eximia diligentia. Ille enim vo-
lens placere illi qui se assumpsit, elaborauit ar-
te sua, vt similitudinem in melius figuraret.
C Multitudo aūt hominū abducta per speciem
operis, eum qui ante tempus tanquam homo
honoratus fuerat, nunc Deum æstimauerūt.
Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio, quoniam
aut affectui, aut regibus deseruiētes homines,
in communicabile nomen lapidibus & lignis
imposuerunt. Et non suffecerat errasse eos
circa Dei scientiā, sed & in magno viuentes
inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacē
appellāt. Aut enim filios suos sacrificātes, aut
obscura sacrificia faciētes, aut insaniæ plenas
vigilias habētes: neq; vitam neq; nuptias mū-
das iā custodiunt, sed alius aliū per inuidiā oc
D cîdit, aut adulterans contristat: & omnia com
mista sunt, sanguis, homicidium, furtum &
fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & per-
iurium, tumultus bonorū, Dei immemoratio,
animarum inquinatio, natiuitatis immuta-
tio, nuptiarum inconstantia, inordinatio "mœ "mœchia & impudicitia. 4.
chiæ & impudicitiæ'. Infandorum enim ido-
lôrum cultura, omnis mali causa est, & initiū
& finis. Aut enim dum lætantur, insaniunt:
aut certè vaticinantur falsa, aut viuunt iniu-
stè, aut peierant citò. Dum enim confidunt in
idólis quæ sine anima sunt, male iurantes no
ceri se non sperant. Vtraq; ergo illis euenient
dignè, quoniam male senserunt de Deo, atten
dentes idólis, & iurauerunt iniustè in dolo cō
temnentes iustitiam. Non enim iurātium est
virtus, sed peccantium pœna perambulat sem
per iniustorum præuaricationem.

S. *Vox fidelium suauitatem & misericordiam Dei commendantium, cuius gratia ab idololatria sunt seruati: mirè quoque subsannat idolorum artifices ac cultores.*

CAP. XV.

TV autem Deus noster, suauis & verus A
es, patiens, & in misericordia disponēs
omnia. Etenim si peccauerimus, tui
sumus, scientes magnitudinem tuam: & si nō
peccauerimus, scimus quoniam apud te su-
mus computati. Nosse enim te, consummata
iustitia est: & scire iustitiam, & virtutem tuā
radix est immortalitatis. Non enim in errorē
induxit nos hominum malæ artis excogita-
tio, nec vmbra picturæ labor sine fructu, effi-
gies sculpta per varios colores, cuius aspe-
ctus insensato dat concupiscentiam, & di-
ligit mortuæ imaginis effigiem sine anima.
Malorum amatores, digni sunt, * qui spem ha *morte.
bent in talibus, & qui faciunt illos, & qui dili
gunt, & qui colunt. ‖ Sed & figulus mollem Rom.9.d.
terram premens laboriose fingit ad vsus no- B
stros vnumquodq; vas, & de eodē luto fingit
quæ munda sunt in vsum vasa, & similiter
quæ his sunt contraria. horum autē vasorum
quis sit vsus, iudex est figulus. Et cū labore va
no Deū fingit de eodē luto: ille qui paulo ante
de terra factus fuerat, & post pusillum reducit
se vnde acceptus est, repetitus animæ debitū
quàm habebat. Sed cura est illi, non quia la-
boraturus est, nec quoniā breuis illi vita est,
sed concertatur aurificibus & argentarijs: sed
& ærarios imitatur, & gloriam præfert, quo-
niā res superuacuas fingit. Cinis est enim cor
eius, & terra superuacua spes illius, & luto
vilior vita eius: quoniam ignorauit qui se
finxit, & qui inspirauit illi animam quæ o- C
peratur, qui insufflauit ei spiritum vita-
lem. Sed & æstimauerunt lusum esse vitam
nostram, & conuersationem vitæ composi-
tam ad lucrum, & oportere vndecunque e-
tiam ex malo acquirere. Hic enim scit se su-
per oēs delinquere, qui ex terræ materia fragi
lia vasa,

lia vasa, & sculptilia fingit. Omnes enim in-
sipiētes, & infœlices supra modum animæ, su-
perbi sunt, inimici populi tui, & imperantes
Psal.113.b. illi: quoniā omnia idôla nationum deos æsti-
& 134.c. mauerunt, ‖ quibus neque oculorum visus est
ad videndum, neque nares ad percipiendum
spiritum, neque aures ad audiendum, neque
digiti manuum ad tractandum, sed & pedes
D eorum pigri ad ambulandum. homo enim fe-
cit illos: & qui spiritum mutuatus est, is fin-
xit illos. Nemo enim sibi similem homo po-
terit Deum fingere. Cum enim sit mortalis,
mortuum fingit manibus iniquis. Melior e-
nim est ipse his quos colit: quia ipse quidem
vixit, cum esset mortalis, illi autem nūquam.
Sed & animalia miserrima colunt: insensata
enim comparata his, illis sunt deteriora. Sed
nec aspectu aliquis ex his animalibus bona
potest conspicere. Effugerunt autem Dei lau
dem, & benedictionem eius.

S. *Ægyptijs ob idololatriam digna passis, Hebræi escam à Deo acceperunt: castigati tamen aliquantum morsu serpentum, erecto serpente æneo sanati sunt à Deo: impij vero morte consumpti per locustas, muscas, ignemq́; grandini mistum: quum illi accepto manno satiati sint & confortati.*

CAP. XVI.

A PRopter hæc & per his similia passi sunt
dignè tormenta, & per multitudinem
bestiarum exterminati sunt. Pro quibus
tormentis bene disposuisti populum tuum,
Num.11.g. ‖ quibus dedisti concupiscentiam delectamen
ti sui nouum saporem, escam parans eis orty-
gometram: vt illi quidem concupiscentes es-
cam propter ea quæ illis ostensa & missa
sunt, etiam à necessaria concupiscentia auer-
terentur. Hi autē in breui inopes facti, nouam
gustauerunt escam. Oportebat enim illis si-
ne excusatione quidē superuenire interitum
exercentibus tyrannidem: his autem tantum
ostendere quemadmodum inimici eorum
Num.21.b. exterminabantur. Etenim ‖ cum illis super-
uēnit sæua bestiarum ira, morsibus peruer-
sorum colubrorum exterminabātur. Sed non
in perpetuum ira tua permansit, sed ad corre-
ptionem in breui turbati sunt, signum haben
tes salutis ad commemorationem mandati
legis tuæ. Qui enim conuersus est, non per
hoc quod videbat sanabatur, sed per te om-
B nium saluatorem. & in hoc autem ostendi-
Exod.10.a 8.f. sti inimicis nostris quia tu es qui liberas ab
Apoc.9.b. omni malo. ‖ Illos enim locustarum, & mus-
carum occiderunt morsus, & non est inuen-
ta sanitas animæ illorum: quia digni erant ab
huiusmodi exterminari. Filios autē tuos, nec
draconum venenatorum vicerūt dentes. mise
ricordia enim tua adueniens sanabat illos. In
memoria enim sermonū tuorū examinaban-
tur, & velociter saluabantur, ne in altā incidē
tes obliuionē non possent tuo vti adiutorio.
Etenim neq; herba, neq; malagma sanauit e-
os, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia.
‖ "Tu es enim Domine, qui vitæ' & mortis ha- "Tu enim vitæ.1.
bes potestatem, & deducis ad portas mortis & Deut.31.f.
reducis: homo autem occîdit quidem per ma- 1.Reg.2.a.
litiam animam suam, & cum exierit spiritus, Tob.13.a.
non reuertetur, nec reuocabit animam quæ
recepta est. sed tuam manum effugere impos-
sibile est. ‖ Negantes enim te nosse impij, per Exod.9.c.
fortitudinem brachij tui flagellati sunt: nouis C
aquis, & grādinibus & pluuijs persecutionem
passi, & per ignem cōsummati. Qod enim mi
rabile erat: in aqua, quæ omnia extinguit,
plus ignis valebat. vindex est enim orbis iu-
storum. Quodam enim tempore mansuetaba
tur ignis, ne cōburerentur quæ ad impios mis
sa erant animalia: sed vt ipsi videntes, scirent
quoniam Dei iudicio patiuntur persecutio-
nem. Et quodam tempore in aqua supra vir-
tutem ignis exardescebat vndique, vt iniquæ
terræ nationem exterminaret. ‖ Pro quibus Exod.16.c.
angelorum esca nutristi populum tuum, & Num.11.b.
paratum panem de cœlo præstitisti illis, sine Psal.77.c. Ioan.6.d.
labore omne delectamentum in se habentem,
& omnis saporis suauitatem. "Substantiam e- "Substantia enim tua, dulcedine.5.
nim tuam & dulcedinem' tuam quam in filios
habes "ostendebas:' & deseruiens vniuscuius- "ostendebat. 3.
que voluntati, ad quod quisque volebat con-
uertebatur. ‖ Nix autem, & glacies sustinebant Exod.9.c.
vim ignis, & non tabescebant: vt scirent quo- D
niam fructus inimicorum exterminabat ignis
ardens in grandine & pluuia corruscans. Hoc
autem iterum, vt nutrirentur iusti, * etiam suæ *ignis.
virtutis oblitus est. Creatura enim tibi factori
deseruiens, "exardescit' in tormentum aduer- "excandescit 13.
sus iniustos: & lenior fit ad benefaciendū pro
his qui in te cōfidunt. Propter hoc & tunc in
omnia transfigurata omnium nutrici gratiæ
tuæ deseruiebāt ad voluntatem eorum qui à te
desyderati sunt: vt scirent filij tui quos di-
lexisti Domine, quoniam non natiuitatis fru Non in solo pane viuit homo.
ctus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui
in te crediderint cōseruat. ‖ Quod enim ab ig- Deut.8.a.
ne non poterat exterminari, statim ab exiguo Mat.4.a.
radio solis calefactum tabescebat: vt notum
omnibus esset quoniam oportet præuenire so
lem ad benedictionem tuam, & ad "orientem' "ortum.1.
lucis te adorare. Ingrati enim "fides' tanquam "spes.1.
hybernalis glacies tabescet, & disperiet tan-
quam aqua superuacua.

S. *Ægyptij triduanas passi sunt inuincibiles tenebras, cum incredibili timore & horrore: reliqua orbis parte illustrata lumine.*

CAP. XVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A MAgna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerũt.
Exod.10.f ‖Dum enim persuasum habent iniqui, posse dominari nationi sanctæ: vinculis tenebrarũ, & longæ noctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentiæ iacuerunt. Et dum putant se latêre in obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt, pauentes horrêdè, & cum admiratione nimia perturbati. Neque enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: quoniam sonitus descendens perturbabat illos, & personæ tristes illis apparêtes, pauorem illis præstabãt. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec syderum limpidæ flam-
B mæ illuminare poterant illam noctem horrendam. ‖ Apparebat autem illis subitaneus
Exod.7.d. & 8.b. ignis, timore plenus: & timore percussi illius quæ non videbatur faciei, æstimabant deteriora esse quæ videbantur: & magicæ artis
"gloriæ.5. appositi erant derisus, & sapientiæ "gloria' correptio cum contumelia. Illi enim qui promittebant timores, & perturbationes expellere se ab anima languente, hi cum derisu pleni timore languebant. Nam etsi nihil illos ex monstris perturbabat: transitu animalium & serpentium sibilatione cõmoti, tremebundi peribant: & aerem quem nulla ratione quis effu-
▷.14. gere posset, negantes se videre. ▷ Frequenter enim præoccupant pessima, redarguẽte conscientia. Cũ sit enim timida nequitia, dat testi-
Timor qd aft. monium "cõdemnationis.' semper enim præsumit sæua perturbata cõscientia. Nihil enim
"condemnatio.4. C est timor, nisi præsumptionis adiutoriũ proditio cogitationis auxiliorũ. Et dum abintus minor est expectatio, maiorẽ computat scientiam eius causæ de qua tormentũ præstat. Illi autẽ qui impotentem vere noctem, & ab infimis & ab altissimis inferis superuenientem eundem somnum dormientes, aliquando mõstrorũ exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione. subitaneus enim illis, & insperatus timor superuenerat. Deinde si quisquã ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro reclusus. Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborũ operarius præoccupatus esset: ineffugibilẽ sustiD nebat necessitatẽ. Vna enim catena tenebrarũ omnes erant colligati. Siue spiritus sibilans, aut interspissos arborum ramos auium sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimium, aut sonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium cursus inuisus, aut mugientium valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus Echo: deficientes faciebant illos præ timore. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur. Solis autem illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

S. *Hebræi luce gaudent, & ducatum columnæ ignis accipiunt: occiduntur omnia Ægypti primogenita ab angelo: Hebræi in seditione Core iram Dei prouocant, sed in medio incendij liberantur, offerente Aaron incensum, & pro multitudine deprecante.* CAP. XVIII.

SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem *audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non & ipsi
A Exod.10.f *inimici.
per eadem passi erant, magnificabãt te: & qui ante læsi erant, quia non lædebantur, gratias agebant: & vt esset diffentia, "donum' petebãt. "te Deum.1. Exod.14.e Psal.77.b. & 104.d.
‖Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitij præstitisti. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui in custodiebãt filios tuos per quos incipiebat incorruptum legis lumen seculo dari. ‖ Cum cogitarent iustorum occi- Exod.1.c. & 2.b.
dere infantes: & vno exposito filio, & liberato, in traductionem illorum multitudinem filiorum abstulisti, & pariter illos perdidisti Ex.14.f.g.
in aqua valida. ‖Illa enim nox ante cognita B
est à patribus nostris: vt verè scientes quibus iuramẽtis crediderint, animæ quiores essent. Suscepta est autem à populo tuo sanitas quidem iustorum, iniustorum autem exterminatio. Sicut enim læsisti aduersarios: sic & nos prouocans magnificasti. Absconsè enim sacrificabant iusti pueri bonorum, & iustitiæ legem in "concordiam' disposuerũt: similiter & "cõcordia.2. "patrũ.ib.3. "patri ib.3.
bona & mala recepturos iustos, "patri omnium' decantantes laudes. Resonabat autem inconueniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.
‖Simili autem pœna seruus cum Domino af- Exo.12.d.e
flictus est, & popularis homo regi similia passus. Similiter ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad sepeliendũ viui sufficiebãt: quoniam vno momẽto quæ erat præclarior natio illorum, exterminata est. De omnibus enim non
credentes propter beneficia, tunc cum ▷ pri- ▷.4.
mum' fuit exterminium primogenitorũ, sponderunt populum Dei se esse. Cum enim C
quietum silentiũ contineret omnia, & nox in suo cursu mediũ iter haberet, omnipotens sermo tuus exiliens de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator in mediã exterminij terram prosiliuit, gladius acutus in simulatũ imperiũ tuum portans, & stãs repleuit omnia morte, & vsque ad cœlum attingebat stans in terra. Tunc continuò visus somniorum malorum turbauerũt illos, & timores superuenerũt inspi-

rati. Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam moriebatur causam demonstrabat
▷.5. ▷mortis.' Visiones enim quæ illos turbauerunt hæc præmonebant, ne inscij quare mala patiebantur, perirent. Tetigit autem tunc & iustos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu per-
D mansit ira tua. ‖Properans enim homo sine
Nu.16.g. "propugnat.3. querela "deprecari pro populis, 'proferens seruitutis suæ scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus. Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armatura potentiæ, sed verbo illum qui se vexabat subiecit, iuramenta parentum, & testamentum commemorans. Cum enim iam aceruatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit, & amputauit impetum, & diuisit illam quæ ad
Exod.18.d viuos ducebat viam. ‖In veste enim podêris, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat. His autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit. erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

S. *Hebræos persequentes Ægyptij, mari absorpti sunt, muscis & ranis antea vexati, Hebræis vero concupitas carnes accipientibus, impij inhospitales percutiuntur cæcitate, elementa Deo seruiunt in afflictione malorum & obsequio bonorum.*

CAP. XIX.

AImpijs autem vsque in nouissimum sine misericordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura illorum: quoniam cum ipsi permisissent vt se educerent, & cum magna solicitudine præmisissent illos, consequebantur illos pœnitentiæ actus. Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ: & quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos persequebantur. ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas: & horum quæ acciderant commemorationem amittebant, vt quæ deerant tormentis, repleret punitio: & popB lus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem nouam mortem inuenirẽt. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refiguraba tur, deseruiens tuis præceptis, vt pueri tui custodirentur illæsi. Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ antè erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio: per quem omnis natio transiuit quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monstra. Tanquam enim equi depauerunt escam, & tanquam agni exultauerunt magnificantes te Domine, qui liberasti illos. Memores enim erant adhuc eorum quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animaliũ eduxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius multitudinem ranarum. Nouissime autem viderunt nouã creaturam auiũ cum adducti concupi- C
scentia postulauerunt escas epulationis. ‖In Supr.16.a.
allocutione enim desyderij ascendit illis de mari ortygometra, & vexationes peccatoribus superuenerunt, non sine illis quæ antè facta erant argumentis per vim fluminum. iuste enim patiebantur secundum suas nequitias. Etenim detestabiliorem inhospitalitatẽ instituerunt. alij quidem ignotos non recipiebant aduenas, alij autem bonos hospites in seruitutem redigebant. Et non solum hæc, sed & alius quidem respectus illorum erat: quoniam inuiti recipiebant extraneos. Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdẽ vsi erãt iustitijs, sæuissimis afflixerũt doloribus. Percussi sunt autem cæcitate: sicut illi in foribus iusti cum subitaneis cooperti essent tenebris, vnusquisque transitum ostij sui quærebat. In se enim elementa dum conuertuntur, sicut in D
organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt: vnde æstimari ex ipso visu certò potest. Agrestia enim in aquatica conuertebantur: & quæcunque erãt natantia, in terram transibant. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua extinguentis naturæ obliuiscebatur. Flammæ econtrario, corruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulãtium, nec dissoluebant illam quæ facile dissoluebatur, sicut glacies bonam escam. In omnibus enim magnificasti populum tuum Domine, & honorasti, & non despexisti in omni tempore, & in omni loco assistens eis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

In Ecclesiasticum Iesu filij Sirach
PROLOGVS.

MVltorum nobis & magnorum per legem & prophetas aliósque qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est: in quibus oportet laudare Israel doctrinæ & sapientiæ causa: quia non solum ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse & discentes & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus, postquam se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horum quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent: vt desyderantes discere, & illorum periti fieri, magis magisque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere: & veniam habere in illis in quibus videmur sequentes imaginem sapientiæ, & deficere in verborum compositione. Nam deficiunt & verba Hebraica quando fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solũ hæc, sed & ipsa lex, & prophetæ, cæteráque aliorum librorum non paruam habent differentiam quando inter se dicuntur. Nam in octauo, & tricesimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis regis, postquam perueni in Aegyptum: & cũ multum temporis ibi fuissem, inueni ibi libros relictos non paruæ, neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & necessarium putaui & ipse aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum istum: & multa vigilia attuli doctrinam in spatio temporis ad illa quæ ad finem ducunt, librum istum dare, & illis qui volunt animum intendere, & discere quemadmodum oporteat instituere mores, qui secundum legem Domini proposuerint vitam agere.

Ecclesiasticus.

S. Sapientia incomprehensibilis & in creaturis relucẽs, ab æterno originem à solo Deo omnipotente trahit, quã dat diligẽtibus ac timentibus ipsum: nam timor Domini, qui hic multipliciter commendatur, non solam sapientiam, sed & reliquas secum adfert virtutes: simplici autẽ corde ad Deum accedendum est.

CAP. I.

A OMnis sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Arenam maris & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyssi quis dimensus est? Sapientiam Dei præcedentem omnia, quis inuestigauit? Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudentiæ ab æuo. Fons sapientiæ verbum Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Radix sapientiæ cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationem ingressus illius quis intellexit? Vnus est altissimus creator * omnipotens, & rex potens & metuendus nimis, sedẽs
B super thronum illius & dominans Deus. Ipse creauit illam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est. Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnem carnẽ secundum datum suum, & præbuit illam diligentibus se. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor & dabit lætitiam & gaudium 'in' longitudinem dierum. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio Dei honorabilis sapientia. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalium suorum. ‖ Initium sapientiæ, timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est, & cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur. Timor Domini, scientiæ religiositas. Religiositas custodiet & iustificabit cor, iucunditatem atque gaudium dabit. Timenti
C Dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est, timere Deum, & plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius. Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem, & salutis fructum: & vidit, & dinumerauit eam. vtraque autem sunt dona Dei. Scientiam, & intellectum prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se, exaltat. Radix sapientiæ est timere Dominum: rami enim illius longæui. In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia. Timor Domini expellit peccatũ. nam qui sine timore est, non poterit iustificari. iracundia enim animositatis illius, subuersio illius
D est. Vsq; in tẽpus sustinebit patiens, & postea redditio iucũditatis. Bonus sesus vsq; in tẽpus absc̃odet verba illius, & labia multorũ enarrabunt

Prou. 1. a.

Prouerb. 4

9. c. psal. 110. d

neq; adijcias peccatũ super peccatũ. Et ne dicas, Miseratio Domini magna est, multitudinis peccatorũ meorũ miserebitur. Misericordia enim, & ira ab illo cito proximat, & in peccatores respicit ira illius. Nõ tardes cõuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem. subito enim veniet ira illius, & in tempore vin-
C dictæ disperdet te. Noli anxius esse in diuitijs iniustis. non enim proderunt tibi in die obProu. 11. a. ductionis & vindictæ. ‖ Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam. sic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Esto firmus in via Domini, & in veritate sensus tui & scientia, & prosequatur te verbum pacis & iustitiæ. Esto mansuetus ad
D audiẽdum verbum Dei, vt intelligas: & cum sapientia proferas responsum verũ. Si est tibi intellectus, responde proximo: sin autem, sit manus tua super os tuũ, ne capiaris in verbo indisciplinato, & confundaris. Honor & gloria in sermone sensati, lingua verò imprudentis subuersio est ipsius. Non appellẽris susurro, & lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim est confusio & pœnitẽtia, & deuotatio pessima super bilinguem: susurratori autem odium & inimicitia & contumelia. Iustifica pusillum, & magnum similiter.

S. Proximi dilectionem repellunt improperium, inuidia ac ferocitas: quam iuuant dulcedo in verbis & pacifica conuersatio: multiplices sunt amici, sed verus amicus non potest & satis æstimari. quantum diligenda & conseruanda sit sapientia: quærenda est prudentium societas, et seruanda Dei præcepta.

CAP. VI.

A NOli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per stultitiam, & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignũ aridũ in eremo. anima enim nequã disperdet qui se habet, & in gaudiũ inimicis dat illũ & deducet in sortẽ impiorũ. Verbũ dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: * gratiosa. 6 & lingua 'eucharis' in bono homine abundat. Multi pacifici sint tibi, & consiliarius sit tibi vnus de mille. Si possides amicum, in tentatione posside eum, & ne facile credas ei *. Est * eiipsum. enim amicus secundum tempus suum, & non permanebit in die tribulationis. Et est amicus qui conuertitur ad inimicitiam: & est amicus qui odium & rixam & conuitia denudabit. Est autem amicus socius mensæ, & non
B permanebit in die necessitatis. Amicus si permanserit fixus, erit tibi quasi coæqualis, & in domesticis tuis fiducialiter aget. si humiliauerit se cõtra te, & à facie tua abscõderit se, vnanimem habebis amicitiam bonam. Ab inimicis tuis separare, & ab amicis tuis attende. Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem inuenit illum, inuenit thesaurum. Amico fideli nulla est comparatio, & non est digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuũt Dominum, inuenient illum. Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam secundum illum erit amicus illius. Fili, à iuuẽtute tua excipe doctrinam, & vsque ad canos inuenies sapientiam. Quasi is qui arat, & qui seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius. in opere enim ipsius exiguum laborabis, & cito edes de generationibus illius. Quàm aspera
C est nimium sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabũtur proijcere illàm. Sapientia enim doctrinæ secundũ nomen est eius, & non est multis manifesta. quibus autem cognita est, permanet vsque ad conspectum Dei. Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abijcias consilium meum. inijce pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum. subijce humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis eius. In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserua vias eius. Inuestiga illam, & manifestabitur tibi, &
D continens factus ne derelinquas eam. in nouissimis enim inuenies requiem in ea, & conuertetur tibi in oblectationem. Et erunt tibi compedes eius in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolã gloriæ. decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutaris. Stola gloriæ indues eam, & coronam gratulationis superpones tibi. Fili, si attẽderis mihi, disces, * & si * etiam accommodaueris animum, sapiens eris. Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris. In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapiẽtiæ illorum ex corde coniungere, vt omnem narrationem Dei possis audire, & prouerbia laudis non effugiant à te. Et si videris sensatum, euigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

S. Abstinendum à malis: vetantur ambitio, præsumptio, pusillanimitas, mendacium, verbositas coram presbyteris, & præsumptio in oblationibus: laus agriculturæ, bonæ mulieris & serui frugi: parentes filios erudiant, & filias elocent:

cent: filij honorent parentes: Deus ac sacerdotes ipsius honorandi: ad opera misericordiæ hortatur, & ad memoriam nouissimorum.

CAP. VII.

A NOli facere mala, & non te apprehendent. Discede ab iniquo, & deficient mala abs te. Fili, non semines mala in sulcis iniustitiæ, & non metes ea in septuplũ. Noli quærere ab homine ducatum, neque à rege cathedram honoris. Non te iustifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipse est: & penes regem noli velle videri sapiens. Noli quærere fieri iudex nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in agilitate tua. Non pecces in multitudine ciuitatis, nec te immittas in populum, neque alliges duplicia peccata: nec enim in vno eris immunis. Noli esse pusillanimis in animo tuo. Exorare, & facere eleemosynam ne despicias. Ne dicas, In multitudine munerũ meorũ respiciet Deus, & offerente me Deo altissimo, munera mea

B suscipiet. Non irrideas hominẽ in amaritudine animæ: est enim qui humiliat & exaltat, circũspector Deus. Noli amare mendaciũ aduersus fratrem tuũ: neq; in amicum similiter facias. Noli velle mentiri omne mendaciũ: assiduitas enim illius non est bona. Noli verbosus esse in multitudine presbyterorũ, & nõ iteres verbũ in oratione tua. Non oderis laboriosa opera, & rusticationem creatam ab Altissimo. Non te reputes in multitudine indisciplinatorum. Memento iræ, quoniã nõ tardabit. Humilia valde spiritum tuum: quoniam vindicta carnis impij, ignis & vermis. Noli præuaricari in amicum pecuniam differentem, neq; fratrem charissimum auro spreueris. Noli discedere à muliere sensata & bona, quam

C sortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius super aurum. Non lædas seruum in veritate operantem, neq; mercenariũ dantem animam suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neq; inopẽ derelinquas illum. Pecora tibi sunt? attẽde illis: & si sunt vtilia, perseuerent apud te. Filij tibi sunt? erudi illos, & curua illos à pueritia illorum. Filiæ tibi sunt? serua corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam. Mulier si est tibi secundum animã tuam, non proijcias illam: & odibili non credas te

Supr. 3. b. in toto corde tuo. ‖ Honora patrem tuum, &

Tobi. 4. a. gemitus matris tuæ ne obliuiscaris. ‖ Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses: &

D retribue illis, quomodo & illi tibi. In tota anima tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros eius ne derelinquas. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachijs. Da illis partem, sicut ‖ mandatum est tibi, Leuit. 2. b. primitiarum & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum tuorum & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum: & pauperi porrige manum tuam, vt perficiatur propitiatio, & benedictio tua. Gratia "datus" in conspectu omnis viuentis, & mortuo non prohibeas gratiam. "dati. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. Non te pigeat ‖ visitare infirmũ: ex his enim in dilectione firmaberis. Matt. 25. d. In oĩbus operibus tuis memorare nouissima tua, & in æternũ nõ peccabis.

S. *Non contendendũ cum potente, locuplete, linguato, indocto: non despiciendus pœnitens nec senex: de mortuo inimico ne gaudeas: audiendi seniores, arguendi peccatores & contumeliosi: fœnerari: spondere: contra iudicem: cum audace: cum iracundo: cum fatuis: cum extraneo.*

CAP. VIII.

NOn litiges cum homine potente, ne A forte incidas in manus illius. Non cõtendas cũ viro locuplete, ne fortè cõtra te constituat litem tibi. multos enim perdidit aurum & argentum, & vsque ad cor regum extendit, & conuertit. Non litiges cũ homine linguato, & non strues in ignem illius ligna. Non communices homini indocto, ne male de progenie tua loquatur. Ne despicias hominem auertentem se à peccato, neque improperes ei. memento quoniã omnes in "correptione" sumus. "corruptione Ne spernas hominem in sua B senectute: etenim ex nobis senescunt. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: sciens quoniã oẽs morimur, & in gaudium "volumus" venire. "nolumus. Ne despicias narrationẽ presbyterorũ sapientũ, & in prouerbijs eorũ conuersare. ab ipsis enim disces sapientiã, & doctrinam intellectus, & seruire magnatis sine querela. Nõ te prætereat narratio seniorum: ipsi enim didicerunt à patribus suis, quoniã ab ipsis disces intellectũ, & in tẽpore necessitatis "dabis" respõsum. "dare. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flamma ignis peccatorum illorũ. Ne contra faciẽ stes contumeliosi ne sedeat quasi insidiator ori tuo. Noli C fœnerari homini fortiori te: quòd si fœneraueris quasi perditum habe. Non spondeas super virtutem tuam: quòd si spoponderis, quasi restituens cogita. Non iudices contra iudicem: quoniã secundum quod iustum est, iudicat. Cum audace nõ eas in via, ne forte grauet mala sua in te: ipse enim secundum voluntatem suam vadit, & simul cũ stultitia illius peries. Cum iracundo non facias rixam, & cum audace

bunt sensum illius. In thesauris sapientiæ significatio disciplinæ: execratio autem peccatori, cultura Dei. Fili, concupiscens sapientiã, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi. Sapientia enim & disciplina timor Domini: & quod beneplacitum est illi, fides & mansuetudo, & adimplebit thesauros illius. Ne sis incredibilis timori Domini: & ne accesseris ad illum duplici corde. Ne fueris hypocrita in conspectu hominum, & non scandalizeris in labijs tuis. Attende in illis: ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationẽ, & reuelet Deus absconsa tua, & in medio synagogæ elidat te: quoniam accessisti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum est dolo & fallacia.

S. *Deo seruiturus stet in iustitia, Dei timore & patientia, timentes verò Deũ credant, fidantq; in illum, & maximos hinc fructus accipiẽt: væ autem incredulis & impatientibus: effectus quoque diuini timoris explicantur.*

CAP. II.

A FIli, accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuũ, & sustine: inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tempore obductionis. Sustine sustentationes Dei: cõiungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissmo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentũ, homines verò receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serua timorẽ illius, & in illo veterasce.

B Metuentes Dominũ sustinete misericordiam eius: & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominũ, credite illi: & non euacuabitur merces vestra. Qui timetis Dominũ, sperate in illum: & in oblectationem veniet vobis misericordia. Qui timetis Dominum diligite illũ, & illuminabũtur corda vestra. Respicite filij nationes hominũ: & scitote quia nul-

Psal. 36. d. lus sperauit in Domino, & cõfusus est. ‖ Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illũ? Quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

C Væ duplici corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideo non protegentur ab eo. Væ his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterũt

"facietis. in vias prauas. Et quid "facient" cum inspicere cœperit Dominus. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conseruabunt viam illius. Qui timent Dominũ, inquirent quæ benepla- D citasunt ei: & qui diligunt eũ, replebuntur lege ipsius. Qui timẽt Dominum præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabũt animas suas. Qui timent Dominũ, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsq; ad inspectionem illius, dicentes, Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

S. *Honor parentum multiplicem Dei meretur benedictionem: & inhonoratio maledictionem: modestia animi laudatur contra curiositatem: & cor durum, nequam & superbum vituperatur, laudato sapiente & eleemosynam tribuente.*

CAP. III.

FIlij sapientiæ, ecclesia iustorum: & natio A illorum, obedientia & dilectio. Iudiciũ patris audite filij, & sic facite vt salui sitis. Deus enim honorauit patrem in filijs: & iudicium matris exquirens, firmauit in filios. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & cõtinebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur. Et sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrẽ suũ, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominũ honorat parentes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerũt. ‖ In opere & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Exo. 20. c. Deut. 5. b. Math. 15. a. Marci. 7. b. Ephe. 6. a. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio. gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui: & nõ contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua. eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonũ, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Quàm malæ famæ D est qui derelinquit patrẽ: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrẽ. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominũ gloriam diligêris. Quãto magnus es, humilia te in omnibus, & corã Deo inuenies gratiã, quoniã magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. ‖ Altiora te ne quæsieris, & fortiora Prou. 25. d.

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

te ne scrutatus fueris: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus eius ne fueris curiosus. non est enim tibi necessarium ea quæ abscondita sunt videre oculis tuis. In superuacuis rebus noli scrutari multipliciter, & in pluribus operibus eius non eris curiosus. Plurima enim super sensum hominum ostensa sunt tibi. Multos enim supplantauit suspicio illorũ, & in vanitate detinuit sensus illorum. Cor durũ habebit male in nouissimo: & qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias, nõ habebit successus, & prauus corde in illis scandalizabitur. Cor nequã grauabitur in doloribus, & peccator adijciet ad peccandum. Synagógæ superborũ non erit sanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelligetur. Cor sapientis intelligitur in sapientia, & auris bona audiet cum omni concupiscentia sapientiam. Sapiens cor, & intelligibile abstinebit se à peccatis; & in operibus iustitiæ successus habebit. ‖Ignem ardentem extinguit aqua, & eleemosyna resistit peccatis: & Deus prospector est eius qui reddit gratiam. Meminit in posterum, & in tempore casus sui inueniet firmamentum. (Dani. 4.c.)

S. *Ad opera misericordiæ & sapientiam multipliciter hortatur, huius ostendens vtilitates: confusio bona & mala: non occultanda sapientia, nec veritati contradicendum: pro iustitia certandum: verbo tuo opus respondeat: sis humanus erga subditos & nõ auarus.*

CAP. IIII.

(Tobię. 4.b) FIlli, eleemosynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne transuertas à paupere. Animam esurientem ne despexeris, & non exasperes pauperẽ in inopia sua. Cor inopis ne afflixeris, & nõ protrahas datũ angustianti. Rogationẽ contribulati ne abijcias: & non auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram: & nõ relinquas quærentibus tibi retro maledicere. maledicẽtis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius. exaudiet autem eum qui fecit illum. Congregationi pauperũ affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum. Declina pauperi sine tristitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & responde illi pacificè in mansuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi: & non acidè feras in anima tua. In iudicando esto pupillis misericors vt pater, & pro viro matri illorum: & eris tu velut filius altissimi obediens, & miserebitur tui magis quàm mater. Sapientia filijs suis vitam inspirat, & suscipit inquirentes se, & præibit in via iustitiæ. & qui illam diligit, diligit vitam: & qui vigilauerint ad illam, cõplectentur placorẽ eius.

Qui tenuerint illam, vitam hæreditabunt: & quò introibit, benedicet Deus. Qui seruiunt ei, obsequentes erunt sancto: & eos qui diligunt illam, diligit Deus. Qui audit illam, iudicabit gẽtes: & qui intuetur illam, permanebit confidens. Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erunt in confirmatione cræaturæ illorum: quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum. Timorẽ & metum, & probationem inducet super illum, & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ suæ, donec tẽtet eum in cogitationibus suis, & credat animæ illius. Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illũ, & lætificabit illum, & denudabit absconsa sua illi, & thesaurizabit super illum scientiam & intellectum iustitiæ. Si autẽ oberrauerit, derelinquet eum, & tradet eũ in manus inimici sui. Fili, cõserua tempus & deuita à malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verũ. est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam. Ne accipias faciem aduersus faciem tuam, nec aduersus animam tuam mendaciũ. Ne reuerearis proximum tuũ in casu suo: nec retineas verbum in tempore salutis. Non abscõdas sapientiam tuam in decôre suo. In lingua enim sapientia dignoscitur: & sensus, & scientia, & doctrina in verbo sensati, & firmamentũ in operibus iustitiæ. Non contradicas verbo veritatis vllo modo, & de mẽdacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris cõfiteri peccata tua, & ne subijcias te omni homini pro peccato. Noli resistere cõtra faciem potentis, nec coneris contra ictũ fluuij. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iustitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos. Noli citatus esse in lingua tua: & inutilis, & remissus in operibus tuis. Noli esse sicut leo in domo tua, euertens domesticos tuos, & opprimẽs subiectos tibi. Non sit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

S. *Non permanendum in peccato ob confidentiã diuitiarum, iuuentutis, fortitudinis aut misericordiæ Domini: ne sis vagus, sed firmus & mansuetus in via Domini, & cordatus in verbis: ne sis susurro aut bilinguis.*

CAP. V.

NOli attẽdere ad possessiones iniquas, & ne dixeris, Est mihi sufficiens vita. nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis. Ne sequaris in fortitudine tua concupiscentiam cordis tui: & ne dixeris, Quomodo potui? aut quis me subijciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris, Peccaui, & quid mihi accidit triste? Altissimus enim est patiens redditor. (Infra.16.b &.21.a.) ‖De propitiato peccato noli esse sine metu, neq;

dace non eas in desertum: quoniam quasi nihil est ante illum sanguis, & vbi non est adiutorium, elidet te. Cum fatuis consilium non habeas. non enim poterunt diligere nisi quæ eis placent. Coram extraneo ne facias consilium: nescis enim quid pariet. Non omni homini cor tuum manifestes: ne fortè inferat tibi gratiam falsam, & conuitietur tibi.

S. *Quàm sit prudenter cum mulieribus agendũ, & quàm sit societas & affectus earum viris periculosa: amicus antiquus seruandus: peccatoris gloria non zelanda: absis ab homine potestatem occidendi habente: cum sapientibus tractandum, & Deus præ oculis habendus.*

CAP. IX.

NOn zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super te malitiam doctrinæ nequam. Non des mulieri potestatẽ animæ tuæ, ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris. Ne respicias mulierẽ multiuolam: ne fortè incidas in laqueos illius. Cum saltatrice ne assiduus sis: nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius. Virginem ne cõspicias, ne fortè scandalizeris in decôre illius. Ne des fornicarijs animã tuã in vllo: ne perdas te, & hæreditatem tuam. Noli circunspicere in vicis ciuitatis, nec oberraueris in plateis illius. Auerte faciem tuã à muliere compta, & ne circunspicias speciẽ alienam. propter speciẽ mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit. Omnis mulier quæ est fornicaria, quasi stercus in via cõculcabitur. Speciẽ mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti sunt. colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cũ aliena muliere ne sedeas omnino, nec accumbas cũ ea super cubitũ: & non altercaris cum illa in vino, ne fortè declinet cor tuum in illã, & sanguine tuo labaris in perditionẽ. Ne derelinquas amicum antiquũ: nouus enim non erit similis illi. Vinum nouum, amicus nouus, veterascet, & cum suauitate bibes illud. Non zeles gloriã, & opes peccatoris: nõ enim scis quæ futura sit illius subuersio. Non placeat tibi iniuria iniustorum, sciens quoniam vsque ad inferos non placebit impius. Longe abesto ab homine potestatem habente occidendi, & non suspicaberis timorẽ mortis, & si accesseris ad illum, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitã tuã. Communionem mortis scito: quoniã in medio laqueorum ingredieris, & super dolẽtium arma ambulabis. Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo, & cum sapientibus & prudentibus tracta. Viri iusti sint tibi conuiuæ, & in timore Dei sit tibi gloriatio, & in sensu sit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altissimi. In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in sapientia sermonis sui, in sensu verò seniorum verbum. Terribilis est in ciuitate sua homo linguosus: & temerarius in verbo suo odibilis erit.

S. *Sapiens iudex, vtilis: insipiens, perniciosus. rectorem subditi imitantur: omnia in manu Dei: iniuriæ obliuiscendum: detestatio superbiæ, iniustitiæ, contumeliæ, auaritiæ: homo breuis vitæ post mortem vermis: discessus à Deo causa est superbiæ: gentes ob superbiam à Deo perditæ: laus timoris Dei: non despiciendus pauper iustus, nec diues peccator honorandus: anima in mansuetudine seruanda.*

CAP. X.

IVdex sapiens iudicabit populum suum, & principatus sensati stabilis erit. Secũdum iudicẽ populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. In manu Dei potestas terræ: & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tẽpus super illam. In manu Dei potestas hominis, & super faciem scribæ imponet honorem suum. Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. Odibilis coram Deo est & hominibus superbia: & execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. (Transfert. regn.) Auaro autẽ nihil est scelestius. Quid superbit terra & cinis? Nihil est iniquius, quàm amare pecuniam. hic enim & animam suam venalem habet: quoniã in vita sua proiecit intima sua. Omnis potentatus breuis vita. Languor prolixior grauat medicum. Breuem languorem præcîdit medicus: sic & rex hodie est, & cras morietur. Cũ enim morietur homo, hæreditabit serpentes, & bestias, & vermes. Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo: quoniam ab eo qui fecit illum, recessit cor eius. quoniam initium omnis peccati est superbia: qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & subuertet eum in finem. Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum, & destruxit eos vsq; in finem. Sedes ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis. Radices gentium superbarum arefecit Deus, & plantauit humiles ex ipsis gentibus. Terras Gentiũ euertet Dominus, & perdidit eas vsq; ad fundamentum. arefecit ex ipsis, & disperdidit eos, & cessare fecit memoriam eorum à terra. Memoriam superborum perdidit Deus, & reliquit memoriã humilium sensu. Non est creata hominibus superbia: neque iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc, quòd timet Deum: semen

autem

Universidad de Deusto Biblioteca

autem hoc exhonorabitur, quòd præterit
mandata Domini. In medio fratrum rector il
lorum in honore: & qui timent Dominum,
erunt in oculis illius. Gloria diuitum, honora
torum, & pauperum, timor Dei est: non despi
cere hominem iustum pauperem, & non ma-
D gnificare virum peccatorem diuitem. Magnus
est iudex, & potens est in honore: & non est
Prou. 17.a maior illo qui timet Deum. ||Seruo sensato li
beri seruient: & vir prudens & disciplinatus
non murmurabit correptus, & inscius nō ho-
norabitur. Noli extollere te in faciendo ope-
re tuo, & noli cunctari in tempore angustiæ.
Prou. 12.b ||Melior est qui operatur, & abūdat in omni-
bus, quàm gloriatur, & eget pane. Fili, in mā-
suetudine serua animam tuā, & da illi honorē
secundum meritum suum. Peccantem in ani-
mam suam quis iustificabit? & quis honorifi-
cabit exhonorantem animam suam? Pauper
gloriatur per disciplinā & timorem suum: &
est homo qui honorificatur propter substan-
tiam suam. Qui autē gloriatur in paupertate,
quanto magis in substantia? & qui gloriatur
in substantia, paupertatem vereatur.

S. *Sapientia humilitati: ex specie nemo iudicandus: de vestitu & honore non gloriandum: de re interrogandum ante iudicium: non cumulanda temporalia, nec in illis fidendum aut gloriandum: bona & mala à Deo: & bonorum & malorum memor sis: in domum non quiuis inducendus, & ab insidijs dolosi cauendum.*

CAP. XI.

A SApientia humiliati exaltabit caput illius,
& in medio magnatorum consedere il-
Ioan. 7.c. lum faciet. ||Non laudes virum in specie
sua, neque spernas hominem in visu suo. bre
uis in volatilibus est apis, & initium dulcoris
habet fructus illius. In vestitu ne glorieris vn
quam, nec in die honoris tui extollaris: quo-
niam mirabilia opera Altissimi solius, & glo-
riosa, & absconsa, & inuisa opera illius. Mul-
ti tyranni sederunt in throno, & insuspicabi-
lis portauit diadema. Multi potentes oppres-
si sunt valide, & gloriosi traditi sunt in manus
alterorum. Priusquam interroges, ne vitupe
res quenquam: & cum interrogaueris, corripe
Prou. 18.c. iustè. ||Priusquam audias ne respondeas ver-
"sermonū. 1. bum, & in medio "seniorum' ne adijcias lo-
qui. De ea re, quæ te non molestat, ne cer-
teris: & in iudicio peccantium ne consistas.
B Fili, ne in multis sint actus tui: & si diues
fueris, non eris immunis à delicto. si enim se-
cutus fueris, non apprehendes: & non effu-
gies, si præcucurreris. Est homo laborans, &
festinans, & dolens impius, & tanto magis
non abundabit. Est homo marcidus egens
recuperatione, plus deficiens virtute, & abun
dans paupertate, & oculus Dei respexit illum
in bono, & erexit eum ab humilitate ipsius, &
exaltauit caput eius: & mirati sunt in illo mul
ti, & honorauerunt Deum. Bona & mala,
vita & mors, paupertas & honestas, à Deo
sunt. ▹Sapientia & disciplina, & scientia le- ▹.13.
gis apud Deum. Dilectio, & viæ bonorum
apud ipsum. Error & tenebræ peccatoribus
concreata sunt: qui autem exultant in malis,
consenescunt in malo.' Datio Dei permanet
iustis, & profectus illius successus habebit in
æternum. Est qui locupletatur parcè agendo,
& hæc est pars mercedis illius in eo quòd di-
cit, ||Inueni requiem mihi, & nunc manduca- Lucæ. 12.c
bo de bonis meis solus. & nescit quòd tempus C
prætereat, & mors appropinquet, & relinquat
omnia alijs, & morietur. Sta in testamento
tuo, & in illo colloquere, & in opere manda-
torum tuorum veterasce. Ne manseris in o-
peribus peccatorum. Confide autem in Deo, Mane.
& mane in loco tuo. Facile est enim in ocu-
lis Dei subito honestare pauperē. Benedictio
Dei in mercedem iusti festinat, & in honore
veloci processus illius fructificat. Ne dicas,
Quid est mihi opus, & quæ erūt mihi ex hoc
bona? Ne dicas, sufficiens mihi sum: & quid ex
hoc pessimabor? ||In die bonorum ne imme- Infra. 18.d
mor sis malorum. & in die malorum ne imme
mor sis bonorum: quoniam facile est coram
Deo in die obitus retribuere vnicuique secun
dum vias suas. Malitia horæ obliuionem fa-
cit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denuda
tio operum illius. Ante mortem ne laudes ho
minem quenquam, quoniā in filijs suis agno C
scitur vir. Non omnem hominē inducas in do
mū tuā. multæ enim sunt insidiæ dolosi. Sicut
enim eructant præcordia fœtentium, & sicut
perdix inducitur in caueam, & vt caprea in la
queum: sic & cor superborum, & sicut prospe
ctor videns casum proximi sui. Bona enim in
mala conuertens insidiatur, & in electis impo
net maculam. A scintilla enim vna augetur
ignis, & ab vno doloso augetur sanguis: ho-
mo verò peccator sanguini insidiatur. Attēde D
tibi à pestifero, fabricat enim mala: ne fortè
inducat super te subsannationē in perpetuū.
Admitte ad te alienigenam, & subuertet te in
turbine, & abalienabit te à "vijs' proprijs.

S. *Benefaciendum iusto, impij verò & peccatores non suscipiendi: difficile est amicos ab inimicis dinoscere, nec inimicis vnquam fidendum, quantumuis amicitiam simulent.*

CAP. XII.

SI bene feceris, scito cui feceris, & erit gra A
tia in bonis tuis multa. Benefac iusto, &
inuenies retributionem magnam: & si
non ab ipso, certè à Domino. Non est enim
ei bene qui assiduus est in malis, & eleemo-
synas non danti: quoniam & Altissimus odio
habet peccatores, & misertus est pœnitenti-
"redde. 4. bus. Da misericordi, & ne suscipias peccatorē:
& impijs & peccatoribus" reddet' vindictam,
custodiens eos in diem vindictæ. Da bono, &
non receperis peccatorem. Benefac humili, &
non dederis impio: prohibe panes illi dare, ne
in ipsis potensior te sit. nam duplicia mala in
uenies in omnibus bonis, quæcunque feceris
B illi: quoniam & Altissimus odio habet pecca-
toris, & impijs reddet vindictam. Non agnos-
cetur in bonis amicus, & non abscondetur in
malis inimicus. In bonis viri, inimici illius: in
tristitia, & in malitia illius, amicus agnitus
est. Non credas inimico tuo in æternum. sicut
enim æramentū, eruginat nequitia illius, & si
humiliatus vadat curuus, adijce animū tuum,
C & custodi te ab illo. Non statuas illum penes
te, nec sedeat ad dexteram tuā, ne cōuersus stet
in loco tuo: ne forte cōuersus in locū tuum,
inquirat cathedram tuā: & in nouissimo co-
gnoscas verba mea, & in sermonibus meis sti-
muleris. Quis miserebitur incātatori à serpen
te percusso, & omnibus qui appropiant be-
stijs? sic & qui comitatur cum viro iniquo, &
obuolutus est in peccatis eius. Vna hora tecū
D permanebit: si autem declinaueris, non sup-
portabit. In labijs suis indulcat inimicus, & in
corde suo insidiatur, vt subuertat te in foueā.
In oculis suis lachrimatur inimicus: & si in-
uenerit tempus non satiabitur sanguine.
& si incurrerint tibi mala, inuenies eum illic
▹.12. priorem. ▹In oculis suis lachrymatur inimi-
cus, & quasi adiuuans suffodiet plantas tuas.
Caput suū mouebit, & plaudet manu, & mul
ta susurrans commutabit vultum suum.

S. *Periculosa sunt cōsortia cum superbo, diuite & potentiore: dilige Deum ac proximum: non conuenit diuiti cum paupere, & hoc despecto ille honoratur.*

CAP. XIII.

A QVi tetigerit picem, inquinabitur ab ea:
& qui cōmunicauerit superbo, induet
superbiam. Pondus super se tollet,
qui honestiori se cōmunicat. Et ditiori te ne
socius fueris. Quid communicabit cacabus ad
ollam? quando enim se colliserint, confrin-
getur. Diues iniustè egit, & fremet: pauper au
tem læsus tacebit. Si largitus fueris, assumet
te: & si non habueris, derelinquet te. Si ha-
bes, conuiuet tecum, & euacuabit te, & ipse
non dolebit super te. Si necessarius illi fueris,
supplantabit te, & subridens spem dabit, nar-
rans tibi bona, & dicet, Quid opus est tibi?
Et confundet te in cibis suis, donec te exina-
niat bis, & ter: & in nouissimo deridebit te.
& postea vidēs derelinquet te, & caput suum
B mouebit ad te. Humiliare Deo, & expecta-
manus eius. Attēde, ne seductus in stultitiam
humilieris. Noli esse humilis in sapientia tua,
ne humiliatus in stultitiam seducaris. Aduo-
catus à potentiore discede: ex hoc enim ma-
gis te aduocabit. Ne improbus sis, ne impin-
garis: & ne longè sis ab eo, ne eas in obliuio-
nem. Ne retineas ex æquo loqui cum illo: nec
credas multis verbis illius. ex multa enim lo-
quela tentabit te, & subridens interrogabit te
de absconditis tuis. Immitis animus illius cō
seruabit verba tua: & nō parcet de malitia, &
de vinculis. Caue tibi, & attende diligenter
auditui tuo: quoniam cum subuersione tua
ambulas. Audiens verò illa, quasi in somnis
vide: & vigilabis. Omni vita tua dilige De- C
um, & inuoca illum in salute tua. || Omne Infr. 27.b.
animal diligit simile sibi: sic & omnis ho-
mo proximum sibi. Omnis caro ad similem
sibi coniungetur, & omnis homo simili sui
sociabitur. Si communicabit lupus agno ali-
quando: sic peccator iusto. Quæ communica
tio sancto homini ad canē? aut quæ "pars' di- "pax. 8.
uiti ad pauperem? Venatio leonis onager in
eremo: sic & pascua diuitum, sunt pauperes.
Et sicut abominatio est superbo humilitas:
sic & execratio diuitis pauper. Diues com-
motus confirmatur ab amicis suis: humilis
autem cum ceciderit, expelletur & à notis.
Diuiti decepto multi recuperatores: locutus D
est superba, & iustificauerunt illum. humilis
deceptus est, insuper & arguitur: locutus est
sensatè, & non est datus ei locus. Diues lo-
cutus est, & omnes tacuerunt, & verbum il-
lius vsque ad nubes perducent. pauper locu-
tus est, & dicunt, Quis est hic? & si offende-
rit, subuertent illum. Bona est substantia, cui
non est peccatum in conscientia: & nequissi-
ma paupertas in ore impij. Cor hominis im-
mutat faciem illius, siue in bona, siue in ma-
la. Vestigium cordis boni & faciem bonam
difficilè inuenies, & cum labore.

S. *Beatus qui non est verbo lapsus: auaro & liuido perniciosæ diuitiæ, & de vtriusque miserijs: de substantia benefaciendum ante mortem quæ non tardat: de hominis fragilitate: beatus sapientiæ & iustitiæ studiosus.*

CAP. XIIII.

BEatus vir qui non est lapsus verbo ex A
ore suo, & nō est stimulatus in tristitia
delicti. Fœlix qui non habuit animi sui
tristitiam, & non excidit à spe sua. Viro cupi-
do & tenaci, sine ratione est substātia, & ho-
mini liuido ad quid aurū? Qui aceruat ex ani
mo suo iniustè, alijs congregat, & in bonis
illius alius luxuriabitur. Qui sibi nequā est,
cui alij bonus erit? & non iucundabitur in bo
nis suis. Qui sibi inuidet, nihil est illo ne-
quius, & hæc redditio est malitiæ illius: & si
benefecerit, ignoranter, & non volens facit:
& in

& in nouissimo manifestat malitiam suam.
Nequam est oculus liuidi, & auertens faciem
Prou.27.c suam, & despiciens animam suam. ‖Insatiabi
B lis oculus cupidi in parte iniquitatis: non sa-
tiabitur, donec consumat arefaciens animam
suam. Oculus malus ad mala: & non satiabi-
tur pane indigẽs & in tristitia erit super men
sam suam. Fili, si habes, benefac tecũ, & Deo
dignas oblationes offer. Memor esto quo-
niam mors non tardat, & testamentum infe-
rorum quia demonstratum est tibi: testamen
Sup.4.a. tum enim huius mũdi morte morietur. ‖An-
Tob.4.b. te mortem benefac amico tuo, & secundum
C vires tuas exporrigens da pauperi. Non de-
frauderis à die bono, & particula boni doni
non te prætereat. Nónne alijs relinques dolo-
res & labores tuos in diuisione sortis? Da &
accipe, & iustifica animam tuam. Ante obitũ
tuum operare iustitiam: quoniam non est a-
Isai.40.b. pud inferos inuenire cibum. ‖Omnis caro si-
Iaco.1.b. cut fœnum veteraſcet, & sicut folium fructi-
1.Pet.1.d. ficans in arbore viridi. Alia generantur, & a-
lia deijciuntur: sic generatio carnis & sangui
nis, alia finitur, & alia nascitur. Omne opus
corruptibile in fine deficiet: & qui illud ope-
ratur, ibit cum illo. Et omne opus electum iu
stificabitur: & qui operatur illud, honorabi-
tur in illo. Beatus vir qui in sapientia morabi
D tur: & qui in iustitia sua meditabitur: & in sen
su cogitabit circunspectionem Dei. Qui exco
gitat vias illius in corde suo, & in absconditis
suis intelligens, vadens post illam quasi inue
stigator, & in vijs illius consistens, qui respi-
cit per fenestras illius, & in ianuis illius audi-
ens: qui requiescit iuxta domum illius, & in
parietibus illius figens palum statuet casulam
suam ad manus illius, & requiescét in casula
illius bona per æuum: statuet filios suos sub
tegmine illius, & sub ramis eius morabitur.
protegetur sub tegmine illius à feruore, & in
gloria eius requiescet.

S. Beatus qui in timore Dei aptat se ad sapientiã, quam stulti & mendaces non assequentur: pecata Deo non sunt asscribenda, sed homini qui ab illo conditus est libero arbitrio, propositis præceptis quæ seruare poterat: Dei oculis omnia nuda sunt.

CAP. XV.

A QVi timet Deum, faciet "bona: & qui cõ
"illud.18. tinens est iustitiæ, apprehendet illam,
& obuiabit illi quasi mater honorificata, & quasi mulier à virginitate susciciet
illum. Cibabit illũ pane vitæ & intellectus, &
aqua sapientiæ salutaris potabit illum: & fir-
mabitur in illo, & non flectetur: & cõtinebit
illum, & non confundetur: & exaltabit illum
apud proximos suos, & in medio ecclesiæ ape
riet os eius, & adimplebit illum spiritu sa-
pientiæ & intellectus, & stola gloriæ vestiet
illum. Iucunditatem & exultationem thesau- B
rizabit super illum, & nomine æterno hære-
ditabit illum. homines stulti non apprehen-
dent illam, & homines sensati obuiabunt illi.
homines stulti non videbunt eã: longe enim
abest à superbia & dolo. viri mendaces non
erunt illius memores: & viri veraces inueniẽ-
tur in illa, & successum habebũt vsq; ad inspe
ctionem Dei. Non est speciosa laus in ore pec- *quia nõ ex
catoris *quoniam à Deo profecta est sapien- à Domino
tia. sapientiæ enim Dei astabit laus, & in ore missus.
fideli abundabit, & dominator dabit eam illi.
Non dixeris, Per Deum abest. quæ enim odit
ne feceris. Non dicas, Ille me implanauit: Nó
enim necessarij sunt ei homines impij. Omne C
execramentum erroris odit Dominus, & non
erit amabile timentibus eum. Deus ab initio
constituit hominem, & reliquit illum in ma-
nũ consilij sui. Adiecit mandata & præcepta, Matt.19.c
sua. ‖Si volueris mãdata seruare, conseruabũt
te, & in perpetuum fidem placitam facere. Ap
posuit tibi aquã & ignem: ad quod volueris, Iere.21.c
porrige manũ tuam. ‖Ante hominem vita & D
mors: bonum & malum, quod placuerit ei, da
bitur illi: quoniam multa sapiẽtia Dei, & for
tis in potentia, videns omnes sine intermis- Psal.33.e.
sione. ‖Oculi Domini ad timentes eum, & Hebr.4.c.
ipse agnoscit omnẽ operam hominis. Nemi-
ni mandauit impiè agere, & nemini dedit spa
tium peccandi. non enim concupiscit multi-
tudinem filiorum infidelium & inutilium.

S. Non exaltandum in filijs impijs: de ira Dei in malos & misericordia in bonos: magna sunt operum misericordiæ merita: Dei cognitioni ac iudicio nemo se potest subtrahere, cuius opera sunt ab homine inscrutabilia.

CAP. XVI.

NE iucunderis in filijs impijs, si multi- A
plicẽtur: nec oblectẽris super ipsos, si
nõ est timor Dei in illis. Non credas
vitæ illorum, & ne respexeris in labores eorũ.
Melior est enim vnus timens Deum, quàm
mille filij impij. Et vtile est mori sine filijs,
quàm relinquere filios impios. Ab vno sensa
to inhabitabitur patria, & à tribus impijs de-
seretur. Multa talia vidit oculus meus, & for
tiora horum audiuit auris mea. ‖In synagóga Infra.51.b
peccantiũ exardebit ignis, & in gente incredi
bili exardescet ira. Non exorauerunt pro pec
catis suis antiqui gigantes, qui destructi sunt
confidentes fuæ virtuti: & non pepercit pe-
regrinationi illorum, & execratus est eos præ
superbia verbi illorum. Non misertus est illis B
gentem totam perdens, & extollentem se in
peccatis suis. Et sicut sexcenta millia peditũ
qui congregati sunt in duritia cordis sui: & si
vnus fuisset ceruicatus, mirum si fuisset im-
munis. misericordia enim & ira est cum illo.

Potens

Potens exoratio, & effundens iram secundũ
misericordiam suam: sic correptio illius ho-
minem secundum opera sua iudicat. Non ef-
fugiet in rapina peccator, & non retardabit
sufferentia misericordiam facientis. Omnis
misericordia faciet locum vnicuique secundũ
meritum operum suorum, & secundum intel
lectum peregrinationis ipsius. Non dicas, A
Deo abscondar, & ex summo quis mei memo
C rabitur? in populo magno non agnoscar: quæ
est enim anima mea in tam immensa creatu-
ra? Ecce, cœlum, & cœli cœlorum, abyssus, &
vniuersa terra, & quæ in eis sunt, in conspe-
ctu illius commouebuntur, montes simul, &
colles, & fundamenta terræ: & cum conspexe-
rit illa Deus, tremore concutientur. Et in om
nibus his insensatum est cor: & omne cor in-
telligitur ab illo: & vias illius quis intelligit,
& procellam quam nec oculus videbit homi-
nis? Nam plurima illius opera sunt in absco
nis: sed opera iustitiæ eius quis enũtiabit? aut
"omnium. quis sustinebit? Longè enim est testamẽtum
à quibusdam, & interrogatio "hominum' in
consummatione est. Qui minoratur cor-
de, cogitat inania: & vir imprudens & errans
D cogitat stulta. Audi me fili, & disce disciplinam sensus, & in verbis meis attende in corde
tuo, & dicam in æquitate disciplinam, & scru-
tabor enarrare sapientiam. & in verbis meis
attende in corde tuo, & dico in æquitate spi-
ritus virtutes quas posuit Deus in opera sua
ab initio, & in veritate enuntio scientiã eius.
*In iudicio Dei opera eius ab initio, & ab in-
stitutione ipsorũ distinxit partes illorum, &
initia eorũ in gẽtibus suis. Ornauit in æternũ
opera illorum, nec esurierunt, nec laborauer-
runt, & non destiterũt ab operibus suis. Vnus
quisq; proximũ sibi non angustiabit vsq; in
æternũ. Non sis incredibilis verbo illius. Post
hæc Deus in terrã respexit, & impleuit illã bo
nis suis. Anima autẽ oĩs vitalis denũtiabit an
te faciẽ ipsius, & in ipsa iterũ reuersio illorũ.

S. Creatio primorum parentum, donaq; ipsis collata ac præcepta proposita, distinctio generis humani in varias nationes, quibus rectores præposuit, illosq; & ipsorum opera vniuersa perpetuo intuetur: virtus eleemosynæ: exhortatur peccatores ad pœnitentiam dum sani sunt, proposita Dei misericordia.

CAP. XVII.

A DEus ‖ creauit de terra hominem, & se-
Gen.1.d.2 cundum imaginem suam fecit illum.
Dis.2.a. Et iterum conuertit illum in ipsam, &
secundum se vestiuit illum virtute. Numerũ
dierum & tempus dedit illi, & dedit illi pote-
statem eorũ quæ sunt super terram. Posuit ti-
morẽ illius super omnem carnẽ, & dominatus
Gen.9.d. est bestiarum & volatilium. ‖Creauit ex ipso
adiutorium simile sibi: consilium & linguam,
& oculos, & aures, & cor dedit illis excogitan
di: & disciplina intellectus repleuit illos. Cre-
auit illis scientiam spiritus, sensu impleuit cor
illorum, & mala & bona ostendit illis. Posuit B
oculum "ipsorum' super corda illorum ostẽ- "suum.2.
dere illis magnalia operum suorum, vt nomẽ
sanctificationis collaudent: & gloria in mira-
bilibus illius, vt magnalia enarrẽt operũ eius.
Addidit illis disciplinam, & legem vitæ hære-
ditauit illos. Testamentum æternum consti-
tuit cum illis, ▷ & iustitiam ' & iudicia sua ▷.2.
ostendit illis. Et magnalia honoris eius vidit
oculus illorum, & honorem vocis audierunt
aures illorum, & dixit illis, Attendite ab omni
iniquo. Et mandauit illis vnicuique de pro-
ximo suo. Viæ illorum coram illo sunt sem-
per, non sunt absconsæ ab oculis ipsius. In v-
namquãq; gentem præposuit rectorẽ: & pars
Dei Israel facta est manifesta. ▷ Et' omnia opẽ ▷.2.
ra illorum velut sol in conspectu Dei: & ocu
li eius sine intermissione inspicientes in vijs
eorum. Nõ sunt absconsa testamenta per ini- C
quitatẽ illorum, & omnes iniquitates eorum
in conspectu Dei. ‖Eleemosyna viri quasi sac Infra. 29.6
culus cum ipso, & gratiam hominis quasi pu-
pillam conseruabit: & postea resurget, & retri
buet illis retributionẽ, vnicuiq; in caput ipso-
rum, & conuertet in interiores partes terræ.
Pœnitentibus autẽ dedit viã iustitiæ, & con-
firmauit deficientes sustinere, & destinauit il
lis sortẽ veritatis. Conuertere ad Dominum,
& relinque peccata tua: precare ante faciẽ "do- "eius.4.
mini, '& minue offẽdicula. Reuertere ad domi
nũ & auertere ab iniustitia ▷ tua, ' & nimis o- ▷.3.
dito execrationẽ: & cognosce iustitias & iu-
dicia Dei, & sta in sorte propositionis & o-
rationis altissimi Dei. In partes vade seculi san D
cti, cum viuis & dãtibus confessionem Deo.
Non demoreris in errore impiorum, ▷ ante ▷.4.
mortem confitere. ' A mortuo quasi nihil, pe-
rit ▷ confessio. ' Confiteberis viuens, viuus & ▷.12.
sanus confiteberis, & laudabis Deum, & glo-
riaberis in miserationibus illius. Quàm ma-
gna misericordia Domini, & propitiatio illius
conuertentibus ad se? Nec enim omnia pos-
sunt esse in hominibus, quoniã nõ est immor
talis filius hominis, & in vanitate malitiæ pla
cuerũt. Quid lucidius sole? & hic deficiet. Aut
quid nequius * excogitauit caro & sanguis? *quæquoq;
& hoc arguetur. Virtutem altitudinis cœli
ipse cõspicit: & omnes homines terra & cinis.

S. Dei magnalia homini inscrutabilia: hominis miseria & Dei erga illum miseratio: proximo miserendum: quomodo infirmus se habere debeat: quomodo sit orandum: considerandũ Dei iudicium, & à proprijs concupiscentijs discedendum.

CAP.

CAP. XVIII.

A Qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur, & manet inuictus rex in æternum. Quis sufficit enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia eius? Virtutem autem magnitudinis eius quis enuntiabit? aut quis adijciet enarrare misericordiam eius? Non est minuere, neq; adijcere, nec est inuenire magnalia Dei. Cum consummauerit homo, tunc incipiet: & cum quieuerit, operabitur. Quid est homo, & quæ est gratia illius? & quid est bonum, aut quid nequam illius? Psal. 89. c. ||Numerus dierum hominum, vt multum cẽtum anni: quasi guttæ aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui. Propter hoc patiens est Deus in illis, & effundit B super eos misericordiam suam. Vidit præsumptionem cordis eorum quoniam mala est, & cognouit superuersionem illorum quoniam nequam est. ideò adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit eis viam æquitatis. Miseratio hominis circa proximum suũ: misericordia autem Dei super omnem carnẽ. Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum. Misereatur excipiens doctrinam miserationis, & qui festinant in iudicijs eius. Fili, in bonis non des querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali. Nónne ardorem refrigerabit ros? sic & verbũ melius quàm datum. Nónne ecce verbum super datum bonum? sed vtraque cum homi- C ne iustificato. Stultus acriter improperabit, & datus indisciplinati tabescere facit oculos. Ante iudicium para iustitiam tibi, & antequã loquaris disce. Ante languorem adhibe medicinam & ante iudicium interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. Ante languorem humilia te, & in tempore infirmitatis ostende conuersationem tuã. Lucæ. 18. a 1. Thes. 5. d ||Non impediaris orare semper, & ne verêris vsq; ad mortem iustificari: quoniam merces Dei manet in æternum. Ante orationem præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui tentat Deum. Supra. 7. b. Supra. 11. c ||Memento iræ in die consummationis, & tempus retributionis in "conuersatione facies.' ("conuersione faciei. 3.) Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & "necessitatẽ paupertatis' ("necessitatũ 1.) in die diuitiarũ. A mane vsq; ad vesperã immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei. D Homo sapiens in omnibus metuit, & in diebus delictorum attendet ab inertia. Omnis astutus agnoscit sapientiam, & inuenienti eam dabit confessionem. Sensati in verbis & ipsi sapienter egerunt, & intellexerunt veritatem & iustitiam, & implorauerunt prouerbia & iudicia. Rom. 13. d. ||Post concupiscentias tuas nõ eas, & à voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis nec in modicis assidua enim est commissio illorum. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & non est tibi nihil in "seculo:' ("sacculo.) eris enim inuidus vitæ tuæ.

S. *De vino, luxuria, loquacitate, cito credente, gaudente super iniquitate, odiente correptionẽ, exultante in malitia, discretione in verbis seruanda, correptione, ficta humilitate, & laude tacentis.*

CAP. XIX.

Operarius ebriosus nõ locupletabitur: A & qui spernit modica, paulatim decidet. Vinum & mulieris apostatare faciunt sapientes, & arguent sensatos: & qui se iungit fornicarijs, erit nequam. putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exéplũ maius, & tolletur de numero anima eius. Qui credit cito, leuis corde est, & minorabitur: & qui delinquit in animam suam, insuper habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur, & qui odit correptionem, minuetur vita: & qui odit loquacitatẽ, extinguit malitiã. Qui peccat in animam suam, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres verbum nequam & durum & non minoraberis. Amico & inimico noli narrare sensum B tuum: & si est tibi delictum noli denudare. audiet enim te, & custodiet te, & quasi defendens peccatum odiet te, & sic aderit tibi semper. Audisti verbum aduersus proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori "carnis': ("carnis.) sic verbũ in corde stulti. Leuit. 19. d Matt. 18. b Lucæ. 17. a ||Corripe amicum, ne forte non intellexerit, & dicat, Non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere. Corripe proximum, ne fortè non dixe- C rit: & si dixerit, ne fortè iteret. Corripe amicum: sæpe enim fit commissio. Et non omni verbo credas. est qui labitur lingua, sed non ex animo. Iacob. 3. a ||Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximum antequã comminêris. Et da locum timori Altissimi: quia omnis sapientia timor Dei, & in illa timere Deum, & in omni sapientia dispositio legis. Et non est sapiẽtia nequitiæ disciplina: & non est cogitatus peccatorum prudentia. Est nequitia, & ▷in' (▷. 2.) ipsa execratio: & est insipiens, qui minuitur sapientia. Melior est homo qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi. Est solertia certa, & D ipsa iniqua. Et est qui emittit verbum certũ enarrãs veritatem. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo. & est iustus qui se nimium submittit à multa humilitate:

& est iustus qui inclinat faciem suam, & fingit se non videre quod ignoratum est: & si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiãt de illo. Est correptio mendax in ira contumeliosi: & est iudicium quod non probatur esse bonum: & est tacens, & ipse est prudens.

S. *De correptione & correpti pœnitentia: de tacente & loquace: de dono sapientis & fatui: de falsa promissione & mendacio: de sapiente qui placet magnatis: de donis non accipiendis, & sapientia abscondita.*

CAP. XX.

A Quàm bonum est arguere, quàm irasci? & confitentem in oratione non prohibere. Cõcupiscentia spadonis deuirginabit iuuenculam: sic qui facit per vim iudicium iniquum. Quàm bonum est correptum manifestare pœnitentiam? sic enim effugies voluntarium peccatum. Est tacens, qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui procax B est ad loquendum. Est autem tacens, non habens sensum loquelæ: & est tacens, sciens tempus apti temporis. Homo sapiens tacebit vsq; ad tempus: lasciuus autem, & imprudens non seruabunt tempus. Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam: & qui potestatem sibi sumit iniustè, odietur. Est processio in malis viro indisciplinato, & est inuentio in detrimentum. Est datum quod non est vtile: & est datum, cuius retributio duplex. Est propter gloriam minoratio: & est qui ab humilitate leuabit caput. Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplum. Sapiens in verbis seipsum amabilẽ facit: gratiæ autem fatuorum effundentur. Datus insipientis non erit vtilis tibi: oculi enim illius septemplices sunt. exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio est. Hodie fœneratur quis, & cras expetit, & C odibilis est homo huiusmodi. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia bonis illius. qui enim edunt panem illius: falsæ linguæ sunt. Quoties, & quanti irridebunt eum? Neque enim quod habendum erat, directo sensu distribuit: similiter & quod non erat habendum. Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens: sic casus malorum festinanter venient. Homo "acharis' ("ingratus. 6.) quasi tabula vana, in ore indisciplinatorum assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tẽpore suo. Est qui vetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabitur. Est qui perdet animam suam præ confusione, & ab imprudenti persona perdet eam: personæ autem acceptione perdet se. Est qui D præ confusione promittit amico, & lucratus est eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assiduè erit. Potior fur quàm assiduitas viri mendacis. perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium sine honore: & confusio illorum, cum ipsis sine intermissione. Sapiens in verbis producet seipsum, & homo prudens placebit magnatis. Proue. 1. b. & 28. c. ||Qui operatur terram suam, inaltabit aceruum frugum: & qui operatur iustitiam, ipse exaltabitur: qui verò placet magnatis, effugiet iniquitatem. Exod. 23. a Deu. 16. d. Infr. 41. c. ||Xenia & dona, excæcant oculos iudicum, & quasi mutus in ore auertit correptiones eorum. Sapientia absconsa & thesaurus inuisus: quæ vtilitas in vtrisq;? Melior est qui celat insipientiam suam, quàm homo qui abscõdit sapientiã suã.

S. *Docet fugiendum peccatum: primum in genere, deinde in specie productis varijs peccatis.*

CAP. XXI.

Fili, ||peccasti? non adijcias iterum: sed & A de pristinis deprecare vt tibi dimittantur. Supr. 5. b. Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa, suscipient te. Dentes leonis dentes eius, interficientes animas hominum. Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non est sanitas. Obiurgatio & iniuriæ annullabunt substantiam: & domus quæ nimis locuples est, annullabitur superbia: sic substantia superbi eradicabitur. Deprecatio pauperis ex ore vsq; ad aures eius perueniet, & iudicium festinatò adueniet illi. Qui odit correptionem, vestigium est peccatoris: & qui timet Deum, cõuertetur ad cor suum. Notus à longe potens lingua audaci: & sensatus scit labi se ab ipso. Qui ædificat domum suam impendijs alienis, quasi qui colligit lapides suos in hyeme. Supr. 16. a. ||Stupa collecta synagôga peccantium, & consummatio illorum flamma ignis. Via peccantium "complanata' ("complanata. 1.) lapidibus, & "in finem' ("in fine.) illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. Qui custodit iustitiam, cõtinebit sensum eius. Consummatio timoris Dei sapientia & sensus. Non erudietur, qui non est sapiens in bono. Est autem insipientia quæ abundat in malo: & non est sensus vbi "est' ("abundat. 8) amaritudo. Scientia sapientis tanquã inundatio abundabit, & consilium illius sicut fons vitæ permanet. Cor fatui quasi vas C confractum, & omnem sapientiam non tenebit. Verbum sapiens quodcunque audierit scius laudabit, & * adijciet: (* ad se. 8.) audiuit luxuriosus, & displicebit illi, & proijciet illud post dorsum suum. Narratio fatui quasi sarcina in via. nam in labijs sensati inuenietur gratia. Os prudentis quæritur in ecclesia, & verba

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

illius cogitabunt in cordibus ſuis. Tanquã do
mus exterminata, ſic fatuo ſapiẽtia: & ſcientia
inſenſati inenarrabilia verba. Compedes in pe
dibus, ſtulto doctrina, & quaſi vincula ma-
D nuum ſuper manum dextrã. Fatuus in riſu ex-
altat vocem ſuam: vir autem ſapiens vix tacite
ridebit. Ornamentum aureum prudenti do-
ctrina, & quaſi barchiale in brachio dextro.
Pes fatui facilis in domum proximi: & homo
peritus confundetur à perſona potentis. Stul-
tus à feneſtra reſpiciet in domum: vir autem
eruditus foris ſtabit. Stultitia hominis auſcul
tare per oſtium: & prudens grauabitur contu
melia. Labia imprudentum ſtulta narrabunt:
verba autem prudentium ſtatéra ponderabun
tur. In ore fatuorum cor illorum, & corde
Iudæ.2.c. ſapientium os illorum. ‖ Dum maledicit im-
pius diabolum: maledicit ipſe animam ſuam.
Suſurro coinquinabit animam ſuã, & in om-
nibus odietur: & qui permanſerit, odioſus e-
rit tacitus & ſenſatus honorabitur.

S. *De lapidatione pigri, filio indiſciplinato, filiaq́; fatua, muſica in luctu, docente fatuum, mortuo plorando: cum ſtulto non loquendum: de corde ſtulti ac timidi: de ſeruanda fide cum amico, & oris cuſtodia.*

CAP. XXII.

A IN lapide luteo lapidatus eſt piger, & om-
nes loquentur ſuper aſpernationem il-
lius. De ſtercore boum lapidatus eſt pi-
ger: & omnis qui tetigerit eum excutiet ma-
nus. Confuſio patris eſt de filio indiſciplina-
*in.9. to: *filia autem * in deminoratione fiet. Filia
*fatua. prudens hæreditas viro ſuo. nam quæ confun
dit, in contumeliam fit genitoris. Patrem &
virum confundit audax, & ab impijs non mi-
norabitur: ab vtriſque autem inhonorabitur.
Muſica in luctu importuna narratio: flagella
& doctrina in omni tẽpore ſapientia. Qui do-
cet fatuum, quaſi qui cõglutinat teſtam. Qui
narrat verbum non audienti, quaſi qui ex-
citat dormientem de graui ſomno. "Cum
"qui enumerat ſtulto, et in fine dicit. dormiente loquitur, qui enarrat ſtulto ſa-
pientiam: & in fine narrationis dicit, 'Quis
9. Infr.38.b. eſt hic? ‖ Supra mortuum plora, defecit enim
lux eius: & ſupra fatuum plora, deficit enim
ſenſu. Modicum plora ſupra mortuum, quo-
niam requieuit. Nequiſsimi enim nequiſsima
vita, ſuper mortem fatui. Luctus mortui ſe-
ptem dies: fatui autem & impij, omnes dies
Supr.12.e. vitæ illorum. ‖ Cum ſtulto ne multum loqua-
B ris, & cum inſenſato, ne abieris. Serua te ab
illo, vt non moleſtiam habeas, & non coin-
quinaberis peccato illius. Deflecte ab illo, &
inuenies requiem, & non acediaberis in ſtul-
titia illius. Super plumbum quid grauabi-
tur? & quod illi aliud nomen, quàm fatuus?

‖ Arenam & ſalem, & maſſam ferri faci- Prou.17.d.
lius eſt ferre, quàm hominem impruden-
tem, & fatuum, & impium. Loramentum li-
gneum colligatum fundamento ædificij non
diſſoluitur: ſic & cor confirmatum in cogi- C
tatione conſilij. Cogitatus ſenſati in omni
tempore vel metu non deprauabitur. * Sicut *Sicut ornatus arenoſus in pariete limpido, &c.*
paleæ in excelſis, & cæmenta ſine impenſa po
ſita contra faciem venti non permanebunt:
ſic & cor dimidium in cogitatione ſtulti con
tra impetum timoris non reſiſtet. Sicut cor
trepidum in cogitatione fatui, omni tem-
pore non metuet: ſic & qui in præceptis Dei
permanet ſemper. Pungens oculum dedu-
cit lachrymas: & qui pungit cor, profert ſen-
ſum. Mittens lapidem in volatilia, deijciet
illa: ſic & qui conuitiatur amico, diſſoluit
amicitiam. Ad amicum etſi produxeris gla-
dium, non deſperes: eſt enim regreſſus ad ami
cum. Si aperuerit os triſte, non timeas. eſt e-
nim concordatio: excepto conuitio, & impro
perio & ſuperbia & myſterij reuelatiõe, & pla
ga doloſa. in his omnibus effugiet amicus. Fi D
dem poſside cum amico in paupertate illius,
vt & in bonis illius læteris. In tempore tribu
lationis illius permane illi fidelis, vt & in hæ-
reditate illius coheres ſis. Ante ignem cami-
ni vapor & fumus ignis inaltatur: ſic & ante
ſanguinem maledicta, & contumeliæ, & mi-
næ. Amicum ſalutare non confundaris. à
facie illius non me abſcondam: & ſi mala mi-
hi euenerint per illum, ſuſtinebo. Omnis qui
audiet, cauebit ſe ab eo. ‖ Quis dabit ori meo Pſal.140.a
cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum cer
tum, vt non cadam ab ipſis, & lingua mea
perdat me?

S. *Oratio aduerſus ſuperbiam, gulam & luxuriam: conſuetudo iurãdi, vitanda, & indiſciplinatus ſermo adferens improperium: duo genera in peccato abundantiæ, & tertium adducens iram: confutatio hominis ad peccandum ſe hortantis: de peccatis in adulterio concurrentibus & laude timoris Domini.*

CAP. XXIII.

DOmine pater & dominator vitæ meæ A
ne derelinquas me in conſilio eorum:
nec ſinas me cadere in illa exprobra-
tione. Quis ſuperponit in cogitatu meo fla-
gella, & in corde meo doctrinam ſapientiæ, vt
ignorationibus eorum non parcant mihi, &
non appareant delicta eorum, & ne ad increſ-
cant ignorantiæ meæ, & multiplicentur deli-
cta mea, & peccata mea abundent, & inci-
dam in conſpectu aduerſariorum meorum, &
gaudeat inimicus meus? Domine pater, &
Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogita-
tu illorũ. Extollentiam oculorum meorũ ne
dederis mihi, & omne deſyderiũ auerte à me.
Aufer

Aufer à me ventris concupiſcentias, & con-
cubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me,
& animæ irreuerenti & infrunitæ ne tradas
me. Doctrinam oris audite filij: & qui cu-
ſtodierit illam non periet labijs, nec ſcandali
zabitur in operibus nequiſsimis. In vanitate
ſua apprehenditur peccator, & ſuperbus & ma
B ledicus ſcandalizabitur in illis. Iurationi non
aſſueſcat os tuũ. multi enim caſus in illa. No-
minatio verò Dei non ſit aſsidua in ore tuo,
& nominibus ſanctorũ non admiſcearis: quo-
niam non eris immunis ab eis. Sicut enim ſer
Infr.27.b. uus interrogatus aſsiduè, à liuore non minui
tur: ‖ ſic omnis iurans & nominans, in toto à
peccato non purgabitur. Vir multum iurans
implebitur iniquitate, & non diſcedet à do-
mo illius plaga. Et ſi fruſtrauerit, delictum
illius ſuper ipſum erit: & ſi diſsimulauerit,
delinquit dupliciter, & ſi in vacuũ iurauerit,
*peſsima. 2 non iuſtificabitur. replebitur enim retribu-
tione * domus illius. Eſt & alia loquela con-
traria morti, nõ inueniatur in hæreditate Ia-
cob. Etenim à miſericordibus omnia hæc au-
ferẽtur, & in delictis non volutabuntur. In-
diſciplinatæ loquelæ non aſſueſcat os tuum:
eſt enim in illa verbum peccati. Memento
patris & matris tuæ, in medio enim magna-
torum conſiſtis: ne fortè obliuiſcatur te De-
us in conſpectu illorum, & aſsiduitate tua
infatuatus, improperium patiaris, & malu-
1.Re.16.b iſſes non naſci, & diem natiuitatis tuæ ma-
ledicas. ‖ Homo aſſuetus in verbis imprope-
rij, in omnibus diebus ſuis non erudietur.
C Duo genera abundant in peccatis, & tertium
adducit iram, & perditionem: Anima cali-
da quaſi ignis ardens non extinguetur, do-
nec aliquid glutiat: & homo nequam in
ore carnis ſuæ non deſinet donec incẽdat ig-
nem. Homini fornicario omnis panis dul-
Infr.29.e. cis, non fatigabitur tranſgrediens vſque ad
finem. ‖ Omnis homo qui tranſgreditur le-
ctum ſuum, contemnens in animam ſuam,
& dicens, Quis me videt? tenebræ circun-
dant me, & parietes cooperiunt me, & nemo
circunſpicit me: quem vereor? delictorum
meorum non memorabitur Altiſsimus. Et
non intelligit, quoniam omnia videt oculus
illius, quoniam expellit à ſe timorem Dei
huiuſmodi hominis timor, & oculi homi-
num timentes illum: & non cognouit quo-
niã oculi Domini multo plus lucidiores ſunt
ſuper ſolem, circunſpicientes omnes vias ho-
minum, & profundum abyſsi, & hominum
corda intuentes in abſconditas partes. Domi-
no enim Deo antequam crearentur, omnia
ſunt agnita: ſic & poſt perfectum reſpicit om
nia. Hic in platéis ciuitatis vindicabitur, &
quaſi pullus equinus fugabitur: & vbi nõ ſpe-

rauit, apprehẽdetur. Et erit dedecus omnibus,
eò quòd non intellexerit timorem Domini:
Sic & mulier omnis relinquens virum ſuum,
& ſtatuens hæreditatem ex alieno matri-
monio. primò enim in lege Altiſsimi incre-
dibilis fuit: & ſecundò " virum ſuum dereli- *" in virum ſuum deliquit.1.*
quit': tertiò in adulterio fornicata eſt, & ex
alio viro filios ſtatuit ſibi. Hæc in eccleſiam
adducetur, & in filios eius reſpicietur. Nõ tra-
dent filij eius radices, & rami eius non dabunt
fructum. derelinquet in maledictum memoriã
eius, & dedecus illius nõ delebitur. Et agnoſ-
cent qui derelicti ſunt, quoniam nihil me-
lius eſt, quàm timor Dei: & nihil dulcius, quã
reſpicere in mandatis Domini. Gloria ma-
gna eſt ſequi Dominum: longitudo enim
dierum aſſumetur ab eo.

S. *Sapientia multiplices ſuas laudes, & originem diſcribit, & mirè ad ſui amplexum inuitat, omnia ſuæ doctrinæ ſplendore illuſtrans.*

CAP. XXIIII.

SApientia laudabit animam ſuam, & in A
Deo honorabitur, & in medio populi
ſui gloriabitur, & in eccleſijs Altiſsimi
aperiet os ſuum, & in conſpectu virtutis il-
lius gloriabitur, & in medio populi ſui exal-
tabitur, & in plenitudine ſancta admirabitur,
& in multitudine electorum habebit laudem,
& inter benedictos benedicetur, dicens, Ego
ex ore Altiſsimi prodiui, primogenita ante
omnem creaturam. Ego feci in cœlis vt ori-
retur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi
omnem terram. Ego in altiſsimis habitaui, &
thronus meus in columna nubis. Gyrum
cœli circuiui ſola, & profundum abyſsi pe-
netraui, & in fluctibus maris ambulaui, & in
omni terra ſteti. Et in omni populo, & in
omni gente primatum habui: & omnium
excellentium & humilium corda virtute cal-
caui: & in his omnibus requiem quæſiui, & in
hæreditate Domini morabor. Tunc præce-
pit, & dixit mihi creator omnium: & qui crea-
uit me, requieuit in tabernaculo meo, & di-
xit mihi, In Iacob inhabita, & in Iſrael hæ-
reditare, & in electis meis mitte radices. Ab
initio * ante ſecula creata ſum, & vſque ad fu- *&c.
turum ſeculum non deſinam: & in habita-
tione ſancta coram ipſo miniſtraui. Et ſic B
in Sion firmata ſum, & in ciuitate ſanctifi-
cata ſimiliter requieui, & in Ieruſalem po-
teſtas mea. Et radicaui in populo honorifica-
to. & in partes Dei mei hæreditas illius, & in D
plenitudine ſanctorum detentio mea. Qua-
ſi cedrus exaltata ſum in libano: & quaſi cy-
preſſus in monte Sion. quaſi palma exaltata
ſum in cades, & quaſi plãtatio roſæ in Iericho.
Quaſi oliua ſpecioſa in campis, & quaſi pla-
tanus exaltata ſum iuxta aquam in platéis. Si-

cut

cut cinnamomum,& balsamum aromatizans odorem dedi:quasi myrrha electa, dedi suauitatem odoris: & quasi storax & galbanus, & vngula,& gutta,& quasi Libanus non incisus vaporaui habitationem meã,& quasi balsamũ non mistũ odor meus.Ego quasi terebinthus extẽdi ramos meos,& rami mei honoris & gratiæ. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honestatis. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ spei. In me gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes qui cõcupiscitis me,& à generationibus meis implemini.Spiritus enim meus super mel dulcis, & hæreditas mea super mel & fauũ. Memoria mea in generationes seculorũ. ‖Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient. Qui audit me, non confundetur: & qui operanturin me, non peccabunt. Qui elucidant me,vitam æternam habebunt. Hæc omnia liber vitæ, & testamentum Altissimi, & agnitio veritatis. Legem mandauit Moyses in præceptis iustitiarum, & hæreditatem domui Iacob, & Israel promissiones. Posuit Dauid puero suo excitare regem exipso fortissimum,& in throno honoris sedentẽ in sempiternum. ‖Qui implet quasi Phison sapientiam,& sicut Tigris in diebus nouorum. Qui adimplet quasi Euphrátes sensum: qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Qui mittit disciplinam sicut lucẽm, & assistens quasi Gehon in die vindemiæ. Qui perficit primus scire ipsam, & infirmior non inuestigabit eam. A mari enim abundabit cogitatio eius,& consilium illius in abyssо magna.Ego sapientia effudi flumina. Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio,ego quasi fluuius Dorix, & sicut aquæductus exiui de paradiso. Dixi, Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo 'partus'mei fructum. Et ecce factus est mihi trames abundans, & fluuius meus appropinquauit ad mare. quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus,& enarrabo illam vsque ad longinquum.Penetrabo omnes inferiores partes terræ,& inspiciam omnes dormientes, & illuminabo ▷omnes'sperantes in Domino. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus sapientiam, & non desinam in progenies illorum vsque in æuum sanctum. ‖Videte quoniam non soli mihi laboraui,sed omnibus exquirentibus veritatem.

S. Tria quæ Domino placent & tria quæ odit: noũ insuspicabilia: laus timoris Dei:mulieris nequã mira detestatio: à muliere initium peccati & mortis: mulieris Dominum non ferendum.

CAP. XXV.

IN tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Cõcordia fratrum,& amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes. Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorum,Pauperem superbum:& diuitem mendacem: & senem fatuum & insensatum. Quæ in iuuentute tua non congregasti, quomodo in senectute tua inuenies? Quàm speciosum canitiei iudicium, & presbyteris cognoscere consilium? Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus, & consilium? Corona senum multa peritia: & gloria illorum timor Dei. Nouem insuspicabilia cordis magnificaui, & decimũ dicã in lingua hominibus. Homo qui iucũda tur,in filijs viuẽs & videns subuersionẽ inimicorum suorum. Beatus qui habitat cum muliere sensata,‖& qui lingua sua non est lapsus, & qui non seruiuit indignis se. Beatus qui inuenit amicum verum,&qui enarrat iustitiam auri audienti. Quàm magnus qui inuenit sapientiam & scientiam?sed non est super timẽtem Dominum.timor Dei super omnia se superposuit.beatus homo, cui dõatum est habere timorem Dei:qui tenet illũ,cui assimilabitur?Timor Dei initiũ dilectionis:eius fidei autem initium agglutinandum est ei. Omnis plaga tristitia cordis est:& omnis malitia nequitia mulieris. Et omnem plagam, & non plagam videbit cordis:& omnem nequitiam, & non nequitiam mulieris:& omnem obductum,& non obductum odientium: & omnẽ vindictam,& non vindictam inimicorũ.Non est caput nequius super caput colubri:& non est ira super irã mulieris. ‖Cõmorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequã.Nequitia mulieris immutat faciẽ eius: & obcæcabit vultum suum tanquam vrsus:& quasi saccum ostendet in medio proximorum eius.Ingemuit vir eius, & audiens suspirauit modicum. Breuis omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorum cadat super illam. Sicut ascensus arenosus in pedibus veterani,sic mulier linguata homini quieto. Ne respicias in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem in specie. Mulieris ira, & irreuerentia,& confusio magna.Mulier si primatum habeat,contraria est viro suo.Cor humile, & facies tristis, & plaga mortis, mulier nequam. Manus debiles, & genua dissoluta, mulier quæ non beatificat virum suum. ‖A muliere initium factum est peccati, & per illam omnes morimur.Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum: nec mulier nequam veniam prodeundi. Si non ambulauerit ad manum

Universidad de Deusto Biblioteca

manum tuam,confundet te in conspectu inimicorum. A carnibus tuis abscinde illam, ne semper te abutatur.

S. Proponit vicissim laudes bonæ mulieris & vituperia malæ ac zelotypæ:filia custodiẽda:tria timenda: duo contristantia, & duo periculosa.

CAP. XXVI.

MVlieris bonæ beatus vir: numerus enim annorũ illorum duplex. Mulier fortis oblectat virum suum, & annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona, mulier bona,in parte bona timentium Deum,dabitur viro pro factis bonis:diuitis autẽ, & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit. Delaturam ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem:super mortem omnia grauia.Dolor cordis & luctus,mulier zelotypa. In mu- Ecclesiast. 6. liere 'zelotypa' flagellum linguæ,omnibus cõmunicãs. Sicut bonũ iugum quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. Mulier ebriosa, ira magna: & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. In filia non auertente se, firma custodiam: ne inuenta occasione vtatur se. Ab omni irreuerentia oculis caue, & ne mireris si te neglexerit.sicut viator sitiens, ad fontem os aperiet,& ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum sedebit, & contra omnem sagittam aperiet pharetram, donec desiciat.Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. Disciplina illius datum Dei est. Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bona species in ornamentum domus eius. lucerna splendens super candelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem. Columnæ aureæ super bases argenteas, & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Fundamenta æterna supra petram solidam, & mandata Dei in corde mulieris sanctæ. In duobus contristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit,Vir bellator deficiens per inopiam: & vir sensatus contemptus:& qui transgreditur à iustitia ad peccatum Deus parauit eum ad romphæam. Duæ species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt, Difficilẽ exuitur negotians à negligentia:& non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

S. Ob inopiam & amorem diuitiarum multi delinquunt:timor Domini constanter seruandus: tentatio probat eum qui tentatur:sequenda iustitia: inconstantia stulti, & modestia in verbis seruanda: secreta amici non reuelanda: de annuente oculo & insidioso.

CAP. XXVII.

PRopter inopiam multi deliquerunt: & qui quærit locupletari, auertit oculum suum.Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur: sic & inter medium venditionis & emptionis angustiabitur peccatis. Cõteretur cum delinquẽte delictum.Si nõ in timore Domini tenueris te instãter, cito subuertetur domus tua. Sicut in percussura cribri remanebit puluis: sic aporia hominis in cogitatu illius. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Si- Supr.13.c. cut rusticatio de ligno ostẽdit fructum illius: sic verbum ex cogitatu cordis hominis. Ante sermonem non laudes virum: hæc enim tẽtatio est hominum.Si sequaris iustitiam, apprehendes illam, & indues quasi podẽrem honoris,& inhabitabis cum ea: & proteget te in sempiternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum. Volatilia ad sibi similia conueniunt:& veritas ad eos qui operantur illam reuertetur. Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operãtibus iniquitates. Homo sanctus in sapientia manet sicut sol:nã stultus sicut luna mutatur.In medio insensatorũ serua verbum tempori: in medio autem cogitantium assiduus esto. ‖Narratio peccantium o- Supr. 23.b diosa,& risus illorum in delictis peccati. Loquela multũ iurans, horripilationem capiti statuet, & irreuerentia ipsius obthuratio aurium. Effusio sanguinis in rixa superborum: & maledictio illorum auditus grauis. Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inueniet amicum ad animũ suum. Dilige proximum, & coniungere fide cum illo.Quòd si denudaueris absconsa illius,non persequeris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum: sic & qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de manu sua: sic dereliquisti proximum tuum, & non eum capies. non illum sequaris, quoniam longe abest, effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima eius. vltrà eum nõ poteris colligare, & maledicti est concordatio. denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infœlicis. ‖Annuens oculo fabricat iniqua, & Prou. 10.b nemo eum abijciet: in conspectu oculorum tuorum condulcabit os suum,& super sermones tuos admirabitur. Nouissime autem peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum.Multa audiui,& non cœquaui ei, & Dominus odiet illum. Qui in altũ mittit lapidem, super caput eius cadit: & plaga dolosa

Universidad de Deusto Biblioteca

D.2. Prou. 16.d Eccle.10.b

losa>dolosi'diuidet vulnera. ‖Et qui foueam fodit,incidet in eam: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alij ponit, peribit in illo. Facienti nequiſsimum conſilium,ſuper ipſum deuoluetur,& non agnoſcet vnde adueniat illi. Illuſio & improperium ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi.Laqueo peribunt qui oblectantur caſu iuſtorum:dolor autem conſumet illos antequam moriantur. Ira & furor vtraq; execrabilia ſunt, & vir peccator continens erit illorum.

S. *Non quærenda vindicta,ſed offenſa remittenda:ab ira ac lite ceſſandum: mala linguæ & pericula ipſius,& de tertia lingua:aures ſapientiæ aduerſus linguam nequam, oriq; frenum imponendum.* CAP. XXVIII.

A Deut.32.c Rom. 12.d Matt. 6.d

‖Vi vindicari vult,à Domino inueniet vindictam, & peccata illius ſeruans ſeruabit. Relinque proximo tuo nocenti te:& tunc deprecanti tibi peccata ſoluẽtur. ‖Homo homini reſeruat iram: & à Deo quærit medelam? In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam: & de peccatis ſuis deprecatur? Ipſe dum caro ſit, reſeruat iram: & propitiationem petit à Deo?quis exorabit pro delictis illius? Memento nouiſsimorum, & deſine inimicari. Tabitudo enim, & mors imminent in mandatis eius.Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo.Memorare teſtamentum Altiſsimi, & deſpice ignorantiam proximi. Abſtine te à lite, & minues peccata, homo enim iracundus incendit litẽ, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam.

Marc.11.c.

B

Prou.26.c

‖Secundum enim ligna ſyluæ, ſic ignis exardeſcit: & ſecundum virtutem hominis, ſic iracundia illius erit, & ſecundum ſubſtantiã ſuam exaltabit iram ſuam. Certamen feſtinatum incendit ignem: & lis feſtinans effundit ſanguinem: & lingua teſtificans adducit mortem. Si ſufflaueris, quaſi ignis exardebit: & ſi expueris ſuper illam, extinguetur. vtraque ex ore proficiſcuntur. Suſurro & bilinguis maledictus:multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & diſperſit illos de gente in gentem:ciuitates muratas diuitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit. Virtutes populorũ concidit, & gentes fortes diſſoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus ſuis. qui reſpicit illam non habebit requiem, nec habebit amicum in quo requieſcat. Flagelli plaga liuorem facit: plaga autem linguæ comminuet oſſa. Multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam. Beatus qui tectus eſt à lingua nequã, qui in iracundiam illius non tranſiuit, & qui non attraxit iugum illius,& in vinculis eius non eſt ligatus: iugum enim illius,iugum ferreum eſt: & vinculum illius,vinculum æreum eſt.Mors illius mors nequiſsima:& vtilis potius inferis, quã illa.Perſeuerantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias iniuſtorum: & in flamma ſua non comburet iuſtos.Qui relinquunt Deum incident in illã,& exardebit in illis,& non extinguetur, & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos. Sepi aures tuas ſpinis,& linguam nequam noli audire,& ori tuo facito oſtia,& ſeras auribus tuis. Aurũ tuum & argentum tuum conflа,& verbis tuis facito ſtatêram,& frenos ori tuo rectos: & attende ne fortè labaris in lingua,& cadas in cõſpectu inimicorum inſidiantium tibi,& ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.

C

D

S. *Per mutuum ſubueniendum proximo, fideiq; mutuanti ſeruanda:& quanquam multi fidem fallant, non tamen ob id ceſſandum ab eleemoſyna,cuius laudes deſcribit:fideiuſſori gratia habenda eſt,fidesq; ſeruanda. in quibus conſiſtat initium vitæ hominis diſerit, & de vagis & ingratis hoſpitibus.* CAP. XXIX.

A

‖Vi facit miſericordiam,fœneratur proximo ſuo: & qui prævalet manu,manda ſeruat. Fœnerare proximo tuo in tempore neceſsitatis illius, & iterum redde proximo in tempore ſuo. Confirma verbum, & fideliter age cum illo: & in omni tempore inuenies quod tibi neceſſarium eſt. Multi quaſi inuentionem æſtimauerunt fœnus, & præſtiterunt moleſtiam his qui ſe adiuuerunt. Donec accipiant, oſculãtur manus dantis, & in promiſsionibus humiliant vocem ſuam: Et in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur verba tædij & murmurationum,& tempus cauſabitur. ſi autem potuerit reddere, "aduerſabitur, ſolidi' vix reddet dimidium, & computabit illud quaſi inuentionem: ſinautem, fraudabit illum pecunia ſua, & poſsidebit illum inimicum gratis,& conuitia,& maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. Multi non cauſa nequitiæ non fœnerati ſunt, ſed fraudari gratis timuerunt. Veruntamen ſuper humilem animo fortior eſto, & pro eleemoſyna non trahas illum. Propter mandatum aſſume pauperem: & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem.‖Pone theſaurum tuum in præceptis Altiſsimi, & proderit tibi magis,quàm aurum. Conclude eleemoſynam in "corde' pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo.‖Eleemoſyna viri quaſi ſacculus cũ ipſo,& gratiam

"aduerſabit" ſolidi.a.

B

Tob. 4.b.

Supr. 17.d

gratiam hominis quaſi pupillam cõſeruabit: & poſtea reſurget,& retribuet illis retributionem,vnicuique in caput illorum. Super ſcutum potentis,& ſuper lanceam,aduerſus inimicum tuum pugnabit. Vir bonus fidẽ facit proximo ſuo: & qui perdiderit confuſionem, derelinquet ſibi. Gratiam fideiuſſoris ne obliuiſcaris: dedit enim pro te animam ſuã. Repromiſſorem fugit peccator & immundus.Bona repromiſſoris ſibi adſcribit peccator:& ingratus ſenſu derelinquet liberantem ſe. Vir repromittit de proximo ſuo: & cũ perdiderit reuerentiam, derelinquetur ab eo.Repromiſſio nequiſsima multos perdidit dirigentes, & commouit illos quaſi fluctus maris. Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis.Peccator tranſgrediens mandatum Domini,incidet in promiſsionem nequam: & qui conatur multa agere, incidet in iudicium. Recupera proximum ſecundũ virtutẽ tuam, & attende tibi ne incidas.‖Initium vitæ hominis, aqua & panis, & veſtimẽtum, & domus protegens turpitudinem.Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quàm epulæ ſplẽdidæ in peregrè ſine domicilio.Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. Vita nequã hoſpitandi de domo in domum:& vbi hoſpitabitur,& nõ fiducialiter aget, nec aperiet os. Hoſpitabitur,& paſcet,& potabit ingratos,& ad hæc amara audiet, Tranſi hoſpes,& orna menſam: & quæ in manu habes,ciba cæteros. Exi à facie honoris amicorum meorum:neceſſitudine domus meæ hoſpitio mihi factus"eſt' frater. Grauia hæc homini habenti ſenſum, Correptio domus, & improperium fœneratoris.

C

D

Eccl.29.

S. *Filij in diſciplina educandi, & quàm ſit pernicioſum illis indulgere: corporis ſanitas præſtat diuitijs: & quàm ſit noxia & fugienda homini triſtitia, cordis verò iucunditas quàm ſit vtilis.*

CAP. XXX.

A Prou.13.d & 23.b.

‖Vi diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella,vt lætetur in nouiſsimo ſuo, & non palpet proximorũ oſtia. Qui docet filium ſuũ, laudabitur in illo, & in medio domeſticorũ in illo gloriabitur. Qui docet filium ſuum,in zelum mittit inimicum,& in medio amicorum gloriabitur in illo.Mortuus eſt pater eius, & quaſi non eſt mortuus. ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe. In vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo: in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimicis. reliquit enim defenſorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocem turbabuntur viſcera eius. Equus indomitus euadit durus, & filius remiſſus euadet præceps. Lacta filiũ, & pauentem te faciet:lude cum eo, & contriſtabit te.Non corrideas illi:ne doleas,& in nouiſsimo obſtupeſcentes dentes tui.Non des illi poteſtatẽ in iuuentute,& ne deſpicias cogitatus illius.‖Curua ceruicem eius in iuuentute,& tunde latera eius dum infans eſt:ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in illo,ne in turpitudinem illius offendas. Melior eſt pauper ſanus & fortis viribus, quàm dines imbecillis & flagellatus malitia. Salus animæ in ſanctitate iuſtitiæ, & melior eſt omni auro & argento: & corpus validum, quàm cenſus immenſus.Non eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis corporis: & non eſt oblectamentum ſuper cordis gaudium. Melior eſt mors, quàm vita amara: & requies æterna, quàm languor perſeuerans. Bona abſcondita in ore clauſo,quaſi appoſitiones epularum circumpoſitæ ſepulchro.‖Quid proderit libatio idólo? nec enim manducabit, nec odorabitur. ſic qui effugatur à Domino, & portãs mercedes iniquitatis. Videns oculis & ingemiſcens, ſicut ſpado complectens virginem, & ſuſpirans. Triſtitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipſum in conſilio tuo. Iucunditas cordis, hæc eſt vita hominis, & theſaurus ſine defectione ſanctitatis: & exultatio viri eſt longæuitas. Miſerere animæ tuæ placens Deo, & contine, & congrega cor tuum in ſanctitate eius: & triſtitiam longe expelle à te. Multos enim occidit triſtitia, & non eſt vtilitas in illa.Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus ſenectam adducet cogitatus. Splendidum cor, bonum in epulis eſt: epulæ enim illius diligenter fiunt.

B

Supra.7.e.

Dan.14.b.

D

S. *Vigilia honeſtatis:cogitatus præſcientiæ: labor diuitis & pauperis: diligens aurum:multi caſus in auro:laus diuitis,ſine macula: modeſtia in menſa ſeruanda:laus ſobrietatis,& vituperatio gulæ: laus modici vini, & vituperatio immodici.*

CAP. XXXI.

A

‖Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius aufert ſomnum. Cogitatus præſcientiæ auertit ſenſum,& infirmitas grauis ſobriam facit animam. Laborauit diues in congregatione ſubſtantiæ,& in requie ſua replebitur bonis ſuis. Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit.Qui aurum diligit,non iuſtificabitur: & qui inſequitur conſumptionem,replebitur ex ea.‖Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum. Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium. væ illis

Supra. 8.a

qui sectantur illud, & omnis imprudens de-
Lucæ.6.d. periet in illo. ‖ Beatus dies, qui inuentus
est sine macula: & qui post aurum non abijt,
nec sperauit in pecunia & thesauris. Quis est
hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabi-
lia in vita sua. *Quis* probatus est in illo, &
*Qui. *inuentus.* perfectus* est, & erit illi gloria æterna? qui
potuit transgredi, & non est transgressus: &
facere mala, & non fecit. ideo stabilita sunt
bona illius in Domino, & eleemosynas illius
B enarrabit omnis ecclesia sanctorum. Supra
mensam magnam sedisti? non aperias super
illam faucem tuam prior. Non dicas, si mul-
ta sunt quæ super illam sunt. Memento quo-
niam malus est oculus nequam. Nequius o-
culo quid creatum est? ideò ab omni facie
sua lachrymabitur, cum viderit. Ne exten-
das manum tuam prior, & inuidia contami-
natus erubescas. Ne comprimaris in conui-
uio. Intellige quæ sunt proximi tui ex teip-
so. Vtere quasi homo frugi his quæ tibi ap-
ponuntur: & non cum manducas multum,
odio habearis. Cessa prior, causa disciplinæ:
& noli nimius esse, ne forte offendas. Et si in
medio multorum sedisti, prior illis ne exten-
das manum tuam: nec prior poscas bibere.
C Quàm sufficiens est homini erudito vinum
exiguum, & in dormiendo non laborabis ab
illo, & non senties dolorem. Vigilia & chole-
ra, & tortura viro infrunito: somnus sanitatis
in homine parco. dormiet vsque in mane, &
anima illius cum ipso delectabitur. Et si co-
actus fueris in edendo multum, surge è me-
dio, & vome: & refrigerabit te, & non addu-
ces corpori tuo infirmitatem. Audi me fili, &
ne spernas me: & in nouissimo inuenies ver-
ba mea. In omnibus operibus tuis esto velox,
Prou.22.b & omnis infirmitas non occurret tibi. ‖ Splen
didum in panibus benedicent labia multo-
rum, & testimonium veritatis illius fidele.
In nequissimo pane murmurabit ciuitas, &
testimonium nequitiæ illius verum est. Di-
D ligentes in vino noli prouocare: multos e-
nim exterminauit vinum. Ignis probat fer-
rum durum: sic vinum corda superborum
arguet in ebrietate potatum. Aequa vita ho-
minibus, vinum in sobrietate: si bibas illud
moderatè, eris sobrius. Quæ vita est quæ mi-
nuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors.
Vinum in iucunditatem creatum est, & non
in ebrietatem, ab initio. Exultatio animæ &
cordis vinum moderatè potatum. Sanitas est
animæ & corpori sobrius potus. Vinum mul-
tum potatum, irritationem, & iram, & rui-
nas multas facit. Amaritudo animæ vinum
multum potatum. Ebrietatis animositas, im-
prudentis offensio, minorans virtutem, & fa-
ciens vulnera. In conuiuio vini non arguas
proximum: & non despicias eum in iucun-
ditate illius: verba improperij non dicas illi,
& non premas illum in repetendo.

S. Officium boni rectoris: maior natu loquatur: tacendum vbi non est & qui audiat: iucunditas musicæ in conuiuio: adolescenti tacendum: laus taciturnitatis: discutienda propria domus: laus timoris Domini: peccator vitat correptionem: absque consilio nihil agendum.

CAP. XXXII.

REctorem te posuerũt? noli extolli: esto A
in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illo-
rum habe, & sic consydera, & omni cu
ra tua explicita recumbe: vt læteris propter il-
los, & ornamẽtum gratiæ accipias coronam,
& dignationem consequaris corrogationis.
Loquere maior natu: decet enim te. primum
verbum diligenti scientiam, & non impedias
musicam. Vbi auditus non est, non effundas
sermonem, & importunè noli extolli in sa-
pientia tua. Gemmula carbunculi in ornamẽ
to auri, & comparatio musicorum in conui-
uio vini. Sicut in fabricatione auri signum B
est smaragdi: sic numerus musicorũ in iucun
do & moderato vino. Audi tacens, & pro re-
uerentia accedet tibi bona gratia. Adolescens
loquere in tua causa vix. Si bis interrogatus
fueris, habeat caput responsum tuum. In mul
tis esto quasi insscius, & audi tacens simul &
quærens. In medio magnatorum * non præ- *loquãs.
sumas: & vbi sunt senes, non multum lo-
quaris. Ante grandinem præibit coruscatio:
& ante verecundiam præibit gratia, & pro
reuerentia accedet tibi bona gratia. Et hora C
surgendi non te trices: præcurre autem prior
in domum tuam, & illic auocare, & illic lu-
de, & age conceptiones tuas, & non in de-
lictis & verbo superbo. Et super his omni-
bus benedicito Dominum qui fecit te, &
inebriantem te ab omnibus bonis suis. Qui
timet Dominum, excipiet doctrinam eius:
& qui vigilauerint ad illum, inuenient be-
nedictionem. Qui quærit legem, replebi-
tur ab ea: & qui insidiosè agit, scandalizabi-
tur ab ea. Qui timent Dominum, inuenient
iudicium iustum, & iustitias quasi lumen
accendent. Peccator homo vitabit correptio-
nem, & secundum voluntatem suam inue-
niet comparationem. Vir consilij non disper- D
det intelligentiã, alienus & superbus nõ per-
timescet timorẽ. etiam postquam fecit cum
eo sine consilio, & suis insectationibus ar-
guetur. Fili, sine consilio nihil facias, &
post factum non pœnitebis. In via ruinæ
non eas, & non offendes in lapides: nec cre-
das te viæ laboriosæ, ne ponas animæ tuæ
scandalum. Et à filijs tuis caue, & à dome-
sticis tuis attende. In omni opere tuo crede ex
fide

fide animæ tuæ. hoc est enim conseruatio mã
datorum. Qui credit Deo attendit mandatis:
& qui confidit in illo, non minorabitur.

S. Laudantur timens Deum & sapiens: inconstantia præcordiorum fatui: amicus subsannator. dies & tempora à Deo sunt, qui & reliqua omnia creauit ac disponit, in cuius manu est & homo vt lutum in manu figuli. malum contra bonum: possessio non in vita sed in morte distribuenda alijs: & quomodo seruisint tractandi.

CAP. XXXIII.

A TImenti Dominum non occurrent ma
la, sed in tentatione Deus illum con-
seruabit, & liberabit à malis. Sapiens
non odit mandata & iustitias, & non illide-
tur quasi in procella nauis. Homo sensatus
credit legi Dei, & lex illi fidelis. Qui interro-
gationem manifestat, parabit verbum, & sic
deprecatus exaudietur, & conseruabit discipli
nam, & tunc respondebit. Præcordia fatui
quasi rota carri: & quasi axis versatilis cogi-
tatus illius. Equus emissarius, sic & amicus
subsannator, sub omni suprasedente hinnit.
Quare dies diem superat, & iterum lux lucẽ,
& annus annum à sole? A Domini scientia
separati sunt facto sole, & præceptum custo-
diente. Et immutauit tempora, & dies festos
ipsorũ, & in illis dies festos celebrauerunt ad
B horã. Ex ipsis exaltauit & magnificauit De-
us, & ex ipsis posuit in numerum dierũ, & oĉs
homines de solo, & ex terra vnde creatus est
Adam. In multitudine disciplinæ Domini
separauit eos, & immutauit vias eorum. Ex
ipsis benedixit, & exaltauit: & ex ipsis san-
ficauit, & ad se applicauit: & ex ipsis male-
dixit & humiliauit, & conuertit illos à se-
paratione ipsorum. Quasi lutum figuli in ma
nu ipsius, plasmare illud & disponere. Om-
nes viæ eius secundum dispositionem eius:
sic homo in manu illius qui se fecit, & red-
det illi secundum iudicium suum. Contra
malum bonum est, & contra mortem vita: sic
& contra virum iustum peccator. Et sic in-
tuere in omnia opera Altissimi. Duo con-
tra duo, & vnum contra vnum: & ego no-
uissimus euigilaui, & quasi qui colligit aci-
C nos post vindemiatores. In benedictione
Dei & ipse sperauí: & quasi qui vindemiat,
Super.24.d repleui torcular. ‖ Respicite quoniam non
mihi soli laboraui, sed omnibus exquirenti-
bus disciplinam. Audite me magnati, & om-
nes populi, & rectores ecclesiæ auribus perci-
pite. Filio & mulieri, fratri & amico non des
potestatem super te in vita tua: & non dede-
ris alij possessionem tuam: ne forte pœniteat
te, & depreceris pro illis. Dum adhuc superg
& aspiras, non immutabit te omnis caro. me-
lius enim vt filij tui te rogent, quàm te respi-
cere in manus filiorum tuorum. In omnibus
operibus tuis præcellens esto. Ne dederis ma-
culam in gloriam tuam. In die consummati-
onis dierum vitæ tuæ, & in tẽpore exitus tui
distribue hæreditatem tuam. Cibaria, & vir- D
ga, & onus asino: panis, & disciplina, & opus
seruo. Operatur in disciplina, & quærit requi-
escere: laxa manus illi, & quærit libertatẽ. Iu-
gum & lorum curuant collum durum, & ser-
uum inclinant operationes assiduæ. Seruo
maleuolo tortura & compedes, mitte illum
in operationem, ne vacet. multam enim ma-
litiam docuit otiositas. in opera constitue eũ:
sic enim condecet illum. Quòd si non obau-
dierit, curua illum compedibus, & non am-
plifices super omnem carnem. Verum sine iu
dicio nihil facias graue. ‖ Si est tibi seruus*, sit Supra.7.c.
tibi quasi anima tua: quasi fratrem sic eum *fidelis.
tracta: quoniam in sanguine animæ comparã-
sti illum. Si læseris eum iniustè, in fugam con
uertetur. & si extollens discesserit: quem quæ-
ras, & in qua via quæras illum, nescis.

S. Vanitas somniorum, diuinationum, augurij, mendaciorum: laus expertorum: beatitudo timentium Deum: oblationes iniquorum: fraudans pauperem: vnus ædificans & alter destruens: faciens pœnitentiam & non abstinens à peccatis.

CAP. XXXIIII.

VAna spes, & mendacium viro insensa A
to: & somnia extollunt imprudentes.
Quasi qui apprehendit vmbram, &
persequitur ventum: sic & qui attendit ad vi-
sa mendacia. hoc secundum hoc visio som- ▷al ▷.6.
niorum. Ante faciem hominis similitudo ▷ter
terius' hominis. Ab immundo quid munda-
bitur? & à mendace quid verum dicetur? Di-
uinatio erroris & auguria, mendacia & som-
nia malefacientium, vanitas est. Et sicut par-
turientis, cor tuum phantasias patitur, nisi ab
Altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in
illis cor tuum. multos enim errare fecerunt
somnia. & exciderunt sperantes in illis. Sine
mendacio consummabitur verbum legis, &
sapientia in ore fidelis complanabitur. Qui
non est tentatus, quid scit? Vir in multis
expertus, cogitabit multa: & qui multa didi-
cit enarrabit intellectum. Qui non est exper-
tus, pauca recognoscit: qui autem in multis fa
ctus est, multiplicat malitiam. ▷ Qui tentatus ▷.7.
non est, qualia scit? qui implanatus est, abũ- B
dabit nequitia'. Multa vidi enarrando, & plu- ▷
rimas verborum consuetudines. Aliquoties
vsq; ad mortẽ periclitatus sum horũ causa, &
liberatus sum gratia Dei. Spiritus timẽtiũ De-
um quæritur, & in respectu illius benedicetur.
spes enim illorũ in salutẽ illos, & oculi Dei in
diligen-

Universidad de Deusto Biblioteca

diligentes se. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius. Timentis Dominũ beata est anima eius. Ad quẽ respicit, & quis est fortitudo eius? Oculi Domini super timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculum meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animam, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorum. Dominus solus sustinentibus se in via veritatis & Prou. 15.b iustitiæ. ‖Dona iniquorum non probat Altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine sacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificium ex substantia pauperum, quasi qui victimat filiũ in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperum est: qui defraudat illum, homo san- D guinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximũ suũ. Qui effundit sanguinẽ, & qui fraudẽ facit mercenario, fratres sunt. Vnus ædificãs, & vnus destruẽs: quid prodest illis, nisi labor? Vnus orãs, & vnus maledicens: cuius vocẽ exaudiet Deus? Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lauatio illius? sic homo qui ieiunat in peccatis suis: & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet?

S. *Verum & acceptum Deo sacrificium: non appareas coram eo vacuus: primitiæ & oblationes hilari animo tribuendæ: sacrificium iniustum: pauperem læsum, pupillum & viduam lachrymantem exaudit Dominus: orationem iustorum, & potissimum se humiliantium audit Deus, liberans ab affligentibus, & cuique reddens iuxta opera sua.*

CAP. XXXV.

A QVi conseruat 'legem', multiplicat orationẽ. (ᵃverbũ. 12.) Sacrificium salutare est attendere mãdatis, & discedere ab omni iniquitate: ▹& propitiationem litare sacrificijs super iniustitias'. (▹.3.) & deprecatio pro peccatis, recedere ab iniustitia. Retribuet gratiam, qui offert similaginem: & qui facit misericordiã, offert sacrificium. Beneplacitum est Domino recedere ab iniquitate: ▹& deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia'. (▹.6.) Exod. 23.b & 34.c. ‖Non apparebis ante conspectum Domini vacuus. Hæc B enim omnia propter mandatum Dei fiunt. Deut. 16.d Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificium iusti acceptum est, & memoriam eius nõ obliuiscetur Dominus. Bono animo gloriã redde Deo: & non minuas primitias manuum 1. Cor. 9.b tuarum. ‖In omni dato hilarem fac vultum tuũ, & in exultatione sanctifica decimas tuas,

‖Da altissimo secundum datum eius, & in bono oculo adinuentionem facito manuũ tuarum: quoniam Dominus retribuens est, & septies tantum reddet tibi. ‖Noli offerre munera praua, non enim suscipiet illa. Et noli C inspicere sacrificium iniustum, quoniam Dominus iudex est, ‖& non est apud illum gloria personæ. ‖Non accipiet Dominus personã in pauperem, & deprecationem læsi exaudiet. Non despiciet preces pupilli: nec viduam, si effundat loquelam gemitus. Nõnne lachrymæ viduæ ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentem eas? A maxilla enim ascendunt vsque ad cœlum, & Dominus exauditor delectabitur in illis. Qui adorat Deum in oblectatione, suscipietur: & deprecatio illius vsque ad nubes propinquabit. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec Altissimus aspiciat. Dominus non elongabit, sed iudicabit iustos, & faciet iudicium: & Fortissimus non habebit in illis D patientiam, 'vt' contribulet dorsum ipsorum: & Gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborum: & sceptra iniquorum contribulet, donec reddat hominibus secundum actus suos: & secundum opera Adæ, & secundum præsumptionem illius, donec iudicet iudicium plebis suæ, & oblectabit iustos misericordia sua. Speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

(Tob. 4.b. Leui. 22.c. Deut. 15.d Rom. 2.b. Deut. 10.b 2. Par. 19.c Iob. 34.b. Sapiẽ. 6.b. Rom. 2.b. Gal. 2.b. Ephe. 6.b. Colos. 3.d Act. 10.e. 1. Pet. 1.c. ᵃquousq;)

S. *Super Israël & ciuitatem Ierusalem inuocat Dei misericordiam: super gentes verò alienas Dei timorem eiusq; manum, vt ipsius potentia glorificetur, ipseq; solus Deus agnoscatur: cor insensatum & cor prauum: species mulieris faciem viri exhilarat: bonæ mulieris possessio.*

CAP. XXXVI.

MIserere nostri Deus omnium, & respice A nos, & ostende nobis lucem miserationum tuarum, & immitte timorem tuum super Gentes quæ non exquisierũt te: vt cognoscant quia non est Deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuã super Gentes alienas, vt videant potentiam tuam. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in conspectu nostro magnificaberis in eis: vt cognoscant te, sicut & nos cognouimus, quoniam non est Deus præter te Domine. Innoua signa, & immuta mirabilia. Glorifica manum, & brachiũ dextrum. Excita furorem, & effunde irã. Extol- B le aduersarium, & afflige inimicum. Festina tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua. In ira flammæ deuoretur qui saluatur: & qui pessimant plebem tuam, inueniant perditionem. Contere caput principũ, inimicorum dicentium, Non est alius præter nos. Congrega omnes tribus Iacob: & cognoscãt quia non est Deus, nisi tu, vt enarrent magnalia tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio. Miserere plebi tuæ, super quam inuocatum est nomen tuum: & Israel, quem coæquasti primogenito tuo. Miserere ciuitati sanctificationis tuæ Ierusalem, ciuitati requiei tuæ. Reple Sion inenarrabilibus verbis C tuis, & gloria tua populum tuum. Da testimonium quia ab initio creaturæ tuæ sunt, & suscita precationes, quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedem sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniantur: & exaudi orationes seruorum tuo- Num. 6.d. rum. ‖ Secundum benedictionem Aaron da populo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ: & sciant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspector seculorum. Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum feræ, & cor insensatum verba mendacia. Cor prauum dabit tristitiam, & homo peritus resi- D stet illi. Omnem masculum excipiet mulier: & est filia melior filia. Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem cõcupiscentiam hominis superducit desyderiũ. Si est lingua curationis, est & mitigationis & misericordiæ: non est vir illius secundum filios hominum. Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem: adiutorium secundum illum est, & columna vt requies. Vbi non est sepes, diripietur possessio: & vbi non est mulier, ingemiscit egens. Cui credit, qui non habet nidum? Et deflectens vbicunque obscurauerit, quasi succinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.

S. *Detestatio ficti amici, veri amici ne obliuiscaris: discretio in captandis consilijs, & cum quibus consulas, & quibus te & consiliũ tuum occultes: laus sententiæ viri sancti: verbum nequam: quatuor ex corde oriuntur: laus viri periti & sapientis: qui sophisticè loquitur odibilis est: tenta animam tuam, & si sit nequam non des illi potestatem: pernicies crapulæ.*

A CAP. XXXVII.

OMnis amicus dicet, Et ego amicitiam copulaui. sed est amicus solo nomine amicus. Nõnne tristitia inest vsque ad mortem? Sodalis autem, & amicus ad inimicitiam conuertentur. O præsumptio nequissima, vnde creata es cooperire aridam malitia, & dolositate illius? Sodalis amico coniucũdatur in oblationibus, & in tẽpore tribulationis aduersarius erit. Sodalis amico condolet causa ventris, & contra hostem accipiet scutum. Non obliuiscaris amici tui in animo tuo, & nõ immemor sis illius in operibus tuis.

Noli consiliari cum socero tuo, & à zelantibus te absconde consilium. Omnis consiliarius prodit consilium, sed est consiliarius in semetipso. A consiliario serua animam tuam. B prius scito quæ sit illius necessitas: & ipse enim animo suo cogitabit. ne fortè mittat sudem in terram, & dicat tibi, Bona est via tua. & stet econtrario videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioso tracta de sanctitate, & cum iniusto de iustitia, & cum muliere de 'his' quæ æmulatur: cum timido de bello, cũ (ᵃea. 3.) negotiatore de traiectione: cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratijs agendis, cum impio de pietate, cum inhonesto de honestate, cum operario agrario de omni opere, cum operario annuali de consummatione anni, cum seruo pigro de multa operatione. non attendas his in omni consilio. Sed cũ viro sancto assiduus esto, quencunq; cognoueris obseruantem timorem Dei, cuius anima est secundum animam tuam: quicunque titubauerit in tenebris, non condolebit tibi. Et cor boni consilij statue tecũ: non est enim tibi aliud pluris illo. Anima viri sancti enun- C tiat aliquando vera, quàm septem circunspectores sedentes in excelso ad speculandum. Et in his omnibus deprecare Altissimum, vt dirigat in veritate viam tuam. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile. Verbum nequam immutabit cor: ▹ex quo partes quatuor (▹.15.) oriuntur, bonum & malum, vita & mors: & dominatrix illorum est assidua lingua. Vir peritus multos erudiuit, & animæ suæ suauis est. Qui sophisticè loquitur, odibilis est: in omni re defraudabitur. non est enim illi data à Domino gratia: omni enim sapientia defraudatus est. Est sapiens, animæ suæ sapiens: & fructus sensus illius laudabilis. Vir D sapiens plebem suam erudit, & fructus sensus illius fideles sunt. Vir sapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabũt. Vita viri in numero dierum: dies autem Israel innumerabiles sunt. Et sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit viuens in æternum. Fili, in vita tua tenta animam tuam: & si fuerit nequam, non des illi potestatem. non enim omnia omnibus expediunt, & nõ omni animæ omne genus placet. Noli auidus esse in omni epulatione, & non te effundas super omnem escam. in multis enim escis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vsque ad choleram. Propter crapulam multi obierunt. qui autem abstinens est, adijciet vitam.

S. *Honora medicũ: à Deo data est homini medicina: quomodo ægrotus se habebit erga Deũ & medicũ: mortuus plorandus, tẽperandũ aũt à tristitia.*

stitia quæ mortuo non prodeſt & tibi obeſt: ſed memineris te etiam moriturum: quiſque artifex conſiderat ea in quibus operatur: & hi neceſſarij quidem ſunt in communitate, ſed in ea non præeminent dignitate vel ſapientia.

CAP. XXXVIII.

HOnora medicum propter neceſsitatem. etenim illum creauit Altiſsimus. A Deo eſt enim omnis medela, & à rege accipiet donationem. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in cõſpectu magnatorũ collaudabitur. Altiſsimus creauit de terra medicinã, & vir prudẽs nõ abhorrebit illã.

Exod. 15.d ‖Nónne à ligno indulcata eſt aqua amara? Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus ſcientiam Altiſsimus, honorari in mirabilibus ſuis. In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmẽta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis, & non conſummabuntur opera eius. Pax enim Dei ſuper faciem terræ. Fili, in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Da ſuauitatem & memoriam ſimilaginis: & impingua oblationem, & da locum

B medico. etenim illum Dominus creauit: & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria. Eſt enim tempus quando in manus illorum incurras: ipſi vero Dominum deprecabuntur, vt dirigat requiem eorum & ſanita-

Supr. 22.b tem, propter conuerſationem illorum. ‖Qui delinquit in conſpectu eius qui fecit eum, incidet in manus medici. Fili in mortuum produe lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam illius. Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vno die, & cõſolare propter triſtitiam, & fac luctum ſecundum meritum eius vno

Prouer. 15. b. & 17.d. die, vel duobus propter detractionem. ‖A triſtitia enim feſtinat mors, & cooperit virtutẽ, & triſtitia cordis flectit ceruicem. In abductione permanet triſtitia: & ſubſtantia inopis ſecundum cor eius. Ne dederis in triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te: & memento nouiſſimorum, noli obliuiſci. neque enim eſt conuerſio, & huic nihil proderis, & teipſum peſſimabis. Memor eſto iudicij mei: ſic enim e-

C rit & tuum. mihi heri, & tibi hodie. In requie mortui requieſcere fac memoriam eius, & cõſolare illum in exitu ſpiritus ſui. Sapientiam icribe in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, ſapientiã percipiet: quia ſapientia replebitur. Qui tenet aratrũ, & qui gloriatur in iaculo, ſtimulo boues agitat, & conuerſatur in operibus eorum, & enarratio eius in filijs taurorum. Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos, & vigilia eius in ſagina vaccarum. Sic omnis faber & architectus qui noctem tanquam diem tranſigit, qui ſculpit ſignaculo ſculptilia, & aſsiduitas eius variat picturam. cor ſuum dabit in ſimilitudinẽ picturæ, & vigilia ſua perficiet opus. Sic faber ferrarius ſedens iuxta incũdẽ, & conſyderans opus ferri. Vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis concertatur. Vox mallei innouat aurem D eius, & contra ſimilitudinem vaſis oculus eius. Cor ſuum dabit in conſummationẽ operum, & vigilia ſua ornabit imperfectionem. Sic figulus ſedens ad opus ſuum, conuertens pedibus ſuis rotã, qui in ſolicitudine poſitus eſt ſemper propter opus ſuum, & innumera eſt omnis operatio eius. In brachio ſuo formabit lutum, & ante pedes ſuos curuabit virtutem ſuam. Cor ſuum dabit vt conſummet linitionem, & vigilia ſua mundabit fornacẽ. Omnes hi in manibus ſuis ſperauerunt, & vnuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt. ſine his omnibus non ædificatur ciuitas. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in eccleſiã non tranſilient. Super ſellam iudicis non ſedebunt, & teſtamentum iudicij non intelligent, neque palàm facient diſciplinam & iudicium, & in parabolis non inuenientur: ſed creaturam æui confirmabunt, & deprecatio illorum in operatione artis accommodantes animam ſuam, & conquirentes in lege Altiſsimi.

S. *Studium ſapientis, ipſiuſq; præclara opera & nominis perpetuitas: Deus benedicẽdus in operibus ſuis, cui nihil occultũ eſt: benedictio Dei in bonos, & ira in malos: bonis omnia in bonũ cedunt, malis in malum, ad quos puniendos & cætera ſunt creata.*

CAP. XXXIX.

SApientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in prophetis vacabit. Narrationem virorum nominatorum cõſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in abſconditis parabolarum conuerſabitur. In medio magnatorũ miniſtrabit, & in conſpectu præſidis apparebit. In terram alienigenarum gentium pertranſiet. bona enim & mala in omnibus tentabit. Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum qui fecit illum, & in conſpectu Altiſsimi deprecabitur. Aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum: & ipſe tanquã imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ, & in oratione cõfitebitur Domino. Et ipſe diriget conſilium eius, & diſciplinam, & in abſconditis ſuis conſiliabitur. Ipſe B palàm faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ, & in lege

lege teſtamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi ſapientiam eius, & vſq; in ſeculum non delebitur. Nõ recedet memoria eius, & nomẽ eius requiretur à generatione in generationem. Sapientiam eius enarrabunt gentes, & laudem eius enuntiabit eccleſia. Si per-

*eius. manſerit nomen *derelinquet plus quàm mille: & ſi requieuerit, proderit illi. Adhuc conſiliabor, vt enarrẽ: vt furore enim repletus ſum. In voce dicit, Obaudite me diuini fructus, & quaſi roſa plãtata ſuper riuos aquarũ fructificate. Quaſi Libanus odorẽ ſuauitatis habete. Florete flores, quaſi liliũ, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate canticũ, & benedicite Dominum in operibus ſuis. Date nomini eius magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum veſtrorum, & in canticis labiorum, & citharis, & ſic dicetis in con

C feſsione, ‖Opera Domini vniuerſa bona valGen. 1.d. Marc. 7.d. de. In verbo eius ſtetit aqua, ſicut congeries: & in ſermone oris illius, ſicut exceptoria âquarũ: quoniã in præcepto ipſius placor ſit, & non eſt minoratio in ſalute ipſius. Opera omnis carnis corã illo, & nõ eſt quicquã abſconditũ ab oculis eius. A ſeculo vſq; in ſeculum reſpicit, & nihil eſt mirabile in cõſpectu eius. Non eſt dicere, Quid eſt hoc, aut quid eſt

Gene. 7.d. iſtud? omnia enim in tẽpore ſuo quærẽtur. Benedictio illius quaſi fluuius inũdabit: & ‖quo modo cataclyſmus aridam inebriauit, ſic ira ipſius gentes quæ non exquiſierunt eum, hæ-

Exod. 14.e 15.f. reditabit. ‖Quo modo cõuertit aquas ▷in ſiccitatẽ, & ſiccata eſt terra, & viæ illius vijs illorum directæ ſunt: ſic peccatoribus offenſiones in ira eius. Bona bonis creata ſunt ab ini-

Supr. 29.d tio, ſic nequiſsimis bona & mala. ‖Initiũ neceſſariæ rei vitæ hominum, aqua, ignis & ferD rum, ▷ſal', lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & veſtimentũ. Hæc omnia ſanctis in bona, ſic & impijs & peccatoribus in mala conuertentur. Sunt ſpiritus qui ad vindictam creati ſunt, & in furore ſuo confirmauerunt torméta ſua: in tempore conſummationis effundent virtutem: & furorem eius

Iaſr. 40.d qui fecit illos, confundent. ‖Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata ſunt. beſtiarum dentes, & ſcorpij, & ſerpentes, & romphæa vindicans in exterminium impios. In mandatis eius epulabuntur, & ſuper

*neceſſitate 4. terram in *neceſsitate' præparabuntur, & in temporibus ſuis non præterient verbum. Propterea ab initio confirmatus ſum, & conſiliatus ſum, & cogitaui, & ſcripta dimiſi. Omnia opera Domini bona, & omne opus hora ſua ſubminiſtrauit. Non eſt dicere, Hoc illo nequius eſt: omnia enim in tempore ſuo cõprobabuntur. Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini.

S. *Occupationi magnæ, iugo graui, ac variis miſerijs homo obnoxius: omnia caduca: iniqui cum ſuis diuitijs cito delendi: laus vitæ ſibi ſufficientis: varios binarios commendat, quibus tamen alia anteponit: laus timoris Domini: fac, ne indigeas, nec in alienã menſam reſpicias à quo vir diſciplinatus et eruditus ſeruat.*

CAP. XL.

OCcupatio magna creata eſt omnibus A hominibus, & iugum graue ſuper filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vſq; diem ſepulturæ in matrẽ omnium. Cogitationes eorũ, & timores cordis, adinuẽtio expectationis, & dies finitionis: reſidentes ſuper ſedẽ gloriosam, vſq; ad humiliatum in terra & cinere: ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronam, vſq; ad eum qui operitur lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracũdia perſeuerãs, & cõtentio, & in tempore refectionis in cubili ſomnus *noctis' immutat ſcientiã eius. Modi *mortis. 4. cũ tanquã nihil in requie, & ab eo in ſomnis, quaſi in die reſpectus. Cõturbatus eſt in viſu B cordis ſui, tanquã qui euaſerit in die belli. In tẽpore ſalutis ſuæ exurrexit, & admirãs ad nullum timorẽ cum omni carne, ab homine vſq; ad pecus, & ſuper peccatores ſeptuplum. ‖Ad Supr. 39.d hæc mors, ſanguis, contentio, & romphæa, oppreſsiones, fames, & cõtritio, & flagella: ſuper iniquos creata ſunt hæc omnia, & ‖propter il- Gene. 7. c. los factus eſt cataclyſmus. ‖Omnia▷enim' quæ de terra ſunt, in terram conuertentur, ‖& om Infra. 41. b ▷3. nes aquæ in mare conuertẽtur. Omne munus, Eccle. 1. b. & iniquitas delebitur, & fides in ſeculum ſtabit. Subſtantiæ iniuſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluuia perſonabunt. In aperiendo manus ſuas, lætabitur: ſic præuaricatores in cõſummatione tabeſcẽt. Nepotes impiorũ non multiplicabunt ramos, & radices immundæ ſuper cacumen petræ ſonant. Super omnem aquã viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnũ euelletur. Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus, & miſericordia in ſeculo permanet. Vita ſibi ſufficientis operarij condulcabitur, & in ea inuenies theſaurum. Filij, ædificatio ciuitatis confirmabit nomen, & ſuper hanc mulier immaculata computabitur. Vinum & muſica lætificant cor, & ſuper vtrãq; dilectio ſapientiæ. *Tibiæ' & pſalterij ſuauẽ faciunt melodiã, & *Tibia. 4. ſuper vtraq; lingua ſuauis. Gratiã & ſpeciẽ deſyderabit oculus tuus, & ſuper hoc virides ſationes. Amicus & ſodalis in tẽpore cõuenientes, & ſuper vtroſq; mulier cum viro. Fratres in adiutorij in tẽpore tribulationis, & ſuper eos miſericordia liberabit. Aurum & argentũ eſt conſtitutio pedũ: & ſuper vtrunq; conſiliũ beneplacitũ: Facultates & virtutes exaltãt

cor.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cor,& ſuper hæc timor Domini.Non eſt in timore Domini minoratio, & nõ eſt in eo inquirere adiutorium.Timor Domini ſicut paradiſus benedictionis, & ſuper omnem gloriam operuerunt illum.Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas.melius eſt enim mori, quàm indigere. Vir reſpiciens in menſam alienam, non eſt vita eius in cogitatione victus.alit enim animam ſuam cibis alienis.Vir autem diſciplinatus,& eruditus cuſtodiet ſe.In ore imprudentis condulcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

S. *Memoria mortis cui eſt amara & cui non: mortem non metuas, ſed præteritorũ & futurorum memento, contentus diuina diſpoſitione cirta te:maledictio manens impios: cura boni nominis: ſapientia & theſaurus abſconditi inutiles:qualiter ſit de peccatis erubeſcendum: ne faciem auertas à proximo,nec reſpicias mulierem alterius,neque improperes poſt datum,*

CAP. XLI.

AO Mors quàm amara eſt memoria tua homini pacem habenti in ſubſtantijs ſuis:viro quieto: & cuius viæ directæ ſunt in omnibus,& adhuc valenti accipere cibum?O mors bonum eſt iudicium tuum homini indigenti,& qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura eſt, & incredibili qui perdit ſapientiam. Noli metuere iudicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt,& quæ ſuperuentura ſunt tibi:hoc iudicium à Domino omni carni, & quid ſuperueniet tibi in beneplacito Altiſsimi? ſiue decẽ, ſiue centum,ſiue mille anni.Non eſt enim in inferno accuſatio vitæ.Filij abominationum ſiunt filij peccatorum, & qui cõuerſantur ſecus domos impiorum, Filiorum peccatorum periet hæreditas,& cum ſemine illorum aſsiduitas opprobrij. De patre impio queruntur filij, quoniam propter illum ſunt in opprobrio.Væ vobis viri impij,qui dereliquiſtis legem Domini altiſsimi, Et ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini:ſi mortui fueritis,in maledictione erit pars veſtra, ‖ Omnia quæ de terra ſunt in terram conuertentur: ſic impij à maledicto in perditionem. Luctus hominum in corpore ipſorum, nomen aũt impiorũ delebitur.Curã habe de bono nomine,hoc enim magis permanebit tibi,quã mille theſauri precioſi & magni.Bonæ vitæ numerus dierum:bonum autem nomen permanebit in æuum.Diſciplinam in pace conſeruate filij.ſapientia enim abſcondita,& theſaurus inuiſus, quæ vtilitas in vtriſque? ‖ Melior eſt homo qui abſcondit ſtultitiam ſuam, quam homo qui abſcondit ſapientiam ſuam. Veruntamen "reuertimini'in his quæ procedũt de ore meo, Non eſt enim bonum omnem irreuerentiam obſeruare:& non omnia omnibus beneplacẽt in fide.Erubeſcite à patre & à matre de fornicatione: & à præſidente & à potente de mendacio:à principe & à iudice de delicto:à ſyna D goga & plebe de iniuſtitia: ▷ &' de loco in quo habitas: de furto,de veritate Dei,& teſtamento:de diſcubitu in panibus,& ab obfuſcatione dati & accepti: à ſalutãtibus de ſilentio: à reſpectu mulieris fornicariæ:& ab auerſione vultus cognati. Ne auertas faciem à proximo tuo, & ab auferendo partem & non reſtituendo. Ne reſpicias mulierem alieni viri, & ne ſcruteris ancillam eius, neq; ſteteris ad lectum eius. Ab amicis de ſermonibus improperij:& cũm deberis,ne improperes.

S. *Secretum non reuelandum: à reſpectu perſonarum & alijs pleriſq; vitijs hic enumeratis abſtinendum: datum & acceptũ ſcribendum: de ſollicita cuſtodia filiæ,& ſuper luxurioſam fit manda cuſtodia: commorari mulieri periculoſum:melior eſt autem iniquitas viri quàm mulier benefaciens: opera Domini,qui omnia videt etiam occulta cordium,ſunt perfecta & deſiderabilia.*

CAP. XLII.

NOn duplices ſermonem auditus de re- A uelatione ſermonis abſconditi, & eris verè ſine cõfuſione,& inuenies gratiã in conſpectu omnium hominum, ne pro his omnibus confundaris. ‖ & ne accipias perſonam,vt delinquas.De lege Altiſsimi,& teſtamento: & de iudicio iuſtificare impium de verbo ſociorum & viatorũ, & de datione hæreditatis amicorum, de æqualitate ſtatéræ & ponderum,de acquiſitione multorum & paucorum, de "corruptione' emptionis & negotiatorum, & de multa diſciplina filiorum, & ſeruo peſsimo latus ſanguinare.Super mulierem nequam bonum eſt ſignum. Vbi manus multæ ſunt claude:& quodcunque trades,numera & appende: datum verò, & acceptum omne deſcribe. De diſciplina inſenſati & fatui, & de ſenioribus qui iudicantur ab adoleſcentibus:& eris eruditus in omnibus, & probabilis in conſpectu omnium virorum. Filia B patris abſcondita eſt. vigilia & ſolicitudo eius aufert ſomnium, ne fortè in adoleſcentia ſua adultera efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat:nequando polluatur in virginitate ſua, & in paternis ſuis grauida inueniatur: ne fortè cum viro commorata trãſgrediatur, aut certè ſterilis efficiatur.‖Super filiam luxu riosam confirma cuſtodiam:nequando faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in ciuitate,& obiectione plebis, & confundat te in multitudine populi. Omni homini noli intendere in ſpecie: & in medio mulierum

Leuit.19.a Deut.1.c. & 16.d. Prou.24.c Iacob.2.b.

*correptio ne.2.

ſuum noli commemorari.de veſtimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Melior eſt enim iniquitas viri, quàm mulier benefaciẽs,& mulier cõfundẽs in opprobriũ. Memor ero igitur operũ Domini, & quæ vidi annunciabo in ſermonibus Domini opera eius. Sol illuminãs per omnia reſpexit, & gloria Domini plenum eſt opus eius. Nónne dominus fecit ſanctos enarrare omnia mirabilia ſua, quæ confirmauit Dominus omnipotens ſtabiliri in gloria ſua? Abyſſum, & cor hominum inueſtigauit:& in aſtutia eorum excogitauit.Cognouit enim Dominus omnem D ſcientiam, & inſpexit in ſignum æui,annuncians quæ præterierunt & quæ ſuperuentura ſunt,reuelans veſtigia occultorum.Non præterit illum omnis cogitatus, & non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. Magnalia ſapientiæ ſuæ decorauit: qui eſt ante ſeculum & vſque in ſeculum, neq; adiectum eſt neque minuitur, & non eget alicuius conſilio. Quàm deſiderabilia omnia opera eius, & tanquam ſcintilla quæ eſt conſiderare? Omnia hæc viuunt,& manent in ſeculũ, & in omni neceſſitate omnia obaudiunt ei. Omnia duplicia, vnum contra vnum, & non fecit quicquam deeſſe.Vniuſcuiuſq; cõfirmauit bona,Et quis ſatiabitur videns gloriam eius.

S. *Eminentia creatoris relucet in cœlorum ornatu & pulchritudine:nempe in cœlo, luna, ſtellis,iride, niue, grandine,nubibus,tonitru, gelu,ab aquilone,pruina, & mari, in quo ſunt plurima genera beluarum: denique nemo ad Deum laudandum ſufficit.*

A CAP. XLIII.

ALtitudinis firmamentum pulchritudo eius eſt,ſpecies cœli in viſione gloriæ.Sol in aſpectu annuntians in exitu,vas admirabile opus Excelſi.In meridiano exurit terram,& in cõſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere.Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris. Tripliciter ſol exurens montes,radios igneos exuffians & refulgens,radijs ſuis obcæcat oculos. Magnus Dominus qui fecit illum, & in ſermonibus eius feſtinauit iter.Et luna in omnibus in tempore ſuo, oſtẽ ſio temporis & ſignum æui. A luna ſignum diei feſti,luminare quod minuitur in conſummatione. Menſis ſecundum nomen eius eſt B creſcens mirabiliter in conſummatione. Vas caſtrorum in excelſis,in firmamento cœli reſplendens glorioſè.Species cœli gloria ſtellarũ mundũ illuminans in excelſis Dominus. In verbis ſanctis ſtabũt ad iudiciũ, & nõ 'deficient in vigilijs ſuis. Vide arcum,& benedic eum‖qui fecit illũ: valde ſpecioſus eſt in ſplẽdore ſuo. Gyrauit cœlum in circuitu gloriæ ſuæ manus excelſi aperuerunt illum. Imperio ſuo accelerauit niuem, & accelerat coruſcationes emittere iudicij ſui. Propterea aperti ſunt theſauri,& euolauerunt nebulæ ſicut aues,In magnitudine ſua poſuit nubes, & confracti ſunt lapides grandinis. In conſpectu eius commouebuntur montes,& in voluntate eius aſpirauit notus.Vox tonitrui eius verberauit terram tempeſtas, aquilonis,& cõgregatio ſpiritus:& ſicut auis deponens ad ſedendum,aſpergit niuem, & ſicut locuſta demergens deſcenſus eius.Pulchritudinem candoris eius admirabitur oculus, & ſuper imbrẽ eius C expaueſcit cor.Gelu ſicut ſalẽ effundet ſuper terrã:& dũ gelauerit fiet tanquã cacumina tribuli.Frigidus ventus aquilo flauit, & gelauit cryſtallus ab aqua, ſuper omnem congregationẽ aquarum requieſcet,& ſicut lorica induet ſe aquis.Et deuorabit montes,& exuret deſertum,& extinguet viride ſicut ignẽ. Medicina omnium in feſtinatione nebulæ, & ros obuians ab ardore venieti humilem efficiet eum. In ſermõe eius ſiluit ventus, & cogitatione ſua placauit abyſſum, & plantauit illum Dominus Ieſus. Qui nauigant mare, enarrãt pericula eius: & audientes auribus noſtris admirabimur. Illic præclara opera, & mirabilia: varia beſtiarum genera,& omnium pecorum,& creatura beluarum. Propter ipſum confirmatus eſt itineris finis, & in ſermone eius compoſita ſunt omnia. Multa dicemus, D & deficiemus in verbis, conſummatio autem ſermonum ipſe eſt in omnibus. Gloriantes ad quid valebimus? ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua.‖Terribilis Dominus, Pſal. 59.2. & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipſius. Glorificantes Dominum quantũcunq; potueritis, ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius.Benedicẽtes Dominum,exaltate illum quantum poteſtis. maior enim eſt omni laude. Exultantes eum replemini virtute.Ne laboretis: non enim comprehendetis.‖Quis videbit eũ & enarrabit? & Pſal.105. quis magnificabit eũ ſicut eſt ab initio? Multa abſcondita ſunt maiora his: pauca enim vidimus operum eius. Omnia autem Dominus fecit,& piè agentibus dedit ſapientiam.

Dñs Ieſus.

S. *Laus piorũ patrum ac ſeminis eorum: primũ in genere,deinde nominatim laudãtur Enoch, Noë, Abraham cui factæ ſunt promiſſiones, Iſaac,& Iacob.*

CAP. XLIIII.

LAudemus viros glorioſos, & parentes B noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit dominus magnificentia ſua à ſeculo, Dominantes in poteſtatibus ſuis homines magni virtute & prudentia ſua præditi, nuntiantes in prophetis dignitatem prophetarũ, & imperãtes in præſenti populo, & virtute

Supr.20.d

*reuereminii.1.

Sap.40.b

*luna.c.

*excelſior. 4.

Genes.9.b.

& virtute prudentiæ populis ſanctiſsima ver-
ba. In peritia ſua requirentes modos muſicos,
*in ſcriptura.3. narrantes carmina "ſcripturarum'. Homines
diuites in virtute pulchritudinis ſtudium ha-
bentes: pacificantes in domibus ſuis. Omnes
iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam ad-
epti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudi-
bus. Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen
narrandi laudes eorum. & ſunt quorum non
eſt memoria: perierunt quaſi qui non fuerint,
& nati ſunt quaſi non nati, & filij ipſorũ cum
ipſis. Sed illi viri miſericordiæ ſunt, quorum
pietates non defuerunt: cum ſemine eorũ per-
manent bona, hæreditas ſancta nepotes eo-
rum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum:
& filij eorum propter illos vſque in æternum
manent: ſemen eorum & gloria eorum non
C derelinquetur. Corpora ipſorum in pace ſe-
pulta ſunt, & nomen eorum viuit in genera-
tionem & generationem. Sapiẽtiam ipſorum
narrent populi, & laudem eorum nuntiet ec-
Gen.5.c. Heb.11.a. clesia. ‖Henoch placuit Deo, & tranſlatus eſt
Gene.6.b. in paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam.
7.a. Hebr.11.b. Noë inuentus eſt perfectus, iuſtus & in tem-
pore iracundiæ factus eſt reconciliatio. Ideò
dimiſſum eſt reliquum terræ, cum factum eſt
Gene.17.a. diluuium. ‖Teſtamenta ſeculi poſita ſunt a-
pud illum, ne deleri poſsit diluuio omnis ca-
ro. Abraham magnus pater multitudinis gen-
tium, & non eſt inuentus ſimilis illi in glo-
ria, qui conſeruauit legẽ Excelſi & fuit in te-
Gen.22.d. ſtamentum cum illo. ‖ In carne eius ſtare fe-
Galat.3.b. cit teſtamento, & in tẽtatione inuentus eſt
Gen.22.c. fidelis. ‖Ideò iureiurando dedit illi "gloriam'
D in gente ſua, creſcere illum quaſi terræ cumu-
*ſemen.7. lum, & vt ſtellas exaltare ſemen eius, & hære
ditare illos à mari vſque ad mare, & à flumine
vſque ad terminos terræ. Et in Iſaac eodem
modo fecit propter Abraham patrem eius. Be
nedictionem omnium gentium dedit illi Do
*ſuum. minus, & teſtamentum *confirmauit ſuper ca
put Iacob. Agnouit eum in benedictionibus
ſuis, & dedit illi hæreditatem, & diuiſit illi par
tem in tribubus duodecim. Et conſeruauit il-
li homines miſericordiæ inuenientes gratiam
in oculis omnis carnis.

S. De laudibus Moſi, Aaron, & Phinees: de cõgregatione Core interempta.

CAP. XLV.

A Dilectus Deo & hominibus Moyſes,
Exod.11.a. cuius memoria in benedictione eſt. Si-
milem illũ fecit in gloria ſanctorum,
& magnificauit eum in timore inimicorum,
Exod.6.7.8. & in verbis ſuis monſtra placauit. ‖Glorifica-
uit illum in conſpectu regum, & iuſsit illi co-
ram populo ſuo, & oſtendit illi gloriam ſuã.
Exod.16.c ‖In fide & lenitate ipſius ſanctum fecit illum,
⊳.3. & elegit eum ex omni carne. Audiuit ⊳enim'
eum, & vocem ipſius, & induxit illum in nu- Exod.19.b
bem. ‖ Et dedit illi "cor ad præcepta', & legem "corã præcepta.3.
vitæ & diſciplinæ docere Iacob teſtamentum Exod.4.d
ſuum, & iudicia ſua Iſrael. Excelſum ‖ fecit
Aaron fratrem eius, & ſimilem ſibi de tribu
Leui, ſtatuit ei teſtamentum æternum, & de-
dit illi ſacerdotium gentis, & beatificauit il-
lum in gloria. & circumcinxit eum zona glo
riæ, & induit eum ſtolam gloriæ, & coronauit
eum in vaſis virtutis. ‖Circumpedes & femo B Exod.28.f
ralia, & humerale poſuit ei, & cinxit illum tin
tinnabulis aureis plurimis in gyro, dare ſoni-
tum in inceſſu ſuo, auditum facere ſonitum
in templo in memoriam filijs gentis ſuæ. Sto-
la ſancta auro & hyacintho, & purpura, opus
textile, viri ſapientis iudicio & veritate præ-
diti. Torto cocco opus artificis, gemmis pre-
tioſis figuratis in ligatura auri, & opere lapi-
darij ſculptis in memoriam ſecundum nume
rum tribuum Iſrael. Coronam auream ſuper
mitram eius expreſſam ſigno ſanctitatis, &
gloria honoris, & opus virtutis, deſyderia ocu
lorum ornata. Sic pulchra ante ipſum nõ fue-
runt talia vſque ad originem. Non eſt indu-
tus illa alienigena aliquis, ſed tantũ fillij ipſius
ſoli, & nepotes eius per omne tempus. Sacri-
ficia ipſius cõſumpta ſunt igne quotidie. ‖Cõ C
pleuit Moſes manus eius, & vnxit illum oleo Leui.8.b.
ſancto. Factum eſt illi in teſtamentum æter-
num, & ſemini eius ſicut dies cœli fungi ſacer
dotio, & habere laudem & glorificare popu-
lum ſuũ in nomine ſuo, Ipſum elegit ab om-
ni viuente, offerre ſacrificiũ Deo, Incenſum,
& bonum odorem in memoriam placare pro
populo ſuo: ⊳ &' dedit illis in præceptis ſuis ⊳.4.
poteſtatem, in teſtamentis iudiciorum docere
Iacob teſtimonia, & in lege ſua lucem dare
Iſrael. ‖Quia contra illum ſteterunt alieni, & Num.16.a
propter inuidiam circundederunt illum ho-
mines in deſerto, qui erant cum Dathan & A-
biron, & congregatio Core in iracundia. Vi-
dit Dominus Deus, & non placuit illi, & con
ſumpti ſunt in impetu iracundiæ. Fecit illis D
monſtra, & conſumpſit illos in flãma ignis.
Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hære-
ditatem, & primitias frugum terræ diuiſit illi.
Panem ipſis in primis parauit in ſatietatem.
nam & ſacrificia Domini edent, quæ dedit il-
li, & ſemini eius. Cæterum in terra gentes
non hæreditabit, & pars non eſt illi in gen-
te. ipſe eſt enim pars eius, & hæreditas. ‖ Phi- Num.25.c 1.Mac.2.f
nees filius Eleazari tertius in gloria eſt, imi-
tando eum in timore Domini: & ſtare in re-
uerentia gentis: in bonitate & alacritate ani-
mæ ſuæ placuit Deo Iſrael. Ideo ſtatuit illi te-
ſtamentum pacis, principem ſanctorum & gẽ
tis ſuæ, vt ſit illi ſemini eius ſacerdotij digni-
tas in æternum. Et teſtamentum Dauid regi
filio

filio Ieſſæ de tribu Iuda hæreditas ipſi & ſe-
mini eius, vt daret ſapientiam in cor noſtrum
iudicare gentem ſuam in iuſtitia: ne aboleren
tur bona ipſorum, & gloriam ipſorum in gen-
tem eorum æternam fecit.

S. Laudes Ioſue, Caleb, & Samuelis.

CAP. XLVI.

A Fortis in bello Ieſus Naue ſucceſſor Moy
ſi in prophetis, qui fuit magnus ſecun-
dum nomen ſuum, maximus in ſalutem
electorum Dei, expugnare inſurgẽtes hoſtes,
vt conſequeretur hæreditatem Iſrael. Quam
gloriam adeptus eſt in tollendo manus ſuas,
& iactando contra ciuitates romphæas? Quis
ante illum ſic reſtitit? Nam hoſtes ipſe Do-
Ioſue.10.c minus "perduxit' ‖Aut non in iracundia eius
impeditus eſt ſol, & vna dies facta eſt quaſi
duo? Inuocauit altiſsimum potentem in op-
pugnando inimicos vndique, & audiuit illum
magnus & ſanctus Deus in ſaxis grãdinis vir-
tutis valdè fortis. Impetũ fecit contra gentem
hoſtilem, & in deſcenſu perdidit contrarios
vt cognoſcant gentes potẽtiam eius, quia con
tra Deum pugnare non eſt facile: & ſecutus
Num.14.c B eſt à tergo potẽtes. ‖Et in diebus Moyſi miſe-
ricordiam fecit ipſe & Caleb filius Iephone,
ſtare contra hoſtem, & prohibere gentem à
peccatis, & perfringere murmur malitiæ. Et i-
pſi duo cõſtituti, à periculo liberati ſunt à nu
mero ſexcẽtorum millium perditum, induce-
re illos in hæreditatem, in terram quæ manat
C lac & mel. ‖Et dedit Dominus ipſi Caleb for-
Ioſue.14.c titudinem, & vſq; in ſenectutem permãſit illi
virtus, vt aſcẽderet in excelſum terræ locum,
& ſemen ipſius obtinuit hæreditatem: vt vide
rent omnes filij Iſrael quia bonũ eſt obſequi
ſancto Deo. Et iudices ſinguli ſuo nomine
quorum non eſt corruptũ cor, qui non auer-
ſi ſunt à Domino vt ſit memoria illorum in
benedictione, & oſſa eorum pullulent de loco
ſuo, & nomen eorum permaneat in æternum,
permanẽs ad filios illorum ſanctorum virorũ
gloria. Dilectus à Domino Deo ſuo Samuel
propheta Domini, renouauit imperium, &
vnxit principes in gente ſua. In lege Domini
cõgregationem iudicauit, & vidit Deum Ia-
D cob, & in fide ſua probatus eſt propheta. Et
cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit
Deũ lucis, & inuocauit Dominũ omnipotẽ-
tem in oppugnando hoſtes circunſtãtes vndi-
1.Reg.7.c. que, in oblatione viri inuiolati. ‖Et intonuit
de cœlo Dominus, & in ſonitu magno audi-
1.Reg.12.a. tam fecit vocem ſuam, ‖& contriuit principes
Tyriorum, & omnes duces Philiſtijm: & ante
tempus finis vitæ ſuæ & ſeculi, teſtimonium
1.Reg.25.a præbuit in conſpectu Domini, & Chriſti, ‖pe
1.Re.28.a. cunias & vſq; ad calceamenta ab omni carne
non accepit, & nõ accuſauit illum homo. ‖Et
poſt hoc dormiuit, & notũ fecit regi & oſtẽ-
dit illi finem vitæ ſuæ, & exaltauit vocẽ eius
de terra in prophetia delere impietatẽ gentis.

S. Laudes, Nathan, Dauidis, & Salomonis.

CAP. XLVII.

Poſt hæc ‖ſurrexit Nathan propheta in A
diebus Dauid. Et quaſi adeps ſeparatus à 1.Reg.11.a.
carne, ſic Dauid à filijs Iſrael. ‖Cum le- 1.Re.17.d.
onibus luſit quaſi cum agnis: & in vrſis ſimili
ter fecit ſicut in agnis ouium in iuuẽtute ſua.
‖Nunquid non occidit gigãtem, & abſtulit op 1.Re.17.f.
probrium de gente? In tollẽdo manum in ſaxo
fundæ deiecit exultationem Goliæ, vbi inuo-
cauit Dominum omnipotentem, & dedit in
dextera eius tollere hominem fortem in bello,
& exaltare cornu gẽtis ſuæ. ‖Sic in decem milli 1.Reg.18.b
bus glorificauit eum, & laudauit eum in bene
dictionibus Domini, in offerẽdo illi coronam
gloriæ. contriuit enim inimicos vndique, &
extirpauit Philiſtijm contrarios vſque in ho-
diernum diem: contriuit cornu ipſorum vſ-
que in æternum. In omni opere dedit confeſ-
ſionem Sãcto & Excelſo in verbo gloriæ. De B
omni corde ſuo laudauit Dominum, & dile-
xit Deum qui fecit illum, & dedit illi contra
inimicos potẽtiam: & ſtare fecit cãtores contra
altare, & in ſono eorũ dulces fecit modos. Et
dedit in celebrationibus decus, & ornauit tẽ-
pora vſque ad conſummationem vitæ, vt lau-
darent nomen ſanctum Domini, & amplifica
rent mane Dei ſanctitatem. ‖Chriſtus purga- 2.Re.12.d.
uit peccata ipſius, & exaltauit in æternũ cor-
nu eius: & dedit illi teſtamẽtum regum, & ſe-
dẽm gloriæ in Iſrael. Poſt ipſum ſurrexit filius
ſenſatus, & propter illum deiecit omnẽ poten
tiã inimicorum. ‖Salomon imperauit in die- 3.Reg.4.c.
bus pacis, cui ſubiecit Deus omnes hoſtes, vt
cõderet domum in nomine ſuo, & pararet ſan
ctitatem in ſempiternũ, quẽadmodum erudi-
tus eſt in iuuentute ſua. ‖Et impletus eſt quaſi C
flumen ſapientia & terram retexit anima "ſua'. 3.Reg.4.d
Et repleſti in cõparationibus ænigmata: ad in "tua.5.
ſulas longe diuulgatũ eſt nomen tuũ, & dile-
ctus es in pace tua. In cãtilenis, & prouerbijs,
& cõparationibus, & interpretationibus mira
tæ ſunt terræ, & in nomine Domini Dei cui
eſt cognomen, Deus Iſrael. ‖Collegiſti quaſi 3.Reg.11.a
aurichalcum aurum, & vt plumbum cõpleſti
argentũ, & inclinaſti femora tua mulieribus.
Poteſtatem habuiſti in corpore tuo. Dediſti
maculam in gloria tua, & prophanaſti ſemen
tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, &
in cæteris ſtultiam tuam, vt faceres imperium
bipartitum, & ex Ephraim imperare imperi-
um durum. Deus autem non derelinquet mi-
ſericordiam ſuam, & non corrumpet, nec de-
lebit opera ſua, neque perdet à ſtirpe nepo-
tes electi ſui: & ſemen eius qui diligit Domi-

Universidad de Deusto Biblioteca

Dnum,non corrumpet. Dedit autem reliquũ Iacob,& Dauid de ipsa stirpe. Et finẽ habuit Salomõ cum patribus suis. Et dereliquit post se
3.Reg.12.c de semine suo gentis stultitiam,& ‖imminutum à prudẽtia Roboam, qui auertit gentem consilio suo, & Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israel, & dedit viam peccandi Ephráim, & plurima redundauerunt peccata ipsorum. Valde auerterunt illos à terra sua. Et quæsiuit omnes nequitias, vsque dum perueniret ad illos defensio,& ab omnibus peccatis liberauit eos.

S. Laudes Eliæ, Elisæi, Ezechiæ,& Isaiæ, quorum oratione Deus liberauit Israël ab exercitu Sennacherib.

CAP. XLVIII.

A ET surrexit‖Elias propheta, quasi ignis,
3.Reg.17.a & verbum ipsius quasi facula ardebat. Qui induxit in illos famẽ, & imitantes illum inuidia sua, pauci facti sunt. non enim poterant sustinere præcepta Domini. Verbo Domini continuit cœlũ, & deiecit à se ignem terræ. sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi? Qui sustulisti mortuum ab inferis, de sorte mortis, in verbo Domini Dei. Qui deiecisti reges ad perniciem, & confregisti facile potentiam ipsorum, & glorioſos de lecto suo.

B Qui audis in Sina iudicium, & in Horeb iu-
3.Reg.19.c dicia defensionis: ‖Qui vnguis reges ad pœnitentiam, & prophetas facis successores post
4.Reg.2.b te. ‖Qui receptus es in turbine ignis in curru
ii iudicijs. equorum igneorũ. Qui inscriptus es in iudicijs temporum lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filiũ, & restituere tribus Iacob. Beati sunt qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. nam nos vita viuimus tantum, post mortem autem nõ erit tale nomen nostrum. Elias qui in turbine tectus est, & in Elisæo completus est spiritus eius: in diebus suis non pertimuit principem, & po-
4.Re.13.d tentia nemo vicit illum. ‖Nec superauit illum verbum aliquod, & mortuum prophetauit corpus eius. In vita sua fecit monstra, & in
C morte mirabilia operatus est. In omnibus istis nõ pœnituit populus, & non recesserunt à peccatis suis vsquedum eiecti sunt de terra sua, & dispersi sunt in omnẽ terram. & relicta est gens perpauca, & princeps in domo Dauid. Quidam ipsorum fecerunt quod placeret Deo: alij autem multa commiserunt peccata. Ezechias muniuit ciuitatem suam, & induxit in medium ipsius aquã, & fodit ferro rupem,
4.Rg.18.d & ædificauit ad aquam puteum. ‖ In diebus ipsius ascendit Sennacherib, & misit Rabsacen, & sustulit manum suam contra illos, & extulit manum suam in Sion, & superbus factus est potentia sua. Tunc mota sunt corda, & manus ipsorum: & doluerunt quasi parturientes mulieres. Et inuocauerunt Domi- D
num misericordem, & expandentes manus suas, extulerunt ad cœlum: & sanctus Dominus Deus audiuit cito vocem ipsorum. Non est commemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimcis suis, sed purgauit eos
4.Re.19.g. in manu Isaiæ sancti prophetæ. ‖ Deiecit ca-
Tobiæ.1.d stra Assyriorũ, & contriuit illos angelus Do-
Isaiæ.37.g mini. nã fecit Ezechias quod placuit Deo, &
1.Mac.7.f. fortiter iuit in via Dauid patris sui, quam mandauit illi Isaias propheta magnus, & fide-
2.Mac.8.e lis in conspectu Dei. ‖ In diebus ipsius retrò
4.Re.20.a redijt sol, & addidit regi vitam. Spiritu ma-
Isaiæ.38.a gno vidit vltima, & consolatus est lugentes in Sion, vsque in sempiternum. Ostendit futura, & abscondita antequam euenirent.

S. De Iosia, & quòd omnes reges Iuda præter Dauid, Ezechiam & Iosiam, fuerunt peccatores: de Ieremia, Ezechiele, Zorobabel, Iesu filio Iosedec, Nehemia, Enoch, Ioseph, Seth, & Sem.

CAP. XLIX.

MEmoria Iosiæ in cõpositione odoris A
facta opus pigmentarij. In omni ore quasi mel indulcabitur eius memoria, & vt musica in conuiuio vini. Ipse est directus diuinitus in pœnitentia gentis, & tulit
4.Re.23.b abominationes impietatis. Et gubernauit ad Dominũ cor ipsius, & in diebus peccatorum corroborauit pietatem. Præter Dauid, & Ezechiam, & Iosiam, omnes peccatum commiserunt. nam reliquerunt legem Altissimi reges B
Iuda, & contempserunt timorem Dei. Dederunt enim regnum suum alijs, & gloriã suam alienigenæ genti. Incenderunt electã sanctitatis ciuitatem, & desertas fecerunt vias ipsius
Iere.38.b. in manu Ieremiæ. ‖ Nam malè tractauerunt
Iere.1.b. illum, ‖ qui à ventre matris consecratus est propheta, euertere & eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renouare. ‖ Ezechiel qui vi-
Ezech.1.d. dit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim. Nam commemoratus est C
inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostenderunt rectas vias. Et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo. nam corroborauerunt Iacob, & redemerunt se in fide virtutis. Quomodo amplificemus ‖ Zoroba-
Aggæ.2.d bel? nam & ipse quasi signum in dextera manu Israel: ‖ Et Iesum filiũ Iosedec? qui in die-
Zacha.3.4. 1.Esdr.3.b bus suis ædificauerunt domum, & exaltauerunt templum sanctum Domino, paratum in D
gloriam sempiternam. ‖ Et Nehemias in me-
Nehe.7.a. moria multi temporis, qui erexit nobis muros euersos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras. ‖ Nemo natus est in ter-
Sup.44.c. ra qualis Henoch, nam & ipse receptus est à ter-

Gen.50.d à terra. ‖ Et Ioseph qui natus est homo, princeps fratrũ, firmamentum gentis, rector fratrũ stabilimentum populi: & ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetauerunt. Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt, & super omnem animam in origine Adam.

S. Simonis pontificis filij Oniæ præconia narrantur celeberrima: duæ gentes odio habitæ & tertia stulta: de Iesu filio Sirach huius libri authore.

CAP. L.

A SImon Oniæ filius, sacerdos magnus qui in vita sua suffulsit domum, & in diebus suis corroborauit templum. Tẽpli etiam altitudo ab ipso fundata est, duplex ædificatio & excelsi parietes templi. In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum, & quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suam, & liberauit eam à perditione. Qui præualuit amplificare ciuitatem, qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis: & ingressum domus, & atrij amplificauit. Quasi stella matutina in medio nebulæ, & quasi luna plena in diebus suis lucet. Et quasi sol refulgens, sic ille effulsit in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quasi flos rosarum in diebus vernis, & quasi lilia
B quæ sunt in trãsitu aquæ, & quasi thus redolens in diebus æstatis. Quasi ignis effulgens, & thus ardens in igne. Quasi vas auri solidũ, ornatum omni lapide pretioso. Quasi oliua pullulans, & cypressus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum consummatione virtutis. In ascensu altaris sancti, gloriam dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu sacerdotum, & ipse stans iuxta aram. Circa illum corona fratrũ: & quasi plãtatio cedri in monte Libano, sic circa illum steterunt quasi rami palmæ, & omnes filij Aaron in gloria sua. Oblatio autem Domini in manibus ipsorum, coram omni synagóga Israel, & consummationem fungens in ara, amplificare oblationem excelsi regis porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine vuæ. Effudit in fundamento altaris odorem diui-
C num excelso principi. Tunc exclamauerunt filij Aaron, in tubis productilibus sonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo. Tunc omnis populus simul properauerunt, & ceciderunt in faciem super terram adorare Dominũ Deum suum, & dare preces omnipotenti Deo excelso. Et amplificauerunt psallentes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus. Et rogauit populus Dominum excelsum in prece, vsque dum perfectus est honor Domini, & munus suum perfecerunt. Tunc descendens, manus suas extulit in omnem congregationem filiorum Israel dare gloriam Deo à labijs suis, & in nomine ipsius gloriari. & iterauit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei. Et plus orauit Deũ omnium, D
qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies nostros à ventre matris nostræ, & fecit nobiscum secundum suam misericordiam. det nobis iucũditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos: credere Israel nobiscum esse Dei misericordiam, vt liberet nos in diebus suis. Duas gentes odit anima mea: tertia autem non est gens, quam oderim. qui sedent in monte Seir, & Philisthijm: & stultus populus qui habitat in Sichimis. Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolimita, qui renouauit sapientiam de corde suo. Beatus qui in istis versatur bonis. qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit. quia lux Dei, vestigium eius est.

Oratio Iesu filij Sirach.

S. Dei laus, exaltatio & gratiarum actio.

CAP. LI.

CONfitebor tibi Domine rex, & collau A
dabo te Deum saluatorem meum. Cõfitebor nomini tuo: quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labijs operantiũ mendacium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundum multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad escam, de manibus quærentium animã meam, & de portis tribulationum quæ circundederunt me: à pressura flammæ, quæ circundedit me, & in medio ignis non sum æstuatus. De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta. Laudabit vsque ad mortem anima mea Dominum, & vita mea appropin
quans erat in inferno deorsum. Circundede- B
runt me vndique, & non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutorium hominum, & non erat: Memoratus sum misericordiæ tuæ Domine, & cooperationis tuæ quæ à seculo sunt: quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gẽtium. Exaltasti super terram habitationẽ meam, & pro morte defluente deprecatus sum. Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo. Propterea cõfitebor, & laudem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem dicam tibi,& benedicam nomini Domini. Cum adhuc iunior sum, prius quam oberrarem, quæsiui sapientiam palam in oratione C mea. Ante tempus postulabam pro illa, & vsque in nouissimis inquiram eam, & florebit tanquam præcox vua. Lætatum est cor meum in ea, ambulauit pes meus iter rectum, à iuuentute mea inuestigabam eam. Inclinaui modicè aurem meam, & excepi illam. Multam inueni in me ipso sapientiam, & multũ profeci in ea. Danti mihi sapiẽtiam, dabo gloriam. Consiliatus sum enim vt facerem illam: zelatus sum bonum, & non confundar. Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum. Manus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit. Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eam. Possedi cum ipsa cor ab initio: propter hoc non derelinquar. Venter meus conturbatus est quærendo illam: propterea bonam possidebo possessionẽ. Dedit mihi enim Dominus linguam mercedem meam: & in ipsa laudabo eum. Appropiate ad me indocti, & congrega- D te vos in domum disciplinæ. quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiunt vehementer. Aperui os meum, & locutus *sapientiã. sum, Comparate vobis sine argento, *& collum vestrum subijcite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinã. in proximo est enim inuenire eam. Videte oculis vestris quia modicũ laboraui, & inueni mihi multã requiem. Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea. Lætetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude ipsius. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

Ad Paulam & Eustochium in translationem Isaiæ ex Hebraica veritate, Hieronymi Præfatio.

NEMO cum prophetas versibus viderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de Psalmis vel operibus Salomonis: sed quod in Demosthene & Tullio solet fieri, vt per cola scribantur & commota, qui vtique prosa, & non versibus conscripserunt. Nos quoque vtilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo scribendi genere distinximus. Ac primùm de Isaia sciendum, quòd in sermone suo disertus sit: quippe vt vir nobilis & vrbanę eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admistum. Vnde accidit, vt præ cæteris, florem sermonis eius, translatio non potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adijciendum: quòd non tam propheta dicendus sit quàm euangelista. Ita enim vniuersa CHRISTI, ecclesiæq; mysteria ad liquidum prosecutus est, vt non putes eum de futuro vaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde conijcio noluisse tunc temporis Septuaginta interpretes fidei suæ sacramẽta perspicuè ethnicis prodere: ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent: quæ, cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere: nec facilè quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antequã legerit: nos quoque patêre morsibus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non valent, despiciunt. Sciens ergo et prudens in flammam mitto manum: & nihilominus hoc ã fastidiosis lectoribus precor, vt quomodo Græci post septuaginta translatores Aquilam & Symmachum, & Theodotionem legunt, vel ob studium doctrinę suæ, vel vt septuaginta magis ex collatione eorũ intelligant: sic & isti saltem vnum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & postea despiciant: ne videantur, non ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Isaias in Ierusalem, & in Iudæa, necdum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de vtroque regno, nunc commistim, nunc separatim texit oraculum. Et cùm interdum ad præsentem respiciat historiam, & post Babyloniæ captiuitatem reditum populi significet in Iudæa: tamen omnis eius cura de vocatione Gentiũ, & aduentu CHRISTI est. Quẽ quanto plus amatis ô Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite, vt pro obtrectatione præsenti qua me indesinenter æmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro, qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne Iudæi de falsitate scripturarum ecclesijs eius diutius insultarent.

Argumentum in Prophetiam Isaiæ.

ISAIAS in Ierusalem nobili genere ortus est, ibique prophetauit. Sub Manasse rege sectus in duas partes, occubuit. Sepultúsque est sub Quercu-Rogel, iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere

Pro-

Prophetia Isaiæ.

S. *Tempus quo prophetauit Isaias super Iudam & Ierusalem, quæ ob suam ingratitudinem aliaq; scelera, omni pœnarum genere à Deo percussa, non est ad eum reuersa: quamobrem dicit misserimam imminere ipsi desolationem: victimæ & solennitates ipsius reijciuntur: & quid facere debeat vt in gratiam à Deo recipiatur. rursum ob defectionem à pristina virtute in varia peccata grauem vindictam, & futuram tandem ipsius liberationem & in fæliciorem statum restitutionem vaticinatur.*

CAP. I.



VIsio Isaiæ filij Amos, quam vidit super Iudam & Ierusalem in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autem ▷me' non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis. dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctũ Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas. vulnus, & liuor, & plaga tumens: non est circumligata, nec cura Infra. 5. d. ta medicamine neq; fota oleo. ‖Terra vestra deserta: ciuitates vestræ succẽsæ igni: regionẽ vestrã coram vobis alieni deuorãt: & desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Siõ vt vmbraculum in vinea, & sicut tuguriũ in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. ‖Nisi Dominus exercituum reliquisset Roma. 9. f. nobis semẽ, ‖quasi Sodoma fuissemus, & quasi Gen. 19. c. Gomorrha similes essemus. ‖Audite verbum Ierem. 6. c. Domini principes Sodomorum, percipite au- Amos. 5. f. ribus legem Dei nostri populus Gomorrhæ. Quò mihi multitudinem victimarum vestrarum, dicit Dominus? "plenus sum. holocausta arietum, & adipem' pinguium, & sanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. Cum "veniretis' ante cõspectum meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambuletis in atrijs meis? ne "afferatis' vltrà sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbathum, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri: calẽdas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. Et cum extenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum multipli caueritis orationem, non exaudiam. ‖manus ▷enim' vestræ sanguine plenæ sunt. ‖Lauamini, mundi estote, auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis: quiescite agere peruersè, discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabũtur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana, ▷alba' erunt. Si volueritis, & audieritis ▷me', bona terræ comedetis. Quòd si nolueritis, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius deuorabit vos, quia os Domini locutum est. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? iusti- tia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentum tuum versum est in scoriam: vinum tuũ mistum est aqua. Principes tui infideles, socij furum. omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. ‖Pupillo non iudicant: & Ierem. 5. g. causa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Israel, Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Et cõuertam manum meam ad te, & excoquam ad purum scoriam tuam & auferam omne stannum tuum. Et restituam iudices tuos vt fuerunt prius, & G consiliarios tuos sicut antiquitus. post hæc vocaberis ciuitas iusti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reducẽt eam in iustitia: & conteret sceleratos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominum, consumentur. Cõfundentur enim ab idõlis quibus sacrificauerunt: & erubescetis super hortis quos elegeratis, cùm fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absque aqua. Et erit fortitudo vestra, vt fauilla stupæ, & opus vestrum quasi scintilla: & succendetur vtrunq; simul, & non erit qui extinguat.

"Plenus sum holocausto arietũ & adipe. 4.
"veneritis. 5.
"offeratis D
Infra. 59. a ▷. 8. 1. Pet. 3. b. E
▷. 2.
▷. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. *Ad montem domus Domini fluẽt omnes gentes, & de Sion exibit lex, nec vltrà bello molestabitur: domus verò Iacob ob idolatriam, auaritiam & reliqua scelera abijcietur: superbi humiliabuntur & solus Dominus exaltabitur.*

CAP. II.

A Mich. 4.a. VErbum quod vidit Isaias filius Amos super Iudã & Ierusalem. ‖ Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montiũ, & eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes. Et ibunt populi multi, & dicent, Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Et iudicabit Gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: nõ leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltrà ad prælium. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumi-
B ne Domini. Proiecisti enim populum tuum domum Iacob: quia repleti sunt vt Olim, & augures habuerunt vt Philisthijm, & pueris alienis adhæserunt. *Repleta est terra *argento & auro: & non est finis thesaurorũ eius: & repleta est terra eius equis: & innumerabiles quadrigræ eius. Et repleta est terra eius idõlis: opus manuum suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo,
C & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum: exaltabitur autẽ Dominus solus in die illa. Quia dies Domini exercituum super omnem superbum & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan. Et super omnes mõtes excelsos, & super omnes colles eleuatos. Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitũ. Et super omnes naues Thar
D sis, & super omne quod visu pulchrum est. Et incuruabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum: & eleuabitur Dominus solus in die illa. Et idõla penitus con- Luc. 23.d. terentur. ‖ Et introibunt in speluncas petra- Oseæ. 10.b rum, & in voragines terræ à facie formidinis Apoc. 9. b. Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. In die illa proijciet homo idõla argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi vt adoraret, talpas & vespertiliones. Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cùm surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est: quia excelsus reputatus est ipse.

*Et. 2. *eius. 1.

S. *Futura Iudæorum ob sua peccata grauis afflictio, ac desertio, & puerorum atque effœminatorum dominium: peccata superiorum arguit: item superbiam & curiosam lasciuiam filiarum Sion in ignominiam vertendam prædicit.*

CAP. III.

ECce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & A
omne robur aquæ: fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem: Principem super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliarium, & sapientem de architectis, & prudentem eloquij mystici. Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et irruet populus, vir ad virũ, & vnusquisque ad proximum suum: tumultuabitur puer contra senem, & ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui, *Vestimentum tibi est, princeps esto noster, ruina autem hæc sub manu tua. *Respondebit in die illa, dicens, Nõ sum medicus, & in domo mea non est panis, neque vestimentum: nolite constituere me principem populi. Ruit enim Ierusalem, & Iudas concidit: quia lingua eo- B
rum, & adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maiestatis eius. Agnitio vultus eorum respondit eis: & peccatum suum quasi Sodoma prædicauerunt, ne absconderunt. væ animæ eorum: quoniam reddita sunt eis mala. Dicite iusto quoniam benè, quoniam fructum adinuentionũ suarum comedet. Væ impio in malũ: retributio enim manuum eius fiet ei. Populum meum exactores sui spoliauerunt, & mulieres dominatæ C
sunt eis. Populo meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant. ‖ Stat ad iudicandum Dominus, & Apoc. 11.b. stat ad iudicandos populos. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui, & principibus eius: vos enim depasti estis vineam, *& rapina pauperis in domo vestra. Quare atteritis populũ meum, & facies pauperũ commolitis, dicit Dominus Deus exercituum? Et dixit Dominus, Pro eo quod eleuatæ sunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum, ibant & plaudebant: ambulabant, & pedibus suis composito gradu incedebãt: Decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum D
claceamentorũ & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & olfactoriola, & in aures, & annulos, & gemmas in fronte pendentes,

*dicent.

*Respondebit.

*meam

dentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suaui odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro crispanti crine caluitium, & pro fascia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio. Et mœrebunt atq; lugebũt portæ eius, & desolata in terra sedebit.

S. *Septem mulieres vnum maritum appetent: germen Domini exaltabitur: & reliquiæ Israël ablutis earum sordibus saluæ erunt, magnaq; securitate & fœlicitate afficientur.*

CAP. IIII.

AET apprehendent septem mulieres virũ vnum in die illa, dicentes, Panem nostrum comedemus, & vestimentis nostris operiemur: tantummodo inuocetur nomen tuum super nos, auser opprobrium nostrum. In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Et erit: omnis qui relictus fuerit in Sion, & residuus in Ierusalem, sanctus vocabitur, omnis qui scriptus est in vita in Ierusalem: Si abluerit Dominus sordes filiarum Siõ, & sanguinem Ierusalem lauerit de medio eius in spiritu iudicij & spiritu ardoris. Et creabit Dominus super omnem locum montis Sion, & vbi inuocatus est nubem per diem, & fumum & splendorem ignis flammantis in nocte. super omnem enim gloriam protectio. Et tabernaculum erit in vmbraculum diei ab æstu, & in securitatem & absconsionem à turbine & à pluuia.

S. *Sub figura vineæ sterilis in direptionem traditæ prophetat iudicium & desertionem Iudæorum, ipsorumq; peccata describuntur: auaritia in coadunãdis possessionibus: ebrietas & contẽptus scientia Dei: inferni dilatatio: humiliatio superborum, & exaltatio Dei: fœlicitas quoque iustorum, & væ diuersis peccatorum generibus denuntiatur: & signum in nationibus eleuandum contra Iudæos.*

CAP. V.

A Ierem. 2.d. Matt. 21.d. CAntabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ suæ: ‖ Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei. Et sepiuit eam, & lapides elegit ex illa, & plantauit eam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labruscas. Nunc ergo habitatores Ierusalem, & viri Iuda, iudicate inter me & vineam meã. Quid est quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci ei? an quod expectaui vt faceret vuas, & fecit labruscas? Et B
nunc ostendam vobis quid ego faciam vineæ meæ, Auferam sepem eius, & erit in direptionem: diruam maceriã eius, & erit in cõculcationẽ. Et ponã eam desertã: non putabitur, & non fodietur: & ascendent *vepres & spinæ: & *super eam. nubibus mãdabo ne pluãt super eam imbrem. Vinea enim Domini exercituum, domus Israel est: & vir Iuda, germen eius delectabile; & expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iustitiam, & ecce clamor. Væ, qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vsque ad terminum loci. nunquid habitabitis vos soli in medio terræ? In C
auribus meis sunt *hæc, dicit Dominus exer- *hæc dominũ exercituũ. 7 cituum, ' Nisi domus multæ desertæ fuerint grandes & pulchræ, absque habitatore. Decem enim iugera vinearum facient lagunculam vnam, & triginta modij sementis facient modios tres. Væ, qui consurgitis mane ad ebrietatem sectandam, & potandum vsque ad vesperam, vt vino æstuetis. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conuiuijs vestris: & opus Domini non respicitis, nec opera manuum eius cõsyderatis. Propterea captiuus ductus est populus meus, quia non habuit scientiam, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius siti exaruit. Pro- D
pterea dilatauit infernus animã suam, & aperuit os suum absq; vllo termino: & descẽdent fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriosiq; eius ad eum. Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi sublimium deprimentur. Et exaltabitur Dominus exercituum in iudicio, & Deus sanctus sanctificabitur in iustitia. Et pascentur agni iuxta ordinem suũ, & deserta in hubertatem versa aduenæ comedẽt. Væ, qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis, & quasi vinculũ plaustri peccatum. Qui dicitis, Festinet, & citò veniat opus e- E
ius, vt videamus: & appropiet, & veniat consilium sancti Israel, & sciemus illud. Væ, qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. ‖ Væ, qui sapientes estis in oculis vestris, & Prou. 3.a. Rom. 12. d coram vobismetipsis prudentes. Væ, qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem. Qui iustifica- prouer. 17. c. tis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Propter hoc sicut deuorat F
stipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: sic radix eorum quasi fauilla erit, & germen eorum vt puluis ascẽdet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium sancti Israel blasphemauerunt. Ideò iratus est furor Domini in populum suum, & extendit manum suam super eum, & percussit eũ: & conturbati sunt montes, & facta sunt morticina eorum quasi stercus in medio platearum. In his omnibus non est auersus furor

Universidad de Deusto Biblioteca

eius,ſed adhuc manus eius extenta. Et eleua-
bit ſignũ in nationibus procul, & ſibilabit ad
eum de finibus terræ:& ecce feſtinus ſelociter
G veniet.Non eſt deficiens,neq; laborans in eo:
non dormitabit,neq; dormiet,neq; ſoluetur
cingulum renum eius nec rumpetur corrigia
calceamẽti eius.Sagittæ eius acutæ, & omnes
arcus eius extenti. Vngulæ equorum eius vt
ſilex, & rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis.
Rugitus eius vt leonis,rugiet vt catuli leonũ:
& frẽdet,& tenebit prædam,& amplexabitur,
& non erit qui eruat.Et ſonabit ſuper eum in
die illa ſicut ſonitus maris: aſpiciemus in ter-
ram,& ecce tenebræ tribulationis, & lux obte
nebrata eſt in caligine eius.

S. *Iſaias viſa Domini maieſtate, condemnat ſe quòd tacuerit,ſed mundatis labijs ſuis offert ſe ad prædicandum: prædicitur excæcandus populus vſque ad deſolationem ciuitatum Iudæ, & eius quæ derelicta erat futura conſolatio.*

CAP. VI.

A IN anno quo mortuus eſt rex Ozias, vidi
Dominũ ſedẽtem ſuper ſoliũ excelſum &
eleuatum: *& ea quæ ſub ipſo erãt reple- * *& plena erat domus à maieſtate eius.*
bant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud:
ſex alæ vni,& ſex alæ alteri.duabus velabãt fa-
ciẽ eius,& duabus velabant pedes eius,& dua-
bus volabant.Et clamabãt alter ad alterum,&
Apoc. 4.c. dicebant, ‖Sanctus ſanctus ſanctus Dominus
B ▷Deus' exercituũ, plena eſt omnis terra glo-
▷.3. ria eius.Et cõmota ſunt ſuperliminaria cardi-
num à voce clamãtis,& domus repleta eſt fu-
mo.Et dixi,væ mihi,quia tacui, quia vir pol-
lutus labijs ego ſum, & in medio populi pol-
luta labia habentis ego habito, & regem Do-
minum exercituum vidi oculis meis.Et vola-
uit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius
calculus,quẽ forcipe tulerat de altari. Et teti-
"tetigit.3. git os meũ,& dixit,Ecce "tetigi' hoc labia tua,
C & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum
mundabitur.Et audiui vocem Domini dicen-
tis, Quem mittam? & quis ibit nobis?Et dixi,
ecce ego, mitte me, Et dixit, Vade, & dices
Mat. 13.b. populo huic, ‖Audite audientes, & nolite in-
Marc. 4.b telligere: & videte viſionẽ, & nolite cognoſ-
Luc. 8. b. cere. Excæca cor populi huius,& aures eius ag
Ioan. 12. f. graua, & oculos eius claude:ne forte videat o-
Actu. 2. f. culis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo
Rom. 11.b. intelligat,& cõuertatur, & ſanem eũ.Et dixi,
D vſquequo Domine?Et dixit, donec deſolẽtur
ciuitates abſque habitatore,& domus ſine ho-
mine: & terra relinquetur deſerta.Et longe fa
ciet Dominus homines, & multiplicabitur
quæ derelicta fuerat in medio terræ. Et adhuc
in ea decimatio,& cõuertetur,& erit in oſten
ſionem ſicut terebinthus,& ſicut quercus quæ
expandit ramos ſuos: ſemen ſanctum erit id
quod ſteterit in ea.

S. *Obſeſſa à Syris & ab Iſrael Ieruſalem, Iſaias prophetat illos non præualituros, datque impio Achaz ſignum liberationis virginem parituram filium cuius nomen Emmanuel: prædicitq; deſertionem Iſrael, & grauiſſimam Iudæ afflictionem ac ſolitudinem.*

CAP. VII.

ET factum eſt ‖in diebus Achaz filij Ioa- A
than,filij Oziæ regis Iuda, aſcendit Ra 4.Re.16.a
ſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ
rex Iſrael,in Ieruſalem,ad præliandum contra
eam, & non potuerũt debellare eam. Et nun-
tiauerunt domui Dauid,dicentes,requieuit Sy
ria ſuper Ephráim, & cõmotum eſt cor eius,
& cor populi eius:ſicut mouentur ligna ſylua
rum à facie vẽti.Et dixit Dominus ad Iſaiam,
Egredere in occurſum Achas tu, & qui dere-
lictus eſt Iaſub filius tuus, ad extremum aquæ
ductus piſcinæ ſuperioris in via Agri-fullonis.
Et dices ad eum, Vide vt ſileas:noli timere,&
cor tuum ne formidet à duabus caudis titio-
num fumigantium iſtorum in ira furoris Ra- B
ſin "regis' Syriæ,& filij Romeliæ:eò quod con &.6.
ſilium inierit cõtra te Syria in malum, Ephrá-
im,& filius Romeliæ dicentes,aſcendamus ad
Iudam, & ſuſcitemus eum, & auellamus eum
ad nos,& ponamus regem in medio eius fili-
um Tabeel.Hæc dicit Dominus Deus.Nõ ſta
bit, & non erit iſtud:ſed caput Syriæ Damaſ-
cus, & caput Damaſci Raſin: & adhuc ſexa-
ginta & quinque anni,& deſinet Ephráim eſ-
ſe populus: & caput Ephráim Samaria, & ca-
put Samariæ filius Romeliæ. Si non crediderı
tis,non permanebitis.Et adiecit Dominus lo
qui ad Achaz,dicens, Pete tibi ſignum à Do-
mino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in
excelſum ſuprà.Et dixit Achaz.Non petam &
non tentabo Dominum.Et dixit,audite ergo
domus Dauid. Nunquid parum vobis eſt,mo C
leſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Math. 1. d.
Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ip- Luc. 1. c.
ſe vobis ſignum, ‖Ecce,virgo concipiet & pa- "vocabitis.
riet filium,& "vocabitur' nomẽ eius Emanuel. 9. "vocabis.7.
Butyrum & mel comedet, vt ſciat reproba-
re malum, & eligere bonum.Quia antequam
ſciat puer reprobare malum, & eligere bonũ,
derelinquetur terra quam tu deteſtaris à facie
duorum regum ſuorum. Adducet Dominus
ſuper te,& ſuper populum tuum,& ſuper do-
mum patris tui dies qui non venerunt à die-
bus ſeparationis Ephráim à Iuda cum rege Aſ-
ſyriorum.Et erit in die illa:ſibilabit Dominus
muſcæ quæ eſt in extremo fluminũ Aegypti,
& api quæ eſt in terra Aſſur: & venient,& re-
quieſcent omnes in torrentibus vallium,& in
cauernis petrarũ, & in omnibus frutetis, & in
vniuer-

D vniuerſis foraminibus. In die illa radet Do-
4.Reg.19. minus in nouacula conducta‖ in his qui trans
flumen ſunt,in rege Aſſyriorũ, caput & pilos
pedũ & barbam vniuerſam. Et erit in die illa:
nutriet homo vaccam boum, & duas oues, &
præ hubertate lactis,comedet butyrum, buty-
rum enim & mel manducabit omnis qui reli-
ctus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa:
omnis locus vbi fuerint mille vites, mille ar-
genteis, in ſpinas & in vepres erunt.Cum ſa-
gittis & arcu ingredientur illuc:vepres enim,
& ſpinæ erũt in vniuerſa terra.Et omnes mon
tes qui in ſarculo ſarrientur, non veniet illuc
terror ſpinarum & veprium, & erit in paſcua
bouis,& in conculcationem pecoris.

S. *Iubetur Iſaias in libro ſcribere nomen pueri naſcituri:prædicit regna Iſrael & Syriæ deſtruenda, Iudæque afflictionem & futuram eius à Deo liberationem, licet multi ex Iuda caſuri ſint:iubet ligari teſtimonium, & legem ſignari, ſubijciens quæ immineant mala recedentibus à lege.*

CAP. VIII.

A ET dixit Dominus ad me, Sume tibi li-
brum grandem, & ſcribe in eo ſtylo ho
minis,Velociter ſpolia detrahe,citò præ
dare. Et adhibui mihi teſtes fideles Vriam ſa-
cerdotem, & Zachariam filium Barachiæ: &
acceſſi ad prohetiſſam, & concepit, & peperit
filium.Et dixit Dominus ad me,voca nomen
eius Accelera-ſpolia-detrahere, Feſtina-præ-
dari. Quia antequã ſciat puer vocare patrem
ſuum & matrẽ ſuam, auferetur fortitudo Da-
maſci,& ſpolia Samariæ coram rege Aſſyrio-
B rum.Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc,
dicẽs, Pro eo quod abiecit populus iſte aquas
Siloe, quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit
magis Raſin, & filium Romeliæ: propter hoc
ecce Dominus adducet ſuper eos aquas flumi
nis fortes & multas,regem Aſſyriorum,& om
nem gloriam eius: & aſcendet ſuper omnes ri
uos eius,& fluet ſuper vniuerſas ripas eius,&
ibit per Iudam, inundans,& trãſiens vſque ad
collum veniet.Et erit extentio alarũ eius,im-
plens latitudinem terræ tuæ ô Emanuel. Con
gregamini populi,& vincimini,& audite vni-
nerſæ procul terræ:confortamini & vincimi-
ni,accingite vos & vincimini,inite cõſilium,
& diſſipabitur:loquimini verbum,& non fiet:
C quia nobiſcũ Deus. Hæc enim ait Dominus
ad me ſicut in manu forti,erudiuit me,ne irem
in via populi huius,dicens,Non dicatis,coniu
ratio,omnia enim quæ loquitur populus iſte,
coniuratio eſt: & timorem eius ne timeatis,
Lucæ.2.e. neque paueatis. Dominũ exercituum ipſum
Rom.9.g. ſanctificate: ipſe pauor veſter, & ipſe terror
1.Pet.2.b. veſter. Et erit vobis in ſanctificationẽ. ‖In la-
pidem aũt offenſionis,& in petram ſcãdali dua
bus domibus Iſrael,in laqueũ & in ruinam ha-
bitantibus Ieruſalem.Et offendẽt ex eis pluri-
mi,& cadent,& conterentur,& irretientur,&
capientur.Liga teſtimonium, ſigna legem in
diſcipulis meis. Et expectabo Dominum qui
abſcondit faciem ſuam à domo Iacob,& præ-
ſtolabor eum.‖Ecce, ego & pueri▷mei' quos Heb.2.b.
dedit mihi Dominus in ſignum, & in porten D
tum Iſrael à Domino exercituũ, qui habitat ▷.9.
in monte Sion.Et cùm dixerint ad vos.Quæ-
rite à pythonibus, & à diuinis qui ſtrident in
incantationibus ſuis: Nunquid nõ populus à
Deo ſuo requiret▷viſionem'?pro viuis à mor ▷.3.
tuis?Ad legem magis & ad teſtimoniũ.Quòd
ſi non dixerint iuxta verbum hoc,non erit eis
matutina lux.Et tranſibit per eam,corruet,&
eſuriet:& cùm eſurierit,iraſcetur,& maledicet
regi ſuo,& Deo ſuo,& ſuſpiciet ſurſum.Et ad
terram intuebitur: & ecce tribulatio & tene-
bræ, diſſolutio, & anguſtia, & caligo perſe-
quens,& nõ poterit auolare de anguſtia ſua.

S. *Vaticinium de Chriſti natiuitate, ipſiuſq; imperio multiplicãdo: deliberatione Iudæ à regibus Iſrael & Syriæ: quorum regnorum, & præſertim regni Iſrael ad Deum redire nolentis, grauiſſimas cædes inteſtinaq; diſſidia prædicit.*

CAP. IX.

P‖Rimo tempore alleuiata eſt terra Zabu A Math.4.c.
lon & terra Nephthali,& nouiſsimo ag-
grauata eſt via maris trans Iordanem
Galilææ "Gentium. Populus' qui ambulabat "Gentium populus.12.
in tenebris, vidit lucem magnam: habitanti-
bus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis.
Multiplicaſti gentem, non magnificaſti læti
tiam. Lætabuntur coram te, ſicut qui lætan-
tur in meſſe,ſicut exultant victores capta præ
da, quando diuidunt ſpolia. Iugum enim o-
neris eius,& virgam humeri eius,& ſceptrum
exactoris eius ſuperaſti,‖ſicut in die Madian. Iudi.7.f.
Quia omnis violenta prædatio cum tumultu
& veſtimẽtum miſtum ſanguine erit in com
buſtionem & cibus ignis. Paruulus enim na-
tus eſt nobis,& filius ‖datus eſt nobis, & fa- Iohan.3.b.
ctus eſt principatus ſuper humerum eius: &
vocabitur nomen eius admirabilis, conſilia-
rius, Deus, fortis, pater futuri ſeculi, prin-
ceps pacis. Multiiplicabitur eius imperium,
& pacis non erit finis: ſuper ſolium Dauid,
& ſuper regnum eius▷ſedebit': vt confirmet ▷.9.
& illud,corroboret in iudicio & iuſtitia ámo
do & vſque in ſempiternum, zelus Domini
exercituum faciet hoc. Verbum miſit Domi-
nus in Iacob,& cecidit in Iſrael. Et ſciet om-
nis populus Ephráim, & habitantes Samariã,
in ſuperbia & magnitudine cordis dicẽtes, La
teres ceciderũt, ſed quadris lapidibus ædifica-
bimus

bimus: sycomoros succiderunt, sed cedros im-
mutabimus. Et eleuabit Dominus hostes Ra-
sin super eum, & inimicos eius in tumultum
vertet: Syriã ab oriente, & Philisthijm ab occi
dẽte: & deuorabũt Israel toto ore. In omnibus
his non est auersus furor eius, sed adhuc ma-
nus eius extenta: & populus non est reuersus
ad percutientem se, & Dominum exercituum
non inquisierunt. Et disperdet Dominus ab
*deprauantem. Israel caput & caudam, incuruantem & *refre-
nantem die vna. Longæuus & honorabi-
lis, ipse est caput: & propheta docens menda-
cium, ipse est cauda. Et erunt, qui beatificant
populum istum seducentes, & qui beatifican
D tur, præcipitati. Propter hoc super adolescen-
tulis eius non lætabitur Dominus: & pupillo
rum eius, & viduarum non miserebitur: quia
omnis hypocrita est & nequam, & vniuersum
os locutum est stultitiam. In omnibus his nõ
est auersus furor eius, sed adhuc manus eius
extenta. Succensa est enim quasi ignis impie-
tas, veprem & spinam vorabit: & succendetur
in densitate saltus, & cõuoluetur superbia fu
mi. In ira Domini exercituum conturbata est
terra, & erit populus quasi esca ignis: vir fra-
tri suo non parcet. Et declinabit ad dexteram,
& esuriet: & comedet ad sinistram, & non sa-
turabitur: vnusquisq; carnẽ brachij sui vora-
bit: Manasses Ephraim, & Ephraim Manas-
sen, simul ipsi contra Iudam. In omnibus his
non est auersus furor eius, sed adhuc manus
eius extenta.

S. Væ condentibus leges iniquas in oppressionem pauperum & viduarum: regem Assur virgã furoris Domini prædicit ob suam superbiam et cordis arrogantiam humiliandum: consolatur Israel ne timeat ab Assur, reliquias ipsius ad Deum conuertendas prædicens.

CAP. X.

A VAe qui condunt leges iniquas: & scri-
bentes, iniustitiam scripserunt: vt
opprimerent in iudicio pauperes, &
vim facerent causæ humilium populi mei: vt
essent viduæ præda eorum, & pupillos diripe
rent. Quid facietis in die visitationis, & cala-
mitatis dẽlongè venientis? ad cuius confugie
tis auxilium? & vbi derelinquetis gloriam ve
stram, ne incuruemini sub vinculo, & cũ in-
terfectis cadatis? Super omnibus his non est
auersus furor eius, sed adhuc manus eius ex-
tenta. Væ Assur, virga furoris mei & baculus
ipse est, in manu eorum indignatio mea. Ad
gentem fallacem mittam eum, & cõtra popu-
lum furoris mei mandabo illi, vt auferat spo-
lia, & diripiat prædam, & ponat illum in con-
B culcationem quasi lutum platearum. Ipse au-
tem non sic arbitrabitur, & cor eius nõ ita ex-
istimabit: sed ad conterendum erit cor eius,
& ad internecionẽ gentium non paucarũ. Di
cit enim, Nunquid non principes mei simul
reges sunt? Nunquid non vt Charcamis, sic
Calano: & vt Arphad, sic Emath? nunquid
non Damascus, sic Samaria? Quomodo inuẽ-
nit manus mea regna idoli, sic & simulachra
eorum de Ierusalem & de Samaria. Nunquid C
non sicut feci Samariæ & idolis eius, sic fa-
ciam Ierusalem & simulachris eius? Et erit:
cùm impleuerit Dominus cuncta opera sua
in monte Sion & in Ierusalem, visitabo super 4. Re. 19. g
fructum magnifici cordis regis. ‖Assur, & su- Infra. 37. g.
per gloriam altitudinis oculorum eius. Dixit
enim, In fortitudine manus meæ feci, & in sa
pientia mea intellexi: & abstuli terminos po-
pulorum, & principes eorũ deprædatus sum,
& detraxi quasi potens in sublimi residen-
tes. Et inuenit quasi nidum manus mea for- D
titudinem populorum: & sicut colliguntur
oua quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram
ego congregaui: & non fuit qui moueret pen
nam, & aperiret os & ganniret. Nunquid glo-
riabitur securis contra eum qui secat in ea?
aut exaltabitur serra contra eum à quo trahi-
tur? quomodo si eleuetur virga contra ele-
uantem se, & exaltetur baculus qui vtique li-
gnum est. Propter hoc mittet Dominator
Dominus exercituum in pinguibus eius te-
nuitatem: & subtus gloriam eius succensa ar-
debit quasi combustio ignis. Et erit lumen Is-
rael in igne, & Sanctus eius in flamma: & suc-
cendetur, & deuorabitur spina eius, & vepres
in die vna. Et gloria saltus eius, & carmeli e- E
ius ab anima vsque ad carnem consumetur,
& erit terrore profugus. Et reliquiæ ligni sal-
tus eius præ paucitate numerabuntur, & puer
scribet eos. Et erit in die illa: non adijciet resi-
duum Israel, & hi qui fugerint de domo Ia-
cob, inniti super eo qui percutit eos: sed in-
nitetur super Dominum sanctum Israel, *in veritate. *in veritate reliquiæ. 14. Rom. 9. f.
veritate. ‖Reliquiæ conuertentur, reliquiæ,
inquam, Iacob ad Deum fortem. Si enim fue-
rit populus tuus Israel quasi arena maris, reli-
quiæ conuertentur ex eo, consummatio ab-
breuiata inundabit iustitiam. ‖Consumma- F
tionem enim, & abbreuiationem Dominus Infra. 18. f.
Deus exercituum facit in medio omnis ter-
ræ. Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus
exercituum, Noli timere populus meus habi-
tator Sion, ab Assur, in virga percutiet te, &
baculum suum leuabit super te in via Aegy-
pti. Adhuc enim paululum modicumque, &
consummabitur indignatio & furor meus su-
per scelus eorum. Et suscitabit super eum Do
minus exercitum flagellum, ‖ iuxta plagam Iudit. 7. f.
Madian in Petra-Oreb, & virgam suam su-
per mare, & leuabit eam in via Aegypti. Et

erit in die illa: auferetur onus eius de humero
tuo, & iugum eius de collo tuo, & computre
G scet iugum à facie olei. Veniet in Aiath, tran-
sibit in Magron: apud Machmas commenda
bit vasa sua. Transierunt cursim Gaba sedes
nostra: opstupuit Rama, Gabaath Saulis fu-
git. Hinni voce tua filia-Gallim, attende Lai
sa, paupercula Anathoth. Migrauit Mademe
na: habitatores Gabim confortamini. Adhuc
dies est, vt in Nobe stetur: agitabit manum
suam super montem filiæ Sion, collem Ieru-
salẽ. Ecce, dominator Dominus exercituum
confringet lagunculam in terrore, & excelsi
statura succidentur, & sublimes humiliabun
tur. Et subuertentur condensa saltus ferro: &
libanus cum excelsis cadet.

S. Vaticinium de Christi natiuitate, iudicio, exaltatione, conuersione Populorum & Gentium ad Christum, & gloria sepulchri ipsius: item de conuersione reliquiarum Israel, ad Deum, ac fide Gentium.

CAP. XI.

A ET ‖ egredietur virga de radice Iesse, &
Act. 13. d. flos de radice eius ascendet. Et requie-
scet super eum spiritus Domini, spiri-
tus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij
& fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis. Et
replebit eum spiritus timoris Domini: non
secundum visionem oculorum iudicabit, ne-
que secundum auditum aurium arguet: Sed
2. The. 2. c iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in
æquitate pro mansuetis terræ: ‖ & percutiet
terram virga oris sui, & spiritu labiorum suo-
rum interficiet impium. Et erit iustitia cin-
gulum lumborum eius: & fides cinctorium re-
B num eius. ‖Habitabit lupus cum agno: & par
Iusta. 65. d dus cum hœdo accubabit: vitulus, & leo, &
ouis simul morabuntur, & puer paruulus mi-
nabit eos. Vitulus & vrsus pascentur: simul re
quiescent catuli eorum: & leo quasi bos co-
medet paleas. Et delectabitur infans ab hube
re super foramine aspidis: & in cauerna regu
li, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet.
Non nocebunt, & non occident in vniuerso
mõte sancto meo: quia repleta est terra scien
tia Domini, sicut aquæ maris operientes. In
Rom. 15. c die illa radix Iesse, ‖qui stat in signum popu-
C lorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit
sepulchrum eius gloriosum. Et erit in die il-
la: adijciet Dominus secundò manum suam
ad possidendum residuum populi sui, quod
relinquetur ab Assyrijs, & ab Aegypto, & à
Phethros, & ab Aethiopia, & ab Aelam, & à
Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris. Et
leuabit signum in Nationes, & congregabit
profugos Israel, & dispersos Iuda colliget à
quatuor plagis terræ. Et auferetur zelus E-
phraim, & hostes Iuda peribunt: Ephraim
non emulabitur Iudam, & Iudas non pugna-
bit contra Ephraim. Et volabunt in humeros D
Philisthijm per mare, simul prædabuntur fi-
lios Orientis: Idumæa & Moab præceptum
manus eorum, & filij Ammon obedientes e-
runt. Et desolabit Dominus linguam maris
Aegypti, & leuabit manum suã super flumen
in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum
in septem riuis, ita vt transeant per eum cal-
ceati. Et erit via residuo populo meo, qui re-
linquetur ab Assyrijs: sicut fuit Israeli in die Exod. 14. c
illa qua ascendit de Terra-Aegypti.

S. Canticum laudis & gratiarum actionis pro liberatione & beneficijs Christi saluatoris.

CAP. XII.

ET dices in die illa, Confitebor tibi Do A
mine, quoniã iratus es mihi: conuer-
sus est furor tuus, & cõsolatus es me.
Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agam,
& non timebo: quia ‖fortitudo mea, & laus Exod. 15. a
mea Dominus * & factus est mihi in sa- Psal. 117. c.
lutem. *Deus. 10.
Haurietis aquas in gaudio de fontibus salua-
toris.
Et dicetis in die illa, Confitemini Domino, B
& inuocate nomen eius: notas facite in po
pulis adinuentiones eius: mementote quo-
niam excelsum est nomen eius.
Cantate Domino, quoniam magnifice fecit:
annuntiate hoc in vniuersa terra.
Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus
in medio tui sanctus Israel.

S. Ingens ac truculenta Babyloniorum vastatio à Medis. CAP. XIII.

ONus Bobylonis, quod vidit Isaias fili- A
us Amos. Super mõtem caliginosum
leuate signum, exaltate vocem, leuate
manum, & ingrediantur portas duces. Ego
mandaui sanctificatis meis, & vocaui fortes
meos in ira mea, exultãtes in gloria mea. Vox
multitudinis in montibus, quasi populorum
frequentium, vox sonitus regum & gentium
congregatarum: Dominus exercituum præ-
cepit militiæ belli, venientibus de terra pro-
cul, à summitate cœli: Dominus, & vasa furo
ris eius, vt disperdat omnem terram. Vlulate,
quia propè est dies Domini: quasi vastitas à
Domino veniet. Propter hoc omnes manus
dissoluentur, & omne cor hominis contabe-
scet & cõteretur. Torsiones & dolores tene- B
bunt, quasi parturiens dolebunt: vnusquis-
que ad proximum suum stupebit, facies com
bustæ vultus eorum. Ecce dies Domini ve-
niet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ,
furorisq; , ad ponendam terram in solitudi- Eze. 32. b.
nem, & peccatores eius conterendos de ea: Ioel. 3. c.
Quoniam stellæ cœli, & splendor earum non Mat. 24. c.
expandent lumen suum: ‖ obtenebratus Marc. 13. c.
Luc. 21. c.
est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum, & quiescere faciam superbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Pretiosior erit vir auro, & homo mundo obrizo. Super hoc, C cœlum turbabo: & mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius. Et erit quasi damula fugiens, & quasi ouis: & non erit qui congreget: vnusquisque ad populum suum conuertetur, & singuli ad terram suam fugient. Omnis qui inuentus fuerit occidetur: & omnis qui superuenerit, cadet in gla-
Psal.136.b dio. Infantes eorum ‖allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & vxores eorum violabuntur. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint: sed sagittis paruulos interficient, & lactentibus vteri non miserebuntur, & super filios non parcet oculus eorum. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, inclyta in
Gen.19.c. superbia Chaldæorum, ‖sicut subuertit Dominus Sodomam & Gomorrham. Non habitabitur vsque in finem, & non fundabitur vsque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. Sed requiescent ibi bestiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi struthiones, & pilosi saltabunt ibi: & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius, & sirenes in delubris voluptatis.

S. Vaticinium de Iudæorum consolatione & à Babylonica captiuitate liberatione, Babyloniorumq; contritione: quorum ingens superbia, amplitudo Dominij & crudelitas explicantur, vnà cum punitione Philisthinorum, ac cæterorum qui ob calamitatẽ Iudæorum lætati sunt.

CAP. XIIII.

A PRopè est vt veniat tempus eius, & dies eius non elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Iacob, & eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humum suam: adiungetur aduena ad eos, & adhærebit domui Iacob. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum suum: & possidebit eos domus Israel super terrã Domini in seruos & ancillas: & erunt capientes eos qui se ceperant, & subijcient exactores suos. Et erit in die illa: cum requiem dederit tibi Deus à labore tuo,
B & à concussione tua, & à seruitute dura qua ante seruisti, sumes parabolam istam cõtra regem Babylonis, & dices, Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Contriuit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium cædentem populos in indignatione, plaga insanabili, subijcientem in furore gentes, persequentem crudeliter. Conquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit: abiectes quoque lætatæ sunt super te, & cedri Libani. ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos. Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigantes. Omnes principes terræ surrexerunt de solijs suis, omnes principes nationum. Vniuersi re- C spondebunt, & dicent tibi, & tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superba tua, cóncidit cadauer tuũ: subter te sternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes. Quomodo cecidisti 2
de cœlo Lucifer, qui mane oriebaris? corruisti in terram, qui vulnerabas gentes? qui dice- 13.c.
bas in corde tuo. In cœlum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum, *sedebo
in monte testamenti, in lateribus Aquilonis. D
Ascendam super altitudinem nubium, similis ero Altissimo. Veruntamen ad infernum detrahêris in profundum laci. Qui te viderint ad te inclinabuntur, teque prospicient, Nunquid iste est vir qui conturbauit terram, qui concussit regna: qui posuit orbem desertum, & vrbes eius destruxit, vinctis eius nõ aperuit carcerem? Omnes reges gentiũ vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua. Tu autem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridum. Non habebis consortium neque cum eis in sepultura: tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti: non vocabitur in æternum se- E
men pessimorum. Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrum suorum: non consurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis ciuitatum. Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem: dicit Dominus. Et po- F
nam eam in possessionem ericij, & in paludes aquarum, & scopabo eam in scopa terens, dicit Dominus exercituum. Iurauit Dominus exercituum, dicens, Si non vt putaui, ita erit: & quomodo mente tractaui, sic eueniat, Vt cõteram Assyrium in terra mea, & in mõtibus meis conculcem eum, & auferetur ab eis iugum eius, & onus illius ab humero eorum tolletur. Hoc consilium quod cogitaui super omnem terram, & hæc est manus extenta super vniuersas gentes. Dominus enim exercituum de G
creuit: & quis poterit infirmare? & manus eius extẽta: & quis auertet eam? In anno quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud, Ne
læteris Philisthæa omnis tu quoniam commi
nuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri

colubri egredietur regulus, & semen eius absorbens volucrem. Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam. Vlula porta, clama ciuitas: prostrata est Philisthæa omnis: ab Aquilone enim fumus veniet, & non est qui effugiet agmen eius. Et quid respondebitur nuntijs gentis? Quia Dominus fundauit Sion, & in *ipsa? sperabunt pauperes populi eius. *ipso.

S. Moabitarum ruina prædicitur & compassio prophetæ erga Moab.

CAP. XV.

A ONus Moab. quia nocte vastata est Ar-Moab, conticuit: quia nocte vastatus est Murus-Moab, conticuit. Ascendit domus & Dibon ad excelsa in planctum: su-
Iere.48.f. per Nabo & Medaba, Moab vlulabit: ‖in cunEzec.7.c. ctis capitibus eius caluitiũ, & õnis barba radetur. In triuijs eius accincti sunt sacco: super te- *vlulat.4.
cta eius, & in plateis eius omnis *vlulatus, 'descendit in fletum. Clamabit Hesebon & Eleale, vsque Iasa audita est vox eorum. super hoc expediti Moab vlulabũt, anima eius vlulabit si- *sonet ver-
bi. Cor meum ad Moab clamabit, vectes eius sus.id est
vsque ad Segor vitulam *consternantem. 'per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem cõtritionis leuabũt. *vitulam.7.
B Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germẽ, viror omnis interijt. Secundum magnitudinem operis & visitatio eorum: ad torrentem salicum ducent eos. Quoniam circuibit clamor terminum Moab: vsque ad Gallim vlulatus eius, & vsque ad puteum-Elim clamor eius. Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamenta: his qui fugerint de Moab le- *reliquiæ.ut
onem, & *reliquijs 'terræ. supra.

S. Orat emitti agnum, nempe Christum, de petra deserti: Moab ob arrogantiam & perfidiam humiliabitur, paucis ex eo relictis.

CAP. XVI.

A(E Mitte agnum Domine 'dominatorem
16.10. terræ, de petra-deserti ad montem filiæ Sion.) Et erit: sicut auis fugiens, & pulli de nido auolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon. Ini consilium, coge concilium: pone quasi nocte vmbram tuam in meridie: absconde fugientes, & vagos ne prodas. Habitabunt apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris: finitus est enim pulvis, consummatus est miser, defecit qui conculcabat terram. Et præparabitur in misericordia solio, & sedebit super eum in veritate in tabernaculo Dauid iudicans, & quærens iudicium, & felociter reddens quod iu- *in eo sicut racimus.

stum est. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde: superbia eius & arrogantia eius, & indignatio eius, plusquam fortitudo eius, ‖Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuersus Iere.48.c.
vlulabit: his qui lætantur super muros cocti lateris, loquimini plagas suas. Quoniam suburbana Hesebon deserta sunt, & vineam Sábama Domini Gentium exciderunt flagella eius: vsque ad Iazer peruenerunt, errauerunt in deserto, propagenes eius relictæ sunt, transierunt mare. Super hoc plorabo in fletu Iaser vineam Sábama: inebriabo te lachryma mea Hesebon, & Eleale: quoniam super vindemiam tuam, & super messem tuam vox C
calcantium irruit. ‖Et auferetur lætitia & ex- Iere.48.c.
ultatio de Carmelo, & in vineis non exultabit neque iubilabit. Vinum in torculari non calcabit qui calcare consueuerat: vocem calcantium abstuli. Super hoc venter meus ad Moab quasi cithara sonabit, & viscera mea ad murum cocti lateris. Et erit: cum apparuerit quod laborauit Moab super excelsis suis, ingredietur ad sancta sua vt obsecret, &
non valebit. Hoc verbum quod locutus est Dominus ad Moab extunc. Et nunc locutus est Dominus dicens, In tribus annis quasi anni mercenarij auferetur gloria Moab super omni populo multo, & relinquetur * paruus & modicus, nequaquam multus.

S. Vastatis Damascenis auxiliaribus populi Israël, similiter & Israël vastabitur, quia oblitus est Dei saluatoris sui, ad quem calamitate pressus reuertetur: & væ persecutoribus populi Domini denuntiatur.

CAP. XVII.

ONus Damasci. Ecce Damascus desi- A
net esse ciuitas, & erit sicut aceruus lapidum in ruina. Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erũt, & requiescent ibi, & non erit qui exterreat. Et cessabit adiutorium ab Ephráim, & regnũ à Damasco: & reliquiæ Syriæ, sicut gloria filiorum Israel erunt, dicit Dominus exercituum. Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius marcescet. Et erit sicut congregans in messe quod resteterit, & brachium eius spicas leget: & erit sicut quærẽs spicas in valle Raphaim. B
Et relinquetur in eo sicut racemus, & sicut excussio oleæ duarum vel trium oliuarum in summitate rami, siue quatuor aut quinq; in cacuminibus eius fructus eius, Dicit Dominus Deus Israel. In die illa inclinabitur homo ad factorem suum, & oculi eius ad sanctum Israel respicient: & non inclinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius, & quæ operati sunt digiti eius non respiciet, lucos & delubra. In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius C
dere-

derelictæ ſicut aratra, & ſegetes quæ derelictæ
"erit.7. ſunt à facie filiorum Iſrael, & "eris' deſerta.
Quia oblita es Dei ſaluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea planta
"in fidelem. bis plantationem "fidelem', & germen alienum ſeminabis. In die plantationis tuæ labrusca, & mane ſemen tuum florebit: ablata eſt meſsis in die hæreditatis, & dolebit grauiter.
"multitudini.10. Væ "multitudo' populorum multorum, vt multitudo maris ſonantis: & tumultus turbarum, ſicut ſonitus aquarum multarum. Sonabunt populi ſicut ſonitus aquarum inundantium, & increpabit eũ, & fugiet procul: & rapietur ſicut puluis montium à facie venti, & ſicut turbo coram tempeſtate. In tempore veſperæ, & ecce turbatio: in matutino, & non ſubſiſtet. hæc eſt pars eorum qui vaſtauerunt nos, & ſors diripientium nos.

S. Aduerſus Ægyptios qui Iudæos pellexerant ad confidendum in ipſis: additur conſolatio populi Iudaici de reditu ad Ieruſalem.

CAP. XVIII.

A VAe terræ cymbalo alarũ quæ eſt trans flumina Aethiopiæ, qui mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite angeli veloces ad gentem cõulſam, & dilaceratam, ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius: ad gentem expectantem
*expectantem.8. *& conculcatam, cuius diripuerunt flumina terram eius: * Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit ſignum in montibus, videbitis, & clangorẽ tubæ audietis: quia hæc dicit Dominus ad me, Quieſcam, & conſyderabo in loco meo ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſsis. Ante meſſem enim totus effloruit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramuſculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint, abſcindentur, & excutientur. Et relinquentur ſimul auibus montium, & beſtijs terræ: & æſtate perpetua erunt ſuper eum volucres, & omnes beſtiæ terræ ſuper illum hyemabunt. In tempore illo deferetur munus Domino exercituum à populo diuulſo & dilacerato: à populo terribili, poſt quem non fuit alius à gente expectãte,
▷.12. ▷expectante' & conculcata, cuius diripuerunt flumina terram eius, ad locum nominis Domini exercituum montem Sion.

S. Deſcribit plenius Ægyptiorum punitionem, & quòd ad Deum conuerſi, miſſo ipſis ſaluatore conſolabuntur.

CAP. XIX.

A ONus Aegypti. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuẽ, & ingredietur Aegyptum & cõmouebuntur ſimulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabeſcet in medio eius. Et concurrere faciã Aegyptios aduerſus Aegyptios: & pugnabit vir cõtra fratrem ſuum, & vir cõtra amicum ſuum, ciuitas aduerſus ciuitatem, regnum aduerſus regnum. Et dirumpetur ſpiritus Aegypti in viſceribus eius, & conſilium eius præcipitabo: & interrogabunt ſimulachra ſua, & diuinos ſuos, & pythones, & ariolos. Et tradam Aegyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum. Et areſcet aqua de mari, & fluuius deſolabitur atque ſiccabitur. Et *&.10. deficient flumina: *attenuabuntur, & ſiccabuntur riui aggerum. Calamus & iuncus mareſcet, nudabitur alueus riui à fonte ſuo: & omnis ſementis irrigua ſiccabitur, areſcet, & non erit. Et mœrebunt piſcatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete ſuper faciem aquarum emarceſcent. Confundentur qui operabantur linum, "plectentes' & texentes ſubtilia. Et "ptelentes.9 erunt irrigua eius flaccentia: omnes qui faciebant lucanas ad capiendos piſces. Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. quomodo dicitis Pharaoni, Filius ſapientium ego, filius regum antiquorum? Vbi nunc ſunt ſapientes tui? annuntient tibi, & indicent quid cogitauerit Dominus exercituum ſuper Aegyptum. Stulti facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Aegyptum, angulum populorum C eius. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens. Et non erit Aegypto opus quod faciat caput & caudam incuruantem & refrænantem. In die illa erit Aegyptus quaſi mulieres, & ſtupebunt, & timebunt à facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipſe mouebit ſuper eam. Et erit terra Iuda Aegypto in pauorem: omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie conſilij Domini exerci tuum, quod ipſe cogitauit ſuper eam. In die illa erunt quinque ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanáan, & iurantes per Dominum exercituũ: Ciuitas ſolis vocabitur vna, In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta termi D num eius: & erit in ſignum & in teſtimonium Domino exercituum in terra Aegypti. Clamabunt enim ad Dominũ à facie tribulantis, & mittet eis ſaluatorem & propugnatorẽ qui liberet eos. Et cognoſcetur Dominus ab Aegypto, & cognoſcẽt Aegypti Dominũ in die illa, & colent eũ in hoſtijs & in muneribus: & vota vouebũt Domino, & ſoluẽt. Et percutiet Dominus Aegyptũ plaga, & ſanabit eam, & reuertẽtur ad Dominum, & placabitur eis, & ſa-

& ſanabit eos. In die illa erit via de Aegypto in Aſſyrios, & intrabit Aſſyrius Aegyptum, & Aegyptius in Aſſyrios, & ſeruient Aegyptij Aſſur. In die illa erit Iſrael tertius Aegyptio & Aſſyrio: benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum, dicens, benedictus
'Aſſyrius. -4. populus meus Aegypti, & opus manuum mearum "Aſſyrio', hæreditas autem mea Iſrael.

S. Ex hoc quòd Iſaias iubetur nudus & diſcalceatus incedere, prædicitur Ægyptiorũ & Æthiopum captiuitas ab Aſſyrijs, Iudæis de illorum afflictione ſtupentibus.

CAP. XX.

A IN anno quo ingreſſus eſt Tharthan in Azotum, cum miſiſſet eum Sargon rex Aſſyriorum, & pugnaſſet contra Azotum, & cepiſſet eam: in tempore illo locutus eſt Dominus in manu Iſaiæ filij Amos, dicẽs, Vade, & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit ſic vadens nudus, & diſcalceatus. Et dixit Dominus, Sicut ambulauit ſeruus meus Iſaias nudus, & diſcalceatus trium annorum, ſignum & portentum erit ſuper Aegyptum, & ſuper Ae-
B thiopiam: ſic minabit rex Aſſyriorum captiuitatem Aegypti, & tranſmigrationem Aethiopiæ, iuuenem & ſenem", nudam & diſcal-
"nudis & diſcalceatis. 5. ceatam' diſcoopertis natibus ad ignominiam Aegypti. Et timebunt, & cõfundetur ab Aethiopia ſpe ſua, & ab Aegypto gloria ſua. Et di
"Hæccine de liberaret. 7. cet habitator inſulæ huius in die illa, "Ecce hæc' erat ſpes noſtra, ad quos confugimus in
"liberaret. 7 auxilium, vt "liberarent' nos à facie regis Aſſyriorum: & quomodo effugere poterimus nos?

S. Ruina Babylonis per Medos & Perſas: Onus Idumææ & Arabiæ.

CAP. XXI.

A ONus deſerti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deſerto venit, de terra horribili. Viſio dura nuntiata eſt mihi: qui incredulus eſt, in fideliter agit: & qui depopulator eſt, vaſtat. Aſcende Aelam, obſide Mede: omnem gemitum eius ceſſare feci. Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, angustia poſſedit me ſicut anguſtia parturiẽtis: corrui cum audirem, conturbatus ſum cum
B viderem. Emarcuit cor meum, tenebræ ſtupefecerunt me: Babylon delicta mea, poſita eſt mihi in miraculum. Pone menſam, contemplare in ſpecula: comedentes & bibentes ſurgite principes, arripite clypeum. Hæc enim dixit mihi Dominus, Vade, & pone ſpeculatorem: & quodcunq; viderit, annuntiet. Et vidit currum duorum equitum, aſcenſorem aſini, & aſcenſorem cameli: & contemplatus eſt di
Habac.2.b ligẽter multo intuitu. ‖Et clamauit leo ſuper ſpeculam Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem: & ſuper cuſtodiam meam ego ſum, ſtans totis noctibus. Ecce iſte venit aſcenſor C
vir bigæ equitum, & reſpondit, & dixit, ‖Cécidit, cécidit Babylõ, & omnia ſculptilia deorũ Iere.51.a. Apoc.14.b eius contrita ſunt in terram. Tritura mea, & "filia' areæ meæ, quæ audiui à Domino exerci "filius.1. tuum Deo Iſrael, annuntiaui vobis. Onus Duma. Ad me clamat rex Seir, Cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos, Venit mane & nox: ſi quæritis, quærite: conuertimini, venite. Onus in Arábia. In ſaltu ad veſperam dormietis, in ſemitis Dedanim. Oc- D
currentes ſitienti ferte aquam, qui habitatis terram Auſtri, cum panibus occurrite fugienti. A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladij imminentis, à facie arcus extenti, à facie grauis prælij: quoniam hæc dicit Dominus ad me, Adhuc in vno anno, quaſi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cædar. Et reliquiæ numeri ſagittariorum fortiũ de filijs Cædar imminuentur: Dominus enim Deus Iſrael locutus eſt.

S. Sermo Domini contra Ieruſalem, cuius deflet propheta vaſtitatem: & quod neglecto Deo ſuſtra ſe muniat ad reſiſtendum Aſſyrijs: carpuntur quòd cum plangere deberent, gulæ indulgeãt: & reiecto Sobna templi præpoſito ſubſtituitur Eliacim, cui magna datur poteſtas.

CAP. XXII.

ONus vallis viſionis. Quidnam quoq; A
tibi eſt quia aſcendiſti & tu omnis in tecta? clamoris plena, vrbs frequẽs, ciuitas exultans: interfecti tui, non interfecti gladio: nec mortui *in bello. Cuncti principes *tui, moriuã
tui fugerunt ſimul, dureq́; ligati ſunt: omnes qui inuenti ſunt vincti ſunt pariter, procul fugerunt. Propterea dixi, Recedite à me, amarè flebo: nolite incumbere vt conſolemini me
B ſuper vaſtitate filiæ populi mei. Dies enim interfectionis & conculcationis, & fletuum Domino Deo exercituum in valle viſionis, ſcrutans murum, & magnificus ſuper montem. Et Aelam ſumpſit pharetram currum hominis equitis, & parietem nudauit clypeus. Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarũ, & equites ponent ſedes ſuas in porta. Et re-
C uelabitur operimentum Iudæ, & "videbis' in "videbitis. die illa armamentarium domus ſaltus. Et ſciſſuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ ſunt: & congregaſtis aquas piſcinæ inferioris, & domos Ieruſalem numeraſtis, & deſtruxiſtis, domos ad muniendum murum. Et
D lacũ feciſtis inter duos muros, "&' aquam pi- "ad.2. ſcinæ veteris: & non ſuſpexiſtis ad eum qui fecerat eam, & operatorem eius délonge non vidiſtis. Et vocabit Dominus Deus exercituũ in die illa ad fletum, & ad planctum, ad caluitium

nitium, & ad cingulum saxi: & ecce gaudium
& lætitia occidere vitulos, & iugulare arietes,
D comedere carnes, & bibere vinum. ‖ Comeda-
Sapi.2.b. mus & bibamus, cras enim moriemur. Et re-
1.Cor.15.d uelata est in auribus meis vox Domini ex-
Infr.16.d. ercituum. Si dimittetur iniquitas hæc vobis
donec moriamini: dicit Dominus Deus exer-
cituum. Hæc dicit Dominus Deus exercitu-
um. Vade, ingredere ad eum qui habitat in ta-
bernaculo, ad Sobnam præpositum templi, &
dices ad eum. Quid tu hic? aut quasi quis hic?
quia excidisti tibi hic sepulchrum: excidisti in
excelso memoriale diligenter, in petra taberna
E culũ tibi. Ecce, Dominus asportari te faciet, si-
cut asportatur gallus gallinaceus, & quasi ami
ctum sic subleuabit te. Coronans coronabit te
tribulatione, quasi pilam mittet te in terrã la-
tã & spatiosam: ibi morieris, & ibi erit currus
gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui. Et
expellã te de statione tua: & de ministerio tuo
F deponã te. Et erit in die illa: vocabo seruũ me-
um Eliacim filium Helciæ, & induam illum
tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, &
potestatem tuã dabo in manu eius: & erit qua
si pater habitantibus Ierusalem, & domui Iu-
Apoc.3.b. da. ‖ Et dabo clauem domus Dauid super hu-
Iob.12.b. merum eius: & aperiet, & nõ erit qui claudat:
& claudet, & non erit qui aperiat. Et figam il-
lum paxillũ in loco fideli, & erit in solium glo
G riæ domui patris sui. Et suspẽdent super eum
omnem gloriam domus patris eius, vasorũ di-
uersa genera, omne vas paruulum à vasis cra-
terarum vsq; ad omne vas musicorum. In die
illa, dicit Dominus exercituũ, auferetur paxil-
lus qui fixus fuerat in loco fideli: & frange-
tur, & cadet, & peribit quod pepẽderat in eo,
quia Dominus locutus est.

S. Tyri vastitas ad annos septuaginta prædicitur propter eius superbiam, & postea restituetur.

CAP. XXIII.

A ONus Tyri. Vlulate naues maris, quia
vastata est domus vnde venire cõsue-
erãt: de terra Cethim reuelatũ est eis.
Tacete qui habitatis in insula: negotiatio Si-
dõnis transfretãtes mare, repleuerunt te. In a-
quis multis semen Nili, messis fluminis fruges
eius: & facta est negotiatio gentium. Erubesce
Sidon, ait enim mare, fortitudo maris, dicens,
Non parturiui, & non peperi, & non enutriui
iuuenes, nec ad incrementum perduxi virgi-
B nes. Cum auditum fuerit in Aegypto, dole-
bunt cum audierint de Tyro. Transite maria,
vlulate qui habitatis in insula. Nunquid non
vestra hæc est, quæ gloriabatur à diebus pristi
nis in antiquitate sua? ducẽt eam pedes sui lõ-
ge ad peregrinandum. Quis cogitauit hoc su-
per Tyrum quondam coronatam, cuius nego
tiatores principes, institores eius inclyti ter-
ræ? Dominus exercituũ cogitauit hoc, vt de-
traheret superbiam omnis gloriæ, & ad igno-
miniam deduceret vniuersos inclytos terræ.
Transi terram tuam quasi flumen, filia maris,
non est cingulum vltra tibi. Manum suam ex- C
tendit super mare, conturbauit regna: Domi-
nus mandauit aduersus Chanáam, vt contere-
ret fortes eius, & dixit, Nõ adijcies vltra vt glo
rieris, calumniam sustinẽs virgo filia Sidõnis:
in Cethim consurgens transfreta, ibi quoque
non erit requies tibi. Ecce, terra Chaldæorum
talis populus non fuit, Assur fundauit eam: in
captiuitatem traduxerunt robustos eius, suffo
derunt domos eius, posuerunt eam in ruinam.
Vlulate naues maris, quia deuastata est forti-
tudo vestra. Et erit in die illa, in obliuione e-
ris ô Tyre septuaginta annis, sicut dies regis
vnius: post septuaginta autem annos erit Ty-
ro quasi canticum meretricis. Sume citharã, * D
circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita: be * cr.7.
ne cane, frequenta canticũ, vt memoria tui sit.
Et erit post septuaginta annos, visitabit Do-
minus Tyrum, & reducet eam ad merces suas:
& rursum fornicabitur cum vniuersis regnis
terræ super faciem terræ. Et erunt negotiatio- *negotiatio.
nes eius, & mercedes eius sanctificatæ Domi- *merces.
no, non condentur, neque reponẽtur: quia his
qui habitauerint coram Domino, erit nego-
tiatio eius, vt mãducent in saturitatem, & ve-
stiantur vsque ad vetustatem.

S. Mala quæ Dominus propter peccata vniuerso orbi facturus est, adiecta interim reliquiarum consolatione: & quam terribilis erit dies diuini iudicij.

CAP. XXIIII.

ECce, Dominus dissipabit terram, & nu- A
dabit eam, & affliget faciem eius, & dis-
perdet habitatores eius. ‖ Et erit sicut po Osee.4.b.
pulus, sic sacerdos: & sicut seruus, sic domi-
nus eius: sicut ancilla, sic domina eius: sicut e-
mens, sic ille qui vendit: sicut fœnerator, sic is
qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui
debet. Dissipatione dissipabitur terra, & direp
tione prædabitur. Dominus enim locutus est
verbũ hoc. Luxit, & defluxit terra, & infirma-
ta est: defluxit orbis, infirmata est altitudo po
puli terræ. Et terra infecta est ab habitatori-
bus suis: quia trãgressi sunt leges, mutauerunt
ius, dissipauerunt fœdus sempiternum. Prop-
ter hoc maledictio vorabit terrã, & peccabunt
habitatores eius. ideoq; insanient cultores e-
ius, & relinquentur homines pauci. Luxit vin
demia, infirmata est vitis, ingemuerũt omnes
qui lætabantur corde. Cessauit gaudium tym B
panorum, quieuit sonitus lætantium, cõticuit
dulcedo citharæ. Cum cãtico non bibent vi-
num: amara erit potio bibentibus illam. Attri-
ta est ciuitas vanitatis, clausa est omnis do-
no in

no in plateis: deserta est omnis lætitia, transla
tum est gaudium terræ. Relicta est in vrbe so
litudo, & calamitas opprimet portas. Quia
hæc erunt in medio terræ, in medio popolo-
rum, quo modo si paucæ oliuæ quæ remanse-
runt, excutiantur ex olea, & racemi cùm fue-
C rit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam,
atque laudabunt: cùm glorificatus fuerit Do
minus, hinnient de mari. Propter hoc in do-
ctrinis glorificate Dominum: in insulis ma-
ris nomen Domini Dei Israel. A finibus ter-
ræ laudes audiuimus, gloriã iusti. Et dixi, Se-
cretum meum mihi, secretum meum mihi,
væ mihi: præuaricantes præuaricati sunt, &
præuaricatione transgressorum præuaricati
sunt. Formido & fouea, & laqueus super te
Ier.48.g. qui habitator es terræ. Et erit: ‖ qui fugerit à
voce formidinis, cadet in foueam: & qui se ex-
plicauerit de fouea, tenebitur laqueo: quia ca-
taractæ de excelsis apertæ sunt, & concuti-
D entur fundamenta terræ. Confractione con-
fringetur terra, contritione conteretur ter-
ra, commotione commouebitur terra, agi-
tatione agitabitur terra sicut ebrius, & aufe-
retur quasi tabernaculum vnius noctis: &
grauabit eam iniquitas sua, & corruet, & non
adijciet vt resurgat. Et erit: in die illa visita-
bit Dominus super militiam cœli in excelso:
& super reges terræ qui sunt super terram.
Et congregabuntur in congregatione vnius
fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere:
& post multos dies visitabuntur. Et erubesc-
cet luna, & confundetur sol, cùm regnauer-
rit, Dominus exercituum in monte Sion, &
in Ierusalem, & in conspectu senum suorum
fuerit glorificatus.

S. Propheta Deo gratias agit de operibus suis mirabilibus, & beneficijs populi ipsius in monte Sion præstandis.

CAP. XXV.

A DOmine Deus meus es tu, exaltabo te,
& confitebor nomini tuo: quoniam fe
cisti mirabilia, cogitationes antiquas
fideles amen. Quia posuisti ciuitatem in tu-
mulum, vrbem fortem in ruinam, domum a-
lienorum: vt non sit ciuitas, & in sempiter-
num non ædificetur. Super hoc laudabit te
populus fortis, ciuitas gentium robustarum
timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi,
fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à tur
bine, vmbraculũ ab æstu. spiritus enim robu-
B storum quasi turbo impellens parietem. Sicut
æstus in siti, tumultum alienorum humilia-
bis: & quasi calore sub nube torrente propa-
gine fortium marcessere facies. Et faciet Do-
minus exercituum omnibus populis in mon
te hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vin
demiæ pinguium medullatorum vindemiæ
defæcatæ. Et præcipitabit in monte isto fa- C
ciem vinculi colligati super omnes populos,
& telam quam orditus est super omnes natio-
nes. Præcipitabit mortem in sempiternum:
& ‖ auferet Dominus Deus lachrymam ab o- Apoc.7.d.
mni facie, & opprobrium populi sui auferet 21.b
de vniuersa terra: quia Dominus locutus est.
Et dicet in die illa, Ecce Deus noster iste, ex-
pectauimus eum, & saluabit nos: iste Do-
minus, sustinuimus eum, exultabimus, & læ-
tabimur in salutari eius. Quia requiescet ma- D
nus Domini in monte isto: & triturabitur
Moab sub eo, sicuti teruntur paleæ in plau-
stro. Et extendet manus suas sub eo, sicut e-
xtendit natans ad natandũ: & humiliabit glo-
riam eius cum allisione manuũ eius. Et muni-
menta sublimium murorum tuorum concid-
dent, & humiliabuntur, & detrahentur in ter-
ram vsque ad puluerem.

S. Canticũ gratiarũ actionis ob exaltationem iustorum & humiliationẽ impiorum, & de resurrectione mortuorum.

CAP. XXVI.

IN die illa cantabitur canticum istud in ter A
ra Iuda,
Vrbs fortitudinis nostræ ▷Sion' saluator ▷.8.
ponetur in ea murus & antemurale.
Aperite portas, & ingrediatur gens iusta, cu-
stodiens veritatem.
Vetus error abijt: seruabis pacem, pacem,
quia in te sperauimus.
Speraſtis in Domino in seculis æternis, in
Domino Deo forti in perpetuum.
Quia incuruabit habitantes in excelso, ciuita
tem sublimem humiliabit: humiliabit eam
vsque ad terram, detrahet eam vsque ad pu-
uerem.
Conculcabit eam pes, pedes pauperis, gressus
egenorum.
Semita iusti recta est, rectus callis iusti ad am- B
bulandum.
Et in semita iudiciorum tuorum Domine
sustinuimus te: nomen tuum, & memoriale
tuum in desyderio animæ.
Anima mea desyderauit te in nocte: sed & spi-
ritu meo in præcordijs meis de mane vigila
bo ad te: cùm feceris iudicia tua in terra, iu-
stitiam discent habitatores orbis.
Misereamur impio, & non discet iustitiam: in
terra sanctorum iniqua gesit, & non vide-
bit gloriam Domini.
Domine, exaltetur manus tua, ‖ & non vide ‖ vi- C
ant: videant, & confundantur zelantes po-
puli, & ignis hostes tuos deuoret.
Domine dabis pacem nobis: omnia enim o-
pera nostra operatus es nobis:
Domine Deus noster possederũt nos domini
absque te, tantũ in te recordemur nois tui.

Morientes non viuant, gigantes non resurgant: propterea visitasti & cõtriuisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.
Indulsisti genti Domine, indulsisti gẽti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes termi nos terræ.
Domine, in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.
Sicut quæ concepit, cùm appropinquauerit ad partum, dolẽs clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine.
D Concepimus, & quasi parturiuimus & peperimus "spiritum: salutes' non fecimus in terra, ideò non ceciderunt habitatores terræ.
"spiritum salutis.
Viuent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate qui habitatis in puluere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.
Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicum ad momentum, donec pertranseat indignatio.
Mich.1.a. ‖Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt visitet iniquitatẽ habitatoris terræ contra eum: & reuelabit terra sanguinem suũ, & non operiet vltrà interfectos suos.

S. Punitio Leuiathan: paterna Domini correctio in filios Israel: ciuitas munita desolabitur: filij Israel reuersi ab Assyrijs & Ægypto adorabunt Dominum in Ierusalem.

CAP. XXVII.

A IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi & forti, super Leuiathan serpentem vectem, & super Leuiathan serpentem tortuosum, & occidet cetum qui in mari est. In die illa vinea meri cantabit ei, Ego Dominus qui seruo eam, repente propinabo ei: ne fortè visitetur cõtra eam, nocte & die seruo eã. Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam & veprem in prælio: gradiar super eam, succẽdam eam pariter? An potius tenebit fortitudinem meam, faciet pacẽ mihi, pacem faciet mihi? Qui "ingrediuntur impetu ad' Iacob, florebit & germinabit Israel, & implebunt faciẽ orbis semine. Nunquid iuxta plagam percutientis se percussit eũ? aut sicut occidit interfectos eius, sic occisus est? In mẽsura cõtra mensuram cùm abiecta fuerit, "iudicabis' eã: meditata est in spiritu suo duro per diem æstus: Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Iacob: & iste omnis fructus vt auferatur peccatũ eius, cùm posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris alisos, non stabunt luci & delubra. Ciuitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & cõsumet summitates eius. In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes, & docentes "eas': non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur eius qui fecit eum: & qui formauit eum, non parcet ei. Et erit: in die illa percutiet Dominus ab alueo fluminis vsq; ad torrentem Aegypti, & vos congregabimini vnus & vnus filij Israel. Et erit: in die illa clangetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerãt de terra Assyriorum, & qui eiecti erant de terra Aegypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Ierusalem.
"egredientur impetu d.10.
"iudicabit. 10.
"eam.

S. Superbis & ebrijs Israelitis comminatur Dominus eo quod sacerdotes vacent ebrietati, & principes irrideant verba & comminationes prophetarum: ponẽtes mendacium spem suam: de lapide angulari in fundamentis Sion ponendo: de pœna illusorum, & consolatione paucorum bonorum.

CAP. XXVIII.

VAe coronæ superbiæ, ebrijs Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exultationis eius, qui erat in vertice vallis, pinguissimæ errantes à vino. Ecce validus & fortis Dominus, sicut impetus grãdinis: turbo confringẽs, sicut impetus aquarum multarum inundantium, & emissarum super terram spatiosam. Pedibus culconcabitur corona superbiæ ebriorum Ephraim. Et erit flos decidens gloriæ exultationis eius, qui est super verticem vallis pinguium, quasi temporaneũ ante maturitatẽ autumni: quod cùm aspexerit videns, statim vt manu tenuerit, deuorabit illud. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & sertum exultationis residuo populi sui: & spiritus iudicij sedenti super iudiciũ, & fortitudo reuertentibus de bello ad portam. Verùm hi quoq; præ vino nescierunt, & præ ebrietate errauerũt. sacerdos & propheta nescierunt præ ebrietate, absorpti sunt à vino, erraueruut in ebrietate, nescierunt videntem, ignorauerunt iudicium. Omnes enim mensæ repletæ sunt vomitu sordiumq;, ita vt non esset vltrà locus. Quem docebit scientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, auulsos ab huberibus. Quia manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicùm ibi, modicùm ibi. ‖In loquela enim labij, & lingua altera loquetur ad populum istum: cui dixit, Hæc est requies mea, reficite lassum, & hoc est meum refrigerium: & noluerunt audire. Et erit eis verbum Domini, Manda remanda, manda remanda, expecta reexpecta, expecta reexpecta, modicùm ibi, modicùm ibi: vt vadant, & cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueentur, & capiãtur. Propter hoc audite
1.Co.14.d

audite verbum Domini viri illusores, qui dominamini super populum meum qui est in Ierusalem. Dixistis enim, Percussimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cùm transierit, non veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus. Idcirco hæc dicit Dominus Deus, ‖Ecce, ego mittam in fundamẽtis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, prætiosum, in fundamento fundatum. ‖qui crediderit, nõ festinet. Et ponam in pondere iudicium, & iusticiam in mensura: & subuertet grando spem mendacij: & protectionem aquæ inundabunt. Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cùm transierit, eritis ei in cõculcationem. Quandocunq; pertransierit, tollet vos: quoniam mane diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui. Coangustatum est enim stratum, ita vt alter decidat: & pallium breue vtrunque operire non potest. ‖Sicut enim in Monte-diuisionum stabit Dominus, sicut‖ in valle quæ est in Gabaon irascetur: vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinum est opus eius ab eo. Et nunc nolite illudere, ne fortè cõstringantur vincula vestra. consummationem enim & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum super vniuersam terram. Auribus percipite & audite vocem meam, attendite, & audite eloquium meum, Nunquid tota die arabit arãs vt serat, proscindet & sarriet humũ suam? Nónne cùm adæquauerit faciem eius, seret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & vitiam in finibus suis? Et erudiet illum in iudicio, Deus suus docebit illum. Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminũ circuibit: sed in virga excutietur gith, & cyminũ in baculo. Panis autem comminuetur: verùm nõ in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, nec vngulis suis comminuet eũ. Et hoc à Domino Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret consiliũ, & magnificaret iustitiã.
Psal.117.d. Matt.21.d. Actu.4.b. 1.Pet.2.a. Rom.10.e.
2.Reg.5.d. 1.Par.14.a. Iosue.10.c

S. Obsidio & afflictio Ierusalẽ contritio geniũ illam obsidentiũ: de libro signato, ac cæcitate Iudæorũ: væ profundis corde denuntiatur: reliquias Iacob prædicit illuminandas, & ad Deũ conuertendas. CAP. XXIX.

VAe Ariel Ariel ciuitas quam expugnauit Dauid: additus est annus ad annum, solemnitates euolutæ sunt. Et circunuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel. Et circundabo quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obsidionem tuam. Humiliaberis, de terra loquêris, & de humo audietur eloquium tuũ: & erit quasi Pythonis de terra vox tua, & de humo eloquiũ tuum mussitabit. Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantium te: & sicut fauilla petransiens multitudo eorum qui cõtra te præualuerunt: eritque repentè cõfestim. A Domino exercituum visitabitur in tonitruo & cõmotione terræ, & voce magna turbinis & tempestatis, & flamma ignis deuorantis. Et erit sicut somnium visionis nocturnæ multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt cõtra Ariel, & omnes qui militauerũt, & obsederunt, & præualuerunt aduersus eam. Et sicut somniat esuriens & comedit, cùm autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentiũ quæ dimicauerunt contra montem Sion. Obstupescite, & admiramini: fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non ab ebrietate: Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis: claudet oculos vestros: prophetas & principes vestros qui videt visiones operiet. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati: quem cùm dederint scienti literas, dicent, Lege istum: & respondebit, Non possum, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti literas, dicetúrque ei, Lege: & respondebit, nescio literas. Et dixit Dominus, ‖Eò quòd appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longè est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: Ideò ecce ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo: peribit enim sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentiũ eius abscõdetur, ‖Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, ‖Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, Nõ fecisti me: & figmentum dicat fictori suo, Non intelligis. Nónne adhuc in modico & in breui conuertetur Libanus in charmel, & charmel in saltum reputabitur? Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorũ videbũt. Et addent mites in Domino lætitiã, & pauperes homines in sancto Israel exultabũt: Quoniam defecit qui prævalebat, cõsumma-tus est illusor, & succisi sunt omnes qui uigilabãt super iniquitatem, qui peccare faciebãt homines in verbo, & arguentem in porta
Matt.15.a. Marc.7.b.
Abdi.1.c.
Eccle.23.e

supplantabant,& declinauerunt fruſtra à iu-
G ſto. Propter hoc,hæc dicit Dominus ad do-
mum Iacob,qui redemit Abraham,Non mo-
dò confundetur Iacob, nec modò vultus e-
ius erubeſcet:ſed cùm viderit filios ſuos,opera manuum mearum in medio ſui ſanctificantes nomen meum, & ſanctificabunt ſanctum Iacob, & Deum Iſrael prædicabunt, & ſcient errantes ſpiritu intellectum, & muſcitatores diſcent legem.

S. Comminatio aduerſus Iudæos qui Domino inconſulto præmentibus Aſſirijs ad Ægyptios confugiebant: ipſis quoq; prophetarum admonitiones audire nolentibus, ſed vana præſidia quærentibus, grauem denunciat afflictionem: & quàm ſit Deus futuris benignus ad ipſum reuertentibus: & de magna reuertentium fœlicitate, ac iudicio impiorum.

CAP. XXX.

A VAe filij deſertores, dicit Dominus, vt faceretis conſilium, & non ex me: & ordiremini telam, & nõ per ſpiritum meum, vt adderetis peccatum ſuper peccatum, qui ambulatis vt deſcendatis in Aegyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiam.
"Erant. "Erant' enim in Tani principes tui, & nuntij tui vſque ad Hanes peruenerunt. Omnes confuſi ſunt ſuper populo qui eis prodeſſe non potuit: non fuerunt in auxilium & in aliquã vtilitatem, ſed in cõfuſionem, & in opprobrium. Onus iumentorum Auſtri. In terra
B tribulationis & anguſtiæ, leæna & leo ex eis, vipera & regulus volans portantes ſuper humeros iumentorum diuitias ſuas, & ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos ad populum qui eis prodeſſe non poterit. Aegyptus enim fruſtra & vanè auxiliabitur: ideo clamaui ſuper hoc, Superbia tantum eſt, quieſce. Nunc ergo ingreſſus ſcribe ei ſuper buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouiſſimo in teſtimonium vſque in æternum. Populus enim ad iracundiam prouocans eſt, & filij mendaces, filij nolentes audire legem Dei. Qui dicunt videntibus, Nolite videre: & aſpicientibus, Nolite aſpicere nobis ea quæ recta ſunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores. Auferte à me viam, declinate à me ſemitam, ceſſet à facie noſtra ſanctus Iſrael. Propterea hæc dicit ſanctus Iſrael.
C Pro eo quòd reprobaſtis verbũ hoc, & ſperaſtis in calũnia, & in tumultu, & innixi eſtis ſuper eo: propterea erit vobis iniquitas hæc ſicut interruptio cadẽs, & requiſita in muro excelſo, quoniam ſubitò, dum non ſperatur, veniet contritio eius. Et comminuetur, ſicut conteritur lagena figuli contritione perualida: & non inuenietur de fragmẽtis eius teſta, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea. Quia Hæc dicit Dominus Deus *Iſrael, ſi reuertamini, & *ſanctus. 3.
D quieſcatis, ſalui eritis: in ſilentio & in ſpe erit fortitudo veſtra. Et noluiſtis: & dixiſtis, Nequaquam, ſed ad equos fugiemus. ideò fugietis. Et ſuper veloces aſcendemus. ideo velociores erunt, qui perſequentur vos. Mille homines à facie terroris vnius: & à facie terroris quinq; fugietis, donec relinquamini quaſi malus nauis in vertice montis, & quaſi ſignum ſuper collẽ. Propterea expectat Dominus vt miſereatur veſtri: & ideò exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus: beati omnes qui expectant eum. Populus enim Sion habitabit in Ieruſalem, plorans nequaquam plorabis, miſerans miſerebitur tui: ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit, reſpondebit
E tibi. Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te vltrà doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum. Et aures tuæ audient verbum poſt tergum monentis, Hæc eſt via, ambulate in ea: & non declinetis neq; ad dexteram neq; ad ſiniſtram. Et cõtaminabis laminas ſculptiliũ argenti tui, & veſtimentum conflatilis auri tui, & diſperges ea ſicut immunditiam menſtruatæ. Egredere dices ei. Et dabitur pluuia ſemini tuo, vbicunq; ſeminaueris in terra, & panis frugum terræ erit huberrimus & pinguis. paſcetur in poſſeſſione
F tua in die illo agnus ſpatioſè: & tauri tui, & pulli aſinorum qui operantur terram, commiſtũ migma comedent ſicut in area ventilatum eſt. Et erunt ſuper omnem mõtem excelſum, & ſuper omnem collem eleuatum riui currentium aquarũ in die interfectionis multorum cùm ceciderint turres. Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptem dierum in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ eius ſanauerit. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius, & grauis ad portandum: labia eius repleta ſunt indignatione, & lingua eius quaſi ignis deuorans. Spiritus eius velut torrens inundans vſque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, & frænum erroris quod erat in maxillis populorum. Canticum erit vobis ſicut
*vox. 4. "vox' ſanctificatæ ſolennitatis, & lætitia cordis. ſicut qui pergit cum tibia, vt intret in mõ
G tem Domini ad fortem Iſrael. Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachij ſui oſtendet in comminatione furoris, & flamma ignis deuorantis: allidet in turbine & in lapide grandinis. A voce enim Domini pauebit Aſſur virga percuſſus. Et erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum in tympanis & citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos. Præparata eſt enim ab heri Tophet, à rege præparata, profunda & dilatata. Nutrimenta eius, ignis & ligna multa: flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.

S. Iudæos qui fiducia in Deum relicta, ad Ægyptios & humana confugiunt præſidia, præ-dicit conſumendos vnà cum ſuis auxiliarijs, reuertentes verò ad Dominum virtute diuina liberandos. CAP. XXXI.

A VAe qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis ſperantes, & habentes fiduciam ſuper quadrigis, quia multæ ſunt: & ſuper equitibus, quia præualidi nimis: & non ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſrael, & Dominum non requiſierunt. Ipſe autem ſapiens adduxit malum, & verba ſua non abſtulit: & conſurget contra domum peſſimorum, & contra auxilium operantium ini
B quitatem. Aegyptus, homo, & non Deus: & equi eorum, caro, & non ſpiritus. & Dominus inclinabit manũ ſuam, & corruet auxiliator, & cadet cui præſtatur auxilium, ſimulque omnes conſumentur. Quia hæc dicit Dominus ad me, quomodo ſi rugiat leo, & catulus leonis ſuper prædam ſuam, cùm occurrerit ei multitudo paſtorum, à voce eorum non
C formidabit, & à multitudine eorum non pauebit: ſic deſcendet Dominus exercituum vt prælietur ſuper montẽ Sion, & ſuper collem eius. Sicut aues volantes, ſic proteget Dominus exercituum Ieruſalem, protegẽs & liberans, tranſiens & ſaluans. Conuertimini ſicut in profundum receſſeratis filij Iſrael. In die enim illa abijciet vir idôla argenti ſui, & idôla auri ſui, quæ fecerunt vobis manus
D veſtræ in peccatum. Et cadet Aſſur in gladio non viri, & gladius nõ hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladij, & iuuenes eius vectigales erunt: & fortitudo eius à terrore tranſibit, & pauebunt fugiẽtes principes eius: dixit Dominus, cuius ignis eſt in Sion, & caminus eius in Ieruſalem.

S. De rege ac principibus in iuſtitia regnaturis, & de populi ſubditi fœlicitate: ſtulto autẽ principi & opulentis mulieribus futura prædicitur calamitas: pacis quoq; pulchritudo ac requies opulenta promittitur populo Dei.

CAP. XXXII.

A ECce in iuſtitia regnabit rex, & principes in iudicio præerunt. Et erit vir ſicut qui abſconditur à vento, & celat ſe à tempeſtate, ſicut riui aquarum in ſiti, & vmbra petræ prominentis in terra deſerta. Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auſcultabunt. Et cor ſtultorum intelliget ſcientiam, & lingua balborum velociter loquetur & plane. Non vocabitur vltrà is qui inſipiens eſt, princeps: neque fraudulentus appellabitur maior. Stultus enim fatua loquetur, & cor eius faciet iniquitatem, vt perficiat ſimulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuã faciat animam eſurientis, & potum ſitienti auferat. Fraudu-B
léti vaſa peſſima ſunt: ipſe enim cogitationes cõcinnauit ad perdẽdos mites in ſermone mẽdacij, cùm loqueretur pauper iudicium. Princeps verò, ea quæ digna ſunt principe cogitabit, & ipſe ſuper duces ſtabit. Mulieres opulẽtæ ſurgite, & audite vocem meam: filiæ cõfidentes percipite auribus eloquium meum.
Poſt dies enim & annum vos conturbabi- *v. 9.
mini confidentes: conſummata eſt enim vindemia, collectio vltrà non veniet. Obſtupe-C
cite opulentæ, conturbamini confidentes: exuite vos, & cõfundimini, accingite lumbos veſtros. Super hubera plangite, ſuper regione deſyderabili, ſuper vinea fertili. Super humum populi mei "ſpinæ & vepres aſcendent: "ſpina. 2.
quanto magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? Domus enim dimiſſa eſt, multitudo vrbis relicta eſt, tenebræ & palpatio factæ ſunt ſuper ſpeluncas vſque in æternum. Gaudium onagrorum paſcua gregum, D
donec effundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo: & erit deſertũ in charmel, & charmel in ſaltum reputabitur. ‖Et habitabit in ſolitudine Supr. 29. 2.
iudiciũ, & iuſtitia in charmel ſedebit. Et erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilẽtium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Grando autem in deſcenſione ſaltus, & humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas, immittẽtes pedem bouis & aſini.

S. Permixtim de deiectione Sennacherib loquitur, & Iudæorum liberatione, ac diuinæ potentiæ exaltatione: inuehitur contra hypocritas: & quales eſſe debeant qui cum Domino habitaturi ſunt in excelſis: Ieruſalem verò habitatio erit opulẽta, in qua magnificabitur Dominus, rex & legiſlator noſter.

CAP. XXXIII.

VAe qui prædaris, nònne & ipſe præ- A
daberis? & qui ſpernis, nònne & ipſe ſpernẽris? cùm conſummaueris deprædationẽ, deprædaberis: cùm fatigatus deſieris cõtemnere, contemnẽris. Domine, miſerere noſtri: te enim expectauimus. eſto brachium noſtrum in manè, & ſalus noſtra in tẽpore tribulationis. A voce angeli fugerũt

Universidad de Deusto
Biblioteca

populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes. Et crongregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut cum fossæ plenæ fuerint de eo. Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelso: impleuit Sion iudicio & iustitia. Et erit fides in temporibus tuis: diuitiæ salutis sapientia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius. Ecce, vidB dentes clamabũt foris, angeli pacis amarè flebunt, Dissipatæ sunt viæ, cessauit transiens per semitam, irritum factum est pactum, proiecit ciuitates, non reputauit homines. Luxit, & elanguit terra: cõfusus est Libanus, & obsurduit: & factus est Saron sicut desertum: & concussa est Basan, & Carmelus. Nunc consurgam, dicit Dominus, nunc exaltabor, nũc subleuabor. Concipietis ardorem, parietis stipulam: spiritus vester vt ignis vorabit vos. Et erunt populi quasi de incendio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur. Audite qui longè estis, quæ fecerim, & cognoscite vicini fortitudinem meam. Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas. quis
C poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis? ‖ Qui ambulat in iustitijs & loquitur Psal.14.a. *veritates. 4. "veritatem," qui proijcit auaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obthurat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum: Iste in excelsis habitabit, munimenta saxorum sublimitas eius: panis ei datus est, aquæ eius fideles sunt. Regem in decõre suo videbunt oculi eius, cernent terram dẽlõge. Cor tuum
1.Cor.1.c. meditabitur timorem: ‖ vbi est literatus? vbi legis verba ponderans? vbi doctor paruulorũ? Populum imprudentem non videbis, populum alti sermonis: ita vt nõ possis intelligere distitudinẽ linguæ eius, in quo nulla est sapientia. Respice Sion ciuitatem solennitatis nostræ: oculi tui videbunt Ierusalem habita-
D tionem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit: nec auferentur claui eius in sempiternum, & omnes funiculi eius non rumpentur: quia solummodo ibi magnificus est Dominus noster: locus fluuiorum riui latissimi, & patentes: nõ transibit per eum nauis remigum, neque trieris magna transgredietur eum. Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse saluabit nos. Laxati sunt funiculi tui, sed non præualebunt, sic erit malus tuus, vt dilatare signum non queas. Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripient rapinam. Nec dicet vicinus, Elangui. populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.

S. Acerba Dei vltio super omnes gentes, Idumeæ quoque contritio & perpetua vastitas prædicitur. CAP. XXXIIII.

ACcedite Gentes, & audite, & populi A attendite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germen eius. Quia indignatio Domini super omnes gentes, & furor super vniuersam malitiã eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionem. Interfecti eorum proijcientur, & de cadueribus eorum ascendet fœtor: tabescent mõtes à sanguine eorum. Et tabescẽt omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cœli: & omnis militia eorum defluet sicut defluit folium de vinea & de ficu. Quoniam inebriatus est in cœlo gladius meus: ecce super Idumæa descendet, & super populum interfectionis B meæ ad iudicium. Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe, de sanguine agnorum & hircorum, de sanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Bosra, & interfectio magna in terra Edom, Et descendent vnicornes cum eis, & tauri cũ potentibus: inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium: ‖ quia Infra.63.a dies vltionis Domini, annus retributionum iudicij Sion. Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem. Nocte & die non C extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur, in secula seculorum non erit transiens per eam. Et possidebunt illam onocrotalus, & ericius: & ibis, & coruus habitabunt in ea: & extendetur super eam mensura, vt rediganatur ad nihilum, & perpendiculum in desolationem. Nobiles eius non erunt ibi: regem potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilum. Et orientur in domibus eius spinæ & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum, & pascua
D struthionum. Et occurrent dæmonia, onocentaurus, & pilosus clamabit alter ad alterũ: ibi cubauit lamia, & inuenit sibi requiem. Ibi habuit foueam ericius, & enutriuit catulos, & circunfodit, & fouit in vmbra eius: illuc congregati sunt milui, alter ad alterum. Requirite diligenter in libro Domini, & legite: vnum ex eis non defuit, alter alterum non quæsiuit. quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius ipse congregauit ea. Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsque in æternum possidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.

S. De futura consolatione, lætitia, securitate & fælicitate perpetua eorũ qui in Christum sunt credituri.

CAP. XXXV. Lætabi-

A LAetabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi liliũ. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudãs: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi videbunt gloriam Domini, & decõrem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. *"pusillanimi. Dicite "pusillanimis', Confortamini, ▷ &'no
▷.9. lite timere. ecce Deus vester vltionẽ adduB cet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit *"nos. Matt.15.c. "vos.' ‖ Tunc aperientur oculi cœcorũ: & aures surdorum patebũt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrẽtes in
C solitudine. Et quæ erat arida, erit in stagnũ, & sitiens in fontes aquarũ. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam. Non erit ibi leo: & ma
D la bestia non ascendet per eam: nec inuenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint. Et redempti à Domino, conuertentur, & venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

S. Sennacherib captis ciuitatibus Iudæ munitis, mittit Rapsacen ad capiendam Ierusalem: qui varijs in Ezechiam iactatis conuitijs & blasphemijs in Deum, Ierosolymitas ad deditionem exhortatur. CAP. XXXVI.

A ET factum est: in quarto decimo anno 4.Re.18.c. 2.Par.32.a. regis Ezechiæ, ascẽdit Sennacherib rex Assyriorum super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et misit rex Assyriorum Rapsacen de Lachis in Ierusalem, ad regem Ezechiam in manu graui, & steterit in aquæductu piscinæ superioris in via Agri-ful
lonis. Et egressus est ad eũ Eliacim filius Helciæ, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs. Et dixit ad eos Rapsaces, Dicite Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum, Quæ est ista fiducia qua confidis? aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes
B fiduciam, quia recessisti à me? Ecce, confidis super baculũ arundineum cõfractum istum, super Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum eius, & perforabit eam: sic Pharao rex Aegypti omnibus qui confidunt in eo. Quòd si responderis mihi, In Domino Deo nostro confidimus: nõne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudæ & Ierusalẽ, Corã altari isto adorabitis? Et nũc trade te domino meo regi Assyriorũ, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum. Et quomodo sustinebis faciem iudicis vnius loci ex seruis domini mei minoribus. Quòd si confidis in Aegypto, in quadrigis, & in equitibus: & nũc nunquid sine Domino ascendi ad terrã istam vt disperderem eam? Dominus dixit ad me, C Ascende super terram istam, & disperde eam. Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rapsacen, Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim. ne loquaris ad nos iudaicè in auribus populi qui est super murum. Et dixit ad eos Rapsaces, Nunquid ad Dominũ tuum & ad te misit me dominus meus, vt loquerer omnia verba ista: & non potius ad viros qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinam pedum suorum vobiscum? Et stetit Rapsaces, & clamauit voce magna Iudaicè, & dixit, Audite verba regis magni, regis Assyriorum. Hæc dixit rex, Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos. Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Domino, dicens, Eruens liberabit nos Dominus, non dabitur ciuitas ista D in manu regis Assyriorum. Nolite audire Ezechiam: hæc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite vnusquisque vineam suam, & vnusquisque ficum suam: & bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ, donec veniam & tollam vos ad terram quæ est vt terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum. Nec cõturbet vos Ezechias, dicens, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij Gentium vnusquisque terram suam de manu regis Assyriorũ? Vbi est Deus Emath & Arphad? vbi est Deus Sepharuáim? nunquid liberauerunt Samariã de manu mea? Quis est exomnibus dijs terrarum istarũ, qui eruerit terram suam de manu mea, vt eruat Dominus Ierusalem de manu mea? Et siluerunt, & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim *rex, dicens, Ne respondeatis *eis. ei. Et ingressus est Eliacim filius Helciæ qui erat super domum, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs, ad Ezechiã scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

S. Consternatus Ezechias propter blasphemias, tum Rapsacis, tum Sennacherib, mittit ad Isaiam, vt Dominum deprecetur: qui ipsum cõfortans diuinum promittit auxilium: & cæso per angelum exercitu Sennacherib, etiam ipse à filijs suis interimitur. CAP. XXXVII.

A ET factum est: cùm audisset rex Ezechi- 4.Re.19.a as, scidit vestimenta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit in domum Domini. Et misit Eliacim qui erat super domum, & Sobnam scribam, & seniores de sacerdotibus opertos saccis ad Isaiam filiũ Amos prophetã, & dixerũt ad eum, Hæc dici Ezechias,

Dies tribulationis,& correptionis,& blasphemiæ dies hæc: quia venerunt filij vsq; ad partum,& virtus non est pariendi.Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus ad blasphemandum Deum viuentem, & exprobrādum sermonibus quos audiuit Dominus Deus tuus:leua ergo orationem pro reliquijs
B quæ repertæ sunt.Et venerunt serui regis Ezechiæ ad Isaiā, & dixit ad eos Isaias,Hæc dicetis domino vestro,Hæc dicit Dominus,Ne timeas à facie verborum quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis Assyriorum me. Ecce, ego dabo ei spiritum, & audiet nuntium, & reuertetur ad terram suam, & corruere eum faciam gladio in terra sua.Reuersus est autem Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum præliantem aduersus Lobnam.Audierat enim quia profectus esset de Lachis, & audiuit de Tharaca rege Aethiopiæ, dicentes, Egressus est vt pugnet contra te.Quod cùm audisset,misit nuntios ad Ezechiam dicēs, Hæc
C dicetis Ezechiæ regi Iudæ,loquentes, Non te decipiat Deus tuus,in quo tu cōfidis,dicens, Non dabitur Ierusalem in manum regis Assyriorum.Ecce, tu audisti omnia quæ fecerunt reges Assyriorum omnibus terris quas subuerterunt,& tu poteris liberari?Nūquid eruerunt eos dij Gentium, quos subuerterunt patres mei Gozam & Haran, & Reseph, & filios Eden,qui erāt in Thalassar?Vbi est rex Emath, & rex Arphad,& rex vrbis Sepharuáim, Ana & Aua?Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum,& legit eos,& ascendit in domū Domini,& expādit eos Ezechias corā Domino. Et orauit Ezechias ad Dominum,dicens,Domine exercituum Deus Israel, qui sedes super cherubim : tu es Deus solus omnium regnorum terræ,tu fecisti cœlum & terram.Inclina Domine aurem tuam,& audi:aperi Domine oculos tuos,& vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad blasphemanD dum Deum viuentem. Verè enim Domine desertas fecerunt reges Assyriorum terras, & regiones earum. Et dederunt deos earum igni:non enim erant dij,sed opera manuum hominum,lignum & lapis,& cōminuerunt eos. Et nunc Domine Deus noster salua nos de manu eius: & cognoscant omnia regna terræ quia tu es Dominus solus. Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum, hoc est verbum quod locutus est Dominus super eū, Despexit te,& subsannauit te,virgo filia Sion: post te caput mouit,filia Ierusalē. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocē, & leuasti altitudinem oculorum tuorum?Ad sanctum Israel. In manu ser E uorum tuorū exprobrasti Domino : & dixisti.In multitudine quadrigarū mearum ego ascendi altitudinem montiū, iuga Libani:& succīdā excelsa cedrorum eius, & electas abietes illius,& introibo altitudinem summitatis eius,saltum Carmeli eius.Ego fodi,& bibi aquā, & exiccaui vestigio pedis mei omnes rivos aggerum.Nunquid non audisti quæ olim fecerim ei ? ex diebus antiquis ego plasmaui illud:& nunc adduxi, & factum est in eradicationem collium cōpugnantium,& ciuitatum munitarum.Habitatores earū breuiata manu contremuerunt, & cōfusi sunt: facti sunt sicut fœnum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorū quæ exaruit antequā matureſceret. F Habitationē tuam, & egressum tuum, & introitum tuum cognoui,& insaniam tuā contra me.Cùm fureres aduersum me, superbia tua ascendit in aures meas:ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenū in labijs tuis,& reducā te in viam per quam venisti. Tibi autem hoc erit signum,Comede hoc anno quæ sponte nascuntur,& in anno secundo pomis vēscere: in anno autē tertio seminate & metite,& plātate vineas, & comedite fructum earum. Et mittet id quod saluatū fuerit de domo Iuda,& quod reliquum est,radicem deorsum,& faciet fructum sursum:quia de Ierusalem exibunt reliquiæ,& saluatio de mōte Sion: zelus Domini exercituum faciet istud :Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyrio- G rum,Non intrabit ciuitatem hanc,& non iaciet ibi sagittam: & non occupabit eam clypeus,& non mittet in circuitu eius aggerem. In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus.Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam propter me, & propter Dauid seruum meum.‖Egressus est autem angelus Do 4.Re.19.g Tob.1.d. mini, & percussit in castris Assyriorum cen- Eccl.48.d tum octogintaquinque millia.Et surrexerunt 1.Mac.7.f. mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. 2.Mac.8.e Et egressus est,& abijt:& reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitauit in Ninive.Et factum est, cū adoraret in templo Nesroch Deum suum, Adramélech,& Saráśar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntq; in terram Ararat,& regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

S. Ezechias à morte sibi per Isaiam comminata liberatus, signo in horologio Achaz accepto, & promissa de manu Assyriorū liberatione, additisq; ei ad vitā quindecim annis,canticū hoc gratiarū actionis Deo cecinit. CAP. XXXVIII.

IN‖diebus illis ægrotauit Ezechias vsque A ad mortem : & introiuit ad eum Isaias fi- 4.Re.20.a lius Amos propheta,& dixit ei,Hæc dicit 2.para.32.f Dominus,Dispone domui tuæ, quia morieris tu,& non viues.Et cōuertit Ezechias faciē suam ad parietem, & orauit ad Dominū, & dixit, Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim corā te in veritate,& in corde perfecto,& quod bonum est in oculis tuis fecerim.Et fleuit Ezechias fletu magno. Et factum est verbum Domini ad Isaiam,dicens,Vade,& dic Ezechiæ, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationē
*lachrymam ram.10. tuam,& vidi *lachrymas tuas.'ecce, ego adijciam super dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyriorum eruā te & ciuitatem istam,& protegam eam. Hoc autem tibi erit signum à Domino quia faciet Dominus verbum hoc quod locutus est, Ecce ego reuerti
B faciam vmbram linearum, per quas descenderat in horologio Achaz in sole,retrorsum decem lineis. Et reuersus est sol decem lineis per gradus quos descenderat.

Scriptura Ezechiæ regis Iuda cùm egrotasset,& conualuisset de infirmitate sua.

Ego dixi,In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi:quæsiuiresiduum annorum meorum.

Dixi, Non videbo Dominum Deum in terra viuentium, non aspiciam hominem vltrà & habitatorem quietis.

C Generatio mea ablata est:& conuoluta est à me, quasi tabernaculum pastorum præcisa est,velut à texente vita mea:dum adhuc ordirer succīdit me: de mane vsque ad vesperam finies me.

Sperabam vsque ad mane,quasi leo sic contriuit omnia ossa mea : de mane vsque ad vesperam finies me.

Sicut pullus hirundinis sic clamabo,meditabor vt columba: attenuati sunt oculi mei suspicientes in excelsum: Domine vim patior'respondē' pro me.

'Spondē.2. D Quid dicam aut respondebit mihi , cùm ipse *'fecerit'?recogitabo *omnes annos meos in *Iacerim.18. amaritudine animæ meæ.' *tibi.

P.5. Domine>si'sic viuitur,& in talibus vita spiritus mei,corripies me,& viuificabis me.

Ecce,in pace amaritudo mea amarissima : tu autem eruisti animam meam vt non periret, proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea.

Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te : non expectabunt qui descendunt in lacum,veritatem tuam.

Viuens viuēs ipse cōfitebitur tibi,sicut & ego hodie:pater filijs notā faciet veritatē tuam.

Domine saluum me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini.

Et iussit Isaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus, & sanaretur . Et dixit Ezechias , Quod erit signum quia ascendam in domum Domini?

S. Ezechias quum missis à rege Babylonis nuntijs suos ostendisset thesauros, ab Isaia de futura eorum in Babylonem ablatione præmonetur. CAP. XXXIX.

IN‖tempore illo misit Merodach Baladan A filius Baladan rex Babylonis,libros & mu 4.Re.20.e nera ad Ezechiā : audierat enim quòd ægrotasset, & conualuisset. Letatus est autem super eis Ezechias , & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum,& vnguēti optimi , & omnes apothecas suppellectilis suæ, & vniuersa quæ inuenta sunt in thesauris eius.Non fuit verbum quod B non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua.

Introiuit autē Isaias propheta ad Ezechiam regem,& dixit ei , Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias . De C terra longinqua venerunt ad me, de Babylone,Et dixit,Quid viderūt in domo tua?Et dixit Ezechias . Omnia quæ in domo mea sunt viderunt:non fuit res quam non ostenderim eis in thesauris meis . Et dixit Isaias ad Ezechiam,Audi verbum Domini exercituū: Ecce dies venient , & auferentur omnia quæ in domo tua sunt , & quæ thesaurizauerunt patres tui vsque ad diem hanc , in Babylonem: D non relinquetur quicquam , dicit Dominus. Et de filijs tuis qui exibunt de te,quos genueris,tollent , & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Isaiam , Bonum verbū Domini quod locutus est.Et dixit . Fiat tantū pax & veritas in diebus meis.

S. Consolatio & salus Ierusalem per Christum futura: Ioannis Baptistæ prædicatio: fragilitas hominis, & perpetuitas verbi diuini: Christi in carnem aduentus,ipsius q; gloria,potestas & retributio palàm annuntianda:contra idolatras Deum sculptilibus assimilātes incomparabilem Dei potentiam ac sapientiam commendat: quodq; sperantes in Domino mutent fortitudinem. CAP. XL.

COnsolamini consolamini populē me- A us, dicit Deus vester . Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam: quoniam cōpleta est malitia eius, dimissa est iniquitas illius: susceptt de manu Domini dupli cia pro omnibus peccatis suis.‖Vox clamātis Matth.3.a. in deserto: Parate viā Domini , rectas facite Marc.1.a. in solitudine semitas Dei nostri. Omnis val- Luc.3.a. Ioan.1.c. lis exaltabitur , & omnis mōs & collis humiliabitur,& erūt praua in directa,& aspera in vi as planas.Et reuelabitur gloria Domini,& vi B debit omnis caro pariter quod os Domini lo Eccle.14.e cutū est,‖Vox dicētis,Clama.Et dixi,quid cla Iacob.1.b. 2.Pet.1.d. mabo?

mabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fœnum, & cécidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in
Ioan.12.c. eo. ‖Verè fœnum est populus: exiccatum est fœnum, & cécidit flos: verbum autem Domini nostri manet in æternum. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sió: exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangeli
C zas Ierusalem: exalta, noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ, Ecce Deus vester: Ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur: ecce merces eius cum eo,
Ioan.10.b. Ezec.34.f. 37.f. & opus illius corã illo. ‖Sicut pastor, gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & librauit in pondere montes,
Rom.11.d. 1.Cor.2.d Sapi.9.c. & colles in statéra? ‖Quis adiuuit spiritũ Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo inijt consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ, & erudi
D uit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi? Ecce, Gẽtes quasi stilla situlæ, & quasi momentum statéræ reputatæ sunt: ecce, insulæ, quasi puluis exiguus. Et Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia eius non sufficient ad holocaustum. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihi
Act.17.d. lum & inane reputatæ sunt ei. ‖Cui ergo similem fecistis Deũ? aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid sculptile conflauit faber? aut aurifex auro figurauit illud, & laminis argen
E teis argentarius? Forte lignum & imputribile elegit: artifex sapiés quærit quomodo statuat simulachrum quod non moueatur. Nunquid
"scietis. non "scitis? nunquid non audistis? nunquid non annuntiatũ est vobis ab initio? nunquid non intellexistis fundamenta terræ? Qui sedet super gyrũ terræ, & habitatores eius sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilum cœ
los, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. Qui dat secretorum scrutatores
F quasi non sint, iudices terræ velut inane fecit: equidem neque "plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum: repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos. Et cui assimulastis me, & adæ quastis, dicit sanctus? Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc: qui
"plãto neque sato, neque radicato in terra trunco. 8. educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisque eius neque vnum reliquum fuit. Quare dicis Iacob, & loqueris Israel, Abscondita est via mea à Domino, &
G à Deo meo iudicium meum transiuit? Nunquid nescis, aut non audisti? Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terræ: non deficiet, neq; laborabit, nec est inuestigatio sapientiæ eius. Qui dat lasso virtutem: & his qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabunt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autem sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt, & non deficient.

S. Disceptat Dominus cum idololatris de potentia & varijs magnisq; beneficijs populo Iudaico exhibitis: quibus suam comprobat potentiam & benignitatem erga homines: ostendens simul & idolorum impotentiam & idololatrarum vanitatem.

CAP. XLI.

TAceant ad me insulæ, & Gentes mu- A
tent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. Quis suscitauit ab Oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se? dabit in conspectu eius Gentes, & reges obtinebit: dabit quasi puluerẽ gladio eius * sicut stipulam vento ra- *&.3.
ptam arcui eius. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. Quis hæc operatus est & fecit, vocans genera
Infra.44.d tiones ab exordio? Ego Dominus. ‖primus & 48.b. nouissimus ego sum. Viderunt insulæ, & ti- Apoc.1.d. muerunt, extrema terræ obstipuerunt, appro- 22.c.
pinquauerunt & accesserunt. Vnusquisque B proximo suo auxiliabitur, & fratri suo dicet. Confortare. Confortauit faber ærarius percutiens malleo, eũ qui cudebat tunc temporis, dicens, Glutino bonũ est: & cõfortauit eum clauis, vt nõ moueretur. Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi, semẽ Abraham amici mei, in quo apprehendi te ab extremis terræ, & à
C longinquis eius vocaui te, & dixi tibi, Seruus meus es tu, elegi te, & nõ abieci te. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. Ecce confundentur & erubescent omnes qui pugnant aduersum te: erunt quasi non sint, & peribunt viri qui contradicunt tibi. Quæres eos, & non
"hominet bellantes.tu inuenies, viros rebelles tuos. erunt quasi non sint: & veluti consumptio "hominis bellantis' aduersum te: Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicens que tibi, Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redemptor D tuus sanctus Israel. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quasi puluerem pones. Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo dispergetur eos: & tu exultabis in Domino, in sancto Israel lætaberis. Egeni, & pauperes quærunt aquas,

aquas, & non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & ter-
E ram inuiam in riuos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliuæ: ponam in deserto abietem, vlmum, & buxum simul: Vt videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israel creauit illud. Prope facite iudiciũ vestrũ, dicit Dominus: afferte, si quid fortè habetis, dixit rex Ia-
F cob. Accedãt, & nuntient nobis quæcunque ventura sunt: priora quæ fuerũt nuntiate, & ponemus cor nostrũ, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis. Annuntiate quæ ventura sunt in futurũ, & sciemus quia dij estis vos. bene quoq; aut male, si potestis, facite: & loquamur, & videamus simul. Ecce, vos estis ex nihilo, & opus vestrum ex eo quod nõ est: abominatio est qui elegit vos. Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab Ortu solis: vocabit nomen meum, & addu
G cet magistratus quasi lutum, & velut plastes conculcans humum. Quis annuntiauit ab exordio, vt sciamus: & à principio, vt dicamus, Iustus es? non est neque annuntians, neque prædicens, neque audiens sermones vestros. Primus ad Sion dicet, Ecce adsum, & Ierusalem euangelistam dabo. Et vidi, & non erat neque ex istis quisquam qui iniret consilium, & interrogatus responderet verbum. Ecce omnes iniusti, & vana opera eorum, ventus & inane simulachra eorum.

S. Pater sibi complacet in filio Christo, cuius virtutes & opera quæ facturus est propheta explicat, exhortans vniuersas gentes ad laudem & gratiarum actionem: addit quoq; malos, idololatras & ingratos grauiter à Domino punien dos, plurimum conquerens de ingratitudine seruorum Dei.

CAP. XLII.

A Matt.12.b. ECce ‖seruus meus, suscipiam eam: electus meus, complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eũ, iudicium Gentibus proferet. Non clamabit, neque accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum quassatum nõ conteret, & linum fumigans nõ extinguet: in veritate educet iudicium. Non erit tristis, neq; turbulentus, donec ponat in terra iudicium: & legem eius insulæ expectabunt. Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo qui est super eam & spiritum calcantibus eam. Ego Dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuã, & seruaui te. Et ‖dedi te in fœdus Populi, in lucem Gen B
tium: Vt aperires oculos cæcorũ, & educeres Infr.49.b. de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Ego Dominus, hoc est nomen meum: ‖gloriam meam alteri non dabo, Infr.48.b. & laudem meam sculptilibus. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: noua quoq; ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam. Cantate Domino canticum nouũ, laus eius ab extremis terræ, qui descenditis in mare, & plenitudo eius: insulæ, & habitatores earum. Subleuetur desertum & ciuitates eius: in domibus habitabit Cædar: laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt. Ponent Domino gloriam, & laudem eius in insulis nuntiabunt. Dominus sicut fortis egredietur, *sicut vir præliator suscitabit zelũ: vo- *&.7.
ciferabitur, & clamabit: super inimicos suos confortabitur. Tacui semper, silui, patiẽs fui, C
sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul. Desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorum exiccabo: & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam. Et ducam cæcos in viam quam nescíunt: & in semitis quas ignorauerunt ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & praua in recta. hæc verba feci eis, & non dereliqui eos. Conuersi sunt retrorsum: confundantur confusione, qui confidunt in sculptili, qui dicunt cõflatili, Vos dij nostri. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum. Quis cæcus, nisi seruus meus? & surdus, nisi ad quẽ nuntios meos misi? quis cæcus, nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini? Qui vides multa, nónne custodies? qui apertas habes aures, nónne audies? Et Dominus voluit vt sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret. Ipse autem populus direptus, & D
vastatus: laqueus iuuenũ omnes, & in domibus cacerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat: in direptionem, nec est qui dicat, Redde. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat, & auscultet futura? Quis dedit in direptionem Iacob, & Israel vastantibus? nónne Dominus ipse, cui peccauimus? Et noluerunt in vijs eius ambulare, & non audierunt legem eius. Et effudit super eum indignationem furoris sui, & forte bellum, & combusit eum in circuitu, & non cognouit: & succendit eum, & non intellexit.

S. Populum credentem securum facit, eius exvniuerso orbe multiplicationem futuram promittens, cum enarratione præteritorũ ac futurorum Dei erga populum suum beneficiorum, quibus se solum verum Deum esse comprobat: addita graui expostulatione aduersus Iudæorum ingratitudinem.

CAP. XLIII.

Et

A ET nunc hæc dicit Dominus creãs te Iacob,& formans te Israel: Noli timere, quia redemi te, & vocaui te nomine tuo:meus es tu.Cùm transieris per aquas,tecum ero, & flumina non operiẽt te:cùm ambulaueris in igne,non comburẽris,& flamma non ardebit in te : Quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel saluator tuus , dedi propitiationem tuã Aegyptum , Aethiopiã & Saba pro te.Ex quo honorabilis factus es in oculis meis,& gloriosus:ego dilexi te,& dabo homines pro te,& populos pro anima tua. Noli timere quia ego tecũ sum : ab Oriẽte adducam semen tuũ,& ab Occidente cõgregabo te.Dicã Aquiloni,Da: & Austro , Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.Et omnẽ qui inuocat nomẽ meum,in gloriam meam creaui eum,formaui eũ,& feci eum.Educ foras populũ cæcum, & B oculos habentẽ:surdum,& aures ei sunt.Omnes gentes cõgregatæ sunt simul , & collectæ sunt tribus:quis in vobis annuntiet istud, & quæ prima sunt,audire nos faciet?dent testes eorũ,& iustificẽtur,& audiãt,& dicant.Verè. Vos testes mei, dicit Dominꝰ,& seruus meus quẽ elegi:vt sciatis,& credatis mihi,& intelligatis quia ego ipse sum.ante me non est formatus deus,& post me nõ erit.‖Ego sum,ego Oseæ.13.b. sum Dominus,& nõ est absq; me saluator.Ego annuntiaui, & saluaui:auditũ feci, & non fuit in vobis alienus.vos testes mei,dicit Dominus,& ego Deus. Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat : operabor,& quis auertet illud ? Hæc dicit Dominus redẽptor vester, sanctus Israel, Propter vos emisi in Babylonem,& detraxi vectes vniuersos, & Chaldæos in nauibus suis gloriãtes. Ego Dominus sanctus vester,creans Israel rex vester. C Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viã,& in aquis torrentibus semitã. Qui eduxit quadrigã & equum:agmẽ & robustum,simul obdormierunt,nec resurgẽt:cõtriti sunt quasi linũ,& extincti sunt.Ne memineritis priorũ,& 2.Cor.5.d antiqua ne intueamini . Ecce ‖ego facio no- Apoc.21.b ua,& nunc oriẽtur, vtiq; cognoscetis ea:ponã in deserto viã,& in inuio flumina.Glorificabit me bestia agri,dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, flumina in inuio, vt darẽ potũ populo meo,electo meo.Populũ istũ formaui mihi,laudem meã narrabit.Non me inuocasti Iacob,nec laborasti in me Israel. D Nõ obtulisti mihi arietẽ holocausti tui,& victimis tuis nõ glorificasti me:nõ te seruire feci in oblatione, nec laborẽ tibi præbui in thure. Nõ emisti mihi argento calamũ,& adipe victi marũ tuarũ nõ inebriasti me. Verũtamen seruire me fecisti in peccatis tuis,præbuisti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis.Ego sum,ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me,& peccatorũ tuorũ nõ recordabor.Reduc me in memoriam, & iudicemur simul : narra siquid habes vt iustificeris. Pater tuus primus peccauit,& interpretes tui præuaricati sunt in me. Et cõtaminaui principes sanctos,*dedi ad in- *Or.1. ternecionẽ Iacob , & Israel in blasphemiam.

S. Deus cõsolatur populum suũ, effusurus super eum Spiritum suum,& aquas super sitientem:ipse primus & nouissimus ac solus Deus,omniũ creator ac moderator:idolôrũ quoque,artificum eorum ac idolatrarũ magna vanitas,imo stupor apertè cõuincitur:proinde ab idôlis ad Deũ,in cuius manu sunt omnia,populus reuocatur. CAP. XLIIII.

ET ‖nũc audi Iacob serue meus,& Israel A quẽ elegi,Hæc dicit Dominus faciẽs & Ierem.30. g.64.g. formãs te,ab vtero auxiliator tuus: noli timere serue meus Iacob , & rectissime quẽ elegi.Effundã enim aquas super sitientem, & fluẽta super aridam:effundã spiritũ meum super semẽ tuũ,& benedictionẽ meam super stirpem tuã.Et germinabũt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas .Iste dicet,Domini ego sum : & ille vocabit in nomine Iacob. & hic scribet manu sua , Domino: & in nomine Israel assimilabitur.Hæc dicit Dominus rex Israel,& redẽptor eius Dominus exercituũ, ‖Ego primus , & ego nouissimus, & Supr.41.b Infr.48.b Ap.1.d.17. absq; me nõ est Deus. Quis similis mei?vocet & annuntiet:& ordinẽ exponat mihi,ex quo cõstitui populum antiquũ: ventura & quæ futura sunt annuntient eis. Nolite timere, neq; B cõturbemini:extunc audire te feci, & annuntiaui: vos estis testes mei. nunquid est Deus absq; me , & formator quẽ ego nõ nouerim? Plastæ idôli omnes nihil sunt , & amãtissima eorũ nõ proderunt eis.ipsi sunt testes eorum quia nõ vident neq; intelligunt,vt cõfundantur.Quis formauit deũ,& sculptile conflauit ad nihil vtile? Ecce,omnes participes eius cõfundentur:fabri enim sunt ex hominibus:cõuenient omnes,stabũt,& pauebunt,& cõfun- Sapi.13.c. dentur simul. ‖Faber ferrarius lima operatus est:in prunis , & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ:esuriet & deficiet,nõ bibet aquam,& lassescet. Artifex lignarius extẽdit normã, formauit illud in rũcina,fecit illud in angularibus, & in circino tornauit illud:& fecit imaginem viri quasi speciosum hominẽ habitantẽ in domo. Succidit cedros,tulit ilicẽ , & quercũ quæ sterat inter ligna saltus:plantauit pinũ, quam pluuia nutriuit.Et facta est hominibus in focũ:sumpsit ex eis,& calefactus est:& succendit,& coxit panes,de reliquo aũt operatus est deũ,& adorauit:fecit sculptile,& curuatus est ante illud.Medium eius combussit igni,& de medio eius carnes *comedit:coxit pulmentũ, *coxit & & satu-

& saturatus est,& calefactus est,& dixit,Vah, calefactus sum, vidi focum. Reliquum autem eius deum fecit & sculptile sibi: curuatur ante illud , & adorat illud , & obsecrat , dicens, Libera me,quia Deus meus es tu.Nescierunt, neque intellexerunt:obliti enim sunt ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo. Non recogitant in mente sua , neque cognoscunt,neq; sentiunt,vt dicant, Medietatẽ eius combussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes & comedi, & de reliquo eius idôlum faciam? ante trũcum ligni procidam? Pars eius cinis est : cor insipiẽs adorauit illud, & non liberabit animã suam,neq; dicet,Fortè mendaciũ est in dextera mea.Memento horum Iacob & Israel,quoniã seruus meus es tu. formaui te,seruus meus es tu Israel, nõ obliui D scaris mei. Deleui vt nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua:reuertere ad me, quoniam redemi te . Laudate cœli , quoniam 48. misericordiam fecit Dominus: iubilate extrema terræ : resonate montes laudationem, saltus & omne lignum eius,quoniam redemit Dominus Iacob, & Israel gloriabitur. Hæc dicit Dominus redẽptor tuus, & formator tuus ex vtero , Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cœlos solus,stabiliens terrã, & nullus mecum.Irrita faciens signa diuinorum,& ariolos in furorem vertens.Conuertens sapientes retrorsum: & scientiam eorum stultã faciens. Suscitans verbum serui sui , & consilium nuntiorum suorum complens.Qui dico Ierusalem,habitaberis:& ciuitatibus Iudæ,Aedificabimini , & deserta eius suscitabo . Qui dico profundo , Desolare, & flumina tua arefaciã. Qui dico Cyro , Pastor meus es: & omnem voluntatem meam complebis.Qui dico Ierusalem, Aedificaberis:& templo,Fundaberis.

S. Prophetia de Cyro & victorijs ipsi à Deo cõcedendis,cum increpatione quòd Deum in his nõ agnoscat, cùm ipse solus sit Deus,omniũ Dominus,cui nemo potest contradicere:prædicitur Christi natiuitas: & loquitur prophæta permixtim de Iudæorum per Cyrum liberatione, ac salute per Christum futura: quodq; solus Dominus sit Deus , iustus & saluans , promissaq; complens. CAP. XLV.

A HAec dicit Dominus christo meo Cyro cuius apprehendi dexteram , vt subijciam ante faciem eius Gentes , & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas , & portæ non claudentur . Ego anteibo : & gloriosos terræ humiliabo : portas æreas conteram , & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos , & arcana secretorum : vt scias quia ego Dominus qui voco nomen tuum Deus Israel. Propter seruum meum Iacob , & Israel electum meum , & vocaui te*nomine tuo : assimula- *in.16. ui te , & non cognouisti me . Ego Dominus, & non est amplius extra me non est Deus:accinxi te, & nõ cognouisti me:vt sciant hi qui ab ortu solis , & qui ab occidente quoniam absque me non est. Ego Dominus,& non est B alter : formans lucem , & creans tenebras : faciens pacem,& creans malum : ego Dominus faciẽs omnia hæc.Rorate cœli desuper, & nubes pluant iustum : aperiatur terra , & germinet saluatorem : & iustitia oriatur simul.ego Dominus creaui eum.Væ qui contradicit *fi- *factori.16. ctori' suo, testa de samijs terræ. ‖nunquid dicet lutũ figulo suo, Quid facis,& opus tuum absque manibus est? Væ qui dicit patri, Quid generas? & mulieri, Quid parturis? Hæc dicit Dominus sanctus Israel plastes eius. Venturа interrogate me super filios meos , & super opus manuum mearum mandate mihi , Ego feci terram : & hominem super eam creaui ego: manus meæ tetenderunt cœlos , & omni militiæ eorum mandaui . Ego suscitaui eum ad iustitiam,& omnes vias eius dirigam: ipse ædificabit ciuitatẽ meam , & captiuitatẽ meam dimittet,nõ in pretio, neq; in muneribus, dicit Dominus Deus exercituũ.Hæc dicit Do C minus,Labor Aegypti, & negotiatio Aethiopiæ,& Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: Post te ambulabũt,vincti manicis pergent:& te adorabunt, teq; deprecabuntur. Tantũ in te est Deus, & non est absq; te Deus.Verè tu es Deus absconditus,Deus Israel saluator . Cõfusi sunt & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorũ . Israel saluatus est in Domino salute æterna:non confundemini, & non erubescetis vsq; in seculũ seculi . Quia hæc dicit Dominus creãs cœlos,ipse Deus formãs terrã,& faciens eã,ipse plastes eius:non in vanũ creauit eã:vt habitaretur formauit eam.ego Dominus,& non est alius.Non in abscondito locutus sum, in loco terræ tenebrosi: non dixi semini Iacob,Frustra quærite me.ego Dominus loquens iustitiã,annuntians recta.Cõgre D gamini , & venite, accedite simul qui saluati estis ex gẽtibus, nescierũt qui leuant lignum sculpturæ suæ , & rogant Deũ non saluãtem. Annuntiate, &venite, & consiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio,extũc prædixit illud?nũquid non ego Dominus, & nõ est vltrà Deus absq; me? Deus iustus & saluans nõ est præter me.Cõuertimini ad me,& salui eritis omnes fines terræ:quia ego Deus,& nõ est alius. In memetipso iuraui, egredietur de ore meo iustitiæ verbũ,& nõ reuertetur:quia ‖mihi curuabitur omne genu, & iurabit om- Rom.14.b Philip.2.b nis lingua.Ergo in Domino,dicet, meæ sunt iustitiæ & imperiũ:ad eum venient,& cõfun-

dentur omnes qui repugnant ei. In Domino iustificabitur & laudabitur omne semẽ Israel.

S. Ostenditur idolorum vanitas, & destructio ipsorum prædicitur: Iudæi cum reliquijs Israël ad Deum reuocantur, ostensa Dei magna benignitate ad ipsos, addita graui increpatione ob ipsorum ingratitudinem & idololatriam: hortaturq; vt ad ipsum qui solus omnia nouit & potest, reuertantur, salutem ipsis per filium promittens. CAP. XLVI.

A COnfractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorũ bestijs & iumentis, onera vestra graui pondere vsq; ad lassitudinem. Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vte
B ro, qui gestamini à mea vulua. Vsq; ad senectam ego ipse, & vsq; ad canos ego portabo: ego feci, & ego ferã: ego portabo, & saluabo. Cui assimulasti me, & adæquastis & cõparastis me, & fecistis similẽ? Qui cõfertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis: cõducentes aurificem, vt faciat deum: & procidunt & adorant. ‖Portant illum in humeris Baruc.6.c.
C gestantes, & ponentes in loco suo, & stabit, ac de loco suo non mouebitur. sed & cùm clamauerint ad eum, non audiet: de tribulatione non saluabit eos. Mementote istud, & confundamini: redite præuaricatores ad cor. Recordamini prioris seculi, quoniam ego sum Deus, & non est vltrà Deus, nec est similis mei. Annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt, dicens,
D Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet: Vocãs ab Oriente "auem", & de terra longinqua virum voluntatis meæ. & locutus sum, & adducam illud: creaui, & faciam illud. Audite me duro corde, qui longe estis à iustitia, Prope feci iustitiam meam, non elongabitur: & salus mea nõ morabitur. Dabo in Sion salutem, & Israeli gloriam meam. "iustum.

S. Babylonis humiliatio ac contritio prædicitur, propter ipsius superbiam, arrogantiam, & crudelitatem in Iudæos suos captiuos: & quia in maleficijs, auguribus atque incantatoribus spem posuit. CAP. XLVII.

A DEscende, sede in puluere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorũ, quia vltrà nõ vocaberis mollis & tenera. Tolle molã, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi
Nahũ.3.b. humerum, reuela crura, transi flumina. ‖Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobriũ tuum: vltionem capiam, & non resistet mihi homo. Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, sanctus Israel. Sede tacens & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia
B non vocaberis, vltrà domina regnorum. Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua: non posuisti eis misericordias: super senẽ aggrauasti iugum tuũ valde. Et dixisti. In sempiternum ero domina. nõ posuisti hæc super cor tuum, neq; recordata es nouissimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans cõfidenter, quæ dicis in corde tuo, ‖Ego sum, & non Apoc.18.b Infra.51.c.
C est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem. Venient tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas, & viduitas. vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem. Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti. Nõ est qui videat me. Sapientia tua & sciẽtia tua hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo, Ego sum, & præter me non est altera. Veniet super te malum, & nescies ortum eius, & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: veniet super te repentè miseria quam nescies. Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum in quibus laborasti ab adolescẽtia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior. Defecisti in multi-
D tudine consiliorum tuorum: stent, & saluent te augures cœli, qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarẽt ventura tibi. Ecce, facti sunt quasi stipula, ignis combusit eos: non liberabunt animam suã de manu flammæ, non sunt prunæ quibus calefiant, nec focus, vt sedeant ad eũ. Sic facta sunt tibi in quibuscunque laboraueras: negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt, non est qui saluet te.

S. Increpat Dominus hypocrisim, ingratitudinem ac duritiam Iudæorum: se & non idola annũtiasse futura & illa compleuisse ostẽdens: propter nomen suũ tamen parcet ipsis: & ita benignè eos ad se reuocat, probans se solum verum Deum, omnium conscium, suique populi redemptorẽ ac gubernatorem: cõqueretur quoque de mandatorũ suorum præuaricatione, quibus obseruatis fœlices fuissent. CAP. XLVIII.

A VDite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini nõ in veritate neq; in iustitia. De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deũ Israel constabiliti sunt: Dominus exercituũ nomẽ eius. Priora extũc annũtiaui, & ex ore meo exierũt, & audita feci ea: repente operatus sum, & venerunt. Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frõs tua ærea. Prædixi tibi extũc: antequam venirent indicaui tibi, ne fortè diceres, Idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista. Quæ audisti vide omnia: vos autem num annuntiastis? Audita feci tibi noua extunc, & conseruata sunt quæ nescis: nunc creata sunt, & non extunc: & ante diem: & non audisti ea, ne fortè dicas, Ecce ego cognoui ea. Neque audisti, neque cognouisti, neque extunc aperta est auris tua. scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorem ex vtero vocaui te. Propter nomen meum longe faciam furorem meum: & laude mea infrænabo te, ne intereas. Ec-
Sup.42.b. ce excoxi te, sed non quasi argentum, elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciam, vt non blasphemer: ‖& gloriam
Sup.42.b. 44.a. meam alteri non dabo. Audi me Iacob, & Israel quem ego voco. ‖Ego ipse, ego primus & e-
C go nouissimus. Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mensa est cœlos: ego vocabo eos, & stabunt simul. Congregamini omnes vos, & audite: quis de eis annuntiauit hæc? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem suam in Babylone, & brachium suum in Chaldæis: Ego ego locutus sum, & vocaui eum: adduxi eum, & directa est via eius. Accedite ad me, & audite hoc: non à principio in abscondito locutus sum: ex tempore antequam fieret ibi eram, & nũc Dominus Deus misit me, & spiritus eius. Hæc dicit Dominus
D redemptor tuus sanctus Israel, Ego Dominus Deus tuus docens tẽ vtilia, gubernãs te in via qua ambulas. Vtinã attendisses mandata mea: facta fuisset sicut flumẽ pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena semẽ tuum, & stirps uteri tui vt lapilli eius: non interisset, & non fuisset attritum nomen eius à facie mea. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annuntiate:
Exod.17.b. auditum facite hoc, & efferte illud vsque ad extrema terræ. Dicite ‖Redemit Dominus ser
Num.20.b uum suum Iacob. Non sitierunt in deserto, cùm educeret eos: ‖aquam de petra produxit
Infra.57.d. eis, & scidit petram, & fluxerunt aquæ. ‖Non est pax impijs, dicit Dominus.

S. Constituitur Christus dux Gentium ac Iudæorum saluandorum, daturq; in fœdus populi ex omni orbis parte vocandi: & ostensa magna fœlicitate credentium in Christum, hortatur eos ad gratiarum actionem: benignè etiam consolatur Sion quæ se à Deo desertam conquærebatur: promittens eam toto orbe foreglorioſam, omnibus ad ipsam confluentibus, eiusque contritis inimicis. CAP. XLIX.

A AVdite insulæ, & attendite populi de longè: Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meũ quasi gladium acutũ: in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. Et dixit mihi, ‖Seruus Infra.51.e.
B meus es tu Israel, quia in te gloriabor. Et ego dixi, In vacuum laboraui, sine causa, & vanè fortitudinem meam consumpsi: ergo iudicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo. Et nunc dicit Dominus, formans me ex vtero seruum sibi, vt reducam Iacob ad
B eum, & Israel non congregabitur: & glorificatus sum in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit, Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fœces Israel conuertendas. ‖Ec- Sup.42.b. Actu.13.g.
ce, dedi te in lucem Gentium, vt sis salus mea vsque ad extremum terræ. Hæc dicit Dominus redemptor Israel, sanctus eius, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad seruum dominorum: Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis est, & sanctum Israel C
qui elegit te. Hæc dicit Dominus, ‖In tem- 2.Cor.6.a.
pore placito exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui: & seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas: vt diceres his qui vincti sunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini. Super vias pascentur, & in omnibus planis pascua eorum. ‖Non esurient, neque siti- A poc.7.d.
ent, & non percutiet eos æstus & sol: quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum "potabit' eos. Et ponam omnes montes D
meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. "portabit.a.
Ecce isti délonge venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & isti de terra australi. Laudate cœli, & exulta terra, iubilate montes laudem: quia consolatus est Dominus populum suum, & pauperum suorum miserebitur. Et dixit Sion, dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum, vt non miserearur filio vteri sui? & si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Ecce, in manibus meis descripsi te: muri tui coram oculis meis semper. E
Venerunt structores tui: destruentes te, & dissipantes à te exibunt. ‖Leua in circuitu ocu- Infr.60.a.
los tuos & vide, omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: viuo ego, dicit Dominus, quia omnibus his, velut ornamento vestiêris, & circundabis tibi eos quasi sponsa. Quia deserta tua, & solitudines tuæ & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longè fugabuntur qui absorbebant te. Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ, Angustus est mihi locus, fac spacium mihi vt habitem. Et dices in corde tuo, Quis genuit mihi istos? F
ego sterilis, & non pariens, transmigrata & captiua: & istos quis enutriuit? ego destituta & sola: & isti vbi hic erant? Hæc dicit Do-

minus Deus, Ecce, leuabo ad Gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ: vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectant eum. Nũquid tolletur à forti præda, aut quod captum fuerit à robusto, saluum esse poterit? Quia hæc dicit Dominus, Equidem & captiuitas à forti tolletur: & quod ablatũ fuerit à robusto, saluabitur. Eos verò qui iudicauerũt te, ego iudicabo, & filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto, sanguine suo inebriabuntur: & sciet omnis caro quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob.

S. Non ex Dei impotẽtia sed propter suas iniquitates manet synagoga repudiata, Christum nolens recipere, qui nihil prætermisit quod agendũ fuerat vt ab ea reciperetur, imò illius amore seipsum in ignominiosas tradidit afflictiones: ideoq; synagogam doloribus interituram denuntiat.

CAP. L.

A HAec dicit Dominus, Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eã? aut quis est creditor meus, cui vẽdidi vos? ecce in iniquitatibus vestris vẽditi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrẽ vestram. Quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret. nũquid abbreuiata & paruula facta est manus mea, vt non possim redimere? B Infr. 59.a. aut non est in me virtus ad liberandũ? ‖Ecce, in increpatione mea desertũ faciam mare, ponam flumina in siccum: cõputrescẽt pisces sine aqua, & moriẽtur in siti. Induam cœlos tenebris, & saccũ ponam operimẽtum eorum. Dominus dedit mihi linguam eruditã, vt sciam sustẽtare eum qui lassus est, verbo: erigit mane, mane erigit mihi aurem, vt audiã quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autẽ non cõtradico, retrorsum non Matt.26.g abij. ‖Corpus meum dedi percutiẽtibus, & ge- C nas meas vellẽtibus: faciem meã non auerti ab *in me increpantibus, & conspuentibus*. Dominus Deus auxiliator meus, ideò non sum cõfusus: ideò posui faciẽ meam vt petram durissimã, & scio quoniã nõ cõfundar. Iuxtà est qui iustificat me, quis cõtradicet mihi? ſtemus simul. quis est aduersarius meus? accedat ad me. Ecce Dominus Deus, auxiliator meus: quis est D qui condẽnet me? Ecce omnes quasi vestimẽtum conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dominũ, audiens vocem serui sui, qui ambulauit in tenebris, & nõ est lumẽ ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum. Ecce vos omnes accẽdentes ignem accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

S. Exhortatur Sion exemplo Abrahæ cui Deus promissa compleuit, vt & ipsa cerò fidat se promissam à Deo consolationem accepturam: de consolatione, salute & magna fœlicitate Sion, hoc est ecclesiæ, per Christum futura, & de lege euangelica latè disserit, ac de humiliatione hostium ecclesiæ.

CAP. LI.

AVdite me qui sequimini quod iustum A est, & quæritis Dominum: attendite ad petram vnde excisi estis, & cauernam laci de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram quæ peperit vos: quia vnum vocaui eum, & benedixi ei, & multiplicaui eum. Consolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas eius: & ponet desertum eius quasi delitias, & solitudinem eius quasi hortum Domini. Gaudium & lætitia inuenietur in ea, B gratiarum actio, & vox laudis. Attendite ad me populo meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet. Propè est iustus meus, egressus est saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt: me insulæ expectabunt, & brachium meum sustinebunt. Leuate in cœlum oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cœli sicut fumus liquescent, C & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt: ‖Salus au- Psalm.36.c tem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet. Audite me qui scitis iustum, populus meus lex mea in corde eorum: nolite timere opprobrium hominum, & blasphemias eorum ne metuatis. Sicut enim vestimentum, sic comedet eos vermis: & sicut lanam, sic deuorabit eos tinea: Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea in generationes generationum. Consurge consurge, induere fortitudinem brachium Domini: consurge sicut in diebus antiquis, in generationibus seculorum. nunquid non tu percussisti superbum, vulnerasti draco- D nem? ‖Nunquid non tu siccasti mare, aquam Exod.14.c abyssi vehementis: qui posuisti profundum maris viam, vt transirent liberati? Et nunc qui redempti sunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia sempiterna super capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus. Ego ego ipse consolabor vos: quis tu vt timeres ab homine mortali, & à filio ho- E minis, qui quasi fœnum ita arescet? Et oblitus est Domini factoris tui, qui tetendit cœlos

cœlos, & fundauit terram: & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat, & parauerat ad perdendum. vbi nunc est furor tribulantis? Cito veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet vsque ad internecionem, nec deficiet panis eius. Ego autem sum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumescunt fluctus eius, Dominus Supr.49.a exercituum nomen meum. ‖Posui verba mea in ore tuo, & in vmbra manus meæ protexi te, vt plantes cœlos, & fundes terram: & dicas F ad Sion, Populus meus es tu. Eleuare, eleuare: consurge Ierusalem, quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius: vsque ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsque ad fæces. Non est qui sustentet eam ex omnibus filijs quos genuit: & non est qui apprehendat manum eius ex omnibus filijs quos enutriuit. Supr.47.b ‖Duo sunt quæ occurrerunt tibi: quis contristabitur super te? vastitas & contritio, & fa- G mes & gladius, quis consolabitur te? Filij tui protecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus: pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui. Idcirco audi hoc paupercula & ebria non à vino. Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnauit pro populo suo, Ecce tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ, nõ adijcies vt bibas illum vltrà. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt, & dixerunt animæ tuæ, Incurua re, vt transeamus: & posuisti vt terram corpus tuum, & quasi viam transeuntibus.

S. Excitat Sion hoc est Christi ecclesiam ad consolationem ob gratuitam sui redemptionẽ: meminit descensus Israël in Ægyptum & liberationis ab Assur: prædicatores autem euangelicæ pacis commẽdat, excitans omnes ad laudem propter Christum paratum omnibus saluatorem: & de ipsius exaltatione ac humiliatione, & fide Gentium in ipsum.

CAP. LII.

ACOnsurge, consurge, induere fortitudine tua Sion, induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas sancti: quia non adijciet vltrà vt pertranseat per te incircuncisus & immundus. Excutere de puluere, consurge, sede Ierusalem: solue vincula colli tui captiua filia Sion. Quia hæc dicit Dominus, Gratis venundati estis, & sine argento redimemini. Quia hæc dicit Dominus Gen.46.a. Deus, ‖in Aegyptum descendit populus meus in principio, vt colonus esset ibi: & Assur absB que vlla causa calumniatus est eum. Et nunc quid mihi est hic, dicit Dominus: quoniam ablatus est populus meus gratis? Dominato- Roma.2.d. Ezec.36.e. res eius iniquè agunt, dicit Dominus, ‖& iugiter tota die nomen meum blasphematur. Propter hoc sciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipse qui loquebar, ecce adsum. ‖Quàm pulchri super montes pe- Rom.10.c. Nahũ.1.d des annuntiantis & prædicantis pacem: annuntiantis bonum, prædicantis salutem, dicentis Sion, 'Regnabit' Deus tuus? Vox speculatorum tuorum, leuauerunt vocem, simul *Regnauit 9. laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt C cum conuerterit Dominus Sion. Gaudete, & laudate simul deserta Ierusalem: quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Ierusalem. Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium Gentium: & ‖videbunt omnes fines terræ salutare Dei Psal. 97. 2. nostri. Recedite, recedite, exite inde, ‖pollu- 2.Co. 6.d. tum nolite tangere: exite de medio eius, D mundamini qui fertis vasa Domini. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Israel. Ecce intelliget seruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & sublimis erit valde. Sicut obstupuerunt super te multi: sic inglorius erit inter viros aspectus eius, & forma eius inter filios hominum. Iste asperget gentes multas, super ipsum continebunt reges os suum: ‖quia qui- Rom.15.a. bus non est narratum de eo, viderunt: & qui non audierunt, contemplati sunt.

S. Non omnes euangelij prædicationem suscipiunt: prophetia de Christi natiuitate & ignominiosa passione ac morte ipsius propter peccata nostra: contemptui habitus est, qui salutem nobis peperit: de mansuetudine & voluntaria ipsius oblatione: de gloria & exaltatione eius, credentiumq; multitudine.

CAP. LIII.

A‖Vis credidit auditui nostro? & bra- A Ioh.12.f. chium Domini cui reuelatum est? Et Rom.10.d. *ascendit' sicut virgultum co- *ascendit.4, ram eo, & sicut radix de terra sitienti: non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desyderauimus eum: ‖Despectum, & nouissimum virorum, virum Marc.9.b. dolorum & scientem infirmitatẽ: & quasi absconditus vultus eius & despectus, vnde nec reputauimus eum. ‖Verè languores nostros Matt.8.e. ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit: & 1.Pet.2.d. nos putauimus eum quasi leprosum, & per- B cussum à Deo & humiliatum. ‖Ipse autem 1.Cor.15.a vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostræ super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oues errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se ob-

Matt.26.f. Actu.8.f. muteſcet, &‖non aperiet os ſuum. De angu-
ſtia & de iudicio ſublatus eſt: generationẽ eius
quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra vi-
uentiũ: propter ſcelus populi mei percuſsi eũ.
Et dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro
1.Pet.2.d. 1.Ioan.3.a. morte ſua: ‖eò quòd iniquitatem non fecerit,
neque dolus fuerit in ore eius. Et Dominus
voluit conterere eum in infirmitate: ſi poſue-
rit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen
longæuum, & voluntas Domini in manu eius
D dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius,
videbit & ſaturabitur: in ſcientia ſua iuſtifica
"ſeruos meos bit ipſe iuſtus "ſeruus meus' multos, & iniqui-
tates eorũ ipſe portabit. Ideò diſpertiam ei plu
rimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quòd
tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſce
Marc.15.c. leratis reputatus eſt: & ipſe peccata multo-
Luc.22.d. rum tulit, &‖pro tranſgreſſoribus rogauit.

S. *Eccleſiam inuitat ad lætitiam, quòd ex Gentibus futura ſit numeroſior quàm erat ſynagoga, & per orbem propaganda, perpetua Dei protectione ſit in ſecuritate victura, veteris oblita calamitatis: quòdque ex prætioſis ædificabitur lapidibus, in iuſtitia fundata: omneſq; in ea docti erunt à Deo, multitudine pacis fruituri.*

CAP. LIIII.

A "Lætare.3. Luc.23.d. Gala.4.d. L"‖Auda' ſterilis quæ non paris: decan-
ta laudem, & hinni quæ non pariebas:
quoniã multi filij deſertæ magis quàm
eius quæ habet virum, dicit Dominus. Dilata
locum tentorij tui, & pelles tabernaculorum
tuorum extende, ne parcas: longos fac funi-
culos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dex-
teram enim, & ad læuam penetrabis: & ſemen
B tuum Gentes hæreditabit, & ciuitates deſer-
tas inhabitabit. Noli timere, quia non con-
funderis, neque erubeſces: non enim te pude-
bit, quia confuſionis adoleſcentiæ tuæ obli-
uiſceris, & opprobrij viduitatis tuæ non re-
cordaberis amplius. Quia dominabitur tui
C qui fecit te, ‖Dominus exercituum nomen
Lucæ.1.e. eius: & redemptor tuus ſanctus Iſrael, Deus
omnis terræ vocabitur. Quia vt mulierem de-
relictam, & mœrentem ſpiritu vocauit te Do-
minus, & vxorem ab adoleſcentia abiectam,
dixit Deus tuus. Ad punctum in modico de-
D reliqui te, & in miſerationibus magnis con-
gregabo te. In momento indignationis ab-
ſcondi faciem meam parumper à te, & in mi-
ſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit
Gen.9.b. redemptor tuus Dominus. Sicut in‖diebus
Noe iſtud mihi eſt, cui iuraui ne inducerem
"diluuij.15. aquas "Noe' vltrà ſupra terram: ſic iuraui vt
non iraſcar tibi, & non increpem te. Montes
enim cõmouebuntur, & colles cõtremiſcent:
miſericordia autẽ mea non recedet à te, & fœ-
dus pacis meæ non mouebitur dixit miſera-
E tor tuus Dominus. Paupercula tempeſtate
conuulſa, abſque vlla conſolatione. Ecce ego
ſternam per ordinem lapides tuos, & funda-
bo te in ſapphiris, & ponam iaſpidem propu-
gnacula tua: & portas tuas in lapides ſculp-
tos, & omnes terminos tuos in lapides deſy- F
derabiles: Vniuerſos filios tuos‖doctos à Do- Ioan.6.e.
mino, & multitudinem pacis filijs tuis. Et in
iuſtitia fundaberis: recede procul à calumnia,
quia non timebis: & à pauore, quia non ap-
propinquabit tibi. Ecce, accola veniet, qui
non erat mecum, aduena quondam tuus ad-
iungetur tibi. Ecce, ego creaui fabrum ſufflan G
tẽ in igne prunas, & proferentem vas in opus
ſuum, & ego creaui interfectorem ad diſper-
dendum. Omne vas quod fictum eſt contra
te non dirigetur: & omnem linguam reſiſten-
tem tibi in iudicio, iudicabis. Hæc eſt hære-
ditas ſeruorum Domini, & iuſtitia eorum a-
pud me, dicit Dominus.

S. *Omnes ad fidem vocãs promittit donorũ ſpiritualium abũdantiam: reuocãtur à peccatis impij, cũ Dominus miſericors ſit & verax in promiſsis: de profectu prædicationis euãgelij, & fælicitate credentium.*

CAP. LV.

O Mnes‖ſitientes venite ad aquas: & qui A Eccl.51.d.
nõ habetis argentum, properate, emi-
te & comedite ‖venite, emite abſque Apo.22.d.
argento, & abſque vlla commutatione vi-
num & lac. Quare appenditis argentum non
in panibus, & laborem veſtrum non in ſatu-
ritate? Audite audientes me, & comedite bo-
num, & delectabitur in craſsitudine anima B
veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad
me: audite, & viuet anima veſtra, & feriam vo
biſcum pactum ſempiternum, miſericordias
Dauid fideles. ‖Ecce teſtem populis dedi e- Actu.13.
um, ducem ac præceptorem Gentibus. Ecce,
gentem quam neſciebas, vocabis: & gentes
quæ te non cognouerunt, ad te current pro-
pter Dominum Deum tuum, & ſanctum Iſ-
rael: quia glorificauit te. Quærite Dominum
dum inueniri poteſt, inuocate eum dum pro-
pè eſt. Derelinquat impius viam ſuam, & vir
iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad C
Dominum, & miſerebitur eius, & ad Deum
noſtrum, quoniam multus eſt ad ignoſcen-
dum. Non enim cogitationes meæ, cogitatio-
nes veſtræ: neque viæ veſtræ, viæ meæ, dicit
Dominus. Quia ſicut exaltantur cœli à terra,
ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris, & co-
gitationes meæ à cogitationibus veſtris. Et
quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, &
illuc vltrà non reuertitur, ſed inebriat terrã, &
infundit eã, & germinare eam facit, & dat ſe-
men ſerenti, & panem comedẽti: Sic erit verbũ D
meũ quod egredietur de ore meo: non reuerte
tur ad me vacuũ, ſed faciet quecunq; volui, &
proſperabitur in his ad quæ miſi illud. Quia in
lætitia

lætitia egrediemini, & in pace deducemini:
montes & colles cantabunt coram vobis lau-
dem, & omnia ligna regionis plaudent manu.
Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro vrtica cre-
ſcet myrtus: & erit Dominus nominatus in
ſignum æternum, quod non auferetur.

S. *Omnes cuiuſuis gentis aut conditionis hortatur Dominus ad ſeruanda ſua præcepta: conſolatio Eunuchorum iuſtorum: domus Dei, domus eſt orationis: grauis increpatio & comminatio aduerſus paſtores Ieruſalem, quos cæcos & canes mutos ac impudentes appellat.*

CAP. LVI.

A Sapien.1.a. H Aec dicit dominus: ‖ Cuſtodite iudi-
cium, & facite iuſtitiã: quia iuxta eſt
ſalus mea vt veniat, & iuſtitia mea vt
reueletur. Beatus vir qui facit hoc, & filius
hominis qui apprehendet iſtud: cuſtodiẽs ſab
bathum ne polluat illud, cuſtodiens manus
ſuas ne faciat omne malum. Et non dicat fi-
lius aduenæ qui adhæret Domino, dicẽs, Se-
paratione diuidet me Dominus à populo ſuo.
B Et non dicat Eunuchus, Ecce ego lignum ari
dũ. Quia hæc dicit Dominus Eunuchis, Qui
cuſtodierint ſabbatha mea, & elegerint quæ
ego volui, & tenuerint fœdus meum: Dabo
eis in domo mea, & in muris meis locum, &
nomen melius à filijs & filiabus: nomen ſem-
piternum dabo eis, quod non peribit. Et filios
aduenæ qui adhærent Domino, vt colant
eum, & diligant nomen eius, vt ſint ei in ſer-
uos: omnem cuſtodientem ſabbathum ne
C polluat illud, & tenentem fœdus meum: Ad-
ducam eos in montem ſanctum meum, & læ-
tificabo eos in domo orationis meæ: holocau
ſta eorum, & victimæ eorum placebunt mi-
Matt.21.b. Marc.11.c. Luc.19.g. hi ſuper altari meo: quia‖domus mea, domus
orationis vocabitur cunctis populis. Ait Do-
minus Deus qui congregat diſperſos Iſrael,
Adhuc congregabo ad eum congregatos e-
ius. Omnes beſtiæ agri venite ad deuorandũ,
D vniuerſæ beſtiæ ſaltus. Speculatores eius cæci
omnes, neſcierunt vniuerſi: canes muti non
valentes latrare, videntes vana, dormientes &
Ierem.6.e. amantes ſomnia. ‖ Et canes impudentiſsimi
neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ignora
uerunt intelligentiam: omnes in viam ſuam
declinauerunt, vnuſquiſque ad auaritiam
Sapien.2.b ſuam, à ſummo vſque ad nouiſsimum. ‖Ve-
nite, ſumamus vinum, & impleamur ebrie-
tate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & mul-
to amplius.

S. *Iuſtorum interitus & futura ipſorum requies non intelligitur ab impijs, cum quibus Deus hîc expoſtulat ſuper idololatria alijsq; ipſorum ſceleribus, denuntians eos humiliandos: conuerſis autem pax & conſolatio promittitur, cùm impij cor ſit tanquam mare feruens cui non eſt pax.*

CAP. LVII.

I Vſtus perit, & nõ eſt qui recogitet in cor- A
de ſuo: & viri miſericordiæ colliguntur,
quia nõ eſt qui intelligat: à facie enim ma
litiæ collectus eſt iuſtus, Veniat pax, requie-
ſcat in cubili ſuo qui ambulauit in directione.
ſua. Vos aũt accedite huc filij auguratricis, ſe-
men adulteri, & fornicariæ. Super quem luſi-
ſtis? ſuper quem dilataſtis os, & eieciſtis lin-
guam? nunquid non vos filij ſceleſti, ſemen
mendax? qui conſolamini in dijs ſubter om-
ne lignum frondoſum, immolantes paruulos
in torrentibus ſubter eminentes petras? In
partibus torrentis pars tua, hæc eſt ſors tua: &
ipſis effudiſti libamen, obtuliſti ſacrificium.
nunquid ſuper his non indignabor? Super B
montem excelſum & ſublimem poſuiſti cubi
le tuum, & illuc aſcendiſti, vt immolares
hoſtias. Et poſt oſtium, & retro poſtem po-
ſuiſti memoriale tuum: quia iuxta me diſco-
operuiſti, & ſuſcepiſti adulterum, dilataſti cu
bile tuum, & pepigiſti cum eis fœdus: dile-
xiſti ſtratum eorum manu aperta. Et ornaſti
te regio vnguento, & multiplicaſti pigmenta
tua: Miſiſti legatos tuos procul, & humiliata
es vſque ad inferos. In multitudine viæ tuæ
laboraſti: non dixiſti, Quieſcam. vitam ma- C
nus tuæ inueniſti, propterea non rogaſti. Pro
quo ſolicita timuiſti, quia mentita es, & mei
non es recordata, neque cogitaſti in corde
tuo? quia ego tacens, & quaſi non videns, &
mei oblita es. Ego annuntiabo iuſtitiã tuam,
& opera tua non proderunt tibi. Cũ clamaue
ris, liberent te congregati tui, & omnes eos
auferet ventus, tollet aura. Qui autem fidu-
ciam habet mei, hæreditabit terram, & poſsi-
debit montem ſanctum meum. Et dicã, Viam
facite, præbete iter, declinate de ſemita, aufer-
te offendicula de via populi mei. Quia hæc
dicit excelſus, & ſublimis habitans æternita- D
tem: & ſanctum nomen eius in excelſo & in
ſancto habitans, & cum contrito & humili
ſpiritu: vt viuificet ſpiritum humilium, & vi-
uificet cor contritorum. Non enim in ſempi
ternum litigabo, neque vſque ad finem iraſ-
car: quia ſpiritus à facie mea egredietur, & fla
tus ego faciam. Propter iniquitatem auaritiæ
eius iratus ſum, & percuſsi eum: abſcondi "à ".12.
te faciem meam,' & indignatus ſum: & abijt
vagus in via cordis ſui. Vias eius vidi, & ſana
ui eum, & reduxi eum, & reddidi conſolatio-
nes ipſi, & lugentibus eius. Creaui fructum
labiorum pacem, pacem ei qui longe eſt &
qui prope, dixit Dominus, & ſanaui eum.
Impij autem quaſi mare feruens, quod quie-
ſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in
concul-

Universidad de Deusto Biblioteca

Sup.48.d. conculcationem & lutum. ‖Non est pax impijs, dicit Dominus meus.

S. Reprehendit Iudæorum hypocrisim ostendens eorum ieiunium non esse Deo acceptabile: & quæ debeant illud comitari, quibus adhibitis, multa præstantur hominibus beneficia: quomodo debeat sabbathum celebrari, abnegata propria voluntate, & quod sit præmium ita celebrantium.

CAP. LVIII.

A CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Iacob peccata eorum. Me etenim de die in diem quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens quæ iustitiam fecerit, & iudicium Dei sui non dereliquerit: rogant me iudicia iustitiæ: appropinquare Deo volunt. Quare ieiunauimus, & nō aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nescisti? Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & omnes debitores vestros repetitis. Ecce ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite ieiunare sicut vsq; ad hanc diem, vt audiatur in ex-
Zach.7.b. celso clamor vester. ‖ Nunquid tale est ieiu-
B nium quod elegi, per diē affligere hominem animam suam? nunquid contorquere quasi circulum caput suum, & saccum & cinerem sternere? nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilem Domino? Nónne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes, dimitte eos qui cōfracti sunt liberos,
Ezec.18.b. & omne onus dirumpe. ‖Frange esurienti pa-
Matt.25.c. nem tuum, & egenos vagosq; induc in do-
C mum tuam. cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet, Ecce adsum. si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest. Cùm effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies. Et requiem tibi dabit
*Deus. D Dominus *semper, & implebit splendoribus animam tuā, & ossa tua liberabit: & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cuius non deficient aquæ. Et ædificabuntur in te deserta seculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis: & vocaberis ædificator sepium, auertens semitas in quietem. Si auerteris à sabbatho pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaueris sabbathum delicatum, & sanctum Domini glorioſum, & glorificaueris eum dum non facis vias tuas, & nō inuenitur voluntas tua, vt loquaris sermonem: Tunc delectaberis super Domino, & sustollā te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Iacob patris tui, os enim Domini locutum est.

S. Potens ac benignus est Deus ad saluandum Iudæos, sed iniquitates eorum, quas propheta prosequitur, impediunt ne exaudiantur ac saluentur: propter quas & ipsi confitentur se iustè à Deo desertos & excæcatos, affligi variis malis: de furore Domini in malos, & benignitate erga pœnitentes.

CAP. LIX.

ECce, ‖non est abbreuiata manus Do-A
mini vt saluare nequeat, neq; aggraua- Num.11.e.
ta est auris eius vt non exaudiat: Sed Sup.59.a.
iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra abscondерunt faciem eius à vobis ne exaudiret. ‖Ma- Supra.1.d.
nus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur. Non est qui inuocet iustitiam, neque est qui iudicet verè: sed confidunt in nihili, & lo- Iob.15.d.
quuntur vanitates: ‖conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem. O ua aspidum ruperunt, & telas aranеæ texuerunt: qui comederit de ouis eorū, morietur: & quod confotum est, erumpet in regulum. Telæ eorum non erunt in vestimentum, neque operientur operibus suis: opera eorū opera inutilia, & opus B
iniquitatis in manibus eorum. ‖Pedes eorum Proue.1.b.
ad malum currunt, & festinant vt effundant Roma.3.c.
sanguinem innocentem: cogitationes eorum cogitationes inutiles, vastitas & contritio in vijs eorum. Viam pacis nescierunt, & non est iudicium in gressibus eorum. semitæ eorum incuruatæ sunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. Propter hoc elongatum est iudicium à "vobis", & non apprehendet "vos" "nobis. 6.
iustitia: expectauimus lucem, & ecce tene- "nos. 9.
bræ: splēdorem, & in tenebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci parietem, & quasi absque oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tenebris, in caliginosis quasi mortui. Rugiemus quasi vrsi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus. expectauimus iudicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis. Multiplicatæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra respondерūt
nobis. quia scelera nostra nobiscum, & iniqui C
tates nostras cognouimus, peccare & mētiri contra Dominū: & auersi sumus ne iremus post tergū Dei nostri, vt loqueremur calumniam & transgressionē: concepimus & locuti sumus de corde verba mendacij. Et cōuersum est retrorsum iudicium, & iustitia longe stetit: quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi. Et facta est veritas in obliuionem: & qui recessit à malo, præde patuit: & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis eius, quia non est iudicium. & vidit quia non est vir: & aporiatus est, quia non est qui occurrat: & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confirmauit eum.
Ephe.6.e. 1.Thess.5.b
D ‖Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in capite eius: indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi pallio zeli. Sicut ad vindictam quasi ad retributionem indignationis hostibus suis, & vicissitudinem inimicis suis: insulis vicem reddet. Et timebunt qui ab Occidente, nomen Domini: & qui ab Ortu solis, gloriam eius: cùm venerit quasi
Rom.11.d. fluuius violentus, quem spiritus Domini cogit: & ‖venerit Sion redemptor, & eis qui redeunt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit Dominus, âmodo, & vsque in sempiternum.

S. Ecclesia ad exultationem excitatur, quòd in ea Domini gloria reluceat, ad quam accessuræ sunt plurimæ nationes, & quæ ad eam non venerint peribunt: in qua pax, iustitia & laus Dei inuenientur ablata iniquitate: eriq; Dominus ei in lucem sempiternam & gloriam.

CAP. LX.

A Surge, illuminare Ierusalem: quia venit
b.4. lumen tuum, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: super te, autē orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt,
Supr.49.e venerunt tibi: ‖filij tui dēlonge venient, & filiæ tuæ de latēre surgent. Tunc videbis, & affluES, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo Gentium venerit tibi. Inundatio camelorū operiet te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes. Omne pecus Cedar congregabitur tibi,
B arietes Nabaioth ministrabūt tibi: offerentur super placabili altari meo, & domum maiestatis meæ glorificabo. Qui sunt isti, qui vt nubes volant, & quasi columbæ ad feneſtras suas? Me enim insulæ expectant, & naues maris in principio, vt adducam filios tuos dēlonge: argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te. Et ædificabunt filij peregrinorum muros tuos, & reges eorum ministrabunt tibi: in indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione mea misertus sum tui. ‖Et aperientur portæ tuæ iugiter: die Apoc.21.g
ac nocte non claudentur, vt afferatur ad te fortitudo Gentium, & reges earum adducantur. Gens enim & regnum quod non seruierit tibi, peribit: & Gentes solitudine vastabuntur. Gloria Libani ad te veniet, abies & C
buxus & pinus simul, ad ornandum locum sanctificationis meæ, & locum pedum meorum glorificabo. Et venient ad te curui filij eorum qui humiliauerunt te, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes qui detrahebāt tibi, & vocabunt te Ciuitatem Domini, Sion sancti Israel. Pro eo quòd fuisti derelicta & odio habita, & non erat qui per te transiret, ponam te in superbiam seculorum, gaudium in generationem & generationem. & suges lac Gentium, & mamilla regum lactaberis: & scies quia ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum: & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam visitationem tuam pacem, & præpositos tuos
D iustitiam. Non audietur vltrà iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis, & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. ‖Non erit tibi amplius sol ad lucen- Apo.21.g.
dum per diem, nec splendor lunæ illuminabit 22.a.
te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriàm tuam. Non occidet vltrà sol tuus, & luna tua nō minuetur: quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iusti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortissimam: ego Dominus in tempore eius subito faciam istud.

S. Christi saluatoris officium & humani generis reparationem pulchrè explicat: prædicatione quoque ministrorum Christi Gentes ad fidem conuertendas: additur de consolatione credentium & gloria ministrorum: Ecclesia lætabunda suam fœlicitatem mirè sibi gratulatur.

CAP LXI.

S ‖Piritus Domini super me, eo quòd vn- A
xerit Dominus me: ad annuntiandum Lucę.4.e.
mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem: Vt prædicarē annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: vt consolarer omnes lugentes: Vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudij pro luctu, palliū laudis pro spiritu mœroris: & vocabuntur in ea fortes iustitiæ, plantatio Domini

ad

ad glorificandum. Et ædificabunt deserta à
seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaura
bunt ciuitates desertas, dissipatas in genera-
tionem & generationem. Et stabunt alieni, &
pascent pecora vestra: & filij peregrinorum,
agricolæ & vinitores vestri erunt. Vos autem
sacerdotes Domini vocabimini: Ministri
Dei nostri dicetur vobis: fortitudinem Gen-
tium comedetis, & in gloria earum superbie-
C tis. Pro confusione vestra duplici & rubore
laudabunt partem eorum: propter hoc in ter-
ra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiter-
na erit eis. Quia ego Dominus diligens iudi-
▷.3. cium. ▷ &' odio habens rapinam in holocau
sto: & dabo opus eorum in veritate, & fœdus
perpetuum feriam eis. Et scietur in Gentibus
semen eorum, & germen eorum in medio po
pulorum: omnes qui viderint eos, cognoscét
D illos, quia isti sunt semen cui benedixit Do-
minus. Gaudens gaudebo in Domino, & ex-
ultabit anima mea in Deo meo: quia induit
me vestimentis salutis: & indumento iustitiæ
circundedit me, quasi sponsum decoratum
corona, & quasi sponsam ornatam monilibus
suis. Sicut enim terra profert germen suum,
& sicut hortus semen suum germinat: sic Do
minus Deus germinabit iustitiam, & laudem
coram vniuersis Gentibus.

S. Propheta non cessat propter impios Christum annuntiare, prophetans de Christi aduentu & conuersione Gentium: de fœlicitate, gloria & exaltatione ecclesiæ ex Dei gratuito beneplaci to erga ipsam: de prædicatoribus ecclesiæ, & euangelio per orbem diuulgando.

CAP. LXII.

A PROpter Sion non tacebo, & propter Ie-
rusalem non quiescam, donec egrediatur vt splendor iustus eius, & saluator
eius vt lampas accendatur. Et videbunt Gen-
tes iustum tuum, & cuncti reges inclytum
tuum: & vocabitur tibi nomen nouum, quod
*nominabit 6. os Domini *nominauit'. Et eris corona glo-
riæ in manu Domini, & diadema regni in ma
nu Dei tui. Non vocaberis vltrà Derelicta: &
terra tua non vocabitur amplius Desolata:
B sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua
*inhabitata 2. *inhabitabitur'. quia complacuit Domino in
te: & terra tua inhabitabitur. Habitabit enim
iuuenis cum virgine, & habitabunt in te filij
tui. Et gaudebit sponsus super sponsam, &
gaudebit super te Deus tuus. Super muros
tuos, Ierusalem, constitui custodes: tota die
C & tota nocte in perpetuum non tacebũt. Qui
reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne de-
tis silentium ei, donec stabiliat, & donec po-
nat Ierusalem laudem in terra. Iurauit Domi
nus in dextera sua, & in brachio fortitudinis
suæ, Si dedero triticum tuum vltrà cibum ini
micis tuis: & si biberint filij alieni vinũ tuum
in quo laborasti. Quia qui congregabunt il-
lud, comedent, & laudabunt Dominum: &
qui comportant illud, bibent in atrijs sanctis
meis. Transite, transite per portas, præparate D
viam populo, planum facite iter, & eligite la
pides, & eleuate signum ad Populos. Ecce
Dominus auditum fecit in extremis terræ di Matt. 21. a. Zach. 9. b.
cite filiæ Sion, Ecce saluator tuus venit, ecce
merces eius cum eo, & opus eius coram illo.
Et vocabunt eos Populus sanctus, redempti à
Domino. Tu autem vocaberis, Quæsita ciui-
tas, & non Derelicta.

S. Dicit se Dominus sanguine aspersum dum so lus vicisset hostes: Deus multa præstitit Israelitis beneficia, sed propter iniquitates suas sunt ab eo derelicti: propheta autem miserationum Domini memor, inuocat ipsius misericordiam super populum suum, quem à Deo desertum conqueritur.

CAP. LXIII.

QVis est iste qui venit de Edom, tinctis A
vestibus de Bosra, iste formosus in sto
la sua, gradiens in multitudine for
titudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam, &
propugnator sum ad saluandum. ‖Quare er- Apoc. 19. c
go rubrum est indumentum tuum, & vesti-
menta tua sicut calcantium in torculari? Tor
cular calcaui solus, & de Gentibus nõ est vir
mecum: calcaui eos in furore meo, & concul
caui eos in ira mea: & aspersus est sanguis eo-
rum super vestimenta mea, & omnia indu-
menta mea inquinaui. Dies enim vltionis in
corde meo, annus *retributionis' meæ venit. *redemptionis. 12.
Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui,
& non fuit qui adiuuaret: & saluauit mihi
brachium meum, & indignatio mea ipsa au-
xiliata est mihi. Et cõculcaui populos in furo B
re meo, & inebriaui eos in indignatione mea,
& detraxi in terram virtutem eorum, Misera
tionum Domini recordabor, laudem Domi
ni super omnibus quæ reddidit nobis Domi
nus, & super multitudinem bonorum domui
Israel, quæ largitus est eis secundum indul-
gentiam suam, & secundum multitudinem
misericordiarum suarum. Et dixit, Veruntа-
men populus meus est, filij non negantes: &
factus est eis saluator. In omni tribulatione
eorum non est tribulatus, & angelus faciei C
eius saluauit eos: in dilectione sua, & indul-
gentia sua ipse redemit eos, & portauit eos,
& eleuauit eos cunctis diebus seculi. Ipsi au-
tem ad iracundiam prouocauerunt, & afflі-
xerunt spititum *sancti' eius: & conuersus est *sanctũ. 3.
eis in inimicum, & ipse debellauit eos. Et re-
cordatus est dierum seculi Moysi ▷ &' populi ▷.15.
sui: Vbi est qui ‖ eduxit eos de mari cum pa- Exod. 14. c
storibus gregis sui? vbi est qui posuit in me-
dio

dio eius spiritum sancti sui? Qui eduxit ad
dexteram Moysen brachio maiestatis suæ:
qui scidit aquas ante eos, vt faceret sibi no-
men sempiternum. Qui eduxit eos per abys-
sos, quasi equum in deserto non impingen-
tem. Quasi animal in campo descendens spi-
ritus Domini ductor eius fuit: sic adduxisti
populum tuum, vt faceres tibi nomen gloriæ.
D ‖Attende de cœlo, & vide de habitaculo san-
*filia. cto tuo, & *gloriæ tuæ: vbi est zelus tuus, &
Deut. 26. d. fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum,
Baruc. 2. d. & miserationum tuarum? super me continue
runt se. Tu enim pater noster, & Abraham nes
ciuit nos, & Israel ignorauit nos: tu domine
pater noster, redemptor noster, à seculo no-
men tuum. Quare errare nos fecisti Domine
de vijs tuis: induraſti cor nostrum, ne time-
remus te? conuertere propter seruos tuos, tri-
bus hæreditatis tuæ. Quasi nihilum posside-
runt populum sanctum tuum: hostes nostri
conculcauerunt sanctificationem tuam. Fa-
cti sumus quasi in principio, cùm non do-
minareris nostri, neque inuocaretur nomen
tuum super nos.

S. Petit propheta vt Deus nomẽ suum & potentiã inimicis nota faciat: facta quoq; mentione fœlicitatis quæ Deum expectantibus præparata est, cõfitetur ac luget populi sui iniquitates, immũditias & exiliũ, orans pro liberatione.

CAP. LXIIII.

A VTinã dirumperes cœlos, & descende-
res: à facie tua mõtes defluerẽt, Sicut
exustio ignis tabescerent, aquæ arde-
rẽt igni, vt notum fieret nomen tuũ inimicis
tuis: à facie tua gẽtes turbarẽtur. Cùm feceris
1. Cor. 2. b. mirabilia, nõ sustinebimus: descẽdisti, & à fa-
cie tua mõtes defluxerũt. ‖A seculo non audi
erũt, neq; auribus perceperũt: oculus non vi-
dit Deus absq; te, quæ præparasti i expectanti-
bus te. Occurristi lætanti, & facienti iustitiã:
B in vijs tuis recordabũtur tui: ecce, tu iratus es,
*immundi. & peccauimus: in ipsis fuimus semper, & sal-
uabimur. Et facti sumus vt *immundus' om-
nes nos, & quasi pãnus menstruatæ vniuersæ
iustitiæ nostræ: & cecidimus quasi folium v-
niuersi, & iniquitates nostræ quasi vẽtus ab-
stulerũt nos. Nõ est qui inuocet nomẽ tuum:
C qui cõsurgat, & teneat te: abscondisti faciem
tuã à nobis, & allisisti nos in manu iniquita-
tis nostræ. Et nũc Domine pater noster es tu,
Esa. 63. 8. b. nos verò lutũ: & fictor noster tu, & opera ma
nuum tuarum oẽs nos. ‖Ne irascaris Domine
satis, & ne vltrà memineris iniquitatis ▷ no-
stræ: ecce, respice, populus tuus omnes nos.
Ciuitas sancti tui facta est deserta, Siõ deser-
ta facta est, Ierusalẽ desolata est. Domus san-
ctificationis nostræ & gloriæ nostræ, vbi lau-
dauerunt te patres nostri, facta est in exustio
nẽ ignis, & omnia desyderabilia nostra versa
sunt in ruinas. Nũquid super his continebis te
Domine, tacebis & affliges nos vehementer.

S. Gentium conuersio, & Iudæorum propter iniquitates suas & idololatriam abiectio, seruatis tamen paucis reliquijs ex ipsis: comminatio his qui Dei legem abiecerunt, & prospera ac noua omnia seruis Dei nuntiantur: de quorum fœlicitate & Dei erga ipsos benignitate multis agit propheta. CAP. LXV.

QVæsierunt me qui antè non interroga A
bant, inuenerunt qui non quæsierunt Rom. 10. d
me. dixi, Ecce ego, ecce ego, ad Gen
tẽ quæ non inuocabat nomen meum. Expan
di manus meas tota die ad populum incredu-
lũ, qui graditur in via non bona post cogita-
tiones suas. Populus qui ad iracundiam pro-
uocat me ante faciem meam semper: qui im-
molant in hortis, & sacrificant super late-
res: qui habitant in sepulchris, & in delubris
idolorum dormiunt: qui comedunt carnem
suillam, & ius prophanum in vasis eorum.
Qui dicunt, Recede à me, non appropinques
mihi, quia immundus es: isti fumus erunt in
furore meo, ignis ardens tota die. Ecce scri-
ptum est coram me: non tacebo, sed reddam
& retribuam in sinum eorum iniquitates ve
stras, & iniquitates patrum vestrorum simul,
dicit Dominus, qui sacrificauerunt super
montes, & super colles exprobrauerunt mi-
hi, & remetiar opus eorum primum in sinu B
eorum. Hæc dicit Dominus, Quomodo si in-
ueniatur granum in botro, & dicatur, Ne dis-
sipes illud, quoniam benedictio est: sic fa-
ciam propter seruos meos, vt non disperdam
totum. Et educam de Iacob semen, & de Iuda
possidentem montes meos: & hæreditabunt
eam electi mei, & serui mei habitabunt ibi. Et
erunt campestria in caulas gregum, & vallis
Achor in cubile armentorum populo meo
qui requisierunt me. Et vos qui dereliquistis
Dominum, qui obliti estis montem sanctum
meum, qui ponitis Fortunæ mensam, & liba
tis super eam, Numerabo vos in gladio, & o-
mnes in cæde corruetis: ‖pro eo quòd vocaui, Proue. 1. c.
& non respondistis: locutus sum, & non au- Ierem. 7. c.
distis, & faciebatis malum in oculis meis: & Infra. 66. b.
quæ nolui, elegistis. Propter hoc hæc dicit
Dominus Deus, Ecce, serui mei comedent, &
vos esurietis: ecce, serui mei bibent, & vos si-
tietis: ▷ Ecce serui mei letabuntur, & vos con- ▷.5.
fundemini': Ecce serui mei laudabũt præ ex- C
ultatione cordis: & vos clamabitis præ dolo-
re cordis, & præ contritione spiritus vlulabi-
tis. Et dimittetis nomẽ vestrum in iuramen-
tum electis meis: & interficiet te Dominus
Deus, & seruos suos vocabit nomine alio. In
quo qui benedictus est super terram, benedi-
cetur

cetur in Deo amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo amen: quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab
Apoc. 21. a. oculis nostris. Ecce enim ‖ ego creo cœlos nouos, & terram nouam: & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor. Sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Ierusalem exultationem, & populum eius gaudium. Et exultabo in Ierusalem, & gaudebo in populo meo: & non audietur in eo vltrà vox fletus & vox clamoris. Non erit ibi
D amplius infans dierum, & senex qui non impleat dies suos, quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit. Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum. Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comeder: secundum enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inueterabunt electi mei. Non laborabunt frustra, neque generabunt in cõturbatione: quia semen benedictorum Domini est, & nepotes eorum cum
Psal. 31. b. eis. ‖ Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.
Supra. 11. a ‖ Lupus & agnus pascentur simul, & leo & bos comedent paleas, & serpenti puluis panis eius: non nocebunt neque occident in omni monte sancto meo, dicit Dominus.

S. Dominus cœli & terræ non templum respicit, quod Iudæi pro loco quietis illi ædificare volebant, sed spiritum humiliatum: reijciuntur veteris legis sacrificia: Iudæorum aduersus Christum ipsiuśq; discipulos peruicacia punienda ostenditur: de Christi natiuitate & Ecclesiæ fœcunditate, cui vt omnes colletentur exhortatur, ostendens beneficia quæ à Domino recipiet, & quale futurum sit malorum iudicium, & quomodo per discipulorum Christi prædicationem Gentes conuertentur: de finali quoque retributione malorum & bonorum.

CAP. LXVI.

A HAec dicit Dominus, ‖ Cœlum sedes
Actu. 7. f. mea, terra autem scabellum pedum meorum: quæ est ista Domus quam ædificabitis mihi? & quis est iste locus quietis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt vniuersa ista, dicit Dominus. ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos? Qui immolat bouem, quasi qui interficiat virum. qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem. qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat. qui recordatur thu-
B ris, quasi qui benedicat idôlo. Hæc omnia elegerunt in vijs suis, & in abominationibus suis anima eorũ delectata est. Vnde & ego eligam illusiones eorum: & quæ timebant, adducam eis: quia ‖ vocaui, & non erat qui respon-
Prou. 1. c. Ierem. 7. c. Sup. 65. b. deret: locutus sum, & non audierunt: feceruntque malum in oculis meis, & quæ nolui elegerunt. Audite verbum Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres vestri odientes vos, & abijcientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur. Vox 'populi' de ciuitate, vox de templo, C vox Domini reddentis retributionem inimicis suis. Antequam parturiret, peperit: antequam veniret partus eus peperit masculum. Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic simile? nunquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens simul, quia parturiuit & peperit Sion filios suos? Nunquid ego, qui alios párere facio ipse nõ pariam, dicit Dominus? si ego qui generationem cœteris tribuo, sterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Lætamini cum Ierusalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuersi qui lugetis super eam, vt sugatis, & repleamini ab hubere consolationis eius: vt mulgeatis, & delitijs affluatis ab omnimoda gloria
D eius. Quia hæc dicit Dominus. Ecce ego declinabo super eam quasi fluuium pacis, & quasi torrentem inundantem gloriam Gentium, quam sugetis: ad hubera portabimini, & super genua blandientur vobis. Quomodo si cui mater blandiatur, ita ego consolabor vos, & in Ierusalem cõsolabimini. Videbitis, & gaudebit cor vestrũ, & ossa vestra quasi herba germinabunt, & cognoscetur manus Domini seruis eius, & indignabitur inimicis
E suis. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis: quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino. Qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post 'ianuam' intrinsecus, qui 'vnam.12. comedebant carnem suillam, & abominationem & murem: simul consumentur, dicit Dominus. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum: venio vt congregem cum
F omnibus gentibus & linguis: & venient, & videbunt gloriam meam. Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui saluati fuerint, ad Gentes in mare, in Aphricam, & Lydiam tenentes sagittam: in Italiam & Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam Gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino, in equis, & in quadrigis, & in lectícis, & in mulis, & in carrucis, ad montem

montem sanctum meum Ierusalem, dicit Dominus, quo modo si inferant filij Israel mu-
G nus in vase mundo in domum Domini. ‖ Et
Apo. 21. a. assumam ex eis in sacerdotes, & leuitas, dicit Dominus: Quia sicut cœli noui & terra noua, quæ ego facio stare corã me, dicit Dominus sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum. Et erit mensis ex mẽse, & sabbathum ex sabbatho: veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur, & videbunt cadauera virorum qui præuaricati sunt in me: ‖ Vermis eorum non morietur, & ignis Marc. 9. g. eorum non extinguetur: & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

Hieronymi in Ieremiam

præfatio.

IEREMIAS PROPHETA, cui hic prologus scribitur, sermone quidem apud Hebræos Isaiæ & Oseæ & quibusdam alijs prophetis videtur esse rusticior, sed sensibus par est: quippe qui eodẽ spiritu prophetauerit. Porrò simplicitas eloquij, à loco ei in quo natus est accidit. Fuit enim Anathothites, qui est vsq; hodie viculus, trib⁹ ab Ierosolymis distãs milibus, sacerdos ex sacerdotibus, & in matris vtero sanctificatus: virginitate sua euangelicum virum CHRISTI ecclesiæ dedicans. Hic vaticinari exorsus est puer: & captiui tatem vrbis atq; Iudææ, nõ solum spiritu, sed & oculis carnis intuitus est: iam decem tribus Israel Assyrij in Medos transtulerant: iam terras earum, coloniæ Gentium possidebant. Vnde in Iuda tantũ & in Ben-iamin prophetauit: & ciuitatis suæ ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos mẽsuræ metri, versibúsq; reddidimus. Prꝛterea ordinem visionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confusus est, ad pristinam fidem correximus. Librum autem Baruch notarij eius, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermisimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præstolantes, quibus me necesse est per singula opuscula respondere. Et hoc patior: quia vos me cogitis. Cæterum ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorum silentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid scriptitantem, inuidorum insaniam prouocare.

Argumentum in Ieremiam.

IEREMIAS Anathothites, qui est viculus, tribus ab Ierosolymis distans milibus, apud Taphnas in Ægypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet verò in eo loco sepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat. Et quoniam postulatione sua defugatis ab eodem loco serpentibus, Ægyptios à tactu aspidum facit esse securos, magna eum ibi religione Ægyptij venerantur.

Prophetia Ieremiæ.

S. Ieremias in ventre matris sanctificatus, & tempore Iosiæ regis Iuda missus à Domino ad prophetandum, causatur puerilitatem, sed doctus à Deo accipit robur inuincibile, iubeturq; vaticinari destructionem Ierusalem sub nomine virgæ & ollæ succensæ. CAP. I.

A VERBA IEREMIAE filij Helciæ, de sacerdotibus qui fuerunt in Anathot, in Terra-Ben-iamin. Quod factum est verbũ Domini ad eũ in diebus Iosiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factum est in diebus Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad consummationem vndecimi anni Sedeciæ
B filij Iosiæ regis Iuda, vsque ad transmigrationem Ierusalem in mense quinto. Et factũ est verbum Domini ad me, dicens, Priusquam te formarem in vtero, noui te: & antequã exires de vulua sanctificaui te, & prophetam in Gentibus dedi te. Et dixi, A, a, a, Domine Deus: ecce nescio loqui, quia puer ego sum. Et dixit Dominus ad me, Noli dicere, Puer sum: quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuersa quæcunque mandauero tibi, loquêris. Ne timeas à facie eorum: quia tecum ego sum vt eruam te, Dicit Dominus. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me, ‖ Ecce, dedi verba mea in Infra. 18. a. ore tuo: ecce cõstitui te hodie super Gentes, & super regna: vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & ædifices, & plantes. Et factum est verbũ Domini ad me, dicens, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me, Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbo meo vt faciam illud. Et factum est verbum Domini secundò ad me, dicens, Quid tu vides? Et dixi, C
Ollam succensam ego video, & faciem eius à facie Aquilonis. Et dixit Dominus ad me, Infra. 4. b.
‖ Ab Aquilone pandetur *malum super omnes habitatores terræ, quia ecce ego conuocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus: & venient, & ponent vnusquisque solium suum in introitu portarum *omne.

Ierusalem, & super omnes muros eius in cir-
D cuitu, & super vniuersas vrbes Iuda. Et lo-
quar iudicia mea cum eis super omnem ma-
litiam eorum qui dereliquerunt me, & liba-
uerunt dijs alienis, & adorauerunt opus ma-
nuum suarũ. Tu ergo accinge lumbos tuos,
& surge & loquere ad eos omnia quæ ego præ
cipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec e-
nim timere te faciam vultum eorum. Ego
quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam,
& in columnam ferream, & in murũ æreum
super omnem terram, regibus Iuda, principi-
*omni. bus eius, & sacerdotibus, & *populo terræ. Et
bellabunt aduersum te, & non præualebunt:
quia ego tecũ sum, ait Dominus, vt liberẽ te.

S. *Grauiter expostulat Dominus cum filijs Israel & Iuda, potissimum cum pastoribus ac prophetis, quòd non respicientes accepta à Deo varia beneficia, eo qui fons est aquæ viuæ relicto, adorauerint idôla, à quibus nihil boni expectare poterant: imò cùm toti essent in idololatria, rapinis & crudelitate, sese iustificare nitebantur, & propterea deuastandos prædicit.*

CAP. II.

A ET factum est verbum Domini ad me,
dicens, Vade, & clama in auribus Ieru-
salem, dicens, Hæc dicit Dominus, Re-
cordatus sum tui, miserans adolescentiam
tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quan
do secuta es me in deserto, in terra quæ non
seminatur. Sanctus Israel Domino, primitiæ
frugum eius omnes qui deuorant eum delin
quunt: mala veniẽt super eos, dicit Dominus.
Audite verbum Domini domus Iacob, & om
nes cognationes domus Israel: Hæc dicit Do
minus, Quid inuenerunt patres vestri in me
iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambu
lauerunt post vanitatem, & vani facti sunt?
Et non dixerunt, Vbi est Dominus qui ascen
B dere nos fecit de Terra Aegypti: qui tradu-
xit nos per desertum, per terram inhabitabi-
lem & inuiam, per terram sitis & imaginem
mortis, per terram in qua non ambulauit vir,
neque habitauit homo? Et induxi vos in ter-
ram Carmeli, vt comederetis fructum eius &
optima illius: & ingressi contaminastis ter-
ram meam, & hereditatem meam posuistis
in abominationem. Sacerdotes non dixe-
runt, Vbi est Dominus? & tenentes legem ne-
scierunt me, & pastores præuaricati sunt in
me: & prophetæ prophetauerunt in Baal, &
idôla secuti sunt. Propterea adhuc iudicio cõ
C tendam vobiscum, ait Dominus: & cum filijs
vestris disceptabo. Trãsite ad insulas Cethim,
& videte, & in Cedar mittite, & cõsyderate ve
hemẽter: & videte si factum est huiuscemodi.
▷.2. Si mutauit gens deos ▷suos, & certe ipsi non
sunt dij: populus verò meus mutauit glo-
riam suam in idôlum. Obstupescite cœli super
hoc, & portæ eius desolamini vehementer,
dicit Dominus. Duo enim mala fecit popu-
lus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ vi-
uæ, & foderunt sibi cisternas: cisternas dissipa
tas, quæ continere non valent aquas. Nun-
quid seruus est Israel, aut vernaculus? quare
ergo factus est in prædam? Super eum rugie-
runt leones, & dederunt vocem suam, posue-
runt terram eius in solitudinem: ciuitates e-
ius exustæ sunt, & non est qui habitet in eis. D
Filij quoque Mempheos & Taphnes constu-
prauerunt te vsq; ad verticem. Nunquid non
istud factum est tibi, quia dereliquisti Domi-
num Deum tuum eo tempore quo ducebat
te per viam? Et nunc quid tibi vis in via Ae-
gypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi
cum via Assyriorum, vt bibas aquam flumi-
nis? Arguet te malitia tua, & auersio tua in-
crepabit te. Scito, & vide quia malum & ama
rum est reliquisse te Dominum Deum tuum,
& non esse timorem mei apud te: dicit Do-
minus Deus exercituum. A seculo confregi-
sti iugum meum, rupisti vincula mea: & di-
xisti, Non seruiam. ||In omni enim colle sub- Infra.3.b.
limi, & sub omni ligno frondoso tu proster- E
nebaris meretrix. ||Ego autem plantaui te vi- Isaiæ.5.a. Matt.21.d.
neam electam, omne semen verum: quomo-
do ergo conuersa es mihi in prauum vinea a-
liena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris ti
bi herbam borith: maculata es in iniquitate
tua coram me, dicit Dominus Deus. Quomo
do dicis, Non sum polluta, post Baalim non
ambulaui? vide vias tuas in conualle, scito
quid feceris: cursor leuis explicans vias suas.
Onager assuetus in solitudine, in desyderio
animæ suæ attraxit ventũ amoris sui: nullus
auertet eam: omnes qui quærunt eam non de-
ficient: in menstruis eius inuenient eam. Pro-
hibe pedem tuũ à nuditate, & guttur tuũ à si-
ti. Et dixisti, Desperaui, nequaquam faciã: ada
maui quippe alienos, & post eos ambulabo.
Quomodo cõfunditur fur quando deprehen F
ditur, sic confusi sunt domus Israel, ipsi & re
ges eorum, principes & sacerdotes, & prophe
tæ eorum: dicentes ligno, Pater meus es tu: &
lapidi, Tu me genuisti. verterunt ad me ter-
gum, & non faciem: & in tempore afflictio-
nis suæ dicent, Surge, & libera nos. Vbi sunt
dij tui quos fecisti tibi? surgant, & liberent te
in tempore afflictionis tuæ: secũdum numerũ
quippe ciuitatum tuarum erant dij tui Iuda. Infra.11.c.
||Quid vultis mecũ iudicio cõtendere? omnes
dereliquistis me, dicit Dominus. Frustra per-
cussi filios vestros, disciplinã non receperunt:
deuorauit gladius vester prophetas vestros,
quasi leo vastator generatio vestra. Videte
verbũ Domini. Nũquid solitudo factus sum: G
Isra-
Israeli, aut terra serotina? quare ergo dixit po-
pulus meus, Recessimus non veniemus vltrà
ad te? Nunquid obliuiscetur virgo, ornamen-
ti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? popu-
lus verò meus oblitus est mei diebus innume
ris. Quid niteris bonam ostendere viam tuam
ad quærẽdam dilectionem, quæ insuper & ma
litias tuas docuisti vias tuas, & in alis tuis in-
uentus est sanguis animarum pauperum & in
nocẽtum? non in fossis inueni eos, sed in om
nibus quæ suprà memoraui. Et dixisti, Abs-
que peccato & innocens ego sum: & propte-
rea auertatur furor tuus à me. Ecce, ego iudi
cio contendam tecum, eo quòd dixeris, Non
peccaui. Quàm vilis facta es nimis, iterãs vias
tuas? & ab Aegypto confundêris, sicut confu
sa es ab Assur. Nam & ab ista egredieris, & ma
nus tuæ erunt super caput tuum: quoniam
obtriuit Dominus confidentiam tuam, & ni
hil habebis prosperum.

S. *Deus incomparabili clementia populum suum ad se reuocat ab idololatria, in qua Iuda etiã Israêlem excessit: promittens se assumpturum eos in filios, & veros pastores eis daturum, vt Ierosolymis in pace colant Dominum: de futura gloria & exaltatione Ierusalem, ac Gẽtium ad eam congregatione, & de populi pœnitentia.*

CAP. III.

A VVlgo dicitur, Si dimiserit vir vxorem
suam, & recedens ab eo, duxerit vi-
rum alterum: nunquid reuertetur ad
eam vltrà? nunquid non polluta, & contami-
nata erit mulier illa? tu autẽ fornicata es cum
amatoribus multis: tamen reuertere ad me,
*& ergo suscipiã te. 15. Num. 9. dicit Dominus. *Leua oculos tuos in dire-
ctum, & vide: vbi non prostrata sis: in vijs se-
debas, expectans eos quasi latro in solitudi-
ne: & polluisti terrã in fornicationibus tuis.
& in malitijs tuis. Quam ob rem prohibitæ
sunt stillæ pluuiarũ, & serotinus imber non
fuit: frõs mulieris meretricis facta est tibi, no-
B luisti erubescere. Ergò saltem àmodo voca
me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es.
Nunquid irascêris in perpetuum, aut perseue
rabis in finem? Ecce, locuta es, & fecisti ma-
Supr.2.d. la, & potuisti. Et dixit Dominus ad me in die
bus Iosiæ regis, nunquid vidisti quæ fecerit
auersatrix Israel? abijt sibimet super omnem
montem excelsum, & sub omni ligno fron-
doso, & fornicata est ibi. Et dixi cùm fecisset
hæc omnia, Ad me reuertere: & non est re-
uersa. Et vidit præuaricatrix soror eius Iuda,
quia pro eo quòd mœchata esset auersatrix Is
rael, dimisissem eam, & dedissem ei libellũ re
C pudij & nõ timuit præuaricatrix Iuda soror e-
ius, sed abijt, & fornicata est etiã ipsa. Et faci-
litate fornicationis suæ contaminauit terrã,
& mœchata est cum lapide & ligno. & in om
nibus his non est reuersa ad me præuaricatrix
soror eius Iuda in toto corde suo, sed in mẽ-
dacio, ait Dominus. Et dixit Dominus ad
me, Iustificauit animã suam auersatrix Isra-
el cõparatione præuaricatricis Iudæ. Vade, &
clama sermones istos contra Aquilonem, &
dices, Reuertere auersatrix Israel, ait Domi- D
nus & nõ auertam faciem meam à vobis: quia
sanctus ego sum, dicit Dominus, & non iras-
car in perpetuum. Veruntamen scito iniqui-
tatem tuam, quia in Dominum Deum tuum
præuaricata es: & dispersisti vias tuas alienis
sub omni ligno frondoso, & vocẽ meam non
audisti, ait Dominus. Conuertimini filij re-
uertẽtes, dicit Dominus: quia ego vir vester:
& assumam vos vnum de ciuitate, & duos de
cognatione, & introducam vos in Siõ. Et da-
bo vobis pastores iuxta cor meum, & pascẽt
vos scientia & doctrina. Cumque multipli-
cati fueritis, & creueritis in terra in diebus
illis, ait Dominus: non dicent vltrà, Arca te-
stamenti Domini: neque ascendet super cor,
neque recordabuntur illius, nec visitabitur, E
nec fiet vltrà. In tempore illo vocabunt Ie-
rusalem Solium Domini: & congregabun-
tur ad eam omnes Gentes in nomine Domi-
mini in Ierusalem, & non ambulabunt post
prauitatem cordis sui pessimi. In diebus illis
ibit domus Iuda ad domum Israel, & veniẽt
simul de terra Aquilonis ad terram quam de-
di patribus vestris. Ego autem dixi, Quomo-
do ponam te in filios, & tribuam tibi terram
desyderabilem, hæreditatem præclaram exerci
tuum Gẽtium? Et dixi, patrem vocabis me, F
& post me ingredi non cessabis. Sed quo mo-
do si contemnat mulier amatorem suum, sic
contempsit me domus Israel, dicit Dominus.
Vox in vijs audita est, ploratus & vlulatus fi-
liorum Israel: quoniam iniquam fecerunt vi-
am suam, obliti sunt Domini Dei sui. Con-
uertimini filij reuertentes, & sanabo auersio-
nes vestras. Ecce nos venimus ad te: tu enim es
Dominus Deus noster. Verè mẽdaces erant G
colles, & multitudo montium: verè in Do-
mino Deo nostro salus Israel. Confusio co-
mêdit laborem patrum nostrorum ab adoles-
centia nostra, greges eorum & armenta eo-
rum, filios eorum & filias eorum. Dormie-
mus in confusione nostra, & operiet nos ig-
nominia nostra: quoniam Domino Deo no-
stro peccauimus nos, & patres nostri ab ado-
lescentia nostra vsque ad diẽ hanc: & non au-
diuimus vocem Domini Dei nostri.

S. *Promittit Dominus veniam si se verè conuertãt, & corde circuncidant: cõminando grauia mala si in malis persistant: quapropter luget propheta videns terram deuastandam, & in solitudinẽ redigendam, ita tamen vt non fiat consummatio.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



CAP. IIII.

A SI reuertêris 'Israel ait Dominus, ad me cõuertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non cõmoueberis. Et iurabis, Viuit Dominus, in veritate, & in iudicio, & in iustitia: & benedicẽt eum Gentes, ipsumque laudabunt. Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & *Ierusalem, ‖Nouate vobis nouale, & nolite serere super spinas: circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Iuda, & habitatores Ierusalẽ: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succẽdatur, & non sit qui extinguat: propter malitiam cogitationũ vestrarũ. ‖Annuntiate in Iuda, & in Ierusalẽ auditũ facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate signũ in Sion. Cõfortamini, nolite stare, quia malũ ego adduco ab Aquilone, & cõtritionem magnã. Ascendit leo de cubili suo, & prædo Gentiũ se leuauit: egressus est de loco suo, vt ponat terrã tuam in solitudinẽ: ciuitates tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore. Super hoc accĩgite vos cilicijs, plangite, & vlulate: quia non est auersa ira furoris Domini à "vobis'. Et erit in die illa, dicit Dominus, peribit cor regis, & cor principum: & obstupescẽt sacerdotes, & prophetæ consternabũtur. Et dixi, Heu heu heu Domine Deus, ergòne decepisti populum istum & Ierusalem, dicẽs, Pax erit vobis: & ecce peruẽnit gladius vsque ad animã? In tempore illo dicetur populo huic & Ierusalem, ventus vrens in vijs quæ sunt in deserto viæ filiæ populi mei non ad ventilandum, & ad purgandũ. Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nũc ego *loquar iudicia mea cum eis. Ecce, quasi nubes ascendet, & quasi tempestas currus eius velociores aquilis equi illius: væ nobis, quoniã vastati sumus. Laua à malitia cor tuum Ierusalem, vt salua fias: vsquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Vox enim annuntiantis à Dan, & notum facientis idôlum de monte Ephráim. "Cõcitate Gentes', Ecce auditum est in Ierusalem custodes venire de terra longinqua, & dare super ciuitates Iuda vocem suam. Quasi custodes agrorum facti sunt super eam in gyro: quia me ad iracundiam prouocauit, dicit Dominus. ‖Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: ista malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuũ. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinæ audiuit anima mea, clamorem prælij. Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repentè vastata sunt tabernacula mea, subito pelles meæ. Vsquequo videbo fugiẽtem, audiam vocem buccinæ? Quia stultus populus meus me non cognouit: filij insipientes sunt, & væcordes: sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierũt. Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cœlos, & nõ erat lux in eis: Vidi montes, & ecce mouebantur: & omnes colles cõturbati sunt. Intuitus sum, & non erat homo: & omne volatile cœli recesit. Aspexi, & ecce Charmelus desertus: & omnes vrbes eus destructæ sunt à facie Domini, & à facie iræ furoris eius. Hæc enim dicit Dominus, Deserta erit omnis terra, sed tamen consummationem non faciam, Lugebit terra, & mœrebunt cœli dèsuper: eo quòd locutus sum, cogitaui, & non pœnituit me, nec auersus sum ab eo, A voce equitis, & mittentis sagittã fugit omnis ciuitas: ingressi sunt ardua, & ascenderũt rupes: vniuersæ vrbes derelictæ sunt, & nõ habitat in eis homo. Tu autem vastata quid facies? cùm vestieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris stibio oculos tuos: frustra cõponẽris, cõtempserunt te amatores tui, animam tuam quærent. Vocem enim quasi parturientis audiui, angustias vt puerperæ. Vox filiæ Sion "inter morientes, expandentesque manus suas: væ mihi quia defecit anima mea propter interfectos.

*habitatori. Ose.10.d

Supra.1.c.

"nobis,7.

*Dicite Gentibus.

"inter mori entis expẽ dentisque.

S. Dominus in Ierusalem quærit virum iustum, vt illi misereatur: sed tam plebs quàm optimates in prauitatibus suis & idololatria indurati sunt & effusi, ideo comminatur eis vastationem ab extraneo populo, eò quòd cæci & surdi facti sunt, non tamen vsque ad consummationem.

CAP. V.

CIrcuite vias Ierusalem, & aspicite, & consyderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærẽtem fidem: & propitius ero ei. Quòd si etiam Viuit Dominus, dixerint: & hoc falsò iurabunt. Domine oculi tui respiciũt fidem: percussisti eos, & non doluerunt. attriuisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: induruerunt facies suas supra petrã, & noluerunt reuerti. Ego autem dixi, Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viã Domini, iudicium Dei sui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognouerũt viam Domini, iudicium Dei sui. & ecce, magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilans super ciuitates eorum: omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur, quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorum, confortatæ sunt auersiones eorum. Super quo propitius tibi esse potero? filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt dij: saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabãtur. Equi amatores*, & emissarij facti sunt: ‖vnusquisque ad vxorem proximi sui hinniebat. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciscetur anima mea? Ascendite muros eius, & dissipate, consummationem autem nolite facere: auferte propagines eius, quia non sunt Domini. Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus. Negauerunt Dominum, & dixerunt, Nõ est ipse: neque veniet super nos malum: gladium & famem nõ videbimus. Prophetæ fuerũt in ventum ▷locuti, '& respõsum non fuit in eis: hæc ergo euenient illis. Hæc dicit Dominus Deus exercituũ, Quia locuti estis verbum istud: ecce ego do verba mea in ore tuo ▷in' ignẽ, & populum istum ligna, & vorabit eos. Ecce ego adducam super vos gentem de longinquo domus Israel, ait Dominus: gẽtem robustam, gentem antiquam, gẽtem cuius ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulchrum patens, vniuersi fortes. Et comedet segetes tuas, & panem tuum: deuorabit filios tuos, & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. Veruntamen in diebus illis, ait Dominus, nõ faciam vos in cõsummationem. ‖Quòd si dixeritis, Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos, Sicut dereliquistis me, & seruistis deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra nõ vestra. Annuntiate hoc domui Iacob, & auditũ facite in Iuda, dicentes, Audi popule stulte, qui non habes cor: qui habẽtes oculos non videtis: & aures, & non auditis. Me ergò non timebitis, ait Dominus: & à facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminũ mari, præceptum sempiternum quod non præteribit: & commouebũtur, & non poterũt: & intumescent fluctus eius, & non transibunt illud: populo autem

*in feminis Exec.22.b Infra.9.c.

Iosf.16.b.

huic factum est cor incredulum & exasperãs, recesserunt & abierunt. Et nõ dixerunt in corde suo, Metuamus Dominũ Deum nostrũ, qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo: plenitudinem annuæ messis custodientem nobis. Iniquitates "vestræ, "nostræ, vestræ' declinauerũt hæc: & peccata "vestra' prohibuerũt bonum à "vobis': Quia inuẽti sunt in populo meo impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt & ditati. Incrassati sunt & impinguati: & præterierunt sermones meos pessimè. ‖ Causam ▷viduæ' non iudicauerunt, causam pupilli nõ direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiusce modi non vlciscetur anima mea? Stupor & mirabilia facta sunt in terra: prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus, dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius?

"nobis.16.

Isaiæ.1.f. Zach.7.c. ▷.3.

S. Prædicitur calamitas ac vastitas Ierosolymorum ab Assyrijs, eo quòd cõtempserint legem Domini, nec audire voluerint increpationes: sed omnes, & potissimum primates, prophetæ ac sacerdotes auaritiæ & dolo studuerint, ideòque & ipsos & eorum sacrificia Deus abijcit: iubet ergo propheta eos lugere, quoniam purgari conflatorio non potuerunt.

CAP. VI.

COnfortamini filij Ben-iamin in medio Ierusalem, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacârem leuate vexillum: quia malum visum est ab Aquilone, & contritio magna. Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion, Ad eam veniẽt pastores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisque eos qui sub manu sua sunt. Sanctificate super eam bellum: consurgite, & ascendamus in meridie: væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi. Surgite, & ascendamus in nocte, & dissipemus domos eius. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Cædite lignum eius, & fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. Sicut frigidam facit cisterna aquã suam, sic frigidam fecit malitiam suam: iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas & plaga. Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam terram in habitabilem. Hæc dicit Dominus exercituum, vsq; ad racemum colligent quasi in vinea reliquias Israel:

Universidad de Deusto Biblioteca

conuerte manum tuam, quaſi vindemiator
C ad cartallum. Cui loquar?& quem conteſta-
bor,vt audiat?ecce, incircũciſæ aures eorum,
& audire non poſſunt:ecce verbum Domini
factum eſt eis in opprobrium: & non ſuſci-
pient illud. Idcirco furore Domini plenus
ſum, laboraui ſuſtinens: effunde ſuper par-
uulum foris, & ſuper concilium iuuenum
ſimul, vir enim cum muliere capietur, ſe-
nex cum pleno dierum. Et tranſibunt do-
mus eorum ad alteros, agri & vxores pariter:
quia extendam manum meam ſuper habitan-
Iſai.56.d. Infra.8.d. tes terram,dicit Dominus. ||A minore quip-
D pe vſque ad maiorem omnes auaritiæ ſtudẽt:
& à propheta vſque ad ſacerdotem cuncti fa-
ciũt dolum. Et curabant contritionem filiæ
populi mei cum ignominia, dicentes, Pax,
pax:& non erat pax.Confuſi ſunt, quia abo-
minationem fecerunt:quin potius confuſio-
ne non ſunt confuſi,&erubeſcere neſcierunt.
quam ob rem cadent inter ruentes:in tempo-
re viſitationis ſuæ corruent,dicit Dominus.
Hæc dicit Dominus,State ſuper vias,& vide-
te,& interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit
Math.11.d. via bona,& ambulate in ea:||& inuenietis re-
frigerium animabus veſtris.Et dixerunt,Non
ambulabimus. Et conſtitui ſuper vos ſpecu-
E latores.Audite vocem tubæ.Et dixerunt,Non
audiemus. Ideò audite Gentes, & cognoſce
congregatio,quanta ego faciam eis.Audi ter-
ra, Ecce ego adducam mala ſuper populum
iſtum, fructum cogitationum eius:quia ver-
ba mea non audierunt, & legem meam pro-
Iſai.1.d. iecerũt.||Vt quid mihi thus de Saba affertis,&
calamũ ſuaue olentem de terra longinqua?
holocautomata veſtra non ſunt accepta, &
victimæ veſtræ non placuerunt mihi. Pro-
F pterea hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo in
populum iſtum ruinas,& ruent in eis patres
& filij ſimul, vicinus & proximus, & peri-
bunt.Hæc dicit Dominus, Ecce populus ve-
nit de terra Aquilonis, & gens magna con-
ſurget à finibus terræ.Sagittam & ſcutum ar-
ripiet:crudelis eſt & non miſerebitur. vox e-
ius quaſi mare ſonabit: & ſuper equos aſcen-
dẽt,præparati quaſi vir ad prælium,aduerſum
te filia Sion.Audiuimus famam eius,diſſolu-
tæ ſunt manus noſtræ:tribulatio apprehendit
nos, dolores vt parturientem.Nolite exire ad
agros, & in via ne ambuletis: quoniam gla-
dius inimici pauor in circuitu. Filia populi
G mei accingere cilicio, & conſpergere cinere:
luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum,
"vos. quia repẽte veniet vaſtator ſuper"nos. 'Pro-
batorem dedi te in populo meo robuſtum:&
ſcies, & probabis viam eorum. Omnes iſti
principes declinantes, ambulantes fraudulen
*vt.6. ter,*æs & ferrum:vniuerſi corrupti ſunt.De-
fecit ſufflatorium, in igne conſumptum eſt
plumbum, fruſtra conflauit conflator:mali-
tiæ enim eorum non ſunt conſumptæ. Ar-
gẽtum reprobum vocate eos, quia Dominus
proiecit illos.

S. *Quòd fruſtra confidant in templo, peſſima perpetrantes, & prophetas audire nolentes, ſicut & patres eorum: quapropter denuntiat templum abijciendum, & terram Iuda redigendam in ſolitudinem:nec profuturam orationem Ieremiæ pro illis, nec oblata ab eis ſacrificia, propter excelſa Topheth in valle filij Ennom & multiplices ipſorum malitias.*

CAP. VII.

VErbum quod factum eſt ad Ieremi- A
am à Domino, dicens, Sta in porta
domus Domini, & prædica ibi ver-
bum iſtud, & dic, Audite verbum Domini
omnis Iuda, qui ingredimini per portas has
vt adoretis Dominum. Hæc dicit Dominus Infr.26.d
exercituum Deus Iſrael, ||Bonas facite vias
veſtras, & ſtudia veſtra: & habitabo vobiſ-
cum in loco iſto. Nolite confidere in verbis
mendacij,dicentes,Templum Domini,tem-
plum Domini, templum Domini eſt.Quo-
niam ſi"bene direxeritis vias veſtras, & ſtu- "benedixeritis.
dia veſtra: ſi feceritis iudicium inter virum
& proximum eius, aduenæ & pupillo & vi-
duæ non feceritis calumniam, nec ſangui-
nem innocentem effuderitis in loco hoc, &
poſt deos alienos non ambulaueritis in ma-
lum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcũ in loco
iſto, in terra quam dedi patribus veſtris à ſe- B
culo▷&'vſque in ſeculum. Ecce, vos confi- ▷9.
ditis vobis in ſermonibus mendacij, qui non
proderunt vobis: furari, occidere, adulte-
rari, iurare mendaciter,libare Balaaim, & ire
poſt deos alienos quos ignoratis.Et veniſtis,
& ſtetiſtis coram me in domo hac,in qua in-
uocatum eſt nomen meum, & dixiſtis,Libe-
rati ſumus,eo quòd fecerimus omnes abomi- Matt.21.b.
nationes iſtas.||Nunquid ergo ſpelunca latro- Marc.11.c Luc.19.g.
num facta eſt domus iſta in qua inuocatum
eſt nomen meum in oculis veſtris? ego ego
ſum: ego vidi, dicit Dominus. Ite ad locum C
meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à
principio: & videte quæ fecerim ei propter
malitiam populi mei Iſrael. Et nunc quia fe-
ciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus: &
locutus ſum ad vos mane conſurgens, & lo-
quens& non audiſtis: ||& vocaui vos,& non Proue.1.c
reſpondiſtis:||Faciam domui huic in qua in- Iſa.65.b.c
uocatum eſt nomen meum,& in qua vos ha-
betis fiduciam:& loco quem dedi vobis,& pa- 1.Re.4.b.
tribus veſtris, || ſicut feci Silo: Et proijciam
vos à facie mea, ſicut proieci omnes fratres Infr.14.b.
veſtros vniuerſum ſemen Ephráim. ||Tu er-
go noli orare pro populo hoc, nec aſſumas
pro

pro eis laudem & orationem, & non obſiſtas
D mihi:quia non exaudiã te. Nonne vides quid
iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in platéis
Ieruſalem?Filij colligunt ligna,& patres ſuc-
cendunt ignem,& mulieres conſpergunt adi-
pem,vt faciant placẽtas reginæ cœli,& libent
dijs alienis, & me ad iracundiam prouocent.
Infr.44.c. ||Nunquid me ad iracundiam prouocant, di-
cit Dominus? nònne ſemetipſos in cõfuſio-
nem vultus ſui? Ideò hæc dicit Dominus De
us,Ecce furor meus, & indignatio mea con-
flatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſu-
per iumenta, & ſuper lignum regionis,& ſu-
per fruges terræ,& ſuccendetur,& non extin-
E guetur.Hæc dicit Dominus exercituum De-
us Iſrael,Holocautomata veſtra addite victi-
mis veſtris,& comedite carnes.Quia nõ ſum
locutus cum patribus veſtris, & non præcepi
eis in die qua eduxi eos de terra-Aegypti, de
verbo holocautomatum & victimarum. Sed
hoc verbũ præcepi eis,dicens, Audite vocem
meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi
populus:& ambulate in omni via quam man
daui vobis, vt bene ſit vobis. Et non audie-
"voluntatibus.2. runt, nec inclinauerunt aurem ſuam:ſed abie
runt in"voluptatibus'& in prauitate cordis
ſui mali:factique ſunt retrorſum & nõ in an-
tè, à die qua egreſsi ſunt patres eorum de ter-
F ra-Aegypti, vſque ad diem hanc. Et miſi ad
vos omnes ſeruos meos prophetas per diem,
Infra.16.c. conſurgens diluculo,& mittens.||Et non au-
dierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam,
ſed indurauerunt ſeruicem ſuam, & peius o-
perati ſunt, quam patres eorum.Et loquêris
ad eos omnia verba hæc,& non audient te:&
vocabis eos, & non reſpondebunt tibi.Et di-
ces ad eos,Hæc eſt gens quæ non audiuit vo-
cem Domini Dei ſui, nec recepit diſciplinã:
perijt fides, & ablata eſt de ore eorum.Ton-
de capillum tuum & proijce,& ſume in dire-
ctum planctum: quia proiecit Dominus, &
reliquid generationem furoris ſui, quia fece-
runt filij Iuda malum in oculis meis, dicit
G Dominus. Poſuerunt offendicula ſua in do-
mo in qua inuocatum eſt nomen meum, vt
pollueren eam:& ædificauerunt excelſa To-
pheth,quæ eſt in valle filij Ennom:vt incẽde
rẽt filios ſuos,& filias ſuas igni:quæ non præ
cepi nec cogitaui in corde meo.Ideo ecce di-
es venient,dicit Dominus,& nõ dicetur am-
plius,Topheth & vallis filij Ennom:ſed val-
lis interfectionis:& ſepelient in Topheth,eò
quòd nõ ſit locus. Et erit morticiniũ populi
Ezec.16.e. huius in cibos volucribus cœli & beſtijs ter-
ræ,& non erit qui abigat. ||Et quieſcere faciã
de vrbibus Iuda, & de plateis Ieruſalem vocẽ
gaudij & vocem lætitiæ,vocem ſponſi & vo-
cem ſponſæ:in deſolatione enim erit terra.

S. *Quia tam reges,optimates,ſacerdotes ac prophetæ, quàm reliquus populus ad idololatriam conuerſi ſunt,& non conſyderato Domini iudicio omnes relicta veritate ſtuduerunt auaritiæ ac idololatriæ, & Dominum prouocantes noluerunt reſipiſcere:ideo ab hoſtibus crudeliſſimis affligentur.*

CAP. VIII.

IN illo tempore,ait Dominus,eijcient oſ- A
ſa"regis'Iuda, & oſſa principũ eius,& oſ- "regum.8.
ſa ſacerdotum, & oſſa prophetarũ,& oſ-
ſa eorum qui habitauerunt Ieruſalem, de ſe-
pulchris ſuis:Et expandent ea ad ſolem,& lu
nam,& omnem militiã cœli quæ dilexerunt,
& quibus ſeruierũt,& poſt quæ ambulauerũt,
& quæ quæſierunt & adorauerũt: non colli-
gentur,& non ſepelientur:in ſterquiliniũ ſu-
per faciẽ terræ erunt. Et eligẽt magis mortem
quàm vitã omnes qui reſidui fuerint de cogna
tione hac peſsima in vniuerſis locis quæ dere
licta ſunt,ad quæ eieci eos,dicit Dominus ex- B
ercituũ.Et dices ad eos,Hæc dicit Dominus,
Nunquid qui cadit,non reſurget?& qui auer-
ſus eſt, non reuertetur? Quare ergò auerſus
eſt populus iſte in Ieruſalẽ auerſione conten
tioſa? Apprehenderunt mendaciũ, & nolue-
rũt reuerti.Attendi,& auſcultaui:nemo quod
bonum eſt loquitur,nullus eſt qui agat pœni
tẽtiam ſuper peccato ſuo, dicens, Quid feci? C
Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi
equus impetu vadens ad prælium. Miluus in
cœlo cognouit tempus ſuum: turtur, & hi-
rundo,& ciconia cuſtodierũt tempus aduen-
tus ſui: populus autem meus non cognouit
iudiciũ Domini.Quomodo dicitis, Sapiẽtes
nos ſumus,& lex Domini nobiſcum eſt?ve-
rè mendacium operatus eſt ſtilus mẽdax Scri
barum. Confuſi ſunt ſapientes, perterriti &
capti ſunt:verbũ enim Domini proiecerunt,
& ſapiẽtia nulla eſt in eis.Propterea dabo mu D
lieres eorum exteris,agros eorum hæredibus:
Iſai.56.d. Supr.6.e. quia||à minimo vſque ad maximũ omnes aua
ritiam ſequuntur,à propheta vſque ad ſacer-
dotem cuncti faciunt mendaciũ.Et ſanabant
contritionem filiæ populi mei ad ignomini-
am,dicentes,Pax,pax: cùm nõ eſſet pax.Cõ-
fuſi ſunt,quia abominationem fecerũt:quin-
imo confuſione non ſunt confuſi, & erubeſ-
cere neſcierunt: idcirco cadent inter corruen
tes,in tempore viſitationis ſuæ corruẽt, dicit
Dominus.Congregans congregabo eos, ait E
Dominus: non eſt vua in vitibus, & nõ ſunt
ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis
quæ prætergreſſa ſunt. Quare ſedemus? con-
uenite,& ingrediamur ciuitatẽ munitã, & ſi-
leamus ibi: quia Dominus Deus noſter ſilere
nos fecit,& potũ dedit nobis aquam fellis:pec
cauimus enim Domino. Expectauimus pa-

cem, & non erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido. ‖ A Dan auditus est fremitus equorum eius, à voce hinnituum pugnatorum eius commota est omnis terra. & venerunt, & deuorauerunt terram, & plenitudinem eius: vrbem & habitatores eius. Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio: & mordebunt vos, ait Dominus: dolor meus super dolorem, in me cor mœrens. Ecce, vox clamoris filiæ populi mei G de terra longinqua, Nunquid Dominus non est in Sion: aut rex eius non est in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis? Transijt messis, finita est æstas: & nos saluati non sumus. Super cõtritione filiæ populi mei contritus sum & contristatus, stupor obtinuit me. Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei..

Infr.14.d.

S. Luget propheta interficiendos de Iudæa: in nullo dicit esse fidendum, cùm omnes dolosè incedant: & quia Iudæa vastanda est, vult omnes assumere luctum: in solo Deo eiusq; cognitione gloriandum, qui puniet tam Gentiles quàm filios Israel incircuncisos corde.

CAP. IX.

A QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Quis dabit me in solitudine diuersorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, *cœtus præuaricatorum. Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacij & non veritatis: confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me B non cognouerũt, dicit Dominus. Vnusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam: quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam suam loqui mendacium: vt iniquè agerent laborauerunt. Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt scire me, dicit Dominus. Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego conflabo, & probabo eos: quid enim aliud faciam à C facie filiæ populi mei? Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta est. ‖ In ore suo pacem cum amico suo loquitur, & occultè ponit ei insidias. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut in gentem huiusmodi non vlciscetur anima mea? Super montes assumam fletum ac lamẽtum, & super spetiosa deserti planctum: quoniam incẽsa sunt, eo quod non sit vir pertransiens: & non audierunt vocem possidentis: à volucre cœli vsque ad pecora transmigrauerũt & recesserunt. Et dabo Ierusalem in aceruos arenæ, & cubilia draconũ: & ciuitates Iuda dabo in desolationem, eo quòd non sit habitator. Quis est vir D sapiẽs qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat vt annuntiet istud, quare perierit terra, & exusta sit quasi desertũ, eo quòd non sit qui pertranseat? Et dixit Dominus, Quia dereliquerunt legem meam quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulauerunt in ea: & abierunt post prauitatem cordis sui, & post Baalim, quod didicerunt à patribus suis. Idcirco hæc dicit Do- Infr.23.c. minus exercituum Deus Israel, ‖ Ecce ego cibabo populum istum absynthio, & potum E dabo eis aquam fellis. Et dispergam eos in gentibus, quas non nouerunt ipsi & patres eorum: & mittam post eos gladium, donec consumantur. Hæc dicit Dominus exercituum, *Contemplamini, & vocate lamentatrices, vt veniant: & ad eas quæ sapientes sunt, mittite, & properent: festinent, & assumant super nos lamentum: deducant oculi nostri lachrymas, & palpebræ nostræ defluãt aquis: Quia vox lamentationis audita est de Sion. Quomodo vastati sumus & confusi vehementer? quia dereliquimus terram, quo- F niam "deiecta' sunt tabernacula nostra. Audite ergo mulieres verbum Domini: & "assumat auris vestra' sermonem oris eius: & docete filias vestras lamentum: & vnaquæque proximam suam planctum: quia ascendit mors per fenestras nostras, ingressa est domos nostras, disperdere paruulos de foris, iuuenes de plateis. Loquere, Hæc dicit Dominus, Et cadet morticinum hominis quasi stercus super faciem regionis, & quasi fœnum post tergum metentis, & non est qui colligat. Hæc dicit Dominus, ‖ Non glorietur sapiens in sapien- 1. Cor. d. tia sua, & non glorietur fortis in fortitudine 2. Co. 10. d sua, & non glorietur dives in diuitijs suis: sed in hoc glorietur qui gloriatur, scire & nosse me quia ego sum Dominus qui facio misericordiam & iudicium & iustitiam in terra. hæc G enim placent mihi, ait Dominus. Ecce dies venient, dicit Dominus: & visitabo super omnem qui circuncisum habet præputium, super Aegyptum, & super Iudam, & super Edom, & super filios Ammon, & super Moab, & super omnes qui attonsi sunt in comam, habitantes in deserto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Israel incircuncisi sunt corde.

Psal.27.b.

*Deus Israel.7.

"deserta.

"assumant aures vestra

S. Non est timenda cœlestis cõstellatio, nec vanissima ac imbecillia idola: sed Dominus qui solus est Deus, creator ac gubernator omnũ, qui vastabit peccatores terræ: plangit suum malum

lum Ierusalem, & quum hominis non sit vias suas dirigere, orat Deum ne eos qui ipsum cognoscunt ad internecionem deleat, sed in hostes potius Iudæorum suum effundat furorem.

CAP. X.

A AVdite verbum quod locutus est Dominus super vos domus Israel. Hæc dicit Dominus, Iuxta vias Gentium nolite discere: & à signis cœli nolite metuere, quæ timent Gentes: quia leges populorum vanæ sunt: quia lignum de saltu præcidit opus Sapi.14.b. manus artificis in ascia. ‖ Argento & auro decorauit illud: clauis & malleis compegit, vt non dissoluatur. In similitudinem palmæ fabricata sunt, & non loquentur: portata tollentur, quia incedere nõ valent. nolite ergo timere ea, quia nec male possunt facere, nec bene. Apo.15.b. ‖ Non est similis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te ô rex gentium? tuum est enim decus: inter cunctos sapientes Gentium, & in vniuersis regnis eorum nullus est similis tui. Pariter insipientes & fatui probabuntur: doB ctrina vanitatis eorum lignum est. Argentum inuolutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz: opus artificis, & manus ærarij: hyacinthus & purpura indumentum eorum. opus artificum vniuersa hæc. Dominus autem Deus verus est: ipse Deus viuẽs, & rex sempiternus. ab indignatione eius commouebitur terra: & non sustinebunt Gentes comminationem eius. Sic ergo dicetis eis, Dij qui cœlos & terrã non fecerunt, pereant de terra & de his quæ Genes.1.g. sub cœlo sunt. ‖ Qui facit terram in fortitudiIntra.51.b. ne sua præparat orbem in sapientia sua, & prudentia sua extẽdit cœlos. Ad vocem suam dat multitudinem aquarum in cœlo, & elePsal.134.b uat, nebulas ab extremitatibus terræ: ‖ fulgura C in pluuiam facit, & educit ventũ de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo à sciẽtia, cõfusus est artifex omnis in sculptili: quoniã falsum est quod conflauit, & non est spiritus in eis. Vana sunt, & opus risu dignum: in tempore visitationis suæ peribunt. Non est his similis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipse est: & Israel virga hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen illi. Congrega de terra confusionem tuam, quæ habitas in obsidione: quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego longè proijciam habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos, ita vt non inueniantur. Væ mihi super contritione mea, pessima plaga mea. Ego autem dixi, Planè hæc infirmitas D mea est, & portabo illam. Tabernaculum meum vastatum est, omnes funiculi mei dirupti sunt: filij mei exierunt à me, & non subsistunt: non est qui extendant vltrà tentorium meum, & erigat pelles meas. Quia stultè egerunt pastores, & Dominum non quæsierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorũ dispersus est. Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda solitudinem, & habitaculum draconum. Scio Domine quia non est hominis via eius: nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus suos. ‖ Corripe me Domine, ve Psalm.6.a. runtamẽ in iudicio: & nõ in furore tuo, ne forte ad nihilum rodigas me. ‖ Effunde indigna- Psal.78.b. tionem tuam super gentes quæ non cognouerunt te, & super prouincias quæ nomen tuum non inuocauerunt: quia comederunt Iacob, & deuorauerunt eum, & consumpserunt illũ, & decus eius dissipauerunt.

S. Quia maledicitur qui nõ audit nec seruat pactũ Domini patribus datũ, ideo præcipitur prophetæ vt illud seruandum Iudæis prædicet, sed frustrà, quum magis sequantur patrum suorum scelera: variamq; idololatriã, idcirco inferet Dominus ineuitabilia in illos mala, nec proderunt eis idôla vel iustorum oratio, neque quod prius à Deo dilecti fuerint: refert praua Iudæorum studia de ipso ex terra delendo: sed perdentur qui nolunt audire prophetiam in nomine Domini.

CAP. XI.

VErbum quod factum est à Domino A ad Ieremiam, dicens, Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ierusalem, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius, quod præcepi patribus vestris in die qua eduxi eos de Terra-Aegypti, de fornace ferrea, dicens, Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum: Vt suscitem iuramentum quod iuraui patribus vestris daturum me eis, terram fluentem lacte & melle, sicut est dies hæc. Et respondi, & dixi, Amen Domine. Et dixit Dominus ad me, Vociferate omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ierusalem, dicens, Audite verba pacti huius, & facite illa: quia contestans contestatus sum patres vestros in die qua eduxi eos de Terra-Aegypti vsque ad diem hanc: mane consurgens cõtestatus sum, & dixi, Audite vocem meam. B & non audierunt, nec inclinauerunt aurem suam: sed abierunt vnusquisque in prauitate cordis sui mali: & induxi super eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt. Et dixit Dominus ad me, inuenta est coniuratio in viris Iudæ, & in habitatoribus Ierusalem. Reuersi sunt ad iniquitates patrum suorum priores, qui noluerunt audire verba mea. & hi ergo abierunt post deos alienos, vt seruirent eis: irritum fecerunt domus Israel & domus Iuda pactum meũ quod

pepigi

pepigi cum patribus eorum. Quam ob rem
hæc dicit Dominus, Ecce ego inducam super
eos mala, de quibus exire non poterunt: & cla
mabunt ad me, & non exaudiam eos. Et ibunt
ciuitates Iuda, & habitatores Ieruſalem, &
*deos.4. clamabunt ad *eos' quibus libant, & non ſal-
uabunt eos in tempore afflictionis eorum.
C Supra.2.f. ‖Secundum numerum enim ciuitatũ tuarum
erant dij tui Iuda: & ſecundum numerum via-
tuarum. rum Ieruſalem poſuiſti aras cõfuſionis, aras
Infra.14.b ad libandum Baalim.‖Tu ergo noli orare pro
populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem, &
orationem: quia nõ exaudiam in tempore cla
moris eorũ ad me, in tempore afflictionis eo-
rum. Quid eſt quòd dilectus meus in domo
mea fecit ſcelera multa? nũquid carnes ſanctæ
auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata
es? Oliuam hũberem, pulchram, fructiferam,
ſpecioſam vocauit Dominus nomẽ tuum: ad
vocem loquelæ, grandis exarſit ignis in ea, &
cõbuſta ſunt fruteta eius. Et Dominus exerci
tuum qui plantauit te, locutus eſt ſuper te ma
lũ pro malis domus Iſrael & domus Iuda, quæ
fecerunt ſibi ad irritandum me, libantes Baa-
lim. Tu autem Domine demonſtraſti mihi,
& cognoui: tu oſtendiſti mihi ſtudia eorum.
D Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur
ad victimam: & non cognoui quia cogitaue-
▷.6. runt ſuper me conſilia, ▷dicentes', Mittamus
lignum in panem eius, & eradamus eum de
terra viuentium, & nomen eius non memo-
retur amplius. Tu autem Domine ſabbaoth,
Infra.17.b. qui iudicas iuſtè, ‖& probas renes & corda, vi-
20.c. deam vltionem tuam ex eis: tibi enim reuela-
ui cauſam meam. Propterea hæc dicit Domi-
nus ad viros Anathoth, qui quærunt animam
tuam, & dicunt, Non prophetabis in nomine
Domini, & non morieris in manibus noſtris.
Propterea hæc dicit Dominus exercituum,
Ecce ego viſitabo ſuper eos: iuuenes morien-
tur in gladio, filij eorum & filiæ eorum mo-
rientur in fame. Et reliquiæ non erunt ex eis:
inducam enim malum ſuper viros Anathoth,
annum viſitationis eorum.

S. Miratur propheta malorum proſperitatem, qui tamen parantur ad diem occiſionis, ſuntq; terræ cauſa luctus: hæreditas aduerſata eſt Domino ſuo, & paſtores demoliti ſunt vineam Domini, ideo traditur in diſſipationẽ cuius tamen rurſum miſerebitur Dominus vaſtitatis ipſius inimicis.

CAP. XII.

A IVſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem
tecum: veruntamen iuſta loquar ad te,
Iob.21.a. ‖Quare via impiorum proſperatur: bene
Habac.1.a. eſt omnibus qui præuaricantur, & iniquè a-
gunt? Plantaſti eos, & radicem ‖miſerunt: proficiunt, & faciunt fructum: propè es tu ori eo-
rum, & longè à renibus eorum. Et tu Domi-
ne noſti me, vidiſti me, & probaſti cor meum
tecum: congrega eos quaſi gregem ad victi-
mã, & ſanctifica eos in die occiſionis. Vſque-
quo lugebit terra, & herba omnis regionis ſic-
cabitur propter malitiam habitantium in ea?
conſumptum eſt animal, & volucre: quoniam
dixerunt, Non videbit nouiſſima noſtra. Si
cum peditibus currens laboraſti: quomodo
contendere poteris cum equis? cùm autem in B
terra pacis ſecurus fueris, quid facies in ſuper-
bia Iordanis? Nam & fratres tui, & domus pa-
tris tui, etiam ipſi pugnauerunt aduerſum te,
& clamauerunt poſt te plena voce: ne credas
eis, cùm locuti fuerint tibi bona. Reliqui do-
mum meam, dimiſi hæreditatem meam: dedi
dilectam animam meam in manum inimico-
rum eius. Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi
leo in ſylua: dedit contra me vocẽ, ideo odiui
eam. Nunquid auis diſcolor hæreditas mea
mihi? nunquid auis tincta per totum? venite,
congregamini omnes beſtiæ terræ, properate
ad deuorãdum. Paſtores multi demoliti ſunt C
vineam meam, cõculcauerunt partem meam:
dederunt portionem meam deſyderabilem in
deſertum ſolitudinis. Poſuerunt eam in diſſi-
pationem, luxitque ſuper me. deſolatione de-
ſolata eſt omnis terra: quia nullus eſt qui re-
cogitet corde. Super omnes vias deſerti vene-
rũt vaſtatores, quia gladius Domini deuora-
bit ab extremo terræ vſque ad extremum eius:
non eſt pax vniuerſæ carni. Seminauerunt tri
ticum, & ſpinas meſſuerunt: hæreditatem ac-
ceperunt, & non eis proderit: confundemini
à fructibus veſtris, propter iram furoris Do-
mini. Hæc dicit Dominus aduerſum omnes D
vicinos meos peſsimos, qui tangunt hæredi-
tatem, quam diſtribui populo meo Iſrael: Ec-
ce, ego euellam eos de terra ſua, & domum Iu
da euellam de medio eorum. Et cùm euulſe-
ro eos, conuertar, & miſerebor eorum: & re-
ducam eos, virum ad hæreditatem ſuam, & vi
rum in terram ſuam. Et erit: ſi eruditi didice-
rint vias populi mei, vt iurent in nomine
meo Viuit Dominus, ſicut docuerunt popu-
lum meum iurare in Baal: ædificabuntur in
medio populi mei. Quòd ſi non audierint, e-
uellam gentem illam euulſione & perditio-
ne, ait Dominus.

S. Sicut lumbare Ieremiæ abſconditum in Euphrâte computruit, ſic Iudæa primum Domino adhærens, propter ſuperbiam & idololatriam ab ipſo abijcitur, omneſq; diſpergentur: reuocantur tamen à propheta vt ſua pœnitentia deuitẽt mala, alioqui Iudas auferetur propter ſuas iniquitates, qui ad pœnitentiam nequit adduci ob inueteratam in malis conſuetudinem: interponitur etiam prophetæ commiſeratio.

CAP.

CAP. XIII.

A HAec dicit Dominus ad me, Vade, &
poſside tibi lumbare lineum, & po-
nes illud ſuper lumbos tuos, & in a-
quam non inferes illud. Et poſſedi lumbare
iuxta verbum Domini, & poſui circa lumbos
meos. Et factum eſt ſermo Domini ad me ſe-
cundò, dicens, Tolle lumbare quod poſſedi-
ſti, quod eſt circa lumbos tuos, & ſurgens va-
de ad Euphráten, & abſconde ibi illud in fora
mine petræ. Et abij, & abſcondi illud in Eu-
phráte, ſicut præceperat mihi Dominus. Et fa
ctum eſt poſt dies plurimos, dixit Dominus
ad me, Surge, vade ad Euphráten: & tolle in-
de lumbare, quod præcepi tibi vt abſconderes
illud ibi. Et abij ad Euphráten, & fodi, & tu-
li lumbare de loco vbi abſconderam illud: &
ecce, computruerat lumbare, ita vt nulli vſui
aptum eſſet. Et factum eſt verbum Domini
ad me, dicens, Hæc dicit Dominus, Sic putre-
ſcere faciam ſuperbiam Iuda, & ſuperbiam Ie
B ruſalem multam, Populum iſtum peſsimum,
qui nolunt audire verba mea, & ambulant in
prauitate cordis ſui: abieruntque poſt deos a-
lienos, vt ſeruirent eis, & adorarent eos: & e-
runt ſicut lumbare iſtud, quod nulli vſui a-
ptum eſt. Sicut enim adhæret lumbare ad lum
bos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domum
Iſrael, & omnem domum Iuda, dicit Domi-
nus: vt eſſent mihi in populum, & in nomen,
& in laudem, & in gloriam: & non audierunt.
Dices ergo ad eos ſermonem iſtum, Hæc di-
cit Dominus Deus Iſrael, Omnis laguncula
implebitur vino, Et dicent ad te. Nunquid i-
gnoramus quia omnis laguncula implebitur
vino? Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus,
Ecce ego implebo omnes habitatores terræ
huius, & reges qui ſedent de ſtirpe Dauid ſu-
per thronum eius, & ſacerdotes, & prophetas,
& omnes habitatores Ieruſalem, ebrietate: &
diſpergam eos virum à fratre ſuo, & patres, &
C filios pariter, ait Dominus: non parcam, & nõ
concedam: neq; miſerebor vt non diſperdam
eos. Audite, & auribus percipite, Nolite eleua
ri, quia Dominus locutus eſt. Date Domino
Deo veſtro gloriam, antequam contenebre-
ſcat, & antequam offendant pedes veſtri ad
montes caliginoſos: expectabitis lucem, & po
net eam in vmbram mortis, & in caliginem.
Quòd ſi hoc non audieritis, in abſcondito
Thren.1.a. plorabit anima mea à facie ſuperbiæ: ‖plorans
plorabit, & deducet oculus meus lachrymam,
quia captus eſt grex Domini. Dic regi & do-
minatrici, Humiliamini, ſedete: quoniam de-
ſcẽdit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ.
Ciuitates Auſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui
aperiat: tranſlata eſt omnis Iuda tranſmigra-
tione perfecta. Leuate oculos veſtros, & vi-
dete qui venitis ab Aquilone: vbi eſt grex qui
datus eſt tibi, pecus inclytum tuum? Quid
dices cùm viſitauerit te? tu enim docnſti eos D
aduerſum te, & erudiſti in caput tuum. nun-
quid nõ dolores apprehendent te, quaſi mulie
rem parturientem? Quòd ſi dixeris in corde
tuo. Quare venerunt mihi hæc? Propter mul-
titudinem iniquitatis tuæ reuelata ſunt vere-
cundiora tua, pollutæ ſunt plantæ tuæ. ‖ Si Infr.30.a.
mutare poteſt æthiops pellem ſuam, aut par-
dus varietates ſuas: & vos poteritis benefacere,
cùm didiceritis malum. Et diſſeminabo eos
quaſi ſtipulam quæ vento raptatur in deſer-
to. Hæc ſors tua parsque menſuræ tuæ à me,
dicit Dominus: quia oblita es mei, & confiſa
es in mendacio. Vnde & ego nudaui femora
tua contra faciem tuam, & apparuit ignomi-
nia tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, ſcelus
fornicationis tuæ: ſuper colles in agro vidi a-
bominationes tuas. Væ tibi Ieruſalem, non
mundaberis poſt me: vſquequo adhuc?

S. Siccitas magna in terra Iuda propter peccata populi, & orans propheta pro eius liberatione & miſericordia prohibetur à Domino pro ipſis orare: nec ſuſcipit Deus eorum ieiunia & victimas: prophetæ etiam illis ſecuritatem promittentes vnà cum ipſis peribunt: luget Ieremias mortuos gladio & fame, populique peccata confitens orat pro miſericordia.

CAP. XIIII.

QVod factum eſt verbum Domini ad Ie- A
remiam de ſermonibus ſiccatis. Luxit
Iudæa, & portæ eius corruerunt, &
obſcuratæ ſunt in terra, & clamor Ieruſalem
aſcendit. Maiores miſerunt minores ſuos ad
aquam: venerunt ad hauriendum, non inuene
runt aquam, reportauerunt vaſa ſua vacua:
cõfuſi ſunt & afflicti, & operuerũt capita ſua.
Propter terræ vaſtitatem, quia non venit plu
uia in terram, confuſi ſunt agricolæ, operue-
runt capita ſua. Nam & cerua in agro peperit,
& reliquit: quia non erat herba. Et onagri ſte
terunt in rupibus, traxerunt ventum quaſi
dracones, defecerunt oculi eorum, quia non
erat herba. Si iniquitates noſtræ reſponderint
nobis: Domine fac propter nomen tuum
quoniam multæ ſunt auerſiones noſtræ, tibi
peccauimus. Expectatio Iſrael, ſaluator eius,
in tempore tribulationis: quare quaſi colonus
futurus es in terra, & quaſi viator declinãs ad B
manendum? Quare futurus es velut vir va-
gus, vt fortis qui non poteſt ſaluare? tu au-
tem in nobis es Domine, & nomen tuum
inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos.
Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit A
mouere pedes ſuos, & non quieuit, & Domi-
no non placuit: Nunc recordabitur iniqui-

tatum

tatum eorum, & visitabit peccata eorum. Et
Supra.7.c. dixit Dominus ad me, ‖Noli orare pro populo isto in bonum. Cùm ieiunauerint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocautomata & victimas, nō suscipiam ea: quoniam gladio & fame & peste consumā eos. ‖Et
Infra.23.d. 27.c.& 29.b. dixi, A,a,a, Domine Deus, Prophetæ dicunt eis, Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco
C isto. Et dixit Dominus ad me, Falsō prophetæ vaticinātur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos:
'& fraudulentiam. 4. visionem mendacem, & diuinationem 'fraudulentam,' & seductionem cordis sui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes, Gladius & fames non erit in terra hac: In gladio & fame consumentur prophetæ illi. Et populi quibus prophetant, erunt proiecti in vijs Ierusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos: ipsi & vxores eorum, filij & filiæ eorum, & effundam super eos malum suum. Et dices
Thr.1.f.2.f ad eos verbum istud, ‖Deducant oculi mei lachrymam per noctem & diem, & nō taceant: quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehemen-
D ter. Si egressus fuero ad agros: ecce, occisi gladio. & si introiero in ciuitatem: ecce, attenuati fame. Propheta 'nanq; ' & sacerdos abierunt
'quoque. in terram quam ignorabant. Nunquid proijciens abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua? quare ergo percussisti nos, ita vt
Supra.8.c. nulla sit sanitas? ‖expectauimus pacem, & nō est bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio. Cognouimus Domine impietates nostras, iniquitates patrum nostrum, quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam solij gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiscum. Nunquid sunt in sculptilibus Gentium qui pluant? aut cœli possunt dare imbres? nónne tu es Dominus Deus noster, quem expectauimus? tu enim fecisti omnia hæc.

S. Nec Moysi nec Samuelis precibus flectendum se dicit Dominus, quin populum Ierusalem tradat pesti, gladio, fami & captiuitati, quia castigatus nō est emēdatus: conqueritur propheta quòd fuerit occasio discordiæ, rursumq; quòd annuntiās verbum Dei passus sit opprobrium, cui Dominus promittit auxilium cum vastatione Iudæorū: promittit præterea ei robur & liberationem, ac misericordiam his qui ad ipsum se conuertent.

CAP. XV.

A ET dixit Dominus ad me, Si steterit Moyses & Samuel coram me, non est anima mea ad populum istum: eijce illos à facie mea, & egrediantur. Quòd si dixerint ad te, Quò egrediemur? dices ad eos,
Zach.11.b. Hæc dicit Dominus, ‖ Qui ad mortem, ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famem, ad famem: & qui ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et visitabo super eos quatuor species, dicit Dominus, Gladium ad occisionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cœli & bestias terræ ad deuorandum & dissipandum: & dabo eos in feruorem vniuersis regnis terræ, ‖ propter Manassem filium Ezechiæ regis Iuda, super omnibus quæ
4.Re.21.a. fecit in Ierusalem. Quis enim miserebitur tui Ierusalem? aut quis contristabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua? Tu B reliquisti me, dicit Dominus: retrorsum abijsti: & extendam manum meam super te, & interficiam te: laboraui rogans. Et dispergam eos ventilabro in portis terræ: interfeci & disperdidi populum meum, & tamen à vijs suis non sunt reuersi. Multiplicatæ sunt mihi viduæ eius super arenam maris: induxi eis sumper matrem adolescentis vastatorem meridie:
Amos.8.c. misi super ciuitates repente terrorem. ‖ Infirmata est quæ peperit septem, defecit anima eius, occidit ei sol, cùm adhuc esset dies: confusa est, & erubuit: & residuos eius in gladium dabo in conspectu inimicorum eorum, ait Dominus. Væ mihi mater mea: quare genuisti me virum rixæ, virum discordiæ in vniuersa terra? non fœneraui, nec fœnerauit mihi C quisquam: omnes maledicunt mihi. Dicit Dominus, Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis aduersus inimicum. Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & es? Diuitias tuas & thesauros tuos in
Deu.15.c. direptionem dabo gratias in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis. ‖ Et ad-
Rom.10.d ducam inimicos tuos de terra quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit. Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me: noli in patientia tua suscipere me: scito quoniam sustinui propter te opprobriū. Inuenti sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei: quoniam inuocatum est nomen tuum super me Domine Deus exercituum. Non sedi in concilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuæ: D
Infr.30.c. ‖solus sedebam, quoniam comminatione repleisti me. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. Propter hoc hæc dicit Dominus, Si conuertēris, conuertam te, & ante faciem meam stabis: & si separaueris pretiosum

sum à vili, quasi os meum eris. conuertentur ipsi ad te, & tu non conuertēris ad eos. Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabunt aduersum te, & nō præualebunt: quia ego tecum sum vt saluem te, & eruam te dicit Dominus. Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

S. Prohibet Dominus ne propheta vxorem ducat, denuntians Iudæos vario mortis genere interituros, ita vt mortui non sepeliantur nec plāgantur à viuis, propter idololatriam patrum ac filiorum, & derelictā legem Domini: sed posteà per piscatores ac venatores reducet eos Dominus in terram suā, in qua ipsi vnà cum Gentibus confitebuntur Domino peccata sua.

CAP. XVI.

A ET factum est verbum Domini ad me, dicens, Non accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filiæ in loco isto. Quia hæc dicit Dominus super filios & filias, qui generātur in loco isto: & super matres eorum quæ genuerunt eos: & super patres eorum, de quorum stirpe sunt nati in terra hac, Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non sepelientur, in sterquilinium super faciem terræ erunt: & gladio & fame consumentur: & erit cadauer eorum in escam volatilibus cœli, & bestijs terræ. Hæc enim dicit Dominus, Ne ingrediaris domum conuiuij, neque vadas ad plangendum, neque consoleris eos: quia abstuli pacem meam à populo isto dicit Dominus, misericordiam & miserationes. Et morientur grandes, & parui in terra ista: non sepelientur neque plangentur: & non se incident, neque caluitium fiet pro eis. Et non frangent inter eos lugenti panem ad consolandum super mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad consolandum super patre suo & matre. Et domum conuiuij non ingrediaris, vt sedeas cum eis, & comedas, & bibas. quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce, ego auferam de loco isto in oculis vestris, & in diebus vestris vocem gaudij, & vocem lætitiæ, vocem sponsi & vocem sponsæ. Et cùm annuntiaueris populo
Supra.5.e. huic omnia verba hæc, & dixerint tibi, ‖Quare locutus est Dominus super nos omne malū grande istud? quæ iniquitas nostra? & quod peccatum nostrū quod peccauimus Domino Deo nostro? Dices ad eos, Quia dereliquerunt me patres vestri, ait Dominus: & abierunt post deos alienos, & seruierunt eis, & a-
C dorauerunt eos: & me dereliquerunt, & legem
Supra.7.f. meam non custodierunt. ‖Sed & vos peius operati estis, quàm patres vestri. Ecce enim
Infra.23.b. ambulat vnusquisque post prauitatem cordis sui mali, vt me non audiat. ‖Et eijciam vos de terra hac, in terram quam ignoratis vos, & patres vestri: & seruietis ibi dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicetur vltrà, Viuit Dominus qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed, Viuit Dominus qui eduxit filios Israel de terra Aquilonis, & de vniuersis terris ad quas eieci eos: & reducam eos in terram suam, quam dedi patribus eorum. Ecce, ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabūtur eos: & post D hæc mittā eis multos venatores, & venabuntur eos de omni mōte, & de omni colle, & de cauernis petrarū. Quia oculi mei super omnes vias eorum: non sunt absconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam primum duplices iniquitates & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam in morticinis idōlorum suorum, & abominationibus suis impleuerūt hæreditatem meam. Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent, Verè mendacium possederūt patres nostri, vanitatem quæ eis non profuit. Nunquid faciet sibi homo deos, & ipsi non sunt dij? Idcirco ecce ego ostendam eis per vicem hanc, ostendam eis manum meam, & virtutem meam: & scient quia nomen mihi Dominus.

S. Iudæi in peccato obstinati, & ob id vastandi dicuntur: maledictus qui confidit in homine, & benedictus qui in Deo confidit: solus Deus scrutatur corda, & cuique reddit iuxta viam suam: petit propheta à Deo, in quo spem habuit, liberari, & inimicos confundi: præcipit Deus de obseruando sabbatho, vt omnia sint ipsi Ierusalem prospera, quæ alioqui igne consumetur.

CAP. XVII.

PEccatum Iuda scriptum est stilo ferreo A in vngue adamantino, exaratum super latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum. Cùm recordati fuerint filij eorum ararum suarum, & lucorum suorū, lignorumq; frondētium in montibus excelsis, sacrificantes in agro: fortitudinem tuam & omnes thesauros tuos in direptionē dabo, excelsa tua propter peccata in vniuersis finibus tuis. Et relinquēris sola ab hæreditate tua, quā dedi tibi, & seruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem succendisti in furore meo, vsque in æternum ardebit. Hæc dicit Dominus, ‖ Maledictus ho- Infr.48.a.
mo qui confidit in homine, & ponit carnem brachium suū, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quasi myricæ in deserto, & nō videbit cū venerit bonū: sed habitabit in siccitate

in

Universidad de Deusto Biblioteca

in deserto in terra salsuginis & inhabitabili.
B Benedictus vir qui confidit in Domino, & e-
Psalm.1.a. rit Dominus fiducia eius.||Et erit quasi lignũ
quod transplantatur super aquas, quod ad hu
morem mittit radices suas: & non timebit
cùm venerit æstus. Et erit folium eius viride.
& in tempore siccitatis non erit solicitum,
nec aliquando desinet facere fructum. Pra-
"omnium.7 uum est cor" hominis'& inscrutabile: quis co
Apoca.2.f. gnoscet illud? || Ego Dominus scrutans cor,
Psal.7.c. 1.Re.16.b. & probans renes: qui do vnicuiq; iuxta viam
suam, & iuxta fructum adinuentionum sua-
rum. Perdix fouit quæ non peperit: fecit diui
tias, & non in iudicio: in dimidio dierũ suo-
rum derelinquet eas, & in nouissimo suo erit
insipiens. Solium gloriæ altitudinis à princi-
pio, locus sanctificationis nostræ. Expectatio
Israel Domine, omnes qui te derelinquunt,
confundentur: recedentes à te, in terra scri-
bentur: quoniam dereliquerũt venam aqua-
C rum viuentium Dominum. Sana me Domi-
ne, & sanabor: saluum me fac, & saluus ero:
quoniam laus mea tu es. Ecce ipsi dicunt ad
me, Vbi est verbum Domini? veniat. Et ego
non sum turbatus, te pastorem sequens: &
diem hominis non desyderaui, tu scis. Quod
egressum est de labijs meis, rectum in conspe
ctu tuo fuit. Non sis tu mihi formidini, spes
mea tu in die afflictionis, Confundantur qui
me persequuntur, & non confundar ego: pa-
ueant illi, & non paueam ego: induc super eos
diem afflictionis, & duplici contritione con-
tere eos. Hæc dicit Dominus ad me, Vade, &
sta in porta filiorum populi per quam ingre-
diuntur reges Iuda, & egrediuntur, & in cun-
ctis portis Ierusalem: & dices ad eos, Audite
verbum Domini reges Iuda, & omnis Iuda,
D cunctiq; habitatores Ierusalẽ qui ingredimi-
ni per portas istas. Hæc dicit Dominus, Cu-
stodite animas vestras, & nolite portare pon
dera in die sabbathi: nec inferatis per portas
Ierusalẽ. Et nolite eijcere onera de domibus
vestris in die sabbathi, & omne opus non fa
cietis: sanctificate diem sabbathi, sicut præce-
pi patribus vestris, & non audierunt, nec in-
clinauerunt aurem suam: sed indurauerunt
ceruicem suam ne audirent me, & ne accipe-
rent disciplinam. Et erit, si audieritis me, dicit
Dominus, vt non inferatis onera per portas
ciuitatis huius in die sabbathi: & si sanctifica
ueritis diem sabbathi, ne faciatis in eo omne
opus: Ingredientur per portas ciuitatis huius
reges & principes, sedentes super solium Da-
uid, & ascendentes in curribus & equis, ipsi &
principes eorum viri Iuda, & habitatores Ie-
rusalem: & habitabitur ciuitas hæc in sempi-
ternum. Et venient de ciuitatibus Iuda, & de
circuitu Ierusalem, & de terra Ben-iamin, &
de campestribus, & de montuosis, & ab Au-
stro, portantes holocaustum, & victimam, &
sacrificium, & thus, & inferent oblationem
in domum Domini. Si autem non audieritis
me, vt sanctificetis diem sabbathi, & ne porte
tis onus, & ne inferatis per portas Ierusalem
in die sabbathi, succendam ignem in portis
eius, & deuorabit domos Ierusalem, & non
extinguetur.

S. *Exemplo figuli ostendit Dominus in manu sua esse domum Israel, vt iuxta ipsorum merita eis faciat, etiam si prius aliud se facturũ dixerit: propter obstinatã Iudæorum malitiã denuntiatur eis interitus: conspiratio Iudæorum contra Ieremiam, ipsius quoque ad Deum lamentatio, & pœnarum quæ inimicos sequentur denuntiatio.* CAP. XVIII.

VErbum quod factum est ad Ieremiam A
à Domino, dicens, Surge & descende
in domum figuli, & ibi audies verba
mea. Et descendi in domum figuli, & ecce, ip-
se faciebat opus super rotam. Et dissipatum
est vas quod ipse faciebat è luto manibus suis
conuersusque fecit illud, vas alterum sicut
placuerat in oculis eius vt faceret, Et factum
est verbum Domini ad me, dicens, ||Nunquid Rom.9.d.
sicut figulus iste, non potero vobis facere,
domus Israel? ait Dominus, ecce, sicut lutum
in manu figuli, sic vos in manu mea, domus
Israel. Repentè loquar aduersum gentem &
aduersus regnum, vt eradicem & destruam & Isai.45.b.
disperdam illud.||Si pœnitentiam egerit gens Supra.1.b.
illa à malo suo quod locutus sum aduersus
eam: agam & ego pœnitentiam super malo B
quod cogitaui vt facerem ei. Et subito loquar
de gente & de regno, vt ædificem & plantem
illud, Si fecerit malum in oculis meis, vt non
audiat vocem meam: pœnitentiã agam super
bono quod locutus sum vt facerem ei. Nunc
ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ierusa-
lem, dicens, Hæc dicit Dominus, ||Ecce, ego Ionæ.3.d.
fingo contra vos malũ, & cogito contra vos Infr.25.b. 35.c.
cogitationem. reuertatur vnusquisque à via
sua mala, & dirigite vias vestras & studia ve-
stra. Qui dixerunt, Desperauimus: post cogi-
tationes enim nostras ibimus, & vnusquisq;
prauitatẽ cordis sui mali faciemus. Ideò hæc
dicit Dominus, Interrogate gentes, Quis au-
diuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo
Israel? Nunquid deficiet de petra agri nix Li-
bani? aut euelli possunt aquæ erumpentes fri
gidæ, & defluentes? Quia oblitus est mei po- C
pulus meus, frustra libantes, & impingentes
in vijs suis, in semitis seculi, vt ambularẽt per
eas in itinere non trito: Vt fieret terra eorum
in desolationem, & in sibilum sempiternum:
omnis qui præterierit per eam, obstupescet, Infr.19.c. 49.c.&. 50.c.
& mouebit caput suum. ||Sicut ventus vrens
disper-

dispergam eos coram inimico: dorsum, &
non faciem ostendam eis in die perditionis
eorum. Et dixerunt, Venite, & cogitemus
contra Ieremiam cogitationes: non enim pe
ribit lex à sacerdote, neq; consilium à sapien-
te, nec sermo à propheta. venite, & percutia-
mus eum lingua, & non attendamus ad vni-
uersos sermones eius. Attende Domine ad
me, & audi vocem aduersariorum meorum.
Nunquid redditur pro bono malum, quia fo
D derunt foueam animæ meæ? Recordare quòd
steterim in conspectu tuo vt loquerer pro eis
bonum, & auerterem indignationem tuam
ab eis. Propterea da filios eorum in famem, &
deduc eos in manus gladij: fiant vxores eo-
rum absque liberis, & viduæ: & viri earum
interficiantur morte: iuuenes eorum confo-
diantur gladio in prælio. Audiatur clamor de
domibus eorum, adduces enim super eos la-
tronem repente: quia foderunt foueam, vt
caperent me, & laqueos absconderunt pedi-
bus meis. Tu autem Domine scis omne con-
silium eorum aduersum me in mortem: ne
propitieris iniquitati eorum, & peccatum
eorum à facie tua non deleatur: fiant corru-
entes in conspectu tuo, in tempore furoris
tui abutere eis.

S. *Ieremias per lagunculam terreã quam fregit, ostendit populum Ierusalem perdendum gladio & fame in obsidione, in qua patres filios comedant, propter multiplicem ipsorum idololatriam & contemptum verbi Dei.*

CAP. XIX.

A HAec dicit Dominus, Vade, & accipe
lagunculam figuli testeã à senioribus
populi, & à senioribus sacerdotum:
Et egredere ad vallem filij Ennom, quæ est
iuxta introitũ portæ fictilis: & prædicabis ibi
verba quæ ego loquar ad te. Et dices, Audite
verbum Domini reges Iuda, & habitatores
Ierusalem: hæc dicit Dominus exercituum,
Deus Israel, Ecce, ego inducam afflictionem
super locum istum: ita vt omnis qui audierit
illam, tinniant aures eius: Eò quòd derelique-
rint me, & alienum fecerint locum istum: &
libauerunt in eo dijs alienis, quos nescierunt
ipsi, & patres eorum, & reges Iuda, & repleue
runt locum istum sanguine innocentum. Et
ædificauerunt excelsa Baalim ad comburen-
dos filios suos igni in holocaustum Baalim:
quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascen
B derunt in cor meum. Propterea ecce dies ve-
niunt, dicit Dominus: & non vocabitur am-
plius locus iste, Topheth, & Vallis filij En-
nom, sed Vallis occisionis. Et dissipabo con-
siliũ Iuda & Ierusalem in loco isto: & subuer
tam eos gladio in cõspectu inimicorum suo-
rum, & in manu quærentium animas eorum:
& dabo cadauera eorum escam volatilibus
cœli, & bestijs terræ.||Et ponam ciuitatẽ hanc Supra.28.c Infra.49.c &.50.c.
in stuporem, & in sibilum: omnis qui præte-
rierit per eam, obstupescet, & sibilabit super
"vniuersa plaga'eius. Et cibabo eos carnibus "vniuersas plagas.4.
filiorum suorũ, & carnibus filiarum suarum: C
& vnusquisque carnem amici sui comedet in
obsidione & in angustia in qua concludent
eos inimici eorum, & qui quærũt animas eo-
rum. Et conteres lagunculam in oculis viro-
rum qui ibunt tecum. & dices ad eos, Hæc di-
cit Dominus exercituum, Sic conteram po-
pulum istum & ciuitatem istam, sicut con-
teritur vas figuli quod nõ potest vltrà instau-
rari: & in Topheth sepelientur, eo quòd non
sit alius locus ad sepeliẽdum. Sic faciam loco
huic, ait Dominus, & habitatoribus eius: &
ponã ciuitatẽ istam sicut Topheth. Et erunt D
domus Ierusalẽ & domus regum Iuda sicut lo
cus Topheth, immũdæ: omnes domus, in qua
rum domatibus sacrificauerunt omni militiæ
cœli, & libauerunt libamina dijs alienis. Ve-
nit autem Ieremias de Topheth, quo mise-
rat eum Dominus ad prophetandum, & stetit
in atrio domus Domini, & dixit ad omnem
populum, Hæc dicit Dominus exercituum
Deus Israel, Ecce, ego inducam super ciuita-
tem hanc, & super omnes vrbes eius vniuer-
sa mala quæ locutus sum aduersum eam: quo-
niam indurauerũt ceruicem suam, vt non au
dirent sermones meos.

S. *Percussus Ieremias mittitur à Phassur in neruum, & ab eodem eductus vaticinatur illi tanquam pseudoprophetæ, & omnibus amicis eius, totique Iudææ captiuitatem Babylonicam: conqueritur se rideri & pati opprobrium ac persecutionem ob verbum Domini, maledicitque diei natiuitatis suæ.*

CAP. XX.

ET audiuit Phassur filius Emmer sacer- A
dos, qui cõstitutus erat princeps in do-
mo Domini, Ieremiam prophetantem
sermones istos. Et percusit Phassur Ieremi-
am prophetam, & misit eum in neruũ, quod
erat in porta Ben-iamin superiori, in domo
Domini. Cumque illuxisset in crastinum, e-
duxit Phassur Ieremiam de neruo. & dixit ad
eum Ieremias, Non Phassur vocauit Domi-
nus nomen tuum, sed pauorẽ vndique: Quia
hæc dicit Dominus, Ecce, ego dabo te in pa-
uorem, te & omnes amicos tuos: & corruent
gladio inimicorum suorum, & oculi tui vide-
bũt. & omnem Iudam dabo in manũ regis Ba
bylonis: & traducet eos in Babylonem, & per-
cutiet eos gladio. Et dabo vniuersam substan B
tiã ciuitatis huius, & omnem laborẽ eius, om-
neque pretiũ, & cunctos thesauros regũ Iuda
dabo in manu inimicorũ eorum: & diripient
eos

eos,& tollent, & ducent in Babylonem. Tu autem Phassur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonem venies, & ibi morieris: ibique sepelieris tu, & omnes amici tui quibus prophetasti mendaciũ. Seduxisti me Domine, & seductus sum: fortior me fuisti & inualuisti: factus sum in derisum tota die, omnes subsannant me. Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vastitatem clamito: & factus est mihi sermo Domini in opprobriũ, & in derisum tota die. Et dixi, Non recordabor eius, neque loquar vltrà in nomine illius. & factus est in corde meo quasi ignis exestuãs, claususque in ossibus meis: & defeci, ferre non sustinens. Audiui enim contumelias multorum, & terrorem in circuitu, Persequimini, & persequamur eum, ab omnibus viris qui erant pacifici mei, & custodientes latus meum: si quo modo decipiatur, & præualeamus aduersus eum, & consequamur vltionem ex eo. Dominus autem mecum est quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer, ‖quia non intellexerunt opprobrium sempiternũ quod nunquam delebitur. Et tu Domine exercituum ‖probator iusti, qui vides renes & cor: videam quæso vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui causam meam. Cantate Domino, laudate Dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorũ. ‖Maledicta dies in qua natus sum: dies in qua peperit me mater mea nõ sit benedicta. Maledictus vir qui annuntiauit patri meo, dicẽs, Natus est tibi puer masculus: & quasi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille vt sunt ciuitates quas subuertit Dominus, & nõ pœnituit eum: audiat clamorẽ manè, & vlulatum in tempore meridiano: "qui' nõ me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea sepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. Quare de vulua egressus sum, vt viderem laborem & dolorem, & consumerentur in confusione dies mei?

Infra. 23. g

Supra. 11. d.

Iob. 3. a.

"quia. 2.

S. Respõdet Ieremias nuntijs Sedeciæ regis super obsidione regis Nabuchodonosor, Iudam vastandum peste, gladio, fame, & captiuitate, solosque eos victuros qui transfugerint ad Chaldæos: hortatur etiam vt faciant iudicium, ne indignatio Domini penitus ipsos consumat.

CAP. XXI.

A VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, quando misit ad eum rex Sedecias Phassur filium Melchiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, dicens, Interroga pro nobis Dominum, quia Nabuchodonosor rex Babylonis præliatur aduersum nos: si fortè faciat Dominus nobiscum secundùm omnia mirabilia sua, & recedat à nobis. Et dixit Ieremias ad eos. Sic dicetis Sedeciæ, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ecce, ego conuertam vasa belli quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regem Babylonis & Chaldæos, qui obsident vos in circuitu murorum: & congregabo ea in medio ciuitatis huius. Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. Et percutiam habitatores ciuitatis huius: homines & bestiæ pestilentia magna morientur. Et post hoc, ait Dominus, dabo Sedeciam regem Iuda, & seruos eius, & populum eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste, & gladio, & fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorum eorũ, & in manu quærentium animam eorum: & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur neque parcet, nec miserebitur. Et ad populum hunc dices, Hæc dicit Dominus, ‖Ecce ego do coram vobis viam vitæ, & viam mortis. Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peste: qui autem egressus fuerit, & transfugerit ad Chaldæos, qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua quasi spolium. Posui enim faciem meam super ciuitatem hanc in malum, & non in bonum, ait Dominus: in manu regis Babylonis dabitur, & exuret eam igni. Et domui regis Iuda, Audite verbum Domini. Domus Dauid, hæc dicit Dominus, ‖Iudicate manè iudicium, & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorum. Ecce, ego ad te habitatricem vallis solidæ atque campestris, ait Dominus: qui dicitis, Quis percutiet nos? & quis ingredietur domos nostras? Et visitabo super vos iuxta fructum studiorum vestrorum, dicit Dominus: & succendam ignem in saltu eius: & deuorabit omnia in circuitu eius.

Infra. 22. a.

S. Hortatur regem Iuda & populum eius vt faciant iudicium & iustitiam, quo omnia prosperè ipsis succedant, alioqui erunt omnes in direptionem: quodq; Sellum siue Ioacim filius Iosiæ regis Iuda non sit in Ierusalem reuersurus: increpat eos qui ex iniustitia ædificant, promittentes sibi fœlicitatem patrum iustorũ: vaticinatur aduersus impium Ioacim filium Iosiæ quòd sepultura sit carituras, & huius filius impijssimus Iechonias cum matre ducendus in Babylonem, ibique moriturus.

CAP. XXII.

HAec dicit Dominus: Descende in domum regis Iuda, & loquêris ibi verbũ hoc, & dices, Audi verbum Domini rex Iuda, qui sedes super solium Dauid: tu & serui tui, & populus tuus, qui ingredimini per portas istas. Hæc dicit Dominus, ‖Facite iudicium & iustitiam: & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbum istud: ingredientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronum eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & serui, & populus eorum. ‖Quòd si non audieritis verba hæc: in memetipso iuraui, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc. Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iuda, Galaad tu mihi caput Libani: si non posuero te solitudinem, vrbes inhabitabiles. Et sanctificabo super te interficientem virum & arma eius: & succident electas cedros tuas & præcipitabũt in ignem. Et pertransibunt gentes multæ per ciuitatẽ hanc: & dicet vnusquisque proximo suo, Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grandi? Et respõdebunt, Eo quòd dereliquerint pactum Domini Dei sui, & adorauerint deos alienos, & seruierint eis. Nolite flere mortuum, neque lugeatis super eum fletu: plangite eum qui egreditur, quia non reuertetur vltrà, nec videbit terram natiuitatis suæ. Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ regem Iuda, qui regnauit pro Iosia patre suo, qui egressus est de loco isto. Non reuertetur huc amplius: sed in loco ad quẽ transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit amplius. Væ qui ædificat domũ suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicũ suum opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei. Qui dicit, Aedificabo mihi domum latam, & cœnacula spacioſa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina, pingitq; sinopide. Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam tunc cùm bene erat ei? Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suum, nunquid nõ ideò quia cognouit me, dicit Dominus? Tui verò oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis. Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filium Iosiæ regem Iuda, Non plangent eum, Væ frater & væ soror: non concrepabunt ei, Væ domine, & væ inclyte. Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem. Ascende Libanum, & clama: & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes, quia cõtriti sunt omnes amatores tui. Locutus sum ad te in abũdantia tua: dixisti, Non audiam, hæc est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confundêris, & erubescES ab omni malitia tua. Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo cõgemuisti cùm venissent tibi dolores, quasi dolores parturientis? Viuo ego, dicit Dominus: quia si fuerit Iechonias filius Ioacim regis Iuda, anulus in manu dextera mea, inde euellam eũ. Et dabo te in manu quærẽtium animam tuã, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. Et mittam te & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non estis, ibique moriemini: & in terram ad quam ipsi leuant animam suam, vt reuertantur illuc: nõ reuertentur. Nunquid vas fictile atque contritum vir iste Iechonias? nunquid vas absq; omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram quam ignorauerunt? Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. Hæc dicit Dominus, Scribe virum istum sterilem, virum qui in diebus suis non prosperabitur. nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltrà in Iuda.

Supr. 21. d.

Deut. 17. d 3. Reg. 9. b.

Infra. 22. d.

S. Comminatur Dominus pastoribus qui gregem dispergunt ac lacerant, promittens se reductu rum reliquias gregis ad locum suum, ac suscitaturum pastores & germẽ Dauid iustum, sub quo magna fruentur fœlicitate: vaticinatur quoque pseudoprophetis æternum opprobrium, qui populum decipiunt, volentes vt obliuiscatur nominis Domini, & prophetant absque Dei voluntate, sermonem Domini Onus appellantes.

CAP. XXIII.

VAe pastoribus qui disperdunt & dilacerant gregem pascuæ meæ, dicit Dominus. Ideò hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populum meum, Vos dispersistis gregem meum, & eiecistis eos: & non visitastis eos: ecce, ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorũ, ait Dominus. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertam eos ad rura sua, & crescent & multiplicabuntur. Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: *non formidabunt vltrà, & non pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus. ‖Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo Dauid germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium & iustitiam in terra. ‖In diebus "illis' saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen quod vocabũt eum, Dominus iustus noster. Propter hoc

Ezec. 34. a

*6. 11.

Ioa. 33. c. Isaiæ. 4. b. 40. c. & 45. b.

Supr. 16. c. Danie. 9. g Ioan. 1. g. "illius. 1.

ecce dies veniũt, dicit Dominus, & nõ dicent
vltrà, Viuit Dominus, qui eduxit filios Israel
Deut.33.d. de terra Aegypti: Sed, ‖Viuit Dominus qui e-
duxit & adduxit semen domus Israel de terra
Aquilonis, & de cunctis terris ad quas eie-
ceram eos illuc: & habitabunt in terra sua. Ad
prophetas: Contritum est cor meum in me-
dio mei, contremuerunt omnia ossa mea: fa-
ctus sum quasi vir ebrius: & quasi homo ma-
didus à vino, á facie Domini, & à facie ver-
*adulterijs. borum sanctorum eius. Quia *adulteris' repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit
terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cur-
sus eorum malus, & fortitudo eorum diſsi-
C milis. Propheta nanque & sacerdos polluti
sunt: & in domo mea inueni malum eorum,
ait Dominus. Idcircò via eorum erit quasi lu-
bricum in tenebris: impellentur enim, & cor-
ruent in ea: afferam enim super eos mala, an-
num visitationis eorum, ait Dominus. Et in
prophetis Samariæ vidi fatuitatem: ▷&' pro-
phetabant in Baal, & decipiebant populum
meum Israel. Et in prophetis Ierusalem vidi
▷.7. similitudinem *adulterantium', & iter menda
*adulte- cij: & confortauerunt manus peſsimorũ, vt
rium.15. non conuerteretur vnuſquiſq; à malitia ſua:
facti sunt mihi omnes vt Sodoma, & habita-
tores eius quasi Gomorrha. Propterea hæc di-
Supra.9.c. cit Dominus exercituum ad prophetas, ‖Ec-
D ce, ego cibabo eos absynthio, & potabo eos
felle: à prophetis enim Ierusalem egreſsa est
pollutio super omnem terram. Hæc dicit Do
minus exercituum, Nolite audire verba pro-
phetarum, qui prophetant vobis, & decipiũt
vos: visionem cordis sui loquuntur, non de
ore Domini. Dicunt his qui blaſphemant
me, Locutus est Dominus, Pax erit vobis. &
omni qui ambulat in prauitate cordis sui, di-
xerunt, Non veniet super vos malum. Quis
enim affuit in consilio Domini, & vidit & au
diuit sermonem eius? quis considerauit ver-
bum illius, & audiuit? Ecce, turbo Domini-
cæ indignationis *egredietur', & tempeſtas e-
*egredietur. 6. rumpens: super caput impiorum veniet. Non
E reuertetur furor Domini, vſque dum faciat,
& vſque dum compleat cogitationem cordis
sui. in nouiſsimis diebus intelligetis consi-
Supr.14.c. lium eius. ‖Non mittebam prophetas, & ipsi
Infra.27.c. currebant: non loquebar ad eos, & ipsi pro-
&.29.c phetabant. Si stetiſsent in consilio meo, &
nota feciſsent verba mea populo meo: auer-
tiſsem vtique eos à via sua mala, & à cogita-
tionibus suis peſsimis. Putáſne Deus è vicino
ego sum, dicit Dominus? & nõ Deus délõge?
Si occultabitur vir in abſcõditis: & ego non
videbo eum, dicit Dominus? nunquid non
cœlum & terrã ego impleo: dicit Dominus?
Audiui quæ dixerunt prophetæ, prophetãtes
in nomine meo mendacium, atque dicentes,
Somniaui, ſomniaui. Vſquequo iſtud est in
corde prophetarum vaticinantium menda-
cium, & prophetantium ſeductiones cordis F
ſui? Qui volunt facere vt obliuiſcatur popu-
lus meus nominis mei propter ſomnia eo-
rum quæ narrat vnuſquiſque ad proximum
ſuum: ſicut obliti sunt patres eorum nominis
mei propter Baal. Propheta qui habet ſom-
nium, narret ſomnium: & qui habet ſermo-
nem meum, loquatur ſermonem meum verè.
quid paleis ad triticum, dicit Dominus? Nũ-
quid nõ verba mea sunt quaſi ignis, dicit Do
minus: & quaſi malleus conterens petrã? Pro-
pterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus:
qui furantur verba mea vnuſquiſque à proxi-
mo ſuo. Ecce ego ad prophetas, ait Domi-
nus: qui aſſumunt linguas ſuas, & aiunt, Di-
cit Dominus. Ecce, ego ad propheras ſomni-
antes mendacium, ait Dominus: qui narraue-
runt ea, & ſeduxerunt populũ meum in men
dacio ſuo, & in miraculis ſuis: cùm ego non
miſiſſem eos, nec mãdaſſem eis: qui nihil pro-
fuerunt populo huic, dicit Dominus. Si igi- G
tur interrogauerit te populus iſte, vel prophe
ta, aut ſacerdos, dicens, Quod est onus Domi
ni? dices ad eos, Vt quid vobis onus? proij-
ciam quippe vos, dicit Dominus. Et prophe-
ta & ſacerdos, & populus qui dicit, Onus Do
mini: viſitabo ſuper virum illum, & ſuper do
mum eius. Hæc dicetis vnuſquiſque ad pro-
ximum & ad fratrem ſuum, Quid reſpondit
Dominus? Et quid locutus est Dominus? Et
onus Domini vltrà non memorabitur: quia
onus erit vnicuique ſermo ſuus: & peruerti-
ſtis verba Dei viuentis, Domini exercituum
Dei noſtri. Hæc dices ad prophetam, Quid re-
ſpondit tibi Dominus? & quid loquutus est
Dominus? Si autem onus Domini dixeritis:
propter hoc hæc dicit Dominus, Quia dixi-
ſtis ſermonem iſtum, Onus Domini: & miſi
ad vos, dicens, Nolite dicere Onus Domini:
propterea ecce ego tollam vos portans, & de-
relinquam vos, & ciuitatem quam dedi vo-
bis, & patribus veſtris à facie mea. ‖Et dabo Sup.20.e
vos in opprobrium ſempiternum, & in igno-
miniam æternam, quæ nunquam obliuione
delebitur.

S. *Calathus bonarum ficuum deſignat captiuos in Babylonia Iudæos, quos dicit Dominus ſe reducturum in terram ſuam, qui toto corde ad ipſum reuertẽtur: calathus autem malarum ficuum ſignificat eos qui manſerant Ieroſolymis, & poſtea fugerant in Ægyptum quos dicit ſe daturum in opprobrium & maledictionem.*

CAP. XXIIII.

Oſtendit

A Oſtendit mihi Dominus: & ecce duo
calathi pleni ficis, poſiti ante tem-
plum Domini poſtquam tranſtulit
Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam
filium Ioacim regem Iuda, & principes eius,
& fabrum, & incluſorem de Ieruſalem: & ad-
duxit eos in Babylonem. Calathus vnus, fi-
cus bonas habebat nimis: vt ſolent ficus eſſe
primi temporis. & calathus vnus, ficus habe-
bat malas nimis, quæ comedi non poterant,
B eò quòd eſſent malæ. Et dixit Dominus ad
me, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, ficus: fi-
cus bonas, bonas valde: & malas, malas val-
de: quæ comedi non poſſunt, eò quòd ſunt
malæ. Et factum est verbum Domini ad me,
dicens. Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Si-
cut ficus hæ bonæ: ſic cognoſcam trãſmigra-
tionem Iuda, quam emiſi de loco iſto in ter-
C ram Chaldæorum, in bonum. Et ponam ocu-
los meos ſuper eos ad placandũ. Et reducam
eos in terram hanc: & ædificabo eos, & non
deſtruam: & plãtabo eos, & non euellã. Et da
Infra.24.d. bo eis cor, vt ſciant me: quia ego ſum Domi-
nus: ‖Et erunt mihi in populũ, & ego ero eis
Infra.29.d in Deum: quia reuertentur ad me in toto cor
de ſuo. ‖Et ſicut ficus peſsimæ, quæ comedi
nõ poſſunt eò quòd ſint malæ: Hæc dicit Do
minus, ſic dabo Sedeciam regem Iuda, & prin
cipes eius, & reliquos de Ieruſalẽ, qui reman-
ſerunt in vrbe hac, & qui habitãt in terra Ae-
D gypti. Et dabo eos in vexationem, afflictio-
nemque omnibus regnis terræ: in opprobri-
um, & in parabolam, & in prouerbium, & in
maledictionem in vniuerſis locis ad quæ eie-
ci eos. Et mittam in eis gladium, & famem,
& peſtem: donec cõſumantur de terra, quam
dedi eis, & patribus eorum.

S. *Quia noluerunt audire Ieremiam nec reliquos prophetas adhortantes ad pœnitentiam, prædicit excidium Ieroſolymorum, & captiuitatem ſeptuaginta annorum, ac deinde perditionem regum qui ipſos tenebant captiuos: quapropter iubetur Ieremias ciuitatibus Iudæ ac cæteris regibus terrarum propinare calicem furoris Domini: vlulatũ quoque prænuntiat paſtoribus ac optimatibus.*

CAP. XXV.

A Verbum quod factũ est ad Ieremiam
de omni populo Iudæ in anno quar-
to Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, ipſe
est annus primus Nabuchodonoſor regis Ba-
*cap.8. bylonis. *Quod' locutus est Ieremias prophe-
ta ad omnem populum Iuda, & ad vniuerſos
habitatores Ieruſalem dicens, A tertiodecimo
anno Ioſiæ filij Amõ regis Iuda vſque ad diẽ
hanc: iſte tertius & viceſimus annus, factum
est verbum Domini ad me, & locutus ſum ad
vos de nocte cõſurgens & loquẽs: & non au-
diſtis. Et miſit Dominus ad vos omnes ſer-
uos ſuos prophetas, cõſurgens diluculo, mit-
tenſq;: & non audiſtis, neq; inclinaſtis aures
veſtras vt audiretis, cũ diceret, ‖Reuertimini 4.Re.17.d
vnuſquiſq; à via ſua mala, & à peſsimis cogi- Supr.18.e.
tationibus veſtris, & habitabitis in terra quã Infra.35.e.
B dedit Dominus vobis, & patribus veſtris, à ſe-
culo & vſq; in ſeculum. Et nolite ire poſt de-
os alienos, vt ſeruiatis eis: adoretiſq; eos: neq;
me ad iracundiã prouocetis in operibus ma-
nuum veſtrarũ, & non affligã vos. Et non au-
diſtis me, dicit Dominus: vt me ad iracundi-
am prouocaretis in operibus manuum veſtra
rum, in malum veſtrum. Propterea hæc dicit
Dominus exercituũ, Pro eo quòd non audi-
iſtis verba mea, ecce ego mittã, & aſſumã vni
uerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus,
& Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruũ
meum: & adducã eos ſuper terram iſtã, & ſu-
per habitatores eius, & ſuper omnes nationes
quæ in circuitu illius ſunt: & interficiã eos, &
ponam eos in ſtuporẽ & in ſibilum, & in ſo-
litudines ſempiternas. Perdamq; ex eis vocẽ
gaudij & vocẽ lætitiæ, vocẽ ſponſi & vocem
ſponſæ, vocẽ molæ, & lumen lucernæ. Et erit C
vniuerſa terra hæc in ſolitudinẽ & in ſtupo-
rem: & ſeruiẽt omnes gentes iſtæ regi Baby-
lonis ſeptuaginta annis. ‖Cumq; impleti fue Infr.29.c.
rint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper regem 2.Par.36.d
Babylonis, & ſuper gentem illam, dicit Do- 1.Eſdr.1.a
minus, iniquitatem eorum, & ſuper terram Daniel.9.a
Chaldæorum: & ponam illam in ſolitudines
ſempiternas. Et adducam ſuper terram illam
omnia verba mea quæ locutus ſum contra ea-
am, omne quod ſcriptum est in libro iſto,
quæcunquæ prophetauit Ieremias aduerſum
omnes gentes: Quia ſeruierunt eis cùm eſſent
gentes multæ & reges magni: & reddam eis
ſecundum opera eorum, & ſecundum facta
manuũ ſuarum. Quia ſic dicit Dominus ex-
ercituum Deus Iſrael, Sume calicem vini fu- D
roris huius de manu mea: & propinabis de il-
lo cunctis gentibus ad quas ego mittam te.
Et bibent, & turbabuntur, & inſanient à fa-
cie gladij quem ego mittam inter eos. Et ac-
cepi calicem de manu Domini, & propinaui
cunctis gentibus ad quas miſit me Dominus:
Ieruſalem, & ciuitatibus Iuda, & regibus e-
ius & principibus eius: vt darem eos in ſoliu-
dinem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in
maledictionẽ, ſicut est dies iſta. Pharaoni re-
gi Aegypti, & ſeruis eius, & principibus eius,
& omni populo eius, & vniuerſis generali-
ter: cunctis regibus terræ Auſitidis, & cũctis
regibus terræ Philiſthiim, & Aſcalonis & Ga-
zæ, & Accarõ, & reliquijs Azoti, & Idumææ,
& Moab, & filijs Ammon: Et cunctis regibus
Tyri, & vniuerſis regibus Sidõnis: & regibus

terræ insularum qui sunt trans mare. Et Dedan, & Thema, & Buz, & vniuersis qui attonsi sunt in comam. Et cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deserto, Et cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum: cunctis quoque regibus Aquilonis de prope & de longe, vnicuique contra fratrem suum: & omnibus regnis terræ, quæ super faciem eius sunt: & rex Sesach bibet post eos. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadite, neque surgatis, à facie gladij quem ego mittam inter vos. Cumque noluerint accipere calicem de manu tua vt bibant, dices ad eos, Hæc dicit Dominus
1.Pet. 4.d. exercituum, ‖Bibentes bibetis: quia ecce, in ciuitate in qua inuocatum est nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes. gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ dicit Dominus exercituum. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices
Ioel.3.d. Amos.1.a. ad illos, ‖Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decôrem suum: celeusma quasi calcantium concinetur aduersus omnes habitatores terræ. Peruênit sonitus vsque ad extrema terræ: Quia iudicium Domino cum gentibus: iudicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus.
Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo
G magnus egredietur à summitatibus terræ. Et erunt interfecti Domini in die illa à summo terræ vsque ad summum eius: non plangentur & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ iacebunt.
Vlulate pastores & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia completi sunt dies vestri, vt interficiamini, & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa. Et peribit fuga à pastoribus, & saluatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris pastorum, & vlulatus optimatum gregis: quia vastauit Dominus pascua eorum. Et conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini. Dereliquit quasi leo vmbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

S. Prophetans Ieremias excidium Ierosolymorũ nisi resipiscant, comprehẽditur à sacerdotibus & prophetis, sed liberatur per principes seniores ne occidatur, prolatis exemplis Michææ & Vriæ prophetarum. CAP. XXVI.

A IN principio regni Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud à Domino, dicens, Hæc dicit Dominus, Sta in atrio domus Domini, & loquêris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt, vt adorent in domo Domini, vniuersos sermones quos ego mandaui tibi vt loquaris ad eos: noli subtrahere verbum: si fortè audiant & conuertantur vnusquisque à via sua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Si non audieritis me vt ambuletis in lege mea quam dedi vobis, vt audiatis sermones seruorum meorum prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, & dirigens & non audistis: ‖Dabo do- B
2.Reg.4.b mum istam sicut Silo, & vrbem hãc dabo in maledictionem cũctis gentibus terræ. Et audierunt sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini. Cùmque complesset Ieremias loquens omnia quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuersum populum: apprehenderũt eum sacerdotes & prophetæ, & omnis populus, dicens, Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine Domini, dicens, Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs ista desolabitur, eo quòd non sit habitator? Et congregatus est omnis populus aduersus Ieremiam in domo Domini. Et audierunt principes Iuda verba hæc: & ascenderũt de domo regis in do C
mum Domini, & sederunt in introitu portæ domus Domini nouæ. Et locuti sunt sacerdotes, & prophetæ ad principes, & ad omnem populum dicentes, Iudicium mortis est viro huic: quia prophetauit aduersus ciuitatem istam, sicut audistis auribus vestris. Et ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuersum populum, dicens, Dominus misit me vt prophetarem ad domum istam, & ad ciuita- D
Supra.7.a tem hanc omnia verba quæ audistis. ‖Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Domini Dei vestri: & pœnitebit Dominum mali quod locutus est aduersum vos. Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonũ & rectum est in oculis vestris. Veruntamẽ scitote & cognoscite quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra ciuitatẽ istã, & habitatores eius. in veritate enim misit me Dominus ad vos, vt loquerer in auribus vestris omnia verba hæc. Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes & ad prophetas. Nõ est viro huic iudiciũ mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos. Surrexerũt ergo viri de senioribus terræ, & dixerunt ad omnem
Michæ.3.d cœtum populi, loquentes, ‖Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda: & ait ad omnem populum Iudæ, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Sion quasi

*Domini quasi ager arabitur: & Ierusalem in aceruum lapidũ erit: & mons domus *in excelsa syluarum. Nunquid morte condemnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? nũquid non timuerũt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini: & pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat aduersum eos? *Itaque nos faci- *non facia-mus
mus' malum grande contra animas nostras. Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Cariath-iarim: & prophetauit aduersus ciuitatem istam, & aduersus terrã hãc iuxta omnia verba Ieremiæ. Et audiuit rex Ioacim, & omnes potentes, & principes eius verba hæc: & quæsiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fu-
G gitque, & ingressus est Aegyptũ. Et misit rex Ioacim viros in Aegyptum, Elnathan filium Achobor, & viros cum eo in Aegyptũ. Et eduxerunt Vriam de Aegypto: & adduxerunt eum ad regem Ioacim, & percussit eũ gladio: & proiecit cadauer eius in sepulchris vulgi ignobilis. Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt nõ traderetur in manus populi, & interficerent eum.

S. Vinculis ad varios reges missis, dicit illos, si seruire velint regi Babylonis eiusque posteris, per mansuros in terra sua: alioqui perituros gladio, fame & peste: inuehens in pseudoprophetas qui aliud vaticinantur, fallentes populum: prædicit etiam sacra vasa quæ reliqua sunt transferenda in Babilonem, & tandem referenda Ierosolymam. CAP. XXVII.

A IN principio regni Ioacim filiæ Iosiæ regis Iuda, factum est verbum istud ad Ieremiam à Domino, dicẽs, Hæc dicit Dominus ad me, Fac tibi vincula & catenas: & pones eas in collo tuo. Et mittes eas ad regẽ Edom, & ad regem Moab, & ad regẽ filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis: in manu nuntiorum qui venerũt Ierusalem ad Sedeciam regem Iuda. Et præcipies eis vt ad Dominos suos loquãtur. Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Hæc dicetis ad dominos vestros, Ego feci terrã, & homines, & iumenta, quæ sunt super faciẽ terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eã ei qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor regis Babylonis serui mei: insuper & bestias agri dedi ei, vt seruiant illi. Et seruient ei omnes gentes, & filio eius: & filio filij eius: donec veniat tem-
B pus terræ eius & ipsius: & seruient ei gentes multæ & reges magni. Gens autem & regnum quod non seruierit Nabuchodonosor regi Babylonis, & quicunque non curuauerit collum suum sub iugo regis Babylonis in gladio & in fame & in peste visitabo super gentẽ illam, ait Dominus: donec consumam eos in manu eius. Vos ergo nolite audire prophetas vestros, & diuinos, & somniatores, & augures, & maleficos qui dicũt vobis, Nõ seruietis regi Babylonis. Quia mendacium prophetãt vobis: vt longè vos faciãt de terra vestra, & eijciãt vos, & pereatis. Porrò gens quæ subiecerit seruicẽ suam sub iugo regis Babylonis, & seruierit ei: dimittã eam in terra sua, dicit Dominus: & colet eã, & habitabit in ea.
Et ad Sedeciam regẽ Iuda locutus sum secun C
dum omnia verba hæc, dicẽs, Subijcite colla vestra sub iugo regis Babylonis, & seruite ei, & populo eius, & viuetis. Quare moriemini tu, & populus tuus gladio, & fame, & peste, sicut locutus est Dominus ad gentẽ quæ seruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire verba prophetarum dicentiũ vobis, Nõ seruietis regi Babylonis: quia mendaciũ ipsi loquuntur vobis. ‖Quia nõ misi eos, ait Dominus: & Supr.14.c. 23.d. Infr.29.b.
ipsi prophetant in nomine meo mendaciter: vt eijciant vos, & pereatis tam vos, quã prophetæ qui vaticinantur vobis. Et ad sacerdotes, & ad populũ istũ locutus sum, dicẽs, Hæc D
dicit Dominus, Nolite audire verba prophetarum vestrorũ, qui prophetant vobis, dicentes, Ecce, Vasa Domini reuertentur de Babylone nũc cito, mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, sed seruite regi Babylonis, vt viuatis. quare datur hæc ciuitas in solitudinẽ? Et si prophetæ sunt, & est ver-
bum Domini in eis: occurrant Domino exercituum, vt non veniant vasa quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo regis Iuda, & in Ierusalem, in Babylonem. ‖ Quia 4.Re.25.a.
hæc dicit Dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad Bases, & ad reliqua vasorũ, quæ remãserunt in ciuitate hac: quæ non tulit Nabuchodonosor rex Babylonis, cũ transferret Iechoniam filium Ioacim regem Iuda de Ierusalem in Babylonẽ, & omnes optimates Iuda & Ierusalem. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad vasa quæ derelicta sunt in domo Domini, & in domo regis Iuda & Ierusalem: In Babylonem transferentur, & ibi erunt vsque ad diem visitationis suæ, dicit Dominus: & afferri faciam ea, & restitui in loco isto.

S. Hananias pseudopropheta ablatis de collo Ieremiæ catenis, vaticinatur sacra vasa cum rege & captiuo populo post biennium reducenda: sed iubetur Ieremias cõtrarium vaticinari, & mortem illi denuntiare, quæ iuxta verbum Ieremiæ eodem anno sequuta est. CAP. XXVIII.

A ET factum est in anno illo in principio regni Sedeciæ regis Iuda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaõ, in domo Domini coram sacerdotibus & omni populo, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel. Contriui iugum regis Babylonis. Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domus Domini quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonẽ. Et Iechoniam filium Ioacim regem Iuda, & omnem transmigrationem Iudæ, qui ingressi sunt in Babylonem, ego conuertam ad locum istum, ait Dominus: conteram enim
B iugum regis Babylonis. Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi qui stabat in domo Domini: & ait Ieremias propheta, Amen, sic faciat Dominus: suscitet Dominus verba tua quæ prophetasti, vt referantur vasa in domum Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum. Veruntamen audi verbum hoc quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus vniuersi populi,
C Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetauerũt super terras multas, & super regna magna, de prælio & de afflictione, & de fame. Propheta qui vaticinatus est pacem: cùm venerit verbum eius, scietur propheta quem misit Dominus in veritate. Et tulit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, & confregit eam. Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens, Hæc dicit Dominus, Sic confringam iugum Nabugodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentiũ. Et abijt Ieremias propheta in viam suam. Et factũ est verbũ Domini ad Ieremiam, postquã confregit Hananias propheta catenam de collo Ie-
D remiæ prophetæ, dicens, Vade & dices Hananiæ, Hæc dicit Dominus, Catenas ligneas cõtriuisti: & facies pro eis catenas ferreas. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Iugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, vt seruiant Nabuchodonosor regi Babylonis, & seruiẽt ei: insuper & bestias terræ dedi ei. Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam, Audi Hanania: non misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio. Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce, ego mittam te à facie terræ: hoc anno moriẽris. aduersum enim Dominum locutus es. Et mortuus est Hananias propheta in anno illo, mense septimo.

S. Captiuos Iudæos vaticinatur. 70. annis in Babylone permansuros, hortaturq; vt illic multiplicari studeãt, & deinde reducẽtur: eos verò qui Ierosolymis remanserunt, gladio, fame & peste dicit consumendos: deinde malavaticinatur aduersus Achab, Sedeciam & Semiam pseudoprophetas seducentes populum transmigrationis.

CAP. XXIX.

A ET hæc sunt verba libri quæ misit Ieremias propheta de Ierusalẽ ad reliquias seniorum transmigrationis, & ad sacerdotes, & ad prophetas, & ad omnẽ populum quem traduxerat Nabuchodonosor de Ierusalem in Babylonem: postquam egressus est Iechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes Iuda, & Ierusalem, & faber, & inclusor de Ierusalem: in manu Elasa filij Saphan, & Gamariæ filij Helciæ, quos misit Sedecias rex Iuda ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Babylonem, dicens, Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel omni trãsmigrationi quam transtuli de Ierusalem in Babylonem, Aedificate domos, & habitate: & plantate hortos, &
B comedite fructum eorum. Accipite vxores, & generate filios & filias: & date filijs vestris vxores, & filias vestras date viris, & pariant filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite esse pauci numero. Et quærite pacẽ ciuitatis ad quam trãsmigrare vos feci: & orate pro ea ad Dominum: quia in pace illius erit pax vobis. Hæc enim dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Non vos seducant prophetæ vestri qui sunt in medio vestrum, & diuini vestri: ‖ & ne Supr.14.e.
attendatis ad somnia vestra quæ vos somniatis: Quia falsõ ipsi prophetant vobis in nomine meo: ▹ & non misi eos, dicit Dominus. ▹.1.
‖ Quia hæc dicit Dominus, Cũ cœperint impleri in Babylone septuaginta anni, visitabo vos: & suscitabo super vos verbum meum bo- Supr.25.e. 2.Par.36.d 1.Esdr.1.a. Dauid.9.a.
C num, vt reducam vos ad locum istum. Ego enim scio cogitationes, quas ego cogito super vos, ait Dominus, cogitationes pacis & non afflictionis, vt dem vobis finem & patientiã. Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis me, & ego exaudiã vos. Quæretis me, & inuenietis: cũ quæsieritis me in toto corde vestro. Et inueniar à vobis, ait Dominus: & reducam captiuitatem vestram: & congregabo vos de vniuersis gentibus, & de cũctis locis ad quæ expuli vos dicit Dominus: & reuerti vos faciam
D de loco ad quem transmigrare vos feci. Quia dixistis, Suscitabit nobis Dominus prophetas in Babylone. Quia hæc dicit Dominus ad regem qui sedet super solium Dauid, & ad omnem populum habitatorem vrbis huius, ad fratres vestros qui non sunt egressi vobiscum in transmigrationem. Hæc dicit Dominus exercituum. ‖ Ecce, mittam in eos gladium, Supr.24.c.
& famem, & pestem: & ponam eos quasi ficus malas quæ comedi non possunt, eo quòd pessimæ sint. Et persequar eos in gladio, & in fame, & in pestilentia: & dabo eos in vexationem vniuersis regnis terræ, in maledictionẽ, & in stuporem, & in sibilũ, & in opprobrium cunctis gentibus ad quas ego eieci eos: Eo quòd non audierint verba mea, dicit Dominus: quæ misi ad eos per seruos meos prophetas de nocte consurgens & mittens: & non audistis, dicit Dominus.

E Vos ergo audite verbum Domini omnis transmigratio, quam emisi de Ierusalem in Babylonem. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel ad Achab filiũ Goliæ, & ad Sedeciam filium Maasiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mẽdaciter, Ecce, ego tradã eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis: & percutiet eos in oculis vestris. Et assumetur ex eis maledictio omni trãsmigrationi Iudæ quæ est in Babylone, dicentium, Ponat te Dominus sicut Sedeciã, & sicut Achab quos frixit rex Babylonis in igne, pro eo quòd fecerint stultitiã in Israel, & mœchati sunt in
F vxores amicorum suorum, & locuti sunt verbum in nomine meo mendaciter quod non mãdaui eis. ego sum iudex & testis, dicit Dominus. Et ad Semeiam Nehelamiten dices, Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Pro eo quòd misisti in nomine tuo libros ad omnem populum qui est in Ierusalem, & ad Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem, & ad vniuersos sacerdotes, dicens, Dominus dedit te sacerdotem pro Ioiade sacerdote: vt sis dux in domo Domini super omnem virum arreptitium & prophetantem, vt mittas eum in neruum & in carcerem. Et nũc quare non increpasti Ieremiam Anathothiten, qui prophetat vobis? Quia super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens, longum est: ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, &
G comedite fructus eorum. Legit ergo Sophonias sacerdos librum istum in auribus Ieremiæ prophetæ. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicẽs, Mitte ad omnem transmigrationem, dicens, Hæc dicit Dominus ad Semeiam Nehelamiten, pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum: & fecit vos confidere in mendacio: Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce, ego visitabo super Semeiam Nehelamiten, & super semẽ eius: non erit ei vir sedẽs in medio populi huius, & nõ videbit bonum quod ego faciã populo meo, ait Dominus: quia præuaricationem locutus est aduersus Dominum.

S. Vaticinatur Iudæis & filijs Israel reditum à graui captiuitate in qua propter peccata sua detinebantur, & quòd post reditum seruituri sint Domino, ac Dauid regi quẽ ille suscitabit eis in prosperitate & securitate magna, deuastatis ipsorum inimicis. CAP. XXX.

A HOc verbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, dicens, Scribe tibi omnia verba quæ locutus sum ad te, in libro. Ecce enim dies veniũt dicit Dominus: & conuertam conuersionem populi mei Israel & Iuda, ait Dominus: & cõuertam eos ad terram quam dedi patribus eorum, & possidebũt eam. Et hæc verba quæ locutus est Dominus ad Israel & ad Iudam, Quoniam hæc dicit Dominus, Vocem terroris audiuimus: formido, & non est pax. Interrogate, & videte si generat masculus: quare ergo vidi omnis viri manum super lumbum suum quasi parturientis, & conuersæ sunt vniuersæ facies in
B auruginem? ‖ Væ quia magna dies illa, nec est similis eius, tempusque tribulationis est Iacob, & ex ipsa saluabitur. Et erit in die illa, ait Dominus exercituum: conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirumpã: & non dominabuntur ei amplius alieni: sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo quem
A suscitabo eis. ‖ Tu ergo nõ timeas serue meus Iacob, ait Dominus, neque paueas Israel: quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captiuitatis eorum: & reuertetur Iacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet: Quoniam tecum ego sum, ait Dominus, vt saluem te. faciam enim cõsummationem in cũctis gentibus in quibus dispersi te: te autem non faciam in cõsummationem: sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. Quia hæc dicit Dominus, Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Non est qui iudicet iudicium tuum ad alligandum: curationum vtilitas non est tibi. Omnes amatores tui obliti
C sunt tui. teque non quærent. ‖ plaga enim ini- Supr.23.d.
mici percussi te castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. ‖ Quid clamas super contritione Supr.15.d.
tua? insanabilis est dolor tuus: propter multitudinẽ iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te, deuorabuntur: & vniuersi hostes tui in captiuitatem ducẽtur: & qui te vastãt, vastabũtur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam. Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia eiectam vocauerunt te Sion, Hæc est quæ non habebat requirentem. Hæc
D dicit Dominus, Ecce, ego conuertam conuersionem tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor, & ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur. Et egredietur de eis laus, voxque ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur

Ioelis.2.c. Amos.5.e. Sopho.1.d

Isai.44.a. Lucæ.1.g.

nuentur: & glorificabo eos, & non attenuabuntur. Et erunt filij eius sicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit: & visitabo aduersum omnes qui tribulant eum. Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me. quis enim iste est, qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi, ait Dominus? Et eritis mihi in populum: & ego ero vobis in Deum. Ecce, turbo Domini furor egrediês, procella ruens: in capite impiorum conquiescet. Non auertet iram indignationis Dominus: donec faciat & compleat cogitationem cordis sui. in nouissimo dierum intelligetis ea.

S. Dicit Dominus se reducturum populum Israel de captiuitate, vt in affluentia bonorum seruiant Domino: iubetur ergo Rachel non flere amplius filios suos: agnoscit Israel se merito castigatum, ideoque pœnitentiam agit: de nouitate quæ fœmina circundabit virum: vigilabit Dominus ad reducêdum Israel: de vua acerba: de nouo pacto quod feriet Dominus cum domo Israel, nec abijciet vnquam vniuersum illius semen. CAP. XXXI.

A IN tempore illo, dicit Dominus, Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populum. Hæc dicit Dominus, inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio: vadet ad requiem suam Is-
2.Cor.6.c. rael. Longè Dominus apparuit mihi, ‖Et in charitate perpetua dilexi te, ideo attraxite miserans. Rursumque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredièris in choro ludentium. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabunt plantantes, & donec tempus veniat, non vindemiabunt: Quia erunt dies in
*in monte Samariæ qua clamabunt custodes *in monte Ephráim, Surgite, & ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum. Quia hæc dicit Dominus, Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput Gentium: personate, & canite, & dicite, Salua Domine populum tuum reliquias Israel. Ecce, ego adducam eos de ter-
B ra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ: inter quos erunt cæcus & claudus, & prægnans & pariens simul, cœtus magnus
*precibus. reuertentium huc. In fletu venient & in *misericordia reducam eos: & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea: quia factus sum Israeli pater, & Ephráim primogenitus meus est. Audite verbum Domini Gentes, & annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite, Qui dispersit Israel, congregabit eum: & custodiet eum sicut pastor gregem suum. Redemit enim Dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris. Et venient, & laudabunt in monte Sion: & confluent ad bona Domini super frumento, & vino & oleo, & fœtu pecorum & armentorum: eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & vltrà non esurient. Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul: & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo. Et inebriabo animam sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus. Hæc dicit Dominus, Matth.2.d
‖Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus Rachel plorantis filios suos: & nolentis consolari super eis, quia non sunt. Hæc dicit Dominus, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia est merces oper tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici. Et est spes nouissimis tuis, ait Dominus, & reuertentur filij ad terminos suos. Audiens audiui Ephráim transmigrantem, Castigasti me, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. conuerte me, & conuertar: D
quia tu Dominus Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquâ ostendisti mihi, percussi femur meum. Cõfusus sum, & erubui, quoniâ sustinui opprobriũ adolescentiæ meæ. Si filius honorabilis mihi Ephráim, si puer delicatus: quia ex quo locutus sum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata sunt viscera mea super eum, miserans miserebor eius, ait Dominus. Statue tibi speculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulasti: reuertere virgo Israel, reuertere ad ciuitates tuas istas. Vsquequo delicijs dissoluêris filia vaga? quia creauit Dominus nouum super terrã. Fœmina circũdabit virum. Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, E
Adhuc dicent verbum istud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cùm cõuertero captiuitatem eorum, Benedicat tibi Dominus pulchritudo iustitiæ, mõs sanctus: & habitabunt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius simul: agricolæ & mintes greges. Quia inebriaui animam lassam: & omnem animam esurientem satu-
raui. Ideò quasi de somno suscitatus sum: & vidi, & somnus meus dulcis mihi. Ecce, dies veniũt, dicit Dominus: & seminabo domum Israel & domum Iuda semine hominum & semine iumẽtorum. Et sicut vigilaui super eos vt euellerem, & demolirer, & dissiparem, & disperderem, & affligerem: sic vigilabo super eos vt ædificem & plantem, ait Dominus. ‖In diebus illis non dicent vltrà, Patres Ezec.18.a
comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt. Sed vnusquisque in iniquitate sua morietur: omnis homo qui comederit vuam acerbã, obstupescent dentes eius. Ecce dies venient, dicit Dominus: & feriam do-

domui Israel, & domui Iuda fœdus nouum: non secundum pactum quod pepigi cum pa-
*eorum. 6. tribus *vestris in die qua apprehendi manum eorum, vt educerem eos de Terra Aegypti: pactum quod irritum fecerunt, & ego dominatus sum eorum, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cũ domo Israel post
Hebr.8.c. Luc.1.g. Sup.2.4.c. dies illos, dicit Dominus: ‖Dabo legẽ meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit vltrà vir proximum suum, & vir fratrem suum, dicens, *Cog-
*Cognoscite 9. noscẽ Dominum. omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait
Actu.10.e Dominus: ‖quia propitiabor iniquitati eorũ, G & peccati eorum non memorabor amplius. Hæc dicit Dominus qui dat solem in lumine diei, ordinem lunæ & stellarum in lumine noctis: qui turbat mare, & sonant fluctus eius, Dominus exercituum nomen illi. Si defecerint leges istæ coram me dicit Dominus: tũc & semen Israel deficiet, vt non sit gens coram me cunctis diebus. Hæc dicit Dominus, Si mensurari potuerint cœli sursum, & inuestigari fundamenta terræ deorsum: & ego abijciam vniuersum semen Israel, propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ædificabitur ciuitas
*aurnam. Domino à turre Hanameel, vsque ad portam anguli. Et exibit vltrà *norma mensuræ in conspectu eius super collem Gareb: & circuibit Goátha. Et omnem vallem cadauerum, & cineres; & vniuersam regionem mortis, vsque ad torrentem Cedron, & vsque ad angulum portæ equorum Orientalis: sanctum Domini non euelletur, & non destruetur vltrà in perpetuum.

S. Obsidente Nabuchodonosor Ierusalem, Ieremias in atrio carceris positus agrum in Anathoth iussu Domini emit à suo patruele, iubetq; seruari librum emptionis: refert coram Domino beneficia Israelitis præstita: Dominus dicit se traditurum ciuitatem cum populo regi Babylonis propter illorum idololatriam, sed postea reuocaturum ipsos in Ierusalem, ac percussurum cum eis nouum fœdus vt sibi ex toto corde seruiant.

CAP. XXXII.

A VERbum quod factum est ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedeciæ regis Iuda: ipse est annus decimus octauus Nabuchodonosor. Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Ierusalem: & Ieremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda. Clauserat enim eum Sedecias rex Iuda, dicens, Quare vaticinaris, dicens, Hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo ciuitatem istam in manu regis Babylonis, & capiet eam? Et Sedecias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum: sed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt. Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec visitem eum, ait Dominus. si autem dimicaueritis aduersum Chaldæos, nihil prosperum habebitis. Et dixit Ieremias, Factum est verbum Domini ad me, dicens, Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens, Eme tibi agrum meũ qui est in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate vt emas. Et venit ad me Ha- B
nameel filius patrui mei secundum verbum Domini ad vestibulum carceris, & ait ad me, Posside agrum meum qui est in Anathoth in terra Ben-iamin: quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es vt possideas, Intellexi autem quod verbum Domini esset. Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei qui est in Anathoth: & appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos. Et scripsi in libro, & signaui, & adhibui testes: & appendi argẽtum in statera. Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus. Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filij Maasiæ in oculis Hanameel patruelis mei, & in oculis testium qui scripti erant in libro emptionis, in oculis omnium Iudæorum qui sedebãt in atrio carceris. Et præcepi Baruch coram eis, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Sume libros istos, librum emptionis hũc signatum, & librum hunc qui apertus est: & pone illos in vase fictili, vt permanere possint diebus multis. Hæc enim dicit Dominus exercituum C
Deus Israel, Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra ista. Et oraui ad Dominum postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens. Heu, heu, heu, Domine Deus: Ecce tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum. Qui facis misericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in sinum filiorum eorum post eos, Fortissime, magne, & potens, ‖Dominus exercituum nomen tibi. Magnus Exod.34.a
consilio, & incomprehensibilis cogitatu: cuius oculi aperti sunt super omnes vias filiorũ Adam: vt reddas vnicuiq; secũdum vias suas, & secundum fructum adinuentionum eius. Qui posuisti signa & portenta in Terra-Aegypti vsq; ad diem hãc, & in Israel, & in homi- D
nibus: & fecisti tibi nomẽ sicut est dies hæc. Et eduxisti populum tuũ Israel de Terra-Aegypti, in signis, & in portẽtis, & in manu robusta, & in brachio extẽto, & in terrore magno. & dedisti eis terrã hanc, quam iurasti patribus

eorum

eorum vt dares eis, terram fluentem lacte & melle. Et ingressi sunt, & possederunt eam: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandasti eis vt facerent, non fecerunt: & euenerunt eis omnia mala hæc, Ecce munitiones extructæ sunt aduersum ciuitatem, vt capiatur: & vrbs data est in manus Chaldæorum, * qui prælianturaduersus eam à facie gladij, & famis, & pestilentiæ: & quæcunq; locutus es, acciderunt, vt tuipse cernis. Et tu dicis mihi Domine Deus, Eme agrum argẽto, & adhibe testes: cum vrbs data sit in manus Chaldæorum? Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens, Ecce, ego Dominus Deus vniuersæ carnis: nunquid mihi difficile erit omne verbum? Propterea hæc dicit Dominus, Ecce, ego tradam ciuitatem istam in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis, & capient eam. Et venient Chaldæi præliantes aduersum vrbem hanc, & succendent eam igni, & comburent eam, & domos, in quarum domatibus sacrificabant Baal, & libabant dijs alienis libamina ad irritandum me. Erant enim filij Israel & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adolescentia sua: filij Israel qui vsq; nunc exacerbant me in opere manuum suarum, dicit Dominus. Quia in furore, & in indignatione mea facta est mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt eam, vsq; ad diem istã, qua auferetur de conspectu meo. Propter malitiam filiorum Israel & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipsi, & reges eorum, principes eorum, & sacerdotes eorum, & prophetæ eorum, viri Iuda & habitatores Ieruſalem. ‖ Et verterunt ad me terga & non facies: cum docerem eos diluculo & erudirem, & nollent audire vt acciperẽt disciplinam. ‖ Et posuerũt idola sua in domo, in qua inuocatũ est nomen meũ, vt polluerent eam. Et ædificauerunt excelsa Baal, quæ sunt in valle filij Ennom: vt initiarẽt filios suos & filias suas Moloch: quod nõ mandaui eis, nec ascendit in cor meũ, vt facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam. Et nũc propter ista, hæc dicit Dominus Deus Israel ad ciuitatem hanc, de qua vos dicitis quòd tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peste. Ecce, ego congregabo eos de vniuersis terris ad quas eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione grandi: & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter. ‖ Et erunt mihi in populũ, & ego ero eis in Deũ. Et dabo eis cor vnum, & viam vnam, vt timeãt me vniuersis diebus: & bene sit eis, & filijs eorum post eos. Et feriam eis pactum sempiternum: & non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum, vt non recedant à me. Et lætabor super eis, cum bene eis fecero: & plantabo eos in terra ista in veritate in toto corde meo & in tota anima mea. Quia hæc dicit Dominus, Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande: sic adducam super eos omne bonũ quod ego loquor ad eos. Et possidebuntur agri in terra ista: de qua vos dicitis quòd deserta sit eo quòd non remanserit homo & iumentum, & data sit in manus Chaldæorum. Agri ementur pecunia, & scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebitur: in terra Ben-iamin, & in circuitu Ieruſalem, in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus mõtanis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt: quia conuertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

& in manus regis Babylonis.

S. *Promittit Dominus se dimissurum peccata populi sui & à captiuitate reducturum multis beneficijs subsequentibus: germinauit Dauid germen iustitiæ faciens iustitiam & iudicium in terra, & firmissimum est pactum Domini cum Dauid & semine Iacob vehementer multiplicando.*

CAP. XXXIII.

ET factum est verbum Domini ad Ieremiam secundò, cum adhuc clausus esset in atrio carceris, dicens, Hæc dicit Dominus qui facturus est: "&' formaturus illud, "*Dominus.*" & paraturus, Dominus nomen eius. Clama ad me, & exaudiam te: & annũtiabo tibi grandia, & firma quæ nescis. Quia hæc dicit Dominus Deus Israel ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda quæ destructæ sunt, & ad munitiones: & ad gladium venientium vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percussi in furore meo & in indignatione mea, abscondens faciem meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. Ecce, ego obducam "eis' cicatricem & sanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis & veritatis. Et conuertam conuersionem Iuda, & cõuersionem "Ieruſalem': & ædificabo eos sicut à principio. Et emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccauerunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum in quibus deliquerunt mihi, & spreuerunt me. Et erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exultationem cunctis gentibus terræ quæ audierint omnia bona quæ ego facturus sum eis: & pauebunt, & turbabuntur in vniuersis bonis, & in omni pace quam ego faciam eis. Hæc dicit Dominus, Adhuc audietur in loco isto (quem vos dicitis esse desertum, eo quòd non sit homo, nec iumentum: in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalẽ, quæ desolatæ sunt absque homine & absque habitatore & absq; pecore) vox gaudij & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, vox dicentium, Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternũ misericordia eius: & portantium vota in domum Domini. reducam enim conuersionem terræ sicut à principio, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc erit in loco isto deserto absque homine, & absque iumento, & in cunctis ciuitatibus eius habitaculum pastorum accubantium gregum. In ciuitatibus montuosis, & in ciuitatibus campestribus, & in ciuitatibus quæ ad Austrum sunt: & in terra Ben-iamin, & in circuitu Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda adhuc tansibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus. ‖ Ecce dies venient, dicit Dominus: & suscitabo verbum bonum quod locutus sum ad domum Israel & ad domum Iuda. In diebus illis, & in tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiæ: & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & "Ieruſalem' habitabit confidenter, & "hoc est nomen quod vocabunt eum', Dominus iustus noster. Quia hæc dicit Dominus, Non interibit de Dauid vir, qui sedeat super thronum domus Israel. Et de sacerdotibus & de Leuitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocautomata, & incendat sacrificiũ, & cædat victimas omnibus diebus. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens, Hæc dicit Dominus, Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, vt non sit dies & nox in tempore suo: Et pactum meum irritum esse poterit cum Dauid seruo meo, vt non sit ex eo filius qui regnet in throno eius, & Leuitæ & sacerdotes ministri mei. Sicuti enumerari non possunt stellæ cœli, & metiri arena maris: sic multiplicabo semen Dauid serui mei, & Leuitas ministros meos. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens, Nunquid nõ vidisti quid populus hic locutus sit, dicens, Due cognationes, quas elegerat Dominus, abiectæ sunt: & populum meum despexerunt, eo quòd non sit vltrà gens coram eis, Hæc dicit Dominus, Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cœlo & terræ non posui: equidem & semen Iacob, & Dauid serui mei proijciam, vt non assumam de semine eius principes seminis Abraham, Isaac, & Iacob, reducam enim conuersionem eorum, & miserebor eis.

"*Israel.* "*hoc est quod vocabunt eum, &c.*

S. *Prædicit Dominus se traditurum regem Sedeciam in manus regis Babylonis vnà cum Ieruſalem, quam igni succendet, eo quòd pactum quod coram Domino pepigerant de dimittendis his liberis quos ex Hebræis sibi in seruitutem subicerant, non seruauerint.*

CAP. XXXIIII.

VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, quãdo Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuersaq; regna terræ quæ erant sub potestate manus eius, & omnes populi bellabãt contra Ieruſalem, & cõtra omnes vrbes eius, dicẽs, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Vade, & loquere ad Sedeciam regem Iuda: & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Ecce, ego tradam ciuitatem hanc in manus regis Babylonis, & succendet eam igni. Et tu non effugies de manu eius: sed cõprehensione capiẽris, & in manu eius tradẽris: & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os eius cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis. Attamen audi verbum Domini Sedecia rex Iuda, Hæc dicit Dominus ad te, Nõ moriẽris in gladio, sed in pace moriẽris, & secundum combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te: & Væ domine, plangent te: quia verbũ ego locutus sum, dicit Dominus. Et locutus est Ieremias propheta ad Sedeciam regem Iuda vniuersa verba hæc in Ieruſalẽ. Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ieruſalem, & contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant contra Lachis, & contra Azẽcha: hæ enim supererant de ciuitatibus Iuda, vrbes munitæ. Verbũ quod factum est ad Ieremiam à Domino, postquam percussit rex Sedecias fœdus cũ omni populo in Ieruſalem, prædicans, Vt dimitteret vnusquisq; seruum suum, & vnusquisq; ancillam suam, Hebræum & Hebræã liberos: & nequaquam dominarẽtur eis, id est in Iudæo & fratre suo. Audierunt ergo omnes principes, & vniuersus populus, qui inierant pactum, vt dimitteret vnusquisque seruum suum & vnusquisq; ancillam suam liberos, & vltrà non dominarentur eis. audierunt igitur, & dimiserunt. Et cõuersi sunt deinceps: & retraxerunt seruos & ancillas ▷suas', quos dimiserãt liberos, & subiugauerunt in famulos & famulas. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam à Domino, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego percussi fœdus cum patribus vestris in die qua eduxi eos de Terra-Aegypti, de domo seruitutis, dicẽs, ‖ Cùm cõpleti fuerint septem anni, dimittat vnusquisq; fratrem suum Hebræum, qui venditus est ei, & seruiet tibi sex annis: & dimittes eũ à te liberum. & non audierunt patres vestri me, nec inclinauerũt aurem suam. Et cõuersi estis vos hodie, & fecistis quod rectũ est in oculis meis, vt prædicaretis libertatẽ vnusquisq; ad amicũ suum: & inistis pactum in cũspectu meo, in domo in qua inuocatum est nomẽ meum super eam. Et reuersi estis, & commã-

Universidad de Deusto
Biblioteca

commaculaſtis nomen meum: & reduxiſtis
vnuſquiſq; ſeruum ſuum, & vnuſquiſque an
cillam ſuã quos dimiſeratis vt eſſent liberi &
ſuæ poteſtatis: & ſubiugaſtis eos vt ſint vobis
ſerui & ancillæ. Propterea hæc dicit Domi-
D nus, Vos non audiſtis me, vt prædicaretis liber
tatem vnuſquiſque fratri ſuo, & vnuſquiſque
amico ſuo: ecce ego prædico vobis libertatẽ,
ait Dominus, ad gladium, ad peſtem, & ad fa-
mem: & dabo vos in cõmotionem cũctis re-
gnis terræ. Et dabo viros qui præuaricãtur fœ
dus meum, & nõ obſeruauerũt verba fœderis,
quibus aſſenſi ſunt in conſpectu meo, vitu-
lum quem conciderunt in duas partes, & tran
ſierunt inter diuiſiones eius, Principes Iuda
& principes Ieruſalem, eunuchi & ſacerdo-
tes, & omnis populus terræ, qui tranſierunt
inter diuiſiones vituli: Et dabo eos in manus
inimicorum ſuorum, & in manus quærentiũ
animam eorum: & erit morticinum eorum in
eſcam volatilibus cœli & beſtijs terræ. Et Se-
deciam regem Iuda & principes eius dabo in
manus inimicorum ſuorũ, & in manus quæ-
rentium animas eorum, & in manus exerci-
tuum regis Babylonis, qui receſſerũt à vobis.
Ecce, ego præcipio, dicit Dominus: & reduc-
am eos in ciuitatem hanc, & præliabuntur
aduerſus eam: & capient eam, & incendent i-
gni: & ciuitates Iuda dabo in ſolitudinem, eo
quòd non ſit habitator.

S. Exemplo obedientiæ Rechabitarum, præcepta patris ſui licet dura ſeruantium, expoſtulat Dominus de pertinaci Iudæorum inobedientia aduerſus ipſius præcepta: quapropter his prænuntiat Dominus mala, illis autem bona.

CAP. XXXV.

A VErbum quod factum eſt ad Ieremiam
à Domino in diebus Ioacim filij Io-
ſiæ regis Iuda, dicens, Vade ad domum
Rechabitarũ: & loquere eis, & introduces eos
in domum Domini in vnam exedram theſau
rorum, & dabis eis bibere vinum. Et aſſumpſi
Iezoniam filium Ieremiæ filij Habſaniæ, &
fratres eius, & omnes filios eius, & vniuer-
ſam domum Rechabitarum: & introduxi eos
in domum Domini, ad gazophylacium filio-
rum Hanan filij Iegedeliæ hominis Dei, quod
erat iuxta gazophylacium principũ, ſuper the
ſaurum Maaſiæ filij Sellum, qui erat cuſtos
veſtibuli. Et poſui coram filijs domus Recha
bitarum ſcyphos plenos vino, & calices: & di-
xi ad eos, Bibite vinum. Qui reſponderunt,
B Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Re-
chab, pater noſter, præcepit nobis, dicẽs, Non
bibetis vinum vos & filij veſtri vſq; in ſempi
ternum. Et domum nõ ædificabitis, & ſemen-
tem non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec
habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis
diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper
faciẽ terræ in qua vos peregrinamini. Obedi-
uimus ergo voci Ionadab filij Rechab, patris
noſtri, in omnibus quæ præcepit nobis: ita vt
nonbiberemus vinum cunctis diebus noſtris:
nos & mulieres noſtræ, filij & filiæ noſtræ: &
non ædificaremus domos ad habitandum: &
vineam & agrum & ſementem nõ habuimus:
ſed habitauimus in tabernaculis, & obedien-
tes *fuimus* iuxta omnia quæ præcepit nobis *fecimus.* 8.
Ionadab pater noſter. Cùm autem aſcendiſſet
Nabuchodonoſor rex Babylonis ad terram no
ſtram, diximus, Venite, & ingrediamur Ieru-
ſalem à facie exercitus Chaldæorũ, & à facie
exercitus Syriæ: & manſimus in Ieruſalem. Et C
factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, di-
cens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus
Iſrael, Vade, & dic viris Iuda & habitatoribus
Ieruſalem. Nunquid non recipietis diſcipli-
nã, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus?
Prævaluerũt ſermones Ionadab filij Rechab,
quos præcepit filijs ſuis vt non biberent vi-
num: & non biberunt vſq; ad diem hanc, quia
obedierunt præcepto patris ſui: ego autem lo
cutus ſum ad vos, de mane conſurgens & lo-
quens, & non obediſtis mihi. Miſi que ad vos
omnes ſeruos meos prophetas, conſurgens Supr. 18. b.
diluculo, mittens que, & dicens, ‖ Conuertimi & 25. b.
ni vnuſquiſque à via ſua peſſima, & bona faci D
te ſtudia veſtra: & nolite ſequi deos alienos,
neq; colatis eos, & habitabitis in terra quam
dedi vobis & patribus veſtris: & non inclina-
ſtis aurem veſtram, neque audiſtis me. Firma-
uerunt igitur filij Ionadab filij Rechab præ-
ceptum patris ſui quod præceperat eis: popu-
lus autem iſte nõ obediuit mihi. Idcirco hæc
dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael, Ec-
ce, ego adducam ſuper Iudam & ſuper omnes
habitatores Ieruſalẽ vniuerſam afflictionem
quam locutus ſum aduerſum illos: eo quòd
locutus ſum ad illos, & non audierunt: voca-
ui illos, & non reſponderunt mihi. Domui au
tem Rechabitarum dixit Ieremias: Hæc dicit
Dominus exercituum Deus Iſrael, Pro eo
quòd obediſtis præcepto Ionadab patris ve-
ſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & fe-
ciſtis vniuerſa quæ præcepit vobis: propterea
hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael,
Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Re-
chab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

S. Iuſſu Domini mittit Ieremias incluſus carcere per Baruch librum comminationum, quem legat coram omni populo vt reſipiſcat: porrò rex Ioacim ipſum igni conſumit, iubens Ieremiam & Baruch comprehendi, qui abſconditi erant: Ieremias autem iuſſu Domini iubet Baruch alium ſcribere, & Ioacim ac ſemen eius vnà cum Ieruſalem prædicit perdendos.

CAP. XXXVI.

A ET factum eſt in anno quarto Ioacim
filij Ioſiæ regis Iuda: factũ eſt verbum
hoc ad Ieremiam à Domino, dicens,
Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia
verba quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſrael
& Iudam, & aduerſum omnes gẽtes: à die qua
locutus ſum ad te ex diebus Ioſiæ vſq; ad diem
hanc: Si fortè audiente domo Iuda vniuerſa
mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorum. Vocauit ergo
Ieremias Baruch filium Neriæ: & ſcripſit Ba-
ruch ex ore Ieremiæ omnes ſermones Do-
mini, quos locutus eſt ad eum, in volumine
libri. Et præcepit Ieremias Baruch, dicens,
Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi domum
Domini. Ingrederẽ ergo tu, & lege de volu-
B mine in quo ſcripſiſti ex ore meo verba Do-
mini, audiente populo in domo Domini in
die ieiunij: inſuper & audiente vniuerſo Iuda,
qui veniunt de ciuitatibus ſuis, leges eis: Si
fortè cadat oratio eorum in conſpectu Domi
ni, & reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſi-
ma: quoniam magnus furor & indignatio eſt,
quam locutus eſt Dominus aduerſus popu-
lum hunc. Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta
omnia quæ præceperat ei Ieremias propheta,
legens ex volumine ſermones Domini in do-
mo Domini. Factum eſt autem in anno quin
to Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, in menſe no-
no: prædicauerunt ieiunium in conſpectu
Domini omni populo in Ieruſalem, & vni-
uerſæ multitudini quæ confluxerat de ciuita-
tibus Iuda in Ieruſalem. Legitque Baruch ex
volumine ſermones Ieremiæ in domo Domi
C ni in gazophylacio Gamariæ filij Saphan ſcri
bæ, in veſtibulo ſuperiori, in introitu portæ
nouæ domus Domini, audiente omni popu-
lo. Cumque audiſſet Michæas filius Gama-
riæ filij Saphan omnes ſermones Domini ex
libro: deſcendit in domum regis ad gazophy-
lacium ſcribæ: & ecce, ibi omnes principes ſe-
debant, Eliſama ſcriba, & Dalaias filius Se-
meiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gama-
rias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ,
& vniuerſi principes. Et nũtiauit eis Michæas
omnia verba quæ audiuit, legentem Baruch
ex volumine in auribus populi. Miſerunt ita-
que omnes principes ad Baruch, Iudi filium
Nathaniæ filij Selemiæ filij Chuſi, dicentes,
Volumen ex quo legiſti audiente populo, ſu-
D me in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch
filius Neriæ volumen in manu ſua, & venit
ad eos. Et dixerunt ad eum, Sede, & lege hæc
in auribus noſtris. Et legit Baruch in auri-

bus eorum. Igitur cum audiſſent omnia ver-
ba, obſtupuerunt vnuſquiſque ad proximum
ſuum, & dixerunt ad Baruch, Nuntiare debe-
mus regi omnes ſermones iſtos. Et interroga-
uerunt eum dicentes, Indica nobis quomodo
ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore eius.
Dixit autem eis Baruch, Ex ore ſuo loque-
batur quaſi legens ad me omnes ſermones i-
ſtos: & ego ſcribebam in volumine atramen-
to. Et dixerunt principes ad Baruch, Vade, &
abſcondere tu & Ieremias, & nemo ſciat vbi
ſitis. Et ingreſſi ſunt ad regem in atrium: por-
rò volumen comendauerunt in gazophyla-
cio Eliſamæ ſcribæ: & nuntiauerunt audien-
te rege omnes ſermones. Miſitque rex Iudi, vt E
ſumeret volumen: qui tollens illud de gazo-
phylacio Elizamæ ſcribæ, legit audiente rege,
& vniuerſis principibus qui ſtabant circa re-
gem. Rex autem ſedebat in domo hyemali in
menſe nono: & poſita erat arula coram eo
plena prunis. Cumque legiſſet Iudi tres pagel
las vel quatuor, ſcidit illud ſchalpello ſcribæ:
& proiecit in ignem qui erat ſuper arulam: do
nec conſumeretur omne volumen igni qui
erat in arula. Et non timuerunt, neque ſcide-
runt veſtimenta ſua rex, & omnes ſerui eius
qui audierunt vniuerſos ſermones iſtos. Ve-
runtamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias
contradixerunt regi ne combureret librum: &
non audiuit eos. Et præcepit rex Ieremiel fi- F
lio Amélech, & Saraiæ filio Ezriel, & Sele-
miæ filio Abdeel, vt comprehenderent Ba-
ruch ſcribam, & Ieremiam prophetam. ab-
ſcõdit autem eos Dominus, & factum eſt ver
bum Domini ad Ieremiam prophetam poſt-
quam combuſſerat rex volumen, & ſermones
quos ſcripſerat Baruch ex ore Ieremiæ, dicẽs,
Rurſum tolle volumen aliud: & ſcribe in eo
omnes ſermones priores, qui erant in primo
volumine, quod combuſſit Ioacim rex Iuda.
Et ad Ioacim regem Iuda dices, Hæc dicit Do
minus, Tu combuſiſti volumen illud, dicẽs,
Quare ſcripſiſti in eo annuntians. Feſtinus
veniet rex Babylonis, & vaſtabit terram hãc:
& ceſſare faciet ex illa hominem & iumentũ?
Propterea hæc dicit Dominus contra Ioacim G
regem Iuda, Non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſo
lium Dauid: & cadauer eius proijcietur ad æ-
ſtum per diem, & ad gelu per noctem. Et viſi-
tabo contra eum, & cõtra ſemen eius, & con-
tra ſeruos eius iniquitates ſuas, & adducam ſu
per eos & ſuper habitatores Ieruſalem, & ſu-
per viros Iuda omne malum quod locutus
ſum ad eos: & non audierunt. Ieremias autem
tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch fi-
lio Neriæ ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Iere-
miæ omnes ſermones libri, quem combuſſe-
rat Ioacim rex Iuda igni: & inſuper additi ſunt

ſermo-

sermones multò plures, quàm antea fuerant.

S. Sedecias Iechoniæ succedens petit pro sè orare Ieremiam, qui relicta à Chaldæis Ierusalem propter aduentum exercitus Pharaonis, prophetat Chaldæos redituros & Ierusalē exusturos: ipsè quoque Ieremias vrbem egrediens, cæsus in carcerem detruditur, vnde à Sedecia eductus seruatur in vestibulo carceris, assignata ipsi indies torta panis.

CAP. XXXVII.

A ET regnauit rex Sedecias filius Iosiæ pro Iechonia filio Ioacim: quem constituit regem Nabuchodonosor rex Babylonis in terra Iuda. Et non obediuit ipse, & serui eius, & populus terræ verbis Domini quæ locutus est in manu Ieremiæ prophetæ. Et misit rex Sedecias Iuchal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maasiæ sacerdotem ad Ieremiam prophetam, dicens, Ora pro nobis Dominum Deum nostrum. Ieremias autem liberè ambulabat in medio populi. non enim miserāt eum in custodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Aegypto: & audientes Chaldæi qui obsidebant Ierusalem, huiuscemodi nuntium, recesserunt ab Ierusalem. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam, dicēs, Hæc dicit Dominus
B Deus Israel, Sic dicetis regi Iuda, qui misit vos ad me interrogandum: Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in auxilium, reuertetur in terram suam in Aegyptum & redient Chaldæi, & bellabunt contra ciuitatem hanc: & capient eam, & succendent eam igni. Hæc dicit Dominus, Nolite decipere animas vestras, dicentes, Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi: quia non abibunt. Sed & si percusseritis omnem exercitū Chaldæorum qui præliantur aduersum vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati: singuli de tentorio suo consurgent, & incendēt ciuitatem hanc igni. Ergo cùm recessisset exercitus Chaldæorum ab Ierusalem propter exercitum Pharaonis, Egressus est Ieremias de Ierusalem vt iret in terram Ben-iamin, & diuideret ibi possessionem in cōspectu ciuiū.
C Cumque peruenisset ad portam Ben-iamin, erat ibi custos portæ per vices, nomine Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ: & apprehendit Ieremiam prophetam, dicens, Ad Chaldæos profugis. Et respondit Ieremias, Falsum est, non fugio ad Chaldæos, Et nō audiuit eum: sed comprehendit Ierias Ieremiam, & adduxit eum ad principes. Quam ob rem irati principes contra Ieremiam, cæsum eum miserunt in carcerem qui erat in domo Ionathan scribæ. ipse enim præpositus erat super carcerem. Itaque ingressus est Ieremias in domum laci & in ergastulum: & sedit ibi Ieremias diebus multis. Mittens autem Sedecias rex tulit eum: & interrogauit eum in domo sua absconditè, & dixit, Putásne est sermo à Domino? Et dixit Ieremias, Est, Et ait, In manus regis Baby
D lonis tradēris. Et dixit Ieremias ad regem Sedeciam, Quid peccaui tibi & seruis tuis & populo tuo, quia misisti me in domum carceris? Vbi sunt prophetæ vestri qui prophetabant vobis, & dicebant, Non veniet rex Babylonis super vos, & super terram hanc: Nunc ergo audi obsecro Domine mi rex, Valeat deprecatio mea in conspectu tuo: & ne me remittas in domum Ionathan scribæ, ne moriar ibi. Præcepit ergo rex Sedecias vt traderetur Ieremias in vestibulo carceris: & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ciuitate: & mansit Ieremias in vestibulo carceris.

S. Ieremias principibus à rege traditus mittitur in lacum lutosum, vnde iussu regis per Abdemélech eductus in vestibulum carceris, suadet regi vt egrediatur ad Chaldæos, alioqui nec ipse eos effugiet, & ciuitas ab eis igne succēdetur: iubet quoque rex Ieremiæ vt hoc colloquium seruet secretum. CAP. XXXVIII.

A VDiuit autē Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiæ, & Phassur filius Melchiæ, sermones quos Ieremias loquebatur ad omnem populum, dicēs, Hæc dicit Dominus,
‖ Quicunque manserit in ciuitate hac, morie- *Sup. 21. d.*
tur gladio & fame & peste: qui autem profugerit ad Chaldæos, viuet, & erit anima eius so
spes & viuens. Hæ dicit Dominus, Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eā. Et dixerunt principes regi, Rogamus vt occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus virorum bellantium, qui remanserunt in ciuitate hac, & manus vniuersi populi, loquens ad eos iuxta verba hæc, siquidem homo iste non quærit pacē populo huic, sed malū. Et dixit rex Sedecias, B
Ecce ipse in manibus vestris est: nec enim fas est regem vobis quicquam negare. Tulerunt ergo Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij Amélech qui erat in vestibulo carceris: & submiserunt Ieremiam in "funibus *"funibus, & in lacum.*
in lacum in quo non erat aqua, sed lutum, descendit itaq; Ieremias in cœnum. Audiuit autē Abde-mélech Aethiops vir eunuchus qui erat in domo regis, quòd misissent Ieremiam in lacum: porrò rex sedebat in porta Ben-iamin. Et egressus est Abde-mélech de domo regis, & locutus est ad regem, dicens, Domine mi rex, malè fecerunt viri isti omnia quæcunque perpetrarunt contra Ieremiam prophetam, mittentes eum in lacum, vt moriatur ibi fame. non sunt enim panes vltrà in ciuitate.

Præ-

C Præcepit itaque rex Abde-mélech Aethiopi, dicens, Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetam de lacu, antequam moriatur. Assumptis ergo Abde-mélech secū viris, ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario: & tulit inde veteres pannos, & anti-
"vestimēta. qua* quæ computruerant: & submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos. Dixitq; Abde-mélech Aethiops ad Ieremiam, Pone veteres pannos & hæc scissa & putrida sub cubito
"subter. 4. manuum tuarum, & "super' funes. fecit ergo Ieremias sic. Et extraxerunt Ieremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu. mansit autem
D Ieremias in vestibulo carceris. Et misit rex Sedecias, & tulit ad se Ieremiam prophetam ad ostium tertium quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Ieremiam, Interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid. Dixit autem Ieremias ad Sedeciam, Si annuntiauero tibi, nunquid non interficies me? & si consilium dedero tibi, non me audies. Iurauit ergo rex Sedecias Ieremiæ clàm, dicens, Viuit Dominus qui fecit nobis animam hāc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorū istorum qui quærunt animam tuam. Et dixit Ieremias ad Sedeciam, Hæc dicit Dominus exer-
E cituum Deus Israel, Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non succendetur igni: & saluus eris tu, & domus tua. Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in manus Chaldæorum, & succendent eā igni: & tu non effugies de manu eorum. Et dixit rex Sedecias ad Ieremiam, Solicitus sum propter Iudæos: qui transfugerunt ad Chaldæos: ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi. Respondit autem Ieremias, Nō
te tradent. audi quæso vocem Domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & viuet anima tua. Quòd si nolueris egredi: iste est ser-
F mo quem ostendit mihi Dominus, Ecce omnes mulieres quæ remanserunt in domo regis Iuda, educētur ad principes regis Babylonis: & ipsæ dicent, Seduxerunt te, & prævaluerunt aduersum te viri pacifici tui, demerserunt in cœno, & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te. Et omnes vxores tuæ, & filij tui educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorū sed in manu regis Babylonis capieris, & ciuitatem hanc comburet igni. Dixit ergo Sede-
G cias ad Ieremiam. Nullus sciat verba hæc, & non morieris. Si autem audierint principes quia locutus sum tecum: & venerint ad te, & dixerint tibi, Indica nobis quid locutus sis cū rege, ne celes nos, & non te interficiemus: & quid locutus est tecum rex: Dices ad eos, Prostraui ego preces meas coram rege, ne me reduci iuberet in domum Ionathan, & ibi morerer. Venerunt ergo omnes principes ad Ieremiam, & interrogauerunt eum: & locutus est eis iuxta omnia verba quæ præceperat ei rex, & cessauerunt ab eo: nihil enim fuerat auditum. Mansit verò Ieremias in vestibulo carceris, vsque ad diem quo capta est Ierusalem & factum est vt caperetur Ierusalem.

S. Ierusalem à rege Babylonis capta, rex Sedecias fugiēs capitur vnà cum principibus cuius filij in conspectu ipsius trucidantur cum nobilibus, ipseq; exoculatur, ac vinctus in Babylonem ducitur: subuerso autem muro Ierusalem, & palatio alijsq; domibus igne succensis, pars vulgi transfertur in Babylonem, & pars Ierosolymis relinquitur, Ieremias verò de carceris vestibulo liber educitur.

CAP. XXXIX.

A ANno nono Sedeciæ regis Iuda, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus eius ad Ierusalem, & obsidebant eam. Vndecimo autem anno Sedeciæ, mēse quarto, "quinta' men *"nona.1.* sis aperta est ciuitas. Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media: Neregel, Seréser, Semegar-nabu, Sarsachim, Rab-sares, Neregel, Seréser, Reb-mag, & omnes reliqui principes regis Babylonis. Cumque vidisset eos Sedecias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de ciuitate per viam horti regis, & per portam quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad viam deserti. Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorum: & comprehen- B
derunt Sedeciam in campo solitudinis Ierichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblátha, quæ est in Terra-Emath: & locutus est ad eū iudicia. Et occīdit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblátha, in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occīdit rex Babylonis, Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus, vt duceretur in Babylonem. Domum quoque regis, & domum vulgi succenderunt Chaldæi igni: & murum Ierusalem subuerterunt. Et reliquias populi, qui remanserant in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad eū, & superfluos vulgi qui remanserant, tran- C
stulit Nabuzardan magister militum in Babylonem. Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in Terra-Iuda: & dedit eis vineas & cisternas in die illa. Præceperat autem Nabuchodonosor rex Babylonis de Ieremia Nabuzardan magistro militum, dicens, Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: sed vt voluerit, sic facias ei. Misit ergo Nabuzardan princeps militiæ, & "Nabusezbaz' & Rab-sares, & *"Nabu & Seibas.16.*

Ne-

Universidad de Deusto Biblioteca

Neregel,& Sereſer,& Reb-mag, & omnes optimates regis Babylonis,miſerũt,& tulerunt Ieremiam de veſtibulo carceris, & tradiderũt
D eum Godoliæ filio Ahicam filij Saphã, vt intraret in domum, & habitaret in populo. Ad Ieremiam autẽ factus fuerat ſermo Domini, cùm clauſus eſſet in veſtibulo carceris, dicẽs, Vade,& dic Abdemẽlech Aethiopi,dicẽs,Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael,Ecce, ego inducam ſermones meos ſuper ciuitatem hanc in malum,& non in bonum: & erunt in conſpectu tuo in die illa. Et liberabo te in die illa,ait Dominus:& non tradêris in manus virorum quos tu formidas: Sed eruens liberabo te,& gladio non cades: ſed erit tibi anima tua in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam, ait Dominus.

S. Ieremiæ permittitur liberè habitare vbicũque voluerit, qui vnà cum diſperſis Iudæis venit ad Godoliam Præfectũ reliquijs Iudæorũ: qui Godolias audire noluit Iohanan monentem ipſum de Iſmahel intentante ei mortem.

CAP. XL.

A SErmo qui factus eſt ad Ieremiam à Domino,poſtquàm dimiſſus eſt à Nabuzardan magiſtro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium qui migrabant de Ieruſalem,& Iuda, & ducebantur in Babylonem. Tollens ergo princeps militiæ Ieremiã,dixit ad eum, Dominus Deus tuus locutus eſt malum hoc ſuper locum iſtum, & adduxit: & fecit Dominus ſicut locutus eſt: quia peccaſtis Domino, & non audiſtis vocẽ eius, & factus eſt vobis ſermo hic. Nunc ergo ecce ſolui te hodie de catenis quæ ſunt in manibus tuis: ſi placet tibi vt venias mecum in Babylonem: veni & ponam oculos meos ſuper te: ſi autẽ diſplicet tibi venire mecum in Babylonem, reſide: ecce omnis terra in cõſpectu tuo eſt, quod elegeris, & quò placue
B rit tibi vt vadas, illuc perge. Et mecum noli venire: ſed habita apud Godoliam filium Ahicam filij Saphan, quem præpoſuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ: habita ergo cum eo in medio populi: vel quocunque placuerit tibi vt vadas,vade. Dedit quoque ei magiſter militiæ cibaria,& munuſcula, & dimiſit eum. Venit autem Ieremias ad Godoliam filium Ahicam in Maſphath: & habitauit cum eo in medio populi qui relictus fuerat in terra. Cũque audiſſent omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant per regiones, ipſi & ſocij eorum,quòd præfeciſſet rex Babylonis Godoliã filium Ahicam terræ: & quòd commendaſſet ei viros,& mulieres,& paruulos, & de pauperibus terræ qui non fuerant tranſlati in Babylonem: Venerũt ad Godoliam in Maſphath
C & Iſmahel filius Nathaniæ,& Iohanan,& Ionathan filij Caree, & Sareas filius Thanehumeth,& filij Ophi qui erãt de Netophathi,& Iezonias filius Maachathi, ipſi & viri eorũ. Et iurauit eis Godolias filius Ahicam filij Saphan,& comitibus eorũ,dicẽs,‖Nolite timere ſeruire Chaldæis: habitate in terra, & ſeruite regi Babylonis,& bene erit vobis. Ecce ego habito in Maſphath, vt reſpondeam præcepto Chaldæorũ qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiã,& meſſem & oleũ,& condite in vaſis veſtris: & manete in vrbibus veſtris quas tenetis. Sed & omnes Iudæi qui erãt in Moab,& in ‖filijs' Ammon,& in Idumea,& in vniuerſis regionibus,audito quòd dediſſet rex Babylonis reliquias in Iudæa,& quòd præpoſuiſſet ſuper eos Godoliam filium Ahicam filij Saphan: reuerſi ſunt inquam omnes Iudæi de vniuerſis locis ad quæ profugerant: & venerunt in terram Iuda ad Godoliam in Maſphath: & collegerunt vinum,& meſſem multam nimis. Iohanã autem filius Caree, & omnes principes exercitus,qui diſperſi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Maſphath. Et dixerunt ei, Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon miſit Iſmahel filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et nõ credidit eis Godolias filius Ahicam. Iohanã autem filius Caree dixit ad Godoliã ſeorſum in Maſphath loquens,Ibo,& percutiam Iſmahel filium Nathaniæ nullo ſciente: ne interficiat animam tuam, & diſsipentur omnes Iudæi qui congregati ſunt ad te,& peribũt reliquiæ Iuda. Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Caree, Noli facere verbum hoc: falſum enim tu loqueris de Iſmahel.

4. Re. 25. f

‖ *finibus.*

S. Iſmahel dolo occidit Godoliã Præfectum cum Iudæis & Chaldæis qui cum eo erant in Maſphath: alioſq; octoginta interimens, pepercit decem qui ſe theſauros habere dicebant: ac tandem veritus Iohanan ac principes bellatorum fugit cum octo viris, liberato populo quem ceperat captiuum: omnes autem qui reliqui ſunt, ſtatuunt fugere in Ægyptum à facie Chaldæorum.

CAP. XLI.

ET factum eſt in menſe ſeptimo, venit A Iſmahel filius Nathaniæ, filij Eliſama de ſemine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maſphath: & comederunt ibi panes ſimul in Maſphath. Surrexit autem Iſmahel filius Nathaniæ, & decem viri qui cum eo erãt, & percuſſerunt Godoliam filium Ahicam filij Saphan gladio, & interfecerunt eũ, quem præfecerat rex Babylonis terræ. Omnes quoque Iudæos qui erant cum Godolia in Maſphath, & Chaldæos qui reperti ſunt ibi, & viros bellatores percuſsit Iſmahel. Secundo autem die

tem die poſtquam occiderat Hodoliam nullo adhuc ſciente, venerunt viri de Sichem,& de Silo,& de Samaria octoginta viri: raſi barba,& ſciſsis veſtibus, & ſqualentes: & munera & thus habebant in manu, vt offerrent in
B domo Domini. Egreſſus ergo Iſmahel filius Nathaniæ in occurſum eorum de Maſphath, incedens & plorans ibat: cùm autem occurriſſet eis, dixit ad eos, Venite ad Godoliam filium Ahicam. Qui cùm veniſſent ad medium ciuitatis, interfecit eos Iſmahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipſi & viri qui erant cum eo. Decem autem viri reperti ſunt inter eos, qui dixerunt ad Iſmahel, Noli occidere nos: quia habemus theſauros in agro frumenti,& hordei, & olei, & mellis. Et ceſſauit: & non interfecit eos cum fratribus ſuis. Lacus autem in quem proiecerat Iſmahel omnia cadauera virorum quos percuſsit propter Godoliam, ipſe eſt quem fecit rex Aſa, propter
C Baaſa regem Iſrael: ipſum repleuit Iſmahel filius Nathaniæ occiſis. Et captiuas duxit Iſmahel omnes reliquias populi, qui erãt in Maſphath: filias regis & vniuerſum populum qui remanſerat in Maſphath: quos commẽdauerat Nabuzardan princeps militiæ, Godoliæ filio Ahicã. Et cepit eos Iſmahel filius Nathaniæ: & abijt, vt tranſiret ad filios Ammõ. Audiuit aũt Iohanan filius Caree,& omnes principes bellatorum qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Iſmahel filius Nathaniæ. Et aſſumptis vniuerſis viris, profecti ſunt vt bellarent aduerſum Iſmahelẽ filium Nathaniæ: & inuenerunt eum ad aquas multas quæ ſunt
D in Gabaon. Cùmque vidiſſet omnis populus qui erat cum Iſmahel, Iohanan filium Caree, & vniuerſos principes bellatorum qui erant cum eo, lætati ſunt. Et reuerſus eſt omnis populus, quem ceperat Iſmahel, in Maſphath: reuerſuſque abijt ad Iohanan filium Caree. Iſmahel autem filius Nathaniæ fugit cum octo viris à facie Iohanan, & abijt ad filios Ammon. Tulit ergo Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cũ eo, vniuerſas reliquias vulgi, quas reduxerant ab Iſmahel filio Nathaniæ de Maſphath, poſtquã percuſsit Godoliam filiũ Ahicam: fortes viros ad pæliũ, & mulieres, & pueros, & eunuchos quos reduxerat de Gabaõ. Et abierũt, & ſederũt peregrinãtes in Chamaam, quæ eſt iuxta Beth-lehem: vt pergerẽt, & introirẽt Aegyptum à facie Chaldæorũ. timebãt enim eos, quia percuſſerat Iſmahel filius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam, quem præpoſuerat rex Babylonis in in terra Iuda.

S. Miſſus Ieremias ad orandũ ac conſulendum Dominum pro reliquijs Iudæorũ, reſpõdet ipſos fore ſaluos ſi in Iudæa maneant: ſi autẽ in Ægyptum fugiant, dicit eos omnes gladio, fame & peſte morituros. CAP. XLII.

ET acceſſerunt omnes principes bellaA torum,& Iohanan filius Caree,& Iezonias filius ‖ Oſaiæ,' & reliquum vulgus à paruo vſque ad magnum: Dixeruntq; ad Ieremiam prophetam, Cadat oratio noſtra in cõſpectu tuo: & ora pro nobis ad Dominum Deum tuum pro vniuerſis reliquijs iſtis, quia derelicti ſumus pauci de pluribus, ſicut oculi tui nos intuentur: Et annuntiet nobis Dominus Deus tuus viam per quam pergamus, & verbum quod faciamus. Dixit autem ad eos Ieremias propheta, Audiui: ecce ego oro ad Dominum Deum veſtrum ſecundum verba veſtra. omne verbũ quodcunq; reſponderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quicquam. Et illi dixerunt ad Ieremiam, Sit Dominus inter nos teſtis veritatis & fidei, ſi non iuxta omne verbum in quo miſerit te Dominus Deus tuus ad nos, ſic faciemus: Siue bonum eſt, ſiue malũ, voci Domini Dei noſtri ad quem mittimus te obediemus: vt bene ſit nobis cum audierimus vocẽ Domini Dei noſtri. Cum autem completi eſſent decem dies, B factum eſt verbum Domini ad Ieremiam. Vocauitq; Iohanan filium Caree,& omnes principes bellatorum, qui erant cum eo,& vniuerſum populum à minimo vſq; ad magnum. Et dixit ad eos, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ad quem miſiſtis me, vt proſternerem preces veſtras in conſpectu eius, Si quieſcentes manſeritis in terra hac, ædificabo vos, & non deſtruam: plantabo, & non euellã: iam enim placatus ſum ſuper malo quod feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eum, dicit Dominus: quia vobiſcũ ſum ego, vt ſaluos vos faciam & eruã de manu eius, & dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri, & habitare vos faciam in terra veſtra. Si autem dixeritis vos, C Non habitabimus in terra iſta, nec audiemus vocem Domini Dei noſtri, dicentes, Nequaquam, ſed ad Terram-Aegypti pergemus: vbi non videbimus bellum, & clangorem tubæ non audiemus, & famẽ non ſuſtinebimus: & ibi habitabimus. Propter hoc nunc audite verbum Domini reliquiæ Iuda, Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſrael, Si poſueritis faciem veſtram vt ingrediamini Aegyptum, & intraueritis vt ibi habitetis: gladius quem vos formidatis, ibi comprehẽdet vos in terra Aegypti: & fames pro qua eſtis ſolliciti, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini. Omnesq; viri, qui poſuerint faciẽ ſuam vt ingrediantur Aegyptum, vt habitent ibi, morientur gladio, & fame, & peſte: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego afferam

super eos. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Sicut conflatus est furor meus, & indignatio mea super habitatores Ierusalem: sic conflabitur indignatio mea super vos, cùm ingressi fueritis Aegyptum: & eritis in iusiurandum, & in stuporem, & in maledictum, & in opprobrium: & nequaquam vltrà videbitis locum istum. Verbum Domini super vos reliquiæ Iuda, Nolite intrare Aegyptum: Sciẽtes scietis quia obtestatus sum vos hodie quia decepistis animas vestras. vos enim misistis me ad Dominũ Deũ nostrum' dicentes, Ora pro nobis ad Dominum Deum nostrum: & iuxta omnia quæcũque dixerit tibi Dominus Deus noster, sic annuntia nobis, & faciemus. Et annuntiaui vobis hodie, & non audistis vocem Domini Dei vestri super vniuersis pro quibus misit me ad vos. Nunc ergo scientes scietis quia gladio & fame & peste moriemini in loco ad quem voluistis intrare vt habitaretis ibi.

vestrum. 5.

S. Reliquiæ Iudæorum non audientes Domini præceptũ quod referebat Ieremias, proficiscuntur vnà cum Ieremia & Baruch in Ægyptũ, vbi constitutus Ieremias vaticinatur regẽ Babylonis vastaturũ terram Ægypti cum idõlis suis, eiq; dominaturũ. CAP. XLIII.

A FActum est autem, cùm complesset Ieremias loquẽs ad populum vniuersos sermones Domini Dei eorum, pro quibus miserat eum Dominus Deus eorum ad illos, omnia verba hæc: dixit Azarias filius Iosiæ,, & Iohanan filius Caree, & omnes viri superbi, dicentes ad Ieremiam, Mendacium tu loqueris: non misit te Dominus Deus noster, dicens, Ne ingrediamini Aegyptum, vt habitetis illic. Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduersum nos, vt tradat nos in manus Chaldæorum vt interficiat nos, & traduci faciat in Babylonem. Et non audiuit Iohanan filius B Caree, & omnes principes bellatorũ, & vniuersus populus, vocem Domini vt manerent in Terra-Iuda: Sed tollens Iohanan filius Caree, & vniuersi principes bellatorum vniuersos reliquiarũ Iuda, qui reuersi fuerant de cũctis gentibus ad quas fuerant antè dispersi, vt habitarent in Terra-Iuda: viros & mulieres, & paruulos, & filias regis: & omnem animam quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam filij Saphan: & Ieremiam prophetam, & Baruch filiũ Neriæ: Et ingressi sunt Terrã-Aegypti, quia non C obedierunt voci Domini: & venerunt vsque ad Taphnis. Et factus est sermo Domini ad Ieremiam in Taphnis, dicens, Sume lapides grandes in manu tua, & abscondes eos in crypta, quæ est sub muro lateritio in porta domus Pharaonis iu Taphnis: cernentibus viris Iudæis. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce, ego mittam, & assumam Nabuchodonosor regem Babylonis seruum meum: & ponam thronum eius super lapides istos quos abscondi, & statuet solium suum super eos. Veniensq́ue percutiet Terrã- D Aegypti: quos in mortem, in mortem: & quos in captiuitatem, in captiuitatem: & quos in gladium, in gladium. Et succendet ignem in delubris deorum Aegypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur Terra-Aegypti, sicut amicitur pastor pallio suo: & egredietur inde in pace. Et cõteret statuas domus Solis quæ sunt in Terra-Aegypti: & delubra deorum Aegypti comburet igni.

Osaiæ. 4. *Osiæ.* 6.

S. Iudæi in Ægypto reprehensi à Ieremia super idololatria, obstinatè respõdent vnà cum multitudine mulierum, se permansuros in idololatria inueterata: quos Ieremias prædicit vniuersos gladio & fame consumendos, regemq́ue Ægypti tradendum in manus inimicorum suorum, ac Terram-Ægypti prorsus vastandam.

CAP. XLIIII.

VErbum quod factum est ad Ieremiã, A ad omnes Iudæos qui habitabant in Terra-Aegypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in terra Phatures, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Vos vidistis omne malum istud quod adduxi super Ierusalẽ, & super omnes vrbes Iuda: & ecce desertæ sunt hodie, & non est in eis habitator: propter malitiã quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarent, & irent, & sacrificarent, & colerent deos alienos quos nesciebant & illi & vos & patres vestri. Et misi ad vos omnes seruos meos prophetas de nocte consurgens, mittensq́; & dicens, Nolite facere verbũ abominationis huiusce modi ▷quam odiui'. Et non audierunt, ▷.22. nec inclinauerunt aurem suam vt cõuerterentur à malis suis, & non sacrificarent dijs alienis. Et conflata est indignatio mea & furor B meus: & succensa est in ciuitatibus Iuda, & in platéis Ierusalem: & versæ sunt in solitudinẽ & vastitatem secundum diem hanc. Et nunc hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel. Quare vos facitis malum grande ▷hoc' contra ▷.8. animas vestras: vt intereat ex vobis vir & mulier, paululs & lactens de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquam residuum. Prouocantes me in operibus manuum vestrarum, sacrificando dijs alienis in Terra-Aegypti, in quam ingressi estis vt habitetis tibi: & dispereatis, & sitis in maledictionem & in opprobrium cunctis gentibus terræ? Nunquid obliti estis mala patrum vestrorum, & mala regum Iuda, & mala vxorum 'eius', & mala vestra, *'eorum.* 6. & mala

& mala vxorum vestrarum, quæ fecerunt in terra Iuda, & in regionibus Ierusalẽ? Non sunt mundati vsque ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis & coram patribus vestris. Ideò hæc di- C
Amos. 9.b cit Dominus exercituum Deus Israel, ‖Ecce ego ponam faciem meã in vobis in malum: & disperdam omnem Iudam. Et assumam reliquias Iudæ, qui posuerunt facies suas vt ingrederẽtur Terram- Aegypti, & habitarent ibi: & consumentur omnes in Terra-Aegypti: cadent in gladio, & in fame: & consumentur à minimo vsque ad maximum, in gladio & in fame morientur: & erunt in iusiurandum, &
Supra. 4. in miraculum, & in maledictionem, & in opprobriũ. Et visitabo 'habitatores Terræ-Aegypti, sicut visitaui super Ierusalem: in gladio & fame, & peste. Et non erit qui effugiat, & sit residuus de reliquijs Iudæorum qui vadunt vt peregrinentur in Terra-Aegypti: & reuertantur in terram Iuda ad quam ipsi eleuãt animas suas, vt reuertãtur & habitent ibi. non D reuertentur nisi qui fugerint. Respondentur autem Ieremiæ omnes viri scientes quòd sacrificarent vxores eorum dijs alienis: & vniuersæ mulieres quarũ stabat multitudo grandis: & omnis populus habitantium in terra-Aegypti in Phatures, dicentes, Sermonem quẽ locutus es ad nos in nomine Domini nõ audiemus ex te: sed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore nostro, vt sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina sicut fecimus nos & patres nostri, reges nostri & principes nostri in vrbibus Iuda, & in plateis Ierusalem: & saturati sumus panibus, & bene nobis erat, malumq́ue non vidimus. Ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indi-
Supra. 7.d. E gemus omnibus, & gladio & fame cosumpti sumus. ‖Quod si nos sacrificamus regine cœli, & libamus ei libamina: nunquid sine viris nostris fecimus ei placentas ad colendum eam, & libandum ei libamina? Et dixit Ieremias ad omnem populũ, aduersum viros, & aduersum mulieres, & aduersum vniuersam plebem, qui responderant ei verbum, dicens, Nunquid nõ sacrificium quod sacrificastis in ciuitatibus Iuda & in platéis Ierusalem vos & patres vestri, reges vestri & principes vestri & populus terræ, horum recordatus est Dominus, & ascendit super cor eius? Er non poterat Dominus vltrà portare propter malitiam studiorũ vestrorum, & propter abominationes quas fecistis: & facta est terra vestra in desolationem, & in stuporem, & in maledictum, eò quòd non sit habitator, sicut est dies hæc. Propterea quòd sacrificaueritis idõlis, & peccaueritis Domino: & non audieritis vocem Domini, & in lege & in præceptis & in testimonijs eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc, sicut est dies hæc. Dixit autẽ Ieremias ad omnẽ populum F & ad vniuersas mulieres, Audite verbum Domini omnis Iuda, qui estis in Terra-Aegypti, Hæc inquit Dominus exercituum Deus Israel, dicens, Vos, & vxores vestræ locuti estis ore vestro, & manibus vestris implestis, dicentes, Faciamus vota nostra quæ vouimus, vt sacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina. implestis vota vestra, & opere perpetrastis ea. Ideo audite verbum Domini omnis Iuda, qui habitatis in Terra-Aegypti, Ecce ego iuraui in nomine meo magno ait Dominus, quia nequaquam vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, dicẽtis, Viuit Dominus Deus, in omni Terra- Aegypti. Ecce ego vigilabo super eos in ma- G lum, & non in bonum: & consumentur omnes viri Iuda, qui sunt in Terra-Aegypti, gladio & fame, donec pœnitus consumantur. Et qui fugerint gladium, reuertentur de Terra-Aegypti in terrã Iuda viri paucĩ: & scient omnes reliquiæ Iuda ingredentium Terram-Aegypti, vt habitent ibi, cuius sermo cõpleatur, meus, an illorum. Et hoc vobis signum, ait Dominus, quòd visitem ego super vos in loco isto: vt sciatis quia verè complebuntur sermones mei contra vos in malum. Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Aegypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: sicut tradidi Sedeciam regem Iuda in manu Nabuchodonosor regis Babylonis inimici sui, & quærentis animam eius.

S. Deus per Ieremiam arguit Baruch quòd quæreretur se dolorem habere & non requiem, cui tamen in cæterorum vastatione pollicetur securitatem. CAP. XLV.

VErbũ quod locutus est Ieremias pro- A pheta ad Baruch filium Neriæ, cùm scripsisset verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filij Iosiæ regis Iuda, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel ad te Baruch, Dixisti, Væ misero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo, B laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. Hæc dicit Dominus, Sic dices ad eum Ecce: quos ædificaui, ego destruo: & quos, plãtaui, ego euello, & vniuersam terram hãc. Et tu quæris tibi grandia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum super omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animã tuam in salutem in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

S. Dominus per Ieremiam Pharaoni & Ægy-

pto prænuntiat desolationem, quã inducet Nabuchodonosor, Iudæis autẽ & filijs Israel cõsolationem tandem ac liberationem: vniuersis verò gentibus ad quas Dominus illos iecerat, vastationem.

CAP. XLVI.

A QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra Gentes ad Aegyptum aduersum exercitũ Pharaonis Nechao regis Aegypti, qui erat iuxta fluuium Euphratẽ in Charcamis, quẽ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filij Iosiæ regis Iuda. Præparate scutum & clypeum, & procedite ad bellum. Iungite equos, & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. Quid igitur? vidi ipsos pauidos & terga vertentes, fortes eorum cæsos: fugerunt cõciti, nec respexerũt: terror vndique, ait Dominus.

fugiet. B Non fugiat velox, nec saluari se putet fortis: ad Aquilonem iuxta flumen Euphraten victi sunt, & ruerũt. Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & veluti fluuiorum, intumescunt gurgites eius? Aegyptus, fluminis instar ascendit, & velut flumina mouebuntur fluctus eius: & dicet, Ascendens operiam terram, perdam ciuitatem, & habitatores eius. Ascendite equos, & exultate in curribus, & procedant fortes, Aethiopia & Libyes tenẽtes scutum, & Lydij arripientes, & iacientes sagittas. Dies autem ille Domini Dei exercituũ dies C vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis iuxta flumen Euphraten. Ascẽde in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. Audierunt Gentes ignominiam tuam, & vlulatus tuus repleuit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter cõciderunt. Verbũ quod locutus est Dominus ad Ieremiam prophetam, super eo quòd venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus Terram-Aegypti: Annuntiate Aegypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis: dicite, Sta, & præpara te: quia deuorabit gladius ea quæ per circuitum tuum sunt. Quare cõputruit fortis tuus? non stetit: quoniã Dominus subuertit eum. Multiplicauit ruẽtes, ceciditque vir ad proximum suum: & dicent, Surge, & reuertamur ad populum nostrum, & ad terram natiuitatis nostræ, à facie gladij columbæ. Vocate nomen E Pharaonis regis Aegypti tumultum, adduxit tempus. Viuo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen eius) quoniã sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet. Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti: quia Memphis in solitudinem erit, & deseretur, & inhabitabilis erit. Vitula elegans atque formosa Aegyptus: stimulator ab Aquilone veniet ei. Mercenarij quoque eius qui versabantur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit super eos, tempus visitationis eorum. Vox eius quasi æris sonabit? Quoniam cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædentes ligna. Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, & nõ est eis numerus. Confusa est filia Aegypti, & F tradita in manum populi Aquilonis. Dixit *manus.8.* Dominus exercituum, Deus Israel, Ecce, ego visitabo super tumultum Alexandriæ, & super Pharaonem, & super Aegyptum, & super deos eius, & super reges eius: & super Pharaonem, & super eos qui confidunt in eo. Et dabo eos in manum quærẽtium animam *manus.8.* eorum, & in manum Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manum seruorum eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait Dominus. Et tu ne timeas serue meus G Iacob, & ne paueas Israel: quia ecce ego saluum te faciam de lõginquo, & semen tuum de terra captiuitatis suæ: & reuertetur Iacob, & requiescet, & posperabitur, & non erit qui exterreat eum. Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecũ ego sum, quia ego consumam cunctas gentes ad quas eieci te: te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

S. Vastatio prædicitur Palæsthinorum, Tyri, Sidonis, Gazæ & Ascalonis.

CAP. XLVII.

QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetam contra Palæsthinos, antequam percuteret Pharao Gazam, Hæc dicit Dominus, Ecce aquæ ascendunt ab Aquilone, & erunt quasi torrens inundans: & operient terrã & plenitudinem eius, vrbem & habitatores eius: clamabũt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ *vlulabit omnis habitator.* 3. à strepitu pompæ armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarum eius, & multitudine rotarum illius. Non respexerunt patres filios manibus dissolutis, pro aduẽtu diei in quo vastabũtur omnes Philisthijm, & dissipabitur Tyrus & Sidon cum omnibus reliquis auxilijs suis. depopulatus est enim Dominus Palæsthinos, reliquias insulæ Capadociæ. Venit caluitium super Gazam: conticuit Ascalon, & reliquiæ vallis earum. vsquequo cõcidêris, O mucro Domini? vsquequo nõ quiesces? ingredere in vaginã tuam: refrigerare, & sile. Quomodo quiescet, cùm Dominus præceperit ei aduersus Ascalonem, & aduersum maritimas eius regiones, ibiq; condixerit illi?

S. Prædicit Dominus vastationem Moab & omnium vrbium eius, sed in nouissimis diebus captiuitatem ipsorum relaxandam: maledictus dicitur faciens opus Domini fraudulenter, & gladium suum à sanguine prohibẽs.

CAP. XLVIII.

A AD Moab. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Væ super Nabo, quoniam vastata est & confusa: capta est Cariathaim: confusa est fortis, & tremuit. Non est vltrà exultatio in Moab contra Hesebon: cogitauerunt malum, Venite, & disperdamus eam de gente, ergo silẽs conticesces, sequeturque te gladius. Vox clamoris de Oronaim: vastitas, & contritio magna. Cõtrita est Moab: annuntiate clamorem paruulis eius. Per ascensum enim Luith plorans ascẽdet in fletu: quoniam in descẽsu Oronaim hostes vlulatum contritionis audierunt, ‖Fugite, saluate animas vestras: & eritis *Super.17.a* quasi myricæ in deserto. Pro eo enim quòd habuisti fiduciam in munitionibus tuis, & in thesauris tuis, tu quoque capieris: & ibit Chamos in transmigrationem, sacerdotes eius, & B principes eius simul. Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles, & dissipabuntur campestria, quoniam dixit Dominus, Date florẽ Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius desertæ erunt & inhabitabiles. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. Propterea ecce dies veniũt, dicit Dominus: & mittam ei ordinatores & stratores lagunculariũ, & sternẽt eum: & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. Et confundetur Moab à Chamos, *3.Reg.12.g* ‖sicut confusa est domus Israel à Beth-el, in *Isai.16.b.* C qua habebat fiduciã. Quomodo dicitis, ‖Fortes sumus, & viri robusti ad pæliandum? Vastata est Moab, & ciuitates illius *succenderunt*: & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem: ait rex, Dominus exercituum nomen eius. Propè est interitus Moab, vt veniat: & malum eius velociter accurret nimis. Cõsolamini eum omnes qui estis in circuitu eius, & vniuersi qui scitis nomen eius? dicite, Quomodo confracta est virga fortis, baculus gloriosus? Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon: quoniam vastator Moab ascẽdet ad te, dissipabit munitiones tuas. *ascendit.1.* In via sta, & prospice habitatio Aroer: interroga fugientem: & ei qui euasit, dic, Quid accidit? Cõfusus est Moab, quoniam victus est: vlulate, & clamate, annũtiate in Arnon quoniam vastata est Moab. Et iudicium venit ad D terram campestrem: super Helon, & super Iasa, & super Mephaath, & super Dibon, & super Nabo, & super domum Deblathaim, & super Cariathaim, & super Beth-gamul, & super Beth-maon, & super Carioth, & super Bosra: & super omnes ciuitates terræ Moab, quæ longe & prope sunt. Abscissum est cornu Moab: & Brachium eius cõtritum est, ait Dominus. Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus est: & allidet manum Moab in vomitu suo, & erit in derisum etiã ipse: fuit enim in derisum tibi Israel: quasi inter fures reperisses eum. propter verba ergo tua quæ aduersum illum locutus es, captiuus ducẽris. Relinquite ciuitates, & habitate in petra habitatores Moab: & estote quasi columba nidificans in summo ore foraminis. Audiuimus superbiam Moab, superbus est valde: E sublimitatẽ eius & arrogantiã, & superbiam, & altitudinẽ cordis eius. Ego scio, ait Dominus, iactantiã eius: & quòd non sit iuxta eam virtus eius, nec iuxta quod poterat conata sit facere. Ideò super Moab eiulabo, & ad Moab vniuersam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes. De planctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ transierunt mare vsq; ad mare Iazer peruenerũt: super messem tuã, & vindemiam tuã prædo irruit. ‖Ab- *Isaiæ.19.a.* lata est lætitia & exultatio de Carmelo & de terra Moab: & vinum de torcularibus sustuli: nequaquam calcator vuæ solitum celeusma cantabit. De clamore Hesebõ, vsq; Eleale & Iasa, dederunt vocem suam: à Segor vsque ad Oronaim vitulã *cõternantẽ* cõternantem, aquæ quoq; F Nemrim pessimæ erũt. Et auferam de Moab, ait Dominus, offerentem in excelsis, & sacrificanẽ dijs eius. Propterea cor meũ ad Moab quasi tibia *resonabit: & cor meũ ad viros mu- *erit.* ri fictilis dabit sonitum tibiarum: quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierunt. ‖ Om- *Isaiæ.15.a. Ezech.7.a.* ne enim caput caluitium, & omnis barba rasa erit: in cũctis manibus colligatio, & superomne dorsum ciliciũ. Super omnia tecta Moab, & in platẽis eius omnis planctus: quoniam cõtriui Moab sicut vas inutile, ait Dominus. Quomodo victa est, & vlulauerunt? quomodo deiecit ceruicem Moab, & confusus est? & ritq; Moab in derisum, & in exemplum omnibus in circuitu suo. Hæc dicit Dominus, Ecce quasi aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab. Capta est Carioth, & munitiones comprehensæ sunt: & erit cor fortium Moab G

in die illa ſicut cor mulieris parturientis. Et ceſſabit Moab eſſe populus: quoniam contra Dominum gloriatus eſt. Pauor & fouea & laqueus ſuper te ô habitator Moab, dicit Dominus. ‖ Qui fugerit à facie pauoris, cadet in Iſai. 24. c. fouea: & qui conſcenderit de fouea, capietur laqueo. adducam enim ſuper Moab annum viſitationis eorum, ait Dominus. In vmbra Heſebon ſteterunt de laqueo fugientes: quia ignis egreſſus eſt de Heſebon, & flāma de medio Sion: & deuorauit partem Moab, & verticem filiorum tumultus. Væ tibi Moab periſti populе Chamos: quia comprehenſi ſunt filij tui, & filiæ tuæ in captiuitatē. Et conuertam captiuitatem. Moab in nouiſſimis diebus, ait Dominus.

Hucuſque iudicia Moab.

S Deſolatio Ammon, Idumææ, Damaſci, Cedar, regnorumq; Aſor & Ælam prænuntiatur, captiuitas autē filiorum Ammon ac Ælam tandem ſoluenda. CAP. XLIX.

A AD filios Ammon. Hæc dicit Dominus, Nunquid nō filij ſunt Iſrael? aut hæres nō eſt ei? Cur igitur hæreditate poſſedit Melchō, Gad: & populus eius in vrbibus eius habitauit? Ideò ecce dies veniūt dicit Dominus: & auditū faciam ſuper Rabbath filiorum Ammon fremitum prælij, & e- *tumulum. 2 ritin *tumultum' diſſipata, filiæque eius igne ſuccendentur, & poſſidebit Iſrael poſſeſſores ſuos, ait Dominus. Vlula Heſebon, quoniam vaſtata eſt Hai. clamate filiæ Rabbath, accingite vos cilicijs, plangite, & circuite per ſepes: quoniam Melchon in tranſmigrationē ducetur, ſacerdotes eius, & principes eius ſimul. Quid gloriaris im vallibus? defluxit vallis tua filia delicata: quæ confidebas in theſauris tuis, & dicebas, Quis veniet ad me? Ec-
B ce ego inducam ſuper te terrorem, ait Dominus Deus exercituū, ab omnibus qui ſunt in circuitu tuo: & diſpergemini ſinguli à cōſpectu veſtro, nec erit qui congreget fugien- *fugientes. &. tes. Et poſt hæc reuerti faciam *captiuos filiorum Ammō, ait Dominus. Ad Idumæam, Hæc dicit Dominus exercituū, Nunquid non vltrà eſt ſapientia in Theman? Perijt conſilium à filijs: inutilis facta eſt ſapiētia eorum. Fugite, & terga vertite; deſcendite in voraginem habitatores Dedā: quoniam perditionē Eſau adduxi ſuper eum, tempus viſitationis eius. Si vindemiatores veniſſent ſuper te, nō reliquiſſent racemum: ſi fures in nocte, rapuiſſent quod ſufficeret ſibi. Ego verò diſcooperui Eſau, reuelaui abſcondita eius, & celari non poterit: vaſtatum eſt ſemen eius, & fratres eius, & vicini eius, & non erit. Relinque pupillos tuos: ego faciam eos viuere: &
C viduæ tuæ in me ſperabunt. Quia hæc dicit Dominus, Ecce, quibus non erat iudicium vt biberent calicem, bibētes bibent: & tu quaſi innocens relinquēris? non eris innocens, ſed bibens bibes. Quia per memetipſum iuraui, dicit Dominus, quòd in ſolitudinem, & in opprobrium, & in deſertum, & in maledictionem erit Boſra: & omnes ciuitates eius e- Abd. 1. 2. runt in ſolitudines ſempiternas. ‖ Auditum audiui à Domino, & legatus ad gentes miſſus eſt, Congregamini, & venite contra eam, & conſurgamus in prælium. Ecce enim paruulum dedi te in Gentibus, contemptibilem inter homines. Arrogantia tua decepit te, & ſuperbia cordis tui: qui habitas in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinem collis, cùm exaltaueris quaſi aquila nidum tuum inde detraham te, dicit Dominus. Et erit Idu- D mæa deſerta: omnis qui tranſibit per eam, ſtupebit, & ſibilabit ſuper omnes plagas eius. ‖ Si- Gen. 19. c. cut ſubuerſa eſt Sodoma & Gomorrha, & vicinæ eius, ait Dominus: nō habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. Ecce quaſi leo aſcēdet de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinem robuſtā: quia ſubito currere faciam eum ad illā: & quis erit electus quem præponā ei? quis enim ſimilis mei? & quis ſuſtinebit Iob. 14. c. me? ‖ & quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Propterea audite conſilium Domini quod inijt de Edō: & cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Theman, Si non deiecerint eos paruuli greges, niſi diſſipauerint cum eis habitaculū eorum. A voce ruinæ eorum cōmota eſt terra: clamor in Mari-rubro auditus eſt vocis eius. Ecce quaſi aquila aſcēdet & auolabit: & expādet alas ſuas ſuper Boſran: & erit cor fortium Idumææ in die il- E la, quaſi cor mulieris parturiētis. Ad Damaſcum, Confuſa eſt Emath & Arphad: quia auditū peſſimum audierunt, turbati ſunt in mari: præ ſolicitudine quieſcere nō potuit. Diſſoluta eſt Damaſcus, verſa eſt in fugam, tremor apprehēdit eam: anguſtia & dolores tenuerunt eam quaſi parturientem. Quomodo dereliquerunt ciuitatem laudabilem, vrbem lætitiæ? Ideo cadent iuuenes eius in platēis eius: & omnes viri prælij cōticeſſent in die illa, ait Dominus exercituum. Et ſuccendam ignem in muro Damaſci, & deuorabit mœnia Ben-adad. Ad Cedar, & ad regna Aſor, quæ percuſsit Nabuchodonoſor rex Babylonis, hæc dicit Dominus, Surgite, & aſcendite ad F Cedar, & vaſtate filios Orientis. Tabernacula eorum, & greges eorum capient: pelles eorū, & omnia vaſa eorū, & camelos eorum tollent ſibi: & vocabunt ſuper eos formidinē in *eius. circuitu*. Fugite: abite vehemēter, in voraginibus ſedete qui habitatis Aſor, ait Dominus: inijt enim contra vos Nabuchonodoſor rex Baby-

Babylonis conſilium, & cogitauit aduerſum vos cogitationes. Conſurgite, & aſcendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus: non oſtia, nec vectes eis: ſoli habitant. Et erunt cameli eorū in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam: & diſpergam eos in omnem ventum, qui ſunt attonſi in comam: & ex omni confinio eorum adducam interitum ſuper eos, ait Dominus. Et erit Aſor in habitaculum draconum, deſerta vſque in æternum: non manebit ibi vir, nec G incolet eam filius hominis. Quod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetam aduerſus Aelā, in principio regni Sedeciæ regis Iuda, dicens, Hæc dicit Dominus exercituū, Ecce ego confringam arcum Aelam, & ſumā fortitudinem eorum. Et inducam ſuper Aelam quatuor ventos à quatuor plagis cœli: & ventilabo eos in omnes ventos iſtos: & non erit gens ad quam nō peruenīat profugi Aelam. Et *pauere faciam Aelam coram inimicis *vituli. ſuis & in conſpectu quærētium animam eorum: & adducam ſuper eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus: & mittam poſt eos gladium donec cōſumam eos. Et ponam ſolium meum in Aelam: & perdam inde reges & principes, ait Dominus. In nouiſsimis autem diebus reuerti faciam captiuos Aelam, dicit Dominus.

S. Babylon quæ in captiuitate afflixit filios Iſrael, his in terram ſuam fœliciter reductis, penitus vaſtabitur à regibus Aquilonis.

CAP. L.

A VErbum quod locutus eſt Dominus de Babylone, & de terra Chaldæorū in manu Ieremiæ prophetæ. Annuntiate in Gentibus, & auditum facite, leuate ſignum: prædicate, & nolite celare: dicite, Capta eſt Babylon, confuſus eſt Bel, victus eſt Merodach, confuſa ſunt ſculptilia eius, ſuperata ſunt idōla eorum. Quoniam aſcēdit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram eius in ſolitudinem: & nō erit qui habitet in ea, ab homine vſque ad pecus, & moti ſunt, & abierunt. In diebus illis, & in tempore illo ait Dominus, venient filij Iſrael, ipſi & filij Iuda ſimul: ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum ſuum quærent. In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum: venient, & apponentur ad Dominum fœdere ſempiterno quod nulla obliuione delebitur. Grex perditus factus eſt populus meus: paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus: de mōte in collem tranſierunt, obliti ſunt cubilis ſui. Omnes qui inuenerunt, comederunt eos: & hoſtes eorum dixerunt, Non peccauimus: pro eo quod peccauerunt, Domino decōri iuſtitiæ, & expectationi patrum eorum Domino. Recedite de medio Ba- B bylonis, & de terra Chaldæorum egredimini: & eſtote quaſi hœdi ante gregem. Quoniam ecce ego ſuſcito, & adducam in Babylonem congregationem gentium magnarum de terra Aquilonis: & præparabūtur aduerſus eam, & inde capietur: ſagitta eius quaſi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua. Et erit Chaldæa in prædam: omnes vaſtātes eam replebuntur, ait Dominus. Quoniam exultatis, & magna loquimini, diripiētes hæreditatem meam: quoniam effuſi eſtis ſicut *vitulus' ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tauri. Confuſa eſt mater veſtra nimis, & adæquata puleri, quæ genuit vos: ecce nouiſsima erit in Gentibus, *deſerta inuia, & arens. Ab ira Domini *& non habitabitur, ſed redigetur tota in ſolitu- C dinem: omnis qui tranſibit per Babylonem, ſtupebit, & ſibilabit ſuper vniuerſis plagis eius. Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui intenditis arcum, debellate eam, nō parcatis iaculis: quia Domino peccauit. Clamate aduerſus eam, vbique dedit manum, ceciderunt fundamenta eius: deſtructi ſunt muri eius, quoniā vltio Domini eſt. vltionem accipite de ea: ſicut fecit, facite ei. Diſperdite ſatorem de Babylone, & tenētem falcem in tēpore meſsis: à facie gladij columbæ vnuſquiſque ad populum ſuum conuertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient. Grex diſperſus Iſrael, leones eiecerunt eum: primus comēdit eum rex Aſſur: iſte nouiſsimus exoſſauit eum Nabuchodonoſor rex Babylonis. Propterea hæc dicit Dominus exercituū Deus Iſrael, Ecce, ego viſitabo regem Babylonis, & terram eius: ſicut viſitaui Regem Aſſur: & reducam Iſrael ad habitaculum ſuum: D & paſcetur *Carmelus' & Baſan, & in monte *Carmelū. 6 Ephraim & Galaad ſaturabitur anima eius. In diebus illis & in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Iſrael, & non erit: & peccatum Iuda, & non inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero. Super terrā dominantium aſcende, & ſuper habitatores eius viſita, diſsipa, & interfice quæ poſt eos ſunt, ait Dominus: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. Vox belli in terra, & contritio magna. Quomodo confractus eſt, & cōtritus malleus vniuerſæ terræ? quomodo verſa eſt in deſertum Babylon in Gentibus? Illaqueaui te, & capta es Babylō, & neſciebas: inuenta es & apprehēſa: quoniam Dominum prouocaſti. Aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ: quoniā opus eſt Domino Deo exercituum in terra Chaldæorū. E Venite ad eam ab extremis finibus, aperite vt exeant qui conculcent eam: tollite de via lapides, & redigite in aceruos, & interficite

Universidad de Deusto Biblioteca

eam : nec sit quicquam reliquum . Dissipate
vniuersos fortes eius , descendant in occisio-
nem:væ eis, quia venit dies eorum, tēpus vi-
sitationis eorum. Vox fugientium, & eorum
qui euaserunt de terra Babylonis : vt annun-
tient in Sion vltionem Domini Dei nostri,
vltionem templi eius . Annuntiate in Baby-
lonem plurimis omnibus qui tēdunt arcum:
consistite aduersus eam per gyrum , & nul-
lus euadat : reddite ei secundum opus suum:
iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia contra
Dominum erecta est , aduersum sanctum Is-
rael. Idcirco cadent iuuenes eius in platéis e-
ius: & omnes viri bellatores eius conticessent
in die illa, ait Dominus. Ecce ego ad te super-
be, dicit Dominus Deus exercituum : quia
venit dies tuus , tempus visitationis tuæ . Et
cadet superbus, & corruet, & non erit qui sus-
citet eum : & succendam ignem in vrbibus e-
ius, & deuorabit omnia in circuitu eius. Hæc
F dicit Dominus exercituum , Calumniam su-
stinent filij Israel & filij Iuda simul : omnes
qui ceperunt eos, tenent, nolūt dimittere eos.
Redemptor eorum fortis , Dominus exerci-
tuum nomen eius , iudicio defendet causam
eorum, vt exterreat terram, & cōmoueat ha-
bitatores Babylonis . Gladius ad Chaldæos,
ait Dominus: & ad habitatores Babylonis, &
ad principes, & ad sapientes eius . Gladius ad
diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad for-
tes illius , qui timebunt . Gladius ad equos e-
ius, & ad currus eius , & ad omne vulgus quod
est in medio eius: & erunt quasi mulieres: gla-
dius ad thesauros eius, qui diripientur. Sicci-
tas super aquas eius erit: & arescent: quia ter-
ra sculptilium est, & in portentis gloriantur.
Propterea habitabunt dracones cū fatuis fic-
carijs: & habitabunt in ea struthiones: & non
inhabitabitur vltrà vsque in sempiternū, nec
extruetur vsque ad generationē & generatio-
Gene.19.e. nem: ||Sicut subuertit Dominus Sodomam &
Gomorrham , & vicinas eius , ait Dominus:
non habitabit ibi vir, & non incolet eam fi-
G lius hominis. Ecce populus venit ab Aquilo-
ne: & gens magna, & reges multi consurgent
à finibus terræ . Arcum & scutum apprehen-
dēt: crudeles sunt & immisericordes: vox eo-
rum quasi mare sonabit: & super equos ascen-
dent: sicut vir paratus ad prælium contra te
filia Babylon. Audiuit rex Babylonis famam
eorum & dissolutæ sunt manus eius: angustia
apprehendit eum , dolor quasi parturientem.
Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis
ad pulchritudinem robustā : quia subito cur-
rere faciam eum ad illam : & quis erit electus
Iob.41.a. quem præponā ei? ||quis est enim similis mei?
& quis sustinebit me ? & quis est iste pastor
qui resistat vultui meo? Propterea audite cō-
silium Domini quod mente concepit aduer-
sum Babylonē: & cogitationes eius quas co-
gitauit super terram Chaldæorum, Nisi detra-
xerint eos paruuli gregum, nisi dissipatū fue-
rit cum ipsis habitaculum eorum. A voce ca-
ptiuitatis Babylonis , commota est terra , &
clamor inter gentes auditus est.

S. Mala à regibus Medorum Babyloni imminentia prædicuntur CAP. LI.

HAec dicit Dominus, ecce, ego suscita- A
bo super Babylonē & super habitato-
res eius, qui cor suū leuauerunt cōtra
me: quasi vētum pestilentē. Et mittam in Ba-
bylonem vētilatores, & ventilabunt eā, & de-
molientur terram eius: quoniam venerunt su
per eā vndiq; in die afflictionis eius. Non ten-
dat qui tendit arcum suum: & nō ascendat lo-
ricatus , nolite parcere iuuenibus eius inter-
ficite omnem militiam eius. Et cadent inter-
fecti in terra Chaldæorum, & vulnerati in re-
gionibus eius . Quoniam non fuit viduatus
Israel & Iuda à Deo suo Domino exercituū:
terra autem eorum repleta est delicto à san-
cto Israel . Fugite de medio Babylonis , "&' "vt.
'saluet vnusquisque animam suam. nolite ta-
cere super iniquitatem eius: quoniam tempus
vltionis* est à Domino , vicissitudinem ipse *eius.
retribuet ei . Calix aureus Babylon in manu
Domini , inebrians omnem terram : de vino
eius biberunt Gentes, & ideo commotæ sunt. Isaiæ.21.c.
||Subito cecidit Babylō, & contrita est: vlula- Apoc.14.b
te super eam, tollite resinam ad dolorem eius,
si forte sanetur. Curauimus Babylonē, & non
est sanata: derelinquamus eā , & eamus vnus-
quisque in terram suā : quoniam peruênit vs-
que ad cœlos iudicium eius , & eleuatum est
vsque ad nubes . Protulit Dominus iustitias
nostras: venite & narremus in Siō opus Do-
mini Dei nostri. Acuite sagittas, implete pha- B
retras: suscitauit Dominus spiritum regū Me-
dorum : & contra Babylonem mens eius est
vt perdat eam, quoniam vltio Domini est, vl-
tio templi sui. Super muros Babylonis leuate
signū, augete custodiam: leuate custodes, præ-
parate insidias quia cogitauit Dominus, & fe-
cit quæcunque locutus est cōtra habitatores
Babylonis . Quæ habitas super aquas multas,
locuples in thesauris : venit finis tuus pedalis Amos.6.c.
præcisionis tuæ . ||Iurauit Dominus exerci-
tuum per animā suam, Quoniā replebo te ho-
minibus quasi brucho , & super te celeusma
cantabitur. ||Qui fecit terrā in fortitudine sua, Supr.10.b
& præparauit orbem in sapientia sua, & pru-
dentia sua extendit cœlos. Dante eo vocē mul
tiplicantur aquæ in cœlo : ||qui leuat nubes ab Psal.134.b
extremo terræ, fulgura in pluuiā fecit: & pro-
duxit ventū de thesauris suis . Stultus factus
est omnis homo à sciētia : confusus est omnis
con-

C conflator in sculptili : quia mendax est con-
flatio eius, nec est spiritus in eis. Vana sunt o-
pera, & risu digna, in tempore visitationis suæ
peribunt. Non sicut hæc, pars Iacob: quia qui
fecit omnia ipse est , & Israel sceptrū hæredi-
tatis eius : Dominus exercituum nomen eius.
Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in
te Gentes, & disperdam in te regna: Et collidā
in te equum , & equitem eius : & collidam in
te currum, & ascensorem eius: Et collidam in
te virum & mulierem , & collidam in te se-
nem & puerum, & collidam in te iuuenem &
virginem: Et collidam in te pastorem & gre-
gem eius , & collidam in te agricolam & iu-
gales eius, & collidam in te duces & magistra
tus. Et reddam Babyloni, & cunctis habitato-
ribus Chaldeæ omne malum suum quod fe-
cerunt in Sion , in oculis vestris , ait Domi-
nus. Ecce ego ad te mons pestifer , ait Domi-
nus , qui corrumpis vniuersam terram: & ex-
tēdam manum meam super te, & euoluam te
de petris , & dabo te in montem combustio-
nis. Et non tollent de te lapidem in angulum,
& lapidem in fundamenta, sed perditus: in æ-
ternum eris, ait Dominus. Leuate signum in
"montibus. terra: clangite buccina in "Gentibus': sanctifi-
cate super eam Gentes: annuntiate contra il-
lam regibus Ararat, Menni, & Ascenez: nume
rate contra eam Taphsar, adducite equum
quasi bruchum aculeatum . Sanctificate con-
tra eam Gentes, reges Mediæ, duces eius, & v-
niuersos magistratus eius, cunctamq; terram
potestatis eius . Et commouebitur terra , &
conturbabitur : quia euigilabit contra Baby-
lonem cogitatio Domini , vt ponat terram
D Babylonis desertam & inhabitabilem. Cessa-
uerunt fortes Babylonis à prælio habitauerūt
in præsidijs: deuoratum est robur eorum, & fa
cti sunt quasi mulieres: incensa sunt taberna-
cula eius , contriti sunt vectes eius . Currens
obuiam currenti veniet : & nuntius obuius
nuntianti : vt annuntiet regi Babylonis quia
capta est ciuitas eius à summo vsque ad sum-
mum : & vada præoccupata sunt , & paludes
incensæ sunt igni, & viri bellatores cōturbati
sunt. Quia hæc dicit Dominus exercituū, De-
us Israel , Filia Babylonis quasi area , tempus
trituræ eius : adhuc modicum, & veniet tem-
pus messionis eius . Comêdit me, deuorauit
me Nabuchodonosor rex Babylonis: reddidit
me quasi vas inane : absorbuit me quasi dra-
co, repleuit ventrem suum teneritudine mea,
& eiecit me. Iniquitas aduersum me , & caro
mea super Babylonem , dicit habitatio Sion:
& sanguis meus super habitatores Chaldææ,
dicit Ierusalem . Propterea hæc dicit Domi-
nus, Ecce ego iudicabo causam tuam , & vl-
ciscar vltionem tuam: & desertum faciam ma
re eius, & siccabo venam eius . Et erit Baby-
lon in tumulos, habitatio draconum: stupor,
& sibilus , eo quòd non sit habitator. Simul
vt leones rugient, excutient comas veluti ca-
tuli leonum . In calore eorum ponam potus
eorum: & inebriabo eos , vt sopiantur, & dor-
miant somnum sempiternum, & non consur
gant: dicit Dominus . Deducam eos quasi a- E
gnos ad victimam, *quasi arietes cum hœdis. *&.18.
Quomodo capta est Sesach , & comprehensa
est inclyta vniuersæ terræ? quomodo facta est
in stuporem Babylon inter Gentes? Ascendit
super Babylonem mare: multitudine fluctuū
eius operta est . Factæ sunt ciuitates eius in
stuporem: terra inhabitabilis & deserta, terra
in qua nullus habitet, nec "transeat' per eam "transiet.4.
filius hominis. Et visitabo super Bel in Baby-
lone, & eijciam quod absorbuerat de ore eius:
& non confluent ad eum vltrà Gentes, siqui-
dem & murus Babylonis corruet. Egredimi-
ni de medio eius: populus meus : vt saluet v-
nusquisq; animam suam ab ira furoris Domi
ni. Et ne forte mollescat cor vestrū, & timea-
tis auditum qui audietur in terra: & veniet in
anno auditio, & post hunc annum auditio: &
& iniquitas in terra , & dominator super do-
minatorem . Propterea ecce dies veniunt , &
visitabo super sculptilia Babylonis: & omnis
terra eius confundetur , & vniuersi interfecti
eius cadent in medio eius . Et laudabūt super
Babylonem cœli & terra , & omnia qui in eis
sunt: quia ab Aquilone veniēt ei prædones, ait
Dominus. Et quomodo fecit Babylon vt ca- F
derēt occisi in Israel : sic de Babylone cadent
occisi in vniuersa terra. Qui fugistis gladiū ve
nite, nolite stare: recordamini procul Domi-
ni, & Ierusalem ascendat super cor vestrum.
Confusi sumus, quoniam audiuimus oppro-
brium : operuit ignomia facies nostras: quia
venerunt alieni super sanctificationē domus
Domini. Propterea ecce dies veniūt, ait Do-
minus: & visitabo super sculptilia "eius', & in "Babylonis.
omni terra eius mugiet vulneratus. Si ascēde-
rit Babylon in cœlū , & firmauerit in excelso
robur suum: à me venient vastatores eius, ait
Dominus. Vox clamoris de Babylone, & cō-
tritio magna de terra Chaldæorum: quoniam
vastauit Dominus Babylonem, & perdidit ex
ea vocem magnam: & sonabunt fluctus eorū
quasi aquæ multæ: dedit sonitum vox eorum:
Quia venit super eā , id est super Babylonem
prædo, & apprehēsi sunt fortes eius, & emar-
cuit arcus eorū: quia fortis vltor Dominus red
dens retribuet. Et inebriabo principes eius, &
sapiētes eius, & duces eius , & magistratus e-
ius, & forteseius: & dormiēt somnū sempiter-
nū, & nō expergiscētur, ait Rex, Dominus ex-
ercituū nomē eius . Hæc dicit Dominus exer- G
cituum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

*altissimus. cituum, Murus Babylonis ille * latissimus' suffosione suffodietur, & portæ eius excelsæ igne comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentium, in ignem erunt & disperibunt. Verbū quod præcepit Ieremias propheta, Saraiæ filio Neriæ filij Maasiæ, cū pergeret cum Sedecia rege in Babylonē, in anno quarto regni eius, Saraias autem erat princeps prophetiæ. Et scripsit Ieremias omne malum quod vēturum erat super Babylonem in libro vno: omnia verba hæc quæ scripta sunt contra Babylonē. Et dixit Ieremias ad Saraiā, Cùm veneris in Babylonē, & videris, & legeris omnia verba hæc, dices, Domine tu locutus es contra locum istum vt disperderes eum: ne sit qui in eo habitet ab homine vsq; ad pecus, & vt sit perpetua solitudo. Cumq; compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidē, & proijcies illum in medium Euphráten, & dices, Sic submergetur Babylon, & nō consurget à facie afflictionis quam ego adduco super eam, & dissoluetur. Hucusq; verba Ieremiæ.

S. *Præcedentium repetitio, nempè quòd Ierusalem à Nabuchodonosor obsessa post biennium capitur, & Sedecias rex Iuda fugiēs reducitur: filijsq; eius coram ipso trucidatis vnà cum principibus Iuda, exoculatus ac vinctus ducitur in Babylonem: & incenso templo & palatio cæterisq; domibus, trāsferuntur omnes in Babylonem, præter paucos vinitores & agricolas: similiter & vasa templi, inter quæ describūtur duæ æreæ columnæ: & numerus Iudæorum in Babylonem diuersis temporibus translatorum, vbi rex Ioachin post. 37. annos de carcere eductus exaltatur.*

CAP. LII.

A FIlius viginti & vnius anni erat Sedecias cùm regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalem: & nomen
4.Re.24.d 2.Par.36.b matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. Quoniam furor Domini erat in Ierusalē, & in Iuda, vsquequo proijceret eos á facie sua: & recessit Sedecias à rege Babylonis. ‖Factum est autem in anno no
Supr.39.a. 4.Re.25.a no regni eius, in mense decimo, decima mensis: venit Nabuchodonosor rex Babylonis, ipse, & omnis exercitus eius aduersus Ierusalē, & obsederūt eam, & ædificauerunt cōtra eam munitiones in circuitu. Et fuit ciuitas obsessa, vsque ad vndecimum annum regis Sedeciæ. Mense autem quarto, nona mensis, obtinuit fames ciuitatem: & non erant alimenta
B populo terræ. Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fugerunt, exieruntque de ciuitate noctæ per viam portæ, quæ est inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obsidentibus vrbem in gyro) & abierunt per viam quæ ducit in eremum. Persecutus est autem Chaldæorum exercitus regem: & apprehenderunt Sedeciā in deserto, quod est iuxta Iericho: & omnis comitatus eius diffugit ab eo. Cumque comprehendissent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblátha, quæ est in terra Emath: & locutus est ad eum Iudicia. Et iugulauit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis eius: sed & omnes principes Iuda occīdit in Reblátha. Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum cōpedibus, & adduxit eū rex Babylonis in Babylonem: & posuit eum in domo carceris vsque ad diem mortis eius. In mense autem quinto, decima mensis, ipse C est annus nonusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps militie, qui stabat coram rege Babylonis in Ierusalem. Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Ierusalem, & omnem domum magnam igne combussit. Et totum murum Ierusalem per circuitum destruxit cunctus exercitus Chaldæorum qui erat cum magistro militiæ. De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo quod remanserat in ciuitate, & de perfugis qui transfugerant ad regem Babylonis, & cæteros de multitudine: transtulit Nabuzardan princeps militiæ. De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ in vinitores & agricolas. Columnas quoq; æreas, quæ erāt in do D mo Domini, & bases, & mare æneum quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi: & tulerunt omne æs eorum in Babylonē. Et lebetes, & creagras, & psalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vasa ærea quæ in ministerio fuerant, tulerunt. Et hydrias, & thymiamateria, & vrceos, & pelues, & cādelabra & mortaria, & cyathos: quotquot aurea, aurea: & quotquot argentea, argentea: tulit magister militiæ, Columnas duas, & mare vnū, *& *vitulos duodecim æreos, qui erāt sub basibus quas fecerat rex Salomō in domo Domini: non erat pondus æris omnium horum vasorū. De columnis autem, decem & octo cubi E ti altitudinis erant in columna vna: & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam: porrò grositudo eius, quatuor digitorum: & intrinsecus caua erat. Et capitella super vtramque æream: altitudo capitelli vnius, quinque cubitorum: & retiacula, & malogranata super coronam in circuitu, omnia ærea. Similiter columnæ secūdæ & malogranatæ. Et fuerunt malogranata nonaginta sex dependentia: & omnia malogranata centum, retiaculis circundabantur. Et tulit magister militiæ Saraiam sacerdotem primum, & Sophoniam sacerdotem secundum: & tres custodes vestibuli. Et de ci-

Similiter erat columna secunda, & malogranata. Et erant super capitellum in circuitu omnia ærea: similiter columnæ alterius. 5.

de ciuitate tulit eunuchum vnum: qui erat præpositus super viros bellatores: & septem
F viros de his qui videbāt faciem regis, qui inuenti sunt in ciuitate: & scribam principem militū, qui probabat tyrones: & sexaginta viros de populo terræ, qui inuenti sunt in medio ciuitatis. Tulit autem eos Nabuzardan magister militiæ: & duxit eos ad regem Babylonis in Reblátha. Et percussit eos rex Babylonis: & interfecit eos in Reblátha in terra Emath, & translatus est Iuda de terra sua. Iste est populus quem transtulit Nabuchodonosor: In anno septimo, Iudæos tria milia & viginti tres. In anno octauodecimo Nabuchodonosor de Ierusalem animas octingentas triginta duas. In anno vicesimo tertio Nabucho
donosor, transtulit Nabuzardan magister militiæ animas Iudæorum septingentas quadraginta quinque. omnes ergo animæ, quatuor millia sexcentæ. Et factum est in tricesimo-
G septimo anno transmigrationis Ioachin regis Iuda, duodecimo mense, vicesima quinta mē sis, eleuauit Euil-merodach rex Babylonis ipso anno regni sui, caput Ioachin regis Iudæ: & eduxit eum de domo carceris. Et locutus est cum eo bona: & posuit thronum eius super thronos regum qui erant post se in Babylone. Et mutauit vestimenta carceris eius, & comedebat panem corā eo semper cunctis diebus vitæ suæ. Et cibaria eius, cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis statuta per singulos dies, vsque ad diem mortis suæ cunctis diebus vitæ eius.

Threni, id est lamentationes Ieremiæ, quæ Hebraice Cinoth inscribuntur.

Hæc verba apud lxx. legitur, nō sic apud Hebræos.

ET FACTVM est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Ierusalem, & amaro animo suspirans, & eiulans dixit.



Heth. ה Facti sunt hostes eius in capite, inimici eius locupletati sunt quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum eius: paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis.

Vau. ו Et egressus est à filia Sion omnis decor eius: facti sunt principes eius velut arietes non inuenientes pascua: & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequētis.

Zain. ז Recordata est Ierusalem dierū afflictionis suæ, & præuaricationis, omnium desiderabilium suorum quæ habuerat à diebus antiquis cùm caderet populus eius in manu hostili, & nō esset auxiliator: viderūt eam hostes, & deriserunt sabbatha eius.

Heth. ח Peccatum peccauit Ierusalē, propterea instabilis facta est: omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illā, quia viderunt ignominiam eius: ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum.

Teth. ט Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui: deposita est vehementer, nō D habens consolatorē: vide Domine afflictionē meā, quoniā erectus est inimicus.

Iod. י Manum suam misit hostis ad omnia desyderabilia eius: quia vidit Gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam.

Caph. כ Omnis populus eius gemēs, & quærens panem: dederunt pretiosa quæque pro cibo ab refocillandam animam. Vide Domine & cōsydera, quoniam facta sum vilis.

Lamed. ל O vos mnes qui transitis per viam attēdite, & vi-

Aleph. א VOMODO sedet sola ciuitas plena populo: facta est quasi vidua domina Gentiū? princeps prouinciarū facta est sub tributo.

Beth. Iere. 13.c. ב ‖Plorans plorauit in nocte, & lachrymæ eius in maxillis eius: non est qui consoletur eam ex omnibus charis eius: omnes amici eius spreuerunt eam, & facti sunt ei inimici.

Gaimel. ג Migrauit Iudas propter afflictionē, & multitudinem seruitutis, habitauit inter Gentes, nec inuenit requiem: omnes persecutores eius apprehenderunt eam inter angustias.

Daleth. ד Viæ Sion lugent, eo quod non sint qui veniant ad solennitatem: Omnes portæ eius destructæ: sacerdotes eius gementes: virgines eius squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

& videte si est dolor sicut dolor meus:
quoniam vindemiauit me, vt locutus est
Dominus in die iræ furois sui.

Mem. מ De excelso misit ignem in ossibus meis, &
E erudiuit me: expandit rete pedibus meis,
conuertit me retrorsum: posuit me deso-
latam, tota die mœrore confectam.

Nun. נ Vigilauit iugum iniquitatum mearum: in
manu eius conuolutæ sunt, & impositæ
collo meo: infirmata est virtus mea: de-
dit me Dominus in manum de qua non
potero surgere.

Samech. ס Abstulit omnes magnificos meos Domi-
nus de medio mei: vocauit aduersum me
tempus, vt cõtereret electos meos: torcu-
lar calcauit Dominus virgini filiæ Iuda.

Ain. ע ‖Idcirco ego plorans, & oculus meus dedu
Iere.14.e. cens aquas: quia longe factus est à me cõ-
F solator conuertens animam meam: facti
sunt filij mei perditi, quoniam inualuit
inimicus.

Phe. פ Expandit Sion manus suas, non est qui cõ
soletur eam: mandauit Dominus aduer-
sum Iacob, in circuitu eius hostes eius: fa
cta est Ierusalem quasi polluta menstruis
inter eos.

Sadi. צ Iustus est Dominus, quia os eius ad iracun
diam prouocaui. audite obsecro vniuersi
populi, & videte dolorem meum: virgi-
nes meæ & iuuenes mei abierunt in ca-
ptiuitatem.

Coph. ק Vocaui amicos meos, ipsi deceperunt me: sa
G cerdotes mei & senes meiin vrbe cõsum-
pti sunt: quia quæsierunt cibum sibi vt re
focillarent animam suam.

Res. ר Vide Domine quoniam tribulor, conturba
tus est venter meus: subuersum est cor
meum in memetipsa, quoniam amaritu-
dine plena sum: foris *interficit' gladius, &
*interfecit. domi mors similis est.
9.

Sin. ש Audierunt quia ingemisco ego, & non est
qui consoletur me: omnes inimici mei au
dierũt malum meum lætati sunt, quoniã
tu fecisti: adduxisti diem cõsolationis, &
fient similes mei.

Thau. ת Ingrediatur omne malum eorũ coram te: &
vindemia eos sicut vindemiasti me pro-
pter omnes iniquitates meas: multi enim
gemitus mei, & cor meum mœrens.

CAP. II.

Aleph. א QVomodo obtexit caligine in furore
suo Dominus filiam Sion: proiecit
de cœlo in terram inclitam Israel,
& nõ est recordatus scabelli pedum suo-
rum in die furoris sui?

Beth. ב Præcipitauit Dominus nec pepercit, omnia
speciosa Iacob: destruxit in furore suo
munitiones virginis Iuda, & deiecit in ter
ram: polluit regnum, & principes eius.

Guimel. ג Cõfregit in ira furoris omne cornu Israel: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici: & succendit in Iacob quasi ignẽ flammæ deuorantis in gyro.

Daleth. ד Tetendit arcum suum quasi inimicus firmauit dexterã suam quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam.

He. ה Factus est Dominus velut inimicus: præcipitauit Israel, Præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius & repleuit in filia Iuda humiliatũ & humiliatã.

Vau. ו Et dissipauit quasi ortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum: obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem & sabbathũ: & in opprobriũ & in indignationẽ furoris sui regẽ & sacerdotẽ.

Zain. ז Repulit dominus altare suũ, maledixit sanctificationi suæ, tradidit in manus inimici muros turrium eius: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solenni.

Heth. ח Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum suum, & non auertit manũ suã à perditione: luxitq; antemurale, & murus pariter dissipatus est.

Teth. ט Defixæ sunt in terra portæ eius: perdidit & cõtriuit vectes eius, regẽ eius & principes eius in Gentibus: nõ est lex: & prophetæ eius nõ inuenerũt visionem à Domino.

Iod. י Sederunt in terra, conticuerunt senes filiæ Sion: cõsperserunt cinere capita sua, accincti sunt cilicijs, abiecerunt in terram capita sua virgines Ierusalem.

Caph. כ Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea: effusum est in D terra iecur meum super contritionem filiæ populi mei, cùm deficeret paruulus & lactens in platéis oppidi.

Lamed. ל Matribus suis dixerunt, Vbi est triticum & vinum? cùm deficerent quasi vulnerati in platéis ciuitatis: cùm exhalarent animas suas in sinu matrum suarum.

Mem. מ Cui cõparabo te? vel cui assimilabo te filia Ierusalem? cui exæquabo te, & cõsolabor te virgo filia Sion? magna est enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?

Nun. נ Prophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuã, vt te ad E pœnitentiam prouocarent: viderunt autẽ tibi assumptiones falsas & eiectiones.

Samech. ס Plauserunt super te manibus omnes transeuntes per viam: sibilauerunt & mouerunt caput suum super filiam Ierusalem, Hæccine est vrbs dicentes, perfecti decõris, gaudium vniuersæ terræ?

Phe. פ Aperuerunt super te os suum omnes inimici tui: sibilauerunt & fremuerunt dentibus, & dixerũt, Deuorabimus: en ista est dies quam expectabamus, inuenimus, vidimus.

Ain. ע ‖Fecit Dominus quæ cogitauit, compleuit
Leui.26.b sermonem suum quem præceperat à die-
Deut.28.b bus antiquis: destruxit, & non pepercit, &
F lætificauit super te inimicum, & exaltauit
cornu hostium tuorum.

Sadi. צ ‖Clamauit cor eorum ad Dominum super
Iere.14.e. muros filiæ Siõ, Deduc quasi torrentem
Supra.1.f. lachrymas per diem & noctem: non des
requiẽ tibi, neq; taceat pupilla oculi tui.

Coph. ק Consurge, lauda in nocte in principio vigi
liarum: effunde sicut aquam cor tuum an
te conspectum Domini: leua ad eum ma-
nus tuas pro anima paruulorum tuorum
qui defecerũt in fame in capite omnium
compitorum.

Res. ר Vide Domine, & consydera quem vinde-
G miaueris ita. ergóne comedent mulieres
fructum suum paruulos ad mẽsuram pal-
mæ? si occiditur in sanctuario Domini sa
cerdos & propheta?

Sin. ש Iacuerunt in terra foris puer & senex: virgi
nes meæ & iuuenes mei ceciderunt in gla
dio: interfecisti in die furoris tui: percus-
sisti, nec misertus es.

Thau. ת Vocasti quasi ad diem solennem, qui terre-
rent me de circuitu, & non fuit in die fu-
roris Domini qui effugeret & relinque-
retur: quos educaui & enutriui, inimicus
meus consumpsit eos.

CAP. III.

Aleph. א EGo vir videns paupertatem meam in
A virga indignationis eius.

Aleph. א Me minauit, & adduxit in tenebras,
& non in lucem.

Aleph. א Tantum in me vertit, & conuertit manum
suam tota die.

Beth. ב Vetustam fecit pellem meam & carnem
meam, contriuit ossa mea.

Beth. ב Aedificauit in gyro meo, & circundedit me
felle & labore.

Beth. ב In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos
sempiternos.

Guimel. ג Circumædificauit aduersum me, vt non e-
grediar: aggrauauit compedem meum.

Guimel. ג Sed & cùm clamauero & rogauero, exclusit
orationem meam.

Guimel. ג Concluſit vias meas lapidibus quadris, se-
mitas meas subuertit.

Daleth. ד Vrsus insidians factus est mihi: leo in *ab-
*abscondito. sconditis'.
B

Daleth. ד Semitas meas subuertit, & confregit me, po
suit me desolatam.

Daleth. ד Tetendit arcum suum, & posuit me quasi
signum ad sagittam.

He. ה Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.

He. ה Factus sum in derisum omni populo meo,
canticum eorum tota die.

He. ה Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me
absynthio.

Vau. ו Et fregit ad numerum dentes meos: cibauit
me cinere.

Vau. ו Et repulsa est *anima mea, oblitus sum bo-
*à pace.6. norum.

Vau. ו Et dixi, Perijt finis meus, & spes mea à Do
C mino.

Zain. ז Recordare paupertatis & transgressionis
meæ, absynthij & fellis.

Zain. ז Memoria memor ero, & tabescet in me ani
ma mea.

Zain. ז Hoc recolens in corde meo, *ideo' spe-
*in Deo. rabo.

Heth. ח Misericordiæ Domini quia non sumus cõ
sumpti: quia non defecerunt miseratio-
nes eius.

Heth. ח *Noui' diluculo, multa est fides tua.
*Nouæ.5.

Heth. ח Pars mea Dominus, dixit anima mea pro-
pterea expectabo eum.

Teth. ט Bonus est Dominus sperantibus in eum,
animæ quærenti illum.

Teth. ט Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.
D

Teth. ט Bonum est viro cùm portauerit iugum ab
adolescentia sua.

Iod. י Sedebit solitarius & tacebit: quia leuauit
*super se. *se.

Iod. י Ponet in puluere os suum, si fortè sit spes.

Iod. י Dabit percutienti se maxillam, saturabitur
opprobrijs.

Caph. כ Quia non repellet in sempiternum Domi-
nus.

Caph. כ Quia si abiecit, & miserebitur secundum
multitudinem misericordiarum suarum.

Caph. כ Non enim humiliauit ex corde suo, & ab-
iecit filios hominum

Lamed. ל Vt contereret sub pedibus suis omnes vin-
ctos terræ.

Lamed. ל Vt declinaret iudicium viri in conspectu
vultus Altissimi.

Lamed. ל Vt peruerteret homine in iudicio suo, Do-
E minus ignorauit.

Mem. מ Quis est iste qui dixit vt fieret, Domino
non iubente?

Mem. מ ‖Ex ore altissimi non egredientur nec ma-
Amos.3.b. la nec bona?

Mem. מ Quid murmurauit homo viuens, vir pro
peccatis suis?

Nun. נ Scrutemur vias nostras, & quæramus, & re-
uertamur ad Dominum.

Nun. נ Leuemus corda nostra, cum manibus ad
Dominum in cœlos.

Nun. נ Nos inique egimus, & ad iracundiam pro-
uocauimus: idcirco tu inexorabilis es.

Ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Samech. ס Operuisti in furore, & percussisti nos: occidisti, nec pepercisti.
Samech. ס Opposuisti nubem tibi, ne transeat oratio.
Samech. ס Eradicationem & abiectionem posuisti me in medio populorum.
F
Phe. פ Aperuerunt super nos os suum omnes inimici.
Phe. פ Formido & laqueus facta est nobis vaticinatio & contritio.
Phe. פ Diuisiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei.
Ain. ע Oculus meus afflictus est, nec tacuit, eo quòd non esset requies.
Ain. ע Donec respiceret & videret Dominus de cœlis.
Ain. ע Oculus meus deprædatus est animã meam in cunctis filiabus vrbis meæ.
Sadi. צ Venatione ceperũt me quasi auem inimici mei gratis.
Sadi. צ Lapsa est in lacum vita mea, & posuerunt lapidem super me.
Sadi. צ Inundauerunt aquæ super caput meum: dixi, Perij.
Coph. ק Inuocaui nomen tuum Domine de lacu nouissimo.
Coph. ק Vocem meam audisti: ne auertas aurẽ tuam à singultu meo & clamoribus.
G
Coph. ק Appropinquasti in die quando inuocaui te: dixisti, Ne timeas.
Res. ר Iudicasti Domine causam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.
Res. ר Vidisti Domine iniquitatem illorum aduersum me: iudica iudicium meum.
Res. ר Vidisti omnem furorem, vniuersas cogitationes eorum aduersum me.
Sin. ש Audisti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum aduersum me.
Sin. ש Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die.
Sin. ש Sessionem eorum, & resurrectionem eorũ vide, ego sum psalmus eorum.
Thau. ת Reddes eis vicem Domine, iuxta opera manuum suarum.
Thau. ת Dabis eis scutum cordis laborem tuum.
Thau. ת Persequêris me in furore, & cõteres eos sub cœlis Domine.

CAP. IIII.

Aleph. א QVomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum?
Beth. ב Filij Siõ incliti, & amicti auro primo: quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli?
Guimel. ג Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos suos: filia populi mei crudelis quasi struthio in deserto.
Daleth. ד Adhæsit lingua lactentis ad palatum eius in sitim: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.
He. ה Qui vescebantur voluptuosè, interierũt in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati sunt stercora.
Vau. ו Et maior effecta est iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum: quæ subuersa est in momento, & non ceperunt in ea manus. *Gen. 19.c.*
Zain. ז Candidiores Nazaræi eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores:
Heth. ח Denigrata est super carbones facies eorum, & non sunt cogniti in platèis: adhæsit cutis eorum ossibus: aruit, & facta est quasi lignum.
Teth. ט Melius fuit occisis gladio, quam interfectis fame: quoniam isti extabuerunt consumpti à sterilitate terræ.
Iod. י Manus mulierum misericordium coxerũt filios suos: facti sunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.
Caph. כ Compleuit Dominus furorem suum, effudit iram indignationis suæ: & succendit ignem in Sion, & deuorauit fundamenta eius.
Lamed. ל Non crediderunt reges terræ, & vniuersi habitatores orbis quoniam ingrederetur hostis & inimicus per portas Ierusalem:
Mem. מ Propter peccata prophetarum eius, & iniquitates sacerdotum eius qui effuderunt C in medio eius sanguinem iustorum.
Nun. נ Errauerunt cæci in platèis, polluti sunt sanguine: cumque non possent, *tenuerunt lacinias suas. *intrare.
Samech. ס Recedite polluti, clamauerunt eis recedite, abite, nolite tangere: iurgati quippe sunt & commoti: dixerunt inter Gentes, Non addet vltrà vt habitet in eis.
Phe. פ Facies Domini diuisit eos, non addet vt respiciat eos: facies sacerdotum non erubuerunt, neque senum miserti sunt.
Ain. ע Cùm adhuc subsisteremus, defecerũt oculi nostri ad auxilium nostrũ vanum, cùm respiceremus attenti ad gentem quæ saluare *non poterat. *non.
Sadi. צ Lubricauerũt vestigia nostra in itinere platearum nostrarum, appropinquauit finis D noster, completi sunt dies nostri, quia venit finis noster.
Coph. ק Velociores fuerunt persecutores nostri aquilis cœli: super montes persecuti sunt nos, in deserto insidiati sunt nobis.
Res. ר Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris: cui diximus, In vmbra tua viuemus in Gentibus.
Sin. ש Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra

terra Hus: ad te quoque perueniet calix, inebriaberis, atq; nudaberis.
Thau. ת Completa est iniquitas tua filia Sion, non addet vltrà vt transmigret te: visitauit iniquitatem tuam filia Edom, discooperuit peccata tua.

ORATIO IEREMIÆ. CAP. V.

RECordare Domine quid acciderit nobis: intuere & respice opprobrium nostrum. Hæreditas nostra versa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre: matres nostræ quasi viduæ. Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra pretio comparauimus. Ceruicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies. Aegypto dedimus manum: & Assyrijs: vt saturaremur pane. Patres nostri peccauerunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum. In animabus nostris afferebamus panẽ nobis, à facie gladij in deserto. Pellis nostra, quasi clibanus, exusta est à facie tempestatũ famis. Mulieres in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu suspensi sunt: facies senũ non erubuerunt. Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt. Senes defecerunt de portis: iuuenes de choro psallentium. Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccauimus. Propterea mœstum factum est cor nostrum, ideò contenebrati sunt oculi nostri. Propter montem Sion quia disperijt: vulpes ambulauerunt in eo. Tu autem Domine in æternum permanebis, solium tuum in generatione & generationem. Quare in perpetuum obliuiscêris nostri? derelinques nos in lõgitudine dierum? Cõuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies nostros, sicut à principio. Sed proijciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer. *Psal. 73.b.* B C D

PRÆFATIO IN LIBRVM BARVCH PROPHETÆ.

LIBER iste, qui Baruch nomine prænotatur, in Hebræo canone non habetur, sed tantum in vulgata editione: similiter & epistola Ieremiæ. Propter notitiam autem legentiũ hîc scripta sunt, quia multa de Christo, nouissimisque temporibus.

Prophetia Baruch.

S. Iudæi à Babylone mittunt ad eos qui erant in Ierusalem librum Baruch vnà cum collectis pecunijs, vt oblatis holocaustis orẽt pro ipsis & pro Nabuchodonosor filioq; eius Balthasar, ac confitentur peccata sua. CAP. I.

ET hæc verba libri quæ scripsit Baruch filius Neriæ, filij Maasiæ, filij Sedeciæ, filij Sedei, filij Hælciæ in Babylonia, in anno quinto, in septimo die mensis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Ierusalem, & succenderunt eam igni. Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & ad aures vniuersi populi venientis ad librum: & ad aures potẽtium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo vsq; ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi. Qui audientes plorabant, & ieiunabant, & orabant in conspectu Domini. Et collegerunt pecuniam, secundum quod B potuit vniuscuiusque manus: & miserunt in Ierusalem ad Ioacim filium Helciæ filij Salom sacerdotem, & ad sacerdotes, & ad omnem populum qui inuenti sunt cum eo in Ierusalem, cùm 'acciperet' vasa templi Domini quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda decima die mensis Siban, vasa argẽtea quæ fecit Sedecias filius Iosiæ rex Iuda, postea quam cœpisset Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & vinctos & potentes, & populum terræ ab Ierusalem, & duxit eos *in Babylonem. Et dixerunt, Ecce, misimus ad vos pecunias, de quibus emite holocautomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei nostri: & orate pro vita Nabuchodonosor regis Babylonis, & pro vita Balthasar filij eius, vt sint dies eorum sicut dies cœli super terram: & vt det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos nostros, vt viuamus sub vmbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub vmbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum. Et pro nobis ipsis orate ad Dominum Deum nostrum: quia peccauimus Domino Deo nostro, & non est auersus furor eius à nobis vsque in hunc diẽ. Et legite librum istum, quem misimus ad vos recitari in templo Domini, in die solenni, & in die oportuno: & dicetis, ‖ Domino Deo *'acciperent'* *vinctos* C *Infra. 2.b.*

no-

nostro iustitia: nobis autem confusio faciei
nostræ, sicut est dies hæc. omni Iuda & habi-
tantibus in Ierusalē, regibus nostris, & princi-
pibus nostris, & sacerdotibus nostris, & pro-
Daniel.9.a phetis nostris, & patribus nostris. ‖Peccaui-
D mus ante Dominum Deū nostrum, & nō cre-
didimus, diffidentes in eū, & non fuimus sub-
iectibiles illi, & non audiuimus vocē Domini
Dei nostri, vt ambularemus in mandatis eius
quæ dedit nobis. A die qua eduxit patres no-
stros de Terra-Aegypti, vsq; ad diem hāc era-
mus incredibiles ad Dominū Deum nostrū:
& diſsipati receſsimus, ne audiremus vocem
ipſius. Et adhæſerūt nobis multa mala, & ma-
Deu.28.b. ledictiones, ‖quæ conſtituit Dominus Moyſi
ſeruo ſuo: qui eduxit patres noſtros de Terra-
Aegypti, dare nobis terrā fluentem lac & mel,
ſicut hodierna die. Et non audiuimus vocem
Domini Dei noſtri ſecundum omnia verba
▹.4. prophetarum quos miſit ad nos, ▹ & ad iudi-
ces noſtros': & abiuimus vnuſquiſque in ſen-
ſum cordis noſtri maligni, operari dijs alie-
nis, facientes mala ante oculos Domini Dei
noſtri.

S. Iudæi in captiuitate confitentur propter pecca ta ſua contigiſſe ſibi mala quæ Deus per pro phetas ſuos fuerat comminatus: fuſis ergo pre cibus petunt miſericordiam, quam per Moy ſen fuerat pollicitus ſe reſipiſcētibus daturum.

CAP. II.

A PRopter quod ſtatuit Dominus Deus
noſter verbum ſuum quod locutus eſt
ad nos, & ad iudices noſtros qui iudica-
*in. uerunt *Iſrael, & ad reges noſtros, & ad prin-
cipes noſtros, & ad omnem Iſrael & Iuda: vt
adduceret Dominus ſuper nos mala magna
quæ non ſunt facta ſub cœlo quemadmodum
Deut.28.f. facta ſunt in Ieruſalem ‖ſecundum quæ ſcripta
ſunt in lege Moyſi, vt manducaret homo car-
nes filij ſui, & carnes filiæ ſuæ. Et dedit eos
ſub manu regum omnium qui ſunt in circui-
tu noſtro in improperium & in deſolationē,
& in omnibus populis, in quibus nos diſper-
ſit Dominus. Et facti ſumus ſubtus & non ſu
B pra: quia peccauimus Domino Deo noſtro,
Supra.1.c. non obaudiendo voci ipſius. ‖Domino Deo
noſtro iuſtitia: nobis autē & patribus noſtris
confuſio faciei, ſicut eſt dies hæc. Quia locu-
tus eſt Dominus ſuper nos omnia mala hæc
quæ venerunt ſuper nos: & nō ſumus depreca
ti faciē Domini Dei noſtri, vt reuerteremur
vnuſquiſq; noſtrum à vijs noſtris peſsimis. Et
vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea ſu-
per nos: quia iuſtus eſt Dominus in omnibus
operibus ſuis quæ mandauit nobis: & non au
diuimus vocem ipſius, vt iremus in præceptis
Danie.9.d Domini quæ dedit ante faciem noſtram. ‖Et
C nunc Domine Deus Iſrael, qui eduxiſti popu
lum tuum de Terra-Aegypti in manu valida,
& in ſignis, & in prodigijs, & in virtute tua
magna, & in brachio excelſo, & feciſti tibi no
men ſicut eſt dies iſte: peccauimus, impiè egi-
mus, iniquè geſsimus Domine Deus noſter
in omnibus iuſtitijs tuis. Auertatur ira tua à
nobis: quia derelicti ſumus pauci inter gētes,
vbi diſperſiſti nos. Exaudi Domine preces
noſtras, & orationes noſtras, & educ nos pro-
pter te: & da nobis inuenire gratiam ante fa-
ciem eorum qui nos abduxerunt: vt ſciat om-
nis terra quia tu es Dominus Deus noſter, &
quia nomen tuum inuocatum eſt ſuper Iſra- D Deu.26.d.
el, & ſuper genus ipſius. ‖Reſpice Domine de Iſaiæ.63.d
domo ſancta tua in nos, & inclina aurem tuā, Pſal.113.d.
& exaudi nos. ‖ Aperi oculos tuos, & vide:
quia non mortui qui ſunt in inferno, quorum
ſpiritus acceptus eſt à viſceribus ſuis, dabunt
honorem & iuſtificationem Domino: ſed a-
nima quæ triſtis eſt ſuper magnitudinem ma
li, & incedit curua & infirma, & oculi deſici-
entes, & anima eſuriens dat tibi gloriam & iu
ſtitiam Domino. Quia non ſecundum iuſti- ▹.10.
tias patrum noſtrorū nos fundimus ▹ preces,
& petimus' miſericordiam ante conſpectum
tuum Domine Deus noſter: ſed quia miſiſti
iram tuam, & furorem tuum ſuper nos, ſicut
locutus es in manu puerorum tuorum pro-
phetarum, dicens, Sic dicit Dominus, Inclina
te humerum veſtrum, & ceruicem veſtram, &
opera facite regi Babylonis: & ſedebitis in ter Iere.29.b.
ra quam dedi patribus veſtris. ‖ Quòd ſi non *fecerittis,
*audieritis vocem Domini Dei veſtri opera- nec.
ri regi Babyloniæ: defectionem veſtrā faciam E
de ciuitatibus Iuda, & à foris Ieruſalem, & au
feram à vobis vocem iucunditatis, & vocem
gaudij, & vocem ſponſi & vocem ſponſæ, &
erit omnis terra ſine veſtigio ab inhabitanti-
bus eam. Et non audierunt vocem tuam, vt o-
perarentur regi Babylonis: & ſtatuiſti verba
tua quæ locutus es in manibus puerorū tuo-
rum prophetarū, vt tranferrentur oſſa regum
noſtrorum, & oſſa patrum noſtrorum de lo-
co ſuo, & ecce proiecta ſunt in calore ſolis, &
in gelu noctis: & mortui ſunt in doloribus
peſsimis, in fame & in gladio, & in emiſsione.
Et poſuiſti templum, in quo inuocatum eſt F
nomen tuum in ipſo, ſicut hæc dies, propter
iniquitatem domus Iſrael & domus Iuda. Et
feciſti in nobis Domine Deus noſter ſecun-
dum omnem bonitatem tuam, & ſecundum
omnem miſerationem tuam illam magnam: Leu.26.b.
‖ſicut locutus es in manu pueri tui Moyſi in Deu.28.b.
die qua præcepiſti ei ſcribere legem tuam co-
ram filijs Iſrael, dicens, Si non audieritis vo-
cem meam multitudo hæc magna conuerte-
tur in minimam inter Gentes, quò eos diſper
gam: quia ſcio quòd me non audiet populus,
po-

populus eſt enim dura ceruice: & conuerte-
tur ad cor ſuum in terra captiuitatis ſuæ, &
G ſciēt quia ego ſum Dominus Deus eorum: &
dabo eis cor. & intelligent: & aures, & audiēt.
Et laudabunt me in terra captiuitatis ſuæ, &
memores erunt nominis mei. Et auertent ſe
à dorſo ſuo duro, & à malignitatibus ſuis:
quia reminiſcentur viam patrum ſuorū qui
peccauerunt in me. Et reuocabo illos in ter-
ram quam iuraui patribus eorum Abraham,
Iſaac & Iacob, & dominabuntur eius: & mul
tiplicabo eos, & non minorabuntur. Et ſta-
tuā illis teſtamentum alterum ſempiternum,
vt ſim illis in Deum, & ipſi erūt mihi in popu
lum, & non mouebo amplius populū meum
filios Iſrael à terra quam dedi illis.

S. Perſeuerant cōfiteri peccata ſua & patrum ſuo rum, obſecrantes Deum pro miſericordia: Iſrael in captiuitatem ductus eſt eo quòd dereliquerit viam ſapientiæ quæ nō inuenitur à potentibus, di uitibus aut gigantibus: ſed populo Iſrael tradita fuerat à Deo, cui omnes ſuæ creaturæ obediunt: additurq; de Chriſti aduentu in carnem.

CAP. III.

A ET nunc Domine omnipotēs, Deus Iſ-
rael, anima in anguſtijs, & ſpiritus an-
xius clamat ad te: audi Domine & miſe
rere, quia Deus es miſericors, & miſerere no
ſtri: quia peccauimus ante te. Quia tu ſedes in
ſempiternū, & nos peribimus in æuū? Domi
ne omnipotēs Deus Iſrael audi nunc oratio-
nem mortuorum Iſrael, & filiorum ipſorum,
qui peccauerunt ante te, & nō audierunt vo-
cē Domini Dei ſui, & agglutinata ſunt nobis
mala. Noli meminiſſe iniquitatū patrum no
ſtrorum, ſed memento manus tuæ & nomi-
nis tui in tempore iſto: quia tu es Dominus
Deus noſter, & laudabimus te Domine, quia
propter hoc dediſti timorem tuum in cordi-
bus noſtris, & vt inuocemus nomē tuum, &
laudemus te in captiuitate noſtra, quia con-
uertimur ab iniquitate patrum noſtrorū qui
peccauerunt ante te: Et ecce nos in captiuita
B te noſtra ſumus hodie, qua nos diſperſiſti in
improperium, & in maledictū, & in peccatū,
ſecūdum omnes iniquitates patrum noſtro-
rum qui receſſerunt à te Domine Deus no-
ſter, Audi Iſrael mandata vitæ: auribus perci-
pe, vt ſciatis prudentiā. Quid eſt Iſrael quòd
in terra inimicorū es? inueteraſti in terra alie
na, coinquinatus es cum mortuis: deputatus
es cū deſcendētibus in infernum. Dereliqui-
ſti fontem ſapientiæ. nā ſi in via Dei ambu-
laſſes, habitaſſes vtiq; in pace ſuper terram.
Diſce vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi ſit
intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit lōgiturnitas
vitæ & victus, vbi ſit lumē oculorum, & pax
Quis inuenit locum eius? & quis intrauit in
theſauros eius? Vbi ſunt principes Gētium,
& qui dominantur ſuper beſtias quæ ſunt ſu
per terram? qui in auibus cœli ludunt, qui ar
gentum theſaurizant & aurum in quo confi-
dunt homines, & non eſt finis acquiſitionis
eorum? qui argentū fabricāt & ſoliciti ſunt,
nec eſt inuentio operū illorum? exterminati
ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alij loco
eorum exurrexerūt. Iuuenes viderunt lumē, C
& habitauerunt ſuper terram: viam autem
diſciplinæ ignorauerunt, neq; intellexerunt
ſemitas eius, neq; filij eorū ſuſceperunt eam,
à facie ipſorum longe facta eſt: non eſt audi-
ta in terra Chanaan, neq; viſa eſt in Themā.
Filij quoq; Agar qui exquirunt prudentiam
quæ de terra eſt, negotiatores terræ, & The-
man, & fabulatores, & exquiſitores prudē-
tiæ & intelligentiæ: viam autē ſapientiæ ne-
ſcierunt, neq; cōmemorati ſunt ſemitas eius.
O Iſrael, quā magna eſt domus Dei, & ingēs
locus poſſeſsionis eius? Magnus eſt, & non
habet finem: excelſus & immenſus. Ibi fuerūt
gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt,
ſtatura magna, ſcientes bellum. Non hos ele-
git Dominus, neq; viam diſciplinæ "inuene- "dedit illis.
runt': propterea perierunt. Et quoniam non 5.
habuerūt ſapientiam, interierunt propter ſuā
inſipientiam. Quis aſcendit in cœlum, & ac-
cepit eam, & deduxit eam de nubibus? Quis D
transfretauit mare, & inuenit illā, & attulit il-
lam ſuper aurum electum? Non eſt qui poſsit
ſcire vias eius, neque qui exquirat ſemitas e-
ius: ſed qui ſcit vniuerſa, nouit eam, & adin-
uenit eam prudentia ſua: qui præparauit ter-
ram in æterno tempore, & repleuit eam pecu
dibus: & quadrupedibus: qui emittit lumē, &
vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremo
re. Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodijs
ſuis, & lætatæ ſunt: vocatæ ſunt, & dixerunt,
Adſumus. & luxerunt ei cū iucūditate, qui fe
cit illas. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabi
tur alius aduerſus eū. Hic adinuenit omnem
viā diſciplinæ, & tradidit illam Iacob puero
ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris vi
ſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

S. Ieruſalem ſuā luget deſolationem, hortaturq; filios ſuos vt forti ſint animo: nā ſicut propter ipſorū pec cata Deus eos tradidit aduerſarijs, ita eis liberatis puniet hoſtes ipſorum. CAP. IIII.

HIc liber mandatorum Dei, & lex quæ A
eſt in æternum: omnes qui tenent eā,
perueniēt ad vitam: qui autem dere-
liquerunt eam, in mortē. Conuertere Iacob,
& apprehende eam, ambula per viam ad ſplen
dorem eius cōtra lumen eius. Ne tradas altri
gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alie-
næ. Beati ſumus Iſrael: quia quæ Deo placent
manifeſta ſunt nobis. Animæquior eſto po-

pulus Dei, memorabilis Israel. Venundati e-
stis Gentibus, non in perditionē: sed propter
quod in ira Dei ad iracundiā prouocastis Do-
B minū, traditi estis aduersarijs. Exacerbastis e-
nim eum qui fecit vos, Deum æternum, im-
molātes demonijs & non Deo. Obliti enim e-
stis eum qui nutriuit vos, & cōtristastis nutri
cem vestrā Ierusalem. Vidit enim iracundiā à
"ciuitates. 9 Deo venientem vobis, & dixit, Audite "confines' Siō, adduxit enim mihi Deus luctū ma-
gnum: vidi enim captiuitatem populi mei, fi-
liorum meorum & filiarum, quam superdixit
illis æternus. Nutriui enim illos cum iucun-
ditate: dimisi autem illos cum fletu & luctu.
Nemo gaudeat super me viduam & desola-
tam: à multis derelicta sum propter peccata fi-
liorum meorum, quia declinauerunt à lege
C Dei. Iustitias autem ipsius nescierunt, nec
ambulauerunt per vias mandatorum Dei, ne-
que per semitas veritatis eius cum iustitia in
gressi sunt. Veniant confines Sion, & memo-
rētur captiuitatem filiorum & filiarum mea-
rum, quam superduxit illis æternus. Adduxit
enim super illos gentem de longinquo, gen-
tem improbam, & alterius linguæ: qui non
sunt reueriti senem, neque puerorum miserti
sunt: & adduxerunt dilectos viduæ, & à filijs
vnicam desolauerunt. Ego autem quid pos-
sum adiuuare vos? Qui enim adduxit super
vos mala, ipse vos eripiet de manibus inimi-
D corum vestrorum. Ambulate filij, ambula-
te: ego enim derelicta sum sola. Exui me sto-
la pacis, indui autem me sacco obsecrationis,
& clamabo ad Altissimum in diebus meis. A-
nimæquiores estote filij, clamate ad Domi-
num, & eripiet vos de manu principum inimi
corum. Ego enim speraui in æternum salu-
tem vestram: & venit mihi gaudium à san-
cto super misericordia, quæ veniet vobis ab
æterno salutari nostro. Emisi enim vos cum
luctu & ploratu: reducet autem vos mihi Do
minus cum gaudio & iucunditate in sempi-
E ternum. Sicut enim viderunt vicinæ Sion ca-
ptiuitatem vestram à Deo, sic videbunt & in
celeritate salutem vestram à Deo, quæ super-
ueniet vobis cū honore magno, & splendore
æterno. Filij patienter sustinete iram, quæ su-
peruēnit vobis: persecutus est enim te inimi-
cus tuus, sed cito videbitis perditionem ip-
sius: & super ceruices ipsius ascendes. Deli-
cati mei ambulauerūt vias asperas: ducti sunt
enim vt rex direptus ab inimicis. Animæquio
res estote filij, & proclamate ad Dominum:
erit enim memoria vestra ab eo qui duxit vos.
Sicut enim fuit sensus vester vt erraretis à
Deo: decies tantum iterum conuertentes re-
quiretis eum. Qui enim induxit vobis mala, F
ipse rursum adducet vobis sempiternam iu-
cunditatem cum salute vestra. Animæquior
esto Ierusalem: exhortatur enim te qui nomi
nauit. Nocentes peribunt, qui te vexauerunt:
& qui gratulati sunt in tua ruina, punientur.
Ciuitates quibus seruierunt filij tui, punien-
tur, & quæ accepit filios tuos. Sicut enim gaui
sa est in tua ruina, & lætata est in casu tuo: sic
contristabitur in sua desolatione. Et amputa
bitur exultatio multitudinis eius, & gaudimo
nium eius erit in luctum. Ignis enim enim su G
peruenier ei ab æterno in longiturnis diebus,
& habitabitur à demonijs in multitudine tē-
poris. ‖ Circunspice Ierusalem ad Orientem, Infra. 5. b.
& vide iucunditatem à Deo tibi venientem.
Ecce enim veniunt filij tui quos dimisisti di-
spersos: veniunt collecti ab Oriente vsque ad
Occidentem, in verbo sancti gaudentes in ho
norem Dei.

S. Iubetur Ierusalem luctū exuere, eo quòd filij eius cum ignominia ducti in captiuitatem, cū gloria sint ad eam reducendi.

CAP. V.

EXue te Ierusalem stola luctus & vexa- A
tionis tuæ: & indue te decōre & hono-
re eius quæ à Deo tibi est sempiterna
gloria. Circundato te diploide à Deo iusti-
tiæ, & impone mitram capiti tuo honoris æ-
terni. Deus enim ostendet splendorem suum
in te, qui sub cœlo est. Nominabitur enim ti-
bi nomen tuum à Deo in sempiternum, Pax B
iustitiæ & honor pietatis. Exurge Ierusalem,
& sta in excelso: & circunspice ad Orientē, &
vide collectos filios tuos ab Oriente sole vsq;
ad Occidentē, in verbo sancti gaudentes Dei
memoria. ‖ Exierunt enim abs te pedibus du- Supr. 4. f.
cti ab inimicis: adducet autem illos Domi-
nus ad te portatos in honorem sicut filios re
gni. Cōstituit enim Deus humiliare omnem C
montem excelsum, & rupes perennes, & con-
ualles replere in æqualitatem terræ: vt ambu-
let Israel diligenter in honorem Dei. Obum-
brauerunt autem & syluæ, & omne lignum
suauitatis Israel mandato Dei. Adducet enim D
Deus Israel cum iucunditate in lumine maie
statis suæ cum misericordia & iustitia quæ est
ex ipso.

S. Iudæos apud Babylonios captiuos vaticinatur Ieremias post septem generationes liberandos: hortaturq; vt sibi caueant ab illorum idolatria, ostendens à plurimis effectibus imbecillia esse idola, pœnitusq; sensu carentia ac vanissima. CAP. VI.

"abductos. 14. EXEMPLAR epistolæ quam misit Ieremias ad "abducendos' captiuos in Babyloniam à rege Babylo-
niorum, vt annuntiaret illis secundum quod præceptum est illi à Deo.

A Sapie. 13. ‖ PRopter peccata quæ peccastis ante De-
um, abducemini in Babyloniam captiui
à Nabuchodonosor rege Babyloniorū.
Ingressi itaque in Babylonem, eritis ibi annis
plurimis & temporibus longis vsque ad gene
rationes septē: post hoc autem educā vos inde
Isai. 44. b. cum pace. ‖ Nunc autem videbitis in Babylo-
nia deos aureos & argenteos, & lapideos, & li-
gneos in humeris portari, ostētantes metum
Gentibus. Videte ergo ne & vos similes effi-
ciamini factis alienis, & metuatis, & metus
vos capiat in ipsis. Visa itaque turba de retro
& ab ante adorantes, dicite in cordibus ve-
stris, Te oportet adorari Domine. Angelus
enim meus vobiscū est: ipse autem exquiram
animas vestras. Nam lingua ipsorum polita à
fabro, ipsa etiam inaurata, & inargētata falsa
sunt: & non possunt loqui. Et sicut virgini a-
manti ornamenta: ita accepto auro fabrica-
ti sunt. Coronas certe aureas habent super
capita sua dij illorum: vnde subtrahunt sacer-
dotes ab eis aurum & argentum, & erogant
illud in semetipsis. Dant autē & ex ipso pro-
stitutis, & meretrices ornant: & iterū cū rece-
B perint illud à meretricibus, ornāt deos suos.
Hi autem non liberantur ab ærugine & tinea.
Opertis autem illis veste purpurea, exstergūt
faciem ipsorum propter puluerē domus, qui
est plurimus inter eos. Sceptrum autem habet
"abauerit. vt homo, sicut iudex regionis, qui in se pec-
cantē non interficit. Habet etiā in manu gla-
dium & securim: se autē de bello, & à latroni-
bus non liberat. Vnde vobis notū sit quia non
sunt dij. Nō ergo "veneremini' eos. Sicut enim
vas hominis confractum inutile efficitur: ta-
les sunt & dij illorum. Constitutis illis in do
mo, oculi eorum pleni sunt puluere à pedibus
introeuntium. Et sicut alicui qui regem of-
fendit, circunceptæ sunt ianuæ, aut sicut ad
sepulchrum adductum mortuum: ita tutan-
tur sacerdotes ostia clausuris & seris, nē à la-
tronibus expolientur. Lucernas accendunt il-
lis, & quidem multas: ex quibus nullam vide-
re possunt: sunt autem sicut trabes in domo.
Corda verò eorum dicunt elingere serpentes
qui de terrā sunt, dum comedunt eos, & vesti
mentum ipsorum: & nō sentiunt. Nigræ fiunt
facies eorū à fumo, qui in domo fit. Supra cor
C pus eorū, & supra caput eorū, volant noctuæ,
& hirūdines, & aues etiam, similiter & cattæ.
Vnde sciatis quia nō sunt dij. Ne ergo timue-
ritis eos. Aurū etiam quod habent, ad speciē
est. nisi aliquis exterserit æruginem, nō fulge-
Isai. 46. b. bunt: neque enim dum conflarentur, sentie-
bant. ‖ Ex omni pretio empta sunt, in quibus
spiritus non inest ipsis. Sine pedibus in hu-
meris portantur, ostentantes ignobilitatem
suam hominibus. Confundantur etiam qui
colunt ea. Propterea si ceciderint in terram, à
semetipsis non consurgunt: neque si quis
eum statuerit rectum, per semetipsum stabit,
sed sicut mortuis "munera eorum' illis appo- "humeri.
nentur. Hostias illorum vendunt sacerdotes
ipsorum, & abutuntur: similiter & mulieres
eorum decerpentes, neque infirmo, neque
mendicanti aliquid impertiunt, de sacrificijs
eorum fœtæ & mēstruatæ cōtingunt. Scien-
tes itaque ex his quia non sunt dij, ne timea-
tis eos. Vnde enim vocantur dij? Quia mulie-
res apponunt dijs argenteis, & aureis, & li-
gneis: & in domibus eorum sacerdotes se-
dent, habentes tunicas scissas, & capita, &
barbam rasam, quorum capita nuda sunt. Ru-
giunt autem clamantes contra Deos suos, si-
cut in cœna mortui. Vestimenta eorum au- D
ferunt sacerdotes, & vestiunt vxores suas &
filios suos. Neque siquid mali patiuntur ab
aliquo, neque siquid boni, poterunt retribue-
re: neque regem constituere possunt, neque
auferre. Similiter neque dare diuitias possunt,
neque malum retribuere. Siquis illis votum
vouerit, & non reddiderit: neque hoc requi-
runt. Hominem à morte non liberant, neque
infirmum à potentiori eripiunt. Hominem
cæcum, ad visum non restituunt: de necessi-
tate hominem non liberabunt. Viduæ non
miserebuntur, neque orphanis benefacient.
Lapidibus de monte similes sunt dij illorum,
lignei & lapidei, & aurei & argentei. Qui autē
colunt ea, confundentur. Quomodo ergo æ-
stimandum est, aut dicendum illos esse deos?
Adhuc enim ipsis Chaldæis non honorantī-
bus ea: qui cùm audierint mutum non posse
loqui, offerunt illud ad Bel, postulantes ab
eo loqui: quasi possint sentire qui non ha-
bent motum. & ipsi cùm intellexerint, relin-
quent ea: sensum enim non habent ipsi dij il-
lorum. Mulieres autem circundatæ funibus
in vijs sedent, succendentes ossa oliuarum.
Cùm autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo E
transeunte dormierit cum eo, proximæ suæ
exprobrat quòd ea non sit digna habita sicut
ipsa, neque funis eius diruptus sit. Omnia au-
tem quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æ-
stimandum aut dicendum est illos esse deos?
A fabris autem & ab aurificibus facta sunt. Ni-
hil aliud erunt, nisi id quod volunt esse facer
dotes. Aurifices etiam ipsi qui ea faciunt, non
sunt multi temporis. Nunquid ergo possunt
ea quæ fabricata sunt ab ipsis, esse dij? Reli-
querunt autem falsa & opprobrium posteā
futuris. Nam cùm superuenerit illis prælium, ▷. 8.
& mala: cogitāt sacerdotes ▷ post se', vbi se ab-
scondant cum illis. Quomodo ergo sentiri de
beant quoniam dij sunt, qui nec de bello se
liberant, neque de malis se eripiunt? Nam

cùm sint lignea, & inaurata, & inargentata, scietur postea quia falsa sunt, ab vniuersis gẽtibus & regibus: quæ manifesta sunt quia nõ sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus cum illis, Vnde ergo notum est quia non sunt dij, sed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in ipsis est? Regem regioni non suscitant, tneque pluuiam F hominibus dabunt. Iudicium quoque nõ discernent, neque regiones liberabunt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut corniculæ inter medium cœli & terræ. Etenim cùm inciderit ignis in domum deorum ligneorum, & argenteorum, & aureorum, sacerdotes quidem ipsorum fugient, & liberabuntur: ipsi verò sicut trabes in medio cõburentur. Regi autẽ & bello nõ resistent. Quomodo ergo æstimandum est, aut recipiendũ quia dij sunt? Nõ à furibus, neque à latronibus se liberabunt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus iniqui fortiores sunt. Aurum & argentum, & vestimentum quo operti sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxlium ferent. Itaque melius est esse regem ostentantem virtutem suam: aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui possidet illud: vel ostium in domo, quod custodit quæ in pace sunt: quã falsi dij. Sol quidem & luna, ac sydera, cùm sint splẽdida & emissa ad vtilitates, obaudiũt. Similiter & fulgur cùm apparuerit, perspicuum est: idipsum autem & spiritus in omni regione spirat. Et nubes quibus cùm imperatum fuerit à Deo perambulare in vniuersum orbem, perficiunt quod imperatum est eis. Ignis etiam missus désuper vt cõsumat montes & syluas, facit quod præceptũ est ei. Hæc autem, neque speciebus, neque virtutibus vni G eorum similia sunt. Vnde neque existimandum est, neque dicendum illos esse deos, quando non possunt neque iudicium iudicare, neque quicquam facere hominibus. Scientes itaque quia non sunt dij, ne ergo timueritis eos. Neque enim regibus maledicent, neque benedicent. Signa etiam in cœlo Gentibus non ostendunt, neque vt sol lucebunt, neque illuminabunt vt luna. Bestiæ meliores sunt illis, quæ possunt fugere sub tectum, ac prodesse sibi. Nullo itaque modo nobis est manifestum quia sunt dij: propter quod ne timeatis eos. Nam sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dij illorum lignei, & argentei, & inaurati. Eodẽ modo & in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris similes sunt dij illorum lignei, & inaurati, & inargentati, A purpura quoque & marmore, quæ supra illos teneant, scietis itaque quia nõ sunt dij. Ipsi etiam postremo comeduntur, & erunt opprobrium in regione. Melior est homo iustus qui non habet simulachra: nam erit longè ab opprobrijs.

HIERONIMI IN EZECHIELEM
præfatio.

EZECHIEL Propheta cũ Ioachim rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem: ibique ijs qui cum eo captiui fuerant, prophetauit, pœnitentibus quòd ad Ieremiæ vaticinium se vltrò aduersarijs tradidissent, & viderent adhuc vrbem Ierosolymam stare, quam ille casuram esse prædixerat. Tricesimo autem ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad cõcaptiuos loqui. Et eodem tempore, licet posterior hic in Chaldæa, Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est: sed ex vtroque, mediè temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Ieremias: principia voluminis & finem magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & vulgata eius editio non multum distat ab Hebraico: Vnde satis miror quid causæ extiterit, vt si eosdem in vniuersis libris habemus interpretes: in alijs eadem, in alijs diuersa transtulerint. Legite igitur & hunc iuxta translationem nostram: quoniam per cola scriptus & commata, manifestiorem legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei & hunc subsannauerint: dicite eis quòd nemo eos compellat vt scribant. Sed vereor ne illud eis eueniat quod Grecè significantius dicitur, vt vocentur philolœdori.

Prophetia

Prophetia Ezechielis.



S. *Tempus & locus quibus Ezechieli ostẽsæ sunt visiones Dei, nempe in medio ignis similitudo quatuor animalium quæ describuntur, similiter & rotarum, firmamenti, throni, & hominis in throno sedentis igne circundati.*

CAP. I.

A FT factum est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis: cum essem in medio captiuorum iuxta fluuiũ Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei. In quinta mẽsis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioachin, factum est verbum Domini ad Ezechielem filiũ Buzi sacerdotem in terra Chaldæorum, secus flumen Chobar: & facta est super eum ibi manus Domini. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & iguis inuoluens, & splendor in circuitu eius: B & de medio eius quasi species electri, id est de medio ignis: & ex medio eius similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni: & quatuor pennæ vni. Et pedes eorũ pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus eris cãdetis. Et manus hominis sub pẽnis eorum in quatuor partibus: & facies & pennas per quaC tuor partes habebant. Iunctæq; erant pennæ eorum alterius ad alterum. nõ reuertebantur cum incederẽt: sed vnumquodq; ante faciem suam gradiebatur. Similitudo autẽ vultus eorum, facies hominis: & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilæ désuper ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pennæ eorum extẽtæ désuper: duæ pennæ singulorum iungebantur & duæ tegebant corpora eorum: & vnumquodq; eorum coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur nec reuertebantur cum ambulabant. Et similitudo animaliũ, & aspectus eorũ D quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarũ. Hec erat visio discurrens in medio animalium splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Cumq; aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quatuor facies. Et aspectus rotarũ, & opus earum, quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earũ & opera, quasi sit rota in medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibant: & non reuertebantur cum ambularent. Statura quoq; erat rotis, & altiE tudo, & horribilis aspectus: & totum corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor. Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Quocunque ibat spiritus, illuc eunte spiritu, & rotæ pariter eleuabantur, sequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum stãtibus stabant: & cum eleuatis à terra pariter eleuabantur & rotæ, sequentes ea: quia spiritus vitæ erat in rotis. Et F similitudo super capita animalium, firmamẽti, quasi aspectus crystalli horribilis, & extẽti super capita eorum désuper. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterũ: vnumquodq; duabus alis velabat corpus suũ, & alterum similiter velabatur. Et audiebã sonum alarum, quasi sonum aquarum multarũ, quasi sonum sublimis Dei cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis vt sonus castrorum. cumq; starent, demittebantur pennæ eorum. Nam cum fieret vox super firmamentum quod erat super caput eorum, stabant, & submittebant alas suas. Et super firC mamentum quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni: & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis désuper. Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum, à lumbis eius & désuper: & à lumbis eius vsq; deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu. Velut aspectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ, hic erat aspectus splendoris per gyrum.

S. *Roboratur propheta exterritus, vt intrepidè arguat rebelles filios Israel, si quo modo tandem ab inueteratis peccatis resipiscant, & iubetur comedere librum scriptum intus & foris,*

in quo erant lamentationes & carmen & væ.

CAP. II.

A HAec visio similitudinis gloriæ Domini.& vidi, & cecidi in faciem meam, & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me, Fili hominis sta super pedes tuos, & loquar tecum. Et ingressus est in me spiritus postquam locutus est mihi, & statuit me supra pedes meos: & audiui loquentem ad me, & dicentem,Fili hominis mitto ego te ad filios Israel,ad gentes apostatrices, quæ recesserunt à me: *patres eorum prævaricati sunt *ipsi &c. 1.
B pactum meum vsq; ad diem hanc.Et filij dura facie & indomabili corde sunt, ad quos ego mitto te:& dices ad eos,Hæc dicit Dominus Deus,Si fortè vel ipsi audiant, & si fortè quiescant,quoniam domus exasperans est:& scient quia propheta fuerit in medio eorum. Tu ergo fili hominis ne timeas eos,neq; sermones eorum metuas: quoniam increduli & subuersores sunt tecum,& cum scorpionibus
C habitas. verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides: quia domus exasperans est. Loquêris ergo verba mea ad eos, si forte audiant, & quiescant: quoniam irritatores
D sunt. Tu autem filij hominis audi quæcunque loquor ad te: & noli esse exasperans sicut domus exasperatrix est:aperi os tuum, & comede quæcunque ego do tibi. Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat inuolu-
Apoc. 5.a. tus liber:& expandit illum coram me,‖qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes,& carmen,& væ.

S. Comesto libro datur prophetæ facies adamantina, vt intrepidè arguat durissimos filios Israel in transmigratione constitutos: missus aũt constituitur speculator, qui si visum imminẽs malũ non annũtiauerit, eius qui perit reus efficitur:si aũt annuntiauerit, animã suã liberat, etiã si alius pereat:deinde campũ ingressus, visaq; ibi gloria Domini, iubetur in domo sua includi, tãquã vinctus ac mutus. CAP. III.

A ET dixit ad me,Fili hominis quodcunque inueneris comede: comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israel.Et aperui os meum,& cibauit me volumine illo,& dixit ad me, Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua cõplebuntur vo
Apo.10.d lumine isto, quod ego do tibi.‖Et comedi illud:& factum est in ore meo sicut mel dulce. Et dixit ad me, Fili hominis vade ad domum
C Israel,& loquêris verba mea ad eos.Nõ enim ad populũ profundi sermonis,& ignotæ linguæ tu mitteris,ad domum Israel, neq; ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ quorũ non possis audire sermones:&
B si ad illos mittereris,ipsi audirent te.Domus autem Israel nolũt audire te:quia nolunt audire me. omnis quippe domus Israel attrita fronte est, & duro corde. Ecce, dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frõtem tuam duriorem frontibus eorum. Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam:ne timeas eos,neque metuas à facie eorum:quia domus exasperans est. Et dixit ad me, Fili hominis omnes sermones meos quos loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi: & vade,ingredere ad transmigrationem ad filios populi tui, & loquêris ad eos, & dices C
eis, Hæc dicit Dominus Deus:si fortè audiãt & quiescãt. Et assumpsit me spiritus, & audiui post me vocem cõmotionis magnæ, Benedicta gloria Domini de loco suo. & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram,& vocem rotarũ sequentium animalia, & vocem commotionis magnæ. Spiritus quoque leuauit me,& assumpsit me:& abij amarus in indignatione spiritus mei:manus enim Domini erat mecum,confortans me.Et D
veni ad transmigrationem ad Aceruum noua rum frugũ,ad eos qui habitabãt iuxta flumen Chobar: & sedi vbi illi sedebant: & mansi ibi septem diebus mœrens in medio eorũ. Cùm autem pertransissent septem dies, factum est Infra.33.b.
verbum Domini ad me, dicens, ‖Fili hominis speculatorem dedi te domui Israel: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me. Si dicente me ad impium, Morte mo-
E rieris:nõ annuntiaueris ei,neque locutus fueris vt auertatur à via sua impia, & viuat:ipse impius in iniquitate sua morietur,sanguinem autẽ eius de manu tua requirã. Si autem tu annuntiaueris impio,& ille non fuerit cõuersus ab impietate sua,& à via sua impia:ipse quidẽ in iniquitate sua morietur,tu autem animam tuã liberasti. Sed & si cõuersus iustus à iustitia sua fuerit,& fecerit iniquitatẽ:ponam offendiculũ coram eo, ipse morietur: quia non annuntiasti ei, in peccato suo morietur,& nõ erũt in memoria iustitiæ eius quas fecit: sanF guinẽ verò eius de manu tua requirã. Si autem tu annuntiaueris iusto vt non peccet iustus,& ille non peccauerit:viuens viuet,quia annuntiasti ei, & tu animã tuam liberasti.Et facta est super me manus Domini,& dixit ad me,Surgens egredere in cãpum, & ibi loquar tecum.Et surgẽs egressus sum in campum: & ecce ibi gloria Domini stabat, quasi gloria Supra.1.2.
‖quam vidi iuxta fluuiũ Chobar: & cecidi in faciem meam. Et ingressus est in me spiritus, & statuit me super pedes meos: & locutus est G
mihi,& dixit ad me, Ingredere, & includere in medio domus tuæ.Et tu fili hominis ecce data sunt super te vincula,& ligabũt te in eis: & non egredieris in medio eorum. Et linguã tuã adhærere faciã palato tuo, & eris mutus, nec

nec quasi vir obiurgans: quia domus exasperans est. Cùm autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos,Hæc dicit Dominus Deus, Qui audit, audiat:& qui quiescit,quiescat:quia domus exasperans est.

S. Iubetur propheta figurare obsidionem Ierusalem, ac dormire super latus sinistrum. 390. diebus, super dextrum verò.40. ac vilẽ cibum & fœde confectum sibi præparare: quibus designet calamitatem filiorum Israel, obsidionem & afflictionem habitantium Ierosolymis.

CAP. IIII.

A ET tu fili hominis sume tibi laterem, & pones eum coram te:& describes in eo ciuitatem Ierusalem. Et ordinabis aduersus eam obsidionem, & ædificabis munitiones,& comportabis aggerem, & dabis cõtra eam castra,& pones arietes in gyro. Et tu sume tibi sartaginem ferream, & pones eam
*in *murum ferreum inter te & inter ciuitatem: & obfirmabis faciem tuam ad eam,& erit in obsidionem, & circũdabis eam: signum est domui Israel.Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & pones iniquitates domus Israel
*iniquitates super eo numero dierum quibus dormies super illud,& assumes *iniquitatem eorum.Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum,nu-
B mero dierum trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatẽ domus Israel.Et cùm cõpleueris hæc, dormies super latus tuum dex-
Num.14.f trum secũdo: & assumes ‖iniquitatem domus Iuda quadraginta diebus.diẽ pro anno,diem, inquã,pro anno dedi tibi.Et ad obsidionẽ Ierusalem conuertes faciem tuam, & brachium
*extentum tuum erit *extentum: &prophetabis aduersus eam. Ecce, circũdedi te vinculis: & non te cõuertes à latere tuo in latus aliud,donec cõpleas dies obsidionis tuæ.Et tu sume tibi frumentũ,& hordeum,& fabam,& lentem,& milium& viciã: & mittes ea in vas vnum, & facies tibi panes numero dierũ quibus dormies
C super latus tuum: trecẽtis & nonaginta diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo vescêris, erit in pondere viginti stateres in die: à tempore vsque ad tempus comedes illud. Et aquam in mensura bibes,sextam partem hinc à tempore vsque ad tẽpus bibes illud.Et quasi subcineritium hordeacium comedes illud: & stercore quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum. Et dixit Dominus, Sic
Ezec.20.g. comedent filij Israel panem suum pollutum
D inter gẽtes ad quas eijciam eos. ‖Et dixi,Ah, ah, ah, Domine Deus, ecce anima mea non est polluta, & morticinum & laceratum à bestijs nõ comedi ab infantia mea vsque nunc, & non est ingressa in os meum omnis caro immunda. Et dixit ad me, Ecce dedi tibi fimum boũ pro stercoribus humanis: & facies panem tuum in eo.Et dixit ad me,Fili hominis,‖ecce ego conteram baculum panis in Ie- Infra.5.d.
rusalem:& comedent panem in pondere,& in &.14.d.
solicitudine: & aquam in mensura, & in angustia bibent: Vt deficientibus pane & aqua, corruat vnusquisque ad fratrem suum,& cõtabescant in iniquitatibus suis.

S. Per detonsos capitis & barbæ prophetæ pilos iussu Domini, varieq; consumptos, designantur Iudæi propter sua peccata fame & gladio consumendi, sic vt patres filios, & filij patres comedant, reliqui verò in captiuitatem ducendi, vbi sint opprobrium ac stupor Gentibus quarum superarunt scelera.

CAP. V.

ET tu fili hominis sume tibi gladium a- A
cutum, radẽtem pilos:& assumes eum, & duces per caput tuum,& per barbam tuam: & assumes tibi statêram põderis, & diuides eos. Tertiam partem igni combures in medio ciuitatis,iuxta completionem dierum obsidionis:& assumes tertiam partem,& concides gladio in circuitu eius: tertiam verò aliam disperdes in ventum, & gladium nudabo post eos. Et sumes inde paruum numerum: & ligabis eos in summitate pallij tui.Et ex eis rursum tolles,& proijcies eos in medio ignis, & combures eos igni: & ex eo egredietur ignis in omnem domum Israel. Hæc dicit Dominus Deus, Ista est Ierusalem, in medio Gentium posui eam, & in circuitu eius terras.Et contempsit iudicia mea, vt plus esset impia quàm Gentes:& præcepta mea vltrà quàm terræ quæ in circuitu eius sunt. iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis
B meis nõ ambulauerunt.Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Quia superastis Gentes quæ in circuitu vestro sunt,& in præceptis meis non ambulastis,& iudicia mea non fecistis,& iuxta iudicia gentiũ quæ in circuitu vestro sunt, ▷.9.
▷non'estis operati: Ideo hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis Gentium: & faciam in te quod non feci, & quibus similia vltrà non faciam propter omnes abominationes tuas. Ideo patres comedent filios in medio tui,& filij comedent patres suos:& faciam in te iudicia, & ventilabo vniuersas reliquias tuas in omnem ventum.Idcirco viuo
C ego dicit Dominus Deus, Nisi pro eo quòd sanctũ meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque cõfringam,& non parcet oculus meus,& non miserebor. Tertia pars tui peste morietur, & fame consumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo:tertiam verò partem tuam in omnem vẽtum dispergam, & gladium euaginabo post

eos. Et complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor: & scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cùm impleuero indignationem meam in eis. Et dabo te in desertum & in opprobrium gentibus quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis. Et eris opprobrium & blasphemia: exemplum & stupor in gentibus quæ in circuitu tuo sunt, cùm fecero in te iudicia in furore & in indignatione, & in increpationibus iræ, Ego Dominus locutus sum: Quando misero sagittas famis pessimas in eos quæ erunt mortiferæ, & quas mittam vt disperdam vos: & famem congregabo super vos, & Supra.4.d Infra.14.d conteram in vobis baculum panis. ‖Et immittam in vos famem & bestias pessimas vsque ad internecionem: & pestilentia & sanguis transibunt per te, & gladium inducam super te. ego Dominus locutus sum.

S. Propter multiplicẽ idololatriam filiorum Israel prædicuntur eorum vrbes & excelsa dissipanda, & qui pestem, gladium & famem euaserint, dispergendi inter Gentes, vbi malis pressi, conuertentur ad Dominum.

CAP. VI.

A Infra.36.a ET factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis‖pone faciẽ tuam ad montes Israel: & prophetabis ad eos, & dices, Montes Israel audite verbum Domini Dei. Hæc dicit Dominus Deus montibus & collibus, rupibus & vallibus, Ecce, ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, & demoliar aras vestras, & cõfringentur simulachra vestra: & deijciam interfectos vestros ante idôla vestra. Et dabo cadauera filiorum Israel ante faciem simulachrorum vestrorum: & dispergam ossa vestra circum aras vestras in omnibns habitationibus vestris. Vrbes desertæ erunt: & excelsa demolientur & disipabuntur: & interibunt aræ vestræ, & confringentur: & cessabunt idôla vestra, & conterentur delubra vestra, & delebuntur opera vestra. Et cadet interfectus in medio vestri: & scietis quia ego sum Dominus. Et relinquam in vobis eos qui fugerint gladium in Gentibus, cùm dispersero vos in terris. Et recordabuntur mei liberati vestri in Gentibus ad quas captiui ducti sunt: quia contrixi cor eorum fornicans & recedens à me, & oculos eorum fornicantes post idôla sua: & displicebunt sibimet super malis quæ fecerãt in vniuersis abominationibus suis. Et scient quia ego Dominus non frustra locutus sum vt facerẽ eis malum hoc. Hæc dicit Dominus Deus, Percute ″manũ tuam', & allide pedem tuũ, & dic Heu, ad omnes abominationes malorũ domus Israel: ″quia' gladio, fame, & pe- ″manu tua. .6. ″qui.15.

ste ruituri sunt. Qui lõgè est, peste morietur: qui autem propè, gladio corruet: & qui relictus fuerit & obsessus, fame morietur: & complebo indignationem meam in eis. Et scietis D quia ego Dominus, cùm fuerint interfecti vestri in medio idolôrum vestrorum in circuitu ararum vestrarum, in omni colle excelso, & in cunctis summitatibus montium, & subtus omne lignum nemorosum, & subtus vniuersam quercum frondosam, locum vbi accenderunt thura redolentia vniuersis idôlis suis. Et extendam manum meam super eos: & faciam Terram desolatam & destitutam à deserto Deblátha in omnibus habitationibus eorum: & scient quia ego Dominus.

S. Denuntiat propheta totius terræ Iuda extremam & ineuitabilem vastationem proximè imminere propter ipsorum scelera.

CAP. VII.

ET factus est sermo Domini ad me, di- A cens, Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Israel, Finis venit, venit, finis super quatuor plagas terræ. Nunc finis super te, & immittã furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et non parcet oculus meus super te, & non miserebor: sed vias tuas ponam super te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego Dominus. Hæc dicit Dominus Deus, Af- B flictio vna, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis, euigilauit aduersum te: ecce venit. ″confractio″ Venit' contritio' super te, qui habitas in terra: venit tempus, propè est dies occisionis, & 5. non gloriæ montium. Nunc de propinquo effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponã tibi omnia scelera tua, Et nó parcet oculus meus, nec miserebor: sed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & scietis quia ego sum Do- C minus percutiẽs. Ecce dies, ecce venit: egressa est ″contritio', floruit virga, germinauit ″confractio. superbia. Iniquitas surrexit in virga impietatis: 4. non ex eis, & non ex populo, neque ex sonitu eorum: & non erit requies in eis. Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira super omnem populum eius. Quia qui vendit, ad id quod vendidit non reuertetur: & adhuc in viuẽtibus vita eorum. visio enimad omnem multitudinem eius non regredietur: & vir in iniquitate vitæ suæ non confortabitur. D Canite tuba, præparentur omnes, & non est qui vadat ad prælium: ira enim mea super ″vniuersum populum' eius. Gladius foris: & pestis & fames intrinsecus: qui in agro ″omnem multitudinem. 5. est, gladio morietur: & qui in ciuitate, pestilentia

lentia & fame & deuorabuntur. Et saluabuntur qui fugerint ex eis: & erunt in montibus quasi columbæ conuallium omnes trepidi, Isaiæ.15.a. Iere.48.f. Prouer.11.a vnusquisq; in iniquitate sua. Omnes manus dissoluentur, & omnia genua fluẽt aquis. ‖Et E accingent se cilicijs, & operiet eos formido: & in omni facie confusio, & in vniuersis capitibus eorum caluitium. ‖Argentum eorum foras proijcietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur: quia scandalum iniquitatis eorum factum est. Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarũ & simulachrorum fecerũt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiam: & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impijs terræ in prædam, & cõtaminabunt illud. F Et auertam faciem meam ab eis & violabunt arcanum meum: & introibunt in illud emissarij, & contaminabunt illud. Fac conclusionem: quoniam terra plena est iudicio sanguinum, & ciuitas plena iniquitate. Et adducam pessimos de Gẽtibus, & possidebunt domos eorum: & quiescere faciam superbiam potenG tium, & possidebunt sanctuaria eorum. Angustia superueniente requirent pacem, & nõ erit. Conturbatio super conturbationem veniet, & auditus super auditum: & quærent visionem de propheta, & lex peribit à sacerdote, & consilium à senioribus. Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & secundum iudicia eorum iudicabo eos: & scient quia ego Dominus.

S. Ezechiel post visam Dei similitudinem, spiritu raptus in Ierusalem, videt pessimas Iudæorum idololatrias sub varijs figuris: quare dicit Dominus se eis non parciturum, nec orationes exauditurum.

CAP. VIII.

A ET factum est in anno sexto, in sexto mense, in quinta mensis: ego sedebam in domo mea, & senes Iuda sedebant coram me, & cecidit ibi super me manus Domini Dei. Et vidi, & ecce similitudo quasi aspectus ignis: ab aspectu lumborum eius & deorsum, ignis: & à lũbis eius & sursum, quasi Dan.1.e aspectus splendoris, vt visio electri. ‖Et emisB sa similitudo manus apprehendit me in cinno capitis mei: & eleuauit me Spiritus inter terrã & cœlum: & adduxit me in Ierusalẽ in visione Dei, iuxta ostiũ interius quod respiciebat ad Aquilonem, vbi erat statutum idôlum zeli ad prouocandam æmulationem. Et ecce ibi gloria Dei Israel secundum visionem quam videram in cãpo. Et dixit ad me, Fili hominis, leua oculos tuos ad viam Aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam Aquilo C nis: & ecce ab Aquilone portæ altaris idôlum zeli in ipso introitu. Et dixit ad me, Fili hominis, putasne vides tu quid isti faciunt, abominationes magnas quas domus Israel facit hic, vt procul recedam à sanctuario meo? & adhuc conuersus videbis abominationes maiores. Et introduxit me ad ostium atrij: & vidi, & ecce foramen vnum in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis fode parietẽ. Et cum D fodissem parietem, apparuit ostium vnum. Et dixit ad me, Ingredere, & vide abominationes pessimas, quas isti faciunt hic. Et ingressus vidi, & ecce omnis similitudo reptilium, & animalium, abominatio, & vniuersa idôla domus Israel depicta erant in pariete in circuitu per totum. Et septuaginta viri de se- E nioribus domus Israel, & Iezonias filius Saphan stabat in medio eorum, stantium ante picturas: & vnusquisq; habebat thuribulum in manu sua: & vapor nebulæ de thure consurgebat. Et dixit ad me, Certè vides fili hominis quæ seniores domus Israel faciunt in tenebris, vnusquisque in abscondito cubilis sui: dicunt enim, Nõ videt Dominus nos, dereliquit Dominus terrã. Et dixit ad me, Adhuc conuersus videbis abominationes maiores quas isti faciunt. Et introduxit me per o- F stium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Et dixit ad me, Certè vidisti fili hominis: adhuc conuersus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem: & adorabant ad ortum solis. Et dixit ad me, Certè vidisti fili homi- G nis: nunquid leue est hoc domui Iuda, vt facerent abominationes istas quas fecerũt hic: quia replentes terram iniquitate, conuersi sunt ad irritandum me? & ecce applicant ramum ad nares suas. Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miserebor: & cum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

S. Apparentes sex viri iubentur omnes in Ierusalem trucidare, qui à viro lineis vestito non sunt signo Thau notati: quo facto Dominus exclamanti prophetæ respõdet id futurum exigentibus ipsorum criminibus.

CAP. IX.

ET clamauit in auribus meis voce ma- A gna, dicens, Appropinquauerunt visitationes vrbis, & vnusquisque vas

vas interfectionis habet in manu sua. Et ecce sex viri veniebãt de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem: & vniuscuiusque vas interitus in manu eius: vir quoque vnus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentariũ scriptoris ad renes eius: & ingressi sunt, & steterũt iuxta altare æreum. Et gloria Domini Israel assumpta est de cherub, quæ erat super eum ad limen domus: & vocauit virum qui indutus erat lineis, & atramentarium scriptoris habebat in lumbis suis. Et dixit Dominus ad eum, Transi per mediam ciuitatem in medio Ierusalem: ‖ & signa thau super frontes virorum gementium & dolentium super cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit audiente me, Transite per ciuitatem sequentes eum, & percutite: nõ parcat oculus vester, neq; misereamini. Senem, adolescentulum & virginem, *paruulos' & mulieres interficite vsque ad internecionem: omnem autem super quem videritis thau, ne occidatis, & à sanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris senioribus, qui erant ante faciem domus. Et dixit ad eos, Contaminate domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egressi sunt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate. Et cæde completa remansi ego, ruique super faciem meam, & clamans aio, Heu, heu, heu Domine Deus, ergõne disperdes omnes reliquias Israel, effundens furorem tuum super Ierusalem? Et dixit ad me, Iniquitas domus Israel & Iuda magna est nimis valde, & repleta est terra sanguinibus, & ciuitas repleta est auersione: dixerunt enim, Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. Igitur & meus non parcet oculus, neq; miserebor: viam eorum super caput eorum reddam. Et ecce, vir qui erat indutus lineis, qui habebat atramentarium in dorso suo, respondit verbum, dicens, Feci sicut præcepisti mihi.

Exod. 12. e Apoc. 7. a.

*paruulum.

1. Petri. 4. d.

S. Iubetur vir lineis vestitus accipere prunas ignis de medio rotarum quæ sunt subtus Cherubim, & super ciuitatem effundere: describitur visio Dei, Cherubim & quatuor rotarum.

CAP. X.

ET vidi, & ecce in firmamento quod erat super caput cherubim, quasi lapis sapphirus, quasi species similitudinis solij apparuit super ea. Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait, Ingredere in medio rotarum quæ sunt subtus cherubim: & imple manum tuã prunis ignis quæ sunt inter cherubim, & effunde super ciuitatem. Ingressusque est in conspectu meo: cherubim autem stabant à dextris domus cũ ingrederetur vir, & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata est gloria Domini désuper cherub ad limen domus: & repleta est domus nube, & atrium repletum est splendore gloriæ Domini. Et sonitus alarum cherubim audiebatur vsq; ad atrium exterius, quasi vox Dei omnipotentis loquentis. Cumque præcepisset viro qui indutus erat lineis, dicens, Sume ignem de medio rotarũ quæ sunt inter cherubim: ingressus ille stetit iuxta rotam. Et extendit cherub manum de medio cherubim, ad ignem qui erat inter cherubim: & sumpsit, & dedit in manus eius qui indutus erat lineis: qui accipiens egressus est. Et apparuit in cherubim similitudo manus hominis subtus pennas eorum. & vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta cherubim: rota vna iuxta cherub vnum, & rota alia iuxta cherub vnum: species autem rotarum erat quasi visio lapidis chrysolithi. & aspectus earum similitudo vna quatuor: quasi sit rota in medio rotæ. Cumque ambularent, in quatuor partes gradiebantur: ▷ &' non reuertebantur ambulantes: sed ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat, sequebantur & cæteræ, nec conuertebantur. ‖ Et omne cor pus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum. Et rotas istas vocauit volubiles, audiente me. Quatuor autem facies habebat vnum: facies vna, facies cherub &: facies secunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ. Et eleuata sunt cherubim: ipsum est animal quod videram iuxta fluuium Chobar. Cumq; ambularent cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarent cherubim alas suas, vt exaltarentur de terra, non residebant rotæ, sed & ipsæ iuxta erant. Stantibus illis, stabant: & cũ eleuatis eleuabantur. spiritus enim vitæ erat in eis. Et egressa est gloria Domini à limine templi: & stetit super cherubim. Et eleuantia cherubim alas suas, exaltata sunt à terra corã me: & illis egredientibus, rotæ quoque subsecutæ sunt: & stetit in introitu portæ domus Domini orientalis, & gloria Dei Israel erat super ea. Ipsum est animal ‖ quod vidi subter Deum Israel iuxta fluuium Chobar: & intelexi quia cherubim essent. Quatuor *vultus vni, & quatuor alæ vni: & similitudo manus hominis sub alis eorum. Et similitudo vultuum eorum, ipsi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus singulorum ante faciem suam ingredi.

▷. 12.

Supra. 1. 5.

Supra. 1. 5.

*per quatuor.

S. Aduersus Iezoniam & Pheltiam qui dicebant, pessimum tractantes consilium, Nónne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes, vaticinatur, illos & quotquot nolunt resipiscere puniendos: & propheticè Ezechiele mortuus est Pheltias: reliquias autem Israël dicit se reducturum in terram ipsorum, & daturum eis cor carneum, vt colant ac timeant Dominum.

CAP. XI.

ET eleuauit me spiritus, & introduxit me ad portam domus Domini orientalem, quæ respicit ad solis ortum: & ecce, in introitu portæ vigintiquinque viri: & vidi in medio eorum Iezoniam filium Azur, & Pheltiam filium Bananiæ, principes populi. Dixitque ad me, Fili hominis, hi sunt viri qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in vrbe ista: dicentes, Nónne dudum ædificatæ sunt domus? hæc est lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. Et irruit in me spiritus Domini, & dixit ad me, Loquere, Hæc dicit Dominus, Sic locuti estis domus Israel, & cogitationes cordis vestri ego noui. Plurimos occidistis in vrbe hac, & implestis vias eius interfectis. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Interfecti vestri, quos posuistis in medio eius, hi sunt carnes, & hæc est lebes: & educam vos de medio eius. Gladium metuistis, & gladium inducã super vos, ait Dominus Deus. Et eijciam vos de medio eius, daboq; vos in manum hostium, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Israel iudicabo vos, & scietis quia ego Dominus. Hæc non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio eius in carnes: in finibus Israel iudicabo vos. Et scietis quia ego Dominus: quia in præceptis meis non ambulastis, & iudicia mea non fecistis, sed iuxta iudicia gentiũ, quæ in circuitu vestro sunt, estis operati. Et factum est cum prophetarẽ, Pheltias filius Banaiæ mortuus est: & cecidi in faciem meã clamans voce magna, & dixi, Heu, heu, heu Domine Deus: consummationem tu facis reliquiarum Israel? Et factum est verbum Domini ad me, dicẽs, Fili hominis fratres tui viri propinqui tui, & omnis domus Israel, vniuersi quibus dixerunt habitatores Ierusalem, Longè recedite à Domino: nobis data est terra in possessionẽ. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia longè feci eos in Gentibus, & quia dispersi eos in terris: ero eis in sanctificationem modicam in terris ad quas venerunt. Propterea loquere, Hæc dicit Dominus Deus, Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus dispersi estis: daboq; vobis humum Israel. Et ingredientur illuc, & auferent omnes offensiones, cunctasq; abominationes eius de illa. ‖ Et dabo eis cor vnũ, & spiritum nouum tribuã in visceribus eorum: & auferam cor lapideum de carne eorũ, & dabo eis cor carneum: Vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, faciantque ea: & sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum. Quorum *cor post offendicula & abominationes suas ambulat, horum viam in capite suo ponam, dicit Dominus Deus. Et eleuauerunt cherubim alas suas, & rotæ cum eis: & gloria Dei Israel erat super ea. Et ascendit gloria Domini de medio ciuitatis, stetitq; super montem qui est ad Orientem vrbis. Et spiritus leuauit me: adduxitque *in Chaldæam ad transmigrationem, in visione in spiritu Dei: & sublata est à me visio quam videram. Et locutus sum ad transmigrationem omnia verba Domini quæ ostenderat mihi.

Ierem. 23. f. Infra. 36. f.

*autem.

*me. 4.

S. Ezechiel suis factis portendit futuram Ierusalem & regis ipsius captiuitatẽ, reliquis gladio peste & fame in Ierusalem consumptis: ostendit etiam visionem prophetarum non cassam futuram, nec in longum differendam.

CAP. XII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis in medio domus exasperantis tu habitas: qui oculos habẽt ad videndum, & non vident: & aures ad audiendum, & non audiunt: quia domus exasperans est. Tu ergo fili hominis fac tibi vasa transmigrationis, & transmigrabis per diem coram eis: transmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conspectu eorum, si forte aspiciant: quia domus exasperans est. Et efferes foras vasa tua quasi vasa *transmigrantis' per diem in conspectu eorum: tu autem egredieris vespere coram eis, sicut egreditur migrans. Ante oculos eorum perfode tibi parietem: & egredieris per eum. In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine efferis: faciem tuam velabis, & nõ videbis terram: quia portentum dedi te domui Israel. Feci ergo sicut præceperat mihi: *vasa mea protuli quasi vasa *transmigrantis' per diem: & vespere perfodi mihi parietẽ manu: & in caligine egressus sum, & in humeris portatus in cõspectu eorum. Et factus est sermo Domini mane ad me, dicens. Fili hominis nunquid nõ dixerunt ad te domus Israel domus exasperans, Quid tu facis? Dic ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Super ducem onusi istud, qui est in Ierusalem: & super omnem domum Israel, quæ est in medio eorum, Dic, Ego portẽtum vestrũ quomodo feci, sic fiet illis: in transmigrationem, & in captiuitatem ibunt. Et dux qui est in medio eorũ in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodiẽt, vt educant eum: facies eius operietur, vt non videat oculo terram. ‖ ▷ Et' extẽdam rete meum super eum, & capietur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum: & ipsam non videbit, ibique morietur. Et omnes qui circa eum sunt, præsidium eius,

*transmigrationis. 5.

*Dominus.

*transmigrationis. 5.

Infra. 17. f. & 32. a. ▷. 6.

eius,& agmina eius dispergam in omnē ventum: & gladium euaginabo post eos. Et sciēt quia ego Dominus, quando dispersero illos
E in Gentibus,& disseminauero eos in terris.Et relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fame, & pestilentia: vt enarrent omnia scelera eorum in Gentibus ad quas ingredientur: & scient quia ego Dominus.Et factus est sermo Domini ad me, dicens,Fili hominis, panem tuum in cōturbatione comede: sed & aquam tuam in festinatione & mœrore bibe. Et dices ad populum terræ, Hæc dicit Dominus Deus ad eos qui habitant in Ierusalem in terra Israel, Panem suum in solicitudine comedent,& aquam suam in desolatione bibēt: vt
F desoletur terra à multitudine sua, propter iniquitatem omnium qui habitant in ea.Et ciuitates quæ nunc habitātur,desolatæ erunt,terráque deserta: & scietis quia ego Dominus. Et factus est sermo Domini ad me, dicēs,Fili hominis,quod est prouerbiū istud vobis in terra Israel?dicentium, In lōgum differentur dies, & peribit omnis visio. Ideò dic ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Quiescere faciam prouerbium istud, neque vulgo dicetur vltrà in Israel: & loquere ad eos quòd appropin-
G quauerint dies,& sermo omnis visionis.Nō enim erit vltrà omnis visio cassa, neq; diuinatio ambigua in medio filiorū Israel. Quia ego Dominus loquar: & quodcunq; locutus fuero verbum, & fiet,non prolongabitur amplius:sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum,& faciam illud, dicit Dominus Deus.Et factus est sermo Domini ad me, dicens,Fili hominis,ecce domus Israel dicentium. Visio quam hic videt,in dies multos:& in tempora longa iste prophetat. Propterea dic ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Non prolongabitur vltrà omnis sermo meus: verbum quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.

S. Minatur Dominus pseudoprophetis ex suo cerebro diuinātibus,populumq; seducētibus, falsam promittendo pacem, & parietē luto absq; paleis liniendo, similiter & filiabus Israel de corde suo prophetantibus & puluillos sub omni cubito consuentibus.

CAP. XIII.

A ET factus est sermo Domini ad me,di-
Infra.14.c. cens, Fili hominis, vaticinare ad prophetas Israel, qui prophetant:& dices prophetantibus de corde suo, Audite verbū Domini,Hæc dicit Dominus Deus, Væ prophetis insipientibus, qui sequuntur spiritum suum,& nihil videt. Quasi vulpes in desertis, prophetæ tui Israel erāt.Nō ascendistis ex aduerso,neq; opposuistis murum pro domo Israel: vt staretis in prælio in die Domini. Vident vana, & diuinant mendacium,dicentes, Ait Dominus:cū Dominus non miserit eos: & perseuerauerunt cōfirmare sermonē.Nunquid non visionem cassam vidistis,& diuinationem mendacem locuti estis? & dicitis, Ait Dominus: cum ego nō sim locutus. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia locuti estis vana,& vidistis mēdacium:ideò ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus: Et erit manus mea super prophetas qui vident vana, & diuinant mendacium: in concilio populi mei B non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredientur: & scietis quia ego Dominus Deus:Eo quòd deceperint populum meum,dicentes, Pax, & non est pax,& ipse ædificabat parietē,illi autem liniebant eum luto absque paleis.Dic ad eos qui liniunt absq; temperatura, quòd casurus sit: erit enim imber inundans,& dabo lapides prægrandes désuper irruentes,& ventū procellæ dissipantem. Siquidem ecce cécidit paries:nunquid non dicetur vobis,Vbi est littura quā linistis? Propterea hæc dicit Dominus Deus:Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit:& lapides grandes in ira in cōsumptionem. Et destruam parietem quem linistis absq; temperaméto: & adæquabo eum terræ,& reuelabitur fundamentum eius:& cadet,& consumetur in medio C eius:& scietis quia ego sum Dominus.Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum absq; temperamento, dicamq́; vobis, Non est paries, & non sunt qui liniunt eum.Prophetæ Israel qui prophetant ad Ieruſalem,& vident ei visionem pacis: & non est pax,ait Dominus Deus. Et tu fili hominis pone faciem tuam contra filias populi tui,quæ prophetant de corde suo: & vaticina re super eas,& dic,Hæc dicit Dominus Deus, *quæ.11.* Væ ‖ qui'consuunt puluillos sub omni cubito manus: & faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas: & cum caperent animas populi mei, viuificabant animas eorum. Et violabant me ad populum meum, propter pugillum hordei & fragmen panis, vt interficerent animas quæ non moriuntur, & viuificarent animas quæ non viuunt mentientes populo meo credenti men- D dacijs.Propter hoc hæc dicit Dominus Deus, Ecce,ego ad puluillos vestros quibus vos capitis animas volantes: & dirumpam eos de brachijs vestris: & dimittam animas quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra,neq; erunt vltrà in manibus vestris ad prædandum: & scietis quia ego Dominus. Pro eo quòd mœrere fecistis

stis cor iusti mendaciter, quem ego non contristaui: & confortastis manus impij, vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret:propterea vana non videbitis, & diuinationes nō diuinabitis amplius, & eruam populum meum de manu vestra:& scietis quia ego Dominus.

S. Comminatur Dominus idololatris qui veniunt ad prophetas vt per eos consulant Dominum,dicens se illos perditurum, & prophetas decepturum,vt respondeant iuxta illorum iniquitates, Noe autem, Danielem & Iob sua iustitia liberaturos se tantum & non impios de fame, malis bestijs, gladio & peste, quæ in populum peccatorem immittet Dominus: addi tur etiam consolatio reliquiarum Israel.

CAP. XIIII.

A ET venerunt ad me viri seniorum Israel, & sederunt coram me. Et factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis, & scandalum iniquitatis suæ statuerunt contra faciem suā:nunquid interrogatus respondebo eis? Propter hoc loquere eis,& dices ad eos,Hæc dicit Dominus Deus, Homo homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo,& scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, B & venerit ad prophetam interrogās per eum me: ego Dominus respōdebo ei in multitudine immunditiarum suarum: Vt capiatur domus Israel in corde suo quo recesserunt à me in cunctis idōlis suis. Propterea dic ad domū Israel,Hæc dicit Dominus Deus, Conuertimini,& recedite ab idōlis vestris,& ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras.Quia homo homo de domo Israel,& de proselytis quicunque aduena fuerit in Israel,si alienatus fuerit à me, & posuerit idōla sua in corde suo, & scādalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetam vt interroget per eum me: ego C Dominus respondebo ei per me. Et ponam faciem meam super hominem illum, & faciā eum in exemplum & in prouerbium, & disperdam eum de medio populi mei, & scietis
Supra.12.a quia ego Dominus. ‖ Et propheta cum errauerit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam super illum, & delebo eum de medio populi mei Israel. Et portabunt iniquitatem suam:iuxta iniquitatem interrogantis, sic iniquitas prophetæ erit: Vt non erret D vltrà domus Israel à me, neque polluatur in vniuersis prævaricationibus suis:sed sint mihi in populum, & ego sim eis in Deum, ait Dominus exercituū.Et factus est sermo Domini ad me, dicēs,Fili hominis,terra cū peccauerit mihi,vt prævaricetur prævaricans extendam manum meam super eam,‖ & conte- Supr.4.d. 5.d.
ram virgam panis eius: & immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem & iumentum.Et si fuerint tres viri isti in medio eius,Noe,Daniel, & Iob: ipsi iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituū. Quòd si & bestias pessimas induxero super terram,vt vastem eā:& fuerit inuia, eo quòd non sit pertransiens propter bestias.Tres viri E isti si fuerint in ea, viuo ego, dicit Dominus Deus,quia nec filios nec filias liberabunt:sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio, Transi per terram: & interfecero de ea hominem & iumentum:Et tres viri isti fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios neque filias: sed ipsi soli liberabuntur. Si au- F tem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, vt auferam ex ea hominem & iumentum,Et Noe, & Daniel,& Iob fuerint in medio eius: viuo ego, dicit Dominus Deus, quia filiū & filiam nō liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas. Quoniam hæc dicit Dominus Deus, Quòd & si quatuor iudicia mea pessima, gladiū, & famem,ac bestias malas, & pestilentiā immisero in Ieruſalem, vt interficiam de ea hominem & pecus:Tamen relinquetur in ea salua G tio educentium filios & filias: ecce ipsi egredientur ad vos, & videbitis viam eorum & adinuentiones eorū:& consolabimini super malo quod induxi in Ieruſalem in omnibus quæ importaui super eam. Et consolabuntur vos, cum videritis viam eorum & adinuentiones eorum: & cognoscetis quòd non frustra fecerim omnia quæ feci in ea,ait Dominus Deus.

S. Sicut lignum de vitæ præcisum soli seruit igni, ita Iudæos ob inueterata peccata cum Ieruſalem prædicit exurendos. CAP. XV.

ET factus est sermo Domini ad me, di- A
cens,Fili hominis,quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorū,quæ sunt inter ligna syluarum? Nunquid tolletur de ea lignum,vt fiat opus,aut fabricabitur de ea paxillus, vt dependeat in eo quodcunque vas? Ecce, igni datum est in escam, vtranque partem eius cōsumpsit ignis, & medietas eius redacta est in fauillam:nunquid vtile erit ad opus? Etiam cùm esset integrum, non erat a- B ptum ad opus: quanto magis cùm illud ignis deuorauerit & combusserit,nihil ex eo fiet operis? Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quo modo lignum vitis inter ligna syluarū quod dedi igni ad deuorandum, sic ‖ tradam' ‖*tradidi.9.* habitatores Ieruſalem. Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis con-

Universidad de Deusto Biblioteca

consumet eos: & scietis quia ego Dominus, Cum posuero faciem meam in eos, & dedero terram inuiam & desolatam: eo quòd præuaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

S. *Ierusalem prius abiectissima, mirum in modum à Deo exaltata, ostendit ingratitudinem varia idololatria, in qua & Samariam & Sodomam superauit: idcirco tradet eã Dominus in vastationẽ & in ignominiam omnibus gentibus: seruabit tamen pactum reliquijs suis.*

CAP. XVI.

A ET factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, notas fac Ierusalem abominationes suas, & dices, Hæc dicit Dominus Deus Ierusalem, Radix tua & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chetæa. Et quando nata es, in die ortus tui non est præcisus vmbiculus tuus, & aqua non es lota in salutem, nec sale salita, nec inuoluta pannis. Non pepercit super te oculus, vt faceret tibi vnum de his, misertus tui: sed proiecta es super faciem terræ in abiectione animæ tuæ in die qua nata es. Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo: & dixi tibi cum esses in sanguine tuo, Viue. dixi inquã tibi. In sanguine tuo viue, Multiplicatam quasi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & peruenisti ad mundũ muliebrem: vbera tua intumuerunt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confusione plena. Et transiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuũ, tempus amantium: & expandi amictũ meum super te, & operui ignominiam tuã. Et iuraui tibi, & ingressus sum pactum tecum, ait Dominus Deus: & facta es mihi. Et laui te aqua, & emundaui sanguinem tuũ ex te, & vnxi te oleo. Et vestiui te discoloribus, & calceaui te hyacintho: & cinxi te bysso, & indui te sub-
B tilibus. Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum. Et dedi inaurem super os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decôris in capite tuo. Et ornata es auro & argento, & vestita es bysso, & polymito, & multis coloribus: similam & mel & oleum comedisti, & decôra facta es vehementer nimis: & profecisti in regnum. Et egressum est nomen tuum in Gentes propter speciem tuam: quia perfecta eras in decôre meo quem posueram super te, dicit Dominus Deus. Et habens fiduciam in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo: & exposuisti fornicationem tuam omni transeunti, vt eius fieres. Et sumens de vestimentis tuis, fecisti tibi excelsa hinc inde consuta: & fornicata es super eis, sicut nõ est factum, neq; futurum est. Et tulisti vasa decôris tui, de auro meo atque argento meo, quæ dedi tibi: & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis. Et sumpsisti vestimenta tua multicoloria, & "operuisti illas:' & oleum meum, & thymiama meum posuisti coram eis. [*vestita eis.22.] Et panem meum quem dedi tibi, similam & oleum & mel quibus enutriui te, posuisti in conspectu eorum in odorem suauitatis, & factum est, ait Dominus Deus. Et tu-
C listi filios tuos & filias tuas quas generasti mihi: & immolasti eis ad deuorandum. Nunquid parua est fornicatio tua? Immolasti filios meos, & dedisti, illos consecrans, eis. Et post omnes abominationes tuas & fornicationes, non es recordata dierum adolescentiæ tuæ, quando eras nuda & confusione plena, conculcata in sanguine tuo. Et accidit post omnem malitiam tuam (væ væ tibi, ait Dominus Deus) & ædificasti tibi lupanar, & fecisti tibi prostibulum in cũctis platéis. Ad omne caput viæ ædificasti signum prostitutionis tuæ: & abominabilem fecisti decôrem tuum: & diuisisti pedes tuos omni transeunti, & multiplicasti fornicationes tuas. Et fornicata es cum filijs Aegypti vicinis tuis magnarum carniũ: & multiplicasti fornicationẽ tuam ad irritãdum me. Ecce ego extendam manum meam super te, & auferam "iustificationem tuam': & [*iustitiã.10] dabo te in animas odientium te filiarum Palæsthinarum, quæ erubescunt in via tua scelerata. Et fornicata es in filijs Assyriorum, eo quòd necdum fueris expleta: & postquã fornicata es, nec sic es satiata. Et multiplicasti fornicationẽ tuam in Terra-Chanáan cum Chaldæis: & nec sic satiata es. In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus: cum facias omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis? Quia fabricasti lupanar tuum in capite
D omnis viæ, & excelsum tuum fecisti in omni platéa: nec facta es quasi meretrix fastidio augens pretiũ, sed quasi mulier adultera quæ super virum suum inducit alienos. Omnibus meretricibus dãtur mercedes: tu autem dedisti mercedes cunctis amatoribus tuis, & donabas eis vt intrarent ad te vndiq; ad fornicandum tecum. Factumq; est in te contra cõsuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & post te non erit fornicatio: in eo enim quòd dedisti mercedes, & mercedes non accepisti, factum est in te contrarium. Propterea meretrix audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus, Quia effusum est æs tuum, & reuelata est ignominia tua in fornicationibus tuis super amatores tuos, & super idôla abominationem tuarum in sanguine filiorũ tuorum quos dedisti eis: ecce ego cõgregabo omnes amatores tuos quibus cõmista es, & omnes quos dilexisti cum vniuersis quos oderas: & congregabo eos super te vndique, & nudabo ignominiam tuã coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. [Infra.23.b.] ||Et iudicabo te iudicijs adulterarum & effundentiũ sanguinem: & dabo te in sanguinem furoris & ze-
E li. Et dabo te in manus eorum, & destruent lupanar tuum, & demolientur prostibulum tuum: & denudabunt te vestimentis tuis, & auferent vasa decôris tui: & derelinquẽt te nudam plenamq; ignominia. Et adducent super te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, [4.Re.25.a] & trucidabunt te gladijs suis. ||Et comburent domos tuas igni, & facient in te iudicia in oculis mulierum plurimarum: & desines fornicari, & mercedes vltrà non dabis. Et requiescet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quiescã, nec irascar amplius. Eo quòd non fueris recordata dierum adolescentiæ tuæ, & prouocasti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, & non feci iuxta scelera tua in omnibus abominationibus tuis, Ecce, omnis qui dicit vulgò prouerbium, in te assumet illud, dicens, Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virum suum, & filios suos: & soror sororum tuarum es tu, quæ proiecerũt viros suos & filios suos: mater vestra Chetæa, & pater vester Amorrhæus. E: soror tua maior, Samaria, ipsa & filiæ eius quæ habitant ad sinistram tuam: soror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius. Sed nec in vijs earum ambulasti, neque secundum scelera earum fecisti pauxillum minus: penè sceleratoria fecisti il-
F lis in omnibus vijs tuis. Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia nõ fecit Sodoma soror tua ipsa, & filiæ eius, sicut fecisti tu & filiæ tuæ. [Gene.19.f] Ecce||hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis & abundantia, & otium ipsius & filiarum eius: & manum egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ sunt, & fecerunt abominationes corã me: & abstuli eas sicut "vidisti'. [*vidi.2.] Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & iustificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis quas operata es. Ergo & tu porta confusionem tuã, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratius agens ab eis, iustificatæ sunt enim à te: ergo & tu confundere & porta ignominiam tuã, quæ iustificasti sorores tuas. Et conuertam restituens eas conuersione Sodomorum cum filiabus suis, & conuersione Samariæ & filiarum eius: & conuertam reuersionem tuam in medio earum, vt portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus quæ fecisti, consolans eas. Et soror tua Sodoma, & filiæ eius re-
G uertentur ad antiquitatem suam: ▷ & Samaria, & filiæ eius reuertentur ad antiquitatem suam' & tu, & filiæ tuæ reuertemini ad antiquitatem vestram. Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbiæ tuæ, antequam reuelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum. Scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus. Quia hæc dicit Dominus Deus, Et faciam tibi sicut despexisti iuramentum, vt irritum faceres pactum: & recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempiternum. Et recordaberis viarum tuarum, & confundêris: cùm receperis sorores tuas te maiores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo. Et suscitabo ego pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus, vt recorderis & confundaris, & non sit tibi vltrà aperire os præ confusione tua, cùm placatus tibi fuero in omnibus quæ fecisti, ait Dominus Deus.

S. *Per parabolam de duabus, aquilis & plantata ac crescente vinea quæ nõ prosperabitur, declaratur quòd rex Babylonis translato in Babylonem rege Ioacim, constituet pro eo regem Sedeciam, qui relicto fœdere cum Nabuchodonosor inito, ad regem Ægypti transfugit: quapropter à Domino tradetur in manus Nabuchodonosor, & ductus in Babylonem morietur ibi: Dominus autem sublimi humiliato exaltabit humilem.*

CAP. XVII.

ET factum est verbum Domini ad me, A
dicens, Fili hominis propone ænigma, & narra parabolam ad domum Israel, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena pulmis & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri. Summitatem frondium eius auulsit: & transportauit eam in Terram-Chanaan, in vrbe negotiatorum posuit illam. Et tulit de semine terræ, & posuit illud in terra pro semine: vt firmaret radicem super aquas multas, in superfi- B
cie posuit illud. Cumque germinasset, creuit in vineam latiorem, humili statura, respicientibus ramis eius ad eam: & radices eius sub illa erant. facta est ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emisit propagines. Et facta est aquila altera grandis, magnis alis, multisque pulmis: & ecce vinea ista quasi mittẽs radices suas ad eam, palmites suos extendit ad illam, vt irrigaret eã de areolis germinis sui. *In terra bona super aquas multas plantata est: vt faciat frondes, & portet fructũ, vt sit in vineam G [*Quæ.]
grandem. Dic, Hæc dicit Dominus Deus, Ergône prosperabitur? nónne radices eius euellet,

*fructum .5.

euellet, & "fructus' eius distringet, & siccabit omnes palmites germinis eius, & arescet: & non in brachio grandi, neque in populo multo, vt euelleret eam radicitus? Ecce, plantata est: ergóne prosperabitur? nónne cùm tetigerit eam vêtus vrens siccabitur, & in areis germinis sui arescet? Et factum est verbum Domini ad me, dicēs, Dic ad domum exasperan-
D tem, Nescitis quid ista significent? Dic, Ecce, venit rex Babylonis in Ierusalem: & assumet regem, & principes eius, & adducet eos ad semetipsum in Babylonem. Et tollet de semine regni, ferietq; cum eo fœdus, & ab eo accipiet iusiurādum. sed & fortes terræ tollet: Vt sit regnum humile, & non eleuetur, sed custodiat pactum eius, & seruet illud. Qui recedens ab eo, misit nuntios ad Aegyptum, vt daret sibi equos, & populum multum. Nunquid prosperabitur, vel consequetur salutem, qui fecit hæc? & qui dissoluit pactum, nunquid effugiet? Viuo ego, dicit Dominus Deus. Quoniam in loco regis qui constituit eum regem,
E cuius fecit irritum iuramentum, & soluit pactum quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur. Et non in exercitu grandi, neq; in populo multo faciet cōtra eum Pharao prælium: in iactu aggeris, & in extructione vallorum, vt interficiat animas multas.
F Spreuerat enim iuramentum, vt solueret fœdus, & ecce dedit manū suam. & cùm omnia hæc fecerit, non effugiet. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Viuo ego, quoniam iuramentum quod spreuit, & fœdus quod præuaricatus est, ponam in caput eius. ‖Et expandam super eum rete meum: & comprehendetur in sagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum ibi in præuaricatione qua despexit me. Et omnes profugi eius cum vniuerso agmine suo, gladio cadent: residui autem in omnem vētum dispergentur: & scietis quia ego Dominus locutus sum. Hæc dicit Dominus Deus, Et sumam ego de medulla cedri sublimis, & ponam de vertice ramorum eius tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum & eminentem. In monte sublimi Israel plantabo il-
G lud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam: & habitabunt sub ea omnes volucres & vniuersum volatile, sub vmbra frondium eius nidificabit. Et scient omnia ligna regionis quia ego Dominus humiliaui lignum sublime, & exaltaui lignum humile: & siccaui lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci.

Supr.12.d. Infra.32.a.

S. *Reiecta Iudæorum parabola dicit quod filius non portabit iniquitatē patris, nec contrà, sed quisque suam ipsius portabit, quòd si impius pœnitētiam agat, saluabitur: iustus verò si suā deserat iustitiam, damnabitur: hortatur ergo Dominus ad pœnitentiam & cordis innouationem.*

CAP. XVIII.

A ET factus est sermo Domini ad me, dicens, Quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel? dicentes, patres comederunt vuā acerbam, & dentes filiorum obstupescunt. ‖Viuo ego, dicit Dominus Deus, si erit vltra vobis parabola hæc in prouerbium in Israel. Ecce omnes animæ, meæ, sunt: vt anima patris ita & anima filij, mea est: anima quæ peccauerit, ipsa morietur. Et vir si fuerit iustus, & fecerit iudicium & iustitiam, in montibus non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idôla domus Israel: & vxorem proximi sui non violauerit, & ad mulierem menstruatam non
B accesserit, Et hominem non contristauerit: pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit, ‖panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento, Ad vsuram nō commodauerit, & amplius nō acceperit: ab iniquitate auerterit manum suā, & iudicium verū fecerit inter virū & virū: *in præceptis meis ambulauerit, & iudicia mea custodierit, vt faciat veritatē: hic iustus est, vita viuet, ait Dominus
C Deus. Quod si genuerit filium latronē effundentem sanguinem, & fecerit vnum de istis: & hæc quidem omnia, non facientem, sed in montibus comedētem & vxorem proximi sui polluentē: Egenum & pauperem contristantem, rapientē rapinas, pignus non reddentē, & ad idôla leuantem oculos suos, abominationē facientem: Ad vsuram dantē & amplius accipientē: nunquid viuet? non viuet. cum vniuersa hæc detestāda fecerit, morte morietur, sanguis eius in ipso erit. Quòd si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui quæ fecit timuerit, & non fecerit simile eis: super mōtes non comederit, & oculos suos non leuauerit ad idôla domus Israel, & vxorem pro-
D ximi sui non violauerit, Et virum nō contristauerit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem suum esurienti dederit, & nudum operuerit vestimento: A pauperis iniuria auerterit manum suam, vsuram & superabundantiam non acceperit, *iudicia mea fecerit, in præceptis meis ambulauerit: hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet. Pater eius quia calumniatus est, & vim fecit fratri, & malum operatus est in medio populi sui: ecce mortuus est in iniquitate sua. Et dicitis, Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet quia filius iudicium & iustitiam operatus est, omnia præcepta mea custodiuit, & fecit illa, viuet vita. ‖ Anima quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit

Iere.31.e. Isaiæ.58.b Matt.25.c. *& *& Deu.14.c. 4.Re.4.b. 2.Par.25.b

iniquitatem patris, & pater non porta-
E bit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam: vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas operatus est, nō recordabor: in iustitia sua quā operatus est, viuet. ‖Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Si autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem secūdum omnes abominationes quas operari solet im-
F pius, nūquid viuet? omnes iustitiæ eius quas fecerat, nō recordabuntur: in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato suo quod peccauit, in ipsis morietur, Et dixistis, ‖Non est æqua via Domini. Audite ergo domus Israel, Nunquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? Cū enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis: in iniustitia quam operatus est morietur. Et cùm auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fecerit iudicium & iustitiam: ipse animā suam viuificabit. Consyderans enim, & auertens se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est, vita viuet & non morietur. Et dicunt filij
G Israel, Non est æqua via Domini. Nunquid viæ meæ non sunt æquæ, domus Israel, & nō magis viæ vestræ prauæ? Idcirco vnumquemque iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait Dominus Deus. ‖Conuertimini, & agite pœnitentiam, ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. proijcite à vobis omnes "præuaricationes' vestras in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum & spiritum nouum: & quare moriemini domus Israel? ‖Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini, & viuite.

Psal.29.a. Infra.33.c. Infra.33.d. Matth.3.a. *iniquitates Infra.33.c.

S. *Parabola leænæ & leunculorum designat captiuitatem regum Ioachaz & Ioacim: item præteritam ciuitatis Ierusalem fœlicitatem describit, præsentemq; calamitatem sub parabola vineæ.*

CAP. XIX.

A ET tu *assume plāctum super principes Israel, & dices, Quare mater túa leæna inter leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos suos? Et eduxit vnū de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere. Et audierunt de eo Gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in Terram-Aegypti. Quæ cùm vidisset quoniā infirmata est, & perijt expectatio eius: tulit vnum de leunculis suis, leonem cō-
B stituit eum. Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædam capere, & homines deuorare: Didicit viduas facere, & ciuitates eorum in desertum adducere: & desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerūt aduersus eum Gentes vndique de prouincijs, & expanderunt super eum rete suum, in vulneribus earum
C captus est. Et miserunt eum in caueā, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis: miseruntque eum in carcerem, ne audiretur vox eius vltrà super mōtes Israel. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plātata est: fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis. Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantium, & exaltata est statura eius inter frōdes: & vidit altitudinem suam in multitudine palmitū suorum. Et euulsa est in ira, in terramque proiecta: & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris eius: ig-
D nis comēdit eam. ‖Et nunc transplantata est in desertum, in terra inuia & sitienti. Et egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comēdit: & non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

*Fili hominis Osee.17.d

S. *Dominus negat se filijs Israël responsurum, quia & in Ægypto & in deserto & in terra promißionis præuaricati sunt ipsius mandata, & idôla coluerunt, quibus sepe comminatus est mala, sed pepercit ne nomen eius blasphemaretur inter Gentes: nūc autem post hæc omnia dicit se eos reuocaturum ad terram suam, in qua sibi seruiant: iubet etiam prophetare contra saltum meridianum.*

CAP. XX.

A ET factū est in anno septimo, in quinto, in decima mensis: venerunt viri de senioribus Israel vt interrogarent Dominum, & sederunt coram me. Et factus est sermo Domini ad me, dicēs, Fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Nunquid ad interrogandum me vos venistis? viuo ego quia non respondebo vobis, ait Dominus Deus. Si iudicas eos, si iudicas fili hominis? abominationes patrum eorum ostende eis. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, in die qua elegi Israel, & leuaui manum meam pro stirpe domus Iacob: & apparui eis in Terra-Aepypti, & leuaui manum meam pro eis, dicēs, Ego Dominus Deus vester: in die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de Terra-Aegypti, in terram quam prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras. Et dixi ad eos, Vnusquisque

quisque offensiones oculorum suorum abijciat, & in idôlis Aegypti nolite pollui: ego
B Dominus Deus vester. Et irritauerunt me, nolueruntque me audire: vnusquisque abominationes oculorum suorum non proiecit, nec idôla Aegypti reliquerunt: & dixi vt effunderem indignationem meã super eos, & implerem iram meam in eis, in medio Terræ-Aegypti. Et feci propter nomẽ meum, vt nõ violaretur coram Gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerem eos de Terra-Aegypti. Eieci ergo eos de
Leui.18.a. Terra-Aegypti, & eduxi eos in desertũ. ‖Et dedi eis præcepta mea, & iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo, viuet in eis. Insuper &
Rom.10.a. Exo.20.b. 31.c sabbatha mea ‖dedi eis, vt essent signum inter me & eos: & scirent quia ego Dominus sanctificans eos. Et irritauerunt me domus Israel in deserto, in præceptis meis nõ ambulauerunt, & iudicia mea proiecerunt, quæ fa-
Deut.5.b. Exodi.16.f ciens homo viuet in eis: ‖& sabbatha mea violauerunt vehementer. dixi ergo vt effunderẽ furorem meum super eos in deserto, & consumerem eos. Et feci propter nomen meum,
C ne violaretur coram Gentibus de quibus eieci eos in conspectu earum. Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium: Quia iudicia mea proiecerũt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbatha mea violauerunt: post idôla enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus super eos, vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem ad filios eorũ in solitudine, In præceptis patrum vestrorum nolite incedere, nec iudicia eorum custodiatis, nec in idôlis eorum polluamini. Ego Dominus Deus vester, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea. Et sabbatha mea sanctificate, vt sint signũ inter
*sciatis.3. *&. me & vos: & *sciatur quia ego sum Dominus Deus vester. Et exacerbauerunt me filij: *in præceptis meis nõ ambulauerunt: & iudicia mea nõ custodierunt, vt facerẽt ea: quæ cùm fecerit homo, viuet in eis: & sabbatha mea violauerunt: & cõminatus sum vt effunderem furorem meum super eos, & implerẽ iram meam in eis in deserto. Auerti auté ma-
D num meam, & feci propter nomen meum vt non violaretur coram Gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. Iterum leuaui manum meam in eos in solitudine, vt dispergerem illos in nationes, & ventilarem in terras: eo quòd iudicia mea non fecissent, & præcepta mea reprobassent, & sabbatha mea violassent, & post idôla patrum suorum fuissent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent: Et pollui eos in muneribus suis cùm offerrẽt omne quod aperit vuluã, propter delicta sua: & scient quia ego Dominus. Quã ob rem loquere ad domũ Israel fili hominis: & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc & in hoc blasphemauerũt me patres vestri, cũ spreuissent me contemnentes: & induxissem eos in terrã super quam leuaui manum meam vt
*illam. darem *eis: viderũt omnẽ collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerũt ibi victimas suas: & dederũt ibi irritationem oblationis suæ, & posuerunt ibi odorẽ suauitatis suæ, & libauerunt libationes suas. Et di- E
xi ad eos, Quid est excelsum ad quod vos ingredimini? Et vocatum est nomen eius Excelsum, vsque ad hanc diẽ. Propterea dic ad domũ Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Certe in via patrum vestrorum vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini: Et in oblatione donorum vestrorũ, cùm traducitis filios vestros per ignem, vos polluimini in omnibus idôlis vestris vsque hodie: & ego respondebo vobis domus Israel? Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia non respondebo vobis. Neque cogitatio mentis vestræ fiet, dicentium, Erimus sicut Gentes, & sicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. Viuo ego dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos. Et educam vos de populis: & cõgregabo vos de terris, in quibus dispersi estis, in manu valida & in brachio extẽto, & in furore effuso regnabo super vos. Et adducam vos in desertum populorum, & iudicabor vobiscum ibi facie ad faciem. Sicut F
iudicio contendi aduersum patres vestros in deserto Terræ-Aegypti: sic iudicabo vos, di- *Deut.6.
cit Dominus. *Et subijciã vos sceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis. Et eligam de vobis transgressores & impios, & de terra incolatus eorum educã eos, & in terram Israel nõ ingredientur. & scietis quia ego Dominus. Et vos domus Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Singuli post idôla vestra ambulate, & seruite eis. Quòd si & in hoc nõ audieritis me, & nomen meũ sanctũ pollueritis vltrà in muneribus vestris & in idôlis vestris: in mõte sancto meo, in mõte excelso Israel, ait Dominus Deus, ibi seruiet mihi omnis domus Israel: omnes, inquã, in terra in qua placebũt mihi: & ibi quærã primitias vestras, & initium decimarũ vestrarũ in omnibus sanctificationibus vestris. In odorẽ suauitatis suscipiã vos, cũ eduxero vos de populis, & cõgregauero vos de terris in quas dispersi estis: & G
sanctificabor in vobis in oculis nationũ. Et scietis quia ego Dominus, cũ induxero vos ad terram

terram Israel, in terram pro qua leuaui manum meam vt darem eam patribus vestris. Et recordabimini ibi viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti estis in eis: & displicebitis vobis in conspectu vestro in omnibus malitijs vestris quas fecistis. Et scietis quia ego Dominus, cùm benefecero vobis propter nomen meum, & non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima domus Israel, ait Dominus Deus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciẽ tuam contra viam Austri, & stilla ad Aphricum, & propheta ad saltum agri meridiani. Et dices saltui meridiano, audi verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego succendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: non extinguetur flamma succẽsionis: & cõburetur in ea omnis facies ab Austro vsque ad Aquilonem. Et videbit vniuersa caro quia ego Dominus succendi eam, nec extinguetur. Et dixi, Ah, Ah, Ah, Domine Deus: ipsi dicunt de me: Nunquid non per parabolas loquitur iste?

S. Vaticinatur horrendum ac multiplicem gladium venturum super Ierusalem & super filios Ammon à rege Babylonis, qui tandem etiam in terra sua iudicandus est, penitusq; dissipandus. CAP. XXI.

A Et factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam ad Ierusalem, & stilla ad sanctuaria, & propheta contra humum Israel. Et dices terræ Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & eijciam gladium meum de vagina sua, & occidam in te iustum & impium. Pro eo autem quòd occidi in te iustũ & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina sua ad omnem carnem ab Austro vsque ad Aquilonem. Vt sciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladiũ meum de vagina sua irreuocabilem. Et tu fili hominis ingemisce in
B cõtritione lumborum, & in amaritudinibus ingemisce coram eis. Cumq; dixerint ad te, Quare tu gemis? dices, Pro auditu, quia venit, & tabescet omne cor, & dissoluentur vniuersæ manus, & infirmabitur omnis spiritus, & per cuncta genua fluent aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus. Et factus est sermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, propheta, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Loquere, Gladius gladius exacutus est & limatus. Vt cædat victimas exacutus est, vt splẽ
C deat limatus est: qui moues sceptrũ filij mei, succidisti omne lignum. Et dedi eum ad leuigandum, vt teneatur manu: iste exacutus est gladius, & iste limatus est, vt sit in manu interficiẽtis. Clama, & vlula fili hominis, quia hic factus est in populo meo, hic in cũctis ducibus Israel qui fugerant: gladio traditi sunt cũ populo meo, idcirco plaude super femur. quia probatus est, & hoc cùm sceptrum subuerterit, & nõ erit, dicit Dominus Deus. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manũ, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum: hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit, & corde tabescere, & multiplicat ruinas. In omni- D
bus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti & limati ad fulgendũ, amicti ad cædem. Exacuere, vade ad dexteram siue ad sinistrã, quocũque faciei tuæ est appetitus. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam: ego Dominus locutus sum. Et factus est sermo Domini ad me, dicẽs, Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur *ambo: & manu capiet coniec- *ambæ.1.
turam, in capite viæ ciuitatis conijciet. Viam E
pones, vt veniat gladius ad Rabbath filiorũ Ammon, & ad Iudam in Ierusalem munitissimam. Stetit enim rex Babylonis in biuio in capite duarum viarum, diuinationẽ quærens, commiscens sagittas: interrogauit idôla, exta consuluit. Ad dexteram eius facta est diuinatio super Ierusalem, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde. *vt eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes contra portas, vt cõportet aggerem, vt ædificet munitiones. Eritque quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum, & sabbathorum otium imitans: ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiẽdum. Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Pro
F eo quòd recordati estis iniquitatis vestræ, & reuelastis præuaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris: pro eo, inquam, quòd recordati estis, manu capiemini. Tu aũt prophane impie dux Israel, cuius venit dies in tẽpore iniquitatis præfinita: hæc dicit Dominus Deus, Aufer cidarim, tolle coronã: nónne hæc est quæ humilem subleuauit, & sublimem humiliauit? Iniquitatem, iniquitatẽ, iniquitatem ponam eam: & hoc non factum est, donec veniret cuius est iudicium, & tradam ei. Et tu fili hominis, propheta, & dic, Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorũ: & dices, Mucro, mucro euagina
G te ad occidendũ, lima te vt interficias, & fulgeas. Cùm tibi viderentur vana, & diuinaren tur mendacia, vt dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum venit diès in tẽpore iniquitatis præfinita. Reuertere ad vaginam tuam: *in loco in quo creatus es, in ter- *in locum.
ra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundã su-

per te indignationem meam: in igne furoris mei sufflabo in te, dabóque te in manus hominum insipientium & fabricantium interitum. Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, obliuioni tradêris: quia ego Dominus locutus sum.

S. Varia narrat scelera Ierosolymis perpetrata, propter quæ dicit se super eos effusurũ indignationem suam: narratq; scelera sacerdotũ, principum, pseudoprophetarum ac populi terræ, vt nullus inuentus sit qui pro auertendo furore Domini se opponeret. CAP. XXII.

A ET factum est verbum Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis, nónne iudicas, nónne iudicas ciuitatem sanguinũ? & ostẽdes ei omnes abominationes suas, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ciuitas effundens sanguinem in medio sui, vt veniat tẽpus eius: & quæ fecit idôla contra semetipsam, vt pollueretur. In sanguine tuo qui à te effusus est, deliquisti: & in idolis tuis quæ fecisti, polluta es: & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tẽpus annorũ tuorum: propterea dedi te opprobriũ Gentibus, & irrisionem vniuersis terris. Quæ iuxta sunt & quæ procul à te, triumphabunt de te: sordida, nobilis, grandis interitu. Ecce principes Israel singuli in brachio suo fuerũt in te, ad effundendum sanguinem. Patrem & matrem contumelijs affecerunt in te, aduenam calumniati sunt in medio tui, pupillum & viduam contristauerunt apud te: Sanctuaria mea spreuistis, & sabbatha mea polluistis. Viri detractores fuerũt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in te, scelus operati sunt in medio tui. ‖ Verecundiora patris discooperuerũt in te, immunditiam menstruatæ humiliauerunt in te. Et vnusquisque in vxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurum suam polluit nefariè, frater sororem suam filiã patris sui oppressit in te. Munera acceperunt apud te ad effundendũ sanguinem: vsuram & superabũdantiam accepisti, & auarè proximos tuos calumniabaris: meiq́ue oblita es, ait Dominus Deus. Ecce, complosi manus meas super auaritiam tuam quam fecisti, & super sanguinẽ qui effusus est in medio tui, Nunquid sustinebit cor tuum, aut prævalebunt manus tuæ in diebus quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus sum, & faciam. Et dispergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuã à te. Et possidebo te in cõspectu Gentium: & scies quia ego Dominus. Et factum est verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriã: omnes isti æs, & stannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Ierusalem congregatione argenti, & æris, & stanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: vt succẽdam in ea ignem ad conflandum, sic congregabo in furore meo & in ira mea, & requiescam: & conflabo vos. Et cõgregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius. Vt conflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius: & scietis quia ego Dominus, cùm effuderim indignationem meam super vos. Et factum est verbum Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, dic ei, Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris. Conspiratio prophetarum in medio eius: sicut leo rugiens rapiensq́ue prædam, animas deuorauerunt, opes & pretium acceperũt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius cõtempserunt legem meã, & polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam: & inter pollutum & mundum non intellexerunt: & à sabbathis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorum. ‖ Principes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædã: ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè sectanda lucra. Prophetæ autem eius liniebant eos absque temperamento, videntes vana, & diuinantes "eis' mendaciũ, dicentes, Hæc dicit Dominus Deus: cùm Dominus non sit locutus. "Populi terræ calumniabantur calumniã', & rapiebant violenter: egenum & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absque iudicio. Et quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni. Et effudi super eos indignationem meam, "in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

Ierem. 5. e.

"eis.

"populum terræ calumniabantur calũnia. 4.

"&.

S. Sub figura multiplicium fluprorum duarũ meretricum Oollæ & Ooliba ac punitionis earum, ostendit Dominus variam idolôlatriã Samariæ & Ierusalem, propter quam traden di sunt in opprobrium Gentibus, quarũ sunt idolôlatriam imitati. CAP. XXIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerunt. Et fonicatæ sunt in Aegypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt hubera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum. Nomina autem earum Oolla maior: & Ooliba soror eius ▷minor': & habui eas, & pepererunt filios & filias. Porrò earum nomina, Samaria Oolla, & Ierusalem Ooliba. Fornicata est igitur super

super me Oolla, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquãtes, vestitos hyacintho, principes & magistratus, iuuenes cupidinis vniuersos, equites, ascensores equorũ. Et dedit fornicationes suas super eos electos filios Assyriorum vniuersos: & in omnibus in quos insaniuit, in immũditijs eorum polluta est. Insuper & fornicationes suas quas habuerat in Aegypto, non reliquit: nã & illi dormierunt cũ ea in adolescentia eius, & illi cõfregerunt hubera pubertatis eius, & effuderunt fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorũ, in manus filiorum Assur, super quorum insa- Supra. 16. c niuit libidinem. ‖ Ipsi discooperuerunt ignominiam eius, filios & filias eius tulerunt, & ipsam occiderunt gladio: & factæ sunt famosæ mulieres, & iudicia perpetrauerunt in ea. Quod cum vidisset soror eius Ooliba, plus quàm illa insaniuit libidine: & fornicationẽ suam super fornicationem sororis suæ ad filios Assyriorũ præbuit impudenter, ducibus & magistratibus ad se venientibus indutis veste varia, equitibus qui vectabantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia. Et vidi quòd polluta esset via vna ambarum. Et auxit fornicationes suas: cumque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinẽ filiorum Babylonis terræq́; Chaldæorum in qua orti sunt: insaniuit super eos concupiscentia oculorum suorũ, & misit nuntios ad eos in Chaldæam. Cumque venissent ad eam filij Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis, & polluta est ab eis, & saturata est anima eius ab illis. Denudauit quoq; fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam: & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius. Multiplicauit enim fornicationes suas, recordans dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in Terra-Aegypti. Et insaniuit libidine super concubitum eorum, quorũ carnes sunt vt carnes asinorũ: & sicut fluxus equorũ fluxus eorum. Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Aegypto hubera tua, & cõfractæ sunt mammæ pubertatis tuæ. Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua: & congregabo eos aduersum te in circuitu, Filios Babylonis, & vniuersos Chaldæos, nobiles, tyrãnosque, & principes omnes filios Assyriorũ, iuuenes forma egregia, duces & magistratus vniuersos, principes principũ, & nominatos ascensores equorum. Et venient super te instructi curru & rota, *multitudo populorum: lorica & clypeo & galea armabuntur contra te vndique: & dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudicijs suis. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore: nasum tuum & aures tuas præcident: & quæ remanserint, gladio cõcident: ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimum tuum deuorabitur igni. Et denudabunt te vestimentis tuis, & tollent vasa gloriæ tuæ. Et requiescere faciam scelus tuum de te, & fornicationem tuam de Terra-Aegypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Aegypti non recordaberis amplius. Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego tradam te in manus eorum quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua, Et agent tecum in odio: & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam & ignominia plenam, & reuelabitur ignominia fornicationum tuarum, scelus tuũ & fornicationes tuæ. Fecerunt hæc tibi quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es in idôlis earum. In via sororis tuæ ambulasti, & dabo calicem eius in manu tua. Hæc dicit Dominus Deus, Calicem sororis tuæ bibes profundum & latum: eris in derisum & in subsannationem quæ est capacissima. Ebrietate & dolore repleberis: "calice' mœroris & tristitiæ, "calice' sororis tuæ Samariæ. Et bibes illum, & epotabis vsque ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, hubera tua lacerabis: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuum, tu quoq; porta scelus tuum, & fornicationes tuas. Et ait Dominus ad me, ▷dicẽs', ▷.4. Fili hominis, nunquid iudicas Oollã & Ooliban, & annuntias eis scelera earum? Quia adulteratæ sunt, & sanguis in manibus earũ, & cum idôlis suis fornicatæ sunt: insuper & filios suos, quos genuerunt mihi obtulerunt eis ad deuorandum. Sed & hoc fecerunt mihi. Polluerũt sanctuarium meum in die illa, & sabbatha mea prophanauerunt. Cumque immolarent filios suos idôlis suis, & ingrederentur sanctuarium meũ in die illa vt polluerent illud: etiã hæc fecerunt in medio domus meæ. Miserunt ad viros venientes délonge, ad quos nuntium miserant, itaque ecce venerunt: quibus te lauisti, & circumlinisti stibio oculos tuos, & ornata es mũdo muliebri. Sedisti in lecto pulcherrimo, & mensa ornata est ante te: thymiama meum, & vnguentum, meum posuisti super eam. Et vox multitudinis exultantis erat in ea: & in viris qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deserto, posuerunt armillas in manibus eorum, & coronas speciosas in capi-

*6.1.

"calicem. 16

tibus eorum. Et dixi ei quæ attrita est in adulterijs, Nunc fornicabitur in fornicatione sua etiam hæc. Et ingressi sunt ad eam quasi ad mulierem meretricem: sic ingrediebantur ad Oollam & ad Oolibam mulieres nefarias. Viri ergo iusti sunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium sanguinem: quia adulteræ sunt, & sanguis in manibus earum. *Hæc enim dicit Dominus Deus, Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum & in rapinam: Et lapidentur lapidibus populorum, & confodiantur gladijs eorum: filios & filias earum interficiẽt, & domos earum igne succendent. Et auferam scelus de terra, & discent omnes mulieres ne faciant secundùm scelus earum. Et dabunt scelus vestrum super vos, & peccata idolorum vestrorum portabitis: & scietis quia ego Dominus Deus.

& cum idolis suis fornicatæ sunt

S. *Sub figura ollæ, electioribus carnium partibus ac ossibus plenæ, igniq; admotæ, & sub figura mortis vxoris Ezechielis, pro qua iussus est nullum facere luctum, significat Dominus domum Israël in exitium tradendam, filiosq; eius trucitandos, nullo sequente luctu præ animi stupore.* CAP. XXIIII.

A ET factum est Verbum Domini ad me
in anno nono, in mense decimo, decima>die' mensis, dicens, Fili hominis,
D. 15. scribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus est rex Babylonis aduersum Ierusalem hodie. Et dices per prouerbium ad domum irritatricem, parabolam, & loquêris ad eos, Hec dicit Dominus Deus, pone ollã: pone inquam, & mitte in eam aquam. Congere frusta eius in eam, omnem partem bonam, femur & armum, electa & ossibus plena. Pinguissimum pecus assume, compone quoq; strues ossium sub ea: efferbuit coctio eius, & discocta sunt ossa illius in medio eius. Proterea hæc dicit Dominus Deus, Væ ciuitati sanguinum, ollæ cuius rubigo in ea est, & rubigo eius non exiuit de ea: per partes & per partes suas eijce eam, nõ cecidit super eam sors. Sanguis enim eius in medio eius est, super limpidissimam petram effudit illum: non effudit illum super terram, vt posit operiri puluere. vt superinducerem indignationem meam, & vindicta vlciscerer: dedi sanguinem eius super petram
C limpidissimam ne operiretur. Propterea hæc
Nahũ.3.c. dicit Dominus Deus, ‖Væ ciuitati sanguinũ,
Hab.2,e. cuius ego grandem faciam pyram. Congere
ossa quæ igne succendam: consumentur carnes, & coquetur vniuersa compositio, & ossa tabescẽt. Pone quoque eam super prunas vacuam, vt incalescat & liquefiat æs eius: & confletur in medio eius inquinamentum eius, & consumatur rubigo eius. Multo labore sudatum est, & non exiuit de ea nimia rubigo eius, neque per ignem. Immunditia tua execrabilis: quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis: sed nec mundaberis prius, donec quiescere faciam indignationem meã in te. Ego Dominus locutus sum, Veniet, & faciam: non transeam, nec parcam, nec placabor: iuxta vias tuas, & iuxta adinuentiones tuas iudicabo te, dicit Dominus. Et factum est verbum Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, ecce ego tollo à te desyderabile oculorum tuorum in plaga: & non plangeş, neque plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ. Ingemisce tacens, mortuorum luctum non facies: corona tua circunligata sit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Locutus sum ergo ad populum mane, & mortua est vxor mea vespere: feciq́ue mane sicut præceperat mihi. Et dixit ad me populus, Quare nõ indicas nobis quid ista significẽt quæ tu facis? Et dixi ad eos, Sermo Domini factus est ad me, dicẽs, Loquere domui Israel: Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego polluam sanctuarium meum, superbiam imperij vestri, & desyderabile oculorum vestrorum, & super quo pauet anima vestra: & filij vestri & filiæ vestræ quas reliquistis, gladio cadent. Et facietis sicut feci, Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium nõ comedetis: Coronas habebitis in capitibus vestris, & calceamenta in pedibus: non plangetis neque flebitis, sed tabescetis in iniquitatibus vestris, & vnusquisq; gemet ad fratrem suum. Eritq́ue Ezechiel vobis in portentum: iuxta omnia quæ fecit, facietis cũ venerit istud: & scietis quia ego Dominus Deus. Et tu fili hominis, ecce in die qua tollam ab eis fortitudinẽ eorum, & gaudium dignitatis, & desyderium oculorum eorum super quo requiescunt animæ eorum, filios & filias eorum: In die illa cùm venerit fugiens ad te, vt annũtiet tibi: In die inquam illa aperietur os tuum cum eo qui fugit & loquêris, & non silebis vltrà: eriśque eis in portentum, & scietis qui ego Dominus.

S. *Regionibus Ammõ, Moab, Idumææ & Palæsthinæ minatur Dominus exitium, eo quòd filios Israel afflixerint, & de ipsorum afflictione exultauerint.*

CAP. XXV.

A ET factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Ammon. & prophetabis de eis. Et dices filijs Ammon, Audite verbum Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dixisti euge euge super sanctuarium meum, quia pollutum est: & super terram Israel

Israel, quoniã desolata est: & super domum Iuda, quoniam ducti sunt in captiuitatẽ: Idcir
D co ego tradam te filijs orientalibus in hæreditatem, & collocabũt causas suas in te, & ponent in te tentoria sua: ipsi comedent fruges
B tuas: & ipsi bibent lac tuum. Daboq́; Rabbatha in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pecorũ: & scietis quia ego Dominus. Quia hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd plausisti manu, & percussisti pede, & gauisa es ex toto affectu super terram Israel: idcirco ecce ego extendam manum meã super te, & tradam te in direptionem Gentium, & interficiam te de populis, & perdam
*Ioel.3. de terris, & conteram: & *scietis' quia ego Dominus. Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir, Ecce sicut omnes Gentes, domus Iuda: idcirco ecce ego aperiam humerum Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquam eius, & de finibus eius inclytas terræ Beth-iesimoth, & Beel-meon, &
Ioel.4. Cariathãim, 'Filijs' Orientis cum filijs Ammon, & dabo eam in hæreditatem: vt non sit
C vltrà memoria filiorum Ammon in Gentibus. Et in Moab faciam iudicia: & scient quia ego Dominus. Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd fecit Idumæa vltionẽ vt se vindicaret de filijs Iuda, peccauitq́; delinquens, & vindictam expetiuit de eis: idcirco hæc dicit Dominus Deus, Extẽdam manũ meam super Idumæam, & auferam de ea hominẽ & iumentum, & faciam eam desertam ab Austro: & qui sunt in Dedan, gladio cadent. Et dabo vltionem meam super Idumæam per manum populi mei Israel: & faciẽt in Edom
D iuxta iram meam & furorem meum: & scient vindictam meam, dicit Dominus Deus. Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quod fecerunt Palæsthini vindictam, & vlti se sunt toto animo, interficientes & implentes inimicitias veteres: propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego extendam manum meam super Palæsthinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis: faciamq́ue in eis vltiones magnas arguens in furore: & scient quia ego Dominus, cùm dedero vindictam meam super eos.

S. *Tyri inclytæ vrbis prædicit Dominus euersionem, eo quòd super vastatione Ierusalem exultauerit.*

CAP. XXVI.

A ET factum est in vndecimo anno, prima mẽsis, factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, pro eo quòd dixit Tyrus de Ierusalem, Euge, confractæ sunt portæ populorum, conuersa est ad me: implebor, deserta est. Propterea hæc dicit Dominus Deus, ecce ego super te Tyre, & ascendere faciam ad te gentes multas, sicut ascendit mare fluctuãs. Et dissipabunt muros Tyri, & destruent turres eius: & radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidissimam petram. Siccatio sagenarum erit in medio maris, quia ego locutus sum, ait Dominus Deus: & erit in direptionem Gentibus. Filiæ quoque eius quæ sunt in agro, gladio interficientur: & scient quia ego Dominus. Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonosor regem Babylonis ab Aquilone regem regum, cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populoq́ue magno. Filias tuas quæ sunt in agro, gladio in- B
terficiet: & circundabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum. Et vineas & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas destruet in armatura sua. Inundatione equorum eius operiet te puluis eorum: à sonitu equitum & rotarum & curruum mouebuntur muri tui, cum egressus fuerit portas tuas quasi per introitum vrbis dissipatæ. Vngulis equorum suorũ conculcabit omnes platẽas tuas: populum tuũ gladio cædet, & statuæ tuæ nobiles in terram corruent, Vastabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas: & destruent muros tuos, & domos tuas præclaras subuertent: & lapides tuos, & ligna tua & puluerem tuum in medio aquarum ponent. ‖Et quie- Ierem.7.g.
scere faciam multitudinem canticorum tuo- C
rum, & sonitus cithararum tuarum non audietur amplius. Et dabo te in limpidissimam petram, siccatio sagenarum eris, nec ædificaberis vltrà: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. Hæc dicit Dominus Deus Tyro, Nunquid non à sonitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorum tuorum cum occisi fuerint, in medio tui commouebuntur insulæ? Et descendent de sedibus suis omnes principes maris: & auferent exuuias suas, & vestimẽta sua varia abijcient, & induentur stupore, in terra sedebunt, & attoniti super repentino casu tuo admirabuntur? Et assumentes super te lamentum, dicent tibi, Quomodo peristi quæ habitas in mari, vrbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabant vniuersi? Nunc stupebũt naues in die D
pauoris tui: & turbabuntur insulæ in mari, eo quòd nullus egrediatur ex te. Quia hæc dicit Dominus Deus. Cùm dedero te vrbem desolatam sicut ciuitates quæ non habitantur: & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ: & detraxero te cũ his qui descendunt in lacum ad populum sempiternum, & collocauero te in terra nouissima sicut solitudines veteres cum his qui deducuntur in lacum, vt non habiteris, porrò

cùm dedero gloriam in terra viuentium: In nihilum redigam te, & non eris, & requisita non inuenièris vltrà in sempiternum, dicit Dominus Deus.

S. Tyri vrbis maritimæ ac opulentissimæ ruina deflетur, enerratis mercibus quæ à quaque regione ad eã deferri solent. CAP. XXVII.

A ET factum est verbum Domini ad me, dicẽs, Tu ergo fili hominis, assume super Tyrum lamentum: & dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas, Hæc dicit Dominus Deus, O Tyre, tu dixisti, Perfecti decôris ego sum, & in corde maris sita. Finitimi tui qui te ædificauerunt, impleuerunt decôrem tuum: abietibus de Sanir extruxerũt te cum omnibus tabulatis maris: cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malum: Quercus de Basan dolauerunt in remos tuos & transtra tua fecerunt tibi ex ebore indico, & prætoriola de insulis Italiæ. Byssus varia de Aegypto texta est tibi in velũ, vt poneretur in malo: hyacinthus & purpura de insu-
B lis Elisa, facta sunt operimentum tuum. Habitatores Sidônis & Aradij fuerunt remiges tui: sapiẽtes tui, Tyre facti sunt gubernatores tui. Senes Giblij & prudentes eius habuerunt nautas ad ministeriũ variæ supellectilis tuæ: omnes naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis tuæ. Persæ, & Lydij, & Libyes erãt in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeum & galeam suspenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cum exercitu tuo erant super muros tuos in circuitu: sed & Pigmæi qui erant in turribus tuis, pharetras suas suspenderunt in muris tuis per gyrum: ipsi compleuerunt pulchritudinem tuam.
C Carthaginenses negotiatores tui, à multitudine cunctarum diuitiarum: argento, ferro, stanno, Plumboque repleuerunt nundinas tuas, Græcia, Thubal, & Mosoch, ipsi institores tui: mancipia, & vasa ærea adduxerunt populo tuo. De domo Thógormæ, equos, & equites, & mulos adduxerũt ad forum tuum. Filij Dedan negotiatores tui: insulæ multæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in prætio tuo. Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum, gemmam, & purpuram, & scutulata, & byssum, & sericum, & chodchod proposuerunt in mercatu tuo. Iuda & terra Israel ipsi institores tui in frumento primo: Balsamum, & mel, & oleum, & resinam pro-
D posuerunt in nundidis tuis. Damascenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diuersarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi. Dan, & Græcia, & Mozel in nundinis tuis proposuerunt ferrum fabrefactum: stacte, & calamus in negotiatione tua. Dedan institores tui in tapetibus ad sedendum. Arabia & vniuersi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ: cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui. Venditores Saba E & Reema ipsi negotiatores tui: cũ vniuersis primis aromatibus & lapide pretioso & auro, quod proposuerunt in marcutu tuo. Haran, & Chenne, & Eden, negotiatores tui Saba: Assur, & Chelmad venditores tui. Ipsi negotiatores tui multiphariam, inuolucris hyacinthi, & polymitorum, gazarumq; pretiosarum, quæ obuolutæ & astrictæ erant funibus, cedros quoque habebant in negotiationibus tuis. Naues maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus auster contriuit te in corde maris. Diuitiæ tuæ, & the- F sauri tui, & multiplex instrumentum tuum, nautæ tui, & gubernatores tui qui tenebant supellectilem tuam & populo tuo præerant: viri quoq; bellatores tui qui erant in te, cum vniuersa multitudine tua quæ est in medio tui: cadent in corde maris in die ruinæ tuæ. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes, Et descendent de nauibus suis omnes qui tenebant remum: nautæ & vniuersi gubernatores maris in terra stabunt. Et eiulabunt super te voce magna, & clamabunt amarè: & superiacient puluerem capitibus suis, & cinere conspergentur. Et radent super te caluitium, & accingentur cilicijs: & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo. Et assument super te G carmen lugubre, & plangent te, Quæ est vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos: in multitudine diuitiarum tuarum, & populorum tuorum ditasti reges terræ: Nunc contrita es à mari, in profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua quæ erat in medio tui, ceciderunt. Vniuersi habitatores insularum obstupuerunt super te: & reges earum omnes tempestate percussi mutauerunt vultus. Negotiatores populorum sibilauerunt super te: ad nihilum deducta es, & non eris vsque in perpetuum.

S. Ruina regis Tyri, maxima gloria prius exaltati, ob nimiam ipsius superbiam aliasq; iniquitates: similiter & vastatio Sidonis, ac reductio filiorum Israel in terram suam, vastatis ipsorum inimicis. CAP. XXVIII.

A ET factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis dic principi Tyri: Hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd eleuatum est cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris: cùm sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuũ quasi cor Dei. Ecce sapientiores tu Daniele: omne secretum non est absconditum à te. In sapientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem: & acquisisti aurum & argen-
B tum in thesauris tuis. In multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem: & eleuatum est cor tuum in robore tuo. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd eleuatũ est cor tuum quasi cor Dei: idcirco ecce ego adducam super te alienos robustissimos Gentium: & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapiẽtiæ tuæ, & polluent decôrem tuum. Interficient & detrahent te: & morieris in interitu occisorum in corde maris. Nunquid dicens loquêris, Deus ego sum, coram interficientibus te: cùm sis homo, & non Deus,
C in manu occidentium te? Morte incircumcisorum moriêris in manu alienorum: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis leua planctum super regem Tyri: & dices ei, Hæc dicit Dominus Deus, Tu signaculum similitudinis plenus sapientia, & perfectus decôre. In delicijs paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentũ tuum: sardius, topazius, & iaspis, chrysolithus, & onyx, & berillus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus: aurum opus decôris tui:
D & foramina tua, in die qua conditus es præparata sunt. Tu cherub extẽtus & protegens, & posui te in monte sancto Dei, in medio lapidũ ignitorũ ambulasti. Perfectus in vijs tuis à die cõditionis tuæ: donec inuẽta est iniquitas in te. In multitudine negotiationis tuæ repleta sunt interiora tua iniquitate, & peccasti: & eieci te de mõte Dei, & perdidi te ô cherub protegens de medio lapidũ ignitorũ. Et eleuatum est cor tuum in decôre tuo: perdidisti sapientiam tuam in decôre tuo, in terram proieci te: ante faciem regum dedi te,
E vt cernerent te. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ polluisti sanctificationem tuam: producam ergo ignem de medio tui qui comedat te, & dabo te in cinerem super terram in conspectu omnium videntium te. Omnes qui viderint te in Gentibus, obstupescent super te: nihili factus es, & non eris in perpetuum. Et factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam cõtra Sidonem:
F & prophetabis de ea, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui: & scient quia ego Dominus cùm fecero in ea iudicia, & sanctificatus fuero in ea. Et immittã ei pestilentiam & sanguinẽ in platis eius: & corruent interfecti in medio eius gladio per circuitum: & sciẽt quia ego Dominus. Et non erit vltrà domui Israel offendiculum amaritudinis, & spina dolorẽ inferens vndique per circuitum eorum qui aduersantur eis: & sciẽt quia ego Dominus Deus. Hæc dicit Dominus Deus, Quando G congregauero domum Israel de populis in quibus dispersi sunt, sanctificabor in eis coram Gentibus: & habitabunt in terra sua quam dedi seruo meo Iacob. Et habitabunt in ea securi: & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter, cùm fecero iudicia in omnibus qui aduersantur eis per circuitum: & scient quia ego Dominus Deus eorum.

S. Aduersus regem Ægypti ac regnum eius, in solitudinem redigendum, post. 40. tamen annos reuocandum, licet non ad pristinam gloriam. Terra Ægypti datur Nabuchodonosor, eo quòd cum suo exercitu laborauerit deuastando Tyrum.

CAP. XXIX.

A IN anno decimo, decimo mense, *vndeci- *vna. 10.
ma die mensis, factum est verbum Domi- *duodeci-
ni ad me, dicẽs, Fili hominis, pone faciem ma. 1.
tuam cõtra Pharaonem regẽ Aegypti: & prophetabis de eo, & de Aegypto vniuersa, Loquere, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti draco magne, qui cubas in medio fluminũ tuorum: & dicis, Meus est fluuius, & ego feci memetipsum. Et ponã frænũ in maxillis tuis: & agglutinabo pisces fluminum tuorũ squamis tuis: & extraham te de medio fluminum tuorũ, & vniuersi pisces tui squamis tuis adhærebunt.
B Et proijciam te in desertum, & omnes pisces fluminis tui: super faciem terræ cades, non colligêris, neque congregaberis: bestijs terræ, & volatilibus cœli dedi te ad deuorandum. Et scient omnes habitatatores Aegypti quia ego Dominus: pro eo quòd fuisti baculus arundineus domui Israel. Quando apprehenderũt te manu, & cõfractus es, & lacerasti omnẽ humerum eorum: & innitentibus eis super te, comminutus es & dissoluisti omnes renes eorum.

Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego adducã super te gladium: & interficiam de te hominem & iumentum. Et erit Terra-Aegypti in desertum & in solitudinẽ: & scient
D quia ego Dominus: pro eo quòd *dixeris', Fluuius meus est, & ego feci eum. Idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua: dabóque Terram-Aegypti in solitudines, gladio dissipatã, à turre Syenes, vsq; ad terminos Aethiopiæ. Non pertransibit eam pes hominis, neq; pes iumen- *dixerit. 3.

Universidad de Deusto
Biblioteca

iumenti gradietur in ea: & non habitabitur quadraginta annis. Daboque Terram-Aegypti desertam in medio terrarum desertarum, & ciuitates eius in medio vrbium subuersarum, & erunt desolatæ quadraginta annis: & dispergam Aegyptios in nationes, & vētilabo eos in terras. Quia hæc dicit Dominus Deus, Post finem quadraginta annorum cōgregabo Aegyptum de populis in quibus dispersi fuerant. Et reducam captiuitatem Aegypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terra natiuitatis suæ: & erunt ibi in regnum humile: inter cætera regna erit humillima, & non eleuabitur vltrà super nationes, & immi nuam eos ne imperent Gentibus. Neque e- erunt vltrà domui Israel in confidentia, docētes iniquitatem, vt fugiant & sequantur eos: D & sciēt quia ego Dominus Deus. Et factum est in vicesimo & septimo anno, in primo, in vna mensis: factum est verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, Nabuchodonosor rex Babylonis seruire fecit exercitū suum seruitute magna aduersus Tyrū: omne caput decaluatum, & omnis humerus depilatus est: & merces non est reddita ei, neque exercitui eius de Tyro, pro seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce, Ego dabo Nabuchodonosor regē Babylonis in Terra-Aegypti: & accipiet multitudinē eius, & deprædabitur ma nubias eius, & diripiet spolia eius: & erit mer ces exercitui illius. Et operi quo seruiuit adversus eam, dedi ei Terram-Aegypti: pro eo quòd laborauerunt mihi, ait Dominus Deus. In die illo pullulabit cornu domui Israel, & tibi dabo apertum os in medio eorum: & scient quia ego Dominus.

S. Omnes vrbes Ægypti per regem Babylonis vastabuntur.

CAP. XXX.

A ET factum est verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, propheta & dic. Hæc dicit Dominus Deus, Vlulate, væ væ diei: quia iuxta est dies, & appropinquat dies Domini: dies nubis, tempus Gentium erit. Et veniet gladius in Aegyptum: & erit pauor in Aethiopia, cùm ceciderint vulnerati in Aegypto, & ablata fuerit multitudo illius, & destructa fundamenta eius, Aethiopia, & Lybia, & Lydi, & omne reliquum vulgus, & Chub, & filij terræ fœderis: cum eis gladio ca dent. Hæc dicit Dominus Deus, Et corruent fulcientes Aegyptum, & destruetur superbia imperij eius: à turre Syenes gladio cadent in ea, ait Dominus Deus exercituum. & dissipa būtur in medio terrarum desolatarum, & vr- bes eius in medio ciuitatū *desertarum erūt. Et scient quia ego Dominus, cùm dedero ig- nem in Aegypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores eius. In die illa egredietur nuntij à facie mea in trieribus ad conterēdam Aethio piæ confidentiam, & erit pauor in eis in die Aegypti: quia absque dubio veniet. Hæc dicit C Dominus Deus, Et cessare faciam multitudi nem Aegypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis. Ipse & populus eius cum eo fortissimi Gentium adducentur ad disperdēdam terram: & euaginabunt gladios suos super Aegyptum, & implebunt terram interfectis. Et faciam alueos fluminum aridos, & tra dam terram in manus pessimorum: & dissi- pabo terram & plenitudinem eius in manus D alienorum. ego Dominus locutus sum. ‖Hæc Zacha.13.a dicit Dominus Deus, Et disperdam simulachra, & cessare faciam idôla de Memphis: & dux de Terra-Aegypti nō erit amplius: & dabo terrorem in Terra-Aegypti. Et disperdam terram Phatures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia in Alexandria. Et effundam indignationem meam super Pelusium robur Aegypti, & interficiam multitudinem Alexādriæ, & dabo ignem in Aegypto quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit E dissipata, & in Memphis angustiæ quotidianæ. Iuuenes Heliopoleos, & Pu-basti gladio cadēt, & ipsæ captiuæ ducentur. Et in Taphnis nigrescet dies, cùm contriuero ibi sceptra Aegypti, & defecerit in ea superbia potentiæ eius: ipsam nubes operiet, filiæ autē eius in captiuitatem ducentur. Et iudicia faciam in Aegypto: & scient quia ego Dominus. Et factum est in vndecimo anno, in primo mense, in septima mensis, factum est verbum Domini ad me dicens, Fili hominis, brachium F Pharaonis regis Aegypti confregi: & ecce non est obuolutum, vt restitueretur ei sanitas, vt ligaretur pannis, & fasciretur linteolis, & recepto robore posit tenere gladiū. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eccee go ad Pharaonem regem Aegypti, & comminuam brachium eius forte, sed confractum: & deijciam gladiū de manu eius, & dispergam Aegyptum in Gentibus, & ventilabo eos in terris. Et confortabo brachia regis Babylonis, G dabóque gladium meū in manu eius: & confringam brachia Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie eius. Et confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis cōcident: & scient quia ego Dominus, cùm dedero gladium meum in manum regis Babylonis, & extenderit eum super Terram-Aegypti. Et dispergam Aegyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & scient quia ego Dominus.

S. Sublimitatē regis Pharaonis cum Assur cōparat, & vtriusque similē prædicit interitū.

CAP.

*desolatarum, 6.

CAP. XXXI.

A ET factum est in anno vndecimo, tertio mense, vna mensis, factum est verbum Domini ad me, dicēs, Fili hominis, dic Pharaoni regi Aegypti, & populo eius, Cui similis factus es in magnitudine tua? Ecce Assur quasi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusq; altitudine, & inter condēsas frondes eleuatum est cacumen eius. Aquæ nutrierunt illum, abyssus exaltauit illum flumina eius manabant in circuitu radicū eius, & riuos suos emisit ad vni- B uersa ligna regionis. Propterea eleuata est altitudo eius super omnia ligna regionis: & multiplicata sunt arbusta eius, & eleuati sunt rami eius præ aquis multis. Cumque extendisset vmbram suam, in ramis eius fecerunt nidos omnia volatilia cœli, & sub frondibus eius genuerunt omnes bestiæ saltuum, & sub vmbraculo illius habitabat cœtus gentiū plurimarum. Eratq; pulcherrimus in magnitudine sua, & in dilatatione arbustorum suorum: erat enim radix illius iuxta aquas mul- C tas. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, abietes non adæquauerunt summitatem eius, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius: omne lignum paradisi Dei non est assimilatum illi, & pulchritudini eius, Quoniam speciosum feci eum, & multis cōdensisque frondibus: & æmulata sunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiso D Dei. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd sublimatus est in altitudine, & dedit summitatem suam virentem atq; cōdensam, & eleuatum est cor eius in altitudine sua: Tradidi eum in manus fortissimi gētium, faciens faciet ei: iuxta impietatem eius eieci eum. Et succident eum alieni & crudelissimi nationum, & proijcient eum super montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & confringentur arbusta eius in vniuersis rupibus terræ, & recedent de vmbraculo eius om E nes populi terræ, & relinquent eum. In ruina eius habitauerunt omnia volatilia cœli, & in ramis eius fuerunt vniuersæ bestiæ regionis. Quam ob rem non eleuabuntur in altitudine sua omnia ligna aquarum, nec ponent sublimitatem suam inter nemorosa atq; frondosa, nec stabunt in sublimitate sua omnia quæ irrigantur aquis: quia omnes traditi sunt in morte ad terram vltimam in medio filiorum hominum ad eos qui descendunt in lacum. Hæc dicit Dominus Deus, In die quando descendit ad inferos induxi luctum, operui eum abysso: & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas contristatus est super F eum Libanus, & omnia ligna agri concussa sunt. A sonitu ruinæ eius commoui Gentes, cum deducerem eum ad infernum cum his qui descendebant in lacum: & cōsolata sunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atq; præclara in Libano, vniuersa quæ *irrigabantur aquis. Nam & ipsi cum eo descendent ad infernum ad interfectos gladio: & brachium vniuscuiusq; sedebit sub vmbraculo eius in medio nationum. Cui assimilatus es ô inclyte atque sublimis inter ligna voluptatis? Ecce, deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam: in medio incircuncisorum dormies cum eis qui interfecti sunt gladio. ipse est Pharao, & omnis multitudo eius: dicit Dominus Deus. G *irrigātur. 5

S. Pharao, quantumuis sublimis, conterendus est à rege Babylonis: cuius vastatione plurimi reges obstupescent, plures q; nationes cum eo in Abyssum detrahentur.

CAP. XXXII.

E ET factum est, duodecimo anno, in mē- A se duodecimo, in vna mensis, factū est verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis assume lamentum super Pharaonem regem Aegypti, & dices ad eum, Leoni Gentium assimilatus es, & draconi qui est in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earum. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Expandam super te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in sagena mea. ‖Et proijciam te in Supr.12.d. terram, super faciem agri abijciam te: & habi- &.17.f. tare faciam super te omnia volatilia cœli, & saturabo de te bestias vniuersæ terræ. Et dabo carnes tuas super montes, & implebo colles tuos sanie tua. Et irrigabo terram fœtore san B guinis tui super montes, & valles implebuntur ex te. ‖Et operiam cū extinctus fueris, cœ Isaiæ.13.b. los: & nigrescere faciam stellas eius: solē nu- Ioel.3.c. be tegam, & luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria cœli mœrere faciam super te: & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus. *Et irritabo cor populorum multorum, cum induxero contritionem tuā in Gētibus super terras quas nescis. Et stupescere faciam super te populos multos, & reges eorum horrore nimio formidabunt super te, *cùm volare cœperit gladius meus super facies eorum: & obstupescent repente singuli pro anima sua in die ruinæ *suæ. Quia hæc dicit Dominus Deus, Gladius regis Babylonis veniet tibi, in gladijs fortium deijciam multitudinem tuā, in expugnabiles omnes gentes hæ: & vastabunt superbiā Aegypti, & dissipabitur multitudo eius. Et perdam omnia iumenta eius quæ erāt super aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis vltrà, neq; vngula iumentorum turbabit eas. Tunc purissimas *quum ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus. *propter vniuersas iniquitates quas operatus es. *tuæ. 1. C

Universidad de Deusto
Biblioteca

risſimas reddam aquas eorum,& flumina eorum quaſi oleum adducam, ait Dominus Deus, Cum dedero Terram-Aegypti deſolatam:deſeretur autem terra à plenitudine ſua, quando percuſſero omnes habitatores eius: & ſcient quia ego Dominus. Planctus eſt,& plangent eum:filiæ Gentium plangent eum, ſuper Aegyptum, & ſuper multitudinẽ eius
D plangẽt eum,ait Dominus Deus. Et factum eſt in duodecimo anno,in quintadecima mẽſis, factum eſt verbum Domini ad me,dicẽs, Fili hominis cane lugubrẽ ſuper multitudinem Aegypti:& detrahe eam ipſam, & filias gẽtium robuſtarum ad terram vltimam cum his qui deſcendũt in lacum. Quo pulchrior es?deſcende, & dormi cum incircunciſis. In medio interfectorum gladio cadent: gladius datus eſt, attraxerũt eam, & omnes populos eius.Loquentur ei potẽtiſsimi robuſtorũ de medio inferni,qui cũ auxiliatoribus eius deſcenderunt,& dormierunt incircũciſi,interfecti gladio.Ibi aſſur, & omnis multitudo eius: in circuitu illius ſepulchra eius: omnes
E interfecti,& qui ceciderunt gladio. Quorum data ſunt ſepulchra in nouiſsimis lacis: & facta eſt multitudo eius per gyrũ ſepulchri eius: vniuerſi interfecti,cadentes q; gladio,qui dederant quondam formidinem in terra viuentium.Ibi Aelam,& omnis multitudo eius per gyrum ſepulchri ſui.omnes hi interfecti,ruẽtes q́ue gladio, qui deſcenderunt incircunciſi ad terram vltimam: qui poſuerunt terrorem ſuum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcenderunt in lacum.In medio interfectorem poſuerunt cubile eius in vniuerſis populis eius:in circuitu eius ſepulchrum illius.omnes hi incircuciſi,interfectiq́ue gladio. dederunt enim terrorem ſuum in terra viuentium, & portaue-
F runt ignominiam ſuam cum his qui deſcendunt in lacum,in medio interfectorum poſiti ſunt.Ibi Moſoch,& Thubal,& omnis multitudo eius: in circuitu eius ſepulchra illius. omnes hi incircunciſi,interfectiq́;,& cadentes gladio: quia dederunt formidinem ſuam in terra viuentium.Et non dormient cũ fortibus, cadentibus q́;, & incircunciſis qui deſcenderũt ad infernum cum armis ſuis:& poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis,& fuerunt iniquitates eorum in oſsibus eorũ:quia terror fortium facti ſunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircunciſorum conterẽris,& dormies cum interfectis gladio. Ibi
G Idumæa,& reges eius, & omnes duces eius, qui dati ſunt cum exercitu ſuo cum interfectis gladio:& qui cum incircunciſis dormie-
*deſcendũt.1 runt,& cum his qui *deſcenderunt'in lacum. Ibi principes Aquilonis omnes & vniuerſi venatores: qui deducti ſunt cum interfectis, pauentes, & in ſua fortitudine confuſi: qui dormierunt incircunciſi cum interfectis gladio, & portauerunt confuſionem ſuam cum his qui deſcendunt in lacum. Vidit eos Pharao, & cõſolatus eſt ſuper vniuerſa multitudine ſua, quæ interfecta eſt gladio,Pharao & omnis exercitus eius, ait Dominus Deus: quia *dedit 'terrorem *ſuum 'in terra viuentium, & dormiuit in medio incircunciſorum cum interfectis gladio ,Pharao & omnis multitudo eius:ait Dominus Deus.

*dedi.6. *meum.4.

S. *Si ſpeculator viſum imminens malum non annuntiauerit, reus erit pereuntium: quòd ſi annuntiauerit, ſolus is qui ſibi non cauit reus erit. Iuſtus quoque ſi ſuam deſerat iuſtitiam, damnabitur: & impius ſi conuertatur, ſaluabitur. Nec confidant de terra ſibi data in poſſeſsionem, quoniam propter ſuas iniquitates perdentur, & terra in ſolitudinem redigetur.*

CAP. XXXIII.

ET factum eſt verbum Domini ad me, A dicens, Fili hominis loquere ad filios populi tui, & dices ad eos, Terra cùm induxero ſuper eam gladium,& tulerit populus terræ virum vnum de nouiſsimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem:Et ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina,& annuntiauerit populo: Audiens autem quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & non ſe obſeruauerit, veneritq́ue gladius,& tulerit eum:ſanguis ipſius ſuper caput eius erit.Sonum buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit:ſi autem ſe cuſtodierit, animam ſuam *ſaluabit'. *ſaluauit.1.

Quòd ſi ſpeculator viderit gladium venien- B tem, & nõ inſonuerit buccina: & populus ſe nõ cuſtodierit,veneritq́ue gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinẽ autem eius de manu ſpeculatoris requiram.‖Et tu fili hominis ſpecu Supra.3.d latorem dedi te domui Iſrael:audiens ergo ex ore meo ſermonem,annuntiabis eis ex me.Si me dicente ad impiũ,Impie,morte morieris: non fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius à via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autẽ eius de manu tua requiram. Si autem annuntiante te ad impium vt à vijs ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur:por C rò tu animam tuam liberaſti.Tu ergo fili hominis dic ad domum Iſrael. Sic locuti eſtis, dicentes, Iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus:quomodo ergo viuere poterimus?‖Dic Supr.18.g. ad eos, Viuo ego,dicit Dominus Deus:nolo mortem impij, ſed vt conuertatur impius à via

*conuertimini.1. à via ſua,& viuat. Conuertimini * à vijs veſtris peſsimis: & quare moriemini domus Iſrael? Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui, Iuſtitia iuſti non liberabit eum in quacunque die peccauerit: & impietas impij non nocebit ei in quacunque die conuerſus fuerit ab impietate ſua: & iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua in quacunque die peccauerit. Etiam ſi dixero iuſto quòd vita viuat, & cõfiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatem: omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradẽtur, & ini
D quitate ſua quam operatus eſt,in ipſa morietur.Si autem dixero impio,Morte morieris: & egerit pœnitentiam à peccato ſuo,fecerit́que iudicium & iuſtitiam, & pignus reſtituerit ille impius,rapinam q́ue reddiderit, in mandatis vitæ ambulauerit,nec fecerit quicquam iniuſtum:vita viuet,& non morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, non imputabuntur ei:iudicium & iuſtitiam fecit, vita viuet.Et dixerunt filij populi tui,Non eſt æqui ponderis via Domini,& ipſorũ via iniuſta eſt. Cum enim receſſerit iuſtus à iuſtitia ſua,feceritq́; iniquitates: morietur in eis. Et cum receſſerit impius ab impietate ſua,fe Supr.18.g. ceritq́ue iudicium & iuſtitiam: viuet in eis. ‖Et dicitis,Nõ eſt recta via Domini. Vnum-
E quenque iuxta vias ſuas iudicabo de vobis domus Iſrael. Et factũ eſt in duodecimo anno, in decimo menſe, in quinta mẽſis tranſmigrationis noſtræ, venit ad me qui fugerat de Ieruſalem,dicens,Vaſtata eſt ciuitas.Manus autem Domini facta fuerat ad me veſpere antequam veniret qui fugerat:aperuitq́ue os meum donec veniret ad me mane, & aperto ore meo non ſilui amplius. Et factum eſt verbum Domini ad me ,dicẽs, Fili hominis, qui habitãt in ruinoſis his,ſuper humum Iſrael,loquentes aiunt, Vnus erat Abraham,& hæreditate poſſedit terram:nos autẽ multi ſumus,nobis data eſt terra in poſſeſsionem. Id-
F circo dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus,Qui in ſanguine comeditis, & oculos veſtros leuatis ad immunditias veſtras, & ſanguinem funditis: nunquid terram hæreditate poſsidebitis?Stetiſtis in gladijs veſtris, feciſtis abominationes, & vnuſquiſq; vxorem proximi ſui polluit: & terrã hæreditate poſſidebitis. Hæc dices ad eos, Sic dicit Dominus Deus,Viuo ego, quia qui in ruinoſis habitant,gladio cadẽt, & qui in agro eſt,beſtijs tradetur ad deuorandum:qui autem in præſidijs & ſpeluncis ſunt,peſte morientur.Et dabo terram in ſolitudinem & in deſertum, & deficiet ſuperba fortitudo eius: & deſolabuntur montes Iſrael,eo quòd nullus ſit qui per eos tranſeat.Et ſcient quia ego Dominus,cũ dedero terram eorum deſolatam & deſertam propter vniuerſas abominationes ſuas, quas operati ſunt. Et tu fili hominis : filij populi G tui qui loquuntur de te iuxta muros,& in oſtijs domorum: & dicũt vnus ad alterum,vir ad proximum ſuum loquentes,Venite, & audiamus quis ſit ſermo egrediens à Domino. Et veniũt ad te,quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedent coram te populus meus:& audiunt ſermones tuos,& nõ faciunt eos:quia in canticum oris ſui vertunt illos,& auaritiam ſuã ſequitur cor eorum. Et es eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulcíq; ſono canitur: & audiunt verba tua,& non faciunt ea.Et cũ venerit quod prædictũ eſt (ecce enim venit) tunc ſcient quòd prophetes fuerit inter eos.

S. *Ex manibus paſtorum, qui neglecto grege, tantum quæ ſua ſunt quærunt,dicit Dominus ſe oues ſuas liberaturum,quodq; eas in iudicio paſcet,ſuſcitaturus ſuper eas ſeruum ſuum Dauid,ſub quo in omni terræ hubertate ſecurè paſcantur:oſtenditq; gregem ſuum eſſe populum Iſrael,& ſe Deum ipſorum.*

CAP. XXXIIII.

ET factum eſt verbum Domini ad me, A dicens,‖Fili hominis propheta de paſtoribus Iſrael:propheta,& dices paſtoribus,Hæc dicit Dominus Deus, Væ paſtoribus Iſrael,qui paſcebant ſemetipſos: nõne greges à paſtoribus paſcũtur? Lac comedebatis,& lanis operiebamini:& quod craſſum erat,occidebatis:gregem autem meum non paſcebatis. Quod infirmum fuit non cõſolidaſtis,& quod ægrotum non ſanaſtis, quod cõfractum eſt non alligaſtis, & quod abiectum eſt non reduxiſtis,& quod perierat nõ quæſiſtis:ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia.Et diſperſæ ſunt oues meæ,eo quòd non eſſet paſtor:& factæ ſunt in deuorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt.Errauerunt greges mei in cunctis mõ B tibus, & in vniuerſo colle excelſo: & ſuper omnem faciẽ terræ diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat inquam qui requireret.Propterea paſtores audite verbũ Domini,Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapinam,& oues meæ in deuorationem omniũ beſtiarum agri,eo quòd non eſſet paſtor(neque enim quæſierunt paſtores mei gregem meum:ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant) propterea paſtores audite verbum Domini, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipſe ſuper paſtoD res,requiram gregẽ meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos vt vltrà non paſcant, C gregẽ, * nec paſcant amplius paſtores ſemet- *meum.
ipſos : & liberabo gregem meum de ore eorum,& non erit vltrà eis in eſcam, Quia hæc dicit

dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse requirã oues meas, & visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suum in die quãdo fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam: & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terræ. In pascuis huberrimis pascam eas, & in montibus excelsis Israel erunt pascua earum: ibi requiescent in herbis virentibus, & in pascuis pinguibus pascentur super mõtes Israel. Ego pascam oues meas: & ego eas accubare faciã, dicit Dominus Deus. Quod perierat, requirã: & quod abiectũ erat, reducam: & quod confractũ fuerat, alligabo: & quod infirmum fuerat, cõsolidabo: & quod pingue & forte, custodiam, & pascam illas in iudicio. Vos autem greges mei, hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus, arietum & hircorum, Nõne satis vobis erat pascua bona de pasci? insuper & reliquias pascuarũ vestrarum conculcastis pedibus vestris: & cum purissimam aquam biberetis, reliquã pedibus vestris turbabatis. Et oues meæ his quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur: & quæ pedes vestri turbauerãt, hæc bibebant. propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos, Ecce, ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum. Pro eo quòd lateribus, & humeris impingebatis, & cornibus vestris vẽtilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras: saluabo gregem meum, & nõ erit vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus.

Iohan.1.g. 1b.b. Isai.40.c. Dani.9.g. ‖Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deũ: & seruus meus Dauid princeps in medio eorũ: Ego Dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. Et ponã eos in circuitu collis mei benedictionem: & deducam imbrem in tempore suo, *pluuiæ benedictionis erunt. Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum, & erunt in terra sua absque timore: & scient quia ego Dominus, cum contriuero catenas iugi eorum, & eruero eos de manu imperantium sibi. Et non erunt vltrà in rapinam in Gentibus, neque bestiæ terræ deuorabunt eos: sed habitabunt confidenter absque vllo terrore. Et suscitabo eis germen nominatum: & non erunt vltrà imminuti fame in terra, neq; portabunt vltrà opprobriũ Gentium. Et sciẽt quia ego Dominus Deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel: ait Dominus Deus. ‖Vos autẽ greges mei, greges pascuæ meæ homines estis: & ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus. Ioan.10.b.

S. Montis Seir siue Idumæorum futura vastatio, eo quòd populum Dei afflixerint.

CAP. XXXV.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis pone faciem tuã aduersum montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam super te, & dabo te desolatũ atq; desertum. Vrbes tuas demoliar, & tu desertus eris: & scies quia ego Dominus. Eo quòd fueris inimicus sempiternus, & cõcluseris filios Israel in manus gladij in tempore afflictionis eorũ, in tempore iniquitatis extremæ: Propterea viuo ego dicit Dominus Deus, quoniam sanguini tradã te, & sanguis te persequetur: & cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te. Et dabo montem Seir desolatum atq; desertum: & auferam de eo euntem & redeũtem. Et implebo mõtes eius occisorum suorum: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atq; in torrentibus interfecti gladio cadent. In solitudines sempiternas tradam te, & ciuitates tuæ non habitabũtur: & scietis quia ego Dominus Deus. Eo quòd dixeris, Duæ gẽtes, & duæ terræ meæ erũt, & hæreditate possidebo eas: cum Dominus esset ibi: Propterea viuo ego, dicit Dominus Deus, quia faciam iuxta iram tuam, & secundum zelum tuum quẽ fecisti odio habẽs eos: & notus efficiar per eos cum te iudicauero. Et scies quia ego Dominus audiui vniuersa opprobria tua quæ locutus es de montibus Israel, dicens, Deserti, nobis ad deuorandum dati sunt. Et insurrexistis super me ore vestro, & derogastis aduersum me verba vestra: ego audiui. Hæc dicit Dominus Deus, Lætante vniuersa terra in solitudinem te redigam. Sicuti gauisus es super hæreditatẽ domus Israel, eo quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi: dissipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis: & sciẽt quia ego Dominus.

S. Quia populus Dei erat in opprobrium Gentibus, eo quòd propter sua peccata dispersi essent in captiuitatẽ, dicit Dominus, non propter illum sed propter se reducturum eum in terram suam: quodq; super ipsum effundet aquã mundam, faciens eũ in suis preceptis ambulare, magnaq; frui fœlicitate.

CAP. XXXVI.

TV autem fili hominis propheta super montes Israel, & dices, ‖Montes Israel audite verbũ Domini, Hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd dixerit inimicus de vobis, Euge, altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis: propterea vaticinare, & dic, Hæc dicit Dominus Deus. Pro eo quòd desolati estis, & conculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis gentibus, & ascendistis super labium linguæ, & opprobrium populi: propterea mõtes Israel audite verbũ Domini Dei, Hæc dicit Dominus Deus, montibus & collibus, torrentibus, vallibusq;, desertis, & parietinis, & vrbibus derelictis quæ depopulatæ sunt & subsannatæ à reliquis gentibus per circuitum. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gẽtibus, & de Idumæa vniuersa, quæ dederunt terram meam sibi in hæreditatem cum gaudio, & toto corde, & ex animo: & eiecerunt eam, vt vastarent: idcirco vaticinare super humum Israel, & dices montibus & collibus, iugis & vallibus, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus sum, eo quòd confusionem Gentium sustinueritis. Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Ego leuaui manum meam, vt Gentes quæ in circuitu vestro sunt, ipsæ confusionem suam portent. Vos autem montes Israel ramos vestros germinetis, & fructũ vestrum afferatis populo meo Israel: prope enim est vt veniat, Quia ecce ego ad vos, & conuertar vos, & arabimini, & accipietis sementẽ. Et multiplicabo in vobis homines, omnemq; domum Israel: & habitabuntur ciuitates, & ruinosa instaurabuntur. Et replebo vos hominibus & iumentis: multiplicabuntur, & crescent: & habitare vos faciam sicut à principio, bonisque donabo maioribus quã habuistis ab initio: & scietis quia ego Dominus. Et adducam super vos homines populum meum Israel, & hæreditate possidebũt te: & eris eis in hæreditatem, & non addes vltrà vt absque eis sis. Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dicunt de vobis, Deuoratrix hominum es, & suffocans gentem tuam: propterea homines nõ comedes amplius, & gentẽ tuam non necabis vltrà, ait Dominus Deus: nec auditã faciam in te amplius confusionem Gentium, & opprobrium populorum nequaquã portabis, & gentem tuam non amittes amplius, ait Dominus Deus. Et factum est verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, domus Israel habitauerunt in humo sua, & polluerunt eam in vijs suis, & in studijs suis: iuxta immunditiã mẽstruatæ facta est via eorum coram me. Et effudi indignationem meam super eos pro sanguine quem fuderunt super terram, & in idõlis suis polluerunt eam, & dispersi eos in Gentes, & ventilati sunt in terras: iuxta vias eorum, & adinuentiones eorum iudicaui eos. ‖Et ingressi sunt ad gentes ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum, cũ diceretur de eis, Populus Domini iste est, & de terra eius egressi sunt. Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israel in gentibus ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Nõ propter vos ego faciam, domus Israel: sed propter nomen sanctum meum quod polluistis in gentibus ad quas intrastis. Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter Gentes, quod polluistis in medio earum: vt sciant Gentes quia ego Dominus, ait Dominus exercituũ, cum sanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de Gentibus, & congregabo vos de vniuersis terris, & adducam vos in terram vestram. Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab vniuersis idõlis vestris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. ‖Et spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. Et saluabo vos ex vniuersis inquinamentis vestris: & vocabo frumẽtum, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem. Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri: vt non portetis vltrà opprobriũ famis in Gentibus. Et recordabimini viarum vestrarum pessimarum, studiorumque non bonorum: & displicebunt vobis iniquitates vestræ & scelera vestra. Non propter vos ego faciam ait Dominus Deus, notum sit vobis: confundimini & erubescite super vijs vestris, domus Israel. Hæc dicit Dominus Deus, In die qua mũdauero vos ex omnibus iniquitatibus vestris, & inhabitari fecero vrbes, & instauratæ ruinosa: & terra deserta fuerit exculta, quæ quondam erat desolata in oculis omnis viatoris, dicent, Terra illa inculta, facta est vt hortus voluptatis: & ciuitates desertæ, & destitutæ atque suffossæ, minutæ sederunt. Et scient gentes quæcunque derelictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego Dominus ædificaui dissipata, plantauique inculta, ego Dominus locutus sim & fecerim. Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc in hoc inuenient me domus Israel, vt faciam eis: Multiplicabo eos sicut gregem hominum, vt gregem sanctum, vt gregem Ierusalem in solennitatibus eius: Sic erunt ciuitates desertæ, plenæ gregibus hominum: & scient quia ego Dominus.

Supra.6.a. Isai.52.c. Roma.2.d.

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. In figura aridorum ossium reuiuiscentium, designat filios Israel qui de omni prosperitate desperant, reducendos in terram suam: & per duo ligna coniuncta significat vnum fore regnum Iuda & Israël, qui sub vno rege ac pastore Dauid obseruaturi sint mãdata Domini, qui cum ipsis pactum feriet sempiternum.

CAP. XXXVII.

A FActa est super me manus Domini, & eduxit me in spiritu Domini: & dimisit me in medio campi qui erat plenus ossibus, Et circunduxit me per ea in gyro: erant autem multa valde super faciem campi, siccaque vehementer. Et dixit ad me, Fili hominis putásne viuent ossa ista? Et dixi, Domine Deus tu nosti. Et dixit ad me, Vaticinare de ossibus istis: & dices eis, Ossa arida audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus ossibus his, Ecce ego intromittam in vos spiritũ, & viuetis: Et dabo super vos neruos, & succrescere faciã super vos carnes, & superextendam in vobis cutem: & dabo vobis spiritũ, & viuetis: & scietis quia ego Dominus. Et prophetaui sicut præceperat mihi: factus est autem sonitus prophetante me, & ecce commotio: & accesserũt ossa ad ossa, vnumquodque ad iuncturam suam. Et vidi, & ecce super ea nerui, & carnes ascenderunt, & extenta est in eis cutis désuper & spiritum non habebant. Et dixit ad me, Vaticinare ad spiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad spiritum, C Hæc dicit Dominus Deus, A quatuor ventis veni spiritus: & insuffla super interfectos istos, & reuiuiscant. Et prophetaui, sicut præceperat mihi: & ingressus est in ea spiritus, & vixerunt: steteruntque super pedes suos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me, Fili hominis, ossa hæc vniuersa, domus Israel est: ipsi dicunt, Aruerũt ossa nostra, & perijt spes nostra, & abscisi sumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, D Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus: & inducam vos in terrã Israel. Et scietis quia ego Dominus, cùm aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris populeus: Et dedero spiritum meum in vobis, & vixeritis, & requiescere vos faciam super humum vestram: & scietis quia ego Dominus locutus sum: & feci, ait Dominus Deus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis sume tibi lignum vnum: & scribe super illud Iudæ filiorum Israel sociorum eius. & tolle lignum alterum, & scribe super illud Ioseph lignum Ephráim, & cunctæ domus Israel, sociorumque eius. E Et adiunge illa, vnum ad alterum tibi in lignum vnum: & erunt in vnionem in manu tua. Cùm autem dixerint ad te filij populi tui loquentes. Nónne indicas nobis quid in his tibi velis? loquêris ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego assumam lignũ Ioseph, quod est in manu Ephráim, & tribus Israel quæ sunt ei adiunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum, & erunt vnum in manu eius. Eruntaũt ligna super quæ scripseris in manu tua, in oculis eorũ. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, F Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum ad quas abierunt: & congregabo eos vndique, & adducam eos ad humum suam. Et faciam eos in gentem vnam in terra in mõtibus Israel, ‖ & rex vnus erit omnibus imperans: & nõ erunt vltrà duæ gẽtes, nec diuidentur amplius in domo regna. Neq; polluentur vltrà in idõlis suis & abominationibus suis, & cunctis iniquitatibus suis: & saluos eos faciam de vniuersis sedibus in quibus peccauerunt, & emundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. ‖ Et seruus meus Dauid rex super eo, & pastor vnus erit omnium eorum: in iudicijs meis ambulabunt, & mandata mea custodient, & facient ea. Et habitabunt super terram quam dedi seruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres vestri: & habitabunt super eam ipsi, & filij eorum, & filij filiorũ eorum, vsq; in sempiternũ: & Dauid seruus meus princeps eorum, in perpetuum. ‖ Et percutiã illis fœdus pacis, pactũ sempiternum erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo, & dabo sanctificationẽ meam in medio eorũ in perpetuum. Et erit tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Et scient Gentes quia ego Dominus sanctificator Israel cùm fuerit sanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

Ioan.10.b.

S. Habitãtibus post reductam captiuitatem securè filijs Israël in oppidis suis, adducet Dominus in nouissimis diebus cõtra eos Gog cũ ingenti exercitu: sed & hunc cum suo exercitu multis cladibus postea consumet. CAP. XXXVIII.

ET factus est sermo Domini ad me, dicens, ‖ Fili hominis pone faciem tuam contra Gog ▷ & 'terram Magog, principem capitis Mosoch, & Thubal: & vaticinare de eo, & dices ▷ ad eum', Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Gog principem capitis Mosoch, & Thubal, & circumagam te, & ponam frænum in maxillis tuis: & educam te & omnem exercitum tuum, equos & equites vestitos loricis vniuersos, multitudinem magnam hastam & clypeum arripientium & gladium. Persæ, Aethiopes, & Libyes cum eis omnes scutati & galeati. Gomer, & vniuersa agmina eius, domus Thôgorma látera Aquilonis, & totum robur eius populúque multi tecum.

A Apoca.2.c. ▷.4. ▷.2.

B

tecum. Præpara & instrue te & omnem multitudinem tuam, quæ coaceruata est ad te: & esto eis in præceptum. Post dies multos visitaberis: in nouissimo annorum venies ad terram quæ reuersa est à gladio, & congregata est de populis multis, ad montes Israel, qui fuerunt deserti iugiter: hæc de populis educta est, & habitabunt in ea confidenter vniuersi. Ascendens autem quasi tempestas venies & quasi nubes, vt operias terrã tu & omnia agmina tua, & populi multi tecum. Hæc dicit C Dominus Deus: In die illa ascendent sermones super cor tuũ, & cogitabis cogitationem pessimam: & dices, Ascendam ad terram absque muro: veniam ad quiescentes habitãtesque securè: hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ non sunt eis. Vt diripias spolia, & inuadas prædam, vt inferas manum tuam super eos qui deserti fuerant & postea restituti, & super populum qui est congregatus ex Gentibus, qui possidere cœpit & esse habitator vmbilici terræ, Saba, & Dedan, & negotiatores Tharsis, & omnes leones eius dicent tibi, Nunquid ad sumenda spolia tu venis? ecce ad diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam, vt tollas argentum & aurum, & auferas supellectilẽm atque substantiam, & diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog, Hæc dicit Dominus Deus, Nunquid nõ in die illo, cum habitauerit populus meus Israel cõfidenter, scies? Et venies de loco tuo E à lateribus Aquilonis tu & populi multi tecum, ascensores equorum vniuersi, cœtus magnus, & exercitus vehemens. Et ascendes super populum meum Israel quasi nubes, vt operias terram. In nouissimis diebus eris, & adducam te super terram meam: vt sciant Gẽtes me, cùm sanctificatus fuero in te in oculis eorum ô Gog. Hæc dicit Dominus Deus, Tu ergo ille es de quo locutus sum in diebus antiquis in manu seruorum meorum prophetarum Israel, qui prophetauerunt in diebus illorum temporum, vt adducerem te super F eos. Et erit in die illa: in die aduentus Gog super terram Israel, ait Dominus Deus, ascẽdet indignatio mea in furore meo. Et in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum. Quia in die illa erit commotio magna super terram Israel: ‖ & commouebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cœli, & bestiæ agri, & omne reptile quod mouetur super humum, cunctíque homines qui sunt super faciem terræ: & subuertentur montes, & cadent sepes, & G omnis murus corruet in terram. Et conuocabo aduersus eum in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus: gladius vniuscuiusque in fratrem suum dirigetur. Et iudicabo eum peste, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immensis: ignem, & sulphur pluam super eum, & super exercitum eius, & super populos multos qui sunt cum eo. Et magnificabor & sanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentium: & scient quia ego Dominus.

Mat.24.c. Luce.21.c.

S. Adducet Dominus Gog contra Israel, sed ipsum cum toto eius exercitu ibi perdet, in cuius sepultura septem mensibus occupabuntur ad mundandam terram: Dominus filios Israël propter peccata ipsorum tradidit in captiuitatem, sed reducet eos in terram suam ad nominis sui glorificationem.

CAP. XXXIX.

TV autem fili hominis vaticinare aduersum Gog, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego super te Gog principem capitis Mosoch & Thubal: & circumagam te, ‖ & #seducam' te, & ascendere te faciam de lateribus Aquilonis: & adducam te super montes Israel. Et percutiam arcum tuum in manu sinistra tua: & sagittas tuas de manu dextera tua deijciam. Super montes Israel cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui qui sunt tecum: feris, auibus, omníque volatili, & bestijs terræ dedi te ad deuorandum. Super faciem agri cades: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. Et immittam ignem in Magog, & in his qui habitant in insulis confidenter: & scient quia ego Dominus. Et nomen sanctum meum notum faciã in medio populi mei Israel, & non polluam nomen sanctum meũ amplius: & scient Gentes quia ego Dominus sanctus Israel. Ecce venit, & factum est, ait Dominus Deus: hæc est dies de qua locutus sum. Et egredientur habitatores de ciuitatibus Israel, & succendent & comburent arma, clypeum & hastas, arcum & sagittas, & baculos, manus, & contos: & succendent ea igni septem annis. Et C non portabunt ligna de regionibus, neque succident de saltibus: quoniam arma succendent igne, & deprædabuntur eos quibus præ dæ fuerant, & diripient vastatores suos, ait Dominus Deus. Et erit in die illa: dabo Gog locum nominatum sepulchrum in Israel: vallem viatorum ad orientem maris, quæ obstu pescere faciet prætereuntes: & sepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & vocabitur Vallis multitudinis Gog. Et sepeliẽt eos domus Israel, vt mundent terram septem mẽsibus. Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies in qua glorificatus sum, ait Dominus Deus. Et viros iugiter constituent lustrantes terram qui sepeliant, & requirant eos qui remanserant super D faciem terræ, vt emundenteam: post menses

A Apoca.2.c. #reducam.8

B

autem septem quærere incipient. Et circuibunt peragrantes terram: cumque viderint os hominis, statuent iuxta illud titulum, donec sepeliant illud pollinctores in Valle multitudinis Gog. Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt terram. Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, Dic omni volucri, & vniuersis auibus, cunctisque bestijs
E agri, Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam quam ego immolo vobis, victimam grandem super montes Israel: vt comedatis carnem, & bibatis sanguinem. Carnes fortium comedetis, & sanguinem principum terræ bibetis: arietum, agnorum, & hircorum, taurorumque, & altilium, & pinguium omnium. Et comedetis adipem in saturitatem, & bibetis sanguinem in ebrietatem, de victima quam ego immolabo vobis: & saturabimini super mensam meam de equo, & equite forti, & de vniuersis viris bellatoribus, ait Dominus Deus. Et ponam glo
F riam meam in Gentibus: & videbunt omnes gentes iudicium meum quod fecerim, & manum meam quã posuerim super eos. Et sciẽt domus Israel quia ego Dominus Deus eorũ à die illa & deinceps. Et scient Gẽtes quoniã in iniquitate sua capta sit domus Israel: eo quod dereliquerint me, & abscõderim faciem meam ab eis, & tradiderim eos in manus hostium, & ceciderint in gladio vniuersi. Iuxta immunditiam eorum & scelus feci eis, & abscondi faciem meam ab illis. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miserebor omnis domus Israel: & assumam zelum pro nomine sancto
G meo. Et portabunt confusionem suam, & omnem præuaricationẽ qua præuaricati sunt in me, cum habitauerint in terra sua confidenter neminem formidantes, Et reduxero eos de populis, & cõgregauero de terris inimicorum suorum, & sanctificatus fuero in
Supra. 36. e eis in oculis gentium plurimarum. ‖ Et scient quia ego Dominus Deus eorum, eo quòd transtulerim eos in nationes, & congregauerim eos super terram suam, & non derelinquerim quenquam ex eis ibi. Et non abscondam vltrà faciem meam ab eis, eo quòd effuderim spiritum meum super omnem domũ Israel, ait Dominus Deus.

S. Prophetæ ostenditur futura reædificatio ciuitatis, cum mensura in longitudine, latitudine & altitudine singularum domus portarum, thalamorum, frontium, fenestrarum, vestibulorum, cubiculorum: & graduum: itẽ mensuratio quatuor mensarum ad immolanda sacrificia: rursum gazophylacia cantorum & sacerdotum, ac vestibula templi.

CAP. XL.



IN vicesimo quinto anno transmigratio- A nis nostræ, in exordio anni, decima mensis, quartodecimo anno, postquã percussa est ciuitas: in ipsa hac die facta est super me manus Domini, & adduxit me illuc. In visionibus Dei adduxit me in terram Israel, & dimisit me super montem excelsum nimis: super quem erat quasi ædificium ciuitatis vergentis ad Austrum. Et introduxit me illuc: & ecce vir, cuius erat species quasi species æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mẽsuræ in manu eius: stabat autem in porta. Et locutus est ad me idem vir, Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia quæ ego ostendam tibi: quia vt ostendantur tibi adductus es huc: annũtia omnia quæ tu vides Domui Israel. Et ecce murus forinsecus in circuitu Domus vndique, & in manu viri calamus mensuræ sex cubitorum & palmo: & mensus est latitudinem ædificij calamo vno, altitudinẽ quoque calamo vno. Et venit ad portam quæ respiciebat viam orientalem, & ascẽdit per gradus eius: & mensus est limen porte calamo vno latitudinem, id est, limen vnum calamo vno in latitudine: Et thalamum vno calamo B in longum, & vno calamo in latum: & inter thalamos, quinq; cubitos: & limen portæ iuxta vestibulũ portæ intrinsecus, calamo vno. Et mensus est vestibulũ portæ octo cubitorum, & frontem eius duobus cubitis: vestibulum autem portæ erat intrinsecus. Porrò thalami portæ ad viã orientalẽ, tres hinc & tres inde: mensura vna triũ, & mensura vna frontium ex vtraq; parte. Et mensus est latitudinem liminis portæ decem cubitorũ: & longitudinẽ portæ tredecim cubitorũ: Et marginem ante thalamos cubiti vnius: & cubitus vnus finis vtrinq;. thalami autẽ sex cubitorũ erant hinc & inde. Et mensus est portã à tecto thalami, vsq; ad tectum eius latitudinẽ viginti quinq; cubitorũ: ostium cõtra ostium. Et fecit frõtes per sexaginta cubitos: & ad frõtem atrium portæ vndiq; per circuitum. Et ante faciẽ portæ quæ pertingebat vsq; ad faciem

ciem vestibuli portæ interioris, quinquaginC ta cubitos. Et fenestras obliquas in thalamis & in frontibus eorum quæ erant intra portam vndique per circuitum: similiter autem erant & in vestibulis fenestræ per gyrũ intrin *celata. secus, & ante frontes pictura palmarum*. Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pauimentum stratum lapide in atrio per circuitum: triginta gazophylacia in circuitu pauimenti. Et pauimentum in fronte portarum secundùm longitudinem portarum erat inferius. Et mensus est latitudinem à facie portæ inferioris vsque ad frontem atrij interioris extrinsecus, centum cubitos ad Orientem & ad Aquilonem. Portam quoque quæ respiciebat viam Aquilonis atrij exterioris, mensus est tam in longitudine quàm in latitudine. Et thalamos eius tres hinc & tres inde: & frontem eius & vestibulum eius secundùm mensuram portæ prioris: quinquaginta cubitorum longitudinem eius, & latitudinem vigintiquinque cubitorum. Fe-
D nestræ autem eius, & vestibulum, & scalpturæ secundùm mensuram portæ quæ respiciebat ad Orientem: & septem graduum erat ascensus eius, & vestibulum ante eã. Et porta atrij interioris contra portam Aquilonis, & Orientalem: & mensus est à porta vsque ad portam cẽtum cubitos. Et eduxit me ad viam austrãlem & ecce porta quæ respiciebat ad Austrum: & mensus est frontem eius, & vestibulum eius iuxta mensuras superiores. Et fenestras eius & vestibula in circuitu, sicut fenestras cæteras: quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine viginti quinq; cubitorum. Et in gradibus septem ascendebatur ad eam: & vestibulum ante fores eius: & cælatæ palmæ erant, vna hinc, & altera inde in frõte eius. Et porta atrij interioris in via australi: & mensus est à porta vsque ad portam in via australi, centum cubitos. Et introduxit me in atrium interius ad portam australem: & mensus est portam iuxta mensuras superiores. Thalamum eius: & frontem eius, & vestibulum eius eisdem mensuris: & fenestras eius, & vestibulum eius in circuitu
E quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quinque cubitos. Et vestibulum per gyrum longitudine viginti quinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorum. Et vestibulum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte: & octo gradus erant quibus ascendebatur per eam. Et introduxit me in atriũ interius per viam orientalem: & mensus est portam secundum mensuras superiores. Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, sicut suprà: & fenestras eius, & vestibula eius in circuitu, longitudine quinquaginta cubitorũ, & latitudine viginti quinque cubitorum. Et vestibulum eius, id est atrij exterioris: & palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascẽsus eius. Et introduxit me ad portam quæ respiciebat ad Aquilonem: & mensus est secundum mensuras superiores. Thalamum eius, & frontem eius, & vestibulum eius, & fenestras eius per circuitum, longitudine quinquaginta cubitorum: & latitudine viginti quinque cubitorum. ▷ Et vestibulum eius respiciebat ad atriũ ▷.16. exterius: & cælatura palmarum in fronte eius hinc & inde: & in octo gradibus ascensus eius. Et per singula gazophylacia ostium F in frõtibus portarum: ibi lauabant holocaustum. Et in vestibulo portæ duæ mẽsæ hinc, & duæ mensæ inde: vt immoletur super eas holocaustum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius quod ascendit ad ostium portæ quæ pergit ad Aquilonem, duæ mẽsæ: & ad latus alterum ante vestibulum portæ, duæ mensæ. Quatuor mẽsæ hinc, & quatuor mensæ inde: per latera portæ octo mensæ erant super quas immolabant. Quatuor autem mensæ ad holocaustum, de lapidibus quadris extructæ: longitudine cubiti vnius & dimidij, & latitudine cubiti vnius & dimidij, & altitudine cubiti vnius: super quas ponent vasa in quibus immolatur holocaustum & victima. Et labia earum palmi vnius, reflexa intrinsecus per circuitum: super mẽsas autem, carnes oblationis. Et extra portã interiorem gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ respiciẽtis ad Aquilonem: & facies eorum contra viam australem, vna ex latere portæ orientalis quæ respiciebat ad viã Aquilonis. Et dixit ad me, Hoc G est gazophylacium quod respicit viam meridianam, sacerdotum erit qui excubant in custodijs templi. Porrò gazophylaciũ quod respicit ad viam Aquilonis, sacerdotum erit qui excubant ad ministerium altaris. isti sunt filij Sadoc, qui accedunt de filijs Leui ad Dominum, vt ministrent ei. Et mensus est atriũ longitudine centum cubitorũ, & latitudine centum cubitorum per quadrum: & altare ante faciem templi. Et introduxit me in vestibulum templi: & mensus est vestibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. Longitudinẽ autem vestibuli, viginti cubitorum: & latitudinem vndecim cubitorum, & octo gradibus ascendebatur ad "eam". Et columnæ erant in *"eum. 2. frontibus: vna hinc, & altera inde.

S. Dispositio reædificandi templi iuxta partes singulas.

CAP. XLI.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A ET introduxit me in templũ, & mensus est frõtes sex cubitos latitudinis hinc, & sex cubitos latitudinis inde, latitudinẽ tabernaculi. Et latitudo portæ, decem cubitorum erat: & latera portæ quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & mensus est longitudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum. Et introgressus intrinsecus, mensus est in fronte portæ duos cubitos: & portam, sex cubitorum: & latitudinem portæ, septẽ cubitorum. Et mensus est lõgitudinem eius viginti cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum, ante faciem templi: & dixit ad me, Hoc est sanctum sanctorum. Et mensus est parietem domus sex cubitorum: & latitudinẽ lateris, quatuor cubitorum vndique per circuitum domus. Latera autem, latus ad latus, bis trigintatria: & erant eminentia quæ ingrederẽtur per parietem domus, in lateribus per circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem
B templi. Et platéa erat in rotundum, ascendẽs sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum, idcirco latius erat templum in superioribus: & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora, in medium. Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio: & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateribus domus. Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus vndique. Et ostium lateris ad orationem: ostium vnum ad viam Aquilonis, & ostium vnum ad viam Austrálem: & latitudinem loci ad orationẽ, quinq; cubitorum in circuitu. Et ædificium quod erat separatum, versumq́ ad viam respicientem ad mare, latitudinis septuaginta
C cubitorum. paries autem ædificij, quinq; cubitorum latitudinis per circuitum: & longitudo eius, nonaginta cubitorum. Et mensus est domus longitudinem, centum cubitorũ: & quod separatum erat ædificium, & parietes eius, longitudinis centum cubitorum. Latitudo autem ante faciem domus: & eius quod erat separatum contra orientem, centum cubitorum. Et mensus est lõgitudinem ædificij contra faciem eius quod erat separatum ad dorsum: ethecas ex vtraq; parte centum cubitorum: & templum interius, & vestibula atrij. Limina & fenestras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes, contra vniuscuiusque limen, stratumq́; ligno per gyrum in circuitu: terra autem vsque ad fenestras, & fenestræ clausæ super ostia. Et vsque ad do-
Ezech.41. mum interiorem, & forinsecus: "per" omnem parietem in circuitu intrinsecus, & forinsecus, ad mensuram. Et fabrefacta cherubim & D
palmæ: & palma inter cherub & cherub duasque facies habebat cherub. Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciem leonis iuxta palmam ex alia parte: expressam per omnem domum in circuitu. De terra vsq; ad superiora portæ, cherubim & palmæ cælatæ erant in pariete templi. Limen, quadrangulum: & facies sanctuarij, aspectus contra aspectum. Altaris lignei trium cubitorum altitudo: & longitudo eius, duorum cubitorum: & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. Et locutus est ad me, Hæc est mẽsa corã Domino. Et duo ostia erant in tẽplo, & in sanctuario. Et in duobus ostijs ex vtraq; parte bina erãt ostiola, quæ in seinuicem plicabantur: bina enim ostia erant ex vtraque parte ostiorum. Et cælata erant in ipsis ostijs templi cherubim, & sculptura palmarum, sicut in parietibus quoq; expressa erant: quam ob rem & grossiora erant ligna in vestibuli fronte forinsecus. Super quæ fenestræ obliquæ, & similitudo palmarum hinc atque inde in humerulis vestibuli: secundum latera domus, latitudinemq́ue parietum.

S. De gazophylacijs cæterisq́, quæ ad sacrorum vsum pertinent, reædificandis.

CAP. XLII.

ET eduxit me in atrium exterius per A viam ducentem ad Aquilonem, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra separatum ædificium & contra ædem vergentem ad Aquilonem. In facie lõgitudinis, centum cubitos ostij Aquilonis: & latitudinis quinquaginta cubitos: contra viginti cubitos atrij interioris, & contra pauimentum stratum lapide atrij exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorũ latitudinis, ad interiora respiciens viæ cubiti vnius. Et ostia eorum ad Aquilonem: vbi erant gazophylacia in superioribus humiliora: quia supportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ædificij. Tristega enim erant, & non habe- B
bant columnas, sicut erant columnæ atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de medijs à terra cubitis quinquaginta. Et pẽribolus exterior secundum gazophylacia, quæ erãt in via atrij exterioris ante gazophylacia: longitudo eius, quinquaginta cubitorum. Quia lõgitudo erat gazophylaciorum atrij exterioris quinquaginta cubitorum: & longitudo ante faciem templi, centum cubitorum. Et erat subter gazophylacia hæc introitus ab Oriente ingredientium in ea de atrio exteriori: In latitudine periboli atrij, quod erat cõtra viam orientalem, in faciem ædificij

ædificij separati, & erant ante ædificium gazophylacia. Et via ante faciem eorum iuxta similitudinem gazophylaciorum, quæ erant in via Aquilonis: secundum longitudinem eorũ, sic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & similitudines, & ostia eorum
C secundum ostia gazophylaciorum quæ erant in via respiciente ad Notum: ostium in capite viæ, quæ via erat ante vestibulum separatum per viam orientalem ingredientibus. Et dixit ad me, Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Austri, quæ sunt ante ædificium separatum: hæc sunt gazophylacia sancta, in quibus vescuntur sacerdotes qui appropinquant ad Dominum in sancta sanctorum. ibi ponent sancta sanctorum, & oblationem pro peccato, & pro delicto: locus enim sanctus est. Cum autem ingressi fuerint sacerdotes, non egredientur de sanctis
D in atrium exterius: & ibi reponent vestimenta sua in quibus ministrant, quia sancta sunt: vestientuŕque vestimentis alijs, & sic procedent ad populum. Cumq́; complesset mensuras domus interioris, eduxit me per viam portæ quæ respiciebat ad viam orientalem: & mensus est eam vndiq; per circuitum. Mensus est autem contra ventum orientalem calamo mensuræ: quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum. Et mensus est contra ventum Aquilonis quingentos calamos, in calamo mensuræ per gyrum. Et ad ventum austrálem mensus est quingẽtos calamos, in calamo mensuræ per circuitum. Et ad ventum occidentalem mensus est quingentos calamos, in calamo mẽsuræ. Per quatuor ventos mensus est murum eius vndique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum, diuidentem inter sanctuarium & vulgi locum.

S. Gloria Domini apparente audit propheta quòd filij Israel non amplius polluent nomen Domini, & quæ sint mensuræ altaris, at sacrificia ad ipsum septem diebus expiandum.

CAP. XLIII.

A ET duxit me ad portam quæ respiciebat ad viam oriẽtalem. Et ecce gloria Dei Israel ingrediebatur per viam orientalem: & vox erat ei quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat à maiestate eius. Et
Supra.9.2. vidi visionem ‖ secundum speciem quam vi-
Supra.1.4. deram, quando venit vt disperderet ciuitatem: & species secundum aspectum ‖ quem videram iuxta fluuium Chobar: & cecidi super faciem meã. Et maiestas Domini ingressa est templum per viam portæ quæ respiciebat ad Orientẽ. Et eleuauit me spiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce replebat gloria Domini domus. Et audiui lo- B
quentem ad me de domo, & vir stabat iuxta me. Et dixit ad me, Fili hominis, locus solij mei, & locus vestigiorum pedum meorum: vbi habito in medio filiorum Israel in æternum: & nõ polluent vltrà domus Israel nomen sanctum meũ, ipsi, & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regũ suorum, & in excelsis. Qui fabricati sunt limen suum iuxta limen meũ, & postes suos iuxta postes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerunt nomen sanctum meũ in abominationibus quas fecerunt: propter quod consumpsi eos in ira mea. Nũc ergo repellant procul for- C
nicationem suam, & ruinas regum suorum à me: & habitabo in medio eorum semper. Tu autem fili hominis, ostende domui Israel templum, & confundantur ab iniquitatibus suis: & metiantur fabricam, & erubescant ex omnibus quæ fecerunt. Figuram domus, & fabricæ eius exitus, & introitus, & omnem descriptionem eius, & vniuersa præcepta eius, cunctumq́; ordinem eius, & omnes leges eius ostẽde eis, & scribes in oculis eorum: vt custodiant omnes descriptiones eius, & præcepta illius, & faciãt ea. Ista est lex domus in
*Omnes f-nes. summitate montis, "Omnis finis" eius, in circuitu sactum sanctorum est. hæc est ergo D
lex domus. Istæ autem mensuræ altaris in cubito verissimo, qui habebat cubitum: & palmum: in sinu eius erat cubitus, & cubitus in latitudine: & definitio eius vsque ad labium eius, in circuitu, palmus vnus. hæc quoque erat fossa altaris. Et de sinu terræ vsque ad crepidinem nouissimam duo cubiti, & latitudo cubiti vnius: & à crepidine minore vsque ad crepidiuem maiorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti vnius. Ipse autẽ ariel qua- E
tuor cubitorum: & ab ariel vsque ad sursum, cornua quatuor. Et ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis: quadrangulatum æquis lateribus. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis eius: & corona in circuitu eius dimidij cubiti, & sinus eius vnius cubiti per circuitum: gradus autem eius versi ad orientem. Et dixit ad me, Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, Hi sunt ritus altaris, in quacunque die fuerit fabricatum: vt offeratur super illud holocaustũ, & effundatur sanguis. Et dabis sacerdotibus & Leui- F
tis, qui sunt de semine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato. Et assumens de sanguine eius pones super quatuor cornua eius, & super quatuor angulos crepidinis, & super coronam in circuitu: & mũ-

dabis illud & expiabis. Et tolles vitulum qui oblatus fuerit pro peccato: & combures eum in separato loco domus extra sanctuarium. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato: & expiabunt alta
G re, sicut expiauerunt in vitulo. Cumq; compleueris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum. Et offeres eos in conspectu Domini: & mittent sacerdotes super eos sal, & offerent eos holocaustum Domino. Septem diebus facies hircum pro peccato quoti die: & vitulum de armento, & arietem de pecoribus immaculatos offerent. Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum eius. Expletis autem diebus, in die octaua & vltrà, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro pace offerunt: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.



S. Porta sanctuarij clausa qua solus Deus ingreditur: incircunciſi carne & corde nõ ingredientur sanctuarium, nec Leuitæ qui idòla secuti sunt, sed hi ministri domus erunt: filij autem Sadoc sacerdotes ingredientur, & horum leges ponuntur. CAP. XLIIII.

A ET conuertit me ad viam portæ sanctuarij exterioris, quæ respiciebat ad Oriẽtem: & erat clausa. Et dixit Dominus ad me, Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transiet per eam: quoniam Dominus Deus Israel ingressus est per eam, eritq; clausa principi. Princeps ipse sedebit in ea, vt comedat panem coram Domino: per viam portæ vestibuli ingredietur, & per viam eius egredietur. Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in conspectu domus: & vidi, & ecce impleuit gloria Domini domum Domini: & cecidi in faciem meam. Et dixit ad me Domi
B nus, Fili hominis, pone cor tuũ, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia quæ ego loquor ad te de vniuersis ceremonijs domus Domini, & de cunctis legibus eius: & pones cor tuum in vijs templi, per omnes exitus sanctuarij. Et dices ad exasperantem me domum Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israel: eo quòd inducitis filios alienos incircunciſos corde & incircunciſos carne, vt sint in sanctuario meo, & polluant domum meam: & offertis panes meos, adipem & sanguinem: & dissoluitis pactum meum in omnibus sceleribus vestris. Et non seruastis præcepta sanctuarij mei: & posuistis custodes obseruationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis. Hæc dicit Dominus Deus, Omnis alienigena incircunciſus corde & incircunciſus carne non ingredietur sanctuarium meum, omnis filius alienus qui est in medio filiorũ Israel. Sed & Leuitæ qui longè recesserunt à me in errore filiorũ Israel, & errauerunt à me post idòla sua, & portauerunt iniquitatem suã: Erunt in sanctuario meo æditui, & ianitores portarũ domus, & ministri domus: ipsi mactabunt holocausta, & victimas populi: & ipsi stabunt in cõspectu eorum, vt ministrẽt eis. Pro eo quòd ministrauerunt illis in conD spectu idolorum suorum, & facti sunt domui Israel in offendiculũ iniquitatis: idcirco leua ui manum meã super eos, ait Dominus Deus, & *portauerunt iniquitatẽ suam: & nõ appropinquabũt ad me, vt sacerdotio fungãtur mihi, neq; accedent ad omne sanctuarium meũ iuxta sancta sanctorum: sed portabunt confusionem suam, & scelera sua quæ fecerũt. Et dabo eos ianitores domus, in omni ministerio eius, & in vniuersis quæ fient in ea. Sacer
*& dotes autem *Leuitæ filij Sadoc, qui custoE dierunt ceremonias sanctuarij mei, cum errarent filij Israel à me: ipsi accedẽt ad me, vt ministrent mihi: & stabunt in cõspectu meo, vt offerant mihi adipem & sanguinem, ait Dominus Deus. Ipsi ingredientur sanctuarium meum, & ipsi accedent ad mensam meam: vt ministrent mihi, & custodiant ceremonias meas. Cumq; ingredientur portas atrij interioris, vestibus lineis induentur: nec ascendet super eos quicquam laneum, quando ministrant in portis atrij interioris & intrinsecus. Vittæ lineæ erũt in capitibus eorum, & femi
nalia linea erunt in lumbis eorum, & nõ accingentur in sudore. Cumq; egredientur a- F
trium exterius ad populum', exuent se vestimentis suis in quibus ministrauerãt, & reponent ea in gazophylacio sanctuarij, & vestiẽt se vestimentis alijs: & non sanctificabunt populum in vestibus suis. Caput autem suum non radent, neque comam nutrient: sed tondentes attondent capita sua. Et vinum non bibet omnis sacerdos, quãdo ingressurus est atrium interius. ‖ Et viduam, & repudiatam non accipient vxores, sed virgines de semine domus Israel: & sed & viduam, quæ fuerit vi- Leuit.21.d.
dua à sacerdote, accipiẽt. Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum: & inter mundum & immundum ostendent eis. Et cùm fuerit controuersia, stabunt in iudicijs meis, & iudicabunt: leges meas, & præcepta mea in omnibus solennitatibus meis cu
G stodient, & sabbatha mea sanctificabunt. Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne pulluantur: nisi ad patrẽ & matrem, & filium & filiam, & fratrem & sororem quæ alterum virum non habuerit: in quibus contaminabuntur. Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabũtur ei. Et in die introitus sui in sanctuarium ad atrium interius vt ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait Dominus Deus. ▷Nõ'‖erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum: & possessionẽ non dabitis eis in Israel, ego enim' possessio eorum. Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent: & omne votum in Israel, ipsorum erit. ‖ Et primitiua omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt: & primitiua ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, vt reponat benedictionem domui' suæ'. ‖ Omne morticinũ, & captum à bestia de auibus & de pecoribus, non comedent sacerdotes.

▷.4. Deut.18.a Num.18.c

Exod.22.d

'sue. Leuit.22.b.

S. Interræ diuisione separatis Domino primitijs assignãda est certa portio sacerdotibus, Leuitis, ciuitati, ac principi: seruandaq; æquitas in ponderibus, mensuris, primitijs & sacrificijs: quæ sacrificia offerentur primo ac septimo die primi mensis, & in solennitatibus Paschæ at Tabernaculorũm. CAP. XLV.

A CVmque cœperitis terram diuidere sortito, separate primitias Domino sanctificatum de terra longitudine viginti quinque millia, & latitudine decem millia: sanctificatum erit in omni termino eius per circuitũ. Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos, quadrifariã per circuitum: & quinquaginta cubitis in suburbana eius per gyrum. Et à mensura ista mensurabis longitudinem vigintiquinque millium, & latitudinem decem millium, & in ipso erit templum, sanctumque sanctorum.
B Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctua ij, qui accedunt ad ministerium Domini: & erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis. Vigintiquinque autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt Leuitis qui ministrãt domui: ipsi possidebunt viginti gazophylacia. Et possessionem ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis vigintiquinque millia, secundum separationem sanctuaC rij, omni domui Israel. Principi quoque hinc & inde, in separationem sanctuarij, & in possessionem ciuitatis, contra faciem separationis sanctuarij, & contra faciem possessioni s vrbis: à latere Maris vsque ad Mare, & à latere Orientis vsque ad Orientem. Longitudinem autem iuxta vnamquanque partem à termino occidentali vsque ad terminum orientalem. De terra erit ei possessio in Israel: & non depopulabuntur vltrà principes populum meum: sed terram dabunt domui Israel secundum tribus eorum. Hæc dicit Dominus Deus, Sufficiat vobis principes Israel: iniqui D
tatem & rapinas intermittite, & iudicium & iustitiam facite, separate confinia vestra à populo meo, ait Dominus Deus. Statera iusta, & ephi iustum, & batus iustus erit vobis. Ephi & batus æqualia, & vnius mẽsuræ erunt: vt capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi: iuxta mensuram co
ri erit æqua libratio eorum. ‖ Siclus autem, vi Exo.30.b. Leui.27.c. Num.3.g.
ginti obolos habet: Porrò viginti sicli, & vigintiquinque sicli, & quindecim sicli, mnam faciunt. Et hæ sunt primitiæ quas tolletis: sextam partem ephi de coro frumẽti, & sextam partem ephi de coro hordei. Mensura quoq; E
olei, Batus olei, decima pars cori est: & decem bati, corum faciunt: quia decem bati implent corum. Et arietem vnum de grege ducentorum de his quæ nutriunt Israel in sacrificiũ, & in holocaustum, & in pacifica, ad expiandũ pro eis, ait Dominus Deus. Omnis populus terræ tenebitur primitijs his principi in Israel. Et super principẽ erũt holocausta, & sacrificiũ, & libamina in solẽnitatibus, & in Calendis, & in sabbathis, in vniuersis solẽnitatibus domus Israel. ipse faciet pro peccato sacrificium, & holocaustum, & pacifica: ad expiandum pro domo Israel. Hæc dicit Dominus F
Deus, In primo mense, vna mensis sumes vitulum de armento immaculatũ: & expiabis sanctuarium. Et tollet sacerdos de sanguine quod erit pro peccato: & ponet in postibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in postibus portæ atrij interioris. Et sic facies in septima mẽsis pro vnoquoq; qui ignorauit, & errore deceptus est, & 'expiabitis, 'expiabis.
pro domo, In primo mense, quartadecima die mensis erit vobis Paschæ solennitas: septem diebus azyma comedẽtur. Et faciet princeps G
in die illa pro se & pro vniuerso populo terræ, vitulum pro peccato. Et in septem dierũ solennitate faciet holocaustum Domino septem vitulos, & septem arietes immaculatos quotidie septem diebus: & pro peccato hircũ caprarum. Et sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per singula ephi. Septimo mense, quintadecima die mensis in solennitate faciet sicut suprà dicta sunt per septem dies: tam pro peccato, quàm

pro holocausto, & in sacrificio, & in oleo.

S. Porta solis sabbathis ac Calendis aperienda, & quæ holocausta his diebus offeret princeps, quaue porta ipse aut populus templum ingredietur vel egredietur: de spontaneo & quotidiano principis holocausto: de ipsius dono filijs aut seruis dato: loca in quibus sacerdotes coquant sacrificia, & ministri victimas populi. CAP. XLVI.

A HAec dicit Dominus Deus, Porta atrij interioris, quæ respicit ad Orientem, erit clausa sex diebus in quibus opus fit: die autem sabbathi aperietur, sed & in die Calendarum aperietur. Et intrabit princeps per viam vestibuli portæ déforis, & stabit in limine portæ: & facient sacerdotes holocaustum eius, & pacifica eius: & adorabit super limen portæ, & egredietur: porta autem non claudetur vsque ad vesperam. Et adorabit populus terræ ad ostium portæ illius in sabbaB this & in Calendis coram Domino. Holocaustũ autem hoc offeret princeps Domino: in die sabbathi sex agnos immaculatos, & arietem immaculatũ: Et sacrificiũ ephi per arietem: in agnis autẽ sacrificiũ quod dederit manus eius: & olei hin, per singula ephi. In die autẽ Calendarũ vitulum de armẽto immaculatum: & sex agni, & arietes immaculati erunt. Et ephi per vitulum, ephi quoq; per arietem faciet sacrificiũ: de agnis autem, sicut inuenerit manus eius: & olei hin, per singula ephi.

C Cùmq; ingressurus est princeps, per viam vestibuli portæ ingrediatur, & per eãdem viam exeat. Et cùm intrabit populus terræ in conspectu Domini in solennitatibus: qui ingreditur per portã Aquilonis, vt adoret, egrediatur per viã portæ meridianæ: porrò qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viã portæ Aquilonis: non reuertetur per viã portæ per quã ingressus est, sed eregione illius egredietur. Princeps autẽ in medio eorum cum ingredientibus ingredietur, & cũ egredientibus egredietur. Et in nũdinis, & in D solennitatibus erit sacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem: de agnis autẽ erit sacrificium sicut inuenerit manus eius: & olei hin: per singula ephi. Cùm autẽ fecerit princeps spontaneum holocaustum, aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta quæ respicit ad Orientem, & faciet holocaustum suũ, & pacifica sua, sicut fieri solet in die sabbathi: & egredietur, claudeturq; porta postquã exierit. Et agnum eiusdẽ anni immaculatum, faciet holocaustum quotidie Domino, E semper mane faciet illud. Et faciet sacrificiũ super eo cata mane mane sextam partẽ ephi: & de oleo tertiam partem hin, vt misceatur similæ: sacrificium Domino legittimũ: iuge atq; perpetuum: Faciet agnũ & sacrificium, & oleum cata mane mane: holocaustũ sempiternũ. Hæc dicit Dominus Deus, Si dederit princeps *donum 'alicui de filijs suis: hæreditas eius, filiorũ suorum erit, possidebunt eam hæreditariè. Si autem dederit legatũ de F hæreditate sua vni seruorum suorum: erit illius vsq; ad annum remissionis, & reuertetur ad principem: hæreditas autẽ eius filijs eius erit. Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de possessione eorum: sed de possessione sua hæreditatem dabit filijs suis: vt non dispergatur populus meus vnusquisque à possessione sua. Et introduxit me per ingressum qui erat ex latere portæ in gazophylacia sanctuarij ad sacerdotes, quæ respiciebant ad Aquilonem: & erat ibi locus vergens ad Occidentem. Et dixit ad G me, Iste est locus vbi coquent sacerdotes pro peccato, & pro delicto: vbi coquẽt sacrificiũ, vt nõ *efferant in atrium exterius', & sanctificetur populus. Et eduxit me in atrium exterius, & circunduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce, atriolum erat in angulo atrij, atriola singula per angulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola dispositа: quadraginta cubitorum per longũ, & triginta per latum: mẽsuræ vnius quatuor erant. Et paries per circuitũ ambiens quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erant subter porticus per gyrum. Et dixit ad me. Hæc est domus culinarũ in qua coquent ministri domus Domini victimas populi.

*efferant in atrio exteriori

S. Aquæ subter limen domus egredientes, & in latus templi dextrum descendentes, efficiuntur torrens qui tandem non potest transuadari, & sanat omnia ad quæ pertigerit, habens pisces & arbores fructiferas. termini terræ sanctæ quæ duodecim tribubus Israël & aduenis diuidenda est. CAP. XLVII.

E T conuertit me ad portam domus, & A ecce aquæ egrediebantur subter limen domus ad Orientẽ: facies enim domus respiciebat ad Orientem: aquæ autẽ descẽdebant in latus templi dextrũ ad Meridiem altaris. Et eduxit me per viã portæ Aquilonis, & conuertit me ad viam foras portã exteriorem, viam quæ respiciebat ad Orientem: & ecce aquæ reduntãtes à latere dextro. Cùm egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos: & traduxit me per aquam vsque ad talos. Rursumq́ue mensus est mille, & traduxit me per aquã vsque ad genua: & mẽsus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille, torrentem quem non potui pertransire: quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis qui non potest



potest trãsuadari. Et dixit ad me, Certe vidisti fili hominis. Et eduxit mẽ, & cõuertit ad B ripam torrentis. Cumque me conuertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraq; parte. Et ait ad me, Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descẽdunt ad plana deserti, intrabunt mare, & exibunt, & sanabuntur aquæ. Et omnis anima viuens quæ serpit, quocunq; venerit torrens, viuet: & erũt pisces multi satis postquam venerint illuc aquæ istæ, & sanabuntur: & viuent omnia ad quæ venerit torrens. Et stabunt super illa piscatores, ab Engaddi vsq; ad En-gallim siccatio sagenarum erit: plurimæ species erũt piscium eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ: in C littoribus autem eius, & in palustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur. Et super torrentem orietur in ripis eius ex vtra fructiferã. 4 que parte omne lignum 'pomiferum': non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibum, & folia eius ad medicinam. Hæc dicit Dominus Deus. Hic est terminus in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel: quia Ioseph dupli D cem funiculum habet. Possidebitis autẽ eam Gen. 48. d singuli æq; vt frater suus: Isuper quam leuaui manum meã vt darem patribus vestris: & cadet terra hæc vobis in possessionem. Hic est autem terminus terræ: ad plagam septentrionalem, à mari magno via Hethalon, venientibus Sedada, Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter terminum Damasci & confinium Emath, domus Thichon quæ est iuxta D terminum Auran. Et erit terminus à Mari vsque ad atrium Enon terminus Damasci, & *Or. 8. ab Aquilone ad Aquilonem, *terminus Emath: plaga septentrionalis. Porrò plaga orientalis de medio Auran, & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel, Iordanis disterminans ad mare orientale, metiemini etiam plagam orientalem.

Plaga autem australis meridiana, à Thamar vsque ad aquas contradictionis Cades: & torrens vsque ad mare magnum: & hæc est plaga ad Meridiem australis. Et plaga Maris, mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc est plaga Maris. Et diuidetis terram istam vobis per tribus Israel: & mittetis eam in hæreditatem vobis, & aduenis qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrum: & erunt vobis sicut indigenæ inter filios Israel: vobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel. In tribu autem quacunque fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait Dominus Deus.

S. Diuisio terræ sanctæ in duodecim tribus: vbi sint primitiæ & sanctuarium, locus sacerdotum ac leuitarum, mensura ciuitatis in quadro cum suburbanis, possessio principis, & duodecim portæ ciuitatis iuxta duodecim tribus. CAP. XLVIII.

E T hæc nomina tribuum à finibus A- A quilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath atrium Enan terminus Damasci ad Aquilonem iuxta viam Emath. Et erit ei plaga orientalis Mare, Dan vna. Et ad terminum Dan, à plaga orientali vsque ad plagam Maris, Aser vna: & super terminũ Aser, à plaga orientali vsque ad plagam Maris, Nephthali vna. Et super terminum Nephthali, à plaga orientali vsq; ad plagam Maris, Manasse vna. Et super terminũ Manasse, à plaga orientali vsque ad plagam Maris, Ephráim vna. Et super terminum Ephráim, à plaga orientali vsque ad plagam Maris, Ruben vna. Et super terminum Ruben, à plaga orientali vsq; ad plagam Maris, Iuda vna. Et super terminum Iuda, à plaga orientali vsq; ad plagam Maris erunt primitiæ quas separabitis, vigintiquinque millibus latitudinis & longitudinis, sicuti singulæ partes à plaga orietali vsq; ad plagam Maris: & erit sanctuarium in medio eius. Primitiæ quas separabitis Domino: longitudo vigintiquinque millibus, & latitudo decem millibus. Hæ autem erunt primitiæ sanctuarij sacerdotum: ad Aquilonem longitudinis vigintiquinque millia, & ad Mare latitudinis decem millia, sed B & ad Orientem latitudinis decem millia, & ad meridiẽ longitudinis vigintiquinq; millia: & erit sanctuariũ Domini in medio eius, Sacerdotibus sanctuariũ erit de filijs Sadoc, qui custodierunt cæremonias meas, & non errauerunt cũ errarent filij Israel, sicut errauerunt & Leuitæ. Et erunt eis primitiæ de primitiuis terræ sanctum sanctorum, iuxta terminum Leuitarum. Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotum vigintiquinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia.

millia. Omnis longitudo, viginti & quinque millium, & latitudo decem millium. Et non vænundabunt ex eo, neque mutabunt, neque transferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt Domino. Quinque millia autem quæ supersunt in latitudine per vigintiquinque millia, prophana erunt vrbis in habitaculum, & in suburbana: & erit ciuitas in medio eius. Et hæ mensuræ eius: Ad plagam septentrionalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam meridianam, quingenta & quatuor millia: & ad plagam orientalem, quingenta & quatuor millia: & ad plagam occidentalem, quingenta & quatuor millia. Erunt autem suburbana ciuitatis, ad
C Aquilonem ducẽta quinquaginta, & ad Meridiem ducenta qninquaginta, & ad Orientem ducenta quinquaginta millia, & ad Mare ducenta quinquaginta. Quod autem reliquum fuerit in longitudine secundum primitias sanctuarij, decem millia in Orientem, & decem millia in Occidentem, erunt sicut primitiæ sanctuarij: & erunt fruges eius in panes his qui seruiunt ciuitati. Seruientes autem ciuitati, operabuntur ex omnibus tribubus Israel. Omnes primitiæ, vigintiquinque millium, per vigintiquinque millia in quadrum, separabuntur in primitias sanctuarij, & in possessionem ciuitatis. Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarij, & possessionis ciuitatis eregione vigintiquinque millium primitiarum vsq; ad terminũ orientalem: sed & ad Mare eregione vigintiquinque millium vsque ad terminum Maris, similiter in partibus principis erit: & erunt primitiæ sanctuarij, & sanctuarium templi in medio eius. De possessione autem Leuitarum & de possessione ciuitatis in medio partium principis erit: *in'terminum Iuda, & *in'terminũ Beniamin, & ad principem pertinebit. Et reliquis tribubus, A plaga orientali, vsque ad plagam occidentalem, Ben-iamin vna. Et contra terminum Ben-iamin, à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Simeon vna. Et super terminum Simeonis à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Issachar vna. Et super terminum Issachar, à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Zabulon vna. Et super terminum Zabulon, à plaga orientali vsque ad plagam maris, Gad vna. Et super terminum Gad, ad plagam austri in meridiem: & erit finis de Thamar, vsq; ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnum. Hæc est terra quam mittetis in sortem tribubus Israel: & hæ partitiones earum, ait Dominus Deus. Et hi egressus ciuitatis: A plaga septentrionali quingentos & quatuor millia mensurabis. Et portæ ciuitatis *omnibus tribubus' Israel: portæ tres à Septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. Et ad plagam orietalem, quingentos & quatuor millia: & portæ tres, porta Ioseph vna, porta Ben-iamin vna, porta Dan vna. Et ad plagam meridianam, quingentos & quatuor millia metiẽris: *porta Simeonis vna, porta Issachar vna, porta Zabulon vna. Et ad plagam occidentalẽ, quingentos & quatuor millia: & portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aser vna, porta Nephthali vna. Per circuitum, decem & octo milia: & nomen ciuitatis ex illa die Dominus ibidem.

*inter. 8. D

*in nominibus tribuum 6.

*& portæ tres. 4.

Hyero-

HIERONIMI IN DANIELEM
præfatio.

DANIELEM prophetam iuxta septuaginta interpretes, Domini saluatoris ecclesiæ non legunt, vtentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, nescio. Siue enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt septuaginta interpretes easdem linguæ lineas in translatione seruare: siue sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis Chaldæã linguam sciente, editus est liber: siue aliud quid causę extiterit ignorans: hoc vnum affirmare possum, quòd multum à veritate discordet, & recto iudicio repudiatus sit. Sciendum quippe est Danielem maxime & Esdram Hebraicis quidem literis, sed Chaldæo sermone conscriptos: & vnam Ieremiæ pericopen: Iob quoque cum Arabica lingua plurimam habere societatem. Denique & ego adolescentulus post Quintiliani & Tullij lectionem ac flores rhetoricos, cum me in linguæ huius pistrinum recluſissem: & multo sudore, multòque tempore vix cœpissem anhelantia stridentiáq; verba resonare, & quasi per cryptã ambulans, rarum désuper lumen aspicerem, impegi nouissime in Danielem: & tanto tædio affectus sum, vt desperatione subita omnem laborẽ veterẽ voluerim contemnere. Verùm adhortante me quodam Hebræo, & illud mihi crebrius in sua lingua ingerẽte, Labor improbus omnia vincit: qui mihi videbar sciolus inter Hebręos, cœpi rursus discipulus esse Chaldaicus. Et vt verum fatear, vsque ad præsentem diem magis possum sermonem Chaldaicum legere & intelligere, quàm sonare. Hæc idcirco refero, vt difficultatem vobis Danielis ostenderem: qui apud Hebręos nec Susannæ habet historiam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconisque fabulas: quas nos, quia in toto orbe dispersæ sunt, veru antepositò, eásque iugulante subiecimus: ne videremur apud imperitos derideret historiã, & à Græco nescio quo eã diceret esse cõfictam: illud opponere quod Origeni quoq; Africano opposuit, etymologias has ἀπὸ τοῦ σχίνου σχίσαι, καὶ τοῦ πρίνου πρίσαι, de Greco sermone descendere. Cuius rei nos intelligentiam nostris hanc possumus dare, vt verbi gratia, dicamus de arbore ilice dixisse eum, ilico pereas: & à lentisco, in lentem te comminuat angelus: vel non lentè pereas: aut lentus, id est flexibilis ducaris ad mortem: siue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Deinde tantum fuisse otij tribus pueris cauillabatur, vt in camino æstuantis incendij metro luderent: & per ordinem ad laudem Dei omnia elementa prouocarent, aut quod miraculum, diuinæque aspirationis iudicium, vel draconem interfectum offa picis, vel sacerdotum Belis machinas deprehensas: quæ magis prudentia solertis viri, quàm prophetali essent spiritu perpetrata? Cum verò ad Habacuc veniret, & de Iudæa in Chaldęam raptum discophorum lectitaret, quærebat exemplum vbi legissemus in toto veteri testamento quenquam sanctorum graui vasse corpore, & in puncto horæ tanta tertarum spatia transisse. Cui cum quidam è nostris satis ad loquendum promptulus, Ezechielem adduxisset in medium, & diceret eum de Chaldæa in Iudæam fuisse translatum: derisit hominem, & ex ipso volumine demostrauit Ezechielem in spiritu se vidisse transpositum. Denique & Apostolum nostrum, videlicet vt eruditum virum, & qui legem ab Hebræis didicisset, non fuisse ausum affirmare se raptum in corpore, sed dixisse, Siue in corpore, siue extra corpus: nescio, Deus scit. His & talibus argumẽtis apocryphas in libro ecclesiæ fabulas arguebat. Super qua relectoris arbitrio iudicium dereliquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas: sed inter eos qui hagiographa conscripserunt. In tres siquidem partes omnis ab eis scriptura diuiditur: in legem, in prophetas, & in hagiographa: id est in quinque, & octo, & in vndecim libros: de quo non est huius temporis disserere. Quæ autem ex hoc propheta, imo contra hunc librum Prophyrius obiciat: testes sunt Methodius Eusebius, & Apollinaris: qui multis versuum millibus eius vesaniæ respondentes: nescio an curioso lectori satisfecerint. Vnde obsecro vos O Paula & Eustochium, fundatis pro me ad Dominum preces: vt quandiu in hoc corpusculo sum, scribam aliquid gratum vobis, vtile ecclesiæ, dignum posteris. Præsentium quippe iudicijs oblatrantium non satis moueor: qui in vtranque partem, aut amore labuntur, aut odio.

Danielis Prophetia.

S. *Daniel, Ananias, Misaël & Azarias in captiuitate eliguntur vt docti linguam Chaldæorum astarent regi: mutatisq; ipsorum nominibus, obtinent à præposito eunuchorum vt solis vescantur leguminibus, aquam bibentes: quo facto facies eorum corpulentiores erant quam illorum qui cibo regio vescebantur: quibus Deus sapientiam dedit, & Danieli præterea intelligentiam somniorum.*

CAP. I.

A ANNO tertio regni Ioacim regis Iuda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Ierusalem, & obsedit eam. & tradidit Dominus in manu eius Ioacim regem Iudæ, & partem vasorum domus Dei: & asportauit ea in terram Sennaar, in domum Dei sui, & vasa intulit in domũ thesauri Dei sui. Et ait rex Asphenez præposito eunuchorum, vt introduceret de filijs Israel, & de semine regio, & tyrannorum, Pueros in quibus nulla esset macula, decoros forma, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis: vt doceret eos literas, & linguam Chaldæorum. Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino vnde bibebat ipse: vt enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filijs Iudæ, Daniel, B Ananias, Misael, & Azarias. Et imposuit eis præpo-

præpositus eunuchorum, nomina: Danieli, Baltassar, Ananiæ, Sidrach, Misaeli, Misach: & Azariæ, Abdenago. Proposuit autē Daniel in corde suo ne pollueretur de mensa regis, neq; de vino potus eius: & rogauit eunuchorum præpositum ne contaminaretur. Dedit autem Deus Danieli gratiam & misericordiam in cōspectu principis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad Danielem, Timeo ego dominum meum regem qui constituit vobis cibum & potum, qui si viderit vultus vestros macilentiores præ cæteris adolescentibus coæuis vestris, condemnabitis caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malasar, quem cōstituerat princeps eunuchorum super Danielē, Ananiā, Misaelem, et Azariam, Tēta nos obsecra seruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum: & cōtemplare vultus nostros, & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio: & sicut videris, facies cum seruis tuis. Qui audito sermone huiuscemodi, tentauit eos diebus decem. Post dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui vescebantur cibo regio. Porrò Malasar tollebat cibaria, & vinum potus eorum: dabatque eis legumina. Pueris autem his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro & sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum. Completis itaque diebus, post quos dixerat rex vt introducerentur: introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor. Cumque eis locutus fuisset rex, non sunt inuenti tales de vniuersis, vt Daniel, Ananias, Misael, & Azarias: & steterunt in conspectu regis. Et omne verbum sapientiæ & intellectus quod scisciatus est ab eis rex, inuenit in eis decuplum super cunctos ariolos & magos qui erāt in vniuerso regno eius. ‖Fuit autem Daniel vsq; ad annum primū Cyri regis.

Infra. 6. g.

S. Quum sapiētes Chaldæi somnium Nabuchodonosor coniectare non potentes, iuberentur omnes interimi, oranti Danieli reuelatum est mysterium, qui regi aperit somnium ipsius de magna quadam statua, eiusq; declarationem de quatuor regnis: quo facto Nabuchodonosor Danielem adorauit, & hostias ac incensum illi præcepit offerri, confitens Dominum Deum & exaltans Danielem.

CAP. II.

IN anno secundo regni Nabuchodonosor vidit Nabuchodonosor somnium, & cōterritus est spiritus eius, & somnium eius fugit ab eo. Præcepit autem rex vt conuocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi: vt indicarent regi somnia sua: qui cum venissent, steterunt coram rege. Et dixit ad eos rex. Vidi somnium: & mente cōfusus ignoro quid viderim. Respōderuntq; Chaldæi regi Syriace, Rex in sempiternum viue: dic somnium seruis tuis, & interpretationem eius indicabimus. Et respōdens rex ait Chaldæis, Sermo recessit à me: nisi indicaueritis mihi somnium & coniecturam eius, peribitis vos, & domus vestræ publicabuntur. Si autem somnium & coniecturam eius narraueritis: præmia & dona, & honorem multum accipietis à me. somnium igitur, & interpretationem eius indicate mihi. Respōderunt secundo, atque dixerunt, Rex somnium dicat seruis suis: & interpretationem illius indicabimus. Respondit rex, & ait, Certè noui quod tempus redimitis, scientes quòd recessit à me sermo. Si ergo somnium non indicaueritis mihi, vna est de vobis sententia, quòd interpretationem quoque fallacem & deceptione plenam composueritis vt loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, vt sciam quòd interpretationem quoque eius veram loquamini. Respondentes ergo Chaldæi coram rege, dixerunt, Non est homo super terram, qui sermonem tuum, rex, possit implere: sed neque regum quisquam magnus & potens, verbum huiuscemodi sciscitatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo. Sermo enim quem tu quæris, rex, grauis est: nec reperietur quisquam qui indicet illum in conspectu regis: exceptis dijs, quorum non est cum hominibus cōuersatio. Quo audito, rex in furore & in ira magna præcepit vt perirent omnes sapientes Babylonis. Et egressa sententia, sapientes interficiebantur: quærebanturque Daniel & socij eius, vt perirent. Tunc Daniel requisiuit de lege atque sententia ab Arioch principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis. Et interrogauit eum qui à rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Cum ergo rem indicasset Arioch Danieli, Daniel ingressus rogauit regem vt tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi. Et ingressus est domum suam: Ananiæque & Misaeli, & Azariæ socijs suis, indicauit negotium: vt quærerēt misericordiam à facie Dei cœli super sacramento isto, & non perirent Daniel & socij eius, cū cæteris sapientibus Babylonis. Tunc Danieli mysterium per visionem nocte reuelatum est: & benedixit Daniel Deum cœli, & locutus ait, ‖Sit nomen Domini benedictum à seculo & vsque in seculum: quia sapientia & fortitudo eius sunt. Et ipse mutat tempora & ætates: transfert regna atque constituit:

Psalm. 112.

dat

dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligētibus disciplinam. Ipse reuelat profunda & abscondita: & nouit in tenebris constituta: & lux cum eo est. Tibi Deus patrū meorum confiteor, teq; laudo: quia sapientiam & fortitudinem dedisti mihi: & nunc ostendisti mihi quæ rogauimus te, quia sermonem regis aperuisti nobis. Post hæc Daniel ingressus ad Arioch quem constituerat rex vt perderet sapientes Babylonis, sic ei locutus est, Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in conspectu regis, & solutionem regi narrabo. Tunc Arioch festinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei, Inueni hominem de filijs transmigrationis Iudæ, qui solutionem regi annuntiet. Respondit rex: & dixit Danieli cuius nomen erat Baltassar. Putasne verè potes mihi indicare somnium quod vidi, & interpretationem eius? Et respondens Daniel coram rege, ait, Mysterium quod rex interrogat, sapientes, magi, & arioli, & aruspices nequeunt indicare regi: Sed est Deus in cœlo reuelās mysteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor, quæ ventura sunt in nouissimis temporibus. Somnium tuum, & visiones capitis tui in cubili tuo, huiuscemodi sunt, Tu rex cogitare cœpisti in stratu tuo quid esset futurum post hæc: & qui reuelat mysteria, ostendit tibi quæ ventura sunt. Mihi quoq; non in sapientia quæ est in me plus quàm in cunctis viuentibus, sacramentum hoc reuelatum est: sed vt interpretatio regi manifesta fieret, & cogitationes mentis tuæ scires. Tu rex videbas, & ecce quasi statua vna grandis: statua illa magna & statura sublimis stabat contra te, & intuitus eius erat terribilis. Huius statuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porrò venter & femora ex ære: tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus: & percussit statuam in pedibus eius ferreis & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita sunt pariter ferrum, testa, æs, argentum & aurum, & redacta quasi in fauillam æstiuæ areæ, quæ rapta sunt vento: nullusque locus inuentus est eis: lapis autem qui percusserat statuā, factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terrā. hoc est somnium. Interpretationem quoque eius dicemus coram te, rex. Tu rex regum es: & Deus cœli regnum & fortitudinem & imperium & gloriā dedit tibi: & omnia in quibus habitant filij hominum & bestiæ agri, volucres quoque cœli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit. tu es ergo caput aureum. Et post te consurget regnum aliud minus te: & regnū tertium aliud æreum, quod imperabit vniuersæ terræ. Et regnum quartum erit velut ferrum. quomodo ferrum comminuit & domat omnia: sic cōminuet & conteret omnia hæc. Porrò quia vidisti pedū & digitorū partem testeam figuli, & partem ferream: regnum diuisum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, secundum quod vidisti ferrum mistum testæ ex luto. Et digitos pedum ex parte ferreos & ex parte fictiles: ex parte regnum erit solidum, & ex parte cōtritum. Quòd autem vidisti ferrum mistum testæ ex luto, commiscebuntur quidem humano semine, sed non adhærebunt sibi, sicuti ferrum misceri non potest testæ. In diebus autē regnorum illorum suscitabit Deus cœli regnum quod in æternum non dissipabitur, & regnū eius alteri populo non tradetur: comminuet cutem & consumet vniuersa regna hæc: & ipsum stabit in æternum. Secundum quod vidisti, quòd de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus ostendit regi quæ ventura sunt postea. & verum est somnium, & fidelis interpretatio eius. Tunc rex Nabuchodonosor cecidit in faciem suam, & Danielem adorauit: & hostias, & incensum præcepit vt sacrificarēt ei. Loquens ergo rex, ait Danieli, Verè Deus vester, Deus deorum est, & Dominus regum, & reuelās mysteria: quoniam tu potuisti aperire hoc sacramentum. Tunc rex Danielem in sublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & constituit eum principem super omnes prouincias Babylonis: & præfectum magistratuum super cunctos sapientes Babylonis. Daniel autem postulauit à rege: & cōstituit super opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Misach, & Abdenago: ipse autem Daniel erat in foribus regis.

testea. 130

S. Ananias, Misaël & Azarias nolentes adorare statuam quam rex Nabuchodonosor erexerat, ligati mittuntur in fornacem ignis ardentis, in qua illæsi manentes confitentur Domino, quod propter peccata suæ gentis paterentur afflictiones: & petentes eius misericordiam, exhortantur omnem creaturam ad benedicendum Dominum: quod Nabuchodonosor animaduertens obstupuit, & illis de fornace egressis benedicit Deum ipsorum, iubens vt occidatur quisquis ipsum blasphemauerit.

CAP. III.

NAbuchodonosor rex fecit statuam aream altitudine cubitorum sexaginta, latitudine cubitorum sex, & statuit eam in campo Dura prouinciæ Babylonis. Itaq; Nabuchodonosor rex misit ad congregandos satrapas, magistratus & iudices duces & tyrannos, & præfectos, omnesq; principes regio-



regionum, vt conuenirent ad dedicationem ſtatuæ quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Tunc cõgregati ſunt ſatrapæ, magiſtratus & iudices, duces & tyrãni, & optimates qui erãt in poteſtatibus conſtituti, & vniuerſi principes regionũ, vt cõuenirent ad dedicationem ſtatuæ quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Stabant autem in cõſpectu ſtatuæ quam poſuerat Nabuchodonoſor rex, & præco clamabat valenter, Vobis dicitur populis, tribubus & linguis, In hora qua audieritis ſonitum tubæ & fiſtulæ & citharæ, ſambucæ, & pſalterij, & ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorũ, cadentes adorate ſtatuam auream quam conſtituit Nabuchodonoſor rex. Siquis autem non proſtratus adorauerit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ & citharæ, ſambucæ & pſalterij, ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum: cadẽtes omnes populi, tribus, & linguæ adorauerunt ſtatuam auream quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex. Statimq; in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi accuſauerunt Iudæos: dixeruntq; Nabuchodonoſor regi, Rex in æternum viue. tu rex, poſuiſti decretũ vt omnis homo qui audierit ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ & pſalterij, & ſymphoniæ, & vniuerſi generis muſicorũ, proſternar ſe, & adoret ſtatuam auream: ſiquis autem non prócidens adorauerit, mittatur in fornacem ignis ardentis. Sunt ergo viB ri Iudæi, quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babyloniæ, Sidrach, Miſach, & Abdenago: viri iſti cõtempſerunt, rex, decretũ tuum: deos tuos nõ colunt, & ſtatuam auream quã erexiſti nõ adorant. Tunc Nabuchodonoſor in furore & in ira præcepit vt adducerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago: qui cõfeſtim adducti ſunt in cõſpectu regis. Pronuntianſq; Nabuchodonoſor rex, ait eis, Veréne Sidrach, Miſach, & Abdenago deos meos non
"erexi.5. colitis, & ſtatuam auream quam "conſtitui' non adoratis? Nunc ergo ſi eſtis parati, quacunque hora audieritis ſonitũ tubæ, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ & pſalterij & ſymphoniæ, omnisq; generis muſicorum, proſternite vos, & adorate ſtatuam quam feci: quòd ſi nõ adoraueritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis eſt deus qui eripiet vos de manu mea? Reſpõdentes Sidrach, Miſach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonoſor, Non oportet nos de hac re reſpondere tibi. Ecce enim Deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô rex, liberare. Quòd ſi noluerit, notum ſit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & ſtatuam auream quam erexiſti non adoramus. Tunc Nabuchodonoſor repletus eſt furore: & aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrach, Miſach, & Abdenago, & præcepit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum quàm ſuccendi conſueuerat. Et viris fortiſsimis de exercitu ſuo iuſsit vt ligatis pedibus Sidrach, Miſach, & Abdenago mitterent eos in fornacem ig-C nis ardentis. Et confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis, & tiaris, & calceamentis & veſtibus, miſsi ſunt in medium fornacis ignis ardentis. nam iuſsio regis vrgebat: fornax autem ſuccenſa erat nimis. Porrò viros illos qui miſerant Sidrach, Miſach, & Abdenago, interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres, id eſt Sidrach, Miſach, & Abdenago, cecideruntin medio camino ignis ardentis, colligati.

Quæ ſequuntur, in Hebræis volumi-
nibus non reperi.

Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino. Stans autem Azarias orauit ſic, aperiensq; os ſuum in medio ignis ait, Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum, & laudabile & glorioſum nomen tuum in ſecula: quia iuſtus es in omnibus quæ feciſti nobis, & vniuerſa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera feciſti iuxta omnia quæ induxiſti ſuper nos, & ſuper ciuitatem ſanctam patrũ noſtrorum Ieruſalem: quia in veritate & in iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra. Peccauimus enim & inique egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus, & præcepta tua non audiuimus, nec obſeruauimus, nec fecimus ſicut præceperas nobis vt bene nobis eſſet. omnia ergo quæ induxiſti ſuper nos, & vniuerſa quæ feciſti nobis vero iudicio feciſti: & tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum iniquorum & peſsimorum, præuaricatorumq;, & regi iniuſto & peſsimo vltrà omnem terram. Et nunc non poſſumus aperire os: confuſio, & opprobrium facti ſumus

D ſeruis tuis, & his qui colunt te. Ne, quæſumus, tradas nos in perpetuũ propter nomen tuum, & ne diſsipes teſtamentum tuum, neque auferas miſericordiam tuam à nobis propter Abraham dilectum tuũ, & Iſaac ſeruum tuum, & Iſrael ſanctũ tuũ: quibus locutus es, pollicens quòd multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris: quia Domine imminuti ſumus plus quàm omnes gentes, ſumuſq; humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra. Et non eſt in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocauſtum, neque ſacrificium, neq; oblatio, neq; incẽſum, neque locus primitiarum coram te vt poſsimus inuenire miſericordiam tuã: ſed in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur. Sicut in holocauſto arietum & taurorũ, & ſicut in millibus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non eſt confuſio confidentibus in te. Et nunc ſequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam. Ne confundas nos: ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinem tuam, & ſecũdum multitudinẽ miſericordiæ tuæ. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriã nomini tuo Domine: & cõfundantur omnes qui oſtendunt ſeruis tuis mala, confundantur in omni potentia, & robur eorum cõteratur: & ſciãt quia tu es Dominus Deus ſolus, & glorioſus ſuper orbem terrarũ. Et non ceſſabant qui miſerant eos miniſtri regis ſuccendere fornacẽ, naphtha & ſtupa & pice & malleolis, & effundebatur flamma ſuper fornacẽ cubitis quadragintanouem: & erupit, & incendit quos reperit iuxta fornacẽ de Chaldæis.
E Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria & ſocijs eius in fornacẽ: & excuſsit flammam ignis de fornace, & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & nõ tetigit eos omnino ignis, neq; contriſtauit, nec quicquam moleſtiæ intulit. Tũc hi tres quaſi ex vno ore laudabant & glorificabant & benedicebant Deum in fornace: dicentes,
"ex glorioſo. Benedictus es Domine De⁹ patrũ noſtrorũ, & laudabilis, "& ſuperexaltat⁹ in ſecula: & benedictũ nomẽ gloriæ tuæ ſanctũ & laudabile & ſuperexaltatũ in omnibus ſeculis.
Benedict⁹ es in tẽplo ſancto gloriæ tuæ, & ſu
"ſuper glorioſus. perlaudabilis & ſuperglorioſus in ſecula.
Benedictus es in throno regni tui, & "ſuperlaudabilis, & "ſuperexaltatus, in ſecula.
Benedictus es qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper cherubim, & laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula.
Benedictus es in firmamento cœli, & laudabilis & glorioſus in ſecula.
Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite angeli Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
‖Benedicite cœli Domino, laudate & ſuper- Pſal.148.a
exaltate eum in ſecula.
Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite omnes virtutes Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite ſol & luna Domino, laudate & ſuperexalta eum in ſecula.
Benedicite ſtellæ cœli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite omnis imber & ros Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite omnis ſpiritus Dei' Domino, p.7.
laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite ignis & æſtus Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite frigus & "æſtas' Domino, laudate "æſtus.3.
& ſuperexaltate eum in ſecula. ᵇcauma.4.
Benedicite rores & pruina Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite gelu & frigus Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite glacies & niues Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite noctes & dies Domino, laudate F
& ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite lux & tenebræ Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite fulgura & nubes Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicat terra Dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite montes & colles Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite vniuerſa germinãtia in terra Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.
Benedicite fontes Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite maria & flumina Domino, laudate & ſuperexalte eum in ſecula.
Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite omnes volucres cœli Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicite filij hominum Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.
Benedicat Iſrael Dominum, laudet & ſuperexaltet eum in ſecula.
Benedicite ſacerdotes Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eum in ſecula.

Benedi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Benedicite serui Domini Domino, laudate & superexaltate eum in secula.
Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino, laudate & superexaltate eum in secula.
Benedicite sancti & humiles corde Domino, laudate & superexaltate eum in secula.
Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino, laudate & superexaltate eum in secula: quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos.
Confitemini Domino, quoniã bonus, quoniam in seculum misericordia eius.
Benedicite omnes religiosi Domino Deo deorum, laudate, & confitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius.

Hucusque in Hebræo non habetur: Et quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

G Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis, Nónne tres viros misimus in medium ignis compeditos? Qui respondentes regi, dixerunt, Verè rex. Respondit*, & ait, Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostium fornacis ignis ardentis, & ait, Sidrach, Misach, & Abdenago serui Dei excelsi, egredimini, & venite. Statimque egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. Et congregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potentes regis, contemplabantur viros illos, quoniam nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum nõ esset adustus, etiam saraballa eorum non fuissent immutata, & odor ignis nõ transisset per eos. Et erumpens Nabuchodonosor, ait, Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenago, qui misit angelum suum, & eruit seruos suos qui crediderunt in eum: & verbum regis immutauerunt, & tradiderunt corpora sua ne seruirent & ne adorarent omnem Deum, excepto Deo suo. A me ergo positum est hoc decretum, vt omnis populus, tribus, & lingua quæcunque locuta fuerit blasphemiam contra Deum Sidrach, Misach & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur. neque enim est alius Deus qui possit ita saluare. Tunc rex promouit Sidrach, Misach, & Abdenago in prouincia Babylonis. Nabuchodonosor, rex, omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitant in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnum eius ▷ regnum' sempiternũ, ‖ & potestas eius in generatione & generationẽ. Infra.7.d.

*rex

S. Somniũ regis Nabuchodonosor de excelsa arbore præcisa solus Daniel interpretatur: quòd ipse regno pulsus ad septem annos cum bestijs ageret: hortatur igitur vt eleemosynis sua redimat peccata: sed completur nihilominus somnium propter illus superbiam, donec Deũ cœli recognouit: & tunc in suum regnũ restituitur.

CAP. IIII.

EGo Nabuchodonosor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo. somnium vidi quod perterruit me: & cogitationes meæ in stratu meo, & visiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretum, vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionem somnij indicarent mihi. Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi, & aruspices, & somnium narraui in conspectu eorum: & solutionem eius non indicauerunt mihi: donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomen Baltassar secundum nomen Dei mei, qui habet spiritũ deorum sanctorum in semetipso: & somniũ coram ipso locutus sum. Baltassar princeps ariolorum, quoniam ego scio quòd spiritum sanctorum deorum habeas in te, & omne sacramentum nõ est impossibile tibi: visiones somniorum meorũ quas vidi, & solutionem earum narra. Visio capitis mei in cubili meo, B Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor, & fortis: & proceritas eius contingens cœlũ: aspectus illius erat vsq; ad terminos vniuersæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & esca vniuersorũ in ea: subter eam habitabãt animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cœli: & ex ea vescebatur omnis caro, Videbam in visione capitis mei super stratum meũ, & ecce vigil & sanctus de cœlo descendit: Clamauit fortiter, & sic ait, Succidite arborem, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiant bestiæ quæ subter eam sunt, & volucres de ramis eius. Veruntamen germen radicum eius in terra sinite, & alligetur vinculo ferreo & æreo in herbis quæ foris sunt, & rore cœli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano commutetur, & cor feræ detur ei: & septem tempora mutentur super eum. In sententia vigilũ decretum est, & sermo sanctorũ, & petitio: donec cognoscant viuentes quoniam dominatur Excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem constituet super eum. Hoc somnium vidi ego Nabuchodonosor rex: tu ergo Baltassar interpretationem narra festinus: quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi: tu autem potes, quia spiritus deorum sanctorum in te est. Tunc Daniel, cuius nomen Baltassar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora: & cogitationes eius conturbabant eum. Respondens autem rex ait, Baltassar, somnium D & interpretatio eius non conturbent te. Respondit Baltassar, & dixit, Domine mi, somnium his qui te oderunt: & interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborẽ quã vidisti sublimem atque robustam cuius altitudo pertingit ad cœlum, & aspectus illius in omnem terram: & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, & esca omnium in ea, subter eam habitantes bestiæ agri, & in ramis eius cõmorantes aues cœli: Tu es rex, qui magnificatus es, & inualuisti: & magnitudo tua creuit, & peruenit vsq; ad cœlũ, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ. Quòd autem vidit rex vigilẽ, & sanctum descẽdere de cœlo, & dicere, Succidite arborẽ, & dissipate illam, attamẽ germen radicũ eius in terra dimittite, & vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cœli conspergatur, & cum feris sit pabulũ eius, donec septem tempora mutentur super eum: hæc est interpretatio sentẽtiæ Altissimi, quæ E peruẽnit super dominum meum regẽ, Eijcient te ab hominibus, & cum bestijs ferisq; erit habitatio tua, ‖ & fœnũ vt bos comedes, & rore cœli infundẽris: septem quoq; tempora mutabuntur super te, donec scias quòd dominetur excelsus super regnum hominum, & cuicunq; voluerit det illud. Quòd autem præcepit vt relinqueretur germen radicũ eius, id est arboris: regnũ tuũ tibi manebit postquam cognoueris potestatẽ esse cœlestem. Quamobrem rex, cõsilium meum placeat tibi, ‖ & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet delictis tuis. Omnia* venerũt super Nabuchodonosor regẽ. Post finẽ mensium duodecim, in aula Babylonis deambulabat. Respõditq; rex, & ait, Nónne hæc est Babylon* magna quã ego ædificaui in domum regni, in robore fortudinis meæ, & in gloria F decõris mei? Cumq; sermo adhuc esset in ore regis, vox de cœlo ruit, Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Regnum* trãsibit à te, & ab hominibus eijcient te, & cum bestijs* feris erit habitatio tua: fœnum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te: donec scias quòd dominetur excelsus in regno hominum, & cuicunque voluerit det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comẽdit, & rore cœli corpus eius infectum est: donec capilli eius in similitudinem aquilarum crescerent, & vngues eius quasi auium.

Igitur post finem dierum ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlum leuaui, & sensus meus redditus est mihi: & Altissimo G benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui, & glorificaui: ‖ quia potestas eius potestas sempiterna, & regnum eius in generatione & generationẽ: Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati sunt: iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cœli quam in habitatoribus terræ: & non est qui resistat manu eius, & dicat ei, Quare fecisti? In ipso tempore sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decoremq; perueni: & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia amplior addita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regem cœli: quia omnia opera eius vera, & viæ eius iudicia, & gradientes in superbia potest humiliare. Infra.7.d.

S. Postquam Balsasar in conuiuio bibit cum suis, ex vasis templi Domini laudando idôla sua, vidit digitos in pariete scribentes: quam scripturã solus Daniel legere potuit & interpretari, nẽpe quòd quia sequutus ipsum Nabuchodonosor eleuauerat cor suum cõtra Deũ laudans idôla, similiter auferretur ei regnũ: honorato igitur Daniele, ac rege ea nocte interempto successit Darius Medus

CAP. V.

A BAlsasar rex fecit grande conuiuiũ optimatibus suis mille: & vnusquisq; secundum suam bibebat ætatem. Præcepit ergo iam temulentus vt afferentur vasa aurea & argentea quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de templo quod fuit in Ierusalem: vt biberent in eis rex & optimates eius, vxoresq; eius & cõcubinæ. Tunc allata sunt vasa aurea * quæ asportauerat de templo quod fuerat in Ierusalem: & biberũt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius. Bibebant vinũ, & laudabant deos suos aureos & argenteos, æreos, ferreos, ligneosq; & lapideos. In eadem hora apparuerunt digiti, quasi manus hominis scribentis contra candelabrum in superficie parietis aulæ regiæ: & rex aspiciebat articulos manus scribentis. Tunc facies regis commutata est, B & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renum eius soluebantur, & genua eius ad seinuicem collidebantur. Exclamauit itaque rex fortiter vt introducerent magos,

בלטשׁ אצר

*& argentea.14.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Chaldæos & aruſpices. Et proloquens rex
ait ſapientibus Babylonis, Quicunque lege-
rit ſcripturam hanc, & interpretationem e-
ius manifeſtam mihi fecerit, purpura veſtie-
tur, & torquem auream habebit in collo, &
tertius in regno meo erit. Tunc ingreſsi om-
nes ſapientes regis non potuerunt nec ſcrip-
turam legere nec interpretationem indicare
regi. Vnde rex Balſaſar ſatis conturbatus eſt,
& vultus illius immutatus eſt: ſed & optima-
tes eius turbabãtur, Regina autem pro re quæ
acciderat regi & optimatibus eius, domum
conuiuij ingreſſa eſt: & proloquens ait, Rex
in æternum viue: non te conturbent cogita-
tiones tuæ, neque facies tua immutetur. Eſt
vir in regno tuo, qui ſpiritum deorum ſan-
ctorum habet in ſe: & in diebus patris tui ſcię-
tia & ſapientia inuentæ ſunt in eo: Nam &
rex Nabuchodonoſor pater tuus principem
magorum, incantatorum, Chaldæorum, & a-
ruſpicum cõſtituit eum, pater inquam tuus
ô rex: quia ſpiritus amplior, & prudentia: in-
telligentiaque: interpretatio ſomniorum, &
oſtenſio ſecretorum, ac ſolutio ligatorum in-
uentæ ſunt in eo, hoc eſt in Daniele: cui rex
poſuit nomen Baltaſſar. nunc itaque Daniel
D vocetur, & interpretationem narrabit. Igitur
introductus eſt Daniel coram rege. Ad quem
præfatus rex ait, Tu es Daniel de filijs capti-
uitatis Iudæ, quem adduxit pater meus rex de
Iudæa? Audiui de te quoniam ſpiritum deo-
rum habeas: & ſcientia, intelligentiaque ac
ſapiẽtia ampliores inuentæ ſunt in te. Et nũc
introgreſsi ſunt in conſpectu meo ſapien-
tes magi, vt ſcripturam hanc legerent, & in-
terpretationem eius indicarent mihi: & ne-
mihi.16. quiuerunt ſenſum huius ſermonis edicere:
Porrò ego audiui de te quòd poſsis obſcura
interpretari, & ligata diſſoluere: ſi ergo vales
ſcripturam legere, & interpretationem eius
indicare mihi, purpura veſtiẽris, & torquem
auream circa collum tuum habebis, & tertius
in regno meo princeps eris. Ad quæ reſpon-
E dens Daniel, ait coram rege, Munera tua ſint
tibi, & dona domus tuæ alteri da: ſcriptu-
ram autem legam tibi, rex, & interpretatio-
nem eius oſtendam tibi. O rex, Deus altiſsi-
mus regnum & magnificentiam, gloriam &
honorẽ dedit Nabuchodonoſor patri tuo. Et
propter magnificentiam quam dederat ei,
vniuerſi populi, tribus, & linguæ tremebant,
& metuebant eum. quos volebat interficie-
bat: & quos volebat, percutiebat: & quos vo-
lebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat.
Quando autem eleuatum eſt cor eius, & ſpi-
ritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, de-
poſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria eius
ablata eſt: & à filijs hominum eiectus eſt, ſed
& cor eius cum beſtijs poſitum eſt, & cum F
onagris erat habitatio eius: ‖fœnum quoque Supra. 4.c
vt bos comedebat, & rore cœli corpus eius
infectum eſt: donec cognoſceret quòd pote-
ſtatem haberet Altiſsimus in regno homi-
num, & quemcunque voluerit ſuſcitabit ſu-
per illud. Tu quoque filius eius Balſaſar,
non humiliaſti cor tuum, cùm ſcires hæc o-
mnia: ſed aduerſum dominatorem cœli ele-
uatus es: & vaſa domus eius allata ſunt co-
ram te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ,
& concubinæ tuæ vinum bibiſtis in eis: de-
os quoque argenteos, & aureos, & æreos, fer-
reos, ligneosque, & lapideos qui non vident,
neque audiunt, neque ſentiunt, laudaſti: por-
rò Deum qui habet flatum tuum in manu G
ſua & omnes vias tuas, non glorificaſti. Id-
circo ab eo miſſus eſt articulus manus, qui
ſcripſit hoc quod exaratum eſt. Hæc eſt au-
tem ſcriptura quæ digeſta eſt: Mane, Thecel,
Phares. Et hæc eſt interpretatio ſermonis.
Mane: numerauit Deus regnum tuum, & cõ-
pleuit illud. Thecel: appenſus es in ſtatêra, &
inuentus es minus habẽs. Phares: diuiſum eſt
regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis.
Tunc iubente rege indutus eſt Daniel pur-
pura, & circũdata eſt torques aurea collo e-
ius: & prædicatum eſt de eo quòd haberet po- *ſuę.
teſtatem tertius in regno*. Eadem nocte in-
terfectus eſt Balſaſar rex Chaldæus. Et Da-
rius Medus ſucceſsit in regnum, annos natus
ſexaginta duos.

S. Daniel ſuper ſatrapas regni conſtituitur, & accuſatus quòd regis edictum non ſeruaſſet, quia Deum cœli orabat, miſſus eſt in lacum leonum, ſequentique die illæſus eductus, immiſſis ac ſubitò dilaniatis eius accuſatoribus: qua re motus rex, in ſuis prouincijs Deum eius timendum præcepit.

CAP. VI.

PLacuit Dario, & conſtituit ſuper re- A
gnũ ſatrapas centum viginti, vt eſſent
in toto regno ſuo. Et ſuper eos, princi-
pes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt ſatra-
pæ illis redderent rationem, & rex non ſuſti-
neret moleſtiam. Igitur Daniel ſuperabat o-
mnes principes & ſatrapas: quia ſpiritus Dei
amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat con-
ſtituere eum ſuper omne regnum: vnde prin-
cipes & ſatrapæ quærebãt occaſionem vt in- *auferrent. Danielem ſ regis. vt.
uenirent Danieli ex latere regni: nullamque
cauſam, & ſuſpicionem reperire potuerunt,
eo quòd fidelis eſſet, & omnis culpa & ſuſ-
picio non inueniretur in eo. Dixerunt ergo B
viri illi, Non inueniemus Danieli huic ali-
quam occaſionem, niſi forte in lege Dei ſui.
Tũc principes & ſatrapæ ſurripuerũt regi, &
ſic locuti ſunt ei, Dari rex, in æternũ viue: cõ-
ſilium

filium inierunt omnes principes regni, ma-
giſtratus & ſatrapæ, ſenatores & iudices, vt
decretum imperatorum exeat, & edictum,
Vt omnis qui petierit aliquam petitionem à
quocunque Deo & homine, vſque ad trigin-
ta dies, niſi à te rex, mittatur in lacum leo-
num. Nunc itaque rex confirma ſententiam,
& ſcribe decretum: vt non immutetur quod
ſtatutum eſt à Medis & Perſis, nec præuari-
C cari cuiquam liceat. Porrò rex Darius propo-
ſuit edictum, & ſtatuit. Quòd cùm Daniel
comperiſſet, id eſt cõſtitutam legem, ingreſ-
ſus eſt domum ſuam: & feneſtris apertis in
cœnaculo ſuo, contra Ieruſalem tribus tem-
poribus in die flectebat genua ſua, & adora-
bat, confitebaturque coram Deo ſuo ſicut &
antè facere conſueuerat. Viri ergo illi curio-
ſius inquirentes, inuenerunt Danielem o-
rantem, & obſecrantem Deum ſuum. Et ac-
cedentes locuti ſunt regi ſuper edicto, Rex,
nũquid non cõſtituiſti vt omnis homo qui
rogaret quenquam de dijs & hominibus vſq;
D ad dies triginta, niſi te rex, mitteretur in lacu
leonum? Ad quos reſpondens rex, ait, Verus
eſt ſermo iuxta decretũ Medorum atq; Per-
ſarũ, quod præuaricari nõ licet. Tunc reſpõ-
dentes dixerunt corã rege, Daniel de filij, cap-
tiuitatis Iudæ, nõ curauit de lege tua & de e-
dicto quod cõſtituiſti: ſed tribus temporibus
per diẽ orat obſecratione ſua. Quod verbum
cùm audiſſet rex, ſatis cõtriſtatus eſt: & pro
Daniele poſuit cor vt liberaret eum, & vſque
ad occaſum ſolis laborabat vt erueret illum.
Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt
ei, Scito, rex, quia lex Medorum atque Per-
ſarum eſt, vt omne decretum quod conſti-
E tuerit rex, non liceat immutari. Tunc rex
præcepit, & adduxerunt Danielem, & miſe-
runt eum in lacum leonum. Dixitq; rex Da-
nieli, Deus tuus quem colis ſemper, ipſe libe-
rabit te. Allatusque eſt lapis vnus, & poſitus
eſt ſuper os laci: quem obſignauit rex annu-
lo ſuo, & annulo optimatum ſuorũ, nequid
fieret contra Danielem. Et abijt rex in do-
mum ſuam, & dormiuit incœnatus, cibique
non ſunt allati coram eo, inſuper & ſomnus
receſsit ab eo. Tunc rex primo diluculo con-
ſurgens, feſtinus ad lacum leonum perrexit:
appropinquansq; lacui, Danielem voce la-
chrimabili inclamauit, & affatus eſt eum, Da-
niel ſerue Dei viuentis, Deus tuus cui tu ſer-
uis ſemper, putáſne valuit te liberare à leoni-
F bus? Et Daniel regi reſpondens ait, Rex in æ-
1.Mac.2.f. ternũ viue, ‖Deus meus miſit angelũ ſuum.
& concluſit ora leonum, & non nocuerunt
mihi: quia coram eo iuſtitia inuenta eſt in
me: ſed & coram te, rex, delictum non feci.
Tunc vehemẽter rex gauiſus eſt ſuper eo, &
Danielem præcepit educi de lacu: eductuſ-
que eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inuen-
ta eſt in eo, quia credidit Deo ſuo. Iubente
autem rege adducti ſunt viri illi qui accuſa-
uerunt Danielem: & in lacum leonum miſsi
ſunt, ipſi & filij, & vxores eorum: & non per-
uenerunt vſque ad pauimentum laci, donec
arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum
comminuerunt. Tunc Darius rex ſcripſi: G
niuerſis populis, tribubus, & linguis habi-
tibus in vniuerſa terra. Pax vobis multipli-
cetur. A me conſtitutum eſt decretum, vt in
vniuerſo imperio & regno meo tremiſcãt, &
paueant Deum Danielis. ipſe eſt enim Deus
viuens & æternus in ſecula: & regnum eius
non diſsipabitur, & poteſtas eius vſque in æ-
ternum. Ipſe liberator atque ſaluator, faciens
ſigna & mirabilia in cœlo & in terra: qui libe- *manu.1.
rauit Danielem de lacu leonum. ‖Porrò Da- Supra.1.d.
niel perſeuerauit vſque ad regnum Darij, re-
numque Cyri Perſæ.



S. Viſio Danielis de quatuor beſtijs quatuor regna deſignantibus: de antiquo dierum & throno eius ac miniſtris, quo iudicante perierunt beſtiæ: ad hunc accedens Filius hominis accipit poteſtatem æternã & incorruptibile regnum: declarantur regna per beſtias deſignata, & maxime quæ per quartam beſtiam & eius cornua deſignentur, quæ regnabit vſque ad tempus & tempora & dimidium temporis.

CAP. VII.

ANno primo Balſaſar regis Babylo- A
nis, Daniel ſomnium vidit: viſio au-
tem capitis eius in cubili ſuo: & ſom
nium ſcribens, breui ſermone comprehendit,
ſummatimque perſtringens, ait, Videbam in
viſione mea nocte, & ecce quatuor venti cœ
li pugnabant in mari magno. Et quatuor be-
ſtiæ grandes aſcendebant de mari diuerſæ in-
ter ſe. Prima quaſi leæna, & alas habebat a-
quilæ: aſpiciebam donec euulſæ ſunt alæ eius,
& ſublata eſt de terra, & ſuper pedes quaſi ho
mo ſtetit, & cor hominis datũ eſt ei. Et ecce B
beſtia alia ſimilis vrſo in parte ſtetit: & tres

Universidad de Deusto
Biblioteca

ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei, Surge, comede carnes plurimas. Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis, quatuor super se: & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Post hæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis atque mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculcãs: dissimilis autem erat cæteris bestijs: quas videram ante eam, & habebat cornua decem.
C Considerabam cornua, & ecce cornu aliud paruulum ortum est de medio eorum: & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius, & ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia. Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius, flammæ ignis: rotæ eius ignis accensus. ‖Fluuius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius: millia millium ministrabãt
Apoc.5.d. ei, & decies millies centena millia assistebant
D ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniã interfecta esset bestia, & perisset corpus eius, & traditum esset ad comburendum igni. aliarum quoque bestiarum ablata esset potestas: & tempora vitæ constituta essent eis vsque ad tempus & tempus. Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquũ dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus,
Luc.1.e. & linguæ ipsi seruient: ‖potestas eius, pote-
Mich.4.c stas æterna quæ non auferetur, & regnum e-
Su.3.g.4.g ius quod non corrumpetur. Horruit spiritus meus, ego Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei cõturbauerunt me. Accessi ad vnum de assistentibus, & veritatẽ quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem sermonum, & docuit me,
E Hæ quatuor bestiæ magnæ: quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra. Suscipient autem regnũ sancti Dei altissimi: & obtinebunt regnũ vsque in seculum & seculum seculorum. Post hoc volui diligenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valdè ab omnibus, & terribilis nimis: dentes & vngues eius ferrei: comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat. & de cornibus decem quæ habebat in capite: & de alio quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo quod habebat oculos, & os loquẽs grandia, & maius erat cæteris. Aspiciebam: & ecce cornu illud faciebat bel-F lum aduersus sanctos, & præualebat eis: donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsis, & tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait, Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit, & cõminuet eam. Porrò cornua decem ipsius regni, decem reges erunt: & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit. Et sermones contra excelsum lo-G quetur, & sanctos Altissimi conteret: & putabit quòd posit mutare tempora & leges, & tradentur in manu eius vsque ad tempus & tempora & dimidium temporis. Et iudicium sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & dispereat vsque in finem. ‖Regnum autem Lucæ.1.c. & potestas, & magnitudo regni quæ est subter omne cœlum, detur populo sanctorum Altissimi: cuius regnum, regnũ sempiternum est, & omnes reges seruient ei & obedient. Hucusque finis verbi. Ego Daniel multùm cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me, verbum autem in corde meo conseruaui.



S. Visio de ariete duorum cornuum, & hirco vnius ac postmodum quatuor cornuum qui deuicit arietem: quorũ ille regem Medorum ac Persarum designat, hic autem regem Græcorum: additur prophetia de rege impudente, ipsiusque tyrannide, dolo & superbia, qui sine manu contereturCAP. VIII.

A Anno tertio regni Balsasar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod viderã in principio, vidi in visione mea, cùm essem in Susan castro quod est in Aelã *regione: vidi autẽ in visione esse me super portã Vlai. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante paludẽ, habẽs cornua excelsa, & vnum excelsius altero atq; succrescens. Postea vidi arietem cornibus ventilantem *contra occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem: & omnes

*ciuitate.

*contra Orientem &c.13.

omnes bestiæ non poterant resistere ei, neque liberari de manu eius: fecitque secũdùm
B voluntatem suam, & magnificatus est. Et ego intelligebam: ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram: porrò hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. Et venit vsque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Cumque appropinquasset propè arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem: & comminuit duo cornua eius, & non poterat aries resistere ei: cùmque eum misisset in terrã, conculcauit, &
C nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis: cumque creuisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cœli. De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum: & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem. Et magnificatum est vsque ad fortitudinem cœli: & deiecit de fortitudine & de stellis, & conculcauit eas. Et vsque ad principem fortitudinis magnificatum est: & ab eo tulit iu-
*ei. ge sacrificium, & deiecit locum sanctificatio-
D nis eius. Robur autem datum est *contra iuge sacrificium propter peccata: & prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Et audiui vnum de sanctis loquentem: & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquẽti, Vsquequo visio, & iuge sacrificium, & peccatum desolationis quæ facta est: & sanctuariũ, & fortitudo conculcabitur? Et dixit ei, Vsque
*dies ad vesperam & mane, *duo millia trecenti: & mundabitur sanctuarium. Factum est autem cùm viderem ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audiui vocem
Isa.9.f. viri inter Vlai: & clamauit, & ait, ‖Gabriel
E fac intelligere istum visionem. Et venit, & stetit iuxtà vbi ego stabam: cumque venisset, pauens corrui in faciem meam, & ait ad me, Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio. Cumque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram: & tetigit me, & statuit me in gradu meo, dixitque mihi, Ego ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis: quoniam habet tẽpus finem suum. Aries quem vidisti habere
F cornua, rex Medorũ est atque Persarũ. Porrò hircus caprarum: grex Græcorum est. & cornu grande quod erat inter oculos eius: ipse est rex primus. Quòd autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo: quatuor reges de gente eius consurgent, sed non in fortitudine eius. Et post regnum eorum cùm creuerint iniquitatẽs, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones. & roborabitur fortitudo eius, sed non in viribus suis: & supra quàm credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos, & populum sanctorum secundùm voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu eius: & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos: & contra principem principum consurget, & sine manu conteretur. Et visio vespere & mane, G
quæ dicta est, vera est: tu ergo visionẽ signa, quia post multos dies erit. Et ego Daniel langui, & egrotaui per dies: cùmque surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat qui interpretaretur.

S. Post orationem Danielis qua confitetur Iudæos propter sua & patrum peccata venisse in magnam afflictionem, petens Dei misericordiam erga populum suum: fit ipsi reuelatio de 70. hebdomatibus vsque ad vnctionem Sanctisanctorum, & de Christi morte, populoque eius perdendo, & abominatione desolationis in templo.CAP. IX.

I Nanno primo ‖Darij filij Assueri de semi A
ne Medorum, qui imperauit super regnũ Iere.25.c. &.29.c.
Chaldæorum: Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum de quo factus est sermo Domini ad Ieremiam prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalem septuaginta anni. Et posui faciem meam ad Dominũ Deum meum' p.4.
rogare & deprecari in ieiunijs, sacco & cinere. Et oraui Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi, ‖Obsecro Domine Deus 2.Esdr.1.b.
magne & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te & custodientibus mandata tua. ‖Peccauimus, iniquitatem Baruc.1.c.
fecimus, impie egimus, & recessimus: & declinauimus à mandatis tuis ac iudicijs. Non B
obediuimus seruis tuis prophetis qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omniq; populo terræ. Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Iuda, & habitatoribus Ierusalẽ & omni Israel, his qui propè sunt, & his qui procul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorũ, in quibus peccauerunt in te. Domine, nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris qui peccauerunt: Tibi autem Domino Deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus à te, & nõ audiuimus vocẽ Domini Dei nostri vt ambularemus in lege eius quam posuit nobis per seruos suos prophetas. Et omnis Israel C
prævaricati sunt legẽ tuam, & declinauerũt ne audirent vocẽ tuam: & stillauit super nos

Deut.27.c. maledictio & detestatio ‖quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos quos locutus est super nos & super principes nostros qui iudicauerunt nos, vt superinduceret in nos magnum malum quale nunquam fuit sub omni cœlo, secundùm quòd factum est in Ierusalem: Sicut scriptum est in lege Moysi, omne malum hoc venit super nos: & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam. Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos: iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit: nõ enim audiuimus vocem eius. ‖Et nũc Domine Deus noster ‖qui eduxisti populum tuum de Terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundùm diem hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus. Domine in omnem iustitiam tuam auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à mõte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalẽ & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nũc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuũ quod desertum est propter temetipsum. Inclina Deues meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatẽ super quam inuocatũ est nomen tuum: neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine: attende & fac, ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomẽ tuum inuocatum est super ciuitatem & super populum tuum. Cumque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea & peccata populi mei Israel, & prosternerẽ preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei, Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel ‖quem videram in visione à principio, cito volãs tetigit me in tẽpore sacrificij vespertini. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque, Daniel, nunc egressus sum vt docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarũ egressus est sermo, ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir desyderiorum es: tu autem animaduerte sermonem & intellige visionem. ‖Septuaginta hebdomades abbreuiatæ sunt super populum tuum & super vrbem sanctam tuam, vt consummetur præuaricatio, & finem accipiat peccatũ, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, & impleatur visio & "prophetia": & vngatur Sanctus sanctorũ. Scito ergo & animaduerte: ab exitu sermonis vt iterum ædificetur Ierusalem, vsque ad Christum ducem, hebdomades septẽ & hebdomades sexaginta duæ erunt: & rursum ædificabitur platea, & muri in angustia temporum. Et post hebdomades sexagintaduas occidetur Christus: & non erit eius populus qui eum negaturus est. Et ciuitatem & sanctuarium dissipabit populus cum duce venturo: & finis eius vastitas, & post finem belli statuta desolatio. Confirmauit autem pactũ multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hostia & sacrificium: ‖& erit in templo abominatio desolationis: & vsque ad cõsummationem & finem perseuerabit desolatio.

Matt.24.b

S. Vbi se afflixisset Daniel videt virũ lineis vestitum qui hìc describitur, & territus ac tremens confortatur semel & iterum: de resistente principe regni Persarum, de principe Græcorum, & de Michaele principe Iudæorum qui solus auxiliatur.

CAP. X.

ANno tertio *Cyri regis Persarũ, verbum reuelatum est Danieli cognomento Baltassar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexitq; sermonem, intelligẽtia enim est opus in visione. In diebus illis ego Daniel lugebam triũ hebdomadarum diebus, panem desyderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, sed neq; vnguento vnctus sum: do nec cõplerentur trium hebdomadarum dies. Die autem vicesima & quarta mensis primi eram iuxta fluuium magnũ, qui est Tigris. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir vnus vestitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo, & corpus eius quasi chrysolithus, & facies eius velut species fulguris, & oculi eius vt lampas ardens. & brachia eius, & quæ deorsum sunt vsq; ad pedes, quasi species æris cãdentis: & vox sermonũ eius vt vox multitudinis. Vidi aũt ego Daniel solus visionẽ: porrò viri qui erant mecum nõ viderunt, sed terror nimius irruit super eos, & fugerunt in absconditum. Ego autem relictus solus vidi visionem grandem hanc: & non remansit in me fortitudo, sed & species mea immutata est in me, & emarcui, nec habui quicquã virium. Et audiui vocem sermonũ eius: & audiens iacebam consternatus super faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me super genua mea, & super articulos manuum mearum. Et dixit ad me, Daniel vir desyderiorum intelli ge verba quæ ego loquor ad te, & sta in gradu tuo: nunc enim sum missus ad te. Cumq; dixisset mihi sermonẽ istũ, steti tremens. Et ait ad me, Noli metuere Daniel: quia ex die primo

A *regni.

mo quo posuisti cor tuum ad intelligẽdum, vt te affligeres in conspectu Dei tui, exaudita sunt verba tua, & ego veni propter sermones tuos. Princeps autem regni Persarum restitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remansi ibi iuxta regem Persarũ. Veni autem vt docerem te quæ ventura sunt populo tuo in nouissimis diebus: quoniam adhuc visio in dies. Cùmque loqueretur mihi huiusce modi verbis, deieci vultum meum ad terrã, & tacui. Et ecce quasi similitudo filj hominis tetigit labia mea: & aperiens os meum locutus sum, & dixi ad eum qui stabat contra me, Domine mi, in visione tua dissolutæ sunt cõpages meæ, & nihil in me remansit virium. Et quomodo poterit seruus Domini mei loqui cum Domino meo? nihil in me remansit virium, sed & halitus meus intercluditur. Rursum ergo tetigit me quasi visio hominis, & confortauit me, & dixit, Noli timere vir desyderiorum, pax tibi: confortare, & esto robustus. Cùmque loqueretur mecum, cõualui, & dixi, Loquere Domine mi, quia confortasti me. Et ait, Nũquid scis quare venerim ad te? & nunc reuertar, vt prælier aduersum principem Persarum. cùm ergo egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. veruntamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis: & nemo est adiutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

B

C

D

S. Vaticinium de regibus Persarũ & rege Græcorum: de bellis ac insidijs inter reges Austri & Aquilonis, & de rege qui Deum deorum non reputabit, sed plurima aduersus ipsum loquetur, & quæ prouinciæ ab illo euadent, qui huius dominabitur:

CAP. XI.

EGo autem ab anno primo Darij Medi stabam vt confortaretur & roboraretur. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimijs super omnes: & cùm inualuerit diuitijs suis, concitabit omnes aduersum regnum Græciæ. Surget verò rex fortis, & dominabitur potestate multa: & faciet quod placuerit ei. Et cũ steterit, conteretur regnũ eius, & diuidetur in quatuor vẽtos cœli: sed nõ in posteros eius, neq; secundùm potentiã illius qua dominatus est. lacerabitur enim regnũ eius etiã in externos, exceptis his. Et confortabitur rex Austri, & de principibus eius: prævalebit super eum, & dominabitur ditione. multa enim dominatio eius. Et post finem annorũ fœderabuntur: filiaq; regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiã, & non obtinebit fortitudinẽ brachij, nec stabit semen eius: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam, adolescentes eius, & qui confortabant eam in temporibus. Et stabit de germine radicũ eius plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis, & abutetur eis, & obtinebit. Insuper & deos eorum, & sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti & auri, captiua ducet in Aegyptum: ipse prævalebit aduersus regem Aquilonis. Et intrabit in regnum rex Austri, & reuertetur ad terram suam. Filij autem eius prouocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & veniet properans & inundans: & reuertetur & concitabitur, & cõgredietur cum robore eius. Et prouocatus rex Austri egredietur, & pugnabit aduersus regem Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manus eius. Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor eius, & deijciet multa millia: sed non prævalebit. Conuertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinem multo maiorem quàm prius: & in fine temporum annorumque veniet properãs cum exercitu magno & opibus nimijs. ‖Et in temporibus illis multi consurgent aduersus regem Austri: filij quoque præuaricatorum populi tui extollentur vt impleant visionem, & corruent. Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitissimas: & brachia Austri non sustinebunt, & consurgent electi eius ad resistendum, & non erit fortitudo. Et faciet veniens super eum iuxta placitũ suum, & non erit qui stet contra faciem eius: & stabit in terra inclyta, & consumetur in manu eius. Et ponet faciem suam vt veniat ad tenẽdum vniuersum regnum eius, & recta faciet cum eo: & filiam fœminarum dabit ei, vt euertat illud: & non stabit, nec illius erit. Et conuertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principem opprobrij sui, & opprobrium eius conuertetur in eum. Et conuertet faciem suam ad imperium terræ suæ, & impinget, & corruet, & non inuenietur. Et stabit in loco eius vilissimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore nec in prælio. Et stabit in loco eius despectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clàm, & obtinebit regnum in fraudulentia. Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie eius, & conterentur: insuper & dux fœderis. Et post amicitias, cũ eo faciet dolum: & ascendet, & superabit in modico populo. Et abundantes & huberes vrbes ingredietur: & faciet quæ non fecerunt patres eius, & patres patrum eius: rapinas & prædam & diuitias eorum dissipabit: & contra firmissimas cogitationes inibit: & hoc

A

B

C

D

Universidad de Deusto
Biblioteca

vsque ad tempus. Et concitabitur fortitudo eius & cor eius aduersum regem Austri in exercitu magno: & rex Austri prouocabitur ad bellum multis auxilijs & fortibus nimis: & non stabunt, quia inibunt aduersus eum consilia. Et comedentes panem cum eo, cõterent illum, exercitusque eius opprimetur: & cadent interfecti plurimi. Duorum quoque regum cor erit vt malefaciant, & ad mensam vnam mẽdacium loquentur, & non proficiẽt: quia adhuc finis in aliud tempus. Et reuertetur in terram suam cum opibus multis: & cor eius aduersum testamentum sanctum, & faciet, & reuertetur in terram suam. Statuto tẽpore reuertetur, & veniet ad Austrum: & non erit priori simile nouissimum. Et venient super eum trieres, & Romani, & percutietur, & reuertetur, & indignabitur contra testamentum sanctuarij, & faciet: reuertetúrque, & cogitabit aduersum eos qui dereliquerunt testamẽtum sanctuarij. Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium: & dabunt abominationem in desolationem. Et impij in testamẽtum simulabunt fraudulẽter: populus autem sciens Deum suum, obtinebit & faciet. Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio & in flamma & in captiuitate & in rapina dierum. Cumque corruerint, subleuabũtur auxilio paruulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent, vt cõflentur: & eligantur & dealbentur vsque ad tempus præfinitum: quia adhuc aliud tempus erit, Et faciet iuxta voluntatem suam rex, & eleuabitur & magnificabitur aduersus omnem Deum: & aduersus Deum deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracũdia. perpetrata quippe est definitio. Et Deum patrum suorum non reputabit: & erit in concupiscentijs fœminarum, nec quenquam deorum curabit: quia aduersum vniuersa consurget. Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: & Deum quem ignorauerunt patres eius colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusque pretiosis. Et faciet vt muniat Maozim cum deo alieno quẽ cognouit: & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito. Et in tempore præfinito præliabitur aduersus eum rex Austri: & quasi tempestas veniet contra illum rex Aquilonis in curribus & in equitibus & in classe magna: & ingredietur terras, & conteret & pertransiet. Et introibit in terram gloriosam, & multi corruent: hæ autem solæ saluabuntur de manu eius, Edõ, & Moab, & principium filiorũ Ammon. Et mittet manum suam in terras: & Terra-Aegypti non effugiet. Et dominabitur thesaurorum auri, & argenti, & in omnibus pretiosis Aegypti: per Lybiam quoque, & Aethiopiam trãsibit. Et fama turbabit eũ ab Oriente & ab Aquilone: & veniet in multitudine magna vt conterat & interficiat plurimos. Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inclytum & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

S. *Post magnam afflictionem tandem saluabuntur reliquiæ Iudæorum, & ex mortuis quidam resurgent ad vitam, & quidam ad opprobrium: docti verò ac doctores fulgebunt: de duobus ad ripas fluminis stantibus, & viro lineis vestito qui temporis aperit determinationem, & de completione huius prophetiæ post statutum tempus.*

CAP. XII.

IN tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: & veniet tẽpus quale nõ fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt vsque ad tẽpus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt: alij in vitam æternam, & alij in opprobriũ vt videant semper. Qui autem docti fuerint, fulgebũt quasi splẽdor firmamenti: & qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ in perpetuas æternitates. Tu autẽ Daniel claude sermones, & signa libru vsq; ad tempus statutũ: plurimi pertransibunt, & multiplex erit scientia. Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alij stabant: vnus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis. Et dixi viro qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis. Vsquequo finis horum mirabilium? Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, & eleuasset dexteram & sinistram suam in cœlum, & iurasset per viuentem in æternum, quia in tempus & tempora, & dimidium temporis. Et cùm completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa hæc. Et ego audiui, & nõ intellexi. Et dixi, Domine mi quid erit post hæc? & ait, Vade Daniel: quia clausi sunt, signati; sermones vsq; ad præfinitum tempus. Eligentur & dealbabũtur, & quasi ignis probabũtur multi: & impie agent impij, neq; intelligẽt omnes impij, porrò docti intelligent. Et à tempore cùm ablatũ fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem: dies mille, ducenti nonaginta. Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autem vade ad præfinitum: & requiesces, & stabis in sorte tua, in finem dierum.

Hucusque



Hucusque Danielem in Hebræo volumine legimus.

Quæ sequuntur vsque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

S. *Castissimam Susannam impudici presbyteri, quum eius concubitu frui non possent, falso adulterij accusant: sed quum ad mortem duceretur, orãtem exaudiuit Deus: & per puerũ Danielem proprio ore conuictos senes, iure talionis populus interimit.*

CAP. XIII.

ET erat vir habitãs in Babylone, & nomen eius Ioacim: & accepit vxorem nomine Susannam filiam Helciæ, pulchram nimis, & timentem Deum. parentes enim illius cum essent iusti, erudierunt filiã suam secundum legem Moysi. Erat autem Ioacim dives valde, & erat ei pomarium vicinũ domui suæ: & adipsum confluebant Iudæi, eo quòd esset honorabilior omnium. Et cõstituti sunt duo senes iudices in illo anno, de quibus locutus est Dominus, Quia egressa est iniquitas de Babylone à senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum. Isti frequentabant domũ Ioacim, & veniebãt ad eos omnes qui habebãt iudicia. Cum autem populus reuertisset per meridiem, ingrediebatur Sasanna, & deambulabat in pomario viri sui. Et videbant eam senes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarserunt in concupiscentiam eius. & euerterunt sensum suũ, & declinauerunt oculos suos vt nõ viderent cœlum, neq; recordarẽtur iudiciorum iustorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius, nec indicauerũt sibi vicissim dolorem suum: erubescebant enim indicare sibi concupiscentiam suam, volentes concumbere cum ea. & obseruabant quotidie solicitius videre eam. Dixitque alter ad alterum, Eamus domum, quia hora prandij est. Et egressi recesserunt à se. Cumque reuertissent venerunt in vnum: & scisciantes abinuicem causam, confessi sunt concupiscentiam suã: & tunc in cõmuni statuerunt tempus quando eam possent inuenire solam. Factum est autem, cum obseruarent diem aptũ, ingressa est aliquãdo sicut heri & nudiustertius, cum duabus solis puellis, voluitq; lauari in pomario. æstus quippe erat: & nõ erat ibi quisquã, præter duos senes absconditos & contemplãtes eã. Dixit ergo puellis. Afferte mihi oleũ, & smigmata, & ostia pomarij claudite, vt lauer. Et fecerunt sicut præceperat: clauserũtq; ostia pomarij, & egressæ sunt per posticum vt afferrent quæ iusserat. nesciebantq; senes intus esse absconditos. Cum autẽ egressæ essent puellæ, surrexerũt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt, Ecce, ostia pomarij clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in cõcupiscẽtia tui sumus: quam ob rem assentire nobis, & cõmiscere nobiscum. quod si nolueris, dicemus contra te testimoniũ, quòd fuerit tecum iuuenis, & ob hãc causam emiseris puellas à te, Ingemuit Susanna, & ait, Angustiæ sunt mihi vndique. si enim hoc egero, mors mihi est: si autem non egero, nõ effugiã manus vestras. Sed melius est mihi absq; opere incidere in manus vestras, quàm peccare in cõspectu Domini. Et exclamauit voce magna Susanna: exclamauerunt autem & senes aduersus eã. Et cucurrit vnus ad ostia pomarij, & aperuit. Cum ergo audissent clamorẽ famuli domus in pomario, irruerunt per posticum, vt viderent quidnã esset. Postquam autẽ senes locuti sunt, erubuerunt serui vehementer: quia nunquã dictus fuerat sermo huiusce modi de Susanna. Et facta est dies crastina. Cũq; venisset populus ad Ioacim virum eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduersus Sasannã, vt interficerent eam. Et dixerunt corã populo, Mittite ad Susannã filiam Helciæ vxorem Ioacim Et statim miserunt. Et venit cum parentibus, & filijs, & vniuersis cognatis suis. porrò Susanna erat delicata nimis, & pulchra specie. At iniqui illi iusserũt vt discooperiretur (erat enim cooperta) vt vel sic satiarẽtur decore eius. Flebant igitur sui & omnes qui nouerant eam. Consurgentes autẽ duo presbyteri in medio populi, posuerunt manus suas super caput eius. Quæ flens suspexit ad cœlum. erat enim cor eius fiduciam habẽs in Domino. Et dixerunt presbyteri, Cũ deambularemus in pomario soli, ingressa est hæc cum duabus puellis: & clausit ostia pomarij, & dimisit à se puellas. Venitq; ad eam adolescens qui erat abscõditus, & concubuit cum ea. Porrò nos cũ essemus in angulo pomarij, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commisceri. Et illũ quidem non quiuimus cõprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis ostijs exiliuit: hanc autem

autem cùm apprehendissemus, interrogauimus quisnam esset adolescens, & noluit indicare nobis. huius rei testes sumus. Credidit eis multitudo quasi senibus & iudicibus populi, & condemnauerunt eam ad mortẽ. Exclamauit autem voce magna Susanna, & dixit, Deus æterne, qui absconditorum es cognitor, qui nosti omnia antequam fiant, tu scis quoniam falsum testimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cum nihil horum fecerim quæ isti malitiosè composuerũt aduersum me. Exaudiuit autem Dominus vocem eius. Cumq; duceretur ad mortem, suscitauit Dominus spiritum sanctum pueri iunioris, cuius nomen Daniel: exclamauit voce magna, Mundus ego sum à sanguine huius. Et conuersus omnis populus ad eum, dixit, Quis est iste sermo quem tu locutus es? Qui cùm staret in medio eorum, ait, Sic fatui filij Israel, non iudicantes neq; quod verum est cognoscentes, cõdemnastis filiam Israel? Reuertimini ad iudicium, quia falsum testimonium locuti sunt aduersus eam. Reuersus est ergo populus cum festinatione, & dixerunt ei senes, Veni, & sede in medio nostrum, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem senectutis. Et dixit ad eos Daniel, Separate illos ab inuicem procul, & dijudicabo eos. Cùm ergo diuisi essent alter ab altero, vocauit vnum de eis, & dixit ad eum, Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniusta, innocentes opprimens & dimittens noxios, ‖dicente Domino, Innocentem & iustum non interficies. Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait, Sub schino. Dixit autem Daniel, Rectè mentitus es in caput tuum: ecce enim angelus Dei accepta sententia ab eo, scindet te medium. Et amoto eo iussit venire alium, & dixit ei, Semen Chanáan, & non Iuda, species decepit te, & concupiscẽtia subuertit cor tuum: sic faciebatis filiabus Israel, & ille timentes loquebantur vobis: sed non filia Iuda sustinuit iniquitatem vestram. Nunc ergo dic mihi sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi? Qui ait, Sub prino. Dixit autẽ ei Daniel, Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim angelus Domini, gladium habens, & vt secet te medium, & interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum qui saluat sperantes in se. Et consurrexerunt aduersus duos presbyteros (conuicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium) fecerunt q; eis sicut male egerant aduersus proximum, vt facerent ‖secundum legem Moysi: & interfecerunt eos, & saluatus est sanguis innoxius in die illa. Helcias autem, & vxor eius laudauerunt Deum pro filia sua Susanna cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus: quia nõ esset inuenta in ea res turpis. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi à die illa, & deinceps. Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Perses regnum eius.

Exod. 23. a

Deut. 9. d.



S. Fraudes sacerdotum idôli Bel, qui appositos illi cibos occultè auferebãt, regi per Danielem detectæ sunt, ipsiq; interemptis idôlum vnà cum templo suo euersum est: similiter & draconem quem colebant Babylonij, iniecta in os massa ex pice, adipe & pilis confecta, Daniel interfecit: quapropter instantibus Babylonijs missus est in lacum leonum, illæsus q; seruatus, allato etiam illi per prophetam Habacuc prandio ex Iudæa: quod videns rex, aduersarijs illius à leonibus in momento deuoratis, iubet omnes timere Deum Danielis.

CAP. XIIII.

ERat autem Daniel conuiua regis, & honoratus super omnes amicos eius. Erat quoq; idôlum apud Babylonios nomine Bel: & impendebãtur in eo per dies singulos, similæ artabæ duodecim, & oues quadraginta, viniq; amphoræ sex. Rex quoque colebat eum, & ibat per singulos dies adorare eum: porrò Daniel adorabat Deum suum. Dixitq; ei rex, Quare non adoras Bel? Qui respondens ait ei, Quia non colo idôla manufacta, sed viuentem Deum qui creauit cœlum & terram, & habet potestatẽ omnis carnis. Et dixit rex ad eum, Non videtur tibi esse Bel viuens deus? an nõ vides quanta comedat & bibat quotidie? Et ait Daniel arridens, Ne erres rex. iste est enim intrinsecus luteus, & forinsecus æreus, neq; comẽdit aliquãdo. Et iratus rex vocauit sacerdotes eius, & ait eis, Nisi dixeritis mihi quis est qui comedat impensas has, moriemini. Si autem ostenderitis quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel quia blasphemauit in Bel. Et dixit

dixit Daniel regi, Fiat iuxta verbum tuum. Erant autem sacerdotes Bel septuaginta, exceptis vxoribus & paruulis & filijs. Et venit rex cum Daniele in templum Belis. Et dixerunt sacerdotes Belis, Ecce nos egredimur foras: & tu rex pone escas, & vinum misce, & claude ostium, & signa annulo tuo: & cũ ingressus fueris mane, nisi inueneris omnia comesta à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus est aduersum nos. *Contemnebant autem, quia fecerant sub mensa absconditum introitum, & per illum ingrediebantur semper, & deuorabant ea. Factum est igitur postquam egressi sunt illi, & rex posuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris suis, & attulerunt cinerem, & cribrauit per totum templum coram rege: & egressi clauserunt ostium: & signantes annulo regis abierunt. Sacerdotes autem ingressi sunt nocte iuxta consuetudinem suam, & vxores, & filij eorũ: & comederunt omnia, & biberunt. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo. Et ait rex, Saluáne sunt signacula Daniel? Qui respondit, Salua rex. Statimq; cum aperuisset ostium, intuitus rex mensam, exclamauit voce magna, Magnus es Bel, & non est apud te dolus quisquã. Et risit Daniel: & tenuit regem, ne ingrederetur intrò, & dixit, Ecce pauimentum, animaduerte cuius vestigia sint hæc. Et dixit rex, Video vestigia virorũ, & mulierũ & infantium. Et iratus est rex. Tunc apprehendit sacerdotes, & vxores & filios eorum: & ostenderunt ei abscondita ostiola per quæ ingrediebantur, & consumebant quæ erant super mensam. Occîdit ergo illos rex, & tradidit Bel in potestatẽ Danielis: qui subuertit eum, & templum eius. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonij. Et dixit rex Danieli, Ecce, nunc non potes dicere quia iste nõ sit Deus viuens: adora ergo eum. Dixitq; Daniel, Dominum Deum meũ adoro: quia ipse est Deus viuens: * Tu autem rex da mihi potestatem, & interficiam draconem absque gladio & fuste. Et ait rex, Do tibi. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter: fecitq; massas, & dedit in os draconis, & diruptus est draco. Et dixit, *Ecce quẽ colebatis. Quod cùm audissent Babylonij, indignati sunt vehementer: & cõgregati aduersum regem, dixerunt, Iudæus factus est rex: Bel destruxit, draconem interfecit, & sacerdotes occîdit. Et dixerunt cùm venissent ad regem, Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te & domum tuam. Vidit ergo rex quòd irruerent in eum vehemẽter: & necessitate compulsus tradidit eis Danielem. Qui miserunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus sex. Porrò in lacu erant leones septem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oues & tunc non data sunt eis, vt deuorarent Danielem. Erat autem Habacuc propheta, in Iudæa, & ipse coxerat pulmentum, & intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret messoribus. Dixitque angelus Domini ad Habacuc, Fer prandium quod habes, in Babylonem Danieli, qui est in lacu leonum. Et dixit Habacuc, Domine, Babylonem non vidi, & lacum nescio. ‖Et apprehẽdit eum angelus Domini in vertice eius, & portauit eum capillo capitis sui, posuitq; eum in Babylonem super lacum in impetu spiritus sui. Et clamauit Habacuc, dicẽs, Daniel, * tolle prandium quod misit tibi deus. Et ait Daniel, Recordatus es enim mei Deus, & non dereliquisti ‖diligentes te. Surgensq; Daniel comẽdit. Porrò angelus Domini restituit Habacuc confestim in loco suo. Venit ergo rex die septimo vt lugeret Danielem: & venit ad lacum, & introspexit, & ecce Daniel sedens. *Et exclamauit voce magna rex, dicens, Magnus es domine Deus Danielis. Et extraxit eum. *Porrò illos qui perditionis eius causa fuerant, intromisit in lacum, & deuorati sunt in momento coram eo.

*Contabãt

*ipse ait nõ est Deus viuens.

Ezec. 8. b.

*seruæ Dei

‖querentes. t

*in medio leonum.

*de lacu leonum.

Hiero-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronymi in XII. Prophetas

præfatio.

NON IDEM ordo est duodecim prophetarum apud Hebræos, qui est apud nos. Vnde secundum id quod ibi legitur hic quoq; dispositi sunt. Oseæ cõmaticus est, & quasi per sententias loquens. Ioël planus in principijs: in fine obscurior. Et vsq; ad Malachiam, habent singuli proprietates suas, quem Esdram scribã, legisque doctorem Hebræi autumant. Et quia longum est nunc de omnibus dicere: hoc tantum vos ô Paula & Eustochium admonitas volo, vnum librum esse duodecim prophetarum: Et Oseæ synchronũ Isaiæ: Malachiam verò Aggæi & Zachariæ fuisse temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo: sub illis eos regibus prophetasse, sub quibus & hi qui ante eos habent titulos, prophetauerunt.

ALIVS PROLOGVS.

REGVLÆ SVNT hæ sub quibus significationibus nominũ, ad quas tribus per prophetas sermo Domini dirigatur. Quotiescunq; ad decem tribus tenditur prophetia, sub his nominibus designãtur, id est Ephraim, Samaria: Israel, Ioseph, Iezrahel, Beth-el, Beth-auẽ, & interdum Iacob. Quando autem ad duas loquitur tribus, sub his nominibus sermo profertur, id est Iuda, Ierusalem, Ben-iamin, Domus Dauid: & interdum Iacob. Aliquoties Israel ad totas duodecim tribus refertur. Duplex est apud Hebræos sententia de his quatuor versibus, qui in capite sunt prænotati. Plæriq; enim dicunt quòd ab Esdra scriba in omnibus prophetis sic fuerit titulatum: vt præscripto vniuscuiusq; nomine prophetia cuius sit sequẽs, noscatur. Ipse est autem Esdras qui vltimus prophetarum Malachię nomine scribitur. Alij vero dicunt quòd ab ipsis prophetis per spiritum sanctum, vt cætera, sunt conscripta.

PRÆFATIO IN OSEÆ PROPHETAM.

TEMPORIBVS OZIÆ, & Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, & Ieroboam filij Ioas regis Israel: Oseæ filius Beeri, ad prophetiam dicendam, spiritu sancto repletus est. De memorato itaque numero regum Achaz rex Iuda, & Ieroboam rex Israel, Dominum derelinquentes, vt historiæ regũ & Paralipomẽnon indicant: etiam Israel idololatrię crimen imperio ac potestate sua admittere coegerunt. Propter quod Deus ad Oseæ hęc locutus est, dicens, Accipe tibi vxorem fornicariam siue fornicationum: & fac tibi filios fornicationis. Fornicariam itaq;, non elocati corporis meretricem, sed gentilem Deum ignorantem appellat: quæ Dei creatoris sui amore contempto, simulachrorum se subiecit desyderijs. Sed cum Dei præcepto propheta in hac re paruisset, cõceptum ex ea filium, Iezrahel præcepit nominare: Deo pollicente, post breue tempus sanguinem Iezrahel in domo Iehu vindicare. cuius promissionis hæc causa est: Iehu per Elisæum in regem inuncto ad defendendum sanguinem Naboth ciuis Iezrahel (quæ tunc temporis metropolis erat) quem Iezabel Achab regis Israel vxor interemerat, sicut regum historia exponit: is cum grauiter iuxta diuinum præceptum vindicandi sanguinis causa, in omnem memorati domum desæuisset, hoc peracta Dominum dereliquisse inuenitur. cuius pronepote Ieroboam (qui lectione comprehensus est) originis suæ facta imitante, ac contra Dei præcepta & religionem cũ populo Israel agente: sanguis Naboth, qui in loco certe Iezrael fuerat profusus in domo Iehu patris memorati Ieroboam pro peccato redundaturus significatur. Hinc factũ est vt ira Dei in populo Israel per denuntiationem prophetę, processura diceretur. Domui autem rudę misericordia lectione comprehensa, ob hoc promissa est, quia Ezechias rex Iuda filius Achaz sublatis idôlis quæ tam pater eius quàm cæteri reges consecrauerant, templum Dei purgasse & purificasse monstratur.

Liber Oseæ Prophetæ.

S. Quo tempore Oseæ prophetauerit, qui iussus fornicariam accipere vxorem, duos filios vnamq; filiam ex ea genera uit: quibus nomina iubetur imponere iuxta effectus, quos Dominus in populo suo decreuerat inducere: de Gẽtium conuersione, & futuro eodem capite filiorum Iuda & Israel. CAP. I.

A VERBVM DOMINI quod factum est ad Oseæ filium Beeri in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboã filij Ioas regis Israel. Principium loquendi Domino in Oseæ: & dixit Dominus ad Oseæ, Vade, sume tibi vxorem fornicationum, & fac filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit, & peperit ei filium. Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Iezrahel: quoniam adhuc modicũ, & visitabo sanguinẽ Iezrahel super domum Iehu, & quiescere faciã regnũ domus Israel. Et in illa die conteram arcum Israel in valle Iezrahel. Et concepit adhuc, & peperit filiã. Et dixit ei, Voca nomen eius Absque-misericordia:



cordia: quia nõ addam vltrà misereri domui Israel, sed obliuioni obliuiscar eorum. Et domui Iuda miserebor, & saluabo eos in Domino Deo suo: & nõ saluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & in equitibus. Et ablactauit eã quæ erat Absque-misericordia. Et concepit, & peperit filium. Et dixit, Voca nomẽ eius, Non-populus-meus: quia vos nõ populus meus, & ego nõ ero vester. *Et erit numerus filiorum Israel quasi arena maris quæ sine mensura est, & non numerabitur. ‖Et erit: in loco vbi dicetur eis, Non populus meus vos: dicetur eis, Filij Dei viuentis. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Israel pariter: & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de Terra: quia magnus dies Iezrahel.

*Deut.

Rom. 9. e

S. Minatur Dominus Israeli tanquam vxori adulterę repudium, & sepit vias eius spinis, vt ad virum suum reuertatur quumq; non aduertat à quo habeat bonorum abundantiam, ablaturum se ab ea dicit cuncta in quibus delectatur: sicq; ipsum tandẽ ad se reductũ, magnaq; fœlicitate donaturũ, & de Gentium vocatione. CAP. II.

A DIcite fratribus vestris, Populus meus: & sorori vestræ, Misericordiam consecuta. Iudicate matrẽ vestram, iudicate: quoniam ipsa non vxor mea, & ego non vir eius. auferat fornicationes suas à facie sua, & adulteria sua de medio huberum suorum: Ne forte expoliem eam nudam, & statuam eam secundum diem natiuitatis suæ: & ponam eam quasi solitudinem, & statuam eam velut terram inuiam, & interficiam eam siti. Et filiorum illius non miserebor: quoniam filij fornicationum sunt, quia fornicata est mater eorum, confusa est quæ cõcepit eos, quia dixit, Vadam post amatores meos qui dant panes mihi & aquas meas, lanam meam & linum meum, oleum meum & potum meum. Propter hoc ecce ego sepiam viã tuam spinis, & sepiam eã maceria, & semitas B suas nõ inueniet. Et sequetur amatores suos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet: & dicet, Vadam, & reuertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc. Et hæc nescisti quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleũ, & agentum multiplicaui ei, & aurum quæ fecerunt Baal. Idcirco cõuertar, & sumam frumẽtum meum in tempore suo, & vinum meum in tẽpore suo, & liberabo lanam meam & lignum meum, quæ operiebãt ignominiam eius. Et nunc reuelabo stultitiã eius in oculis amatorum eius: & vir non eruet eam de manu mea, & cessare faciam omne gaudium eius, solennitatem eius, neomeniam eius, sabbathum eius, & omnia festa tempora eius. Et C corrumpam vineam eius, & ficum eius: de quibus dixit, Mercedes hæ meæ sunt, quas dederunt mihi amatores mei. & ponam eam in saltum, & comedet eam bestia agri. Et visitabo super eam dies Baalim, quibus accendebat incensum, & ornabatur inaure sua & monili suo, & ibat post amatores suos, & mei obliuiscebatur, dicit Dominus. Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in solitudinem: & loquar ad cor eius. Et dabo ei vinitores eius ex eodẽ loco, & Vallem-Achor ad aperiendã spem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis suæ & iuxta dies ascensionis suæ de Terra-Aegypti. Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me Vir-meus: & non vocabit me vltrà Baalim. Et auferã nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltra nominis eorum. Et percutiam cum eis fœdus in die illa D cum bestia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter. Et sponsabo te mihi in sempiternum: & sponsabo te mihi in iustitia & iudicio, & in misericordia, & in miserationibus. Et sponsabo te mihi in fide: & scies quia ego Dominus. Et erit in die illa, exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cœlos, & illi exaudient terram. Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleũ: & hæc exaudient Iezrahel. Et seminabo eam mihi in terram, ‖& miserebor eius quæ fuit Absque-misericordia. Et dicam non populo meo, Populus meus es tu: & ipse dicet, Deus meus es tu.

Rom. 9. e
1. Petr. 1. b.

S. Rursum iubetur propheta diligere adulterã, quæ tamen multis diebus illũ expectet, quia filios Israël multis diebus sine rege & sacrificio sedentes, tandem ad Dominum dicit reuersuros. CAP. III.

ET dixit Dominus ad me. Adhuc vade, A *& *dilige mulierem dilectam amico & adulterã: sicut diligit Dominus filios Israel, & ipsi respiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum, Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei. Et dixi ad eam, Dies multos B expecta-

expectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: sed & ego expectabo te. quia dies multos sedebunt filij Israel sine rege, & sine principe, & sine sacrificio, & sine altari, & sine ephod, & sine theraphim. Et post hæc reuertentur filij Israel, & quærent Dominum Deum suum, & Dauid regem suum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius nouissimo dierum.

S. Minatur terræ Israël propter multa populi peccata, qui & scientiam repulit, & idololatriæ fuit deditus: dicit se relicturum Israël in peccatis suis, cupiens ne Iuda ipsum imitetur.

CAP. IIII.

A AVdite verbū domini filij Israel, quia iudicium Domino cum habitatoribus terræ: non est enim veritas, & non est misericordia, & non est scientia Dei in terra. Maledictum & mendacium & homicidium & furtum & adulterium inundauerunt, & sanguis sanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in bestia agri, & in volucre cœli: sed & pisces maris congregabuntur. Verunta men vnusquisque non iudicet: & non arguatur vir: populus enim tuus sicut hi qui con-
B tradicunt sacerdoti. Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum: nocte tacere fecimatrem tuam. Conticuit populus meus, eo quòd nō habuerit scientiam: quia tu scientiā repulisti, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliuiscar filiorum tuorum & ego. Secundum multitudinem eorum sic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum subleuabūt animas eorum. Et erit sicut populus, sic sacerdos: & visitabo super eum
C vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non saturabuntur: fornicati sunt, & non cessauerunt: quoniam Dominū dereliquerūt in non custodiendo. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno suo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei: spiritus enim fornicationū decepit eos, & fornicati sunt à Deo suo. Super capita montium sacrificabant, & super colles accendebant thymiama: subtus quercum & populum & terebinthum, quia bona erat vmbra eius: ideò fornicabuntur fi-
D liæ vestræ, & sponsæ vestræ adultræ erunt. Nō visitabo super filias vestras cùm fuerint fornicatæ, & super sponsas vestras cùm adulterauerint: quoniam ipsi cum meretricibus cōuersabātur, & cum effœminatis sacrificabāt, & populus non intelligens vapulabit. Si fornicaris tu Israel, non delinquat saltem Iuda. & nolite ingredi in Galgala, & ne ascēderitis in Beth-áuen, neque iuraueritis, Viuit Dominus. Quoniam sicut vacca lasciuiens declinauit Israel: nunc pascet eos Dominus quasi agnum in latitudine. Particeps idolorū Ephráim, dimitte eū. Separatum est conuiuium eorum, fornicatione fornicati sunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum spiritus in alis suis, & confundentur à sacrificijs suis:

S. Minatur Dominus se puniturum Israel propter peccata sua, similiter & Iudam: nec proderit humanum auxilium, quum Dominus eis aduersetur. CAP. V.

A AVdite hoc sacerdotes, & attendite domus Israel, & domus regis auscultate: quia vobis iudiciū est, quoniam laqueus facti estis speculationi, & *rete expansum super Thabor & victimas declinastis in profundum: & ego eruditor omnium eorum. Ego scio Ephràim, & Israel non est absconditus à me: quia nunc fornicatus est Ephráim, contaminatus est Israel. Non da-B bunt cogitationes suas vt reuertātur ad Deū suum: quia spiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognouerunt. Et respondebit arrogantia Israel in facie eius: & Israel & Ephráim ruēt in iniquitate sua, ruet etiam Iudas cum eis. In gregibus suis & in armentis suis vadent ad quærendum Dominum, & non inuenient: ablatus est ab eis. In Dominum præuaricati sunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos mensis cum patribus suis. Clangite buccina in C Gabaa, tuba in rama: vlulate in Beth-áuen, post tergum tuum Ben-iamin. Ephráim in desolatione erit in die correptionis: in tribus Israel ostendi fidem. Facti sunt principes Iuda quasi assumentes terminum: super eos effundam quasi aquam iram meam. Calumniam patiens est Ephráim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire post sordes. Et ego quasi tinea Ephráim: & quasi putredo do-D mui Iuda. Et vidit Ephráim languorē suum, & Iudas vinculum suum: & abijt Ephráim ad Assur, & misit ad regem Vltorem: & ipse non poterit sanare vos, nec soluere poterit à vobis vinculum. Quoniā ego quasi leæna Ephráim, & quasi catulus leonis domui Iuda: ego ego capiam & vadam: tollam, & non est qui eruat. Vadens reuertar ad locū meum: donec deficiatis, & quæratis faciem meam.*

S. Reuersi in tribulatione ad Dominū, magna fiducia salutem sibi ab eo promittūt: expostulat Dominus cum Israël & Iuda, quòd neq; beneficijs, neq; prophetarum comminationibus ab idololatria alijsq; iniquitatibus sint reuocati: quum præferat misericordiam sacrificio.

CAP. VI.

A IN tribulatione sua mane consurgent ad me, Venite, & reuertamur ad Dominum: quia ipse cepit, & sanabit nos: per-
1.Cor.15.a cutiet, & curabit nos. ‖ Viuificabit nos post duos dies: in die tertia suscitabit nos, & viue
B mus in cōspectu eius. Sciemus, sequemurq;, vt cognoscamus Dominum: quasi diluculū præparatus est egressus eius, & veniet quasi imber nobis tēporaneus & serotinus terræ. Quid faciam tibi Ephráim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matu-
C tina, & quasi ros mane pertransiens. Propter *&. hoc dolaui in prophetis, *occidi eos in verEcclo.4.d. bis oris mei: & iudicia tua quasi lux egredien
1.Reg.15.e tur. Quia ‖ misericordiam volui, & non sacrificium: ‖ & scientiā Dei plus quàm holocausta. Ipsi autem sicut adam transgressi sunt pactum, ibi præuaricati sunt in me. Galaad ci-
D uitas operantium idôlum, supplantata sanguine. Et quasi fauces virorum latronū, particeps sacerdotum, in via interficiētium pergentes de Sichem: quia scelus operati sunt. In domo Israel vidi horrēdum: ibi fornicationes Ephráim: contaminatus est Israel. Sed & Iuda pone messem tibi, cum conuertero captiuitatem populi mei.

S. Quum sanaturus esset Dominus Israël obstiterunt iniquitates eorum: consentientes enim regum suorū malitiæ, omnes in idololatriam vehementer exercerunt: Dominoq; relicto, conuersi ad Ægypti auxilium, translati sunt in Assyrios. CAP. VII.

A CVm sanare vellem Israel, reuelata est iniquitas Ephráim & malitia Samariæ quia operati sunt mendacium: & fur ingressus est spoliās, latrunculus foris. Et ne fortè dicant in cordibus suis omnē malitiam eorum me recordatum: nunc circundederunt eos adinuentiones suæ, coram facie
B mea factæ sunt. In malitia sua lætificauerunt regem: & in mendacijs suis principes. Omnes adulterantes, quasi clibanus succensus à coquēte: quieuit paululum ciuitas à commixtione fermenti, donec fermēraretur totum.
*Die.1. *Dies regis nostri, cœperunt principes furere à vino: extendit manum suam cum illusoribus. Quia applicauerunt quasi clibanū cor suum, cùm insidiaretur eis: tota nocte dormiuit coquens eos, mane ipse succensus quasi
C ignis flammæ. Omnes calefacti sunt quasi clibanus, & deuorauerunt iudices suos: omnes reges eorum ceciderunt, non est qui clamet in eis ad me. Ephráim in populis ipse cōmiscebatur: Ephráim factus est subcineritius panis, qui non reuersatur. Comederunt alieni
robur eius, & ipse nescit: sed & cani effusi sunt in eo, & ipse ignorauit. Et humiliabitur superbia Israel in facie eius: nec reuersi sunt ad Dominum Deum suum, & non quæsierunt eū in omnibus his. Et factus est Ephraim quasi columba seducta, non habens cor: Aegyptum inuocabant, ad Assyrios abierūt. Et cùm profecti fuerint, expandam super eos
rete meum: quasi volucrem cœli detrahā eos, cædam eos secundum auditionem cœtus eorum. Væ eis, quoniam recesserunt à me: vasta D buntur, quia præuaricati sunt in me: & ego redemi eos, & ipsi locuti sunt contra me mēdacia. Et nō clamauerunt ad me in corde suo, sed vlulabant in cubilibus suis: super triticū & vinum ruminabāt, recesserunt à me. Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum: & in me cogitauerunt malitiā. Reuersi sunt, vt essent absque iugo: facti sunt quasi arcus dolosus: cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ suæ. Ista subsannatio eorum in terra Aegypti.

S. Samariam prædicit cum vitulo suo destruendam per Nabuchodonosor, propter idololatriam: nec ipsorum hostiæ suscipientur, ciuitates aūt Iuda cōcremabuntur. CAP. VIII.

IN gutture tuo sit tuba quasi aquila super A domum Domini: pro eo quòd trāsgressi sunt fœdus meum, & legem meam præua
*inuocabāt. ricati sunt. Me *inuocabunt', Deus meus cognouimus te Israel. Proiecit Israel bonum, 5.
inimicus persequetur eū. Ipsi regnauerūt, & non ex me: principes extiterunt, & nō cognoui. argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi idôla, vt interirent: proiectus est vitulus
tuus Samaria, iratus est furor meus in eos. B vsquequo non poterunt emundari? Quia ex Israel & ipse est: artifex fecit illum, & non est Deus: quoniā in aranearum telas erit vitulus Samariæ. Quia ventum seminabūt, & turbinē metent: culmus stās nō est in eo, germen nō faciet farinā: quod & si fecerit, alieni comedent eam. Deuoratus est Israel: nunc factus est in nationibus quasi vas immūdum.
Quia ipsi ascenderunt ad Assur, onager soli-C tarius sibi. Ephráim munera dederunt amatoribus. Sed & cum mercede conduxerint nationes, nunc congregabo eos: & quiescent paulisper ab onere regis & principum. Quia multiplicauit Ephráim altaria ad peccādum factæ sunt ei aræ in delictum, Scribam ei multiplices leges meas quæ velut alienæ computatæ sunt. Hostias offerent, immolabunt car D nes, & comedent, & Dominus non suscipiet eas: nunc recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum, ipsi in Aegyptum conuertentur. Et oblitus est Israel factoris sui, & ædificauit delubra, & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

S. Dominus in populum Israël famē & captiuitatem

Universidad de Deusto
Biblioteca

tem propter ipsius peccata immittet: nec grata ipsi erunt eorum sacrificia: & quia in peccatis perseuerant, perpetuò electi à Domino permanebunt, vagi inter nationes.

CAP. IX.

A NOli lætari Israel, noli exultare sicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexisti mercedē super omnes areas tritici. Area & torcular non pascet eos: & vinum mentietur eis. Non habitabunt in terra Domini: reuersus est Ephraim in Aegyptū, & in assyrijs pollutum comēdit. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: sacrificia eorum quasi panis lugentium. omnes qui comedēt eum, cōtaminabuntur: quia panis eorum animæ ipsorum, non intrabit in domum Domini. Quid facietis in die solenni, in die festiuitatis Domini? Ecce enim
B profecti sunt à vastitate: Aegyptus congregabit eos, Memphis sepeliet eos: desyderabile argentum eorum vrtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum. Venerunt dies visitationis, venerunt dies retributionis: scitote Israel stultum prophetam, insanum virum spiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ & "multitudo' amentiæ. Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus est super omnes vias eius, insania in do-
"multitudinem.
1.Reg.8.a. mo Dei eius. Profundè peccauerunt, ‖ sicut in diebus Gabaa: recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorū. Quasi vuas in deserto inueni Israel: quasi prima poma ficulneæ in cacumine eius vidi patres eorum: ipsi autem intrauerūt ad Beel-phegor, & abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles sicut ea quæ dilexerūt. Ephraim quasi auis auolauit, gloria eorum à partu, & ab vtero, & à conceptu. Quòd & si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus: sed & væ eis, cùm recessero ab
D eis. Ephraim (vt vidi) Tyrus erat fundata in pulchritudine: & Ephraim educet ad interfectorem filios suos. Da eis Domine. Quid dabis eis? Da eis vuluam sine liberis, & hubera arentia. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos: propter malitiam adinuentionum eorum de domo mea eijciam eos: non addam vt diligam eos, omnes principes eorum recedentes. Percussus est Ephraim, radix eorum exiccata est, fructum nequaquam faciēt. Quòd & si genuerint, interficiam amantissima vteri eorum. Abijciet eos Deus meus, quia non audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

S. Propter idololatriam Israël traditur Assyrijs: & quum à Domino reuocati ad iustitiam, pergant sequi vias suas, omnes eorum munitiones vastabuntur. CAP. X.

VItis frondosa Israel, fructus adæquatus est ei: secundum multitudinem A
fructus sui multiplicauit altaria, iuxta hubertatem terræ suæ exuberauit simulachris. Diuisum est cor eorum, nunc interibunt: ipse cōfringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorum. Quia nunc dicent, Nō est rex nobis: nō enim timemus Dominū: & rex quid faciet nobis? Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus: & germinabit quasi amaritudo iudiciū super sulcos agri. B
Vaccas Beth-áuen coluerunt habitatores Samariæ: quia luxit super eum populus eius, & æditui eius super eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo. Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi Vltori: confusio Ephraim capiet, & confundetur Israel in voluntate sua. Transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem aquæ. Et disperdentur excelsa idōli, peccatū Israel: lappa & tribulus ascendet super aras eorum: Isaiæ.2.d.
‖ & dicent mōtibus, Operite nos: & collibus, Apoc.9.b. Luc.æ.23.d
Cadite super nos. Ex diebus Gabaa peccauit Iud.10.a.b
Israel, ibi steterunt: nō comprehendet eos in C
Gabaa prælium super filios iniquitatis, Iuxta desyderium meum corripiam eos: congregabuntur super eos populi, cum corripientur propter duas iniquitates suas. Ephraim vitula docta diligere trituram, & ego transiui super pulchritudinem colli eius: ascendam super Ephraim, arabit Iudas, confringet sibi Ierem.4.
sulcos Iacob. ‖ Seminate vobis "in iustitia', & "in veritate
metite in ore misericordiæ, innouate vobis iustitiā.14.
nouale: tempus autem requirendi Dominū, D
cùm venerit qui docebit vos iustitiam. Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacij: quia confisus es *&
in vijs tuis, *in multitudine fortium tuorum.
Consurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tuæ vastabuntur sicut vastatus est Salmana à domo eius ‖ qui "vindi- Iudic. 8.c.
cauit' Baal in die prælij, matre super filios al- "iudicauit.
lisa. Sic fecit vobis Beth-el, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

S. Beneficijs ostendit Dominus se diligere populum Israel: sed propter illius scelera tradidit eum Assyrijs: attamen propter suam misericordiam reducet eos: vt in terra sua seruiat Domino, vnà cum Gentibus ad Deum conuersis. CAP. XI.

SIcut mane transit, pertransijt rex Israel. A
Quia puer Israel, & dilexi eum: & ‖ ex Matth.2.c.
Aegypto vocaui filium meum. Vocauerunt eos, sic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & simulachris sacrificabant. Et ego quasi nutritus Ephraim, portabam eos in brachijs meis: & nescierunt quod curarem eos. In funiculis adam trahā eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugū super maxillas eorum: & declinaui ad eum vt vesceretur. Non reuertetur in terram Aegypti, B
& Assur ipse rex eius: quoniam noluerunt conuerti. Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & consumet electos eius, & comedet capita eorum. Et populus meus pendebit ad reditum meum: iugum autem imponetur eis simul, quod non auferetur. Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Israel? quo modo Gen.19.c.
dabo te ‖ sicut Adama, ponam te vt Seboim? C
Conuersum est in me cor meum, pariter cōturbata est pœnitudo mea. Non faciam furorem iræ meæ: Non conuertar vt disperdam Ephraim: quoniam Deus ego, & non homo: in medio tui sanctus, & non ingrediar ciuitatem. Post Dominum ambulabunt, quasi leo D
rugiet: quia ipse rugiet, & formidabunt filij maris. Et auolabunt quasi auis ex Aegypto, & quasi columba de terra Assyriorum: & collocabo eos in domibus suis, dicit Dominus. "negotia-
Circundedit me in "negatione' Ephraim, & tione.
in dolo domus Israel: Iudas autem testis des- "fidelibus.
cendit cum Deo, & cum sanctis "fidelis'.

S. Vanè fidit Israël in Ægypto, vt ab Assur liberetur: sed tam ipsi quàm Iuda reddet Dominus iuxta merita ipsorum: qui immemores beneficiorum Iacob Patriarchæ præstitorum, declinauerunt in auaritiam: quibus tamen pacem offert: carpens potissimùm idololatriam Galaad.

CAP. XII.

A EPhraim pascit ventum, & sequitur æstum: tota die mendacium & vastitatem multiplicat: & fœdus cum Assyrijs iniit, & oleum in Aegyptū ferebat. Iudicium ergo Domini cum Iuda, & visitatio super Iacob: iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet ei. ‖ In vtero supplantauit fra- Gen.25.c. Gen.32.f.
trem suum: & in fortitudine sua directus est cum angelo. Et inualuit ad angelum, & confortatus est: fleuit, & rogauit eum: in Beth-el
B inuenit eum, & ibi locutus est nobiscum. Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale eius, Et tu ad "Deum tuum conuer- "Dominū.
tēris: misericordiam & iudicium custodi, & spera in Deo tuo semper. Chanaan in manu
C eius statera dolosa, calumniam dilexit. Et dixit Ephraim, verūtamen diues effectus sum, inueni idōlum mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem quā peccaui. Et ego Dominus Deus tuus ex Terra-Aegypti, adhuc sedere te faciam in tabernaculis, sicut in diebus festiuitatis. Et locutus super pro-
phetas, & ego visionem multiplicaui, & in
D manu prophetarum assimulatus sum. Si in Galaad idōlum, "tamen' frustra erant in Gal- "Osee.8.
gal bobus immolantes: nam & altaria eorum quasi acerui super sulcos agri. ‖ Fugit Iacob Gen.28.a.
in regionem Syriæ, & seruiuit Israel in vxorem, & in vxorem "seruiuit'. ‖ In propheta "seruauit.7
autem eduxit Dominus Israel de Aegypto: Exo.14.c.
& in propheta seruatus est. Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & opprobrium eius restituet ei Dominus suus.

S. Abominationes Israël ostendit, propter quas ipsi minatur exitium: Dominus dicit se solum esse Deum, & liberatorem, arguens Israël ingratitudinis de beneficijs in deserto acceptis, grauémque ob id vindictam illis comminatur: addens se eos de morte liberaturum, deuictis morte & inferno.

CAP. XIII.

LOquente Ephraim, horror inuasit Is- A
rael: & deliquit in Baal, & mortuus est. Et nunc addiderunt ad peccandum: feceruntque sibi conflatile de argento suo quasi similitudinem idolorum, factura artificum totū est: his ipsi dicunt, immolate homines vitulos adorantes. Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut ros matitunus præteriens, sicut puluis turbine raptus ex a- B
rea, & sicut fumus de fumario. ‖ Ego autem Isai.43.b.
Dominus Deus tuus ex terra Aegypti: & Deum absque me nescies, & saluator non est præter me. Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis. Iuxta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt: eleuauerunt cor suum, & obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum: & consumam eos ibi quasi leo, bestia agri scindet eos.

Perditio tua Israel: tantummodo in me C
auxilium tuum. Vbi est rex tuus? maxime nunc saluet te in omnibus vrbibus tuis: & iudices tui, ‖ de quibus dixisti, Da mihi reges & 1.Re.8.a.
principes. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea. Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum peccatum eius. Dolores parturientis veniēt ei, ipse filius non sapiens. nunc enim non stabit in cō- D
tritione filiorum. De manu mortis liberabo 1.Co.15.g.
eos, de morte redimam eos: ‖ ero mors tua ô Heb.2.d.
mors, morsus tuus ero inferne, consolatio absconditta est ab oculis meis. Quia ipse inter fratres diuidet: ‖ & adducet vrentem ven- Exec.19.d.
tum Dominus de deserto ascendentem: & siccabit venas eius, & desolabit fontem eius, & ipse diripiet thesaurum omnis vasis desyderabilis.

S. Perditionem annuntiat Israëli, propter ipsius peccata: reuocat tamen ad se, & conuersis plurima bona promittit.

CAP. XIIII.

A PEreat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitauit Deum suum: in gladio pereant, paruuli eorum elidantur, & fœtæ eius discindantur. Cõuertere Israel ad Dominum Deum tuum: quoniam corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscũ verba, & cõuertimini ad Dominum: & dicite ei, Omnẽ aufer iniquitatem, & accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum nostrorum. Assur non saluabit nos, super equum non ascendemus: nec dicemus vltrà, Dij nostri opera manuum nostrarum: quia eius qui in te est, misereberis pupilli. Sanabo contritiones eorum, diligam eos spontaneè: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Israel, germinabit C
& Israel germinabit.
sicut lilium: & erumpet radix eius vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria 9.
eius: & odor eius vt Libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viuent tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut vinum Libani. Ephraim quid mihi vltrà idô D
la? ego exaudiam, & dirigam eum ego vt abietem virentẽ: ex me fructus tuus inuentus est. Quis sapiens, & intelliget ista? intelligens, & sciet hæc? quia rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis: præuaricatores verò corruent in eis.

Prologus in Ioel prophetiam.

Ex principio commentariorum Hieronymi in Ioel.

SANCTVS IOEL apud Hebræos post Osee ponitur. Et sicut ibi sub nomine Ephraim, ad decẽ tribus cõfertur vaticinium, quæ vel Samaria, vel Israel sæpe memorantur: sic in hoc propheta omne quod dicitur, ad tribum Iuda & ad Ierusalem pertinere credendum est: & nullam omnino Israelis, id est decem tribuum, in hoc fieri mentionem. Tempora quoque quibus prophetauit, eadem debemus accipere quæ in Osee legimus, In diebus Oziæ, Ioatham, & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israel. Porrò factum esse sermonem Domini, ad meritum eius refertur cui fit, non ad conditionem illius qui ferì dicitur, vt alibi legimus, Dominus factus est mihi in salutem. Auditus autem in scripturis sanctis, non est iste qui ad aures sonat, sed qui in corde percipitur: iuxta illud quod Dominus loquitur in Euangelio, Qui habet aures audiendi, audiat. Quod autem dicitur Hebraicè HAAZINV, Græce, ἐνωτίσασθε, Latine sonat, auribus percipite: propriè non aure, sed corde percipitur. Qui senes sunt & cœlestes, audiunt spiritualiter: qui autem habitant in terra, appellanturque terreni, auribus percipiunt. Vbicunque autem hæc duo verba iuncta ponuntur: non ad simplicem tantum verborum sonum, sed ad reconditam quoque dictorum intelligentiam pertinere intelligendum est. In Genesi Lamech loquitur ad vxores suas Ada & Sella, Audite verba mea vxores Lamech, auribus percipite sermones meos: quia virum occidi in vulnus meum, & iuuenem in liuorem meum. Et Isaias, Audite cœli, & auribus percipe terra.

Prophetia Ioel.

S. Ioël parabola proposita de eruca, locusta, brucho, & rubigine, quatuor plagas contra Iudam vaticinando, hortatur omnes & potissimùm sacerdotes ad planctum, ieiunium & orationem, plangens & ipse vastitatem terræ suæ.

CAP. I.



A VERBVM Domini quod factũ est ad Iohel filiũ Phatuel. Audite hoc senes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: si factum est istud in diebus vestris, aut in diebus patrũ vestrorũ? Super hoc filijs vestris narrate, & filij vestri filijs suis, & filij eorũ generationi alteræ. Residuũ erucæ comẽdit locusta, & residuum locustæ comẽdit bruchus, & residuum bruchi comẽdit rubigo. Expergiscimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedi-
B ne: quoniam perijt ab ore vestro. Gens enim ascẽdit super terram meam, fortis & innumerabilis: dentes eius vt dentes leonis: & molares eius vt catuli leonis: Posuit vineam meam in desertum, & ficum meam decorticauit: nudans spoliauit eam & proiecit, albi facti sunt rami eius. Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ. Perijt sacrificium & libatio de domo Domini: luxerunt sacerdotes ministri Domini. Depopulata est regio, luxit humus: quoniam deuastatũ est triticum, confusum est vinũ, elanguit oleum. Confusi sunt agricolæ, vlulauerunt vinitores super frumento, & hordeo, quia perijt messis agri. Vinea confusa est, & ficus elan-C
guit: malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt: quia confusum est gaudium à filijs hominum. Accingite vos, & plangite sacerdotes, vlulate ministri altaris: ingredimini, cubate in sacco ministri
Infra.2.d. Dei mei: quoniam interijt de domo Dei vestri sacrificium & libatio. ‖ Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, congrate senes, o-
*Domiel.1. mnes habitatores terræ in domum *Dei vestri: & clamate ad Dominum, A, a, a, dieì: quia propè est dies Domini, & quasi vastitas à po-
D tente veniet. Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei nostri, lætitia & exultatio? Computruerunt iumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ: quoniam confusum est triticum. Quid ingemuit animal, mugierunt greges armẽti? Quia non est pascua eis: sed & greges pecorum disperierunt. Ad te Domine clamabo: quia ignis comẽdit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis. Sed & bestiæ agri quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te: quoniam exiccati sunt fontes aquarum, & ignis deuorauit speciosa deserti.

*S. Propheta Iudæis crudelitatem hostium suorum denuntiat, & quàm terribilis erit ipsis dies illa: quapropter ad pœnitentiam eos hortatur: & conuersis magnam pollicetur Dominus prosperitatem, seque daturum spiritum suum super omnem carnem, & magna prodigia ante diem Domini magnum & terribilem, erit-
que saluus omnis qui inuocauerit nomen Domini.* CAP. II.

A CAnite tuba in Sion, vlulate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ. Quia venit dies Domini, quia propè est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis: quasi mane expansum super mõtes populus multus & fortis: similis ei nõ fuit à principio, & post eum non erit vsque in annos generationis & generationis. Ante faciem eius ignis vorans, & post eum exurens flamna: quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti: neque est qui effugiat eum. Quasi aspectus equorum, aspectus eorum: & quasi equites sic current. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exilient, sicut sonitus flammæ ignis deuorantis stipualm, ve-
B lut populus fortis præparatus ad prælium. A facie eius cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam. Sicut fortes currẽt: quasi viri bellatores ascendent murũ: viri in vijs suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis. vnusquisque fratrem suum non coartabit, singuli in calle suo ambulabunt: sed & per fenestras cadent, & non demolientur. Vrbem ingredientur, in muro current, domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur. ‖ A facie eius contremuit terra, moti sunt Matt.13.c.
cœli: sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ re- Marci.13.c
traxerunt splendorem suum. Et Dominus de- Lucæ.21.c.
dit vocem suam ante faciẽ exercitus sui: quia Ezec.32.b
multa sunt nimis castra eius, quia fortia, & fa- C
cientia verbum eius. ‖ magnus enim dies Do- Isaiæ.13.b
mini, & terribilis valdè: & quis sustinebit Iere.30.b
eum? Nunc ergo dicit Dominus, conuertimi- Amos.5.e.
ni ad me in toto corde vestro, in ieiunio, & Soph.1.d.
in fletu & in plãctu. Et scindite corda vestra, & nõ vestimenta vestra, & conuertimini ad
Dominum Deum vestrũ: ‖ quia benignus & Psal.85.a.
misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia. ‖ Quis scit si con- Ionæ.4.a.
uertatur, & ignoscat*, & relinquat post se be- Ionæ.3.d.
nedictionem, sacrificium & libamen Domi- *Deus.
no Deo *nostro? ‖ Canite tuba in Sion, san- *vestro.4.
ctificate ieiunium, vocate cœtum, Congre- Supra.1.c.
gate populum, sanctificate ecclesiam, coadu- D
nate senes: congregate paruulos, & sugentes hubera: egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini: & dicẽt, Parce Domine, parce populo tuo, & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, vt dominentur eis nationes. quare dicunt in populis, Vbi est Deus eorum? Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo. Et respondit Dominus, & dixit populo suo, E
Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinũ, & oleum, & replebimini *eis: & non dabo vos *eo.12.
vltrà opprobrium in Gentibus. Et eum qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis: & expellam eum in terram inuiam & desertam, faciem eius contra mare orientale, & extremum eius ad mare nouissimum: & ascendet fœtor eius, & ascendet putredo eius, quia superbè egit. Noli timere terra, exulta & lætare: quoniam magnificauit Dominus vt faceret. Nolite timere animalia regionis: quia germinauerunt speciosa deserti, quia lignum attulit frũctum suum, ficus & vinea dederũt virtutem suam. Et filij Sion exultate, & lætami- F
ni in Domino Deo vestro, quia dedit vobis doctorem iustitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinũ & serotinũ sicut in principio. Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo. Et reddã vobis annos quos comẽdit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos. Et comedetis vescentes, & saturabimini: & laudabitis nomen Domini Dei vestri qui fecit mirabilia vobiscum, & nõ confundetur populus meus in sempiternum. G
Et scietis quia in medio Israel ego sum: & ego Dominus Deus vester, & non est amplius: & non confundetur populus meus in æ-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Actuũ.2.c. Isai.44.a. ternũ. Et erit post hæc: ‖effundam spiritum meum super omnem carnem: & prophetabũt filij vestri & filiæ vestræ:senes vestri somnia somniabunt,& iuuenes vestri visiones videbunt. Sed & super seruos meos & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum. Et dabo prodigia in cœlo, & in terra, sanguinem, & ignem, & vaporem fumi. ‖Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem:an tequã veniat dies Domini magnus & horribilis. Et erit: ‖omnis qui inuocauerit nomen Domini, saluus erit: quia in monte Sion,& in Ierusalme erit saluatio, sicut dixit Dominus, & in residuis quos, Dominus vocauerit.

Matt.24.c. Luc.21.c. Rom.10.c.

S. *Minatur Dominus afflictionem magnã Gentibus, quæ populũ suum afflixerunt: seque omnes in valle Iosaphat iudicaturum: fons de domo Domini egredietur, & Iudæa in æternum inhabitabitur, sanguine ipsius emundato.*

CAP. III.

A QVia ecce in diebus illis & in tempore illo cùm conuetero captiuitatem Iuda & Ierusalem: Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallẽ Iosaphat: & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israel, quos dispersérunt in nationibus, & terram meam diuiserunt. Et super populum meum miserunt sortem: & posuerunt puerum in prostibulum, & puellam vendiderunt pro vino vt biberẽt. Verùm quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæsthinorum? nũquid vltionem vos redditis mihi? & si vlciscimini vos contra me, citò velociter reddam vicissitudinem
B vobis super caput vestrum. Argentum enim meum & aurum tulistis: & desyderabilia mea & pulcherrima intulistis in delubra vestra. Et filios Iuda, & filios Ierusalem vẽdidistis filijs Græcorum, vt longè faceretis eos de finibus suis. Ecce ego suscitabo eos de loco in quo vendidistis eos: & conuertam retributionem vestram in caput vestrum. Et vendam filios vestros & filias vestras in manibus filiorum Iuda, & vænundabunt eos Sabæis genti longinquæ, quia Dominus locutus est. Clamate hoc in Gentibus, sanctificate bellũ, suscitate robustos: accedant, ascẽdant omnes viri bellatores. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas, Infirmus dicat, Quia fortis ego sum. Erũpite, & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini: ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos. Consurgant, & ascendant Gentes in vallem Iosaphat: quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. ‖Mittite falces, quoniam maturauit messis: venite, & descendite quia plenum est torcular, exhuberant torcularia: quia multiplicata est malitia eorum. Populi populi in valle concisionis: quia iuxtà est dies Domini in valle concisionis. ‖Sol & luna obtenebrati sunt: & stellæ retraxerunt splendorem suum. ‖Et Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suã: & mouebũtur cœli & terra, & Dominus spes populi sui & fortitudo filiorum Israel. Et scietis D quia ego Dominus Deus vester habitans in Sion in monte sancto meo: & erit Ierusalem sancta, & alieni non transibunt per eam amplius. ‖Et erit in die illa: stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte: & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Aegyptus in desolationem erit, & Idumea in desertũ perditionis: pro eo quòd iniquè egerint in filios Iuda, & effuderint sanguinem innocentem in terra sua. Et Iudæa in æternum habitabitur, & Ierusalem in generationem & generationem. Et mundabo sanguinem eorum, quem non mundauerам: & Dominus commorabitur in Sion.

C

Amos.1.d. Amos.9.d.

Præfatio in Amos prophetiam.

OZIAS REX cum Dei religionem solicitè æmularetur: nimio religionis amore prouocatus, contra præceptum legis Moysi arrepto thuribulo (vt in historia libri secundi Paralipomenon ostenditur) sacerdotale officium præsumere conatus est. Ob eam rem terræmotum in templo Dei exortum constat, cuius etiã Zacharias propheta meminit. ¶Ante hunc itaq; terræmotum Amos propheta temporibus prædicti regis, & causas quas memorauit, affuturam denuntiat. Et quia idem propheta in sequentibus ait, Super tribus impietatibus & super quatuor non conuertam eum, tertio peccatorum indulgentiam Deum dare posse significat: quem quarto eadem peccata admittentibus, nec pœnitentiam nec indulgentiam daturum annũtiat. Nam per ignis similitudinem, quem in prædictas gentes immittendum prædixit: grauem atq; irreuocabilẽ Dei iram ad euersionem earundem ciuitatum processuram voluit demonstrare.

Alia

Alia præfatio.

Ex principio commentariorum Hieronymi in Amos.

HIC AMOS propheta & pastor qui sequitur Ioelem, & est tertius duodecim prophetarum, non fuit pater Isaiæ prophetæ: quanquam & ille, propheta extiterit. Nã alijs literis ille, alijs iste apud Hebræos scribitur: quæ differentia literarum apud Latinos non habetur: & ille fortis vel robustus, hic verò populus auulsus interpretatur: quia loquitur contra decem tribus, quæ per idololatriam à cultu Dei, & à regno Dauid erant auulsæ. Fuit autem cognatio eius ex oppido Thecue, quod sex milliaribus distat à Beth-leem: curam gerens pecorum in latitudine camporum qui sunt proximi oppido Thecue, in quibus humo arida atque arenosa nihil omnino frugum gignitur, sed huberrimis pascuis abundant: & ideo cuncta sunt plena pastoribus, & sterilitas terræ compensatur pecorum multitudine. Ex hoc numero pastorum fuit Amos, imperitus sermone, sed non scientia. Prophetauit autem eisdem temporibus quibus Iohel, Nahum, Ionas, Osee, Isaias. Sed aliquantulum exorsus est prophetare antequam Isaias. Maxime autem contra decem tribus locutus est, pauca de duabus interserens. Hunc ablatum de numero pastorum misit Dominus, vt in Samaria prophetaret: quem Amasias sacerdos frequenter plagis afflixit: tandem filius eius Ozias vecte per tempora transfixit. Post hæc semiuiuus in terram suam euectus, post aliquot dies dolore vulneris expiranit: sepultúsque est cum patribus suis.

Prophetia Amos.

S. *Tempus prophetiæ Amos. vltio Domini in Damascum, Philisthæos, Tyrum Idumæam & filios Ammon, quos super quatuor sceleribus non conuertet.*

CAP. I.

A VERBA Amos, qui fuit in 'pastoralibus' Thecue: quæ vidit super Israel in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboã filij Ioas regis Israel, ‖ante duos annos terræmotus. Et dixit, Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam: & luxerunt speciosa pastorum, & exiccatus est vertex Carmeli. Hæc dicit Dominus. Super tribus sceleribus Damasci, & super quatuor non conuertã eum: eo quòd triturauerint in plaustris ferreis Galaad. Et mittam ignem in domum Azael, & deuorabit domos Ben-adad. Et conteram vectem Damasci: & disperdam habitatorem de campo idôli, & tenentem sceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus, Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Gazæ, & super quatuor non conuertã 'eũ': eo quòd transtulerint captiuitatẽ perfectã, vt concluderent eam in Idumæa. Et mittã ignem in murũ Gazæ, & deuorabit ædes eius. Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrũ de Ascalone: & conuertam manũ meam super Accaron, & peribunt reliqui Philisthinorũ, dicit Dominus Deus. Hæc dicit Dominus. Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non conuertam 'eum': eo quòd concluserint captiuitatẽ perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum. Et mittam ignem in murũ Tyri, & deuorabit ædes eius. Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Edõ, & super D quatuor non conuertam eum: eo quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, & violauerit misericordiam eius, & tenuerit vltrà furorem suum, & indignationem suam seruauerit vsque in finem. Mittam ignem in Themã, & deuorabit ædes Bosræ.

'pastoralibus'. 4.

Zach.14.a Iere.25.f. Ioel.3.c.

B

'eum'. 3.

C

'eum'. 2.

Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd dissecuerit prægnãtes Galaad ad dilatandum terminum suum. Et succendam ignem in muro Rabba: & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die cõmotionis. Et ibit Melchom in captiuitatem ipse, & principes eius simul, dicit Dominus.

S. *Vltio Domini in Moab, Iudam, & Israëlem: hisque minatur interitum, quem effugere non poterunt: quia acceptis beneficijs semper fuerunt ingrati, Deique legem abiecerunt.*

CAP. II.

HAec dicit Dominus, Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd incenderit ossa regis Idumææ vsque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Charioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ: & disperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiã cum eo, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus, Super tribus sceleribus Iuda, & super quatuor non conuertam eum: eo quòd abiecerit legẽ Domini, & mandata eius non custodierit. deceperũt enim eos idôla sua, post quæ abierant patres eorum. Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit ædes Ierusalem. Hæc dicit

A

B

Dominus, super tribus sceleribus Israel, & super quatuor nō cōuertam eum: pro eo quòd vendiderit pro argento iustum, & pauperem pro calceamentis. Qui conterunt super puluerem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant, & filius ac pater eius ierunt ad puellam, vt violarent nomen sanctum meum. Et super vestimentis pignoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo dei sui. ‖Ego autem exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum, altitudo eius, & fortis ipse quasi quercus: & contriui fructum eius dēsuper, & radices eius subter. ‖Ego sum qui ascendere vos feci de terra Aegypti: & duxi vos in deserto quadraginta annis, vt possideretis terram Amorrhæi. Et suscitaui de filijs vestris in prophetas, & de iuuenibus vestris nazaræos. nunquid non ita est filij Israel, dicit Dominus? Et propinabatis nazaræis vinum: & prophetis mandabatis dicentes, Ne prophetetis. Ecce ego stridebo ‖subter' vos, sicut stridet plaustrum onustum fœno. Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem suam, & robustus non saluabit animam suam: & tenens arcum non stabit, & velox pedibus suis non saluabitur, & ascensor equi non saluabit animam suam: & robustus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

C

Num.21.e. Deut.2.f.

D

*Super.16.

S. Domum Israël populum olim vnicè electum arguit variorum scelerum: ex quibus paucos dicit seruandos in superuentura afflictione, quam ipsis comminatur. CAP. III.

A Avdite verbum quod locutus est Dominus super vos, filij Israel: super omnem cognationem quam eduxi de terra Aegypti, dicens: Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcirco visitabo super vos omnes iniquitates vestras. Nunquid ambulabūt duo pariter, nisi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in saltu, nisi habuerit prædam? nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili suo, nisi aliquid apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueū terræ, absque aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra, antequam quid cœperit? Si B clanget tuba in ciuitate, & populus non expauescet? si erit malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit? Quia non faciet Dominus Deus verbum, nisi reuelauerit secretum suum ad seruos suos prophetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus est, quis non prophetabit? Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti: & dicite, Congregamini super mōtes Samariæ, & videte insanias multas in medio eius, C & calumniam patientes in penetralibus eius. Et nescierunt facere rectum, dicit Dominus: thesaurizantes iniquitatē. & rapinas in ædibus suis. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Tribulabitur & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripiētur ædes tuæ. Hæc dicit Dominus, Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: sic eruentur filij Israel qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & ‖in Damasci grabato'. Audite & contestamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus exercituum: quia in die cùm visitare cœpero præuaricationes Israel: super eum visitabo & super altaria Beth-el: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram. Et percutiam domum hyemalem cum domo æstiua: & peribunt domus eburneæ & dissipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

D

‖in Damasco grabatii.9.

S. Inuehitur sub typo vaccarum pinguium in iniquos primates Samariæ, ipsorum subsannans idololatriam: & quia filij Israel varijs flagellis à peccatis suis reuocari non potuerit, minatur eis Dominus similia his, quæ prius passi fuerant: hortando vt ad Deum omnipotentem conuertantur. CAP. IIII.

A Avdite verbum hoc vaccæ pingues, A quæ estis in monte Samariæ: quæ calumniā facitis egenis, & cōfringitis pauperes: quæ dicitis dominis vestris, Afferte, & bibemus. Iurauit Dominus Deus in sancto suo, quia ecce dies veniēt super vos, & leuabūt vos in cōtis, & reliquias vestras in ollis feruētibus. Et per aperturas exibitis altera cōtra alterā, & proijciemini in Armon, dicit Dominus. Venite ad Beth-el, & impiè agite: ad Galgalā, & multiplicate præuaricationē: & offerte manè victimas vestras, tribus diebus decimas vestras. Et sacrificate de fermēto laudē: & vocate volūtarias oblationes, & B annūtiate: sic enim voluistis filij Israel, dicit Dominus Deus. Vnde & ego dedi vobis stuporem dentium in cunctis vrbibus vestris, & indigentiā panū in omnibus locis vestris: & non estis reuersi ad me, dicit Dominus. Ego quoq; prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres mēses superessent vsq; ad messem: & pluui super vnam ciuitatē, & super alteram ciuitatem non pluit: pars vna compluta est, & pars C super quam non pluit, aruit. Et venerunt duæ & tres ciuitates ad vnam ciuitatem vt biberent aquam, & non sunt satiatæ: & non redistis ad me, dicit dominus. Percussi vos in vento vrente & in aurugine, multitudinem hortorum vestrorū, & vinearum vestrarum, oliueta vestra & ficeta vestra comēdit eruca: & non redistis ad me, dicit Dominus. Misi in vos mortem in via Aegypti, percussi in gladio iuuenes vestros, vsq; ad captiuitatem equorum

equorum vestrorum: & ascendere feci putredinem castrorum vestrorum in nares vestras, & non redistis ad me, dicit Dominus.

Gene.19.e

Subuerti vos, ‖sicut subuertit Deus Sodomam & Gomorrham, & facti estis quasi torris raptus ab incendio: & non redistis ad me, dicit Dominus. Quapropter hæc faciā tibi Israel: postquam autem hæc fecero tibi, præpara re in occursum dei tui Israel. Quia ecce formans montes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium suum, faciēs matutinam nebulā, & gradiens super excelsa terræ: Dominus Deus exercituum nomen eius.

S. Luget casum Israëlis propheta, reuocans eos ad quærendum Dominum: vt ita possint euadere afflictiones suis peccatis debitas, propter quas vbique planctus erit: odit Dominus festiuitates ac sacrificia eorum, quibus propter idōlolatriam minatur captiuitatem.

CAP. V.

A Avdite verbum istud quod ego leuo super vos planctum. Domus Israel cecidit, & non adijciet vt resurgat. Virgo Israel proiecta est in terram suam, non est qui suscitet eam. Quia hæc dicit Dominus Deus, Vrbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum: & de qua egredie bantur centum, relinquentur in ea decem in domo Israel. Quia hæc dicit Dominus domui Israel, Quærite me, & viuetis. Et nolite B quærere Beth-el, & in Galgalam nolite intrare, & in Ber-sabee nō transibitis: quia Galgala captiua ducetur, & Beth-el erit inutilis. Quærite Dominum, & viuite: ne fortè cōburatur vt ignis domus Ioseph, & deuorabit, & non erit qui extinguat Beth-el. Qui conuertitis in absynthium iudiciū, & iusticiam in terra relinquitis. Facientem Arcturum: & Orionem, & conuertentem in mane tenebras, & diem in noctem mutantem: ‖qui vo- Infra.9.b. C cat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ. Dominus nomen est eius. Qui subridet vastitatem super robustum, & depopulationem super potentem affert. Odio habuerunt corripientē in porta: & loquentem perfectè abominati sunt. Idcircò, pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electā tol- Sopho.1.c. lebatis ab eo: ‖domos quadro lapide ædificabatis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantissimas, & non bibetis vinum earum. Quia cognoui multa scelera vestra, & fortia peccata vestra: hostes iusti accipientes D munus, & pauperes deprimentes in porta. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tēpus malum est. Quærite bonum, & non malum, vt viuatis: & erit Dominus Deus exer- Rom.12.b. Phil.2.d. cituum vobiscum, sicut dixistis. ‖Odite malum, & diligite bonū, & constituite in porta iudicium: si forte misereatur Dominus Deus exercituum reliquijs Ioseph. Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum dominator, In omnibus plateis plāctus: & in cunctis quæ foris sunt, dicetur væ væ: & vocabūt E agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui sciunt plangere. Et in omnibus "vineis' erit *vijs.16. planctus: quia pertransibo in medio tui, dicit Dominus. ‖Væ desyderantibus diem Do- Iere.30.b. Ioel.2.c. mini: ad quid eam vobis? dies Domini ista, Sopho.1.d tenebræ, & non lux. Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebræ dies Domini, & non lux: & ca- F ligo, & non spendor in ea? ‖Odi, & proiecti Isaiæ.1.d. festiuitates vestras: & non capiam odorem Malac.2.c. cœtuum vestrorū. Quòd si obtuleritis mihi holocautomata, & munera vestra, non susciam: & vota pinguium vestrorum non respiciā. Aufer à me tumultum carminū tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam. Et reuelabitur quasi aqua iudiciū, & iustitia quasi torrens fortis. ‖Nunquid hostias & sacri- Actuū.7.e. ficium obtulistis mihi in deserto quadragin G ta annis, domus Israel? Et portastis tabernaculum Moloch *vestro, & imaginem idolo- *Deo. rum vestrorū, sydus Dei vestri, quæ fecistis vobis. Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus, Deus exercituum nomen eius.

S. Comminatur Dominus superbis, & in delicijs agentibus exitium, ac transmigrationem, vnà cum reliquo populo Israël: cuius detestatur superbiam. CAP. VI.

V ‖Ae qui opulenti estis in Sion, & cō- A fiditis in monte Samariæ: optimates Lucæ.6.d. capita populorum, ingredientes pōpatice domum Israel. Transite in Chalanne, & videte, & ite inde in Emath magnam: & descendite in Get Palesthinorū, & ad optima quæque regna horum: si latior terminus eorum termino vestro est? Qui separati estis in diem malum: & appropinquatis solio iniquitatis. Qui dormitis in lectis eburneis, & lasciuitis in stratis vestris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem psalterij: sicut Da- B uid putauerunt se habere vasa cantici. Bibentes vinum in phialis, & optimo vnguento delibuti: & nihil patiebantur super contritione Ioseph. Quapropter nunc migrabunt in capite transmigrantium: & auferetur factio lasciuientium. ‖Iurauit Dominus Deus Iere.51.b. in anima sua, dicit Dominus Deus exercituum, Detestor ego superbiam Iacob, & domos eius odi, & tradam ciuitatem cum habitatoribus suis. Quòd si reliqui fuerint decem

viri in domo vna: & ipsi morientur. Et tollet eum propinquus suus, & cõburet eum, vt efferat ossa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus est, Nunquid adhuc est penes te? Et respõdebit, Finis est, Et dicet ei, Tace, & nõ recorderis nominis Domini. Quia ecce Dominus mandauit, & percutiet domũ maiorem ruinis, & domũ minorem scissionibus. Nũquid currere queunt in petris equi, aut arari potest in bubalis, quoniam cõuertistis in amaritudinem iudicium, & fructum iustitiæ in absynthium? Qui lætamini in nihili: qui dicitis, Nũquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce enim suscitabo super vos domus Israel, dicit Dominus Deus exercituum, gentem: & conterent vos ab introitu Emath, vsque ad torrentem deserti.

S. Deprecatur propheta pœnas quas videt imminere, & dominus comminatur captiuitatẽ, quam Amos sub parabola trullæ cementarij vaticinatur, aduersante licet Amasia sacerdote Beth-el: qui coram rege Israel accusat Amos, suadens ipsi Amos vt eat prophetatum in terram Iuda: sed ostendit se factum à Domino prophetam vt super Israel prophetaret, qui & Amasiæ & Israeli vaticinatur afflictiones.

CAP. VII.

A HAec ostẽdit mihi Dominus Deus: & ecce fictor locustæ in principio germinãtium serotini imbris, & ecce serotinus post "tonsorem gregis'. Et factũ est: cùm consummasset comedere herbam terræ, dixi, Domine Deus propitius esto obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est Dominus super hoc: Non erit, dicit Dominus. Hæc ostẽdit mihi Dominus Deus: & ecce vocabat iudicium ad ignem Dominus Deus, & deuorauit abyssum multã, & comedit simul partẽ. Et dixi, Domine Deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia
B paruulus est? Misertus est Dominus super hoc: Sed & istud nõ erit, dicit Dominus Deus. Hæc ostendit mihi Dominus'*: & ecce
*Deus Dominus stãs super murum litum, & in manu eius trulla cæmentarij. Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Amos? Et dixi, Trullam cæmentarij. Et dixit Dominus, Ecce Ego ponam trullam in medio populi mei Israel: non adijciam vltrà superinducere eum. Et demolientur excelsa idôli, & sanctificationes Israel desolabuntur: & consurgã super domum Ieroboam in gladio. Et misit Amasias sacerdos Beth-el ad Ieroboam regem Israel, dicens, Rebellauit cõtra te Amos in medio domus Israel: non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hæc enim dicit Amos, In gladio morietur Ieroboã & Israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos, Qui vides, gradere, fuge in terrã Iuda: & comede ibi panem, & prophetabis ibi. Et in Beth-el non adijcies vltrà vt prophetes: quia sanctificatio regis est, & domus regni est. Respondit q; Amos, & dixit ad Amasiam, Non sum propheta, & non sum fi- D
lius prophetæ: sed armentarius ego sum vellicãs sycomoros. Et tulit me Dominus cùm sequerer gregem: & dixit Dominus ad me, Vade, propheta ad populũ meum Israel. Et nunc audi verbũ Domini, Tu dicis, Non prophetabis super Israel, & non stillabis super domũ idôli. Propter hoc hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

S. Amos sub parabola vncini pomorum prophetat finem imminere regni Israël, propter pauperum oppressiones: acerbitatem verò imminentis calamitatis explicat: ac festiuitates eorum dicit in luctum conuertendas, fameq; verbi Dei futuram denuntiat.

CAP. VIII.

A HAec ostendit mihi Dominus Deus: & ecce vncinus pomorum. Et dixit, Quid tu vides Amos? Et dixi, Vncinum pomorũ. Et dixit Dominus ad me, Venit finis super populũ meum Israel: non adijciã vltrà vt pertranseam eum. Et stridebunt cardines tẽpli in die illa, dicit Dominus Deus: multi morientur: in omni loco proijcietur silentium. Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ, dicentes, Quando transibit "mesis', & venundabimus merces, & sabbathum, & aperiemus frumentũ: vt imminuamus mensuram, & augeamus siclum, & supponamus statêras dolosas, Vt possideamus in argento egenos & pauperes, pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus? Iurauit Dominus in "superbia' Iacob, Si oblitus fuero vsque ad finem omnia opera eorum. Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habitator eius: & ascẽdet quasi fluuius vniuersus, & ejcietur, & defluet quasi riuus Aegypti? Et erit in die illa, dicit Dominus* occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. ‖ & cõuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum: & inducam super omne dorsum vestrum saccum, & super omne caput caluitiũ: & ponã eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum. Ecce, dies veniunt, dicit Dominus: & emittã famem in terram: non famẽ panis, neq; sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini. Et commouebuntur à Mari

"tonsionem regis. 2.

"mensis. 1.

"superbiam

*Deut. 1.

Tobiæ. 2. b
1. Mach. 1. e

Mari vsque ad mare, & ab Aquilone vsque ad Orientẽ: circuibunt quærentes verbũ Domini, & non inuenient. In die illa deficient virgines pulchræ, & adolescentes in siti. Qui iurant in delicto Samariæ, & dicunt, Viuit deus tuus Dan, & viuit via Ber-sabee. & cadent & non resurgent vltrà.

S. Vastaturum se dicit Dominus impios, sic vt nulli pateat effugium, postea tamen suscitabit tabernaculum Dauid, & filiorum Israël captiuitatem conuertet, cum magna ipsorum fœlicitate.

CAP. IX.

A VIdi Dominum stantem super altare: & dixit, Percute cardinem, & commoueantur superliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga' eis: fugient', & non saluabitur ex eis qui fugerit.
'Aut qui fugerit. 3.
Ps. 138. a. ‖ Si descenderint vsq; ad infernum: inde manus mea educet eos: & si ascenderint vsq; in cœlum, inde detraham eos. Et si absconditi fuerint in vertice Carmeli, inde scrutans auferam eos: & si celauerint se ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos. Et si abierint in captiuitatem coram inimicis suis, ibi mandabo gladio, &
Ierem. 44. c
B occidet eos: ‖ & ponam oculos meos super eos in malum, & non in bonum. Et Dominus Deus exercituum qui tangit terram, & tabescet: & lugebunt omnes habitãtes in ea: & ascẽdet sicut riuus omnis, & defluet sicut fluuius Aegypti. Qui ædificat in cœlo ascensionem suam, & fasciculum suum super terram fundauit: ‖ qui vocat aquas maris, & ef- Supr. 5. c.
fundit eas super faciem terræ, Dominus nomen eius. Nunquid non vt filij Aethiopum vos estis mihi, filij Israel, ait Dominus? nunquid non Israel ascendere feci de terra Aegypti: & Palæsthinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene? Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, & conteram illud à C
facie terræ: veruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Dominus: Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Israel, sicut concutitur in cribro: & non cadet lapillus super terram. In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicunt, Non appropinquabit, & non veniet super nos malum, In die illa ‖ suscitabo tabernaculum Dauid, quod Actu. 15. c.
cecidit: & reædificabo aperturas murorum eius, & ea quæ corruerãt instaurabo: & reædificabo eũ sicut in diebus antiquis. Vt possideãt reliquias Idumææ, & omnes nationes, eo quod inuocatũ sit nomẽ meum super eos dicit Dominus faciens hæc. Ecce dies veniũt, D
dicit Dominus: & comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen: & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt. ‖ Et conuertam captiuitatem Ioel. 3. d.
populi mei Israel: & ædificabunt ciuitates desertas, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & bibent vinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: & non euellam eos vltrà de terra sua quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

PROLOGVS IN ABDIÆ prophetiam.

IACOB patriarcha habuit fratrem Esau: qui ob coctionem rufam, propter quam vendidit primogenita, Edom Hebræa lingua appellatus est, quod Latinè rufus dicitur. Is memoratum fratrem suum, qui Israel nomen accepit, graui odio commotus interimere conatus est. Qua de causa omnes qui populum Israel, id est filios patriarchæ Iacob, prædicti Esau odium imitati, persecuti sunt, Esau & Edom appellati sunt, & quia populus Israel de captiuitate Chaldęorum per Cyrum regem Persarum nutu Dei reuocatus in Ierusalem, ab alio regno grauiter afflictus atq; oppressus est: ideo hoc regnum, quod more Esau, prædictum populum persecutum est, per denuntiationẽ Abdiæ prophetę increpatur, quod non Dei indignationẽ, sed sua virtute populum superatum gloriabatur, de quo regno olim per Dauid in Psalmo centesimo trigesimo sexto dictum est, Memorare Domine filiorum Edom in die Ierusalem. Nã reliqua lectione comprehensa, futurum in Gentes iudicium ob causas lectione comprehensas: regnũmq; Dei in populo Israel significatur. Hebræi hunc dicunt esse, qui sub rege Samariæ Achab, & impijssima Iezabel, pauit centum prophetas in specubus, qui non curuauerunt genu ante Baal: & de septem millibus erat, quos Elias arguitur ignorasse. Sepulchrum quoq; eius vsq; hodie cum mausoleo Elisei prophetæ & Baptistæ Iohannis, in Sebaste veneration habetur, quę olim Samaria dicebatur. Hanc Herodes rex Iudææ, Antipatri filius, in honorem Augusti cæsaris Greco nomine vocauit Augustam. Hic igitur quia centum prophetas pauerat, accepit gratiam prophetalem: & de duce exercitus, fit dux ecclesiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat, nũc in toto orbe CHRISTI pascit ecclesias. & φιρώνυμ☉ sicut in Actis Apostolorum Stephanus martyrio coronatus: ita & hic, seruus appellatus est Domini.

Prophetia

Universidad de Deusto
Biblioteca

S. *Vaticinatur exitium aduersus Idumæos, qui affligebant ac subsannabant filios Israel: qui tamen reducti, dominium accipient in eos qui ipsos afflixerant.*

A Ier.49.c. VISIO Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad Edom, ‖Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad Gentes misit, Surgite, & consurgamus aduersus eum in prælium. Ecce paruulum dedi te in Gentibus: contemptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum: qui *dicis in corde tuo', Quis detrahet me in terram? ‖Si exaltatus fueris vt aquila, & si inter sydera posueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus. Si fures introissent ad te, si latrones per noctem: quomodo conticuisses? nónne furati essent sufficiétia sibi? si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemũ reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt Esau: inuestigauerunt abscondita eius? Vsq; ad terminum emiserunt te omnes viri fœderis tui: illuserunt tibi: inualuerunt aduersum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent insidias subter te: nõ est prudẽtia in eo. ‖Nunquid nõ in die illa dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau? Et timebunt fortes tui à Meridie, vt intereat vir de monte Esau. Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Iacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. In die cum stares aduersus ▷ eum', quando capiebant alieni exercitum eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & super Ierusalẽ mittebant sortem: tu quoque eras quasi vnus ex E eis. Et non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & non lætaberis super filios Iuda, in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die angustiæ. Neq; ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: neque despicies & tu in malis eius in die vastitatis illius: & nõ emittẽris aduersus exercitũ eius in die vastitatis illius. Neq; stabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint & non concludes reliquos eius in die tribulationis. Quoniam iuxta est dies Domini su F per omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam conuertet in caput tuum. *bibistiQuomodo enim *bibistis' super montem sanctum meum, bibent omnes gentes iugiter: & bibent & absorbebunt, & erunt quasi non sint. Et in monte Sion erit saluatio, & erit sanctus: & possidebit domus Iacob eos qui se possederant. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioseph flamma, & domus Esau stipula: & succendentur in eis, & deuorabunt eos G & non erunt reliquiæ domus Esau, quia Dominus locutus est. Et hæreditabunt hi qui ad Austrum sunt montem Esau, & qui in campestribus Philisthijm: & possidebunt regionem Ephráim & regionem Samariæ: & Beniamin possidebit Galaad. Et transmigratio exercitus huius filiorum Israel, omnia *Cha nanæorum vsq; ad Sareptam: & transmigratio Ierusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit ciuitates Austri. Et ascendent saluatores in montem Sion iudicare montem Esau: & erit Domino regnum.

Isaiæ.29.c.

D ▷.4.

*loco.

Prologus in prophetiam Ionæ.

Ex proœmio commentariorum Hieronymi in Ionam.

IONAM sanctum Hebræi affirmant filium fuisse mulieris viduæ Sareptanæ, quem Elias propheta mortuum suscitauit: matre postea dicente ad eum, Nunc cognoui quia vir Dei es tu: & verbum Dei in ore tuo veritas est. Ob hanc etiam causam ipsum puerum sic vocauit Amathi. Amathi enim in nostra lingua, veritatem sonat. Et ex eo quòd verũ Elias locutus est: ille qui suscitatus est, filius esse dicitur veritatis. Ideo de veritate columba nascitur: quia Ionas columbã sonat. In cõdemnationem autem Israel Ionas ad gentem mittitur: quòd Niniue agente pœnitẽtiam, illi in malitia perseuerant. Temporibus quippe Ieroboã filij Ioas regis Israel, qui Deo derelicto, cum populo suo in Samaria idõlis sacrificabat, Ionam prophetam fuisse, quartusliber Regum indicat. Is cum prophetia illuminante peccatores ciuitatis Niniue Dei misericordiam consecuturos videret: ne falsa prædicare videretur, ad denuntiandum interitum eiusdem ciuitatis ire nolebat. Nam sicut Deus ad Abraham de impietate Sodomorum & Gomorrhæorum locutus est, Clamo Sodomorum & Gomorrhæum peruenit ad me: Ita: & de Niniue dicitur, Eo quòd ascenderit clamor malitiæ eius ad Deum. Et quia sententia Dei de Sodomis facta, minime reuocata est: ita & Ionas aduersum Niniuen prolatam sententiam reuocari nolebat: diuinæ dispensationis ignarus, qui salutem hominum ad se cõuertentiũ magis vult, quàm interitum. Hoc illi acciderat quod & sancto Eliseo, qui filium Sunamitidis mulieris, mortuum ignorauit. Ideo à conspectu Dei fugere se Ionas putabat, humanum aliquid passus, dicente Dauid, Quò ibo à spiritu tuo: & à facie tua quò fugiam?



S. *Ionas à Domino missus, vt in Niniue prædicaret, nauigio fugit in Tharsis à facie Domini, quo immittente in nauim tempestatem, iactisq; sortibus, deprehensus Ionas in mare mittitur, cessatq; tempestas.*

CAP. I.

A ET FACTVM est verbũ Domini ad Ionam filiũ Amathi, dicens, Surge, & vade in Nini uen ciuitatem grandem, & prædica in ea: quia ascendit malitia eius coram me. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini, & descẽdit in Ioppen, & inuenit nauem euntem in Tharsis: & dedit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis à facie Domini. Dominus autem misit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad deum suum: & miserunt vasa quæ erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descẽdit ad interiora nauis, & dormiebat sopore grauii. Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid tu sopore deprimeris? surge inuoca deũ tuum, si fortè recogitet Deus de nobis, & nõ pereamus. Et dixit vir ad collegam suum, Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malũ si nobis. Et miserunt sortes: & cecidit sors super Ionam. Et dierunt ad eum, Indica nobis cuius causa malũ istud sit nobis: quod est opus tuũ? quæ terra tua? & quo vadis? vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos, C Hebræus ego sum, & Dominum deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum, Quid hoc fecisti? Cognouerunt enim viri quòd à facie Domini fugeret: quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum, Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumescebat. *Et dixit ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis *super vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, & intumescebat super eos. Et clamauerũt ad Dominum, D & dixerunt, Quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti fecisti. Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.

*super eos.

*est.

S. *Ionas à ceto quem Dominus præparauerat absorptus fuit in eo tribus diebus & tribus noctibus: quum á de ventre eius oraſſet Dominum, ipsius iussu in aridam euomitur.*

CAP. II.

ET præparauit Dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionam: ‖& erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de ventre piscis. Et dixit,

A Matt.12.c. 16.a. Lucæ.11.d 1.Cor.15.a

‖Clamaui de tribulatione mea ad Dominũ, & exaudiuit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Pſal.119.a

Et proiecisti me in profundum in corde maris, & flumen circundedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierũt B

Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculorum tuorum: veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum.

‖Circundederunt me aquæ vsq; ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Pſal.68.a C

Ad extrema montium descendi, terræ vectes concluserunt me in æternum: & subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.

Cùm angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.

Qui custodiunt vanitates frustra, misericor D diam suam derelinquunt.

Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunq; vouì reddã pro salute Domino.

Et dixit Dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.

S. *Rursum missus Ionas ad Niniuitas prædicat ciuitatis subuersionem, illis autẽ ad Deũ conuersis, & magna pœnitentiæ signa ostendentibus,*

dentibus, parcit Dominus ciuitati.

CAP. III.

A ET factum est verbum Domini ad Ionam secundo, dicens, Surge, & vade in Niniuē ciuitatem magnam, & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abijt in Niniuen iuxta verbum Domini, & Niniue erat ciuitas magna itinere trium dierū. Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta dies, & Nini-

B ue subuertetur. ‖ Et crediderunt viri Niniuitæ in Deum: & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt saccis à maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum ad regem Niniue: & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentū suum à se, & indutus est sacco, & sedit in ci-

C nere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens, Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquam: nec pascantur, & aquam non bibant. Et operiantur saccis homines & iumenta, & clament ad Dominum in fortitudine:

D & conuertatur vir à via sua mala & ab iniquitate quæ est in manibus eorum. ‖ Quis scit si conuertatur, & ignoscat Deus: & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum quia cōuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit.

Matt. 12. d. Lucæ. 11. c.

Ierē. 18. b. Ioel. 2. c.

S. Afflictus Ionas quia vaticinium suum aduersus Niniuen videbat non impleri, mortem optat: verum à Domino corripitur, qui iniustam ipsius indignationem conuincit, quod putaret se rectè dolere de arefacta hedera, & tamen noluerit Dominum parcere Niniue ciuitati maximæ, in qua erant plus quā. 120000. eorum qui non peccauerant.

CAP. IIII.

ET afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est: & orauit ad Dominum, & dixit, Obsecro Domine, nunquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerē in Tharsis. ‖ Scio enim quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscēs super malitia. Et nunc Domine tolle quæso animam meam, à me: quia melior est mihi mors quàm vita. Et dixit Dominus, Putàsne bene irasceris tu? Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientem ciuitatis: & fecit sibimet vmbraculum ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. Et præparauit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eū, laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hedera, lætitia magna. Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum: & percussit hederam & exaruit. Et cum ortus fuisset sol, præcepit Dominus vento calido & vrenti: & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat, & petiuit animæ suæ vt moreretur, & dixit, melius est mihi mori, quàm viuere. Et dixit Dominus ad Ionā, Putàsne bene irasceris tu super hederam? Et dixit, Bene irascor ego vsque ad mortem. Et dixit Dominus, Tu doles super hederam, in qua non laborasti, neque fecisti vt cresceret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte perijt: Et ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa?

Pſal. 85. 2. Ioel. 2. c.

PROLOGVS IN MICHÆÆ prophetiam.

TEMPORIBVS Ioatham & Achaz & Ezechiæ regum Iuda, Michæam prophetam ad hanc prophetiam Spiritu sancto repletum fuisse, lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero regum, Ioatham & Ezechiam Deo ob religionem placuisse, historia libri quarti Regum, & secundi Paralipomenon indicat. Achaz verò relicto Deo, idôla Samariæ, quibus etiam filios suos in sacrificium igni concremandos obtulerat, coluisse constat. Quam ob rem, Deus Samariam, quæ reges Israel & Iuda memoratorum simulachrorum superstitione fefellerat, increpans, indignationem suam in eam processuram comminatus est. Populo etiam Israel præuaricatori, & principibus eius, qui eundem populum fallaci suasione ad colenda idôla impulerant, verbis in sequentibus, captiuitatem, & interitum affuturum denuntiat.

Michææ

Michææ prophetia.

S. Quo tempore Michæas prophetauerit, comminatur Samariæ & Ierusalem exitium & captiuitatem propter idololatriam ipsorum: quos plangit propheta & ad planctum prouocat.

CAP. I.

A VERBVM Domini quod factum est ad Michæam Morasthitē, in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: quod vidit super Samariam &

Iſaiæ. 26. d Ierusalem. ‖ Audite populi omnes: & attendat terra & plenitudo eius: & sit Dominus Deus vobis in testem, Dominus de templo sancto suo. Quia ecce Dominus egredietur de loco suo: & descēdet, & calcabit super excelsa terræ. Et consumentur montes subtus eum: & valles scindentur sicut cera à facie i-

B gnis, sicut aquæ quæ decurrūt in præceps. In scelere Iacob omne istud, & in peccatis domus Israel. quod scelus Iacob? nónne Samaria? & quæ excelsa Iudæ? nónne Ierusalem? & ponam Samariam quasi aceruum lapidum in agro cum plantatur vinea: & detraham in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. Et omnia sculptilia eius cōcidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idôla eius ponam in perditionē: quia de mercedibus meretricis congregata, sunt & vsq; ad mercedē meretricis reuertētur. Super

C hoc plangam, & vlulabo: vadam spoliatus & nudus: faciam planctum velut draconum, & luctum quasi struthionum: Quia desperata est plaga eius, quia venit vsq; ad Iudam, tetigit portam populi mei vsq; ad Ierusalem. In Geth nolite annuntiare, lachrymis ne plorete: in domo Pulueris puluere vos conspergite. Et transite vobis habitatio Pulchra, confusa ignominia: non est egressa, quæ habitat In-exitu: planctum Domus vicinæ accipiet ex vobis, quæ stetit sibimet. Quia in-

D firmata est in bonum quæ habitat In-amaritudinibus: quia descendit malum à Domino in portam Ierusalem. Tumultus quadrigæ stuporis habitanti Lachis: principium peccati est filiæ Sion, quia in te inuenta sunt scelera Israel. Propterea dabit emissarios super Hæreditatem Geth: domos Mendacij in deceptionem regibus Israel. Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Maresa: vsq; ad Odollam veniet gloria Israel. Decaluare, & tondēre super filios deliciarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.

S. Propheta populi sui multiplicem iniustitiam, aliaq; peccata recensens, prædicit vindictam & captiuitatem ipsi imminere: & ob id lugēs: reliquiarum futuram congregationem denuntiat.

CAP. II.

A VAE qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius. Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce ego cogito super familiam istam malum: vnde non auferetis colla vestra, & nō ambulabitis superbi, quoniam tempus pessimum est. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canticum cum suauitate, dicentium, De populatione vastati sumus: pars populi mei commutata est: quomodo recedet à me, quum reuertatur qui regiones nostras diuidat? Propter hoc non erit tibi mittens funiculum sortis in cœtu Domini*.

*ô Israel.

B Ne loquamini loquentes, Non stillabit super istos, non comprehendet confusio. Dicit domus Iacob, Nunquid abbreuiatus est spiritus Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nónne verba mea bona sunt cum eo qui

C rectè graditur? Et econtrario populus meus in aduersarium consurrexit: desuper tunicam pallium sustulistis, & eos qui trāsibant simpliciter, conuertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarū suarum: à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuum. Surgite, & ite, quia non habetis hic requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. Vtinam nō essem vir habens spiritum, & mendacium potius loquerer: stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem: & erit super quem stillatur populus iste. Congregatione congregabo Iacob D totum te: in vnum conducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos: diuident, & transibunt portam, & egredientur per eam: & trāsibit rex eorum coram eis: & Dominus in capite eorum.

S. Propter peccata principum, iudicum, pseudoprophetarum, ac sacerdotum populi Israel, comminatur Dominus grauem vltionem, & Ierosolymæ deletionem.

CAP. III.

ET dixi, Audite principes Iacob, & duces domus Israel, Nunquid non vestrū A est scire iudiciū, qui odio habetis bonū, & diligitis malum: qui volēter tollitis pelles

eorum

eorum déſuper eis,& carnem eorum déſuper oſsibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei,& pellem eorum déſuper excoriauerunt: & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebête, & quaſi carnem in
B medio ollæ. Tunc clamabunt ad Dominũ,& nõ exaudiet eos: & abſcõdet faciem ſuam ab eis in tempore illo,ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis. Hæc dicit Dominus ſuper prophetas qui ſeducũt populum meũ: qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem:& ſiquis nõ dederit in ore eorum quip-
C piam,ſanctificãt ſuper eum prælium. Propterea nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas, & obtenebrabitur ſuper eos dies. Et confundentur qui vident viſiones,& confundentur diuini: & operient omnes vultus ſuos,quia non eſt reſponſum Dei. Veruntamẽ ego repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini,iudicio & virtute: vt annuntiem Iacob
D ſcelus ſuum,& Iſrael peccatum ſuum. Audite hoc principes domus Iacob,& iudices domus Iſrael:qui abominamini iudicium,& omnia recta peruertitis. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus,& Ieruſalẽ in iniquitate. ‖Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacer- Ezec.22.f. Soph.3.a.
dotes eius in mercede docebant,& prophetæ eius in pecunia diuinabant: & ſuper Dominum requieſcebant,dicentes, Nunquid non Dominus in medio noſtrum? non venient Iere. 26.f.
ſuper nos mala.‖Propter hoc, cauſa veſtri, Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum.

S. Tempore gratiæ plurimæ nationes accedent ad eccleſiam & cultum Dei, cum magna ſecuritate: conſolatur Sion quòd de captiuitate ſit à Domino redimenda, vt ſe de ſuis inimicis vlciſcatur. CAP. IIII.

A ET ‖erit, in nouiſsimo dierum erit mõs domus Domini præparatus in vertice Iſaiæ.2. a.
montium, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum populi. Et properabũt gentes multæ,& dicent, Venite,aſcendamus ad mõtem Domini & ad domum Dei Iacob:& docebit nos de vijs ſuis, & ibimus in ſemitis eius:quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Iuruſalẽ. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vſq; in longinquum: & cõcident gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in ligones: non ſumet gens aduerſus gentem gladium:& nõ diſcent
B vltrà belligerare. Et ſedebit vir ſubtus vineã ſuam,& ſubtus ficũ ſuam,& nõ erit qui deterreat:quia os Domini exercituũ locutum eſt. Quia omnes populi ambulabunt vnuſquiſq; in nomine Dei ſui:nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei noſtri in æternum & vltrà. In die illa,dicit Dominus,congrega bo claudicantem:& eã quam eieceram,colli- *conſolabor Sopho.3.d
dicantem in reliquias: & eam quæ laboraue- C
gam,& quam affligeram,*. ‖Et ponam clau- Lucæ.1.c. Daniel.7.d
rat,in gentem robuſtam:‖& regnabit Domi nus ſuper eos in monte Sion,ex hoc nunc & vſq; in æternum. Et tu turris gregis,nebuloſa *filiæ Sion vſq; ad te veniet: & veniet pote- *filia.
ſtas prima regnũ filiæ Ieruſalem. Nũc quare mœrore contraheris? nunquid rex non eſt tibi:aut conſiliarius tuus perijt,quia comprehendit te dolor ſicut parturientem? Dole, & ſatage filia Sion quaſi parturiens: quia nunc egredieris de ciuitate,& habitabis in regione, D
& venies vſq; ad Babylonem, ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorũ tuorum. Et nunc congregatæ ſunt ſuper te gẽtes multæ:quæ dicunt, Lapidetur. & aſpiciat in Sion oculus noſter. Ipſi autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non intellexerunt conſiliũ eius: quia cõgregauit eos quaſi fœnum areæ. Surge,& tritura filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum,& fortitudinem eorum Domino vniuerſæ terræ.

S. Imminente urbis Ieruſalem vaſtatione oſtenditur, & Chriſtus in Beth-lehem naſciturus: reliquiæ Iſraël exaltabuntur, deiectis inimicis, & ablata ab ipſis idololatria. CAP. V.

A NVnc vaſtaberis filia latronis: obſidionem poſuerunt ſuper nos, in virga percutiẽt maxillam iudicis Iſrael.
‖Et tu Beth-lehem Ephrãta, paruulus es in Matth.2.a. Iohan.7.c.
millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael: & egreſſus eius ab initio
B à diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos *c.10.
vſq; ad tempus,in quo parturiens pariet: *reli quiæ fratrum eius conuertentur ad filios Iſrael. Et ſtabit, & paſcet in fortitudine Domi B
ni, in ſublimitate nominis Domini Dei ſui: & conuertentur, quia nunc magnificabitur vſque ad terminos terræ. Et erit iſte *pax: Aſ- *pax Aſſyrijs.5.
ſyrius' quum venerit in terram noſtram, & quando calcauerit in domibus noſtris:& ſuſcitabimus ſuper eum ſeptẽ paſtores, & octo primates homines. Et paſcent terram Aſſur in gladio, & terram Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Aſſur,quum venerit in terram noſtram,& quũ calcauerit in finibus noſtris. Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorũ C
multorum quaſi ros à Domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbam quæ non expectat virum, & non præſtolatur filios hominum. Et erunt reliquiæ Iacob in Gentibus in medio populorum multorum, quaſi leo in iumentis ſyluarum

rum,& quaſi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cum tranſierit, & conculcauerit, & *Et.
ceperit, non eſt qui eruat. *Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici D
tui interibunt. Et erit in die illa,dicit Dominus: auferam equos tuos de medio tui,& diſperdam quadrigas tuas. Et perdam ciuitates terræ tuæ, & deſtruam omnes munitiones tuas,& auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. Et perire faciam ſculptilia tua,& ſtatuas tuas de medio tui: & non adorabis vltrà opera manuum tuarum. Et euellam lucos tuos de medio tui: & conteram ciuitates tuas. Et faciam in furore & in indignatione vltionẽ in omnibus gentibus quæ non audierunt.

S. Diſceptat Dominus cum ingratis, recenſens collata illis beneficia, indicans etiam quid ſit bonum,& quid Dominus à populo ſuo requirat: ſed propter iniuſtitiam aliaq; ſcelera filiorum Iſrael, comminatur eis Dominus varias afflictiones. CAP. VI.

A AVdite quæ Dominus loquitur, Surge,contende iudicio aduerſum montes, & audiant colles vocem tuam. Audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamẽta terræ: quia iudicium Domini cum populo ſuo,& cum Iſrael dijudicabitur. Deut.25.c
Populemeus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi? reſpõde mihi.‖Quia eduxi te de Mich.22.a 23.b.
Terra-Aegypti, & de domo ſeruientium liberaui te:& miſi ante faciem tuam Moyſen, & Aaron, & Mariam? Populemeus memento quæſo‖quid cogitauerit Balach rex Moab: & quid reſponderit ei Balaam filius Beor, de
B Setim vſq; ad Galgalam, vt cognoſceres iuſtitias Domini. Quid dignum offeram Domino, curuabo genu Deo excelſo? nunquid offeram ei holocautomata & vitulos anniculos? Nunquid placari poteſt Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? nunquid dabo primogenitum meum pro ſcelere meo, fructum vẽtris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum,& quid Dominus requirat à te, Vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiã, & ſolicitum ambulare cũ Deo tuo. Vox Domini ad ciuitatẽ clamat, & ſalus Sophon.6.
C erit timentibus nomen* tuũ: audite tribus,& quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij theſauri iniquitatis,& menſura minor iræ plena. Nunquid iuſtificabo ſtateram impiã,& ſaccelli põdera doloſa? In quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebãtur mendacium,& lingua eorũ fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo cœpi Deut.28.d Aggæ.1.b.
percutere te perditione ſuper peccatis tuis. ‖Tu comedes,& non ſaturaberis:& humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & non ſaluabis, & quos ſaluaueris, in gladium dabo. Tu ſeminabis, & non metes: tu calcabis D
oliuam,& non vngẽris oleo: & muſtum, & non bibes vinũ. Et cuſtodiſti præcepta Amri,& omne opus domus Achab:& ambulaſti in *voluptatibus eorum, vt darem te in perdi- *voluntatibus.3.
tionem,& habitantes in ea in ſibilum,& opprobrium populi mei portabitis.

S. Luget propheta tam paucos eſſe reliquos, qui non ſint iniqui: in nullo homine oſtendit eſſe confidendum, ſed in ſolo Deo ſaluatore: qui miſerebitur Sion: & pudefactis inimicis eam ad ſe reducet, completis factas ad patres promiſsiones. CAP. VII.

VAe mihi, quia factus ſum ſicut qui A
colligit in autumno racemos vindemiæ:nõ eſt botrus ad comedendum, præcoquas ficus deſyderauit anima mea. Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus nõ eſt:omnes in ſanguine inſidiãtur, vir fratrem ſuum ad mortem venatur. Malum manuum ſuarum dicũt bonum:princeps poſtulat,& iudex in reddendo eſt: & magnus locutus eſt deſyderium animæ ſuæ, & conturbauerunt eam. Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus:& qui rectus,quaſi ſpina de ſepe. Dies ſpeculationis tuæ, viſitatio tua venit: nunc erit vaſtitas eorum. Nolite credere amico: & nolite confidere in duce:ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. Quia filius B
contumeliam facit patri, & ‖ filia conſurgit Matt.10.c
aduerſus matrem ſuam, nurus aduerſus ſocrum ſuam:& inimici hominis domeſtici eius. Ego autem ad Dominum aſpiciam,expectabo Deum ſaluatorem meum: audiet me deus meus. Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi,conſurgam quum ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt. Iram Domini portabo,quoniam peccaui ei: donec cauſam meam iudicet,& faciat iudiciũ meum:educet me in lucem,videbo iuſtitiã eius. Et aſpiciet inimica mea,& operietur cõfuſione,quæ dicit ad me, Vbi eſt Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem, vt lutum platearum. Dies vt C
ædificentur maceriæ tuæ:in die illa longè fiet lex. In die illa & vſque ad te veniet Aſſur, & vſque ad ciuitates munitas: & à ciuitatibus munitis vſque ad flumen, & ad mare de mari,& ad montem de mõte. Et terra erit in deſolationem propter habitatores ſuos,& propter fructum cogitationum eorũ. Paſce populum tuũ in virga tua, gregẽ hæreditatis tuæ, habitãtes ſolos in ſaltu,in medio Carmeli:paſcẽtur Baſan & Galaad iuxta dies antiquos. Secundũ dies egreſsionis tuæ de Terra-Aegypti oſtendam ei mirabilia. Videbunt gentes,

& con-

& confundentur super omni fortitudine sua: ponent manum super os, aures eorum
D surdæ erunt. Lingent puluerem sicut "serpens, velut reptilia terræ proturbabuntur de
"serpentes. ædibus suis: Dominum Deum nostrum
Actu.10.g. desyderabunt, & timebunt te. ‖Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet vltrà furorem suum, quoniam voles misericordiam est. Reuertetur, & miseribitur nostri, deponet iniquitates nostras: & proijciet in profundum maris omnia peccata nostra. Dabis veritatem Iacob, misericordiam Abraham: quæ iurasti patribus nostris à diebus antiquis.

Prologus in prophetiam Nahum.

Ex proœmio commentariorum Hieronymi in Nahum.

NAHVM prophetam ante aduentum regis Assyriorum, qui populum Israel captiuum in suam regionem transtulerat, fuisse, Hebræorum traditio confirmat. Siquidem in fine huius lectionis, prædicti regis aduentum, idem propheta annuntiare monstratur. Sed cum habitatores Niniue, Iona interitum ciuitatis prædicante ne diuina ira denuntiatum interitum sustinerent, peccatorum & impietatis pœnitentiã egissent, accepta Dei misericordia, grauioribus se criminibus implicuerũt. Qua de causa memoratus propheta spiritu sancto plenus, iudicium Dei annuntians, ita locutus est, Deus zelans & vlciscens Dominus est, &c. Iam enim decem tribus ab Assyrijs deductæ fuerant in captiuitatem sub Ezechia rege Iuda: sub quo etiam nunc in consolationem populi transmigrati aduersum Niniuen visio cernitur. Nec erat parua consolatio, tam his qui iam Assyrijs seruiebant, quàm reliquis qui sub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab eisdem hostibus obsidebantur, vt audirent Assyrios quoq; à Chaldęis esse capiendos: sicut in sequentibus libri huius demonstrabitur. Sciendum autem est quòd Niniue in nostra lingua de Hebræo, speciosam sonat. Speciosus autem, hic mundus dicitur. Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomẽ accepit. Et quicquid nunc aduersum Niniuen dicitur: de mundo figuraliter prædicari sentiamus. Quam ob causam & assumptio quam septuaginta interpretantur λῆμμα, & Aquila ἆρμα interpretatus est, apud Hebræos משא ponitur, id est graue onus: eo quòd eam aduersus quam videtur, premat, nec sinat eleuare ceruicem. Simulq; hoc attendendum quod hęc ipsa vel assumptio, vel onus, vel pondus prophetæ, visio sit. Non enim loquitur propheta in ἰκασθε, vt Montanus & Prisca, Maximilláq; delyrant: sed quod prophetat, liber est visionis intelligentis vniuersa quæ loquitur: & põdus hostium facientis suo populo visionẽ. De consummatione itaq; mundi secundum ἀναγωγὴν ô Paula & Eustochium, in cõsolationem sanctorum prophetia texitur: vt quæcunq; in mundo vident, quasi prætereuntia & caduca cõtemnant, & præparent se ad iudicij diem, vbi vltor aduersum veros Assyrios affuturus est Dominus.

Prophetia Nahum.

S. Zelus Dei aduersus hostes suos, qui patiẽs est & fortitudine magnus, cuius iræ nemo potest resistere, & in se sperantium est liberator, suiq; populi hostes est consumpturus.

CAP. I.

A ONVS Niniue. Liber visionis Nahum Elcesæi. Deus æmulator, & vlciscens Dominus, vlciscens Dominus & habens furorem, vlciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mũdans non faciet innocentem: Dominus in tẽpestate & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. Increpans mare & exiccãs illud: & omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Basan, & Carmelus: & flos Libani elanguit. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt: & contremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. Ante faciem indignationis eius quis stabit? & quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est vt ignis: & petræ dissolutæ sunt ab eo. Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis, & sciens sperantes in se. & in diluuio prætereunte, consummationem faciet loci eius: & inimicos eius persequentur tenebræ. Quid cogitatis contra Dominum? C consummationem ipse faciet: non consurget duplex tribulatio. Quia sicut spinæ seinuicẽ complectuntur: sic conuiuium eorum pariter potantium, consumentur quasi stipula ariditate plena. Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam: mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit Dominus, Si perfecti fuerint: & ita plures, sic quoq; attondenB tur, & "pertransibit": afflixi te, & non affligam "pertransibunt. 9.
te vltrà. Et nunc conteram virgam eius de D
dorso tuo, & vincula tua disrumpam. Et præcipiet super te Dominus, non seminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiam sculptile & cõflatile, ponam sepulIsaiæ.52.b Rom.10.c
chrum tuum, quia inhonoratus es. ‖Ecce super

montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacẽ: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua: quia nõ adijciet vltrà vt pertranseat in te Belial, vniuersus interijt.

S. Obsidio Niniue, eiusque à Chaldæis depopulatio, quia superbè egit contrà populum Domini.

CAP. II.

A AScendit qui dispergat coram te, qui custodiat obsidionem: contemplare viam, conforta lumbos: robora virtutem valdè. Quia reddidit Dominus superbiã Iacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerunt eos, & propagines eorum corruperunt. Clypeus fortium eius ignitus, viri exercitus in coccineis: igneæ habenæ currus in die præparationis eus, & agitatores con"euacuatæ sunt quadri- gæ.3. fopiti sunt. In itineribus "cõturbati sunt, quadrigæ' collisæ sunt in platẽis: aspectus eorum
B quasi lampades, quasi fulgura discurrẽtia. Recordabitur fortiũ suorum, ruent in itineribus suis: velociter ascendent muros eius, & præparabitur vmbraculum. Portæ fluuiorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur, gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis. Et Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi verò fugerunt: state state, & non est qui reuertatur. Diripite argentum, diripite aurum: & non est finis diuitiarum ex omnibus vasis desyderabilibus.
C Dissipata est, & scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus: & facies omnium eo
Isaiæ.13.b. rum sicut nigredo ollæ. ‖Vbi est habitaculũ leonum, & pascua catulorum leonum: ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis, & non est qui exterreat? Leo cœpit sufficiẽter catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit præda speluncas suas, & cubile
D suum rapina. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum: & succendam vsque ad fumum
"eius.8. quadrigas "tuas', & leunculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædã tuam, & nõ audietur vltrà vox nuntiorum tuorũ.

S. Niniue vrbs sanguinum sub nomine adulteræ vastanda prædicatur: quòd exemplo Alexandriæ à Babilonijs deuastatæ confirmatur: nec erit qui Niniue condoleat, aut eam consoletur super ipsius deuastatione.

CAP. III.

A VÆ ‖ ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena: non recePsal.2.a.b Habac.2.c. det à te rapina. Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ "feruentis, & equitis ascendentis: Et micantis gladij, & fulgurãtis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ': nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis. Propter multitudinem fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habẽtis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis: ‖Ecce ego ad te, dicit
Isaiæ.47. Dominus exercituũ: & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostendam Gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam. Et
B proijciam super te abominationes, & contumelijs te afficiam, & ponã te in exemplum. Et erit: omnis qui viderit te, resiliet à te, & dicet, Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput? vnde quæram consolatorem tibi? Nunquid melior es "Alexandria populo * ab.
rum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare: aquæ, muri eius. Aethiopia fortitudo eius, & Aegyptus, & nõ est finis: Aphrica & Lybies fuerunt in auC xilio tuo. Sed & ipsa in transmigrationẽ ducta est in captiuitatẽ: paruuli eius elisi sunt in capite omnium viarum, & super inclytos eius miserunt sortem, & omnes optimates eius confixi sunt in compedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta: & tu quæres auxiliũ ab inimico. Omnes munitiones tuæ si cut ficus cum grossis suis: si cõcussæ fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis ad aperD tionẽ pandẽtur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos. Aquã propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, subigens tene laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gladio, deuorabit te vt bruchus: congregare vt bruchus, multiplicare vt locusta. Plures. fecisti negotiationes tuas, quàm stellæ sint cœli: bruchus expansus est, & auolauit. Custodes tui quasi locustæ: & paruuli tui quasi locustæ locustarum quæ considunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est, & auolauerunt, & nõ est cognitus locus earum vbi fuerint. Dormitauerunt pastores tui rex Assur, sepelientur principes tui: latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. Non est obscura cõtritio tua, pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manum super te: quia super quem non transijt malitia tua semper?

"feruentes & equites ascendentes Et micantes gladij, & fulgurantes hastæ & multitudines interfectæ, & graues ruinæ. 7.

Prologus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prologus in prophetiam Habacuc.

Ex proœmio commentariorum Hieronymi in Habacuc.

QVATVOR prophetæ in duodecim prophetarum volumine continentur: è quibus tres in principio λῆμμα, id est pondus titulum habent, Nahum, Habacuc, & Malachias. Porrò Zacharias, in medio & circa finem duos huiuſcemodi ponit titulos: è quibus vnus eſt, Onus verbi Domini in terra Adrach & Damaſci requiei eius. alter in fine, Onus verbi Domini ſuper Iſrael. De Nahum, orationibus tuis iam liber editus eſt: de Zacharia & Malachia, ſi vita comes fuerit, diſſeretur. Nunc Habacuc habemus in manibus, qui vel ex eo quòd amabilis Domini eſt, vocatur amplexatio. vel quòd in certamen & luctam & (vt ita dicam) amplexum cum Deo cõgreditur: amplexantis, id eſt luctantis ſortitus eſt nomen. Nullus enim tam audaci voce auſus eſt Deum ad diſceptationem iuſtitiæ prouocare, & dicere ei, Cur in rebus humanis, & in mundi iſtius πολιτείᾳ tanta rerum verſatur iniquitas? Vociferabor ad te vim patiens: & non ſalua bis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem, & laborem videre? Lacerata eſt lex, & non peruênit vſque ad finem iudicium, quia impius prævalet aduerſum iuſtum: ideo egreditur iudicium peruerſum. Vides quòd temeraria vox ſit, & quodammodo blaſphemantis, creatorem ſuum ad iudicium prouocare: & vas fragile aduerſus figulum, cur tale vel tale factum ſit, diſputare? Necnon & hoc animaduertendũ, quòd aſſumptio vel põdus, quę grauia eſſe iam diximus, prophetę viſio eſt: & aduerſum Montani dogma peruerſum, intelligit quod videt: nec vt amens loquitur: nec more inſaniẽtium fœminarum dat ſine mente ſonum. Vnde & Apoſtolus iubet vt ſi prophetantibus alijs, alij fuerit reuelatum, taceant qui prius loquebantur: Et ſtatim, Non eſt inquit diſſenſionis Deus, ſed pacis. Ex quo intelligitur, cùm quis voluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum, poſſe & loqui & tacere cùm velit. qui autem in ὑπάσσω, id eſt inuitus loquitur: nec tacere nec loqui in ſua poteſtate habet. Illud quoque diſce (quia ſemel à me violenter exigis, vt quaſi quoſdam gradus & ſcalas ad altiora nitenti, hiſtoriam tibi interpreter) prophetiã eſſe contrà Babylonem & Nabuchodonoſor regem Chaldæorum: vt quomodo prior propheta Nahum, quẽ Habacuc ſequitur, vaticinium habuit contra Niniuen & Aſſyrios, qui vaſtauerunt decem tribus, quæ vocantur Iſrael: ita Habacuc prophetiam habeat aduerſus Babylonem & Nabuchodonoſor: à quibus Iuda & Ieruſalem, templúmque ſubuerſa ſunt. Et vt ſcias eo tempore fuiſſe Habacuc, quo iam duæ tribus quæ vocabantur Iudas, ductę erant in captiuitatem, Daniel docere te poterit: ad quem in lacum leonum Habacuc cum prandio mittitur: quanquàm apud Hebræos hæc ipſa nõ legatur hiſtoria. Igitur ſiue quis recipiat ſcripturam illam, ſiue non recipiat: vtrunque pro nobis eſt. Aut enim recipit: & iam poſt factã rem liber Habacuc texitur: aut non recipit, & quaſi propheta ſcribit quæ ventura cognoſcit. Interim ſecundùm literam cauſatur aduerſùm Deum propheta: cur Nabuchodonoſor templum Dei vaſtet & Iudam: cur Ieruſalem quõdam vrbs Domini, deſtruatur: quare clamet populus, & nõ exaudiatur, vociferetur ad Dominũ oppreſſus à Chaldęis, & non ſaluetur. quare etiam ipſe propheta vel populus, ex cuius perſona nunc loquitur, ad hoc vixerit, & hucuſque perductus ſit, vt iniquitatem hoſtium & ſuum laborem videat: cur iniuſtitia pręualeat aduerſùm ſe. Et hoc dicit præ mẽtis anguſtia, neſciens aurum in igne conflari, & tres pueros de camino ignis puriores exiſſe quàm intrauerant. Sed & hoc generaliter accipere poſſumus, quòd ex perſona humanæ impatientiæ loquatur: vt in quærulã vocem & plenam doloris erũpat, dicẽs, Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? Hęc autem loquitur, neſciens iudicia Dei inueſtigabilia, & profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ eius, quòd non ita videat Deus, vt videt homo. homo tantùm præſentia reſpicit: Deus futura & æterna cognoſcit. Et quomodo ſi ægrotus & æſtuãs febribus aquam frigidam poſtulet, & dicat ad medicum, Vim patior, crucior, vror, exanimor, vſquequo medice clamabo, & non exaudies? Et reſpondeat ei ſapientiſſimus ac clementiſſimus medicus. Scio quo tempore dare debeam quod poſtulas: & non miſereor modò, quia miſericordia iſta crudelitas eſt, & voluntas tua contra te petit. Ita & Deus noſter ſciens clementiæ ſuæ pondera atque menſuras, interdùm non exaudit clamantem: vt eum probet, & magis prouocet eum ad rogandum, & quaſi igne excoctum iuſtiorem & puriorem faciat. Quod intelligens Apoſtolus ſecundùm id quod miſericordiam conſecutus eſt à Domino, ait, Sed non deficimus in tribulationibus. Et benedicit Dominũ in omni tempore: & ſcit quòd qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit: & gloriatur in labore & dolore. Et cum Ieremia dicit, Tribulationem & miſeriam inuocabo: vt quomodo alius inuocat Deum, ſic ſanctus vir & bellator inuictus ad exercendum ſe & probandum, tribulationem & miſeriam venire deſyderat.

Prophe-

Iſtud ex principio cõmentariorũ Hieronymi in Habacuc.

Prophetia Habacuc.



S. Miratur propheta impiũ proſperari, & prævalere aduerſus iuſtum: nam aduerſus Iudæos ſuſcitat Dominus Chaldæos, qui victoriam non Domino ſed idõlo ſuo tribuunt.

CAP. I.

A ONVS QVOD vidit Habacuc propheta. Vſquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniuſtitiam contra me? B Quare reſpicis contemptores, & taces, cõculcante impio iuſtiorem ſe? Et facies hominum quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia ducem? & factum eſt iudicium & B contradictio potentior? Propter hoc lacerata eſt lex, & non peruênit vſque ad finem iudicium: quia impius prævalet aduerſus iuſtũ, propterea egreditur iudiciũ peruerſum. ‖ Aſpicite in Gentibus & videte, & admiramini, & obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cùm narrabitur. Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula non ſua. Horribilis & terribilis eſt: ex ſemet- C ipſa iudicium & onus eius egredietur. Leuio res pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis, & diffundentur equites eius: equites namque eius dẽlonge venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum. Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens: & congregabit quaſi arenam, captiuitatem. Et ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam. Tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit, & corruet: hæc eſt fortitudo eius Dei ſui. Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, ſancte meus & nõ moriemur? Domine in iudiciũ poſuiſti eum: & fortem vt corriperes, fundaſti eum. Mundi D ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris. quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile nõ habens principẽ. Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuũ. Super hoc lætabitur & exultabit, propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus. Propter hoc ergo expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere Gentes non ‖parcet'. ‖ceſſat.

S. Prophetæ à Domino reſponſum expectanti præcipitur, vt ſcribat viſionem, ac longanimiter ipſius euentum expectet: deſtructio Babylonis propter multa ipſorum ſcelera deſcribitur, & quòd idõla eis non proderunt.

CAP. II.

SVper cuſtodiam meam ſtabo, & figam A gradum ſuper munitionem: & contẽplabor, vt videã quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Et reſpondit mihi Dominus, & dixit, Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas: vt percurrat qui legerit eum. Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. ſi moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce, qui incredulus eſt non erit recta anima eius in ſemetipſo: ‖iuſtus au- Iſaiæ. 21. a. tem in fide ſua viuet. Et quo modo vinum Iohan. 3. d. potantem decipit: ſic erit vir ſuperbus, & nõ Roma. 1. b. decorabitur: qui dilatauit quaſi infernus ani- Heb. 10. g. mam ſuam: & ipſe quaſi mors, & non adim- Galat. 3. b. pletur: & congregauit ad ſe omnes gentes, & coaceruauit ad ſe omnes populos. Nunquid B non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & loquelam ænigmatum eius: & dicetur, Væ ei qui multiplicat non ſua? vſquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum? Nunquid non repente conſurgent, qui mordeant te: & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis? Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter ſanguinem hominis & iniquitatem terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Væ qui congregat auaritiã malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos, & peccauit anima tua. Quia

Habac. 1. f

C lapis de pariete clamabit: & lignum quod inter iuncturas ædificiorũ est respondebit. ‖ Væ
Ezec. 24. b Nahũ. 3. a. qui ædificat ciuitatẽ in sanguinibus, & præparat vrbem in iniquitate. Nunquid non hæc sunt à Domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne: & gentes in vacuum, & deficiẽt. Quia replebitur terra, vt cognoscãt gloriã Domini, quasi aquæ operientes mare. Væ qui potum dat amico suo, mittens fel suum & inebrians, vt aspiciat nudita tem eius. Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & consopire. circundabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ super gloriam tuam. Quia iniquitas Li-
D bani operiet te, & vastitas animalium deterrebit eos de sanguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omnium habitantiũ in ea. Quid prodest sculptile, quia sculpsit illud fictor suus conflatile & imaginem falsam? quia sperauit in figmento fictor eius, vt faceret simulachra muta. Væ qui dicit ligno, Expergiscere: Surge, lapidi tacenti. nun quid ipse docere poterit? Ecce, iste coopertus est auro & argento: & omnis spiritus nõ
Psal. 10. b. est in visceribus eius. ‖ Dominus autẽ in templo sancto suo: fileat à facie eius omnis terra.

ORATIO HABACVC PRO ignorantijs. CAP. III.

A DOmine audiui auditionem tuam, & timui: Domine opus tuum in medio annorum, viuifica illud: in medio annorum notum facies: cum iratus fueris, misericordiæ recordaberis.

Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharã. Semper Operuit cœlos gloria eius, & laudis eius plena est terra.

Splendor eius vt lux erit, cornua in manibus eius: ibi abscondita est fortitudo eius.

Ante faciem eius ibit mors, & egredietur diabolus ante pedes eius.

Stetit, & mensus est terram: aspexit, & dissoluit Gentes, & contriti sunt montes seculi: incuruati sunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius.

Pro iniquitate vidi tentoria Aethiopiæ, tur- B babuntur pelles terræ Madian.

Nuncquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, "qui ascendis" super equos *"ascendet. s tuos, & quadrigæ tuæ saluatio?

Suscitans suscitabis arcum tuum, iuramenta tribubus quæ locutus es. Semper Fluuios scindes terræ.

Viderunt te, & doluerunt montes, gurges aquarum transijt, dedit abyssus vocem suã, altitudo manus suas leuauit.

Sol & luna steterunt in habitaculo suo, in C luce sagittarum tuarum ibunt, in splendore fulgurantis hastæ tuæ.

In fremitu conculcabis terram: *in furore *o. obstupefacies Gentes.

Egressus es in salutem populi tui, in salutem cum Christo tuo: percussisti caput de domo impij, denudasti fundamẽtum *vsque *eius ad collum. Semper.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad dispergendum me: exultatio eorum, sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito. D

Viam fecisti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

Audiui, & conturbatus est venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in ossibus meis, & super me scateat: vt requiescam in die tribulationis, vt ascendam ad populum accinctum nostrũ.

Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: mẽtietur opus oliuæ, & arua non afferent cibum: abscindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præsepibus.

Ego autẽ in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo.

Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quasi ceruorum: & super excelsa mea deducet me victor, in psalmis canentẽ.

Prologus in Sophoniæ prophetiam.

Ex principio commentariorum Hieronymi in Sophoniam.

TRADVNT Hebræi, cuiuscunque prophetæ pater aut auus ponatur in titulo, ipsos quoque prophetas fuisse. Vnde & Amos vnus de duodecim prophetis qui dixerat, Non sum propheta, nec filius prophetæ, sed pastor caprarum vellicans sycomoros: patris nomen in titulo non habet. Hoc si verum est, Sophonias propheta, nomine (vt ita dicam) prophetico, & gloriosa maiorum suorum stirpe generatus est: habuit enim patrem Chusi, auum Godoliam, proauum Amariam, attauum Ezechiã: & talem quadrigam ipse velut extremus auriga compleuit. Nomen Sophoniæ, alij speculam: alij arcanum Domini transtulerunt. Siue igitur specula, siue absconditum Domini interpretetur: vtrunque prophetæ conuenit. Dicitur enim ad Ezechielem, Fili hominis Speculatorem te posui domui Israel. Iste ergò propheta qui erat in specula & in sublimibus constitutus, & nouerat mysteria Domini: filius erat Chusi qui interpretatur humilitas. Habebat quoque auum Godoliam, qui dicitur magnitudo Domini: & proauum Amariam, qui & ipse vertitur in sermonem Domini: & attauum Ezechiam, qui sonat fortitudo Domini. De fortitudine itaque Domini natus est sermo Domini: & de magnitudine Domini, nata est magnitudo Domini: & de magnitudine nata est humilitas: vt cùm peruenerit aliquis ad perfectum, dicat, Quia non sum dignus vocari apostolus. Et illud in psalmis, Domine non est exaltatum cor meum: neq; elati sunt oculi mei. Iosiam regẽ Iudæ, cuius tẽporibus Sophonias prophetasse inuenitur, Deo præ omnibus regibus Iudę placuisse historia quarti libri regum, & secundi paralipomẽnon demonstrat. Iosias simulachra quę pater suus Amon,

Amon, vel auus Manasses in templo Dei collocauerat, deiecta cõminuisse monstratur. In quibus etiam serpẽtem æreum à Moyse factum: quẽ errori inductus populus, superstitione idôlorum detentus, admiserat. Idem custodisse pascha: & intermissum temporibus multis solus celebrasse mõstratur. Ideò Deus per prophetam temporibus memorati regis quæ prouẽtura erant ostendens gentibus quidem lectione cõprehensis affuturum iudicium: populo verò Israël salutem: & ciuitati Ierusalem restaurationem tunc temporis tribuendam textu lectionis denuntiauit.

Sophonię Prophetia.

S. Quo tempore Sophonias prophetauerit: qui primũ peccatoribus vniuersis, deinde Iudæis comminatur ob idololatriam & Dei contemptum, diuinam vltionem: Ierusalem quoque lucernis scrutanda dicitur, & quàm erit amara dies vltionis Domini.

CAP. I.

A VERBVM DOMINI quod factum est ad Sophoniam filium Chusi, filij Godoliæ, filij Amariæ, filij Ezechiæ, in diebus Iosiæ filij Amon regis Iudæ. Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus: congregans hominem & pecus, cõgregans volatilia cœli & pisces maris: & ruina impiorum erunt: & disperdam homines à facie terræ, dicit Dominus.
B Et extendam manum meam super Iudam & super omnes habitantes Ierusalem: & disperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cum sacerdotibus: & eos qui adorant super tecta militiam cœli, & adorant, & iurant in Domino, & iurant in Melchõ: Et qui auertuntur de post tergũ Domini, & qui non quæsierunt Dominum, nec inuestigauerunt eum. Silete à facie Domini Dei: quia iuxtà est dies Domini, quia præparauit Dominus hostiam, sanctificauit vocatos suos.
Et erit: in die hostiæ Domini visitabo super Principes, & super filios regis, & super omnes qui induti sunt veste peregrina: & visitabo super omnem qui arroganter ingreditur
D.7. super limen in die illa, qui complent domum Domini▷Dei'sui iniquitate & dolo. Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris à porta piscium, & vlulatus à Secunda, & contritio magna à collibus. Vlulate habitatores
C Pilæ: cõticuit omnis populus Chanáan, disperierunt omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo: scrutabor Ierusalem in lucernis, & visitabo super viros defixos in fæcibus suis: qui dicunt in cordibus suis, Non faciet benè Dominus, & nõ faciet malè. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eo-
Amos. 5. c. rum in desertum: ‖ & ædificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt vineas, & nõ bibent vinum earum. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta est & velox nimis: vox diei domni amara, tribilabitur ibi fortis. ‖ Dies D
Iere. 30. b. Ioel. 2. c. Amos. 5. c. iræ dies illa, dies tribulationis & angustiæ, dies calamitatis & miseriæ, dies tenebrarũ & caliginis, dies nebulæ & turbinis: dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas & super anguIos excelsos. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia Domino peccauerũt: & effundetur sanguis eorum sicut humus, &
Ezech. 7. e. corpora eorum sicut stercora. ‖ Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: ‖ in igne zeli e-
Infra. 3. b. ius deuorabitur omnis terra, quia consummationem cum festinatione faciet cunctis habitantibus terram.

S. Hortatur propheta populum vt ad Deum conuertatur, priusquam ira Domini ei superueniat, omnésque mansuetos terræ vt Dominum quærant: denuntians destructionem imminere Philisthæis, Moabitis, Ammonitis, Æthiopibus, & Assyrijs.

CAP. II.

COnuenite, congregamini gens nõ a- A
mabilis: Priusquã pariat iussio quasi puluerem transeũtem diem, antequã veniat super vos ira furoris Domini, ▷ante- D.7.
quã veniat super vos dies indignationis Domini' Quærite Dominum omnes mansueti terræ, qui iudicium eius estis operati: quærite iustum, quærite mansuetum: si quo modo abscondamini in die furoris Domini. Quia Gaza destructa erit, & Ascalon in desertum, Azotum in meridie eijcient, & Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum: verbũ Domini super vos Chanáan terra Philisthinorum, & disperdãte, ita vt non sit inhabitator. Et erit funicu- B
lus maris requies pastorum & caulæ pecorũ: & erit funiculus eius qui remãserit de domo Iuda, ibi pascentur: in domibus Ascalonis ad vesperam requiescent: quia visitabit eos Dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorum. Audiui opprobrium Moab, & blasphemias filiorum Ammon: quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati sunt super terminos eorum. Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituum Deus Israel: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quasi Gomorrha, ficcitas spinarum & acerui salis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& desertum vsque in æternum: reliquiæ populi mei diripient eos, & residui gentis meæ possidebũt illos. Hoc eis eueniet pro superbia sua: quia blasphemauerũt, & magnificati sunt super populum Domini exercituũ. Horribilis Dominus super eos, & attenuabit omnes deos terræ: & adorabunt eum viri de loco suo, omnes insulæ Gentium. Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet manum suam super Aquilonẽ, & perdet Assur: & ponet Speciosam in solitudinẽ
Isai.34.c. & in inuium & quasi desertum. ‖Et accubabũt in medio eius greges, omnes bestiæ Gẽtium: & onocrotalus & ericius in liminibus
D eius morabuntur: vox cantantis in fenestra, coruus in superliminari, quoniam attenuabo robur eius. Hæc est ciuitas gloriosa habitans in cõfidentia: quæ dicebat in corde suo. Ego sum, & extra me non est alia amplius. quomodo facta est in desertum cubile bestiæ? omnis qui transit per eam, sibilabit, & mouebit manum suam.

S. Arguit Ierusalem & præcipuè rectores eius, quibus minatur celerem Dei vindictam, quòd neque beneficijs neque flagellis sint ad ipsum cõuersi: de fœlicitate nouæ legis, ac multiplicatione credentium: pœnáque iniquorum prædicitur.

CAP. III.

A VAe prouocatrix & redempta ciuitas, columba. Nõ audiuit vocem, & non suscepit disciplinam: in Domino nõ est confisa, ad Deum suum non appropin-
Ezech.22.f Mich.3.d. quauit. ‖Principes eius in medio eius quasi leones rugientes: iudices eius: lupi vespere, non relinquebant in mane. Prophetæ eius vesani, viri infideles: sacerdotes eius polluerunt sanctum, iniustè egerunt cõtra legem. Dominus iustus in medio eius nõ faciet iniquitatẽ: mane mane iudicium suum dabit in lucẽ, & non abscondetur: nesciuit autem iniquus confusionem. Disperdidi Gentes, & dissipati sunt anguli earum: desertas feci vias
B eorum, dum non est qui transeat: desolatæ sunt ciuitates eorum, non remanente viro, neque vllo habitatore. Dixi, Attamen timebis me, suscipies disciplinam: & non peribit habitaculum eius, propter omnia in quibus visitaui eam: veruntamen diluculo surgentes corruperunt omnes cogitationes suas. Quapropter expecta me, Dicit Dominus, in die resurectionis meæ in futurum, quia iudicium meum vt congregem Gentes, & colligam regna: & effundam super eos indigna-
Supra.3.d. tionem meam, omnem iram furoris mei: ‖In igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia tunc reddam populis labium electũ, vt inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humero vno. Vltrà flumina Aethiopiæ, inde supplices mei filij dispersorum meorum deferent munus mihi. In die illa non confundêris super cunctis adinuentionibus tuis: quibus præuaricata es in me: quia
C tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ, & nõ adijcies ex altari amplius in monte sancto meo. Et derelinquam in medio tui populũ pauperum & egenum: & sperabunt in nomine Domini. Reliquiæ Israel non facient iniquitatem, nec loquẽtur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa: quoniam ipsi pascentur & accubabunt, & non erit qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Israel: lætare, & exulta in omni corde filia Ierusalem. Abstulit Dominus iu-
D dicium tuum, auertit inimicos tuos: rex Israel Dominus in medio tui, non timebis malum vltrà. In die illa dicetur Ierusalem, Noli timere Sion, non dissoluantur manus tuæ. Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione tua, *exultabit super te in laude. Nugas qui à lege recesserant, congregabo, quia ex te erant: vt nõ vltrà habeas super eis opprobrium. Ecce ego interficiã omnes qui afflixerunt te in tempore illo: & saluabo claudicantem, & eam quæ eiecta fuerat congregabo: & ponam eos in laudem & in nomen, in omni terra confusionis eorum: In tẽpore illo quo adducam vos, & in tempore quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cùm cõuertero captiuitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus.

*6.

Prolo-

Prologus in prophetiam Aggæi.

IEREMIAS propheta ob causam periurij Sedeciæ regis (vt historia libri secundi Paralipomẽnon indicat) qui fidem promissam Nabuchodonosor regi Chaldæorum non seruauerat, populum Israel refert cum memorato rege Ierusalem, expugnata Ierusalem, captiuum in Babylonem fuisse perductũ. Sed cùm memoratus populus multis temporibus idõlis seruiendo, & effusione sanguinis innocentum se grauiter impiasset: volens Deus generationem vniuersam eiusdem populi ob causas memoratas penitus deperire, septuaginta annorum captiuitatem eundem populum in regno Chaldæorum statuit sustinere: hac ratione, vt completo numero annorum, nouus populus à memoratis peccatis immunis ad renouationem Ierusalem peruenire. Sexagesimo itaque secundo anno, regno Chaldæorum subuerso, cui adhuc octo anni restabant ad regnandum, quòd etiam sexta visio Danielis ostẽdit: cùm propter causam sacrilegij, quod in eadem visione continetur, fuisset extinctum, Darius qui Medis imperabat, vt septima visio Danielis ostendit, memoratorũ regno succesit. Cuius primo anno regni, vt decima visio Danielis manifestat, Daniel supputatis annis videns appropinquare tempus reuersionis, quæ per Ieremiã fuerat promissa, orans tam pro se, quàm pro populo, eandem promissionem à Deo postulabat impleri. Cui per Gabrielem archangelum in eadem visione iuxta preces eiusdem, vniuersa compl ta esse, Deus dixit. Nam moriente sub pradicto Dario rege Medorum, & succedente in regno, Cyro rege Persarum: promissione Dei completa, per eundem regem populum Israel in Ierusalem reductum, historia secundi libri Paralipomẽnon, & initium Esdrę prophetę cõfirmant. Cùmque à populo Israel & senioribus templum Dei ædificari cœpisset: mortuo Cyro rege, ac regnante Dario rege Persarum, qui memorato Cyro successerat: vicinæ gentes ciuitatis Ierusalem (vt idem Esdras refert) restaurationem templi & ciuitatis resistendo impedire cœperunt, Qua ratione deterritus populus Israel, reparationem supradicti templi Domini necdum iuxta promissionem concessam esse credebat. Propter quod in secundo anno regni memorati Darij regis Persarũ, Aggæus propheta à Deo missus, Zorobabel qui de tribu erat Iuda, qui potestatem regni susceperus erat, & Iesum filium Iosedec summum sacerdotem admonet, vt credant completo numero annorum tempus restaurationis Ierusalem aduenisse: hoc etiam addito, ne incredulitatẽ populi vellent imitari, de quo Deus per eum dixit, Populus hic dicit, Nõdum venit tempus vt ædificetur domus Dei. Omnia autem quæ textu huius prophetię cõtinentur, reuersionem populi, ædificationem templi, renouationem ciuitatis, obseruantiam sacerdotalem, & interitum regnorum gentium exterarum significant.

Aggæi Prophetia.

S. Quo tempore prophetauerit Aggæus: qui increpat Iudæos, quòd neglecta domo Dei propria ædificia curarent: ob quam causam dicit illis immissam à Deo sterilitatem: eoq; tempore dux Zorobabel & Iesus sacerdos magnus vnà cum populo excitati, incipiunt ædificare domum Dei.

CAP. I.

A 1.Esdr.6.a. IN ‖ANNO SECVNDO Darij regis, in mẽse sexto, in die vna mensis: factum est verbũ Domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducẽ Iuda, & ad Iesum filium Iosedec sacerdotem magnum, dicens, Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Populus iste dicit, Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ. Et factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens, Nunquid tempus vobis est, vt habitetis in domi-
Aggæi.1. B bus *laqueatis, & domus ista deserta? Et nũc Deut.28.d Mich.6.d. hæc dicit Dominus exercituum, Ponite corda vestra super vias vestras. ‖Seminastis multum, & intulistis parum: comedistis, & non estis satiati: bibistis, & non estis inebriati: operuistis vos, & non estis calefacti: & qui mercedes cõgregauit, misit eas in sacculum pertusum. Hæc dicit Dominus exercituum, Ponite corda vestra super vias vestras, ascendite in mõtem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus. Respexistis ad amplius, C & ecce factum est minus: & intulistis in domum, & exufflaui illud: quam ob causam, dicit Dominus exercituum? quia domus mea deserta est, & vos festinatis vnusquisque in domum suam. Propter hoc super vos prohibiti sunt cœli ne darent rorem, & terra prohibita est ne daret germẽ suum: & vocaui siccitatem super terram, & super montes, & super triticum, & super vinum, & super oleum, & quæcunque profert humus, & super homines, & super iumenta, & super omnem laborem manuum. Et audiunt Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec sacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vo- D cem *Dei sui, & verba Aggæi prophetæ, sicut misit eum Dominus Deus eorũ ad eos: & timuit populus à facie Domini. Et dixit Aggæus nuntius Domini de nuntijs Domini, populo dicens, Ego vobiscum sum, dicit Dominus. Et suscitauit Dominus spiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & spiritum Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, &

*Dominus. 4

Universidad de Deusto Biblioteca

ſpiritum reliquorum de omni populo: & ingreſsi ſunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei ſui.

S. *Et ſi templum reædificatum nihil videatur priori collatum, poſtea tamen veniente Meſſia replebitur gloria maiori, quàm fuerit prioris templi: & ſicut Iudæi ob neglectã templi reædificationem facti fuerant immundi corã Deo, ipſorumq; ſacrificia, & ſterilitas adducta: ita poſt inceptam reædificationẽ omnia ipſis facta ſunt proſpera.* CAP. II.

A IN die viceſima & quarta mẽſis, in ſexto menſe, in anno ſecundo Darij regis. In ſeptimo menſe, viceſima & prima mẽſis: factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens, Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filiũ Ioſedec ſacerdotem magnum, & ad reliquos populi dicens, Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid nõ ita eſt, quaſi non ſit in oculis veſtris? Et nũc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Ieſu fili Ioſedec ſacerdos magne, & cõfortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum: & facite (quoniam ego vobiſcum ſum, dicit Dominus exercituum) verbum quod pepigi vobiſcum cum egrederemini de Terra-Aegypti: & ſpiritus meus erit in medio veſtrum: nolite timere. Quia Hebr. 12.g hæc dicit Dominus exercituum, ‖Adhuc v-
B num modicum eſt, & ego commouebo cœlum & terram, & mare, & aridam. Et mouebo omnes gentes, Et veniet deſyderatus cunctis Gentibus: & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum eſt argentum: & meum eſt aurum, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus iſtius nouiſsimæ plus quàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco iſto dabo pacẽ, dicit Dominus exercituum. In viceſima & quarta noni menſis, in anno ſecundo Darij regis, factum eſt verbum Domini ad Aggæũ prophetam, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Interroga ſacerdotes legem, dicẽs, Si tulerit homo carnem ſanctificatam in ora veſtimenti ſui, & tetigerit de ſommitate eius panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleũ, aut omnem cibum: nunquid ſanctificabitur? Reſpondentes autem ſacerdotes, dixe- C
runt, Nõ. Et dixit Aggæus, Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his, nũquid contaminabitur? Et reſpõderunt ſacerdotes, & dixerunt. Contaminabitur. Et reſpondit Aggæus, & dixit, Sic populus iſte, & ſic gẽs iſta ante faciem meam, dicit Dominus, & ſic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt. Et nunc ponite corda veſtra, à die hac & ſuprà antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo Domini, Cùm accederetis ad aceruum viginti modiorum, & fierẽt decem: & intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquagin ta lagenas, & fiebant viginti: ‖ Percuſsi vos Exod.10.c vento vrente, & aurugine, & grandine om- 9.c.
nia opera manuum veſtrarum: & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. Ponite corda veſtra ex die iſta & in fu- D
turum, à die viceſima & quarta noni menſis: à die qua fundamenta iacta ſunt templi Domini, ponite ſuper cor veſtrum, Nunquid iã ſemen in germine eſt: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum & lignum oliuæ non floruit? ex die iſta benedicam. Et factum eſt verbum Domini ſecundò ad Aggæum, in viceſima & quarta menſis, dicens, Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens, Ego mouebo cœlum pariter & terram. Et ſubuertã ſolium regnorum, & conteram fortitudinem regni Gentium: & ſubuertam quadrigam & aſcenſorem eius: & deſcendent equi, & aſcen Eccl.49.c
ſores eorum, vir in gladio fratris ſui. ‖In die illa, dicit Dominus exercituum, aſſumam te Zorobabel filij Salathiel ſerue meus, dicit Dominus: & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

Prologus in Zachariæ prophetiam.

SECVNDO anno Darij regis Medorum Aggæum & Zachariam prophetaſſe, lectiones eorundem declarant. Sed hac de cauſa Aggæus Zachariæ in ordine prophetarum prælatus eſſe videtur, quòd cũ duobus menſibus, vt prædictorum lectiones oſtendunt, in prophetia præceſsiſſe inuenitur, & ad reparationem templi præcepto Dei populum animaſſe, vt Eſdras refert, dicens, In ſecũdo anno Darij regis Perſarũ prophetauerunt Aggæus & Zacharias filius Addo prophetæ, ſuper Iudæos qui erant in Iuda & Ieruſalem, ſu per Iſrael in nomine Dei Iſrael ſuper eos. Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedec, & principes eius, inchoauerũntq; ædificare domum Dei, quæ eſt in Ieruſalem. Quibus cùm adeſſent prophetæ, exhortatione ſua adiuuerunt eos. Nam & populum Iſrael ab imitatione paternorum delictorum, per ſuam admonitionem idẽ propheta cupiens reuocare, verbis lectione comprehenſis vſus eſt, Vidi nocte: & ecce vir aſcenderat ſuper equũ rubeum &c. Vidit propheta virum equo rubeo ſedentem, & ſtantem in medio myrteti vmbroſi: cuius viſionis hæc ſolutio eſt: Vir aſcendens equum rubeum: licet angelus intelligatur: tamen quia prædicti coloris equũ conſcendere viſus eſt, vindictã ſanguinis in eam gentẽ ſignificat afferendã, quæ populũ Iſrael in captiuitatem redegerat. Nam & Iſaias propheta, per ruborem veſtimẽtorum, inter gentes vindictam cũ ſanguine à Deo proferendã demonſtrans, his verbis vſus eſt, dicẽs, Quis eſt iſte qui venit de Edom, tinctis veſtibus de Boſra &c. Stantem verò in medio myrteti vmbrantis quòd dixit:

dixit: lætitiam populo affuturam per myrteti ſignificationem voluit deſignari. Eius ligni Moyſes in Leuitico cùm faceret mentionem, ait, Accipietis die prima fructus ligni ſpecioſi, vt lætitiam populi perbenè olentis ligni & ſpecioſi vmbraculum demonſtraret. Sed hanc viſionem quæ liberationem populi, & vindictam de aduerſarijs affuturam demonſtrat, ob hoc noctu propheta ſe vidiſſe memorauit, quia populum Iſrael in prima liberatione de Terra-Aegypti noctu diſceſsiſſe conſtabat: cuius exempli quia præſens populus aliquam partem in ſe retinere videbatur, liberatio eiuſdem ac reditus captiuitatis de terra Chaldeorum per noctem prophetæ eſt reuelata.

Prophetia Zachariæ.



S. *Quo tempore Zacharias prophetauerit: qui hortatur populum ad reſipiſcentiam, ne imitentur patres ſuos, qui prophetas contemnentes puniti ſunt: duplici figura oſtendit Dominus ſe puniturum Gentes quæ populum ſuum afflixerant, hunc autem in Ieruſalem reuocandum, in qua ædificabitur ipſi Domino templum.* CAP. I.

A IN MENSE OCTAVO, in anno ſecundo Darij factum eſt verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ filij Addo prophetam, dicens, Ira tus eſt Dominus ſuper patres veſtros iracundia. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exBaliach.3.a ercituum, ‖Conuertimini ad me, ait Dominus exercituũ: & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituũ. Ne ſitis ſicut patres veſtri, Iſa.31.c.31. c.45.d. Ierem.7.e. Ezec.18.g. 20.a.33.c. Oſee.14.a. Ioel.2.c. ‖ad quos clamabant prophetæ priores, dicentes, Hæc dicit Dominus exercituum, Conuertimini de vijs veſtris malis, & de cogitationibus veſtris peſsimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dominus. Patres veſtri vbi ſunt? & prophetæ nunquid in ſempiternum viuent? Veruntamen verba mea & legitima mea quæ mãdaui ſeruis meis prophetis, nunquid non comprehenderunt patres veſtros, & conuerſi ſunt, & dixerunt, Sicut cogitauit Dominus exercituum facere nobis ſecundùm vias noſtras, & ſecũdùm adinuentiones noſtras fecit nobis. In die viceſima & quarta vndecimi mẽſis Sabath: in anno ſecũdo Darij, factum eſt verbum Domini ad Zachariam filiũ Barachiæ filij Addo prophetam, dicens, Vidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter myrteta quæ erant in profundo: & poſt eum equi rufi, varij, & albi. Et dixi, Quid ſunt iſti Domine mi? & dixit ad me angelus *qui loquebatur in me, Ego oſten- *Domini.
dam tibi quid ſint hæc. Et reſpondit vir qui ſtabat inter myrteta, & dixit, Iſti ſunt quos miſit Dominus, vt perambulent terram. Et C
reſponderunt angelo Domini, qui ſtabat inter myrteta, & dixerũt, Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur & quieſcit. Et reſpondit angelus Domini, & dixit, Domine exercituũ vſquequo tu non miſereberis Ieruſalem & vrbium Iuda, quibus iratus es, iſte>iam' ſeptuageſimus annus eſt? Et p.6.
reſpondit Dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria. Et dixit ad me angelus qui loquebatur in me, ‖Clama, dicens, Hæc dicit Dominus exerci- Infra.8.a.
tuum, Zelatus ſum Ieruſalem & Sion zelo magno. Et ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas: quia ego iratus ſum parùm, ipſi verò adiuuerunt in malum. Propterea hæc dicit Dominus, Reuertar ad Ieruſalem in miſericordijs: domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum: & perpẽdiculum extendetur ſuper Ieruſalem. Adhuc clama di- D
cens, Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc affluent ciuitates meæ bonis: & conſolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Ieruſalem. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quid ſunt hæc? Et dixit ad me: Hæc ſunt cornua quæ ventilauerunt Iudam, & Iſrael, & Ieruſalem. Et oſtendit mihi Dominus quatuor fabros, & dixi, Quid iſti veniunt facere? Qui ait, dicens, Hæc ſunt cornua quæ ventilauerunt Iudam per ſingulos viros, & nemo eorum leuauit caput ſuum: Et venerunt iſti deterrere ea, vt deijciant cornua gẽtium quæ leuauerunt cornu ſuper terram Iuda vt diſpergerent eam.

S. *Apparet vir mẽſuraturus Ieruſalẽ, quæ poſt captiuitatẽ ſolutã vehementer repleda eſt habitatoribus: cui Deus pro muro erit, & afflictis Chaldæ-*

Chaldæis ac cæteris qui filios Israël afflixerant, multæ gentes vnà cum Sion lætæ venient ad seruiendum Domino, quas ipse suscipiet in populum. CAP. II.

A ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. Et dixi, Quo tu vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Ierusalem, & videā quanta sit latitudo eius, & quāta longitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad eum, Curre, loquere ad puerum istū, dicens, Absq; muro habitabitur Ierusalē præ multitudine hominū & iumen
B torū in medio eius. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. O, ô, fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quatuor vētos cœli dispersi vos, dicit Dominus. O Sion fuge quæ habitas apud filiam Babylonis, quia
C hæc dicit Dominus exercituum, Post gloriā misit me ad gentes quæ spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi *eius.2. *mei': quia ecce ego leuo manum meam super eos, & erunt prædæ his qui seruiebāt sibi: & cognoscetis quia Dominus exercituum misit me. Lauda, & lætare filia Siō: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Do-
D minus. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populū, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te. Et possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. Sileat omnis caro à facie Domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

S. Iesus sacerdos exutus sordidis, induitur mutatorijs, qui iudicaturus est domum Domini, si in vijs ipsius ambulet. adducet Dominus seruum suum Orientem: & de lapide agit super quem septem oculi sunt.

CAP. III.

A ET ostendit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum stantem coram an. 7. gelo Domini: & Satan stabat à dexteris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan. Increpet Dominus in te Satan: & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalem: nunquid non iste torris est, erutus de igne. Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: & stabat ante faciem angeli. Qui respondit, & ait ad eos qui stabant coram se, dicēs,
B Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum, Ecce, abstuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatorijs. Et dixit, Ponite cidarim mundam super caput eius. Et posuerunt cidarim mundam super caput eius, & induerunt eum vestibus: & angelus Domini stabat. Et cōtestabatur angelus Domini Iesum, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Si C
in vijs meis ambulaueris, & custodiam meā custodieris: tu quoq; iudicabis domum meā, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his qui nunc hîc assistunt. Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui qui habitant corā te, quia viri portēdentes sunt ecce enim ego ‖ adducam seruum meū Orientem. Quia Luc.1.g.
D ecce lapis quem dedi coram Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt. ecce ego cælabo sculpturam eius, ait Dominus exercituū: & auferam iniquitatē terræ illius in die vna. In die illa, dicit Dominus exercituū, vocabit vir amicum suū subter vineā, & subter ficum.

S. De candelabro aureo cū duabus oliuis, lapide primario & stanneo, ac septem oculis Domini, & horum interpretatio: quodq; templū à Zorobabel fundatum, ab ipso consummabitur. CAP. IIII.

ET reuersus est angelus qui loquebatur A
in me: & suscitauit me, quasi virū qui suscitatur de somno suo. Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius super caput ipsius: & septem lucernæ eius super illud: & septē *infusoria lucernis quæ erant super caput eius. Et duæ oliuæ super illud: vna à dextris lampadis, & vna à sinistris eius. Et respondi, & aio ad angelum qui loquebatur in me: dicēs, Quid sunt hæc, Domine mi? Et respondit angelus qui loquebatur in me, & dixit ad me, Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi, Non Domine mi. Et respō dit, & ait ad me, dicens, Hoc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens, Non in exercitu, nec in robore: sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum. Quis tu mons magne co C
ram Zorobabel? in planum: & educet lapidem primariū, & exæquabit gratiam gratiæ eius. Et factum est verbum Domini ad me, dicens, Manus Zorobabel fundauerunt domum istam, & manus eius perficient eam: & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos. Quis enim despexit dies paruos? & lætabuntur, & videbunt lapidem stanneum in manu Zorobabel. Septem isti: oculi sunt Domini, qui discurrunt in vniuersam terram. Et respondi, & dixi ad eum, Quid D
sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri, & ad sinistram eius? Et respondi secundo, & dixi ad eum. Quid sunt duæ spicæ oliuarum, quæ sunt iuxta duo rostra aurea, in quibus sunt suffusoria ex auro? Et ait ad me, dicens. Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi, Non Domine mi. Et dixit, Isti sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt domina- Psal.
tori vniuersæ terræ.

S. Volumen volās, quo iniqui iudicabatur: mulier in amphora sedens cum massa plumbi designat impietatem: & duæ mulieres alatæ leuant illam in aëra.

CAP. V.

A ET conuersus sum, & leuaui oculos meos: & vidi, & ecce volumē volans. Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi,
*Ecce. *Ego video volumen volans: lōgitudo eius viginti cubitorum, & latitudo eius decem cubitorum. Et dixit ad me, Hæc est maledi-
B ctio quæ egreditur super faciē omnis terræ: quia omnis fur, sicut ibi scriptum est, iudicabitur: & omnis iurans, ex hoc similiter iudicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituum: & veniet ad domum furis, & ad domum iurantis in nomine meo mēdaciter: & commorabitur in medio domus eius, & con
*cam.8. sumet *eum', & ligna eius & lapides eius. Et
C egressus est angelus qui loquebatur in me: & dixit ad me, Leua oculos tuos, & vide quid est hoc quod egreditur. Et dixi, Quidnā est? Et ait, Hæc est ampbora egrediens. Et dixit,
*Hic.11. *Hæc' est oculus eorum in vniuersa terra. Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier vna sedens in medio amphoræ. Et dixit, Hæc est impietas. Et proiecit eā in medio amphoræ, & misit massam plumbeam in os
D eius. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & spiritus in alis earum, & habebant alas quasi alas milui: & leuauerunt amphorā inter terram & cœlum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quò istæ deferunt amphorā? Et dixit ad me, Vt ædificetur ei domus in terra Sennáar, & stabiliatur, & ponatur ibi super basem suam.

S. Quatuor quadrigæ visæ de medio duorum montium æreorum, quatuor venti sunt, egredientes in terram. de coronis in capite Iesu sacerdotis imponendis: de viro cuius nomen Oriens, qui templum ædificabit Domino & dominabitur in solio suo. CAP. VI.

A ET conuersus sum, & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum mōtium: & montes, mōtes ærei. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga secunda equi nigri: & in quadriga tertia equi albi, & in qua-
*&. driga quarta equi varij, *fortes. Et respondi, & dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quid sunt hæc Domine mi? Et respondit angelus, & ait ad me, Isti sunt quatuor vēti cœli, qui egrediuntur vt stent coram domina-
B tore omnis terræ. In qua erāt equi nigri, egrediebātur in terram Aquilonis: & albi egressi sunt post eos: & varij egressi sunt ad terram Austri. Qui autem erant robustissimi, exierunt, & quærebant ire & discurrere per omnem terram. Et dixit, Ite, perambulate terrā. & perambulauerunt terram. Et vocauit me, & locutus est ad me, dicens, Ecce, qui egrediuntur in terram Aquilonis, requiescere fecerunt spiritum meū in terra Aquilonis. Et factum est verbum Domini ad me, dicēs, Su
me à trāsmigratione ab Holdai, & à Tobia, C
& ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domum Iosiæ filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone. Et sumes aurum & argentum, & facies coronas: & pones in capite Iesu filij Iosedec sacerdotis magni, & loquēris ad eum, dicens, Hæc ait Dominus exercituum dicens, ‖ Ecce vir Oriens nomen eius: Lucæ.1.g.
& subter eum orietur, & ædificabit templum Domino. Et ipse extruet templum Domi- D
no: & ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo: & erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erūt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophoniæ, memoriale in templo Domini. Et qui procul sunt, venient, & ædificabunt in templo Domini, & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos. Erit autem hoc, si auditu audieritis vocem Domini Dei vestri.

S. Ieiunia quibus Iudæi per. 70. annos captiuitatis ieiunauerunt nō placebāt Domino, quia in iniquitatibus suis permanebant: proinde hortatur eos ad ‖ pœnitentiā, nam quia prophetas olim nō audierant, aspersit eos Dominus in Gentes, terraq; desolata facta est propter ipsorū iniquitates. CAP. VII.

ET factum est in anno quarto Darij re A
gis, factum est verbum Domini ad Zachariam, in quarta mēsis noni, qui est Casleu. Et miserunt ad domum Dei Saráśar & Rogom-melech, & viri qui erant cum eo, ad deprecandam faciem Domini: vt dicerēt sacerdotibus domus Domini exercituum & prophetis, loquentes, Nunquid flendum est mihi in quinto mēse, vel sanctificare me debeo: sicut iam feci multis annis? Et factum B
est verbum Domini exercituū ad me, dicens, Loquere ad omnem populum terræ, & ad sacerdotes, dicens, Cum ieiunaretis, & plangeretis in quinto & septimo per hos septuaginta annos: nunquid ieiunium ieiunastis mihi? & cum comedistis & bibistis: nunquid nō vobis comedistis, & vobismetipsis bibistis? Nū quid non sunt verba quæ locutus est Dominus ‖ in manu prophetarum priorum, cū ad- Isai.58.a.
huc Ierusalem habitaretur, & esset opulēta, ipsa & vrbes in circuitu eius, & ad Austrum & in campestribus habitaretur? Et factū est C
verbum Domini ad Zachariam, dicens, Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Iudicium verum iudicate: & misericordiam & miserationes

Universidad de Deusto
Biblioteca

Exod.22.d Isaiæ.1.f. Ierem.6.g.

tiones facite vnusquisq; cum fratre suo. ‖Et viduam & pupillum,& aduenam, & pauperem nolite calumniari : & malum vir fratri suo non cogitet in corde suo. Et noluerunt attendere, & auerterunt scapulam recedentes:& aures suas aggrauauerunt, ne audirẽt.

D Et cor suum posuerunt vt adamantem, ne audirent legem & verba quæ misit Deus exercituum in spiritu suo per manum prophetarum priorum : & facta est indignatio magna à Domino exercituum.Et factum est sicut locutus est,& *non audierunt:sic clamabunt,& non exaudiam, dicit Dominus exercituũ . Et dispersi eos per omnia regna quæ nesciunt:& terra desolata est ab eis, eo quòd non esset transiens & reuertens: & posuerũt terram desyderabilem in desertum.

*sicut.

S. *Sicut Dominus propter peccata populi sui afflixit eum , & desolatam fecit Ierusalem, sic nunc faciet illam plurimum habitari,omniaq; dabit prospera,modo ei seruiant:quibus adiungentur & aliæ gẽtes: de fimbria Iudæi à decem viris ethnicis apprehensa.*

CAP. VIII.

A ET factum est verbum Domini exercituum,dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Zelatus sum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus sum eã. Hæc dicit Dominus exercituum , Reuersus sum ad Sion:& habitabo in medio Ierusalẽ: & vocabitur Ierusalem Ciuitas veritatis , & Mons Domini exercituum, mons sanctificatus.Hæc dicit Dominus exercituum. Adhuc habitabunt senes , & anus in platéis Ierusa-

▷.6. lem:& ▷viri'baculus in manu eius præ multitudine dierum.Et platéæ ciuitatis complebuntur infantibus & puellis ludentibus in platéis eius. Hæc dicit Dominus exercituũ, Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis,nunquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum? Hæc dicit Dominus exercituum,Ecce ego saluabo populum meum de terra Ori

B entis,& de terra Occasus solis . Et adducam eos , & habitabunt in medio Ierusalem:& erunt mihi in populum,& ego ero eis in Deũ in veritate & in iustitia. Hæc dicit Dominus exercituum, Cõfortentur manus vestræ,qui auditis in his diebus sermones istos per os prophetarum in die qua fundata est domus Domini exercituum,vt templum ædificaretur . Siquidem ante dies illos merces hominum nõ erat, nec merces iumentorum erat, neque introeunti neq; exeunti erat pax præ tribulatione: & dimisi omnes homines vnũquemque contra proximum suum.Nunc autem non iuxta dies priores ego faciam reliquijs populi huius , dicit Dominus exercituum, sed semen pacis erit : vinea dabit fructum suum, & terra dabit germen suum , & cœli dabũt rorem suum: & possidere faciam reliquias populi huius vniuersa hæc.Et erit: C sicut eratis maledictio in Gentibus , domus Iuda & domus Israel:sic saluabo vos, & eritis benedictio : nolite timere , confortentur manus vestræ. Quia hæc dicit Dominus exercituum , Sicut cogitaui vt affligerem vos, cum ad iracundiã prouocassent patres vestri me,dicit Dominus, *& nõ sum misertus:sic cõuersus cogitaui in diebus istis vt benefaciã domui Iuda & Ierusalem:nolite timere.Hæc sunt ergo verba quæ facietis , ‖Loquimini Ephe.4.f. veritatem vnusquisque cum proximo suo: veritatem & iudicium pacis iudicate in portis vestris. Et vnusquisque malum contra amicum suũ ne cogitetis in cordibus vestris: & iuramentum mendax ne diligatis . omnia enim hæc sunt quæ odi dicit Dominus . Et factum est verbum Domini exercituum ad me,dicens,Hæc dicit Dominus exercituum, Ieiunium quarti,& ieiunium quinti,& ieiunium septimi , & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudium & lætitiam & in solennitates præclaras:veritatem tantum & pa- D cem diligite. Hæc dicit Dominus exercituum,Vsquequo veniant populi,& habitent in ciuitatibus multis , & vadant habitatores vnus ad alterum,dicentes,Eamus, & deprecemur faciem Domini,& quæramus Dominum exercituum , vadam etiam ego. Et venient populi multi , & gentes robustæ ad quærendum Dominum exercituum in Ierusalem,& deprecandam faciem Domini.Hæc dicit Dominus exercituum , In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis Gentium,& apprehendent fimbriam viri Iudæi,dicentes,Ibimus vobiscum : audiuimus enim quoniam Deus vobiscum est.

*exertinũ

S. *Vaticinatur aduersus ciuitates Syriæ:& superbos Philistheos.rex Christus venturus est ad Sion insidens pullo asini , & ablato bello imperabit mundo in magna pace , qui etiam emisit vinctos de lacu in sanguine testamenti sui : omnia dicuntur futura populo Dei prospera,quonia ipse eum proteget.*

CAP. IX.

ONus verbi Domini in terra Hadrach A & Damasci requiei eius:quia Domini est oculus hominis,& omniũ tribuum Israel. Emath quoque in terminis eius,& Tyrus,& Sidon:assumpserunt quippe sibi sapientiam valde. Et ædificauit Tyrus munitionem suam , & coaceruauit argentũ quasi humũ,& aurum vt lutũ platearũ,Ecce Dominus possidebit eã, & percutiet in mari fortitudinem eius , & hæc igni deuorabitur.

B Videbit Ascalon , & timebit : & Gaza , & dolebit nimis:& Accaron,quoniam confusa est spes eius , & peribit rex de Gaza,& Ascalon non habitabitur. Et sedebit separator in Azoto, & disperdam superbiam Philistinorum.Et auferam sanguinẽ eius de ore eius,& abominationes eius de medio dentium eius: & relinquetur etiam ipse Deo nostro,& erit quasi dux in Iuda,& Accarõ quasi Iebusæus. Et circundabo domum meam ex his qui militant mihi euntes & reuertentes, & nõ transibit super eos vltrà exactor: quia nunc vidi in oculis meis. Exulta satis filia Sion, Iubila filia Ierusalem: ‖Ecce rex tuus veniet tibi iustus & saluator:ipse pauper & ascendens supes *asinum'& super pullum filium asinæ.Et *disperdam'quadrigam ex Ephraim,& equũ de Ierusalem , & dissipabitur arcus belli : & loquetur pacem Gentibus , & potestas eius à mari vsque ad mare,& à fluminibus vsque

Matt.21.a. Isaiæ.62.d

*asinam. *disperga.3.

C ad fines terræ.Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua . Conuertimini ad munitionem vincti spei,hodie quoque annuntiãs duplicia reddam tibi . Quoniam extẽdi mihi Iudam quasi arcum,impleui Ephraim:& suscitabo filios tuos Sion super filios tuos Græcia, & ponam te quasi gladium fortium. Et Dominus Deus super eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculum eius : & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Au-

D stri.Dominus exercituũ proteget eos:& deuorabũt,& subijcient lapidibus fundæ:& bibentes inebriabuntur quasi à vino, & replebuntur vt phialæ,& quasi cornua altaris. Et saluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi sui : quia lapides sancti eleuabuntur super terram eius . Quid enim bonum eius est,& quid pulchrum eius : nisi frumentum electorem,& vinum germinans virgines?

S. *Solus Dominus potest petita præstare , qui confortabit Iudæos: & misertus ipsorum congregabit eos de varijs locis captiuitatis in terram pristinam, humiliatis ipsorum inimicis.*

CAP. X.

A PEtite à Domino pluuiam in tempore serotino, & Dominus faciet niues , & pluuiam imbris dabit eis, singulis herbã in agro. Quia simulachra locuta sunt inutile,& diuini viderunt mendacium,& somniatores locuti sunt frustra : vanè consolabantur :idcirco abducti sunt quasi grex:affligentur,quia non est eis pastor. Super pastores iratus est furor meus , & super hircos visitabo : quia visitauit Dominus exercituũ gregẽ suum domum Iuda,& posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello. Ex ipso ange- B lus,ex ipso paxillus , ex ipso arcus prælij ,ex ipso egredietur omnis exactor simul.Et erũt quasi fortes, conculcantes lutum viarum in prælio:& bellabunt,quia Dominus cum eis: & confundentur ascensores equorum . Et confortabo domum Iuda,& domum Ioseph saluabo : & conuertam eos , quia miserebor eorum : & erunt sicut fuerunt quando non proieceram eos : ego enim Dominus Deus eorum,& exaudiam eos.Et erunt quasi for- C tes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à vino:& filij eorum videbunt , & lætabũtur, & exultabit cor eorum in Domino.Sibilabo eis,& congregabo illos , quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut antè fuerant multipli cati.Et seminabo eos in populis,& délonge recordabuntur mei:& viuent cum filijs suis, & reuertẽtur. Et reducam eos de Terra-Aegypti , & de Assyrijs congregabo eos : & ad Terram-Galaad,& Libani adducam eos: & non inuenietur eis locus. Et transibit in ma D ris freto,& percutiet in mari fluctus,& confundentur omnia profunda fluminis:& humiliabitur superbia Assur , & sceptrum Aegypti recedet.Cõfortabo eos in Domino,& in nomine eius ambulabũt: dicit Dominus.

S. *Iubet Dominus pasci pecora occisionis, quibus non parcet,quia pastores eorum non parcebant eis: de duabus virgis tãdem abscissis, & tribus pastoribus vno mense succisis : de apprehensa mercede triginta argenteorũ proiectorum ad statuarium: de alto malo pastore à Domino suscitando.* CAP. XI.

APeri Libane portas tuas,& comedat A ignis cedros tuas. Vlula abies , quia cecidit cedrus , quoniam magnifici vastati sunt:vlulate quercus Basan , quoniã succisus est saltus munitus. Vox vlulatus pastorum,quia vastata est magnificentia eorũ vox rugitus leonum,quoniam vastata est superbia Iordanis . Hæc dicit Dominus Deus meus,Pasce pecora occisionis quæ qui possederant,occidebant,& non dolebant ea,dicẽtes,Benedictus Dominus diuites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis.Et ego B non parcam vltrà super habitantes terram, dicit Dominus: ecce ego tradam homines, vnumquemque in manu proximi sui , & in manu regis sui:& concident terram , & non eruam de manu eorum. Et pascam pecus occisionis propter hoc ô pauperes gregis:& assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decórem,& alteram vocaui Funiculũ : & paui gregẽ.Et succidi tres pastores in mense vno, & contracta est anima mea in eis : siquidem & anima eorum variauit in me . ‖Et dixi, Iere.15.a. Non pascam vos : quod moritur , moriatur:&

tur:& quod ſuccidit ur,ſuccidatur,& reliqui
deuorent vnuſquiſque carnem proximi ſui.
C Et tuli virgam meam quæ vocabatur Decus,
& abſcidi eam:vt irritum facerem fœdus meũ
quod percuſsi cũ omnibus populis. Et in ir-
ritum deductum eſt in die illa : & cognoue-
runt ſic pauperes gregis qui cuſtodiunt mi-
hi,quia verbum Domini eſt. Et dixi ad eos,
Si bonum eſt in oculis veſtris,afferte merce
Matt.27.a dem meam:& ſi non, quieſcite.‖Et appende
runt mercedem meam triginta argenteos.Et
dixit Dominus ad me. Proijce illud ad ſta-
tuarium decõrum pretium quo appretiatus
ſum ab eis.Et tuli triginta argenteos:& pro-
ieci illos in domum Domini,ad ſtatuarium.
Et præſcidi virgam meam ſecundam,quæ ap
pellabatur Funiculus,vt diſſoluerem germa-
nitatem inter Iudam & Iſrael. Et dixit Do-
D minus ad me, Adhuc ſume tibi vaſa paſtoris
ſtulti. Quia ecce ego ſuſcitabo paſtorem in
terra,qui derelicta non viſitabit, diſperſum
non quæret,& contritum non ſanabit, & id
quod ſtat non enutriet,& carnes pinguium
comedet,& vngulas eorum diſſoluet. O pa-
ſtor & idõlum, derelinquẽs gregem:gladius
ſuper brachium eius, & ſuper oculum dex-
terum eius : brachiũ eius ariditate ſiccabitur,
& oculus dexter eius tenebreſcens obſcura-
bitur.

S. Iuda & Ieruſalem à varijs regnis affligen tur,ſed rurſum reducti filij Iſrael in terram ſuam ſuperiores erunt his, qui ſe afflixerant: effuſoq; à Domino ſpiritu gratiæ ſuper habi tatores Ieruſalem,aſpicient ad eum quem con fixerũt,& ſuper eum dolebunt,plangentes,ſin gulæ familiæ ſeorſum.

CAP. XII.

A ONus verbi Domini ſuper Iſrael. Di-
cit Dominus extendens cœlum, &
fundans terram, & fingens ſpiritum
hominis in eo , ecce ego ponam Ieruſalem
ſuperliminare crapulæ omnibus populis in
circuitu : ſed & Iuda erit in obſidione cõtra
Ieruſalem. Et erit in die illa , ponam Ieruſa-
lem lapidem oneris cunctis populis omnes
qui leuabunt eum, conciſione lacerabuntur:
& colligentur aduerſus eam omnia regna ter
B ræ.In die illa, dicit Dominus , percutiam o-
mnem equum in ſtuporem , & aſcenſorem
eius in amentiam:& ſuper domum Iuda ape
riam oculos meos,& omnem equum popu-
lorum percutiam cæcitate. Et dicent duces
Iuda in corde ſuo , Confortentur mihi habi
tatores Ieruſalem in Domino exercituũ Deo
eorum.In die illa ponam duces Iuda ſicut ca
'fuſcem.4. minum ignis in lignis, & ſicut 'facem' ignis
in fœno:& deuorabunt ad dexteram & ad ſi-
niſtram omnes populos in circuitu:& habi-
tabitur Ieruſalem rurſus in loco ſuo in Ieru
ſalem. Et ſaluabit Dominus tabernacula Iu
da,ſicut in principio: vt non magnificè glo-
rietur domus Dauid , & gloria habitantium
Ieruſalem contra Iudam.In die illa proteget
Dominus habitatores Ieruſalem, & erit qui C
offenderit ex eis in die illa, quaſi Dauid : &
domus Dauid quaſi Dei , ſicut angelus Do-
mini in conſpectu 'eorum'.Et erit in die illa: *'eius.*
quærã conterere omnes gentes quæ veniunt
contra Ieruſalem. Et effundam ſuper domũ
Dauid , & ſuper habitatores Ieruſalem ſpi-
ritum gratiæ & precum:& ‖aſpicient ad me, Ioan.19.g
quem confixerunt: & plangent eum planctu
quaſi ſuper vnigenitum , & dolebunt ſuper
eum vt doleri ſolet in morte primogeniti.In
die illa magnus erit plãctus in Ieruſalem, ſi-
cut plãctus Adadremmõ in Campo Maged- 2.Par.35.d
don.‖Et planget terra:familiæ & familiæ ſe-
orſum, familiæ domus Dauid ſeorſum,& mu D
lieres eorum ſeorſum:familiæ domus Nathã
ſeorſum,& mulieres eorũ ſeorſum : familiæ
domus Leui ſeorſum,& mulieres eorum ſe-
orſum: familiæ Semei ſeorſum, & mulieres
eorum ſeorſum.Omnes familiæ reliquæ, fa-
miliæ & familiæ ſeorſum,& mulieres eorum
ſeorſum.

S. *Quum fuerit fons patẽs domui Dauid in ablutionem peccatoris, tollentur idõla:& pſeudoprophetæ à ſibi chariſſimis lapidabuntur: quæ ſint plagæ in medio manuum: percutiendus paſtor & oues diſpergendæ,duæ partes hominum diſpergentur in omni terra, & tertia per ignem probabitur.*

CAP. XIII.

IN die illa erit fons patens domui Dauid A
& habitãtibus Ieruſalem:in ablutionem
peccatoris & menſtruatæ . Et‖erit in die Ezec.30.d
illa,dicit Dominus exercituum , Diſperdam
nomina idolorum de terra, & non memora-
buntur vltrà:& pſeudoprophetas,& ſpiritũ
immundum auferam de terra.Et erit:cũ pro-
phetauerit quiſpiã vltrà,dicẽt ei pater eius &
mater eius qui genuerunt eum . Non viues: B
quia mendacium locutus es in nomine Do
mini . & configent eum pater eius & mater
eius , genitores eius cum prophetauerit . Et
erit:in die illa cõfundentur prophetæ vnuſ-
quiſq; ex viſione ſua cũ prophetauerit , nec
operientur pallio ſaccino,vt mentiantur:ſed
dicet,Non ſum propheta , homo agricola e-
go ſum : quoniam Adam exemplum meum
ab adoleſcentia mea.Et dicetur ei, Quid ſunt
plagæ iſtæ in medio manuum tuarum?Et di C
cet,His plagatus ſum in domo eorum qui di
ligebant me. Phramea ſuſcitare ſuper paſto-
rem meum,& ſuper virum cohærentem mi- Matt.26.e
hi,dicit Dominus exercituum:‖percute pa- Merc.14.e
ſtorem,

ſtorem,& diſpergentur oues: & conuertam
manum meam ad paruulos.Et erunt in om-
'diſpergen-tur. ni terra,dicit Dominus partes duæ in ea 'di-
D ſperdentur',& deficient: & tertia pars relin-
quetur in ea . Et ducam tertiam partem per
ignem,& vram eos ſicut vritur argentum:&
probabo eos ſicut probatur aurum . Ipſe vo-
cabit nomen meum , & ego exaudiam eum.
*&. *Dicam,Populus meus es.& ipſe dicet, Do
minus Deus meus.

S. Poſtquam Ieruſalem paſſa fuerit captiuitatem aliasq; afflictiones à Gentibus , erit dies nota Domino , quum exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem:& filij Iſraël reuertentur,habitaturi ſecurè in Ieruſalem:percutietq; Dominus plaga Gentes,quæ pugnauerunt aduerſus Ieruſalem,& harum reliquiæ aſcendent, vt adorent Dominum in Ieruſalem, ſanctumq; erit quod eſt ſuper frænum equi.

A CAP. XIIII.

ECce venient dies Domini, & diuiden
tur ſpolia tua in medio tui.Et cõgrega
bo omnes gentes ad Ieruſalem in præ-
lium,& capietur ciuitas, & vaſtabuntur do-
mus , & mulieres violabuntur:& egredietur
media pars ciuitatis in captiuitatem, & reli-
quum populi non auferetur ex vrbe.Et egre
dietur Dominus,& præliabitur contra gen-
tes illas:ſicut præliatus eſt in die certaminis.
Et ſtabunt pedes eius in die illa ſuper Mon-
tem oliuarum qui eſt contra Ieruſalem ad
Orientem : & ſcindetur Mons oliuarum ex
media parte ſui ad Orientem & ad Occiden
tem præruptu grandi valde , & ſeparabitur
medium montis ad Aquilonem , & medium
eius ad Meridiem. Et fugietis ad vallem mõ
tium eorum , quoniam coniungetur vallis
montium vſque ad proximum:& fugietis ſi-
cut fugiſtis à facie terræmotus‖in diebus O- 2.Par.26.d
Amos.1.a.
B ziæ regis Iuda : & veniet Dominus Deus
meus omnesq; ſancti cũ eo. Et erit in die il-
la: nõ erit lux,ſed frigus & gelu. Et erit dies
vna quæ nota eſt Domino , non dies neque
nox:& in tempore veſperi erit lux.Et erit in
die illa:exibunt aquæ viuæ de Ieruſalem:me-
diũ earum ad mare orientale, & medium ea-
rum ad mare nouiſsimũ: in æſtate & in hye-
me erũt.Et erit Dominus rex ſuper omnem
terram: in die illa erit Dominus vnus,& erit
nomen eius vnum.Et reuertetur omnis terra
vſque ad deſertum,de colle Remmon ad Au
ſtrum Ieruſalem:& exaltabitur,& *'habitabit' *'habitabi-tur.*
in loco ſuo,à porta Ben-iamin vſque ad lo-
cum portæ prioris, *vſq; ad portam angulo- *&.
rum:& à turre Hananeel vſque ad torcularia
regis. Et habitabunt in ea,& anathéma non C
erit amplius:ſed ſedebit Ieruſalem ſecura. Et
hæc erit plaga qua percutiet Dominus om-
nes gentes quæ pugnauerũt aduerſus Ieruſa
lem, Tabeſcet caro vniuſcuiuſq; ſtãtis ſuper
pedes ſuos,& oculi eius contabeſcent in fo-
raminibus ſuis,& lingua eorum contabeſcet
in ore ſuo.In die illa erit tumultus Domini
magnus in eis : & apprehendet vir manum
proximi ſui,cõſeretur manus eius ſuper ma-
nũ proximi ſui.Sed & Iudas pugnabit aduer
ſus Ieruſalem & congregabuntur diuitiæ om
niũ gentium in circuitu,aurum & argentum
& veſtes multæ ſatis.Et ſic erit ruina equi &
muli & cameli & aſini , & omnium iumen-
torum quæ fuerint in caſtris illis, ſicut rui-
na hæc. Et omnes qui reliqui fuerint de vni D
uerſis gentibus quæ venerunt contra Ieruſa
lem,aſcendẽt ab anno in annum, vt adorent
regem Dominum exercituum , & celebrent
feſtiuitatem tabernaculorum.Et erit:qui nõ
aſcenderit de familijs terræ ad Ieruſalem, vt
adoret regem Dominum exercituum , non
erit ſuper eos imber. Quod & ſi familia Ae-
gypti non aſcenderit,& non venerit:nec ſu-
per eos erit,ſed erit ruina qua percutiet Do-
minus omnes gentes quæ non aſcenderint
ad celebrandam feſtiuitatem tabernaculorũ.
Hoc erit peccatum Aegypti , & hoc pecca-
tum omnium gentium quæ non aſcenderint
ad celebrandam feſtiuitatem tabernaculo-
rum.In die illa erit quod ſuper frænum equi
eſt ſanctum Domino: & erunt lebetes in do
mo Domini quaſi phialæ coram altari.Et e-
rit omnis lebes in Ieruſalem & in Iuda ſan-
ctificatus Domino exercituum : & ve-
nient omnes immolantes,& ſument
ex eis, & coquent in eis.& non
erit mercator vltrà in do-
mo Domini exer-
cituum in die
illo.

Prologus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prologus in Malachiæ prophetiam, maxima ex parte ex proœmio commentariorum Hieronymi in Malachiam.

DEVS per Moysen populo Israel præceperat, sacerdotes tabernaculi sui omni corporali vitio liberos, hostias omni vitio vacuas sibi offerre. Quibus legem suam ad regendum populum ob hoc dederat, vt per sacrificiorum oblationem, internuntij Dei & hominum facti, populum præceptis cœlestibus facerent obedire. Vnde sacerdotes angelos Dei esse, hoc in loco scriptura testatur. Sed quia tanti muneris gratiam contemnentes, supradictis populus ac sacerdotes sacrificia vitio deturpata, ipsi criminibus atq; impietatibus maculati Deo offerre cœperunt: Ideo per Malachiam prophetam Deus populum suum Israel increpat. Nomen autem Malachi septuaginta transtulerunt τὸ ἀγγέλου αὐτοῦ, id est, angelus eius, dicētes: Assumptio verbi Domini super Israel in manu angeli eius pro quo in Hebræo legitur Malachi: quod rectius & expressius dicitur, angelus, id est, nuntius meus. Nec putandum est iuxta quorundam opinionem, angelum venisse de cœlo & assumpsisse corpus humanum, vt Israeli quæ à Domino sunt mãdata loqueretur. Si enim interpretãda sunt nomina, & ex nominibus non spiritualis intelligẽti, sed historię ordo texendus est: ergo & Osee, qui saluator dicitur: & Ioel, qui interpretatur Dominus Deus, siue incipiens: & cæteri prophetæ non erunt homines, sed vel angeli vel Dominus atq; Saluator, quia hoc eorum nomina resonãt. Deniq; exceptis Septuaginta, alij interpretes nomen Malachi ita vt in Hebręo legitur transtulerunt, Malachi autem Hebræi Esdram existimant sacerdotem: quia omnia quæ in libro illius continentur, etiam hic propheta commemorat, dicens, Labia sacerdotis custodient scientiam & legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituũ est. Tempus quoq; ac titulus conueniunt: quod & in Psalmis diximus, eos qui titulos non habẽt, eorum esse credendos, quorum priores Psalmi nominibus prænotati sunt. Igitur & Malachi, id est, Esdras post Aggæum & Zachariã qui sub Dario prophetauerunt, fuisse credendus est: & propterea titulum non habere quòd liber eius pro titulo sit: in quo discimus quòd in regno Artaxerxis regis Persarum Esdras filius Saraiæ & cæterorum vsq; ad eum locum vbi dicitur, Filius Aaron sacerdotis, ab initio ascenderit de Babylone, & dederit ei rex secundum manum Domini Dei sui bonam omnem petitionem eius: ascenderintq; cum illo de filijs Israel & de filijs sacerdotũ, & de filijs Leuitarum, & de cantoribus & de ianitoribus, & de Nathineis in Ierusalẽ, anno. 7. Artaxerxis regis: & venerũt in Ierusalem mense. 5. ipse est annus septimus regis: quia in primo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, & in primo mensis quinti venit in Ierusalem.

Prophetia Malachiæ.

S. Prophetia Malachiæ ad Israël: quem Dominus arguit ingratitudinis, quod non agnoscebat se in Iacob, vnde descẽderat, dilectum, reiecto Esau cum populo suo: ideo conqueritur se ab Israel non honorari neq; timeri, quodq; sacerdotes despiciant nomen Domini, quorum reijcit sacrificia, gratam habens oblationem mundam quæ in omni loco ei offertur.

CAP. I.

A ONVS VERBI Domini ad Israel in manu Malachiæ *Dilexi vos, dicit Dominus: & dixistis, In quo dilexisti nos? Nónne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, ‖ & dilexi Iacob, Esau autem odio habui? & posui *montes eius in solitudinem, & hæreditatẽ eius in dracones deserti. Quòd si dixerit Idumæa, Destructi sumus, sed reuertentes ædificabimus quæ destructa sunt: hæc dicit Dominus exercituum, Isti ædificabunt, & ego destruam: & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus vsq; in æternum. B Et oculi vestri videbunt: & vos dicetis, Magnificetur Dominus super terminum Israel. Filius honorat patrem, & seruus dominum suũ: si ergo pater ego sum, vbi est honor meus? & si dominus ego sum, vbi est timor meus? dicit Dominus exercituum? ad vos ô sacerdotes, qui despicitis nomen meum, & dixistis, In quo despeximus nomen tuum? Offertis super altare meum panẽ pollutum: & dicitis, In quo polluimus te? In eo quòd dicitis, Mẽsa Domini despecta est. Si offeratis cæcum ad immolandũ, nónne malum est? & si offeratis claudum & languidum, nónne malum est? offer illud duci C tuo, si placuerit ei, aut si susceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Et nunc deprecamini vultum Dei, vt misereatur vestri (de manu enim vestra factum est hoc) si quo modo suscipiat facies vestras, dicit Dominus exercituũ. Quis est in vobis qui claudat ostia, & incendat altare meum gratuito? non est mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non suscipiam de manu vestra. ‖ Ab ortu enim solis vsque ad Occasum, magnum est nomen meum in Gẽtibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum. Et vos polluistis illud in eo quòd dicitis, Mensa Domini contaminata est: & quod superponitur, contemptibile est cum igne qui illud deuorat. Et dixistis, Ecce de labore, & exufflastis illud, dicit Dominus exercituum, & intulistis de rapinis claudum & languidum, & intulistis munus.

*prophetæ.

Roma. 9. c

*Seir.

Pſal. 11. a.

munus: nunquid suscipiam illud de manu vestra, dicit Dominus? Maledictus dolosus, qui habet in grege suo masculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in Gentibus.

S. Comminatur Dominus se maledicturum benedictionibus sacerdotum, nisi respiscant: ipsius enim legem contẽnunt, irritum facientes pactum Leui, qui hîc laudatur: trangressus est & Iuda ducens alienigenas, quapropter non respiciet deinceps Dominus ad sacrificiũ eorum: de vxore diligenda seu dimittenda. Laborare fecerũt Dominũ in sermonibus suis.

CAP. II.

A ET nunc ad vos mandatum hoc ô sacerdotes. ‖ Si nolueritis audire, & si no lueritis ponere super cor vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituũ: mittam in vos egestatem, & maledicam benedictionibus vestris, & maledicã illis: quoniam non posuistis super cor. Ecce ego proijciam vobis brachium, & dispergam super vultum vestrum stercus solennitatum vestrarum & assumet vos secũ. Et scietis quia misi ad vos mandatum istud vt esset pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituũ. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem: & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. B Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius: in pace & in equitate ambulauit mecũ, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est. Vos autem recessistis de via, & scãdalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum. Propter quod & ego dedi vos contẽtibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis faciem in lege. ‖ Nunquid non pater vnus omnium nostrum? nunquid non Deus vnus creauit nos? quare ergo despicit vnusquisque *nostrum? fratrem suum, violans pactum patrũ C vestrorum? Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel & in Ierusalem: quia contaminauit Iudas sanctificationem Domini, quam dilexit, & habuit filiam Dei alieni. Disperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magistrum & discipulum de *tabernaculis' Iacob, & offerentem munus Domino exercituum. Et hoc rursùm fecistis, Operiebatis lachrymis altare Domini, fletu & mugitu, ita vt nõ respiciam vltrà ad sacrificium, nec accipiam placabile quid de manu vestra. Et dixistis, Quam ob causam? Quia Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ, quã tu despexisti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Nónne vnus fecit, & re- D siduum spiritus eius est? Et quid vnus quærit, nisi semen Dei? Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorẽ adolescentiæ tuæ noli despicere. Cùm odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Israel. operiet autẽ iniquitas vestimentum eius, dicit Dominus exercituum. custodite spiritum vestrum, & nolite despicere. Laborare fecistis Dominum in sermonibus vestris. Et dixistis, In quo eum fecimus laborare? In eo quòd dicitis, Omnis qui facit malum, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placẽt: aut certè vbi est Deus iudicij.

Leui. 26. b
Deut. 28. b

Matth. 23. e
Ephe. 4. b.

*vestrum.

Amos. 5. f.
*tabernaculo.

S. De præcursore Christi & huius aduentu ac futuro iudicio: qui purgatis filijs Leui gratum habebit sacrificium Iuda & Ierusalem: comminatur sceleratis grauem vltionẽ, quos tamen ad se reuocat, plurima bona conuersis promittens conqueritur de ingratitudine filiorum Israël, & quòd ipsum in decimis suis configant: quódque dicant Deo non esse curæ suos cultores, cuius contrarium tandem experientur.

CAP. III.

ECce ego mitto angelum meũ, & præ A parabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator quem vos quæritis, & angelus testamẽti, quem vos vultis. Ecce venit, Dicit Dominus exercituum: & quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonum: & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificium Iuda & Ierusalem sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio, B & ero testis velox maleficis & adulteris & & periuris, & qui calumniantur mercedem mercenarij, *viduas & pupillos, & opprimũt *& humiliant. peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum. Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filij Iacob non estis consumpti. A diebus enim patrũ vestrorum recessistis à legitimis meis, & non custodistis. ‖ Reuertimini ad me, & reuertar ad vos, dicit Zacha. 1. a. Dominus exercituum. Et dixistis, In quo reuertemur? Si affiget homo Deũ, quia vos configitis me? Et dixistis, In quo *cõfiximus, 6 te? In decimis, & in primitijs. Et in penuria C vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota. Inferte omnem decimam in horreum: & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus: si nõ aperuero vo-

Matth. 11. b
Marci. 1. a.
Luc. 1. b. & 7. d.
Pſalm. 131.

bis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionē vsq; ad abundātiam,& increpabo pro vobis deuorantē, & non corrumpet fructum terræ vestræ:nec erit sterilis vinea in agro,dicit Dominus exercituū.Et beatos vos dicent omnes gentes:eritis enim vos terra desyderabilis,dicit Dominus exercituum.‖ Inualuerunt super me verba vestra,dicit Dominus. Et dixistis,Quid locuti sumus contra te?Dixistis, Vanus est qui seruit Deo:& quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino exercituum? ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem ædificati sunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum, & salui facti sunt. Tunc locuti sunt timentes Dominum vnusquisque cum proximo suo: Et attendit Dominus, & audiuit:& scriptus est liber monimenti coram eo timētibus Dominum,& cogitantibus nomen eius. Et erunt mihi,ait Dominns exercituum,in die qua ego facio,in peculium:& parcam eis,sicut parcit vir filio suo seruienti sibi.Et conuertemini, & videbitis quid sit inter iustum & impium:& inter seruientem Deo, & non seruientem ei.

Iob.21.b.

G

S. Dies Domini inflammabit omnes facientes impietatm, euulsa ipsorum radice: orietur sol iustitiæ Deum timentibus, qui calcabunt impios:iubet meminisci legis Moysi:Elias antequàm veniat dies Domini mittendus prædicitur,qui conuertat cor patrum ad filios.

CAP. IIII.

ECce enim dies veniet succensa quasi caminus: & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. ‖Et orietur vobis timentibus nomen meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorun in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum. ‖Memētote legis Moysi serui mei, quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israel præcepta & iudicia. ‖Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequàm veniat dies Domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum:ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate.

A

Lucæ.1.g.

B

Exod.20.a

Matth.17.b Marc.9.c. Lucæ.1.b.

Præfatio in libros Machabæorum.

MACHABÆORVM libri licet non habeantur in canone Hebræorum, tamen ab Ecclesia inter diuinorum voluminum annotantur historias. Notant autem prælia inter Hebræorum duces, gentésque Persarum, pugnam quoque sabbathorum, & nobiles Machabæi, à quo hi libri nomen acceperunt, triumphos :fœdus quoq; amicitiarum cum Romanorum ducibus, atq; legationum. Machabæi, septem fratres ab vna matre Machabæa nomine geniti, custodientes legem, patris traditionem, non mandūcantes carnem porcinam, ob hoc ab Antiocho rege sæuissimo in Antiochia martyrij gloria coronati sunt cum matre sua: atq; sepulti cum magna veneratione, ibi quiescunt.

IN PRIMVM LIBRVM MACHABÆOrum argumentum.

PRIMVS liber Machabæorum de impietate Antiochi in populum Iudæorum, quē ad sacrilegos Ethni corū ritus voluit inducere primum edisserit: de zelo quoq; Mathathiæ resistentis regis conatibus, & filios ad defensionem legis Dei exhortantis: de Iuda Machabæo, præclarisq; eius gestis & crebris victorijs, ac templo per ipsum à spurcitia idolorum purificato texit historiam. Agit quoq; de morte Iudę Machabęi, de Ionatha fratre eius succedente illi in principatu, bellisque per ipsum gestis: demissis à Ionatha legatis ad Romanos & Spartiatas pro pacis confœderatione, atq; de morte Ionathæ & filiorum eius: Deinde de Simone in eius locum substituto in principatu & sacerdotio Iudæorum, ac gestis eius. Demum de nece Simonis cū filijs in conuiuio, ac de Iohanne filio eius patri in gubernatione populi succedente pertractat.

Liber primus Machabæorum.

S. Mortuo Alexandro magno qui Darium percusserat, successit tandem in Græcia Antiochus illustris: sub quo scelerati quidam ex filijs Isaël prophanārunt Ierusalem. Anthiochus autē deuicto Ptolomæo rege Ægypti, inuasit Ierusalem, & ablatis omnibus vasis templi ac thesauris fecit cædem magnam,vnde ortus est ingens planctus: simile fecit & princeps tributorum ab eo missus, incensa Ierusalem, plurimisque in captiuitatem ductis. Antiochus leges idololatriæ Iudæis statuit, ablatis cunctis diuini cultus cæremonijs, & ædificato idōlo desolationis, renitentes miserè trucidans cuius edicta plurimi impij secuti sunt,pij verò resplueriūt, mortem potius subire parati.

CAP. I.

A

ET FACTVM EST, postquā percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnauit in Græcia, egressus de terra Cethim, Darium regem Persarum & Medorum: cōstituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ: & pertransijt vsque ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis Gentium:& siluit terra in conspectu eius.Et congregauit virtutem, & exercitum fortem nimis: & exaltatum est & eleuatum cor eius:& obtinuit regiones Gentium, & tyrannos: & facti sunt illi in tributum. Et post hæc decidit in lectum, & cognouit quia moreretur. Et vocauit pueros suos nobiles, qui secū erant nutriti à iuuentute: & diuisit illis regnū suum,cùm adhuc viueret. Et regnauit Alexāder annis duodecim,& mortuus est.Et obtinuerunt pueri eius regnum, vnusquisque in loco suo: & imposuerunt omnes sibi diademata post mortem eius, & filij eorum

B

post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra. Et exijt ex eis radix 'peccatrix' Antiochus illustris,filius Antiochi regis qui fuerat Romæ obses: & regnauit in anno centesimo tricesimo septimo regni Græcorum. In diebus illis exierunt ex Israel filij iniqui, & suaserunt multis,dicentes, Eamus, & disponamus testamentum cum Gentibus quæ circa nos sunt:quia ex quo recessimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus visus est sermo in oculis eorum.Et destinauerunt aliqui de populo, & abierūt ad regem: & dedit illis potestatem,vt facerēt iustitiam Gentium.Et ædificauerunt gymnasium in Ierosolymis secundum leges Nationum: & fecerūt sibi præputia, & recesserunt à testamento sancto, & iuncti sunt Nationibus,& vænundati sunt vt facerēt malum. Et paratum est regnum in conspectu Antiochi, & cœpit regnare in Terra-Aegypti, vt regnaret super duo regna.Et intrauit in Aegyptum in multitudine graui,in curribus & elephātis, & equitibus,& copiosa nauium multitudine: & constituit bellum aduersus Ptolomæum regem Aegypti,& veritus est Ptolomæus à facie eius,& fugit,& ceciderūt vulnerati multi. Et cōprehendit ciuitates munitas in Terra-Aegypti: & accepit spolia Terræ-Aegypti.Et conuertit Antiochus, postquàm percussit Aegyptum in centesimo & quadragesimo & tertio anno: & ascendit ad Israel, & ascendit Ierosolymam in multitudine graui. Et intrauit in sanctificationem cum superbia,& accepit altare aureū, & candelabrum luminis,& vniuersa vasa eius,& mēsam propositionis,& libatoria,& phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum quod in facie templi erat: & comminuit omnia. Et accepit argentum & aurum & vasa concupiscibilia: & accepit thesauros occultos quos inuenit: & sublatis omnibus abijt in terram suam. Et fecit cædē

C

D

hominum,& locutus est in superbia magna. Et factus est planctus magnus in Israel, & in omni loco eorum: & ingemuerunt principes & seniores, & iuuenes & virgines infirmati sunt, & speciositas mulierum immutata est. Omnis maritus sumpsit lamentum: & quæ sedebant in thoro maritali,lugebant: & commota est terra super habitantes in ea, & vniuersa domus Iacob induit confusionem. Et post duos annos dierum misit rex principem tributorum in ciuitates Iuda, & venit Ierusalem cum turba magna. Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei.Et irruit super ciuitatem repentè, & percussit eam plaga magna, & perdidit populum multum ex Israel. Et accepit spolia ciuitatis:& succendit eam igni, & destruxit domos eius,& muros eius in circuitu:& captiuas duxerūt mulieres,& natos,& pecora possederunt. Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno,& firmo,& turribus firmis,& facta est illis in arcem:& posuerunt illic gentem peccatricem viros iniquos, & cōualuerunt in ea:& posuerunt arma,& escas,& cōgregauerūt spolia Ierusalem, & reposuerunt illic:& facti sunt in laqueū magnū. Et factū

E

'peccatri.

Universidad de Deusto
Biblioteca

est hoc ad insidias sanctificationis, & in diabolũ malum in Israel: & effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminauerunt sanctificationem. Et fugerunt habitatores Ierusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est extera semini suo, & nati eius reliquerũt eam. Sanctificatio eius desolata est sicut soli tudo, dies festi eius conuersi sunt in luctum, sabbatha eius in opprobrium, honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata est ignominia eius: & sublimitas eius conuersa est in luctum. Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, vt esset omnis populus vnus: & relinqueret vnusquisque legem suam. Et consenserunt omnes gentes secundùm verbum regis Antiochi: & multi ex Israel consenserunt seruituti eius, & sacrificauerunt idôlis, & coinquinauerunt sabbathum. Et misit rex libros per manus nuntiorum in Ierusalem & in omnes ciuitates Iudæ: vt sequerentur leges Gentium terræ, & prohiberent holocausta & sacrificia, & placationes fieri in tẽplo Dei, & prohiberent celebrari sabbathũ, & dies solẽnes: & iussit coinquinari sancta, & sanctum populum Israel. Et iussit ædificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes suillas, & pecora communia, & relinquere filios suos incircuncisos, & coinquinari animas eorum in omnibus immunditijs & abominationibus, ita vt obliuiscerentur legem, & immutarent omnes iustificationes Dei. Et quicunque non feciſſent secundum verbum regis Antiochi, morerentur. Secundum omnia verba hæc scripsit omni regno suo: & præposuit principes populo qui hæc fiere cogerent. Et iusserunt ciuitatibus Iudæ sacrificare. Et congregati sunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legem Domini: & fecerunt mala super terram: & effugauerunt populum Israel in abditis, & in absconditis fugituorum locis. Die quinta decima mensis Casleu, quinto & quadragesimo & ▷centesimo' anno ædificauit rex Antiochus abominandum idôlum desolationis super altare Dei, & per vniuersas ciuitates Iudæ in circuitu ædificauerunt aras: & ante ianuas domorum, & in plateis incendebant thura, & sacrificabant. & libros legis Dei cõbusserunt igni, scindẽtes eos: & apud quẽcunque inueniebantur libri testamenti Domini, & quicunque obseruabat legem Domini, secundum edictum regis trucidabant eum. In virtute sua faciebant hæc populo Israel qui inueniebatur in omni mẽse & mense in ciuitatibus. Et quinta & vicesima die mensis sacrificabant super arã quæ erat cõtra altare. Et mulieres quæ circuncidebant filios suos trucidabant secundùm iussum regis Antiochi, & suspendebant pueros à ceruicibus per vniuesas domos eorum: & eos qui circũciderant illos trucidabant. Et multi de populo Israel definierunt apud se, vt non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis: & noluerũt infringere legem Dei sanctam, & trucidati sunt. & facta est ira magna super populum valdè.

S. Mathathias cum filijs luget afflictionem ciuitatis & sanctorum prophanationem, ostensisque signis mœstitiæ, respondet his qui à rege missi erant, nec se, nec cognationem suam impio decreto optemperaturos: occisisque idololatra Indæo & regis ministro, fugit cum filijs in montes: plurimi nolentes regi obtemperare trucidantur, cùm nollent sabbatho inimicis resistere: Mathathias collecto piorum exercitu, reuocat Dei cultum, destructa idololatria, cæsoque Antiochi præsidio: & moriturus hortatur filios, vt patrum exemplo semper tueantur legem Domini: dans Simõẽ filium suum in consultorem, & Iudam in militiæ principem.

CAP. II.

IN diebus illis surrexit Mathathias filius Iohannis filij Simeonis, sacerdos ex filijs Ioarim ab Ierusalem, & cõsedit in monte Modin: & habebat filios quinque, Iohannem, qui cognominabatur Gaddis: & Simõnem, qui cognominabatur Thasi: & Iudam, qui vocabatur Machabæus: & Eleazarum, qui cognominabatur Abaron: & Ionathan, qui cognominabatur Apphus. hi viderunt mala quæ fiebant in populo Iuda & in Ierusalem. Et dixit Mathathias, Væ mih, vt quid natus sum videre contritionem populi mei, & contritionem ciuitatis sanctæ, & sedere illic, cùm datur in manibus inimicorum? Sancta in manu extraneorum facta sunt: templũ eius sicut homo ignobilis. Vasa gloriæ eius captiua abducta sunt: trucidati sunt senes eius in platéis, & iuuenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Quæ gens non hæreditauit regnum eius, & nõ obtinuit spolia eius? Omnis compositio eius ablata est. Quæ erat libera, facta est ancilla. Et ecce sancta nostra, & pulchritudo nostra, & claritas nostra desolata est, & coinquinauerunt ea gentes. Quò ergo nobis adhuc viuere? Et scidit vestimenta sua Mathathias, & filij eius: & operuerũt se cilicijs, & plãxerunt valdè. Et venerũt illuc qui missi erant à rege Antiocho, vt cogerent eos qui cõfugerant in ciuitatẽ Modin, immolare, & accendere thura, & à lege Dei discedere. Et multi de populo Israel cõsentientes accesserũt ad eos: sed Mathathias & filij eius cõstanter steterũt. Et respondentes

tes qui missi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathiæ, Princeps & clarissimus & magnus es in hac ciuitate, & ornatus filijs & fratribus. ergo accede prior, & fac iussum regis, sicut fecerunt omnes gentes, & viri Iuda, & qui remanserunt in Ierusalẽ: & eris tu, & filij tui inter amicos regis, & amplificatus auro & argento, & muneribus multis. Et respõdit Mathathias, & dixit magna voce, Et si omnes gentes regi Antiocho obediunt, vt discedant vnusquisque à seruitute legis patrum suorum, & consentiant mandatis eius: ego & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. propitius sit nobis Deus: non est nobis vtile relinquere legem, & iustitias Dei. non audiemus verba regis Antiochi, nec sacrificabimus, transgredientes legis nostræ mãdata, vt eamus altera via. Et vt cessauit loqui verba hæc, accesit quidam Iudæus in omnium oculis sacrificare idôlis super aram in ciuitate Modin secundum iussum regis: & vidit Mathathias, & doluit, & contremuerũt renes eius, & accẽsus est furor eius secundum iudicium legis, & insiliẽs trucidauit eum super aram: sed & virum quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, & aram destruxit, & zelatus est legem, sicut fecit Phinees Num.25.b Zambri filio Salomi. Et exclamauit Mathathias voce magna in ciuitate dicens, Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me. Et fugit ipse, & filij eius in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in ciuitate. Tunc descenderunt multi quærentes iudicium & iustitiam, in desertũ: & sederunt ibi ipsi, & filij eius, & mulieres eorum, & pecora eorum: quoniam inundauerunt super eos mala. Et renuntiatum est viris regis, & exercitui qui erant in Ierusalem ciuitate Dauid, quoniã discessissent viri quidam, qui dissipauerunt mandatum regis in loca occulta in deserto, & abijssent post illos multi. Et statim perrexerunt ad eos, & constituerunt aduersus eos prælium in die sabbathorum, & dixerunt ad eos, Resistitis & nunc adhuc? exite, & facite secundum verbum regis Antiochi, & viuetis. Et dixerunt, Non exibimus, neque faciemus verbum regis, vt polluamus diem sabbathorum. Et cõcitauerunt aduersus eos prælium. Et non respõderunt eis, nec lapidem miserunt in eos, nec oppilauerunt loca occulta: dicẽtes, Moriamur omnes in simplicitate nostra: & testes erunt super nos cœlum & terra quòd iniustè perditis nos. Et intulerunt illis bellum sabbathis: & mortui sunt ipsi & vxores eorum, & filij eorum, & pecora eorum vsq; ad mille animas hominum. Et cognouit Mathathias & amici eius, & luctum habuerunt super eos valdè. Et dixit vir proximo suo, Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerũt, & non pugnauerimus aduersus gẽtes pro animabus nostris, & iustificationibus nostris: nunc citius disperdent nos à terra. Et cogitauerũt in die illa, dicẽtes, Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die sabbathorum, pugnemus aduersus eum: & non moriemur omnes, sicut mortui sunt fratres nostri in occultis. Tunc congregata est ad eos synagoga Iudæorum fortis viribus ex Israel, omnis volũtarius in lege: & omnes qui fugiebant à malis, additi sunt ad eos, & facti sunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum, & percusserunt peccatores in ira sua, & viros iniquos in indignatione sua: & cæteri fugerunt ad nationes, vt euaderent. Et circuiit Mathathias, & amici eius, & destruxerũt aras: & circunciderunt pueros incircuncisos quotquot inuenerunt in finibus eorũ: & in fortitudine. Et persecuti sunt filios superbiæ, & prosperatũ est opus in manibus eorum: & obtinuerunt legẽ de manibus gentium, & de manibus regũ: & non dederunt cornu peccatori. Et appropinquauerunt dies Mathathiæ moriendi, & dixit filijs suis, Nunc cõfortata est superbia, & castigatio, & tẽpus euersionis, & ira indignationis. Nunc ergo ô filij, æmulatores estote legis, & date animas vestras pro testamento patrũ vestrorum, & memẽtote operũ patrũ, quæ fecerunt in generationibus suis: & accipietis gloriã magnã, & nomen æternũ. ‖Abrahã nónne in tentatione inuentus est fidelis, & reputatũ est ei ad iustitiã? ‖Ioseph in tẽpore angustiæ suæ custodiuit mandatũ: & factus est Dominus Aegypti. ‖Phinees pater noster, zelando zelũ Dei, accepit testamentũ sacerdotij æterni. ‖Iesus dùm impleuit verbũ, factus est dux in Israel. ‖Caleb dùm testificatur in ecclesia, accepit hæreditatẽ. ‖Dauid in sua misericordia cõsecutus est sedẽ regni in secula. ‖Elias dùm zelat zelũ legis, receptus est in cœlũ. ‖Ananias & Azarias & Misael, credẽtes liberati sunt de flãma. ‖Daniel in sua simplicitate liberatus est de ore leonũ. Et ita cogitate per generationẽ & generationẽ: quia omnes qui sperãt in eum, nõ infirmantur. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria eius, stercus & vermis est: hodie extollitur: & cras non inuenietur: quia cõuersus est in terrã suam, & cogitatio eius perijt. Vos ergo filij confortamini, & viriliter agite in lege: quia* in ipsa glorioſi eritis. Et ecce Simon frater vester, scio quòd vir consilij est: ipsum audite semper, & ipse erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute sua, sit vobis

Gene.22.c Gene.41.e Num.25.c Eccl.45.d Iosue.1.a. Num.14.b Iosu.14.d. 2.Reg.2.a. 4.Reg.2.d Dani.3.c. Danie.6.f.

cum feceritis quæ vobis præcepta sunt in lege à Domino Deo vestro.

Universidad de Deusto
Biblioteca

princeps militiæ, & ipse aget bellū populi. Et adducetis ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictā populi vestri. Retribuite retributionē Gentibus, & intendite in præceptū legis. Et benedixit eos, & appositus est ad patres suos. Et defunctus est anno centesimo & quadragesimo sexto: & sepultus est à filijs suis in sepulchris patrum suorum in Modin, & planxerūt eū omnis Israel planctu magno.

S. Iudas Machabæus dux eximius prædicatur, qui perambulans ciuitates Iuda trucidabat omnes impios, & occiso duce Apollonio, eiusq; exercitu dispersō, vicit cum paucis potentissimū Syriæ exercitū vnà cum duce Serone: Iratus autē ob hoc rex Antiochus, profectus in Persidē cōstituit Lysiā viceregem dato belli in Iudæos apparatu, qui misit contra terrā Iuda Gorgiam cum exercitu: Iudas autē & sui ad bellū se parant, maximè operibus pœnitentiæ & oratione ad Deum. CAP. III.

A ET surrexit Iudas qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo: & adiuuabāt eum omnes fratres eius, & vniuersi qui se coniunxerant patri eius, & præliabātur prælium Israel cum lætitia. Et dilatauit gloriā populo suo, & induit se loricā sicut gigas, & succinxit se arma bellica sua in prælijs, & protegebat castra gladio suo. Similis factus est leoni in operibus suis, & sicut catulus leonis rugiens in venatione. Et persecutus est iniquos perscrutans eos: & qui conturbabāt populum suum, eos succēdit flāmis: & repulsi sunt inimici eius præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati sunt: & directa est salus in manu eius. Et exacerbabat reges multos, & lætificabat Iacob in operibus suis, & in seculum memoria eius in benedictione. Et perābulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit irā ab Israel. Et nominatus est vsque ad nouissimum ter-
B ræ, & congregauit pereuntes. Et cōgregauit Apollonius gentes, & à Samaria virtutē multam & magnam, ad bellandum contra Israel. Et cognouit Iudas, & exijt obuiā illi: & percussit, & occidit illum: & ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt. & accepit spolia eorum: & gladium Apollonij abstulit Iudas, & erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ quòd cōgregauit Iudas congregationē fidelium & ecclesiā secum, & ait, Faciā mihi nomē, & glorificabor in regno, & debellabo Iudā, & eos qui cū ipso sunt, qui spernebant verbū regis. Et præparauit se: & ascēderunt cū eo castra impiorū fortes auxiliarij, vt facerent vindictā in filios Israel. Et appropinquauerunt vsq; ad Beth-horon: & exiuit Iudas obuiam illi cum paucis. Vt autē viderunt exercitum venientem sibi obuiam, dixerunt Iudæ, Quomodo poterimus pauci pugnare cōtra multitudinem tantam, & tam fortem, & nos fatigati sumus ieiunio hodie? Et ait Iudas, Facile est concludi multos in manu pau C
corum: & non est differentia in conspectu Dei cœli liberare in multis & in paucis: quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, sed de cœlo fortitudo est. Ipsi veniunt ad nos in multitudine cōtumaci & superbia, vt disperdant nos, & vxores nostras, & filios nostros, & vt spolient nos. nos verò pugnabimus pro animabus nostris, & legibus nostris: & ipse Dominus conteret eos ante faciem nostram. vos autem ne timueritis eos. Vt cessauit autem loqui, insiluit in eos subito: & cōtritus est Seron, & exercitus eius in conspectu ipsius: & persecutus est eū in descensu Beth-horon vsq; in campum, & ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autē fugerunt in terrā Philisthijm. Et cecidit timor Iudæ ac fratrum eius, & formido super omnes gentes in circuitu eorum: & peruenit ad
D regem nomen eius, & de prælijs Iudæ narrabant omnes gentes. Vt audiuit autē rex Antiochus sermones istos, iratus est animo: & misit, & congregauit exercitum vniuersi regni sui, castra fortia valdè: & aperuit ærarium suum, & dedit stipēdia exercitui in annum, & mādauit illis vt essent parati ad omnia. Et vidit quòd defecit pecunia de thesauris suis, & tributa regionis modica propter dissentionē & plagam quam fecit in terra, vt tolleret legitima quæ erant à primis diebus, & timuit ne non haberet vt semel & bis in sumptus & donaria quæ dederat ante larga manu: & abundauerat super reges, qui ante eum fuerant. Et cōsternatus erat animo valdè, & cogitauit ire in Persidē, & accipere tributa regionum, & congregare argentū multum. Et reliquit Lysiā hominem nobilē de genere regali, super negotia regia, à flumine Euphrate vsq; ad flumen Aegypti: & vt nutriret Antiochū filium suū, donec rediret. Et
E tradidit ei mediū exercitū & elephantos: & mandauit ei de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Iudæā & Ierusalē: & vt mitteret ad eos exercitū, ad conterendā & extirpandam virtutē Israel, & reliquias Ierusalē, & auferendā memoriam eorū de loco: & vt cōstitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorū, & sorte distribueret terram eorū. Et rex assumpsit partē exercitus residui, & exiuit ab Antiochia ciuitate regni sui anno cēteſimo & quadragesimo septimo: & transfretauit Euphráten flumen, & perambulabat superiòres regiones. Et elegit Lysias Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem

norem & Gorgiam, viros potētes ex amicis regis: & misit cum eis quadraginta millia virorum, & septem millia equitum: vt venirēt in terram Iuda, & disperderent eā secundum verbum regis. Et processerunt cum vniuersa virtute sua, & venerunt: & applicuerunt Emmaum in terra campestri. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum: & acceperunt argentum & aurū multùm valdè, & pueros, & venerunt in castra, vt acciperēt filios Israel in seruos, & additi sunt ad eos exerci-
F tus Syriæ, & terræ alienigenarū. Et vidit Iudas, & fratres eius quia multiplicata sunt mala, & exercitus applicabant ad fines eorū, & cognouerunt verba regis quæ mādauit populo facere in interitum & cōsummationem & dixerunt vnusquisq; ad proximum suum, Erigamus deiectionem populi nostri, & pugnemus pro populo nostro, & sanctis nostris. Et congregatus est conuentus, vt essent parati in prælium: & vt orarent & peterent misericordiam & miserationes. Et Ierusalem non habitabatur, sed erat sicut desertum: non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius: & sanctum conculcabatur: & filij alieni genarum erant in arce, ibi erat habitatio Gētiū: & ablata est voluptas à Iacob, & defecit ibi tibia & cithara. Et congregati sunt, & venerunt in Maspha cōtra Ierusalē: quia locus orationis erat in Maspha ante in Israel. Et ieiunauerunt illa die, & induerunt se cilicijs & cinerem imposuerunt capiti suo: & discinderunt vestimenta sua, & expāderunt libros legis, de quibus scrutabantur Gentes similitudinem simulachrorum suorum: & attulerunt ornamenta sacerdotalia, & primitias, & decimas, & suscitauerunt Nazaræos, qui impleuerāt dies: & clamauerūt voce magna in
G cœlum, dicentes, Quid faciemus istis, & quò eos ducemus? & sancta tua conculcata sunt, & contaminata sunt, & sacerdotes tui facti sunt in luctum & in humilitatem: & ecce Nationes cōuenerunt aduersum nos, vt nos disperdant: tu scis quæ cogitant in nos. Quomodo poterimus subsistere ante faciem eorum, nisi tu Deus adiuues nos? Et tubis exclamauerūt voce magna. Et post hæc constituit Iudas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones. ‖ Et dixit his qui ædificabant domos, & spōsabant vxores, & plantabant vineas, & formidolosis, vt redirent vnusquisque in domum suam secundum legem. Et mouerunt castra, & collocauerunt ad Austrum Emmaum. Et ait Iudas, Accingimini, & estote filij potentes, & estote parati in mane: vt pugnetis aduersus nationes has quæ cōuenerunt aduersus nos disperdere nos & sancta nostra: quoniam melius est nos mori in bello, quàm videre mala gentis nostræ & sanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, sic fiat.

S. Gorgias quærit Iudam, at hic suos hortatus fudit hostes, rursumque Gorgiæ exercitu fuso, colligit spolia, & iterum fusis ad Deum precibus, deuincit Lysiæ exercitum, ac postmodum purificato templo, nouum erigit altare: & omnibus quæ ad Dei cultum requirebantur præparatis, sacrificijsque oblatis, magna lætitia celebrant illius dedicationem diebus octo: statuto etiam huius dedicationis annuo festo ad dies octo CAP. IIII.

ET assumpsit Gorgias quinque millia virorum, & mille equites electos: & mo- A
uerunt castra nocte, vt applicarent ad castra Iudæorum, & percuterent eos subitò, & filij qui erant ex arce, erant illis duces. Et audiuit Iudas, & surrexit ipse & potentes percutere virtutem exercituum regis, qui erant in Emmaum. Adhuc enim dispersus erat exercitus à castris. Et venit Gorgias in castra Iudæ noctu, & neminem inuenit, & quærebat eos in mōtibus: quoniam dixit, Fugiunt hi à nobis. Et cùm dies factus esset, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorum tantùm: qui tegumenta & gladios non habebant*: & viderunt castra Gentium valida, & loricatos, & equitatus in circuitu eo- *vt volebāt
rum, & hi docti ad prælium. Et ait Iudas viris qui secum erant, Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formideris. ‖ Mementote qualiter salui facti sunt patres nostri in mari rubro, cùm sequeretur eos Exod. 14. b
Pharao cum exercitu multo. Et nunc clamemus in cœlum: & miserebitur nostri Domi- B
nus, & memor erit testamenti patrum nostrorum, & conteret exercitum istum, ante faciem nostram hodie: & scient omnes gentes quia est qui redimat & liberet Israel. Et eleuauerūt alienigenæ oculos suos, & viderunt eos venientes ex aduerso. Et exierunt de castris in prælium, & tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda. Et congressi sunt: & contritæ sunt Gentes, & fugerunt in campum. Noüissimi autem omnes ceciderunt in gladio, & persecuti sunt eos vsque Gezeron, & vsq; in campos Idumææ, & Azoti, & Iamniæ: & ceciderunt ex illis vsque ad tria millia virorum. Et reuersus est Iudas, & exercitus eius. sequens eum. Dixitque ad populum, Nō concupiscatis spolia: quia bellum cōtra nos est, & Gorgias & exercitus eius prope nos in mōte: sed state nunc cōtra inimicos nostros, & expugnate eos, & sumetis postea spolia securi. Et adhuc loquēte Iuda hæc, ecce apparuit pars quædam prospiciens de mōte. Et vidit *Gorgias
quòd in fugam conuersi sunt, & succen- *sui

Universidad de Deusto
Biblioteca

derunt castra. fumus enim qui videbatur,
declarabat quod factum est.
C Quibus illi cõspectis timuerũt valdè, aspicientes simul & Iudam & exercitum in campo paratum ad prælium. Et fugerunt omnes in campum alienigenarum: & Iudas reuersus est ad spolia castrorum, & acceperunt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas. Et conuersi hymnum canebãt, & benedicebant Deum in cœlum, quoniã bonus est, quoniã in seculũ misericordia eius. Et facta est salus magna in Israel in die illa. Quicunq; autẽ alienigenarum euaserunt, venerunt, & nuntiauerunt Lysiæ vniuersa quæ acciderant. Quibus ille auditis, consternatus animo deficiebat: quòd non qualia voluit, talia contigerunt in Israel, & qualia mandauit rex. Et sequenti anno congregauit Lysias virorum electorum sexaginta millia, & equitum quinque millia, vt debellaret eos. Et venerunt in Iudæam, & castra posuerunt in Beth-horon, & occurrit illis Iudas cum decẽ millibus
D viris. Et viderunt exercitum fortem, & orauit, & dixit, Benedictus es saluator Israel,
1.Reg.17.f ‖qui contriuisti impetum potentis in manu
1.Re.14.b. serui tui Dauid, ‖& tradidisti castra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul, & armigeri eius. Conclude exercitum istum in manu populi tui Israel, & confundatur in exercitu suo & equitibus. Da illis formidinẽ, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueantur contritione sua. Deijce illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et cõmiserunt prælium: & ceciderunt de exercitu Lysiæ quinque millia virorum. Videns autem Lysias fugam suorum, & Iudæorum audaciam, & quòd parati sunt aut viuere aut mori fortiter, abijt Antiochiam, & elegit milites, vt multiplicati rursus venirent in Iudæam. Dixit autem Iudas, & fratres eius, Ecce contriti sunt inimici nostri: ascendamus nunc mundare sancta, & renouare. Et congregatus est omnis exercitus, & ascenderunt
E in montem Sion. Et viderunt sanctificationem desertam, & altare prophanatũ, & portas exustas, & in atrijs virgulta nata sicut in saltu vel in montibus, & pastophoria diruta. Et sciderunt vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, & imposuerunt cinerem super caput suum: & ceciderunt in faciem super terram, & exclamauerunt tubis signorũ, & clamauerunt in cœlum. Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduersus eos qui erant in arce, donec emundarent sancta. Et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei: & mundauerunt sancta, & tulerunt lapides cõtaminationis in locum immundum. Et cogitauit de altari holocaustorum quod prophanatum erat, quid de eo faceret. Et incidit illis consilium bonum, vt destruerent illud, ne fortè illis esset in opprobrium, quia contaminauerunt illud gentes, & demoliti sunt illud. Et reposue- F
runt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret propheta, & responderet de eis. Et acceperunt lapides integros secundum legem, & ædificauerunt altare nouum secundum illud quod fuit prius: & ædificauerunt sancta, & quæ intra domum erant intrinsecus: & ædem, & atria sanctificauerũt. Et fecerunt vasa sancta noua, & intulerunt candelabrũ, & altare incensorum, & mensam in templum. Et incẽsum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas quæ super candelabrum erant: & lucebant in templo. Et posuerunt super mẽsam panes, & apprehenderunt vela, & consummauerunt omnia opera quæ fecerãt. Et ante matutinum surrexerunt quinta & vicesima die mensis noni (hic est mẽsis Casleu) centesimi quadragesimi octaui anni: & obtulerunt sacrificiũ secundum legẽ super altare holocaustorũ nouum, quod fece
G runt. Secundum tẽpus & secundum diem in qua contaminauerunt illud gentes, in ipsa renouatum est in canticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis. Et cecidit omnis populus in faciẽ, & adorauerunt & benedixerunt in cœlum eum qui prosperauit eis. Et fecerunt dedicationẽ altaris diebus octo, & obtulerunt holocausta cum lætitia, & sacrificium salutaris & laudis. Et ornauerunt faciẽ templi coronis aureis & scutulis: & dedicauerunt portas & pastophoria: & imposuerunt eis ianuas. Et facta est lætitia in populo magna valde, & auersum est opprobriũ Gẽ- Ioan.10.c
tiũ. ‖Et statuit Iudas & fratres eius & vniuer
sa ecclesia Israel, vt agatur dies dedicationis altaris in tẽporibus suis ab anno in annũ per dies octo à quinta & vicesima die mẽsis Casleu, cum lætitia & gaudio. Et ædificauerunt in tempore illo montẽ Sion, & per circuitũ muros altos & turres firmas: nequando venirent Gentes, & conculcarent eum sicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitum vt seruarent eum, & muniuit eum ad custodiẽdam Beth-suram, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

S. Percussit Iudas plurimas gẽtes finitimas: obsessosq; Galaaditas & Galilæos ipse vnà cũ fratre Simeone liberat: & deuicto semel atq; iterũ Timótheo, captaq; ciuitate Ephron, quæ trãsitũ ipsi præbere noluerat, & omni masculo ipsius interempto: tandem integro numero læti reuertuntur in montẽ Sion ad sacrificandũ Domino.

Interea

Interea qui relictꝰ erãt duces in Ierusalem, dum contra Iudæ præceptum pugnant aduersus Gentes, cæduntur: Iudas verò percutit Chebron & Azotum subuersis ipsarum simulachris. CAP V.

A ET factum est, vt audierunt Gentes in circuitu, quia ædificatum est altare & sanctuariũ sicut prius, iratæ sunt valdè: & cogitabant tollere genus Iacob qui erant inter eos, & cœperunt occidere de populo, & persequi. Et debellabat Iudas filios Esau in Idumæa, & eos qui erant in Arabathane: quia circunsedebant Israelitas. & percussit eos plaga magna. Et recordatus est malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum & in scandalũ, insidiantes ei in via: & concluſi sunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorũ igni cum omnibus qui in eis erant. Et Transiuit ad filios Ammon, & inuenit manum fortẽ, & populum copiosum, & Timótheum ducem ipsorum: & cõmisit cum eis prælia multa: & contriti sunt in conspectu eorum, & percussit eos: & cepit Gazer ciuitatem, & filias eius, & reuersus est in Iudæã. Et congregatæ sunt gentes quæ sunt in Galaad, aduersus Israelitas qui erant in finibus eorũ, vt tollerent eos: & fugerunt in Datheman munitionem, & miserunt literas ad Iudam & fratres eius, dicentes, Congregatæ sunt aduersum nos gentes per circuitum, vt nos auferant: & parant venire, & occupare
B munitionẽ in quam confugimus: & Timótheus est dux exercitus eorũ. Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorũ, quia cecidit multitudo de nobis. Et omnes fratres nostri qui erant in locis Tubin, interfecti sunt: & captiuas duxerunt vxores eorũ, & natos, & spolia, & peremerunt illic ferè mille viros. Et adhuc epistolæ legebantur, & ecce alij nũtij venerunt de Galilæa consciſsis tunicis, nuntiantes secundum verba hæc: dicentes conueniſse aduersum se à Ptolemaida, & Tyro, & Sidone: & repleta est omnis Galilæa alienigenis vt nos consumant. Vt audiuit autem Iudas & populus sermones istos, cõuenit ecclesia magna cogitare quid facerẽt fratribus suis qui in tribulatione erãt, & expugnabantur ab eis. Dixitq; Iudas Simõni fratri suo, Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autẽ & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit Ioſephum filium Zachariæ, & Azariã duces populi cum reſiduo exercitu in Iudæa ad custodiã: & præcepit illis dicens, Præſtote populo huic: & nolite bellum cõmittere aduersum gẽtes, donec reuertamur. Et partiti sunt Simõni viri tria millia, vt iret in Galilæã: Iudæ autem octo millia in Galaaditim. Et abijt C
Simon in Galilæam, & cõmiſit prælia multa cum Gentibus: & contritæ sunt Gentes à facie eius, & perſecutus est eos vſq; ad portam Ptolemaidis. & ceciderunt de Gentibus ferè tria millia virorum, & accepit ſpolia eorũ, & aſſumpſit eos qui erant in Galilæa & in Arbatis cum vxoribus & natis, & omnibus quæ erant illis, & adduxit in Iudæam cum lætitia magna. Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius transierunt Iordanem, & abierunt viam trium dierum per deſertum. Et occurrerunt eis Nabuthæi, & ſuſceperunt eos pacifice, & narrauerunt eis omnia quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide, & quia multi ex eis comprehenſi ſunt in Baraſa, & Boſor, & in Alimis, & in Caſphor, & Mageth, & Carnain. hæ omnes ciuitates munitæ, & magnæ. Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenentur comprehenſi, & in craſtinum conſtituerunt admouere exercitum ciuitatibus his, & comprehendere, & tollere eos in vna die. Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in deſertum Boſor repente, & occupauit ciuitatem: & occîdit omnem maſculũ in ore gladij & accepit omnia ſpolia eorum, & ſuccendit eam igni. Et ſurrexerunt inde nocte, & ibant vſq; ad munitionem. Et factum eſt diluculo, cum eleuaſ- D
ſent oculos ſuos, & ecce populus multus, cuius non erat numerus, portantes ſcalas & machinas, vt cõprehenderent munitionẽ: & expugnabant eos. Et vidit Iudas quia cœpit bellũ, & clamor belli aſcendit ad cœlũ ſicut tuba, & clamor magnus de ciuitate: & dixit exercitui ſuo, Pugnate hodie pro fratribus veſtris. Et venit tribus ordinibus poſt eos, & exclamauerunt tubis, & clamauerunt in oratione. Et cognouerunt caſtra Timóthei quia Machabæus eſt, & refugerunt à facie eius: & percuſſerunt eos plaga magna, & ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum. Et diuertit Iudas in Maſpha, & expugnauit, & cœpit eã: & occidit omnẽ maſculum eius, & aſſumpſit ſpolia eius, & ſuccẽdit eã igni. Inde perrexit, & cepit Casbõ, & Mageth, & Boſor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. Poſt hæc autẽ verba, cõgregauit Timótheus exercitum alium, & caſtra poſuit cõtra Raphon trans torrentẽ. Et miſit Iudas ſpeculari exercitũ: & renunciauerunt ei, dicentes, Quia cõuenerunt ad eum omnes gentes quæ in circuitu noſtro ſunt, & exercitus multus nimis: & Arabas conduxerunt in auxilium ſibi, & caſtra poſuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prælium. Et abijt E
Iudas obuiam illis. Et ait Timótheus principibus exercitus ſui, Cùm appropinqua-

uerit

uerit Iudas & exercitus eius ad torrentem aquæ: si transierit ad nos prior, nō poterimus sustinere eum: quia potēs poterit aduersum nos. si verò timuerit transire, & posuerit castra extra flumen, transfretemus ad eos, & poterimus aduersus illum. Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ, statuit scribas populi secus torrentem, & mandauit eis, dicēs, Neminem hominum reliqueritis, sed veniant omnes in prælium. Et transfretauit ad illos prior, & omnis populus post eum. & contritæ sunt omnes gentes à facie eorum, & proiecerunt arma sua, & fugerunt ad phanum quod erat in Carnaim. Et occupauit ipsam ciuitatem, & phanum succendit igni cum omnibus quæ erant in ipso: & oppressa est Carnaim, & non potuit sustinere contra faciem Iudæ. Et congregauit Iudas vniuersos Israelitas qui erant in Galaaditide, à minimo vsque ad maximum, & vxores eorum, & natos, & exercitum magnū valdè, vt venirent in terram Iudæ. Et venerunt vsque Ephron: & hæc ciuitas magna in ingressu posita, munita valdè. & non erat declinare ab ea dextera vel sinistra, sed per mediam iter erat. Et incluserunt se qui erant in ciui-
Num.20.e tate, & obstruxerunt portas lapidibus: & mi-
F sit ad eos Iudas verbis pacificis, dicēs, ‖ Transeamus per terram vestram, vt eamus in terram nostrā: & nemo vobis nocebit, tantum pedibus transibimus. Et nolebāt eis aperire. Et præcepit Iudas prædicari in castris, vt applicarēt vnusquisque in quo erat loco. & applicuerunt se viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte, & tradita est ciuitas in manu eius: & peremerunt omnem masculum in ore gladij, & eradicauit eam, & accepit spolia eius, & transiuit per totam ciuitatem super interfectos. Et trāsgressi sunt Iordanem in campo magno, contra faciem Beth-san. Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iuda: & ascenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocausta, quòd nemo ex eis cecidisset donec reuerterentur in pace. Et in diebus quibus erat Iudas & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciē Ptolemaidis, audiuit Iosephus Zachariæ filius, & Azarias principes virtutis res bene gestas, & prælia quæ facta sunt, & dixit, Faciamus & ipsi nobis nomen, & eamus pugnare aduersus gentes quæ
G in circuitu nostro sunt. Et præcepit his qui erant in exercitu suo, & abierunt Iamniam. Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam illis in pugnā. Et fugati sunt Iosephus & Azarias vsq; in fines Iudææ: & ceciderunt illo die de populo Israel ad duo millia viri, & facta est plaga magna in populo: quia nō audierunt Iudam & fratres eius, existimantes fortiter se facturos. ipsi autem non erant de semine virorum illorum per quos salus facta est in Israel. Et [a] viri Iuda, magnificati sunt valdè in conspectu omnis Israel, & gētium omnium vbi audiebatur nomen eorum. Et conuenerunt ad eos fausta acclamantes. [a] vir Iudas et fratres eius.

Et exiuit Iudas & fratres eius, & expugnabant filios Esau in terra quæ ad Austrū est, & percussit Chebron, & filias eius: & muros eius & turres succēdit igni in circuitu. Et mouit castra, vt iret in terrā alienigenarū, & perambulabat Samariā. In die illa ceciderunt sacerdotes in bello, dum [a] volunt' fortiter facere, dum sine cōsilio [a] exeunt, in prælio. Et declinauit Iudas in Azotum in terrā alienigenarum, & diruit aras eorū, & sculptilia deorum ipsorum succendit igni: & cepit spolia ciuitatum, & reuersus est in terram Iuda. [a] vult et exit.20.

S. *Antiochus repulsus ab opulenta ciuitate Elymaide venit in Babylonem, vbi auditis infortunijs quæ sui in Iudæa passi erant, incidit præ tristitia in mortis languorem, confitens hoc sibi contigisse ob impietatem quam in Iudæos exercuerat: quo ibi mortuo, & Iuda arcem Ierusalem obsidente, successor eius filius Antiochus dictus Eupator, congregato aduersus Iudam potentissimo exercitu non potuit eum vincere, & Eleazar, occiso ingēti elephante, ab eo oppressus interijt: rex autem oppugnans Ierusalem reuocatur à Lysia, sed post iuratam pacem, non seruat iusiurandum* CAP. VI.

A ET rex Antiochus perambulabat superiores regiones, & audiuit esse ciuitatem Elymaidem in Persidè nobilissimam, & copiosam in argento & auro, templumq́; in ea locuples valdè. & illic velamina aurea, & loricæ, & scuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo qui regnauit primus in Græcia. Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam, & non potuit: quoniam innotuit sermo his qui erant in ciuitate. & insurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abijt cum tristitia magna, & reuersus est in Babyloniā. Et venit qui nuntiaret ei in Persidè, quia fugata sunt castra quæ erant in terra Iuda: & quia abijt Lysias cum virtute forti in primis, & fugatus est à facie Iudæorū, & inualuerunt armis & viribus, & spolijs multis, quæ ceperunt de castris quæ excidernut: & quia diruerunt abominationem quā ædificauerant super altare quod erat in Ierusalem: & sanctificationem, sicut prius circundederunt muris excelsis: sed & Bethsurā ciuitatem suā. Et factum est, vt audiuit

diuit rex sermones istos, expauit, & cōmotus est valdè: & decidit in lectū, & incidit in languorē præ tristitia, quia non factū est ei
B sicut cogitabat. Et erat illic per dies multos: quia renouata est in eo tristitia magna, & arbitratus est se mori. Et vocauit oēs amicos suos, & dixit illis, Recessit somnus ab oculis meis, & cōcidi & corrui corde præ solicitudine: & dixi in corde meo, In quantā tribulationē deueni, & in quos fluctus tristitiæ in qua nunc sum: qui iucundus erā, & dilectus in potestate mea? Nunc verò reminiscor malorū quæ feci in Ierusalē, vnde & abstuli omnia spolia aurea & argentea quæ erāt in ea, & misi auferre habitantes Iudæā, sine causa. Cognoui ergo quia propterea inuenerūt me mala ista: & ecce pereo tristitia magna in terra aliena. Et vocauit Philippū vnum de amicis suis, & præposuit eum super vniuersum regnū suum: & dedit ei diadema, & stolam suā, & annulū, vt adduceret Antiochum filium suum, & nutriret eum, & regnaret. Et mortuus est illic Antiochus rex anno centesimo quadragesimonono. Et cognouit Lysias quoniā mortuus est rex, & cōstituit regnare Antiochum filium eius, quē nutriuit adolescentē: & vocauit nomen eius Eupatorem. Et hi qui erant in arce, cōclusérant Israel in circuitu sanctorum: & quærebant eis
C mala semper & firmamētum Gentiū. Et cogitauit Iudas disperdere eos: & conuocauit vniuersum populū, vt obsiderent eos. Et cōuenerunt simul, & obsederunt eos anno cētesimo quinquagesimo, & fecerunt balistas & machinas. Et exierunt quidam ex eis qui obsidebātur: & adiunxerunt se illis aliqui impij ex Israel, & abierunt ad regē, Et dixerunt, Quousq; non facis iudicium & vindicas fratres nostros? Nos decreuimus seruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obsequi edictis eius: & filij populi nostri propter hoc alienabant se à nobis. & quicunq; inueniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates nostræ diripiebantur. Et non ad nos tantum extenderunt manū, sed & in omnes fines nostros. & ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ierusalē occupare eam, & munitionem in Bethsurā munierunt. & nisi præueneris eos velocius, maiora, quā hæc faciēt, & non poteris obtinere eos. Et iratus est rex vt hæc audiuit: & cōuocauit omnes amicos
D suos, & principes exercitus sui, & eos qui super equites erant: sed & de regnis alijs, & de insulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitij. Et erat numerus exercitus eius, centum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo docti ad prælium. Et venerūt per Idumæam, & applicuerunt ad Bethsuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & succenderunt eas igni & pugnauerunt viriliter. Et recessit Iudas ab arce, & mouit castra ad Bethzacharam cōtra castra regis. Et surrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetum contra viam Bethzacharam: & comparauerunt se exercitus in prælium, & tubis cecinerunt: & elephantis ostēderunt sanguinē vuæ & mori, ad acuendos eos in prælium. & diuiserunt bestias per legiones: & astiterunt singulis elephantis mille viri in loricis cōcatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati vnicuique bestiæ electi erant. Hi ante tempus vbicunque erat bestia, ibi erant: & quocunque ibat, ibant, & non discedebant ab ea. Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegētes super singulas bestias: & super eas machinæ: & super singulas, viri virtutis triginta duo, qui pugnabant desuper: & intus magister bestiæ. Et residuum equitatum hinc & inde E
statuit in duas partes, tubis exercitum commouere, & perurgere constipatos in legionibus eius. Et vt refulsit sol in clypeos aureos & æreos, resplenduerunt mōtes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis. Et distincta est pars exercitus regis per montes excelsos, & alia per loca humilia: & ibāt cautè & ordinatè. Et commouebantur omnes inhabitātes terram à voce multitudinis eorum, & incessu turbæ, & collisione armorū. erat enim exercitus magnus valdè & fortis. Et appropiauit Iudas, & exercitus eius in prælium: & ceciderūt de exercitu regis sexcenti viri. Et vidit Eleazar filius Saura, vnam de bestijs loricatam loricis regis, & erat eminēs super cæteras bestias. & visum est ei quòd in ea esset rex: & dedit se vt liberaret populū suum, & acquireret sibi nomen æternum. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis interficiens à dexteris & à sinistris, & cadebant ab eo huc atq; illuc. Et iuit sub pedes elephātis, & suppositi se ei, & occidit eum: & cecidit in terram super ipsum, & mortuus est illic. Et videntes virtutē regis, & im F
petū exercitus eius, diuerterunt se ab eis. Castra autē regis ascenderunt contra eos in Ierusalē, & applicuerūt castra regis ad Iudæam & montē Sion. Et fecit pacē cum his qui erant in Bethsura: & exierūt de ciuitate, quia non erāt eis ibi alimenta conclusis, quia sabbatha erant terræ. Et cōprehendit rex Bethsuram: & constituit illic custodiam seruare eam. Et cōuertit castra ad locum sanctificationis dies multos: & statuit illic balistas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & spicula: & scorpios ad mitten-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mittendas ſagittas & fundibula. Fecerunt autem & ipſi machinas aduerſus machinas eorum, & pugnauerunt dies multos. Eſcæ autem non erant in ciuitate, eo quòd ſeptimus annus eſſet: & qui remanſerant in Iudæa de Gentibus, conſumpſerant reliquias eorum quæ repoſitæ fuerãt. Et remanſerunt in ſanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames: & diſperſi ſunt vnuſquiſque in locum
G ſuum. Et audiuit Lyſias quòd Philippus quem conſtituerat rex Antiochus cum adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium ſuum, & regnaret, reuerſus eſſet à Perſide & Media, & exercitus qui abierat cum ipſo, & quia quærebat ſuſcipere regni negotia: & feſtinauit ire, & dicere ad regem & duces exercitus, Deficimus quotidie, & eſca nobis modica eſt, & locus quem obſidemus eſt munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaque demus dextras hominibus iſtis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum: & conſtituamus illis vt ambulent in legitimis ſuis ſicut prius. propter legitima enim ipſorum, quæ deſpeximus, irati ſunt, & feceruut omnia hæc. Et placuit ſermo in conſpectu regis & principum: & miſit ad eos pacem facere: & receperunt illam. Et iurauit illis rex & principes: & exierunt de munitione. Et intrauit rex montem Sion, & vidit munitionem loci: & rupit citius iuramentum quod iurauit, & mandauit deſtruere murum in gyro. Et diſceſſit feſtinãter, & reuerſus eſt Antiochiam, & inuenit Philippum dominantem ciuitati: & pugnauit aduerſus eum, & occupauit ciuitatem.

S. Demetrius Seleuci filius occiſis Antiocho & Lyſia obtinet regnum patrum ſuorum: qui accuſato apud ſe Iuda Machabæo, mittit ducem Bacchidem, & accuſatorem Alcimum conſtitutum ſacerdotem ad affligendum filios Iſraël, ſed quum non poſſent aduerſus Iudam prævalere, miſſus eſt à rege Nicanor, qui, vt & priores, quum dolo nequiret, vi Iudam aggreſſus, ſemel atque iterum ab eo deuictus eſt, & præmiſſis ad Deum precibus, cum toto ſuo exercitu occiſus, amputato ipſius capite ac dextera, quam irriſis Iudæorum ſacrificijs ſuperbè contra locum ſanctum extulerat: cuius victoriæ dies annuus apud Iudæos celebris inſtituitur.

CAP. VII.

A ANno centeſimo quinquageſimo primo exijt Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & aſcendit cũ paucis viris in ciuitatẽ maritimam, & regnauit illic. Et factum eſt: vt ingreſſus eſt domum regni patrum ſuorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lyſiam, vt adducerent eos ad eum. Et res ei innotuit: & ait, Nolite mihi oſtendere faciem eorum. Et occidit eos exercitus. Et ſedit Demetrius ſuper ſedẽ regni ſui, & venerunt ad eum viri iniqui & impij ex Iſrael: & Alcimus dux eorũ, qui volebat fieri ſacerdos, Et accuſauerunt populũ apud regem, dicẽtes, Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos tuos, & nos diſperdidit de terra noſtra. Nunc ergo mitte virum cui credis, vt eat & videat exterminium omne quod fecit nobis in regionibus regis: & puniat omnes amicos eius & adiutores eorũ. Et elegit B rex ex amicis ſuis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno, & fidelem regi: & miſit eum & Alcimum impium conſtituit in ſacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Iſrael. Et ſurrexerunt, & venerunt cum exercitu magno in terram Iuda: & miſerunt nuncios, & locuti ſunt ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis in dolo. Et non intenderunt ſermonibus eorum: viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno. Et conuenerunt ad Alcimum & Bacchidem congregatio ſcribarum requirere quæ iuſta ſunt: & primi, Aſsidæi qui erant in filijs Iſrael: & exquirebant ab eis pacem. Dixerunt enim, Homo ſacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus eſt cum eis verba pacifica: & iurauit illis, dicens, Non inferemus vobis malum, neque amicis veſtris. Et crediderunt ei. Et comprehendit ex eis ſexaginta viros, & occidit eos in vna die ſecundum verbum quod ſcriptum eſt, ‖Carnes ſanctorum tuorum, & ſanguinem ipſorum effuderunt in circuitu Ieruſalem, & non erat qui ſepeliret. Et incubuit timor & tremor in omnem populum: quia dixerunt, Non eſt veritas & iudicium in eis: tranſgreſſi ſunt enim conſtitutum, & iuſiurandum quod iurauerunt. Et mouit Bacchides caſtra ab Ieruſalem, & applicuit in Bethzecha: & miſit, & comprehendit multos ex eis qui ad ſe refugerant, & quoſdam de populo mactauit, & in puteum magnum proiecit. Et commiſit regionem Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorum ipſi. Et abijt Bacchides ad regem: & ſatis agebat Alcimus pro principatu ſacerdotij ſui. & cõuenerunt ad eũ omnes qui perturbabant populũ ſuũ, & obtinuerunt terrã Iuda, & fecerunt plagam magnam in Iſrael. Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus & qui cũ eo erant, filijs Iſrael, multo plus quàm Gentes: & exijt in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictã in viros deſertores, & ceſſauerunt vltrà exire in regionem. Videt autem Alcimus quòd prævaluit

Pſal. 78.2. C

D

Iudas & qui cum eo erant: & cognouit quia non poteſt ſuſtinere eos, & regreſſus eſt ad regem, & accuſauit eos multis criminibus.
1.Mach. 15.2. ‖Et miſit rex Nicanorem, vnum ex principibus ſuis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Iſrael: & mandauit ei euertere populum. Et venit Nicanor in Ieruſalẽ cum exercitu magno, & miſit ad Iudam & ad fratres eius verbis pacificis cũ dolo, dicens, Nõ ſit pugna inter me & vos: veniam cum viris paucis, vt videam facies veſtras cum pace. Et venit ad Iudam, & ſalutauerunt ſe inuicem pacificè: & hoſtes parati erãt rapere Iudam. Et innotuit ſermo Iudæ quoniam cum dolo venerat ad eum: & cõterritus eſt ab eo, & amplius noluit videre faciem eius. Et co-
E gnouit Nicanor quoniam denudatum eſt cõſilium eius: & exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta Capharſalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu, ferè quinque millia viri, & fugerũt in ciuitatem Dauid. Et poſt hæc verba aſcendit Nicanor in montem Sion: & exierũt de ſacerdotibus populi ſalutare eum in pace, & demonſtrare ei holocautomata quæ offerebantur pro rege. Et irridens, ſpreuit eos, & polluit: & locutus eſt ſuperbè, & iurauit cum ira, dicens, Niſi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas: continuò cum regreſſus fuero in pace, ſuccendam domum iſtam. Et exijt cum ira magna: & intrauerunt ſacerdotes, & ſteterunt ante faciem altaris & templi: & flentes dixerunt,
F Tu Domine elegiſti domum iuſtam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt eſſet domus orationis & obſecrationis populo tuo: fac vindictam in homine iſto, & exercitu eius, & cadant in gladio: memento blaſphemias eorum, & ne dederis eis vt permaneãt. Et exijt Nicanor ab Ieruſalem, & caſtra applicuit ad Bethoron: & occurrit illi exercitus Syriæ. Et Iudas applicuit in Adarſa cum tribus millibus viris: & orauit Iudas, & dixit, ‖Qui miſi erant à rege Sennacherib, Domine, quia blaſphemauerunt te, exijt angelus, & percuſsit ex eis centum octoginta quinq; millia: ſic cõtere exercitum iſtum in conſpectu noſtro hodie, & ſciant cæteri quia malè locutus eſt ſuper ſancta tua, & iudica illum ſecundum malitiã illius. Et cõmiſerunt exercitus præliũ tertiadecima die mẽſis Adar: & cõtrita ſunt caſtra Nicanoris, &
G cecidit ipſe primus in prælio. Vt autẽ vidit exercitus eius quia cecidiſſet Nicanor, proiecerunt arma ſua, & fugerunt: & perſecuti ſunt eos viã vnius dici ab Adazer, vſquequo veniatur in Gazara, & tubis cecinerũt poſt eos cum ſignificationibus. & exierũt de omnibus caſtellis Iudææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & cõuertebantur iterum ad eos. & ceciderunt omnes gladio, & nõ eſt relictus ex eis nec vnus. Et acceperũt ſpolia eorum in prædam: & caput Nicanoris amputauerunt, & dexterã eius quam extẽderat ſuperbè, & attulerũt, & ſuſpenderunt cõtra Ieruſalẽ. Et lætus eſt populus valdè, & egerũt diem illã in lætitia magna. Et conſtituit agi omnibus annis diem iſtam tertiadecima die mẽſis Adar. Et ſiluit terra Iuda dies paucos.

4.Reg.19. & Tob.1.d. Eccle.48.d Eſa.37.g.

S. Iudas audita celeberrima Romanorum fama ac virtute quæ hîc recitantur, miſſis nuntijs fœdus cum illis percutit, vt ipſorum præſidio Iudæi à Græcorum iugo liberentur: Romani autem Iudæ remittunt icti fœderis reſcriptum in tabulis æreis ſculptum, quod hîc refertur. CAP. VIII.

ET audiuit Iudas nomen Romanorum A quia ſunt potentes viribus, & acquieſcunt ad omnia quæ poſtulãtur ab eis: & quicunq; acceſſerunt ad eos, ſtatuerunt cum eis amicitias, & quia ſunt potentes viribus. Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas quas fecerũt in Galatia, quia obtinuerunt eos & duxerunt ſub tributum: & quanta fecerunt in regione Hiſpaniæ, & quod in poteſtatẽ redegerunt metalla argenti & auri quæ illic ſunt, & poſſederũt omnem locum conſilio ſuo & patientia: locaq; quæ longè erant valdè ab eis, & reges qui ſuperuenerãt eis ab extremis terræ, contriuerunt, & percuſſerunt eos plaga magna: cæteri autem dãt D eis tributum omnibus annis. & Philippum & Perſen Ceteorum regẽ, & cæteros qui aduerſum eos arma tulerant cõtriuerunt in bello, & obtinuerũt eos. & Antiochũ magnum regem Aſiæ, qui eis pugnam intulerat, habẽs centum viginti elephantes, & equitatum, & currus, & exercitum magnum valdè, contritum ab eis: & quia ceperunt eum viuum, & ſtatuerunt ei vt daret ipſe & qui regnarent B poſt ipſum, tributum magnum, & daret obſides, & conſtitutum & regionẽ Indorũ, & Medos, & Lydos de optimis regionibus eorum: & acceptas eas ab eis, dederũt Eumeni regi. & quia qui erant apud Helladã, voluerũt ire, & tollere eos: & innotuit ſermo his, & miſerunt ad eos ducẽ vnum, & pugnauerunt contra illos, & ceciderunt ex eis multi, & captiuas duxerunt vxores eorũ, & filios, & diripuerunt eos, & terrã eorum poſſederunt, & deſtruxerũt muros eorũ, & in ſeruitutẽ illos redegerunt vſq; in hunc diem: & reſidua regna, & inſulas quæ aliquãdo reſtituerant illis, exterminauerũt, & in poteſtatẽ redegerunt. Cũ amicis autẽ ſuis, & qui in ipſis requiẽ habebãt, conſeruauerunt amicitiã, & obtinuerunt regna quæ erant proxima, &

quæ erant longè: quia quicunque audiebant nomen eorum, timebant eos. quibus verò vellent auxilio esse vt regnarent, regnabant: quos autem vellent, regno deturbabat: & exaltati sunt valde. Et in omnibus istis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, C vt magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerunt sibi, & quotidie consulebant trecentos viginti consilium agentes semper de multitudine, vt quæ digna sunt, gerant. & committunt vni homini magistratum suum per singulos annos dominari vniuersæ terræ suæ: & omnes obediũt vni, & nõ est inuidia, neq; zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemum filium Iohannis filij Iacob, & Iasonem filiũ Eleazari, & misit eos Romam constituere cũ illis amicitiam & societatem: & vt auferrent ab eis iugum Græcorum, quia viderũt quòd in seruitutem premerent regnum Israel. Et abierunt Romam viam multam valdè, & introierunt curiam, & dixerunt, Iudas Machabæus, & fratres eius, & populus Iudæorũ miserunt nos ad vos statuere vobiscum societatem & pacem, & conscribere nos socios & amicos vestros. Et placuit sermo in cõspectu eorum. Et hoc rescriptũ est quod rescripserunt in tabulis æreis: & miserunt in Ierusalé, vt esset apud eos ibi memoriale pacis & societatis. Bene sit Romanis & gẽti Iudæorum in D mari & in terra in æternum: gladiusq; & hostis procul sit ab eis. Quòd si institerit bellũ Romanis prius, aut omnibus socijs eorum in omni dominatione eorum: auxilium feret gens Iudæorum, prout tẽpus dictauerit, corde pleno: & præliantibus non dabunt, neque subministrabunt triticum, arma, pecuniam, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes. Similiter autem & si gẽti Iudæorum prius acciderit bellũ, adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiserit: & adiuuantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, naues, sicut placuit Romanis: & custodient mandata eorum absq; dolo. secundum hæc verba cõstituerunt Romani populo Iudæorũ. Quòd si post hæc verba hi aut illi addere, aut deme re ad hæc aliquid voluerint, facient ex proposito suo: & quæcunq; addiderint vel dempserint, rata erunt. Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei, dicentes, Quare grauasti iugum tuum super amicos nostros, & socios Iudæos? Si ergo iterũ adierint nos aduersum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terraq́ue.

S. Bacchide & Alcimo contra Iudam missis à Demetrio, Iudas minimo exercitu fortissimè resistens occiditur ac lugetur: grauiterq́; afflictis pijs Israelitis frater ipsius Ionathas in eius locum sufficitur: qui ob fratris Iohannis mortẽ percutit filios Iambri in nuptijs, rursumq́ percussis de Bacchidis exercitu mille viris, Alcimus ob impia in locũ sanctum opera percussus à Deo paralysi mortuus est. Sed & Bacchides cũ nec dolo nec vi posset Ionathã perdere, inito cũ eo fœdere discessit, nec amplius in Iudæam reuersus est. CAP IX.

INterea vt audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor & exercitus eius in prælio, A appoſuit & Bacchidẽ & Alcimũ rursum mittere in Iudæam, & dextrum cornu cum illis. Et abierũt viã quæ ducit in Galgala, & castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbellis: & occupauerunt eã, & peremerunt animas hominum multas. In mense primo anni cẽtesimi & quinquagesimi secundi applicuerunt exercitum ad Ierusalem: & surrexerunt, & abierunt in Berean viginti millia virorum, & duo millia equitũ. Et Iudas posuerat castra in Laisa, & tria millia viri electi cũ eo: & viderunt multitudinẽ exercitus quia multi sunt, & timuerunt valdè: & multi subtraxerunt se de castris, & nõ remanserunt ex eis nisi octingẽti viri. Et vidi Iudas quòd defluxit exercitus suus, & bellũ perurgebat eũ, & confractus est corde: quia non habebat tẽpus congregandi eos, & dissolutus est. Et dixit his qui residui erant, Surgamus, & eamus ad aduersarios nostros, si poterimus pugnare aduersus eos. Et auertebant eum, dicẽtes, Nõ poterimus, sed liberemus animas nostras modò, & reuertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus aduersus eos: nos autẽ pauci sumus. Et ait Iudas, Absit istã rem facere, vt fugiamus ab eis: & si appropiauit tẽpus B nostrũ, moriamur in virtute propter fratres nostros, & non inferamus crimen gloriæ nostræ. Et mouit exercitus de castris, & steterũt illis obuiã: & diuisi sunt equites in duas partes, & fundibularij & sagittarij præibant exercitum, & primi certaminis omnes potẽtes. Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabãt tubis: exclamauerunt autem & hi qui erant ex parte Iudæ etiam ipsi, & cõmota est terra à voce exercituum: & commissum est prælium à mane vsq; ad vesperam. Et vidit Iudas quòd firmior est pars exercitus Bacchidis in dextris, & cõuenerunt cum ipso omnes cõstantes corde: & cõtrita est dextera pars ab eis, & persecutus est eos vsq; ad montem Azoti. Et qui in sinistro cornu erant, viderunt quòd cõtritum est dextrum cornu, & secuti sunt post Iudam & eos qui cum ipso erant à tergo: & ingrauatum est prælium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis. Et Iudas cecidit, & cæteri fugerũt. Et Ionathas, & Si-

& Simon tulerunt Iudam fratrem suum, & sepelierunt eum in sepulchro patrum suorũ C in ciuitate Modin. Et fleuerunt eum omnis populus Israel planctu magno: & lugebant dies multos, & dixerunt, Quomodo cecidit potens, qui saluum faciebat populum Israel? Et cætera verba bellorum Iudæ, & virtutum quas fecit, & magnitudinis eius, nõ sunt descripta. multa enim erant valdè. Et factũ est: post obitum Iudæ emerserunt iniqui in omnibus finibus Israel, & exorti sunt omnes qui operabãtur iniquitatẽ. In diebus illis facta est fames magna valdè, & tradidit se Bacchidi omnis regio eorum cũ ipsis. Et elegit Bacchides viros impios & cõstituit eos dominos regionis: & exquirebant & perscrutabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidẽ, & vindicabat in illos, & illudebat. Et facta est tribulatio magna in Israel, qualis nõ fuit ex die qua non est visus propheta in Israel. Et congregati sunt omnes amici Iudæ, & dixerũt Ionathæ, Ex quo frater tuus Iudas defunctus est, vir similis ei non est qui exeat contra inimicos, Bacchidem & eos qui inimici sunt gentis nostræ. Nunc itaq; te hodie elegimus esse pro eo nobis in principem & D & ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Ionathas tempore illo principatum, & surrexit loco Iudæ fratris sui. Et cognouit Bacchides, & quærebat eum occidere. Et cognouit Ionathas & Simon frater eius, & omnes qui cum eo erant: & fugerunt in desertum Thecuæ, & consederunt ad aquam lacus Asphar. Et cognouit Bacchides: & die sabbathorũ venit ipse & omnis exercitus eius trans Iordanẽ: & ▷Ionathas' misit fratrẽ suum ducem populi, & rogauit Nabuthæos amicos suos, vt *commodarent' illis apparatũ suũ qui erat copiosus. Et exierunt filij Iambri ex Madaba, & comprehenderunt Iohannem & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea. Post hæc verba, renuntiatum est Ionathæ & Simõni fratri eius quia filij Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt sponsam ex Madaba filiam vnius de magnis principibus Chanâan cũ ambitione magna. Et recordati sunt sanguinis Iohãnis fratris sui: & ascenderunt, & abscõderunt se sub tegumen to montis. Et eleuauerunt oculos suos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus. & sponsus processit, & amici eus, & fratres eius obuiã illis cũ tympanis, & musicis, & armis multis. Et surrexerunt ad eos ex insidijs, & occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi, & residui fugerunt in montes: & acceperunt omnia spolia eorum, & cõuersæ sunt nuptiæ in luctum, & vox musicorũ ipsorũ in lamentum. Et vindicauerunt vindictam sanguinis fratris sui: & reuersi sunt ad ripam Iordanis. Et audiuit Bacchides, & venit die sabbathorum vsq; ad oram Iordanis in virtute magna. Et dixit ad suos Ionathas, Surgamus, & pugnemus contra inimicos nostros. non est enim hodie sicut heri, & nudiustertius. ecce enim bellum ex aduerso, aqua verò Iordanis hinc & inde, & ripæ, & paludes, & saltus: & non est locus diuertẽdi. Nunc ergo clamate in cœlum: vt liberemini de manu inimicorum vestrorum. Et cõmissum est bellũ. Et extendit Ionathas manum suam percutere Bacchidem, & diuertit ab eo retrò: & disilijt Ionathas & qui cũ eo erant in Iordanẽ, & transnatauerunt ad eos Iordanem: & ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri: & reuersi sunt in Ierusalé, & ædificauerũt ciuitates munitas in Iudæa, munitionem quæ erat in Iericho, & in Ammaum, & in Beth-horon, & in Beth-el, & Thamnata, & Phara, & Thopo muris: excelsis & portis & seris. Et posuit custodiam in eis, vt inimicitias exercerent in Israel: & muniuit ciuitatem Bethsuram, & Gazaram, & arcem, & posuit in eis auxilia, & apparatum escarum: & accepit filios ptincipũ regionis obsides, & posuit eos in arce in Ierusalem in custodiam. Et anno centesimo quinquagesi F motertio, mense secundo præcepit Alcimus destrui muros domus sanctæ interioris, & destrui opera prophetarũ: & cœpit destruere. In tempore illo percussus est Alcimus: & impedita sunt opera illius, & occlusum est os eius, & dissolutus est paralysi, nec vltrà potuit loqui verbũ & mandare de domo sua. Et mortuus est Alcimus in tẽpore illo cum tormento magno. Et vidit Bacchides quoniam mortuus est Alcimus: & reuersus est ad regẽ, & siluit terra ▷Iuda 'annis duobus. Et cogita ▷.18. uerunt omnes iniqui, dicẽtes, Ecce Ionathas & qui cum eo sunt, in silentio habitant confidenter: nunc ergo adducamus Bacchidẽ, & comprehendet eos omnes vna nocte. Et abierunt, & consilium ei dederunt. Et surrexit vt veniret cum exercitu multo: & misit occultè epistolas socijs suis qui erãt in Iudæa, vt cõprehenderent Ionathan & eos qui cum eo erant: sed non potuerunt, quia innotuit eis cõsilium eorum. Et apprehendit de viris regionis, qui principes erãt *militiæ 'quinqua *ualitiæ.3. ginta viros, & occidit eos, & secesit Ionathas, & Simõ, & qui cum eo erãt in Beth-bessen, quæ est in deserto: & extruxit diruta eius, & firmauerũt eã. Et cognouit Bacchides, G & cõgregauit vniuersam multitudinem suã: & his qui de Iudæa erãt denũtiauit. Et venit, & castra posuit dẽsuper Beth-bessen: & oppugnauit eã dies multos, & fecit machinas.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et reliquit Ionathas Simônem fratrem suũ in ciuitate,& exijt in regionẽ, & venit cum numero, & percussit Odaren & fratres eius, & filios Phaseron in tabernaculis ipsorum, & cœpit cædere & crescere in virtutibus. Simon verò,& qui cum ipso erant, exierunt de ciuitate,& succenderũt Machmas,& pugnauerunt contra Bacchidem, & cõtritus est ab eis, & afflixerunt eum valde, quoniam consilium eius & congressus eius erat inanis.Et iratus contra viros iniquos qui ei consilium dederant vt veniret in regionem ipsorum, multos ex eis occidit: ipse autem cogitauit cum reliquis abire in regionem suam,Et cognouit Ionathas: & misit ad eũ legatos cõponere pacem cum ipso,& reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit,& fecit secundum verba eius, & iurauit se nihil facturũ ei mali omnibus diebus vitæ eius. Et reddidit ei captiuitatem quam prius erat prædatus de terra Iuda:& conuersus abijt in terram suam,& non apposuit amplius venire in fines eius. Et cessauit gladius ex Israel & habitauit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Israel.

S. *Alexandro Nobilis Antiochi filio occupante Ptolemaida,conatur Demetrius ferire fœdus cum Ionatha, semel ac iterum plurima pollicens:at ille prælegit oblatas ab Alexandro amicitias,qui Alexander deuicto occisoq; Demetrio ducit vxorem Cleopatram Ptolemæi regis Ægypti filiam, plurimum Ionathan honorans:porrò Apollonium ducem iunioris Demetrij deuicit Ionathas, succensa Azoto & templo Dagon: rursumq; ab Alexandro honoratur data sibi Accaron ac fibula aurea.*

CAP. X.

A ET anno centesimo sexagesimo ascendit Alexander Antiochi filius,qui cognominatus est Nobilis: & occupauit Ptolemaidam,& receperũt eum, & regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, & congregauit exercitum copiosum valdè, & exiuit obuiam illi in prælium. Et misit Demetrius epistolam ad Ionathan verbis pacificis, vt magnificaret eum:dixit enim, Anticipemus facere pacem cum eo,priusquam faciat cum Alexãdro aduersum nos: recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum, & in fratrem eius,& in gentem eius.Et dedit ei potestatem cõgregandi exercitũ, & fabricare arma,& esse ipsum socium eius,& obsides qui erant in arce iussit tradi ei. Et venit Ionathas in Ierusalem,& legit epistolas in auditu omnis populi & eorũ qui in arce erant. Et timuerunt timore magno, quoniam audierunt quòd dedit ei rex potestatem congregandi exercitum.Et traditi sunt Ionathæ obsides,& reddidit eos parentibus suis:& habitauit Ionathas in Ierusalem, & cœpit ædificare & innouare ciuitatem.Et dixit facientibus opera,vt extruerent muros, & mõtem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem:& ita fecerunt.Et fugerunt alienigenæ qui erãtin munitionibus quas Bacchides ædificauerat:& reliquit vnusquisque locum,& abijt in terrã suam:tantum in Bethsura remanserunt aliqui ex his qui reliquerant legem & præcepta Dei. erat enim hæc eis ad refugium. Et audiuit Alexander rex B promissa quæ promisit Demetrius Ionathæ: & narrauerunt ei prælia,& virtutes quas ipse fecit,& fratres eius,& labores quos laborauerunt,& ait,Nunquid inueniemus aliquẽ virum talẽ? & nunc faciemus eum amicum, & socium nostrum. Et scripsit epistolam,& misit ei secundum hæc verba dicens,Rex Alexãder fratri Ionathæ salutem. Audiuimus de te quòd vir potens sis viribus, & aptus es vt sis amicus noster: & nunc constituimus te hodie summum sacerdotem gentis tuæ,vt amicus vocêris regis (& misit ei purpuram, & coronam auream)& quæ nostra sunt sentias nobiscum, & cõserues amicitias ad nos. Et induit se Ionathas stola sancta septimo mense,anno centesimo sexagesimo in die solenni scenopegiæ: & cõgregauit exercitum, & fecit arma copiosa.Et audiuit Demetrius verba ista, & contristatus est nimis, & ait, Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiam Iudæorum ad munimen sui? Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona: vt sint mecum in adiutorium. Et scripsit eis in hæc verba, Rex Demetrius genti Iudæorum salutem, Quoniam seruastis ad nos pactum, & mansistis in amicitia nostra, & non accessistis ad inimicos nostros,audiuimus, & gauisi sumus. Et nunc perseuerate adhuc conseruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ fecistis nobiscũ. C Et remittemus vobis præstationes multas, & dabimus vobis donationes.Et nũc absoluo vos & omnes Iudæos a tributis &, pretia satis indulgeo, & coronas remitto,& tertias seminis: & dimidiam partem fructus ligni quod est portionis meæ relinquo vobis ex hodierno die & deinceps,ne accipiatur à terra Iuda & à tribus ciuitatibus quæ additæ sunt illi ex Samaria & Galilæa ex hodierna die & in totum tẽpus.& Ierusalem sit sancta & libera& cum finibus suis:& decimæ,& tributa,ipsius sint. Remitto etiam potestatem arcis quæ est in Ierusalem: & do eam summo sacerdoti,vt constituat in ea viros quoscunque ipse elegerit,qui custodiant eam. Et omnem animam Iudæorũ, quæ captiua est à terra Iuda in omni regno meo relinquo liberam gratis, vt omnes à tributis soluantur, etiam pecorum suorum. Et omnes dies solennes,& sabbatha,& neomeniæ,& dies decreti,& tres dies ante diem solennem,& tres dies post diem solennẽ sint omnes immunitatis & remissionis omnibus Iudæis qui sunt in regno meo: & nemo habebit potestatem agere aliquid,& mouere negotia aduersus aliquem illorũ in omni causa. Et ascribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta millia virorum, & dabuntur illis copiæ vt oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur qui sint in munitionibus regis magni: & ex his constituentur super negotia regni quæ aguntur ex fide,& principes sint ex eis,& ambulent in legibus suis, sicut præcepit rex in terra Iuda. Et tres ciuitates quæ additæ sunt Iudææ ex regione Samariæ,cum Iudæa reputentur:vt sint sub vno,& non obediant alienæ potestati, nisi summi sacerdotis:Ptolemaida & cõfines eius,quas dedi donum sanctis qui sunt in Ierusalem ad necessarios sumptus sanctorum.Et ego do singulis annis quindecim millia siclorum argenti de rationibus regis, quæ me contingunt: & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant qui super negotia erant annis prioribus,ex hoc dabunt in opera domus.Et super hæc quinque millia siclorum argenti,quæ accipiebãt de sanctorum ratione per singulos annos: & hæc ad sacerdotes pertineant, qui ministerio funguntur. Et quicunq; cõfugerint in templum quod est Ierosolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittantur, & vniuersa quæ sunt eis in regno meo libera habeant.Et ad ædificanda vel restauranda opera sanctorum sumptus dabuntur de ratione regis:& ad extruẽdos muros in Ierusalem & communiendos in circuitu,sumptus dabuntur de ratione regis, & ad construendos muros in Iudæa. Vt audiuit autẽ Ionathas & populus sermones istos,nõ crediderunt eis,nec receperunt eos: quia recordati sunt malitiæ magnæ quam fecerat in Israel, & tribulauerat eos valdè. Et cõplacuit eis in Alexandrum, quia ipse fuerat eis princeps sermonum pacis,& ipsi auxilium ferebant omnibus diebus. Et cõgregauit rex Alexander exercitum magnum,& admouit castra contra Demetrium.Et cõmiserunt præliũ duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & insecutus est eum Alexãder,& incubuit super eos. Et inualuit prælium nimis, donec occidit sol:& cecidit Demetrius in

die illa. Et misit Alexander ad Ptolemæum E regem Aegypti legatos secundum hæc verba dicens, Quoniam regressus sum in regnum meum,& sedi in sede patrum meorũ, & obtinui principatum,& contriui Demetrium, & possedi regionem nostram, & cõmisi pugnam cum eo,& contritus est ipse,& castra eius à nobis,& sedemus in sede regni eius:& nunc statuamus adinuicem amicitiam:& da mihi filiam tuam vxorem, & ego ero gener tuus,& dabo tibi dona, & ipsi dignitatẽ. Et respondit rex Ptolemæus,dicens, Fœlix dies in qua reuersus es ad terrã patrum tuorum, & sedisti in sede regni eorum.Et nũc faciam tibi quod scripsisti: sed occurre mihi Ptolemaidam,vt videamus inuicem nos,& spondeam tibi sicut dixisti. Et exiuit Ptolemæus de Aegypto, ipse & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidam anno centesimo sexagesimosecundo. Et occurrit ei Alexãder rex,& dedit ei Cleopatram filiã suam: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ,sicut reges,in magna gloria.Et scripsit rex Alexander Ionathæ,vt veniret obuiam sibi.Et abijt cum gloria Ptolemaidam,& occurrit ibi duobus regibus,& dedit illis argentum multũ,& aurum,& dona:& inuenit gratiam in conspectu eorũ.Et conuenerunt aduersus eum viri pestilentes ex Israel, viri iniqui interpellantes aduersus eum:& non intendit ad eos rex.Et iussit spoliari Ionathan vestibus suis, & indui eũ purpura:& ita fecerunt. Et collocauit eum rex sedere secum.Dixitq; principibus suis,Exite cum eo in medium ciuitatis, & prædicate vt nemo aduersus eũ interpellet de vllo negotio, nec quisquam ei molestus sit de vlla ratione.Et factum est vt viderunt qui interF pellabant gloriam eius quæ prædicabatur,& opertum eum purpura,fugerunt omnes: & magnificauit eum rex, & scripsit eum inter primos amicos, & posuit eum ducẽ, & participem principatus. Et reuersus est Ionathas in Ierusalẽ cum pace & lætitia.In anno centesimo sexagesimoquinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terram patrum suorum. Et audiuit Alexander rex,& contristatus est valdè,& reuersus est Antiochiam. Et cõstituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœlesyriæ:& cõgregauit exercitum magnum, & accessit ad Iamniam: & misit ad Ionathã summum sacerdotẽ,dicens,Tu solus resistis nobis: ego autẽ factus sum in derisum & in opprobriũ, propterea quia tu potestatẽ aduersum nos exerces in montibus.Nunc ergo si cõfidis in virtutibus tuis, descẽde ad nos in campũ,& comparemus illic inuicem: quia mecum est virtus bellorum.Interroga & disce quis sum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ego & cæteri qui auxilio sunt mihi, qui & dicunt quia nō potest stare pes vester ante faciem nostrā, quia bis in fugam conuersi sunt patres tui in terra sua: & nunc quomodo poteris sustinere equitatū & exercitū tantum in campo, vbi non est lapis, neq; saxū, neq; locus fugiendi? Vt audiuit autē Ionathas sermones Apollonij, motus est animo: & elegit decem millia virorum, & exijt ab Ierusalē, & occurrit ei Simon frater eius in adiutoriū: & applicuerunt castra in Ioppen, & exclusit eū à ciuitate: quia custodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eā. Et exterriti qui erāt in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum, & exercitum multū. Et abijt Azotum tanquam iter facens, & statim exijt in campum, eo quòd haberet multitudinem equitum, & confideret in eis. Et insecutus est eum Ionathas in Azotum, & commiserunt prælium. Et reliquit Apollonius in castris mille equites post eos occultè. Et cognouit Ionathas quoniam insidiæ sunt post se, & circuierunt castra eius, & iecerūt iacula in populum à mane vsq; ad vesperam. Populus autē stabat, sicut præceperat Ionathas: & laborauerunt equi eorum. Et eiecit Simō exercitum suum, & commisit contra legionem. equites enim fatigati erant, & contriti sunt ab eo, & fugerunt. Et qui dispersi sunt per campum, fugerunt in Azotum, & intrauerunt in Beth-dagon idōlum suum, vt ibi se liberarēt. Et succendit Ionathas Azotū, & ciuitates quæ erant in circuitu eius, & accepit spolia eorum, & templum Dagō: & omnes qui fugerunt in illud, succendit igni. Et fuerunt qui ceciderunt gladio cum his qui succēsi sunt, ferè octo millia virorū. Et mouit inde Ionathas castra, & applicuit ea Ascalonem: & exierunt de ciuitate obuiam illi in magna gloria. Et reuersus est Ionathas in Ierusalem cum suis, habētibus spolia multa. Et factum est: vt audiuit Alexander rex sermones istos, addidit adhuc glorificare Ionathan. Et misit ei fibulam auream, sicut consuetudo est dari cognatis regū. Et dedit ei Accaron & omnes fines eius in possessionem.

S. *Mortuo Alexandro, & similiter Ptolemæo qui Alexandri regnū dolo inuaserat, ablata ab eo filia sua & tradita in vxorem Demetrio, hic Demetrius Ionathan honorat datis literis immunitatis à tributis: Ionathas autē mittit ei auxiliares milites, qui occisis vno die centum millibus, regē à ciuibus Antiochiæ liberarunt, & Antiochiā incenderunt: illo autē fœdus cum Ionatha initum præuaricante, Antiochus filius Alexandri deuicto Demetrio regnans, fœdus init cum Ionatha, qui*

vnà cum fratre Simōne sæpius victor euadit aduersus alienigenas. CAP. XI.

ET rex Aegypti cōgregauit exercitum, A sicut arenā quæ est circa orā maris, & naues multas: & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno suo. Et exijt in Syriā verbis pacificis, & aperiebant ei ciuitates, & occurrebant ei: quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiā, eo quòd socer suus esset. Cum autē introiret ciuitatē Ptolemæus, ponebat custodias militum in singulis ciuitatibus. Et vt appropiauit Azoto, ostenderunt ei tēplum Dagon succensum igni, & Azotū, & cætera eius demolita, & corpora proiecta, & eorū qui cæsi erant in bello tumulos quos fecerant secus viam. Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas: vt inuidiā facerent ei: & tacuit rex. Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, & inuicē se salutauerunt, & dormierunt illic. Et abijt Ionathas cum rege vsq; ad fluuium qui vocabatur Eleutherus: & reuersus est in Ierusalē. Rex aūt Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatū vsq; Seleuciam maritimā, & cogitabat in Alexandrū consilia mala. Et misit Legatos ad Demetriū, dicens, Veni, cōponamus inter nos pactū, & dabo tibi filiam meā quam habet Alexāder, & regnabis in regno patris tui. pœnitet enim me quòd dederim illi filiā meam: quæsiuit enim me occidere. Et vituperauit eum, propterea quòd B concupierat regnū eius. Et abstulit filiā suam, & dedit eā Demetrio, & alienauit se ab Alexandro, & manifestatæ sunt inimicitiæ eius. Et intrauit Ptolemæus Antiochiā, & imposuit duo diademata capiti suo, Aegypti & Asiæ. Alexander autē rex erat in Cilicia illis tēporibus: quia rebellabant qui erāt in locis illis. Et audiuit Alexander, & venit ad eū in bellū: & produxit Ptolemæus rex exercitū, & occurrit ei in manu valida, & fugauit eū. Et fugit Alexander in Arabiā, vt ibi protegeretur: rex autē Ptolemæus exaltatus est. Et abstulit Zabdiel Arabs caput Alexādri, & misit Ptolemæo. Et rex Ptolemæus mortuus est in die tertia: & qui erāt in munitionibus perierunt ab his qui erāt intra castra. Et regnauit Demetrius anno cētesimo sexagesimoseptimo. In diebus illis cōgregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarent arcē quæ est in Ierusalem: & fecerunt cōtra eam machinas multas. Et abierunt quidam qui oderant gentem suam viri iniqui ad regem Demetrium, & renunciauerunt ei quòd Ionathas obsideret arcē. Et vt audiuit, iratus est: & statim venit ad Ptolemaidam, & scripsit Ionathæ ne obsideret arcem, sed occurreret C sibi ad colloquium festinatò. Vt audiuit autem

tem Ionathas, iussit obsidere: & elegit de senioribus Israel, & de sacerdotibus, & dedit se periculo. Et accepit aurum & argentum, & vestem, & alia xenia multa, & abijt ad regem Ptolemaidam, & inuenit gratiam in conspectu eius. Et interpellabant aduersus eum quidam iniqui ex gente sua. Et fecit ei rex sicut fecerant ei qui ante eum fuerant: & exaltauit eum in cōspectu omnium amicorum suorū, & statuit ei principatū sacerdotij, & quæcunq; alia habuit prius pretiosa, & fecit eum principē amicorum. Et postulauit Ionathas à rege vt immunē faceret Iudæam, & tres toparchias, & Samariam, & confines eius: & promisit ei talenta trecenta. Et consensit rex: & scripsit Ionathæ epistolas de his omnibus, hunc modū continentes. Rex Demetrius fratri Ionathæ salutē & gēti Iudæorum. Exemplum epistolæ, quam scripsimus Lastheni parēti nostro de vobis, misimus ad vos vt sciretis: Rex Demetrius Lastheni parēti salutem. Genti Iudæorū amicis nostris, & conseruantibus quæ iusta sunt apud nos, decreuimus benefacere, propter benignitatē D ipsorum quam erga nos habent. Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates, Lydam & Ramathā, quæ additæ sunt Iudææ ex Samaria, & omnes confines earū sequestrari omnibus sacrificantibus in Ierosolymis pro his quæ ab eis prius accipiebat rex per singulos annos, & pro fructibus terræ & pomorū. Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis: & areas salinarum, & coronas quæ nobis deferebantur, omnia ipsis cōcedimus. & nihil horum irritū erit ex hoc & in omne tempus. Nunc ergo curate facere horū exemplum, & detur Ionathæ, & ponatur in monte sancto, & in loco celebri. Et videns Demetrius rex quòd siluit terra in cōspectu suo, & nihil ei resistit, dimisit totum exercitum suum, vnumquemq; in locum suū, excepto peregrino exercitu quem traxit ab insulis Gentiū: & inimici erāt ei omnes exercitus patrū eius. Tryphon autē erat quidam partium Alexandri prius: & vidit quoniam omnis exercitus murmurauit contra Demetrium, & iuit ad Emalchuel Arabē, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri: & assidebat ei, vt traderet eum ipsi, vt regnaret loco patris sui: & enuntiauit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituū eius ad- E uersus illum. Et mansit ibi diebus multis. Et misit Ionathas ad Demetriū regem vt eijceret eos qui in arce erant in Ierusalē, & qui in præsidijs erant: quia impugnabant Israel. Et misit Demetrius ad Ionathan, dicens, Non hæc tantum faciam tibi & genti tuæ, sed gloria illustrabo te & gentem tuam cum fuerit opportunū. Nunc ergo rectè feceris, si miseris in auxilium mihi viros: quia discessit omnis exercitus meus. Et misit ei Ionathas tria millia virorum fortium Antiochiam: & venerūt ad regē, & delectatus est rex in aduentu eorum. Et conuenerunt qui erant de ciuitate, centum viginti millia virorum, & volebant interficere regem. Et fugit rex in aulam: & occupauerunt qui erant de ciuitate itinera ciuitatis, & cœperunt pugnare. Et vocauit rex Iudæos in auxilium, & cōuenerunt omnes simul ad eum, & dispersi sunt omnes per ciuitatem: & occiderunt in illa die centum millia hominū, & succenderunt ciuitatem, & cœperunt spolia multa in die illa, & liberauerunt regē. Et viderunt qui erant de ciuitate quòd obtinuissent Iudæi ciuitatem sicut volebant: & infirmati sunt mente sua, & clamauerunt ad regem cum precibus, dicentes, Da nobis dexteras, & cessent Iudæi oppu- F gnare nos & ciuitatem. Et proiecerunt arma sua, & fecerunt pacem: & glorificati sunt Iudæi in conspectu regis, & in conspectu omnium qui erant in regno eius, & nominati sunt in regno: & regressi sunt in Ierusalem, habentes spolia multa. Et sedit Demetrius rex in sede regni sui: & siluit terra in conspectu eius. Et mentitus est omnia quæcunque dixit, & abalienauit se à Ionatha, & non retribuit ei secundum beneficia quæ sibi tribuerat, & vexabat eū valdè. Post hæc autem reuersus est Tryphon, & Antiochus cum eo puer adolescens, & regnauit, & imposuit sibi diadema. Et congregati sunt ad eum omnes exercitus quos dispersérat Demetrius, & pugnauerunt contra eum: & fugit, & terga vertit. Et accepit Tryphō bestias, & obtinuit Antiochiam: & scripsit Antiochus adolescens Ionathæ, dicens, Constituo tibi sacerdotium, & constituo te super quatuor ciuitates, vt sis de amicis regis. Et misit illi vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream: & Simōnem fratrem eius constituit ducem à terminis Tyri vsque ad fines Aegypti. Et exijt Ionathas, & perambulabat trans flumen ciuitates: & congregatus est ad eum omnis exercitus Syriæ in auxiliū, & venit Ascalonem, & occurrerunt ei honorificè de ciuitate. Et abijt inde Gazā: & concluserunt se qui erant Gazæ, & obsedit eam, & succendit quæ erant in circuitu ciuitatis, & prædatus est eā. Et rogauerunt Gazenses Ionatham, & dedit illis dexteram: & accepit filios eorum obsides, & misit illos in Ierusalem, & perambulauit regionem vsque Damascum. Et audiuit Io- G

Universidad de Deusto
Biblioteca

nathas quòd præuaricati sunt principes Demetrij in Cades quæ est in Galilæa cum exercitu multo, volentes eum remouere à negotio regni: & occurrit illis: fratrem autem suum Simônem reliquit intra prouinciam. Et applicuit Simon ad Bethsuram, & expugnabat eam diebus multis, & conclusit eos. Et postulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: & eiecit eos inde, & cepit ciuitatem, & posuit in ea præsidium. Et Ionathas & castra eius applicuerunt ad aquam Genesar, & ante lucem vigilauerunt in campo Asor: & ecce castra alienigenarum occurrebant in campo, & tendebant ei insidias in montibus, ipse autē occurrit ex aduerso. Insidiæ verò exurrexerunt de locis suis, & cōmiserunt prælium. Et fugerunt qui erant ex parte Ionathæ omnes: & nemo relictus est ex eis, nisi Mathathias filius Absolomi, & Iudas filius Calphi princeps militiæ exercitus. Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit terram in capite suo, & orauit. Et reuersus est Ionathas ad eos in prælium, & conuertit eos in fugam, & pugnauerunt. Et viderunt qui fugiebant partis illius, & reuersi sunt ad eum, & insequebantur cum eo omnes vsque Cades ad castra sua, & peruenerunt vsque illuc. & ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum: & reuersus est Ionathas in Ierusalem.

S. Ionathas cum Romanis ac Spartiatis fœdus renouat: principes Demetrij ipsum inuadentes fugat: percussisq; Arabibus ordinat ædificare præsidia in Iudæa, & muros contra arcem in Ierusalem: sed à Tryphone cupiente regnum Antiochi inuadere, & fingente se amicum, apud Ptolemaida dolo captus est, omnesq; qui cum eo erant interfecti.

CAP. XII.

A ET vidit Ionathas quia tempus eum iuuat, & elegit viros, & misit eos Romā stattuere & renouare cū eis amicitiam: & ad Spartiatas, & ad alia loca misit epistolas secundum eandem formam. & abierunt Romam, & intrauerunt curiam, & dixerunt, Ionathas summus sacerdos, & gens Iudæorum miserunt nos, vt renouaremus amicitiā & societatē secundum pristinū. Et dederunt illis epistolas ad ipsos per loca, vt deducerēt eos in terrā Iuda cum pace. Et hoc est exemplum epistolarū, quas scripsit Ionathas Spartiatis. Ionathas summus sacerdos, & seniores gentis, & sacerdotes & reliquus populus Iudæorum, Spartiatis fratribus salutem. Iam pridem missæ erant epistolæ ad Oniam summum sacerdotē à Dario qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres nostri, sicut scriptum cōtinet quod subiectum est. Et suscepit Onias virum qui missus fuerat, cum honore: & accepit epistolas, in quibus significabatur de societate & amicitia. Nos *cum nullo horum indigeremus, habentes solatio sanctos libros qui sunt in manibus nostris, maluimus mittere ad vos renouare fraternitatem & amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis: multa enim tempora transierunt, ex quo misistis ad nos. Nos ergo in omni tempore sine intermissione in diebus solēnibus, & cæteris quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificijs quæ offerimus, & in obseruationibus sicut fas est & decet meminisse fratrū. Lætamur itaq; de gloria vestra. Nos autem circundederunt multæ tribulationes, & multa prælia, & impugnauerunt nos reges qui sunt in circuitu nostro. Noluimus ergo vobis molesti esse, neq; cæteris socijs, & amicis nostris in his prælijs. habuimus enim de cœlo auxiliū, & liberati sumus nos, & humiliati sunt inimici nostri. Elegimus itaque Numenium Antiochi, & Antipatrem Iasonis ▷ filiū', & misimus ad Romanos renouare cum eis amicitiam & societatem pristinam. Mandauimus itaq; eis vt veniant etiā ad vos, & salutent vos, & reddant vobis epistolas nostras de innouatione fraternitatis nostræ. Et nunc benefacietis respondentes nobis ad hæc. Et hoc rescriptum est epistolarū, quod *miserat Onias. Rex Spartiatarum Onias, Ionathæ sacerdoti magno salutem. Inuentum est in scriptura de Spartiatis & Iudæis quoniam sunt fratres, & quòd sunt de genere Abrahā. Et nunc ex quo hæc cognouimus, benefacitis scribentes nobis de pace vestra. Sed & nos rescripsimus vobis, Pecora nostra, & possessiones nostræ, vestræ sunt: & vestræ, nostræ. mandauimus itaq; hæc nuntiari vobis. Et audiuit Ionathas quoniam regressi sunt principes Demetrij cum exercitu multo supra quā prius, pugnare aduersus eū: & exijt ab Ierusalē, & occurrit eis in Amathite regione: nō enim dederat eis spatium vt ingrederētur regionē eius. Et misit speculatores in castra eorū: & reuersi renuntiauerunt quòd cōstituunt superuenire illis nocte. Cum occidisset autē sol, præcepit Ionathas suis vigilare, & esse in armis paratos ad pugnam tota nocte, & posuit custodes per circuitum castrorum. Et audierunt aduersarij quòd paratus est Ionathas cū suis in bello: & timuerunt & formidauerunt in corde suo: & ascenderunt focos in castris suis. Ionathas autem & qui cum eo erant, non cognouerunt vsq; mane: videbant autē luminaria ardētia, & secutus est eos Ionathas, & non cōprehendit eos: transierant enim flumen Eleutherum. Et diuertit Ionathas ad Arabas,

*enim

*Oniæ Rex Spartiatarū Onię. sic Græca.

E Arabas, qui vocabantur Zabadæi: & percussit eos, & accepit spolia eorum. Et iunxit, & venit Damascum, & perambulabat omnem regionem illā. Simon autē exijt, & venit vsq; ad Ascalonem, & ad proxima præsidia, & declinauit in Ioppen, & occupauit eam. (audiuit enim quòd vellent præsidiū tradere partibus Demetrij) & posuit ibi custodes, vt custodirent eā. Et reuersus est Ionathas, & cōuocauit seniores populi, & cogitauit cū eis ædificare præsidia in Iudæa, & ædificare muros in Ierusalē, & exaltare altitudine magna inter medium arcis & ciuitatis, vt separaret eā à ciuitate, vt esset ipsa singulariter, & neq; emant, neq; vendant. Et conuenerunt vt ædificarent ciuitatē: & cecidit murus qui erat super torrentē ab ortu solis, & reparauit eum qui vocatur Caphetetha: & Simon ædificauit Adiada in Sephela, & muniuit eā, & imF posuit portas & seras. Et cū cogitasset Tryphon regnare Asiæ, & assumere diadema, & extendere manum in Antiochum regem: timens ne fortè non permitteret eū Ionathas, sed pugnaret aduersus eum, quærebat cōprehendere eū, & occidere. Et exurgens abijt in Bethsan. Et exiuit Ionathas obuiàm illi cū quadraginta millibus virorum electorum in prælium, & venit Bethsan. Et vidit Tryphon quia venit Ionathas cum exercitu multo, vt extenderet in eum manus: & timuit. & excepit eum cū honore, & cōmendauit eum omnibus amicis suis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus suis vt obedirēt ei sicut sibi. Et dixit Ionathæ, Vt quid vexasti vniuersum populū, cum bellum nobis non sit? Et nūc remitte eos in domos suas: elige autem tibi viros paucos qui tecū sint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præsidia & exercitū & vniuersos præpositos negotij, & conuersus abibo: propterea enim veni. Et credidit ei, & fecit sicut dixit: & dimisit exercitū, & abierunt in terram G Iuda, retinuit autē secum tria millia virorū: ex quibus remisit in Galilæā duo millia, mille autē venerunt cum eo. Vt autem intrauit Ptolemaidā Ionathas, clauserūt portas ciuitatis Ptolemenses: & cōprehenderunt eum & omnes qui cum eo intrauerant, gladio interfecerunt. Et misit Tryphon exercitum & equites in Galilæā, & in campum magnum, vt perderent omnes socios Ionathæ. At illi cum cognouissent quia cōprehensus est Ionathas, & perijt, & omnes qui cū eo erant: hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in prælium. Et videntes hi qui insequuti fuerāt, quia pro anima res est illis, reuersi sunt: illi autem venerunt omnes cum pace in terram Iuda. Et planxerunt Ionathā, & eos qui cum ipso erant valde: & luxit Israel luctu magno. Et quæsierunt omnes gentes quæ erant in circuitu eorū, conterere eos. dixerunt enim, Non habent principem & adiuuantem: nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

S. Suscepto Simon principatu pro fratre Ionatha misit petitā à Tryphone pecuniam, vnà cum filijs Ionathæ ad eius redemptionē: Tryphon autem accepta pecunia patrem occīdit cū filijs: quibus sepultis ac defletis, Simō magnificum extruxit parētibus ac fratribus sepulchrū in Modin. Tryphon verò occiso Antiocho, regnum eius inuasit: & Simon impetratis à rege Demetrio literis fœderis ac immunitatis, expugnauit Gazaram, & arcem Ierosolymorū obtinuit: propter quod lætum agunt festum, quod etiā quotannis apud Iudæos agi præcipitur. CAP. XIII.

ET audiuit Simon quòd congreganit A Tryphon exercitum copiosum, vt veniret in terram Iuda, & attereret eam. Videns quia in tremore populus est & in timore, ascendit Ierusalē, & congregauit populum: & adhortans dixit, Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei fecimus pro legibus & pro sanctis prælia, & angustias quales vidimus: horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Israel, & relictus sum ego solus. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tēpore tribulationis: nō enim melior sum fratribus meis. Vindicabo itaq; gentem meam, & sancta, natos quoque *nostros, & vxores: quia *vestros. 13. congregatæ sunt vniuersæ gentes conterere nos inimicitiæ gratia. Et accensus est spiritus populi simul vt audiuit sermones istos: & responderunt voce magna dicētes, Tu es dux noster loco Iudæ & Ionathæ fratris tui. pugna prælium nostrum: & omnia quæcunq; dixeris nobis, faciemus. Et congregans om- B nes viros bellatores, acceleravit cōsummare vniuersos muros Ierusalem, & muniuit eam in gyro. Et misit Ionathā filium Absalomi, & cum eo exercitum *hominū in Ioppen, & eiectis his qui erant in arce, remansit illic ipse. Et mouit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo, vt veniret in terrā Iuda, & Ionathas cū eo in custodia: Simon autē applicuit in Addus cōtra faciem campi. Et vt cognouit Tryphon quia surrexit Simō loco fratris sui Ionathæ: & quia cōmissurus esset cum eo prælium, misit ad eum legatos, dicēs, Pro argento quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis, ▷ propter negotia quæ habuit', ▷. 18. detinuimus eum. Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios eius obsides, vt non dimissus fugiat à nobis: & remittemus

Universidad de Deusto
Biblioteca

C eum. Et cognouit Simō quia cum dolo loqueretur ſecum, iuſsit tamē dari argentū,& pueros:ne inimicitiā magnā ſumeret ad populum Iſrael,dicentē. Quia non miſit ei argentum & pueros,propterea perijt.Et miſit pueros, & centum talenta:& mētitus eſt,& non dimiſit Ionathā.Et poſt hæc venit Tryphon intra regionē,vt contereret eam,& gyrauerunt per viā quæ ducit Ador,& Simō & caſtra eius ambulabāt in omnē locum quocunq; ibant. Qui autē in arce erāt,miſerunt ad Tryphonem legatos,vt feſtinaret venire per deſertū,& mitteret illis alimonias.Et parauit Tryphon omnē equitatum,vt veniret illa nocte:erat autem nix multa valdè, & nō venit in Galaaditim.Et cum appropinquaſſet Baſcaman,occîdit Ionathan,& filios eius illic.Et cōuertit Tryphon & abijt in terram
D ſuam.Et miſit Simō,& accepit oſſa Ionathæ fratris ſui, & ſepeliuit ea in Modin ciuitate patrū eius. Et planxerunt eum omnis Iſrael planctu magno, & luxerunt eum dies multos.Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrū patris ſui & fratrū ſuorum ædificium altū viſu, lapide polito retrò & antè: & ſtatuit ſeptem pyramidas,vnā contra vnam patri & matri, & quatuor fratribus: & his circumpoſuit columnas magnas:& ſuper columnas arma,ad memoriam æternā:& iuxta arma naues ſculptas,quæ viderentur ab omnibus nauigantibus mare. hoc eſt ſepulchrum quod fecit in Modin vſq; in hunc diem. Tryphon autem cum iter faceret cum Antiocho rege adoleſcente,dolo occidit eū.Et regnauit loco eius, & impoſuit ſibi diadema Aſiæ, & fecit plaE gam magnam in terra. Et ædificauit Simon præſidia Iudææ,muniēs ea turribus excelſis, & muris magnis, & portis,& ſeris:& poſuit alimenta in munitionibus. Et elegit Simon viros,& miſit ad Demetrium regē vt faceret remiſsionem regioni:quia actus omnes Tryphonis per direptionē fuerant geſti. Et Demetrius rex ad verba iſta reſpondit ei,& ſcripſit epiſtolā talem, Rex Demetrius Simōni ſummo ſacerdoti & amico regum, & ſenioribus, & genti Iudæorum ſalutē. Coronam auream, & bahem quā miſiſtis,ſuſcepimus: & parati ſumus facere vobiſcum pacem magnam, & ſcribere præpoſitis regis remittere vobis quæ indulſimus.Quæcunq; enim conſtituimus,vobis conſtant.Munitiones quas ædificaſtis, vobis ſint. remittimus quoque ignorantias, & peccata vſq; in hodiernum diem, & coronam quam debebatis:& ſiquid aliud erat tributarium in Ieruſalē, iam non ſit tributarium. Et ſiqui ex vobis apti ſunt conſcribi inter noſtros,conſcribantur,& ſit inter nos pax. Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugum Gentium ab Iſrael. Et cœpit populus Iſrael ſcribere in tabulis F & geſtis publicis, anno primo ſub Simōne ſummo ſacerdote, magno duce, & principe Iudæorum.In diebus illis applicuit Simō ad Gazam, & circundedit eam caſtris: & fecit machinas & applicuit ad ciuitatem, & percuſsit turrem vnam,& cōprehendit eam. Et eruperant qui erant intra machinam,in ciuitatem:& factus eſt motus magnus in ciuitate.Et aſcenderunt qui erant in ciuitate cum vxoribus & filijs ſupra murum ſciſsis tunicis ſuis, & clamauerunt voce magna,poſtulantes à Simōne dextras ſibi dari,& dixerūt, Non nobis reddas ſecundū malitias noſtras, ſed ſecundum miſericordias tuas*.Et flexus Simon non debellauit eos:eiecit tamen eos de ciuitate, & mandauit ædes in quibus fuerant ſimulachra,& tunc intrauit in eam cum hymnis benedicens Dominum. & eiecta ab ea omni immunditia, collocauit in ea viros qui legem facerent: & muniuit eam,& fecit G ſibi habitationem. Qui autem erant in arce Ieruſalem, prohibebantur egredi & ingredi regionem,& emere & vendere:& eſurierunt valdè, & multi ex eis fame perierunt, & clamauerunt ad Simōnem vt dextras acciperet. & dedit illis: & eiecit eos inde,& mundauit arcem à contaminationibus, & intrauerunt in eam tertia & viceſima die ſecundi mēſis, anno centeſimo ſeptuageſimo primo, cum laude & ramis palmarū,& cinnyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis, quia contritus eſt inimicus magnus ex Iſrael. Et conſtituit vt omnibus annis agerētur dies hi cum lætitia.Et muniuit montem templi,qui erat ſecus arcem,& habitauit ibi ipſe, & qui cum eo erant. Et vidit Simon Iohannem filium ſuum,quòd vir eſſet:& poſuit eum ducem virtutum vniuerſarum,& habitauit in Gazaris.

& ſeruiemus tibi.

S. Demetrio à duce Arſacis deuicto & capto, Simon cum ſuo populo magna pace fruitur: ad quam miſſæ ſunt literæ renouati fœderis à Spartiatis & Romanis cum maxima laude Simōnis,qui Romanis clypeum aureū mnarum mille miſerat. CAP. XIIII.

ANno cēteſimo ſeptuageſimo ſecūdo A cōgregauit rex Demetrius exercitū ſuum,& abijt in mediā ad cōtrahenda ſibi auxilia,vt expugnaret Tryphonē. Et audiuit Arſaces rex Perſidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius confines ſuos, & miſit vnum de principibus ſuis,vt cōprehenderet eum viuū. Et abijt,& percuſsit caſtra Demetrij: & cōprehendit eum, & duxit eū ad Arſacē,& poſuit eū in cuſtodiā.Et ſiluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simōnis & quæ-

ſiuit bona genti ſuæ, & placuit illis poteſtas eius & gloria eius omnibus diebus. Et cum omni gloria ſua accepit Ioppen in portū, & fecit introitum in inſulis maris.Et dilatauit fines gentis ſuæ, & obtinuit regionē.Et congregauit captiuitatē multam, & dominatus eſt Gazaræ & Bethſuræ, & arci: & abſtulit immunditias ex ea,& non erat qui reſiſteret
B ei. Et vnuſquiſq; colebat terrā ſuam cum pace:& terra Iuda dabat fructus ſuos, & ligna camporum fructū ſuum. Seniores in platēis ſedebant omnes,& de bonis terræ tractabāt, & iuuenes induebant ſe gloriā,& ſtolas belli.Et ciuitatibus tribuebat alimonias,& conſtituebat eas vt eſſent vaſa munitionis quoaduſq; nominatum eſt nomen gloriæ eius vſq; ad extremum terræ.Fecit pacē ſuper terram,& lætatus eſt Iſrael lætitia magna.Et ſedit vnuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficulnea ſua:& non erat qui eos terreret. Defecit impugnans eos ſuper terram: reges cōtriti ſunt in diebus illis.Et confirmauit omnes humiles populi ſui, & legē exquiſiuit, & abſtulit omnem iniquum & malum: ſancta glorificauit,& multiplicauit vaſa ſanctorum.Et auditum eſt Romæ quia defunctus eſſet Ionathas,& vſq; in Spartiatas: & contriſtati ſunt
C valdè. Vt audierunt autē quòd Simon frater eius factus eſſet ſummus ſacerdos loco eius, & ipſe obtineret omnē regionem, & ciuitates in ea,ſcripſerunt ad eum in tabulis æreis, vt renouarēt amicitias & ſocietatem quā fecerant cum Iuda & cum Ionatha fratribus eius. Et lectæ ſunt in cōſpectu eccleſiæ in Ieruſalem. Et hoc exemplum epiſtolarū quas Prouerb.15. Spartiatæ miſerunt. Spartianorum principes & ciuitates Simōni ſacerdoti magno, & ſenioribus,& ſacerdotibus,& reliquo populo Iudæorum fratribus ſalutem. Legati qui miſsi ſunt ad populum noſtrum, nuntiauerūnt nobis de veſtra gloria,& honore & lætitia: & gauiſi ſumus in introitu eorum. Et ſcripſimus quæ ab eis erant dicta in concilijs populi,ſic, Numenius Antiochi, & Antipater Iaſonis filius legati Iudæorum,venerunt ad nos, renouantes nobiſcū amicitiam priſtinam. Et placuit populo excipere viros glorioſē, & ponere exemplum ſermonum eorum in ſegregatis populi libris, vt ſit ad
D memoriā populo Spartiatarum. Exemplum autem horum ſcripſimus Simōni magno ſacerdoti. Poſt hæc autem miſit Simon Numenium Romam, habentem clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille ad ſtatuēdam cum eis ſocietatem. Cum autem audiſſet populus Romanus ſermones iſtos, dixerunt, Quam gratiarū actionē reddemus Simōni & filijs eius? Reſtituit enim ipſe fratres ſuos, & expugnauit inimicos Iſrael ab eis,& ſtatuerunt ei libertatē, & deſcripſerūt in tabulis æreis,& poſuerūt in titulis in mōte Siō. Et hoc eſt exemplū ſcripturæ', Octa D.7. uadecima die menſis Elul, anno centeſimo ſeptuageſimo ſecūdo, anno tertio ſub Simōne ſacerdote magno in Aſaramel, in cōuentu magno ſacerdotū,& populi,& principum gentis, & ſeniorum regionis,nota facta ſunt hæc,Quoniā frequenter facta ſunt prælia in regione noſtra:Simō autē Mathathiæ filius ex filijs Iarib, & fratres eius dederunt ſe periculo, & reſtiterunt aduerſarijs gentis ſuæ, vt ſtarent ſancta ipſorū & lex, & gloria magna glorificauerunt gentem ſuam.Et cōgre- E gauit Ionathas gentem ſuā,& factus eſt illis ſacerdos magnus,& appoſitus eſt ad populū ſuum. Et voluerunt inimici eorum calcare, & atterere regionē ipſorum,& extendere manus in ſancta eorum. Tunc reſtitit Simō,& pugnauit pro gēte ſua,& erogauit pecunias multas,& armauit viros virtutis gentis ſuæ, & dedit illis ſtipendia: & muniuit ciuitates Iudææ,& Bethſuram quæ erat in finibus Iudææ,vbi erant arma hoſtium antea:& poſuit illic præſidium viros Iudæos.Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare: & Gazaram quæ eſt in finibus Azoti,in qua hoſtes antea habitabant,& collocauit illic Iudæos: & quæcunq; apta erant ad correptionē eorum, poſuit in eis.Et vidit populus actum Simōnis, & gloriam quam cogitabat facere genti ſuæ,& poſuerunt eum ducem ſuum,& principē ſacerdotum: eo quòd ipſe fecerat hæc omnia, & iuſtitiam, & fidem quam conſeruauit genti ſuæ,& exquiſiuit omni modo exaltare populum ſuum. Et in diebus eius proſperatū eſt F in manibus eius vt tollerentur gentes de regione ipſorum,& qui in ciuitate Dauid erāt in Ieruſalem in arce, de qua procedebant,& contaminabant omnia quæ in circuitu ſanctorum ſunt, & inferebant plagam magnam caſtitati: & collocauit in ea viros Iudæos ad tutamentū regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Ieruſalē. Et rex Demetrius ſtatuit illi ſummum ſacerdotium. Secundū hæc fecit eum amicum ſuum, & glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim quòd appellati ſunt Iudæi à Romanis amici, & ſocij,& fratres,& quia ſuſceperunt legatos Simōnis glorioſē:& quia Iudæi & ſacerdotes eorum cōſenſerunt eum eſſe ducē ſuum & ſummū ſa- G cerdotē in æternum, donec ſurgat propheta fidelis:& vt ſit ſuper eos dux,& vt cura eſſet illi pro ſanctis,& vt conſtitueret præpoſitos ſuper opera eorū, & ſuper regionē, & ſuper arma,& ſuper præſidia: & cura ſit illi de ſanctis: & vt audiatur ab omnibus,& ſcribātur

Universidad de Deusto
Biblioteca

in nomine eius omnes cõscriptiones in regione: & vt operiatur purpura & auro: & ne liceat vlli ex populo & ex sacerdotibus irritum facere aliquid horum, & cõtradicere his quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione sine ipso: & vestiri purpura, & vti fibula aurea. qui autẽ fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horũ: reus erit. Et cõplacuit omni populo statuere Simõnẽ, & facere secundũ verba ista. Et suscepit Simõ, & placuit ei vt summo sacerdotio fungeretur: & esset dux & princeps gentis Iudæorũ & sacerdotum, & præesset omnibus. Et scripturã istam dixerũt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo sanctorum, in loco celebri: exemplum autem eorum ponere in ærario, vt habeat Simon & filij eius.

S. Antiochus Demetrij filius literas amicitiarum mittit ad Simõnem: Romani fœderatos sibi Iudæos cæteris nationibus per literas commendant. Antiochus dum Tryphonẽ insequitur, missum à Simõne militũ auxilium recusat, mittitq; ad eum Athenobium qui multa tanquam debita reposcat, & Simõnis responso accepto, constituit aduersus eũ Cendebæum ducem exercitus, ipse verò Tryphonem persequitur.

CAP. XV.

A ET misit rex Antiochus filius Demetrij epistolas ab insulis maris Simõni sacerdoti, & principi gentis Iudæorũ, & vniuersæ genti: & erãt continentes hunc modum, Rex Antiochus Simõni sacerdoti magno, & genti Iudæorum salutem. Quoniam quidẽ pestilentes obtinuerũt regnum patrum nostrorum, volo autẽ vendicare regnum, & restituere illud sicut erat antea: & electam feci multitudinem exercitus, & feci naues bellicas. Volo autẽ procedere per 'regionem', vt vlciscar in eos qui corruperunt regionem nostrã, & qui desolauerunt ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes quas remiserunt tibi ante me omnes reges, & quæcunq; alia dona remiserunt tibi: & permitto tibi facere percussurã proprij numismatis in regione tua:
B Ierusalem autẽ sanctam esse, & liberã, & omnia arma quæ fabricata sunt, & præsidia quæ construxisti, quæ tenes, maneãt tibi. Et omne debitum regis, & quæ futura sunt regi, ex hoc & in totũ tempus remittũtur tibi. Cum autem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus te, & gentem tuã, & templũ gloria magna, ita vt manifestetur gloria vestra in vniuersa terra. Anno centesimo septuagesimo quarto exijt Antiochus in terrã patrum suorum, & cõuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti essent cũ Tryphone. Et insecutus est eũ Antiochus rex, & venit Doram fugiens per maritimã. sciebat enim quod congregata sunt mala in eum, & reliquit eũ exercitus. & applicuit Antiochus super Doram cum centũ viginti millibus viro C
rum belligeratorũ, & octo millibus equitũ. & circuiuit ciuitatẽ, & naues à mari accesserunt: & vexabant ciuitatẽ à terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel egredi. Venit autẽ Numenius, & qui cum eo fuerant, ab vrbe Roma, habentes epistolas regibus & regionibus scriptas, in quibus continebantur hæc, Lucius cõsul Romanorum, Ptolemæo regi salutem. Legati Iudæorum venerunt ad nos amici nostri, renouantes pristinam amicitiam & societatem, missi à Simõne principe sacerdotum, & populo Iudæorum. Attulerunt autem & clypeum aureum mnarum mille. Placuit itaq; nobis scribere regibus & regionibus, vt non inferant illis mala, neque impugnent eos & ciuitates eorum, & regiones eorum: & vt non ferant auxilium pugnantibus aduersus eos. Visum autem est no D
bis accipere ab eis clypeum. Siqui ergo pestilentes fugerint de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simõni principi sacerdotum, vt vindicet in eos secundum legem suam. Hæc eadem scripta sunt Demetrio regi, & Attalo, & Arabæ, & Arsaci, & in omnes regiones, & Sampsanæ & Spartiatis & Delo & Mydo & Sicioni & Cariæ, & Samũ & Pamphiliam & Lyciã & Alicarnassum & Rhodum & Phaselida & Coo & Siden & Arado & Cortynã & Cnidum & Cyprum & Cyrenen. Exemplũ autem eorum scripserunt Simõni principi sacerdotũ *. Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundo, admouens ei semper manus, & machinas faciens: & conclusit Tryphonem, ne procederet. & misit ad eum Simon duo millia viro E
rum electorum in auxilium, & argentum, & aurum, & vasa copiosa: & noluit ea accipere, sed rupit omnia quæ pactus est cũ eo antea, & alienauit se ab eo. Et misit ad eum Athenobium vnum de amicis suis, vt tractaret cum ipso, dicens, Vos tenetis Ioppen, & Gazaram, & arcem quæ est in Ierusalem ciuitates regni mei: fines earum desolastis, & fecistis plagam magnã in terra, & dominati estis per loca multa in regno meo. Nunc ergo tradite ciuitates quas occupastis: & tributa locorũ in quibus dominati estis extra fines Iudææ. sin autẽ, date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminij quod exterminastis, & tributorum ciuitatum alia talenta quingenta: sin autẽ, veniemus & expugnabimus vos. F
Et venit Athenobius amicus regis in Ierusalem, & vidit gloriam Simõnis, & claritatẽ in auro

*regiones.15

*& populo Iudæorum

auro & argento, & apparatum copiosum, & obstupuit: & retulit ei verba regis. Et respõdit ei Simon, & dixit ei, Neque alienam terram sumpsimus, neque alienam detinemus: sed hæreditatem patrum nostrorum, quæ in iustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est. Nos verò tempus habentes, vendicamus hæreditatem patrum nostrorum. Nã de Ioppe & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnam, & in regione nostra: horum damus talenta centũ. Et non respõdit ei Athenobius verbum. Reuersus autem cum ira ad regem, renuntiauit ei verba ista, & gloriam Simõnis, & vniuersa
G quæ vidit: & iratus est rex ira magna. Tryphõ autem fugit naui in Orthosiada. Et cõstituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum peditum & equitum dedit illi. Et mãdauit illi mouere castra contra faciem Iudææ: & mandauit ei ædificare Cedronem, & obstruere portas ciuitatis, & debellare populum. Rex autem persequebatur Tryphonem. Et peruenit Cendebæus Iamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæã & captiuare populum, & interficere: & ædificare Cedronẽ. Et collocauit illic equites, & exercitum: vt egressi perãbularent viam Iudææ, sicut constituit ei rex.

S. Simon senex mittit exercitum cum filijs suis Iuda & Iohanne aduersus Cendebæũ: quo deuicto Ptolemæus gener Simõnis dominãdi ambitione inflammatus, acceptos cõuiuio socerum eius filios Mathathiam & Iudam dolo interfecit, vt ita Iudææ prouincias obtineret: porrò nuntij quos ad Iohannem dolo interimendum miserat, sunt ab illo interfecti, & Iohannes Patri in summo sacerdotio successit.

CAP. XVI.

A ET ascendit Iohannes de Gazaris, & nuntiauit Simõni patri suo quæ fecit Cendebæus in populo ipsorum'. Et
b.3. vocauit Simon duos filios suos seniores, Iudam & Iohannem, & ait illis, Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hostes Israel ab adolescentia vsque in hunc diẽ: & prosperatum est in manibus nostris liberare Israel aliquoties. Nũc autẽ senui, sed esto te loco meo, & fratris mei, & egressi pugnate pro gẽte nostra: auxiliũ verò de cœlo vobiscum sit. Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites, & profecti sunt ad Cendebæũ: & dormierunt in Modin. Et surrexerunt manè, & abierunt in cãpum: & ecce exercitus copiosus in obuiam illis peditum & equitum, & fluuius torrens erat inter medium ipsorum. Et admouit castra cõtra faciẽ eorum ipse & populus eius, & vidit populum trepidantem ad transfre- B
tandum torrentem, & transfretauit primus: & viderunt eum viri, & transierunt post eũ. Et diuisit populum, & equites in medio peditum. erat autem equitatus aduersariorum copiosus nimis. Et exclamauerunt sacris tubis: & in fugam cõuersus est Cendebæus, & castra eius: & ceciderunt ex eis multi vulnerati, residui autem in munitionẽ fugerunt. Tunc vulneratus est Iudas frater Iohannis: Iohannes autem insecutus est eos, donec venit Cedronem quam ædificauit: & fugerunt vsque ad turres quæ erant in agris Azoti, & succendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo millia virorum, & reuersus est in Iudæam in pace: & Ptolemæus filius Abobi constitutus erat dux in campo Iericho, & habebat argentum & aurum multũ. erat enim gener summi sacerdotis. Et exaltatum est cor eius, & volebat obtinere regionem, & cogitabat dolum aduersus Simõnem & filios eius vt tolleret eos. Simon autem perambulans ciuita- C
tes quæ erant in regione Iudææ, & solicitudinem gerens earum, descendit in Iericho ipse & Mathathias filius eius, & Iudas anno centesimo septuagesimo septimo, mense vndecimo, hic est mẽsis Sabath. Et suscepit eos filius Abobi in munitiunculam, quæ vocatur Doch, cum dolo, quam ædificauit: & fecit eis conuiuium magnum, & abscondit illic viros. Et cum inebriatus esset Simon & filij eius, surrexit Ptolemæus cũ suis, & sumpserunt arma sua, & intrauerunt in conuiuium, & occiderunt eũ, & duos filios eius, & quosdam pueros eius. & fecit deceptionem magnam in Israel, & reddidit mala pro bonis. Et scripsit hæc Ptolemæus, & misit regi D
vt mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & ciuitates eorum, & tributa. Et misit alios in Gazaram tollere Iohannem: & tribunis misit epistolas, vt venirent ad se, & daret eis argentum & aurum, & dona. Et alios misit occupare Ierusalem, & montem templi. Et præcurrens quidam, nuntiauit Iohanni in Gazara quia perijt pater eius, & fratres eius, & quia misit te quoq; interfici. Vt audiuit autem, vehementer expauit: & comprehendit viros qui venerant perdere eum, & occidit eos: cognouit enim quia quærebant eum perdere. Et cætera sermonum Iohannis, & bellorum eius, & bonarum virtutum quibus fortiter gessit, & ædificij murorum quos extruxit, & rerum gestarum eius: ecce hæc scripta sunt in libro dierum sacerdotij eius, ex quo factus est princeps sacerdotum post patrem suum.

IN SE-

IN SECVNDVM LIBRVM MACHAbæorum Argumentum.

SECVNDVS liber Machabæorum de ciuitatis Ierusalem desolatione per Antiochum facta primùm narrationem contexit: De Heliodoro quoque volente templum spoliare, & diuina correptione flagellato: de signis cœlestibus in aëre circa Ierusalem apparentibus cõmemorat, insuper de templi violatione iussu Antiochi facta, Iudæorúmque compulsione ad legis præuaricationem: de passione septem fratrum Machabæorum & matris ipsorũ: de Iuda Machabæo fortiter resistente Antiochi ducibus prosequitur: de plaga quoq; diuino iudicio illata Antiocho, de sera eius pœnitentia ac misera morte: de templi emundatione per Iudam facta: de occisione Iudæorum qui idolorum donaria sub tunicis asportauerant, atque sacrificio pro defunctis oblato. denique de Nicanoris morte & eius capite in Ierusalem delato rem gestam refert.

Liber secundus Machabęorum.

S. Iudæi habitantes Ierosolymis scribunt Iudæis in Ægypto cõmorantibus mortẽ Antiochi ac suorum quæ in Perside contigerat, gratias Deo agentes, & hortantes vt celebrẽt diem Scenopegiæ & diem dati ignis post reductionem captiuitatis: cuius rei narratur hîc historia, & oratio Nehemiæ. CAP. I.

A FRATRIBVS qui sunt per Aegyptum Iudæis, salutem dicunt fratres qui sunt in Ierosolymis Iudæi, & qui in regione Iudæa, & pacem bonam. Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Iacob seruorum suorum fidelium: & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatẽ corde magno & animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem. Exaudiat orationes vestras, & recõcilietur vobis, B nec vos deserat in tẽpore malo. Et nunc hîc sumus orantes pro vobis. Regnante Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono, nos Iudæi scripsimus vobis in tribulatione & impetu qui superuênit nobis in istis annis, ex quo recessit Iason à sancta terra & à regno. Portã succenderunt, & effuderunt sanguinẽ innocentẽ: & orauimus ad Dominũ, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium & similaginẽ, & accẽdimus lucernas, & proposuimus panes. Et nunc frequẽtate dies Scenopegiæ mẽsis Casleu. Anno cẽtesimo octogesimo octauo, populus qui est Ierosolymis, & in Iudæa, senatúsq; & Iudas, Aristobolo magistro Ptolomæi regis qui est de genere christorũ sacerdotũ, & his qui in Aegypto sunt C Iudæis, salutẽ & sanitatẽ. De magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agimus ipsi, vtpote qui aduersus talẽ regẽ dimicauimus. Ipse enim ebullire fecit de Perside eos
v.10. qui pugnauerũt cõtra nos: & sanctã ciuitatem. Nam cùm in Perside esset dux ipse, & cum ipso immensus exercitus, cecidit in tẽplo Naneæ, concilio deceptus sacerdotum Naneæ. [a]etenim cum ea habituros venit ad locum Antiochus & amici eius, & vt [a]accipe ret pecunias multas dotis nomine. Cumque proposuissent eas sacerdotes Naneæ, & ipse cũ paucis ingressus esset intra ambitũ phani, clauserunt templũ, cum intrasset Antiochus: apertoq; occulto aditu templi, mittentes lapides percusserunt ducẽ, & eos qui cum eo erant, & diuiserunt membratim, & capitibus D amputatis foras proiecerunt. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & vicesima die mensis Casleu, purificationẽ templi, necessarium duximus [b]festum. 4. significare vobis: vt & vos quoq; agatis diẽ Scenopegiæ, & diẽ ignis qui datus est quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit sacrificia. Nam cum in Persidem ducerentur patres nostri, sacerdotes qui tũc cultores Dei erant, acceptum ignẽ de altari occultè absconderunt in valle vbi erat puteus altus & siccus: & in eo contutati sunt eum, E ita vt omnibus ignotus esset locus. Cum autem præterissent anni multi, & placuit Deo vt mitteretur Nehemias à rege Persidis: nepotes sacerdotum illorũ qui absconderant, misit ad requirendum ignem: & sicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, sed aquam crassam. Et iussit eos haurire, & afferre sibi: & sacrificia, quæ imposita erant, iussit sacerdos Nehemias aspergi ipsa aqua, & ligna, & quæ erant superposita. Vtq; hoc factum est, & tẽpus affuit quo sol refulsit qui prius erat in nubilo, accensus est ignis magnus, ita vt omnes mirarentur. Orationẽ autem faciebant omnes sacerdotes, dum consummaretur sacrificium, Ionatha inchoãte, cæteris autem respondentibus. Et Nehemiæ F erat oratio hunc habens modum, Domine Deus omniũ creator, terribilis & fortis, iustus & misericors, qui solus es bonus rex, solus præstans, solus iustus, & omnipotens, & æternus, qui liberas Israel de omni malo, qui fecisti

fecisti patres electos, & sanctificasti eos: accipe sacrificium pro vniuerso populo tuo Israel, & custodi partem tuã, & sanctifica. Cõgrega dispersionem nostram, libera eos qui seruiunt Gentibus, & contemptos & abominatos respice: vt sciant Gẽtes quia tu es Deus noster. Afflige opprimentes nos & contumeliam facientes in superbia. Constitue po
Deut.33.a. pulum tuum in loco sancto tuo, ‖sicut dixit Moyses. Sacerdotes autem psallebant hymnos, vsquequo consumptum esset sacrificiũ. Cùm autem consumptum esset sacrificium, ex residua aqua Nehemias iussit lapides maiores perfundi. Quod vt factũ est, ex eis flãG ma accensa est: sed & ex lumine quod refulsit ab altari, consumpta est. Vt verò manifestata est res, renuntiatum est regi Persarum quòd in loco in quo ignem absconderãt hi qui translati fuerant sacerdotes, aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erant, purificauerunt sacrificia. Consyderans autem rex, & rem diligẽter examinans, fecit ei templũ, [a]vt probaret quod factũ erat: & cùm probasset, sacerdotibus donauit multa bona, & alia [a]atq; alia munera, & [a]accipiẽs manu sua, tribuebat eis. Appellauit autẽ Nehemias hũc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

[a] & si quidem rex dona aliqua multa dona; accipiebat ex loc. & tribuebat. A. [a] nemine. 76.4.

S. Ieremias sub Babylonicam captiuitatem tradito transmigrantibus igne & lege Dei, in eo monte ad quem ascendens Moyses vidit terram promissionis, abscondit tabernaculũ, arcam & altare incensi, vt ibi essent vsq; ad populi reditum ex captiuitate Babylonica. quædam Moysi & Salomonis facta hîc attinguntur. de factis Iudæ Machabæi & fratrum eius: de quo quinque Iasonis volumina in vnum hunc librum contrahuntur.

CAP. II.

A INuenitur autem in descriptionibus Ieremiæ prophetæ, quod iussit eos ignẽ accipere qui transmigrabant, vt significatũ est, & vt mãdauit transmigratis. Et dedit illis legẽ ne obliuiscerẽtur præcepta Domini, & vt non exerrarent mẽtibus videntes simulachra aurea & argentea, & ornamẽta eorũ. Et alia huiusmodi dicens, hortabatur ne legẽ amouerent à corde suo. Erat autẽ in ipsa scriptura quomodo tabernaculũ & arcã iussit propheta diuino responso ad se facto co-
Deut.34.a mitari secũ, vsquequo exijt in montem, ‖in B quo Moyses ascẽdit & vidit Dei hæreditatẽ. Et veniẽs ibi Ieremias inuenit locũ spelũcæ: & tabernaculũ, & arcã, & altare incensi intulit illuc, & ostiũ obstruxit. Et accesserũt quidam simul, qui sequebãtur, vt notarent sibi locũ: & non potuerunt inuenire. Vt autẽ cognouit Ieremias, culpans illos, dixit, Quòd ignotus erit locus, donec cõgreget Deus cõgregationẽ populi, & propitius fiat: & tunc Dominus ostendet hæc, & apparebit maiestas Domini, & nubes erit sicut & Moysi manifestabatur, & sicut cùm Salomon petijt vt locus sanctificaretur magno Deo, manifestabat hæc. Magnificè etenim sapientiã tra- C ctabat: & vt sapientiã habens: ‖obtulit sacri- 3.Reg.8.b
ficiũ dedicationis, & consummationis tẽpli. 2.Para.6.c
‖Sicut & Moyses orabat ad Dominũ, & des- Leuit.9.d.
cendit ignis de cœlo, & cõsumpsit holocaustũ. [a]Et dixit Moyses, ‖[b]eo quòd non sit co- Leuit.10.d
mestũ quod erat pro peccato, & [c]cõsumptũ [a] *si & Salomõ orauit, & descendit ignis de cælo, & cõsumpsit holocaustum.*
est. Similiter & Salomõ octo diebus celebra- [b] *regionibus* .18.
uit dedicationẽ. Inferebantur autem in de- [c] *deciderãt.* 5
scriptionibus & cõmentarijs Nehemiæ hæc [a] *Cur non comedistis hostiã pro peccato in loco*
eadẽ, & qualiter cõstruens bibliothecã con- D
gregauit de [a]regibus libros & prophetarũ & *sancto, eo quod non sit mãducatum mandatum quod erat pro peccato*
Dauid, & epistolas regũ, & de donarijs. Simi- Deut.30.a
liter autẽ & Iudas ea quæ [a]didicerat per bellũ quod nobis acciderat, cõgregauit omnia, & sunt apud nos. Si ergò desyderatis hæc, mittite qui perferant vobis. Acturi itaq; purificationem scripsimus vobis: benè ergò facietis si egeritis hos dies. Deus autem qui liberauit populũ suum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnũ & sacerdotium, & sanctificationẽ, ‖sicut promisit in lege, sperамus quòd citò nostri miserebitur, & cõgregabit de sub cœlo in locum sanctũ. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgauit. De Iuda verò Machabæo, & fratribus eius, & de tẽpli magni purificatione, & de aræ dedicatione: sed & de prælijs quæ pertinent ad E Antiochũ nobilem, & filiũ eius Eupatorem: & de illuminationibus quæ de cœlo factæ sunt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerũt, ita vt vniuersam regionem cùm pauci essent vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent, & famosissimum in toto orbe templum recuperarent, & ciuitatem liberarent, & leges quæ [a]abolendæ erant restituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis. Item quæ ab Iasone Cyrenæo, quinque libris comprehensa, tentauimus nos vno volumine breuiare. Consyde- F rãtes enim multitudinẽ librorum, & difficultatẽ volẽtibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinẽ rerum: curauimus volentibus quidẽ legere, vt esset animi oblectatio: studiosis verò, vt facilius possint memoriæ cõmendare: omnibus autẽ legentibus vtilitas cõferatur. Et nobis quidẽ ipsis, qui hoc opus breuiandi causa susceпimus, nõ facilẽ laborem, imò verò negotiũ plenum vigiliarũ, & sudoris assumpsimus. Sicut hi qui præparant conuiuiũ, & quærunt aliorũ volũtati parêre propter multorũ gratiã libẽter labo-

[a] *abolitæ.* 7.

Universidad de Deusto
Biblioteca

G laborem ſuſtinemus: veritatem quidem de ſingulis authoribus concedentes, ipſi autem ſecundum datam formam breuitati ſtudentes. Sicut enim nouæ domus architecto de vniuerſa ſtructura curandum eſt: ei verò qui pingere curat, quæ apta ſunt ad ornatũ exquirenda ſunt: ita æſtimandum eſt & in nobis. Etenim intellectum colligere, & ordinare ſermonem, & curioſius partes ſingulas quáſque diſquirere, hiſtoriæ congruit authori: breuitatẽ verò dictionis ſectari, & executiones rerum vitare, breuianti concedendum eſt. Hinc ergo narrationem incipiemus: de præfatione tantùm dixiſſe ſufficiat. ſtultum etenim eſt ante hiſtoriam effluere: in ipſa autem hiſtoria ſuccingi.

S. Simon templi præpoſitus theſauros eius Apollonio duci prodit, ad quos rapiendos miſſus à rege Heliodorus poſt fuſas Iudæorum orationes à Deo percutitur, ſed Oniæ põtificis ſacrificio ac precibus liberatur, actisq; Deo & Oniæ gratijs, narrat regi ac cæteris omnibus Dei magnalia. CAP. III.

A IGitur cùm ſancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè cuſtodirentur propter Oniæ pontificis
diſpoſitionem &c. *pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat vt & ipſi reges & principes locũ ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent: ita vt Seleucus Aſiæ rex de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes. Simõ autem de tribu Beniamin præpoſitus templi conſtitutus, contendebat obſiſtente ſibi principe ſacerdotum, iniquum aliquid in ciuitate moliri. Sed cùm vincere Oniam nõ poſſet, venit ad Apollonium Tharſææ filium, qui eo tempore erat dux Cœleſyriæ, & Phœnicis: & nuntiauit ei pecunijs innumerabilibus plenum eſſe ærarium Ieroſolymis, & communes copias immenſas eſſe quæ non pertinent ad rationem ſacrificiorum: eſſe autem poſſibi-
B le, ſub poteſtate regis cadere vniuerſa. Cumque retuliſſet ad regem Apollonius de pecunijs quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum qui erat ſuper negotia eius, miſit cum mandatis, vt prædictam pecuniam tranſportaret. Statimque Heliodorus iter eſt aggreſſus, ſpecie quidem quaſi per Cœleſyriam & Phœnicem ciuitates eſſet peragraturus, re vera autem regis propoſitum perfecturus. Sed cùm veniſſet Ieroſolymam, & benigne à ſummo ſacerdote in ciuitate eſſet exceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei gratia adeſſet aperuit: interrogabat autem ſi verè hæc ita eſſent. Tunc ſummus ſacerdos oſtendit depoſita eſſe hæc, & victualia viduarũ & pupillorum: quædã verò eſſe Hircani Tobiæ viri valdè eminentis, in his quæ detulerat impius Simon: vniuerſa autem argẽti talenta eſſe quadringenta, & auri ducenta: decipi verò eos qui credidiſſent loco & templo, quod per vniuerſum mundum honoratur, pro ſui veneratione & ſanctitate omnino impoſsibile eſſe. At ille pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni *genere regi ea eſſe deferenda. *regia.
Conſtituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Nõ modica verò per vniuerſam ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus iactauerũt ſe, & inuocabãt de cœlo eum qui de depoſitis legem poſuit, vt his qui depoſuerant ea, ſalua cuſtodiret. Iam verò qui videbat ſummi ſacerdotis vultũ, mente vulnerabatur: facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem. circunfuſa enim erat mœſtitia quædam viro, &
D horror corporis: per quæ manifeſtus aſpicié tibus dolor cordis eius efficiebatur. Alij etiam gregatim de domibus cõfluebant: publica ſupplicatione obſecrãtes, pro eo quòd in cõtemptum locus eſſet venturus. Accinctæque mulieres cilicijs pectus, per platẽas confluebant. ſed & virgines quæ cõclusæ erant procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam verò per fenẽſtras aſpiciebant: vniuerſæ autem protendentes manus in cœlum, deprecabantur. erat enim miſera commiſtæ multitudinis, & magni ſacerdotis in agone cõſtituti expectatio. Et hi quidem inuocabant omnipotentem Deum, vt credita ſibi, his qui crediderant, cum omni integritate cõſeruarentur. Heliodorus autẽ, quod decreuerat, perficiebat eodem loco ipſe cum ſatellitibus circa ærariũ, præſens. Sed ſpiritus omnipotentis Dei magnã fecit ſuæ oſtenſionis euidẽtiam, ita vt omnes qui au-E ſi fuerant parẽre ei, ruentes Dei virtute, in diſſolutionem & formidinem conuerterentur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus: isque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit. qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam appa ruerunt duo iuuenes virtute decóri, optimi gloria, ſpecioſique amictu: qui circunſteterunt eum, & ex vtraque parte flagellabant, ſine intermiſsione multis plagis verberantes. Subitò autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circunfuſum rapuerũt, atq; in ſella geſtatoria poſitum eiecerũt. Et is qui cum multis curſoribus & ſatellitibus prædictum ingreſſus eſt ærarium, portabatur nullo ſibi auxilium ferente

ferente, manifeſta Dei cognita virtute: & ille quidem per diuinã virtutem iacebat mu
P tus, atque omni ſpe & ſalute priuatus. Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum ſuum, & templum quod paulò ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotẽte Domino, gaudio & lætitia impletum eſt. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabãt confeſtim Oniam, vt inuocaret Altiſsimum vt vitam donaret ei qui in ſupremo ſpiritu erat conſtitutus. Conſyderans autem ſummus ſacerdos ne fortè rex ſuſpicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorum conſummatam, obtulit pro ſalute viri hoſtiam ſalutarem. Cumque ſummus ſacerdos exoraret, ijdem iuuenes eiſdem veſtibus amicti, aſtantes Heliodoro dixerunt, Oniæ ſacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donauit. tu autem à Deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei & poteſtatem. Et
G his dictis, non cõparuerunt. Heliodorus autem hoſtia Deo oblata, & votis magnis promiſsis ei qui viuere illi conceſsit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regem. Teſtabatur autẽ omnibus ea quæ ſub oculis ſuis viderat opera magni Dei. Cum autem rex interrogaſſet Heliodorum quis eſſet aptus adhuc ſemel Ieroſolymam mitti, ait, Si quem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, ſi tamen euaſerit: eo quòd in loco ſit verè Dei quædam virtus. Nam ipſe qui habet in cœlis habitationem, viſitator & adiutor eſt loci illius, & venientes ad malefaciẽdum, percutit ac perdit. Igitur de Heliodoro & ærarij cuſtodia ita res ſe habet.

S. Onias ob Simõnis detractiones ad Seleucum conceſsit, cuius pontificatum ambiens frater eius Iaſon, promiſit regi plurima talenta, acceptoq; pontificatu omnem Dei cultum peruertit, quem pontificatu priuari curat Menelaus, plura regi talenta pollicitus: cui promiſſa non præſtanti ſuccedit frater ipſius Lyſimachus. Onias quum Menelaum de ſacrilegio argueret, illius ſuaſu ab Andronico perimitur: propter quod iuſſu Antiochi in eodem loco Andronicus interimitur. Lyſimacho à populo oppreſſo, Menelaus apud regem accuſatus, intercedentibus donis abſoluitur, occiſis innocentibus eius accuſatoribus.

CAP. IIII.

A SImon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator, male loquebatur de Onia, tanquã ipſe Heliodorum inſtigaſſet ad hæc, & ipſe fuiſſet incentor malorũ: proui-ſoremq; ciuitatis ac defenſorem gẽtis ſuæ, & æmulatorem legis Dei audebat inſidiatorem regni dicere. Sed cum inimicitiæ in tantum procederent, vt etiã per quoſdam Simõnis neceſſarios homicidia fierent: cõſyderans Onias periculum cõtentionis, & Apollonium inſanire, vtpote ducem Cœleſyriæ & Phœnicis, ad augendam malitiam Simõnis, ad regem ſe contulit, non vt ciuium accuſator, ſed communem vtilitatẽ apud ſemetipſum vniuerſæ multitudinis conſyderans. videbat enim ſine regali prouidentia impoſsibile eſſe pacem rebus dari, nec Simõnem poſſe ceſſare à ſtultitia ſua. Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum, cum ſuſcepiſſet regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iaſon frater Oniæ ſummum ſacerdotium: adito rege promittens ei argenti talenta trecenta ſexaginta, & ex redditibus a-
B lijs talenta octoginta. ſuper hoc promittebat & alia centũ quinquaginta, ſi poteſtati eius concederetur gymnaſium & ephebiam ſibi conſtituere, & eos qui in Ieroſolymis erant Antiochenos ſcribere. Quod cũ rex annuiſſet, & obtinuiſſet principatum, ſtatim ad gẽtilem ritum contribules ſuos transferre cœpit: & amotis his quæ humanitatis cauſa Iudæis à regibus fuerant conſtituta, & per Iohannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & ſocietate functus eſt legatione legitima, ciuium iura deſtituens, prauа inſtituta ſanciebat. Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium cõſtituere, & optimos quoſq; epheborum in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non initium, ſed incrementum quoddam, & profectus gentilis, & alienigenæ cõuerſationis, propter impij & non ſacerdotis Iaſonis nefarium & inauditum ſcelus: ita vt ſacerdotes iam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contempto templo, & ſacrificijs neglectis, feſtinarent participes fieri paleſtræ, & præbitionis eius iniuſtæ, & in exercitijs diſci. & patrios quidem honores C nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: quarum gratia periculoſa eos contentio habebat, & eorum inſtituta æmulabantur, ac per omnia his conſimiles eſſe cupiebant, quos hoſtes & peremptores habuerant. In leges enim diuinas impiè agere impune non cedit: ſed hoc tempus ſequens declarabit. Cum autem quinquennalis agon Tyri celebraretur, & rex præſens eſſet, miſit Iaſon facinoroſus ab Ieroſolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in ſacrificium Herculis, quas poſtulauerunt hi qui aſportauerant ne in ſacrificijs erogarentur, quia nõ oporteret, ſed in alios ſumptus eos deputari. Sed hæc, oblata ſunt quidem ab eo qui miſerat in ſacrificium Herculis: propter præſentes autẽ data

ſunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

sunt in fabricam nauium triremium. Missō autem in Aegyptum Apollonio Mnesthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis, Cum cognouisset Antiochus alienum se à negotijs regni effectum, proprijs vtilitatibus consulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ierosolymam. Et magnificè ab Iasone & ciuitate susceptus, cum faculârum luminibus & laudibus ingressus est: & D inde in Phœnicen exercitum conuertit. Et post triennij tēpus misit Iason Menelaum supradicti Simōnis fratrem portātem pecunias regi, & de negotijs necessarijs responsa perlaturum. At ille commendatus regi, cum magnificasset faciē potestatis eius, in semetipsum retorsit summū sacerdotium, superponens Iasoni talenta argenti trecenta. Acceptisq; à rege mandatis venit, nihil quidem habens dignum sacerdotio: animos verò crudelis tyranni, & feræ beluæ iram gerens. Et Iason quidem qui proprium fratrem captiuauerat, ipse deceptus profugus in Ammanitem expulsus est regionem. Menelaus autem principatum quidem obtinuit: de pecunijs verò regi promissis nihil agebat, cū exactionem faceret Sostratus qui arci erat præpositus. nam ad hunc exactio vectigaliū pertinebat: quam ob causam vtriq; ad regē sunt euocati. Et Menelaus amotus est à sacerdotio, succedēte Lysimacho fratre suo: Sostra- E tus autem prælatus est Cyprijs. Et cum hæc agerentur, contigit Tharsenses & Mallotas seditionem mouere, eo quòd Antiochi regis concubinæ dono essent dati. Festinātер itaq; rex venit sedare illos, relicto suffecto vno ex comitibus suis Andronico. Ratus autē Menelaus accepisse se tempus opportunū, aurea quædam vasa è templo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas ciuitates. Quod cum certissimè cognouisset Onias, arguebat eum, ipse in loco tuto se continēs Antiochiæ secus Daphnē. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt Oniam interficeret. Qui cum veniſſet ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando (quamuis esset ei suspectus) suasisset de asylo procedere, statim eum perēmit, non veritus iustitiam. Ob quam causam non solum Iudæi, sed etiam aliæ quoque nationes indignabantur, & molestè ferebant de nece tanti viri iniusta. Sed regressum regem de Ciliciæ locis adierunt Iudæi apud Antiochiam, simul & Græci: conquerentes de ini- F qua nece Oniæ. Contristatus itaq; est animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam, lachrimas fudit, recordatus defuncti sobrietatem & modestiam. accensisq; animis Andronicum purpura exutum, per totam ciuitatem iubet circunduci: & in eodem loco in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vita priuari, Domino illi condignam retribuente pœnam. Multis autem sacrilegijs in templo à Lysimacho commissis Menelai consilio, & diuulgata fama, congregata est multitudo aduersum Lysimachum multo iā auro exportato. Turbis autem insurgentibus, & animis ira repletis, Lysimachus armatis ferè tribus millibus iniquis manibus vti cœpit, duce quodam tyranno, ætate pariter & dementia prouecto. Sed vt intellexerunt conatū Lysimachi, álij lapides, alij fustes validos arripuēre: quidam verò cinerem in Lysimachū iecēre. Et multi quidē vulnerati, quidam autē & prostrati, omnes verò in fugam conuersi sunt: ipsum etiam sacrilegum secus ærariū interfecerunt. De his ergo cœpit iudicium aduer G sus Menelaum agitari. Et cū venisset rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt missi tres viri à senioribus, Et cum superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendum regi. Itaq; Ptolemæus in quodam atrio positum, quasi refrigerandi gratia, regem adijt, & deduxit à sententia: & Menelaum quidem vniuersæ malitiæ reum criminibus absoluit: miseros autem qui etiam si apud Scythas causam dixissent, innocentes iudicarentur, hos morte damnauit. Cito ergo iniustam pœnam dederunt, qui pro ciuitate, & populo, & sacris vasis causam prosecuti sunt. Quam ob rem Tyri quoq; indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi extiterunt. Menelaus autem propter eorum qui in potētia erant, auaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias ciuium.

S. Armati exercitus, ipsorumq; cōgressiones Ierosolymis in aëre quadraginta diebus conspiciuntur. Iason Ierusalem inuadens & ciues crudeliter trucidans apud exteros miserè moritur. Antiochus innumeris in Ierusalē trucidatis, vinctis ac vænundatis, templum spoliat: & discedens relinquit crudeles præpositos qui populum affligant: rursumq; misso duce Apollonio plurimos interficit: Iudas verò Machabæus cum suis in desertum locum secesſit.

CAP V.

EOdem tempore Antiochus secūdam A profectionem parauit in Aegyptum. Contigit autem per vniuersam Ierosolymorum ciuitatem videri diebus quadraginta per aëra equites discurrentes, auratas stolas habentes, & hastas quasi cohortes armatas, & cursus equorum per ordines digestos, & cōgressiones fieri cominus, & scutorum motus, & galeatorū multitudinē gladijs districtis,



districtis, & telorum iactus, & aureorum armorum splendorem, omnisque generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monstra conuerti. Sed cum falsus rumor exisset, tanquam vita excessisset Antiochus, assumptis Iason non minus mille viris, repente aggressus est ciuitatem: & ciuibus ad murum conuolantibus, ad vltimum apprehensa ciuitate, Menelaus fugit in arcem: Iason verò non parcebat in cæde ciuibus suis, nec cogitabat prosperitatem aduersum cognatos malum esse maximum, arbitrans hostium & non ciuium se trophæa ca- B pturum. Et principatum quidem non obtinuit, finem verò insidiarum suarum cōfusionē accepit, & profugus iterū abijt in Ammaniten. Ad vltimū in exitium sui cōclusus ab Areta Arabū tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odiosus vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuiū hostis, in Aegyptum extrusus est: & qui multos de patria sua expulerat, peregrè perijt, Lacedæmonas profectus, quasi pro cognatione ibi refugiū habiturus: & qui in sepultos multos abiecerat, ipse & illamentatus, & insepultus abijcitur: sepultura neq; peregrina vsus, neque patrio sepulchro participans. His itaque gestis, suspicatus est rex societatē deserturos Iudæos: & ob hoc profectus ex Aegypto efferatis animis, ciuitatem quidē armis cepit. Iussit autē militibus interficere, nec parcere occurrantibus, & per domos ascendētes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenū ac senio rum, & mulierum & natorū exterminia, virginumq; & paruulorum neces. Erant autem toto triduo octoginta millia interfecti: quadraginta millia vincti, non minus autē vænundati. Sed nec ista sufficiunt: ausus est etiam intrare templū vniuersa terra sanctius, Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor: & cœlestis manibus sumens sancta vasa quæ ab alijs regibus & ciuitatibus erant posita ad ornatum loci & gloriam, contrectabat indignè & contaminabat. Ita alienatus mēte Antiochus, nō consyderabat quòd propter peccata habitantium ciuitatem, modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum despectio. alioquin, nisi contigisset eos multis peccatis esse inuolutos, ||sicut Heliodorus qui missus est à Seleu- Supra.3.e. co rege ad expoliandum ærarium, etiam hic statim aduenies flagellatus, & repulsus vtique fuisset ab audacia. Verùm nō propter locum, gentem: sed propter gētem, locū Deus elegit. Ideoq; & ipse locus particeps factus est populi malorum, postea autē fiet socius bonorum. & qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille & octingentis D ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regressus est, existimans se præ superbia terram ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum, deducturum propter mentis elationem. Reliquit autem & præpositos ad affligendam gentem: Ierosolymis quidem Philippum genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipso à quo cōstitutus est: in Garizim autem Andronicum & Menelaū, qui grauius quàm cæteri imminebant ciuibus. Cumq; appositus esset contra Iudæos, misit odiosum principem Appolloniū cum exercitu viginti & duobus millibus, præcipiēs ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere. Qui cum veniſſet Ierosolymam, pacem simulans, quieuit vsq; ad diem sanctū sabbathi: & tunc feriatis Iudæis, arma capere suis præcepit. Omnesq; qui ad spectaculum processerunt, trucidauit: & ciuitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit. Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & fœni cibo vescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis.

S. Per ducem à rege missum Iudæi à lege Dei arcentur, templumq; fœdissimè prophanatur, & Iudæi etiā per varias regiones dispersi ad idolorum cogūtur sacrificia: describitur duarum mulierum suplicium eo quod filios suos circuncidissent, sabbathumq; celebrantes concremantur: ostenditur tamen hæc afflictio non esse Dei deserentis sed suos corripientis: egregium Eleazari senis martyrium, nolentis porcinis vesci carnibus, nec id simulare.

CAP. VI.

SEd non post multum temporis misit A rex senem quēdam Antiochenum, qui compelleret Iudæos vt se transferrent à patrijs & Dei legibus: contaminare etiam quod in Ierosolymis erat templū & cognominare

minare Iouis Olimpij: & in Garizim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Iouis hospitalis. Peſsima autem & vniuerſis grauis erat malorum incurſio. nam templum luxuria & commeſſationibus Gentium erat plenum, & ſcortantium cum meretricibus, ſacratisq; ædibus mulieres ſe vltrò ingerebant, intrò ferentes ea quæ non licebat. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur. Neq; autem ſabbatha cuſtodiebantur, neque dies ſolennes patrij ſeruabantur, nec ſimpliciter Iudæum ſe eſſe quiſ-
B quam confitebatur. Ducebantur autē cum amara neceſsitate in die natalis regis ad ſacrificia. & cum Liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hædera coronati Libero circuire. Decretum autem exijt in proximas gentilium ciuitates, ſuggerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipſi aduerſus Iudæos agerent, vt ſacrificarent: eos autem qui nollent tranſire ad inſtituta gentium, interficerent. erat ergo videre miſeriā. Duæ enim mulieres delatæ ſunt natos ſuos circūcidiſſe: quas infantibus ad hubera ſuſpenſis, cum publicè per ciuitatē circunduxiſſent, per muros præ-
C cipitauerunt. Alij verò ad proximas coeuntes ſpeluncas, & latenter ſabbathi diem celebrantes, cum indicati eſſent Philippo, flammis ſuccenſi ſunt: eo quòd verebantur propter religionem & obſeruantiam, manu ſibimet auxilium ferre. Obſecro autē eos, qui hunc librū lecturi ſunt ne abhoreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea quæ acciderunt, nō ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere: magni beneficij eſt indiciū. Non enim ſicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris in finem deuolutis,
D ita demū in nos vindicet. Propter quod nunquam quidem à nobis miſericordiam ſuam amouet: corripiēs verò in aduerſis populum ſuum, non derelinquit. Sed hæc nobis ad cōmonitionē legentium dicta ſint paucis. Iam autem veniendum eſt ad narrationem. Igitur Eleazarus vnus de primoribus ſcribarū, vir ætate prouectus, & vultu decōrus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare. At ille glorioſiſsimam mortem magis quā odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad ſupplicium. Intuens autem quemadmodum oporteret accedere patienter ſuſtinens, deſtinauit non admittere
E illicita propter vitæ amorem. Hi autem qui aſtabant, iniqua miſeratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollētes eum ſecretò rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur manducaſſe, ſicut rex imperauerat de ſacrificij carnibus: vt hoc facto à morte liberaretur. & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atq; à puero optimæ conuerſationis actus, & ſecundum ſanctæ & à Deo conditæ legis conſtituta, reſpondit citò: dicēs præmitti ſe velle in infernum. Non enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit, fingere: vt multi adoleſcentes, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum: & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atq; execrationē meæ ſenectuti conquiram. Nam etſi in præſenti tempore ſupplicijs hominum eripiar, ſed manum omnipotentis nec viuus, nec defunctus effugiam. Quam ob rem fortiter vita excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo: adoleſcentibus autem exemplum fortè relinquam, ſi prompto animo, ac fortiter pro grauiſsimis ac ſanctiſsimis legibus honeſta morte perfungar. His dictis confeſtim ad ſupplicium
G trahebatur. Hi autem qui eum ducebant, & paulò antè fuerant mitiores, in iram cōuerſi ſunt propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur. Sed cum plagis perimeretur, ingemuit, & dixit, Domine qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſtè tu ſcis quia cum à morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores: ſecundum animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior. Et iſte quidem hoc modo vita deceſsit, non ſolum iuuenibus, ſed & vniuerſæ genti memoriam mortis ſuæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

S. Septem fratrum matriſq; eorum ingentia fortiſsimeq; tolerata ſupplicia, quòd porcinis nolent veſci carnibus: & quàm conſtanter regi ob ſuam crudelitatem oſtenderint paratam eſſe damnationem, & mater ſuos filios ſit exhortata. CAP. VII.

A COntigit autem ſeptem fratres vnà cum matre ſua apprehenſos, cōpelli à rege edere contra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis qui erat primus, ſic ait, Quid quæris & quid vis diſcere à nobis? parati ſumus mori magis quàm patrias Dei leges præuaricari. Iratus itaque rex iuſsit ſartagines & ollas æneas ſuccendi. Quibus ſtatim ſuccēſis, iuſſit ei qui prior fuerat locutus, amputari linguam:

guam: & cute capitis abſtracta, ſummas quoque manus & pedes ei præſcindi, cæteris eius fratribus & matre inſpicientibus. Et cum iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſsit ignem admoueri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine: in qua cum diu cruciaretur,
B cæteri vnà cum matre inuicem ſe hortabantur mori fortiter, dicentes, Dominus Deus aſpiciet veritatem, & conſolabitur in nobis, quemadmodum in proteſtatione cātici de-
Deut. 32. d clarauit Moyſes: ‖ & in ſeruis ſuis conſolabitur. Mortuo itaq; illo primo hoc modo, ſequentem deducebant ad illudendum: & cute capitis eius cum capillis abſtracta, interrogabant ſi manducaret, prius quàm toto corpore per membra ſingula puniretur. At ille reſpondens patria voce, dixit, Non faciā. Propter quod & iſte ſequēti loco primi tormenta ſuſcepit: & in vltimo ſpiritu cōſtitutus ſic ait, Tu quidē ſceleſtiſsime in præſenti
C vita nos perdis: ſed rex mūdi defunctos nos pro ſuis legibus, in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit. Poſt hunc tertius illuditur, & linguam poſtulatus citò protulit, & manus conſtanter extēdit: & cum fiducia ait, E cœlo iſta poſsideo, ſed propter Dei leges nunc hæc ipſa deſpicio, quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero. ita vt rex, & qui cum ipſo erant, mirarentur adoleſcentis animū, quòd tanquam nihilum duceret cruciatus. Et hoc ita defuncto, quartū vexabant ſimiliter torquentes. Et cum iam eſſet ad mortem, ſic ait, Potius eſt ab hominibus morti datos ſpem expectare à Deo, iterum ab ipſo reſuſcitandos. tibi enim reſurrectio ad vitam non erit. Et cum admouiſſent quintum, vexabant eū. At ille reſpiciens in eum, dixit, Poteſtatem inter homines habens, cum ſis corruptibilis, facis quod vis: noli autem putare genus noſtrum à Deo eſſe derelictum. tu autē patien
D ter ſuſtine, & videbis magnā poteſtatem ipſius, qualiter te & ſemē tuū torquebit. Poſt hunc ducebant ſextum, & is mori incipiens, ſic ait, Noli fruſtra errare: nos enim propter noſmetipſos hoc patimur, peccantes in Deū noſtrum, & digna admiratione facta ſunt in nobis. tu autē ne exiſtimes tibi impune futurum, quòd contra Deum pugnare tentaueris. Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat propter ſpem quā in Deo habebat. ſingulos illorum hortabatur voce patria fortiter, repleta ſapientia: & fœmineæ cogitationi maſculinum animum inſerens, dixit ad eos, Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis: neq; enim ego ſpiritū & animā donaui vobis & vitā, & ſingulorum membra non ego ipſa cōpegi, ſed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatē, quique omniū inuenit originem, & ſpiritū E vobis iterum cum miſericordia reddet & vitam, ſicut nunc voſmetipſos deſpicitis propter leges eius. Antiochus autem cōtemni ſe arbitratus, ſimul & exprobrantis voce deſpecta, cum adhuc adoleſcentior ſupereſſet, nō ſolum verbis hortabatur, ſed & cum iuramēto affirmabat ſe diuitem & beatum facturū, & tranſlatum à patrijs legibus amicum habiturum, & res neceſsarias ei præbiturum. Sed ad hæc cum adoleſcens nequaquam inclinaretur, vocauit rex matrem, & ſuadebat ei vt adoleſcenti fieret in ſalutē. Cum autē multis eam verbis eſſet hortatus, promiſit ſuaſuram ſe filio ſuo. Itaque inclinata ad illum, irridens crudelem tyrannum, ait patria voce, Fili mi miſerere mei, quæ te in vtero nouem F menſibus portaui, & lac triēnio dedi & alui, & in ætatem iſtam perduxi. Peto te nate, vt aſpicias ad cœlum & terrā, & ad omnia quæ in eis ſunt: & intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus & hominum genus: ita fiet vt non timeas carnificē iſtum, ſed dignus fratribus tuis effectus particeps, ſuſcipe mortem, vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiā. Cum hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens, Quem ſuſtinetis? non obedio præcepto regis, ſed præcepto legis quæ data eſt nobis per Moyſen. Tu vero qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos, nō effugies manū Dei. Nos enim pro peccatis noſtris hæc patimur. Etſi nobis propter increpationem, & correptionē Dominus Deus noſter modicū iratus eſt: ſed iterū reconciliabitur ſeruis ſuis. Tu autē ô ſceleſte & omnium hominū flagi G tioſiſsime, noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflāmatus. nōdum enim omnipotētis Dei & omnia inſpicientis iudiciū effugiſti. Nam fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato, ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt: tu verò iudicio Dei iuſtas ſuper biæ tuæ pœnas exolues. Ego autem ſicut & fratres mei animā & corpus meū trado pro patrijs legibus, inuocans Deū maturius gēti noſtræ propitiū fieri, teq; cum tormentis & verberibus cōfiteri quod ipſe eſt Deus ſolus. In me vero & in fratribus meis deſinet omnipotētis ira, quæ ſuper omne genus noſtrum iuſtè ſuperducta eſt. Tunc rex accenſus ira, in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit, indignè ferens ſe deriſum. Et hic itaque mundus obijt, per omnia in Domino confidens. Nouiſsimè autem, poſt filios & mater conſumpta eſt. Igitur de ſacrificijs, & de nimijs crudelitatibus ſatis dictum eſt.

S. Iudas Machabæus inuocato Dei auxilio poſt aliquot

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquot victorias Nicanorẽ qui certam sibi de Iudæis pollicebatur victoriã, suos primũ ad constantiã adhortatus, profligauit, interfectis de eius exercitu vnà cũ Timótheo & Bacchide plus quàm 29000. ita vt Nicanor solus effugiens prædicaret Iudæos Deum habere protectorem. CAP. VIII.

A IVdas verò Machabæus, & qui cũ illo erant, introibãt latenter in castella: & cõuocantes cognatos, * & eos qui permãserunt in Iudaismo assumentes, eduxerunt ad se sex millia virorũ. Et inuocabãt Dominũ vt respiceret in populũ qui ab omnibus calcabatur, & misereretur tẽplo quod contaminabatur ab impijs: misereretur etiam exterminio ciuitatis, quæ esset illico cõplananda, & vocẽ sanguinis ad se clamãtis audiret: memoraretur quoq; iniquissimas mortes paruulorum innocentũ, & blasphemias nomini suo illatas, & indignaretur super his. At Machabæus congregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur. ira enim Domini in B misericordiam cõuersa est. Et superueniens castellis & ciuitatibus improuisus, succendebat eas: & opportuna loca occupans, nõ paucas hostium strages dabat: maximè autẽ noctibus ad huiusce modi excursus ferebatur, & fama virtutis eius vbique diffundebatur. Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequẽtius res ei cedere prosperè, ad Ptolomæum ducem Cœlesyriæ & Phœnicis scripsit vt auxilium ferret regijs negotijs. At ille velociter misit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permistis gentibus, armatis non minus viginti millibus, vt vniuersum Iudæorũ genus deleret, adiuncto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientissimo.

C Cõstituit autem Nicanor, vt regi tributum quod Romanis erat dandũ, duo millia talentorum de captiuitate Iudæorũ suppleret: ista timque ad maritimas ciuitates misit, conuocans ad coemptionẽ Iudaicorum mancipiorum, promittens se nonaginta mancipia talento distracturũ, non respiciens ad vindictã quæ eum ab omnipotente esset cõsecutura. Iudas autem vbi comperit, indicauit his qui secum erant Iudæis, Nicanoris aduentũ. Ex quibus quidã formidantes, & non credẽtes Dei iustitiæ, in fugam vertebantur: alij verò siquid eis supererat vendebant, simulq; Dominum deprecabantur vt eriperet eos ab im

D pio Nicanore, qui eos prius quàm cominus veniret, vendiderat. & si nõ propter eos, propter testamentũ tamen quod erat ad patres eorum, & propter inuocationẽ sancti & magnifici nominis eius super ipsos. Cõuocatis autẽ Machabæus septem millibus, qui cum ipso erant, rogabat ne hostibus reconciliarentur, neq; metuerent iniquè venientium aduersum se hostium multitudinem, sed fortiter contenderent: ante oculos habentes cõtumeliam quæ loco sancto ab his iniustè esset illata, itemq; & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam, adhuc etiam veterum institutа cõuulsa. Nam illi quidẽ armis confidunt, ait: simul & audacia: nos autẽ in omnipotẽte Domino qui potest & veniẽtes aduersum nos, & vniuersum mundum vno nutu delere, cõfidimus. Admonuit autem eos & de auxilijs, E Dei, quæ facta sunt erga parentes: ‖ & quòd sub Sennacherib centum octogintaquinque millia perierunt: & de prælio quod eis aduersus Galatas fuit in Babylonia, vt omnes vbi ad rem vẽtum est, Macedonibus socijs hæsitantibus, ipsi sex millia soli peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cœlo, & beneficia pro his plurima cõsecuti sunt. His verbis constantes effecti sunt, & pro legibus & patria mori parati. Constituit itaq; fratres suos duces vtrique ordini, Simonem & Ioseph um, & Ionathã, subiectis vnicuique millenis & quingentenis. Ad hoc etiam ab Esdra lecto illis sancto libro & dato signo adiutorij Dei, in prima acie ipse dux commisit cum Nicanore. Et facto sibi adiutore omnipotente interfecerunt super nouem millia hominum: maiorem autem partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factam fugere compulerunt. Pecunijs verò eorum qui ad emptionem ipsorũ venerãt, sublatis, ipsos vsquequaq; persecuti F sunt, sed reuersi sunt hora concluſi. nam erat ante sabbathum: quam ob causam non perseuerauerũt insequentes. Arma autem ipsorum & spolia congregantes, sabbathũ agebant: benedicentes Dominum qui liberauit eos in isto die, misericordiæ initium stillans in eos. Post sabbathum verò debilibus, & orphanis, & viduis diuiserũt spolia: & reſidua ipsi cum suis habuêre. His itaq; gestis, & cõmuniter ab omnibus facta obsecratione, misericordem Dominũ postulabant vt in finẽ seruis suis reconciliaretur: Et ex his qui cum Timótheo & Bacchide erant contra se cõtendentes, super viginti millia interfecerũt, & munitiones excelsas obtinuerũt: & plures prædas diuiserũt, æquam portionẽ debilibus, pupillis & viduis, sed & senioribus faciẽtes. Et cum arma eorum diligenter collegissent, omnia cõposuerũt in locis opportunis, resi G dua verò spolia Ierosolymam detulerunt: & Philarchen qui cum Timótheo erat, interfecerunt, virum scelestum, qui in multis Iudæos afflixerat. Et cum epinicia agerẽt in Ierosolymis, eum qui sacras ianuas incẽderat, id est

id est Callisthenem, cùm in quoddam domicilium refugisset, incenderunt, digna eimercede pro impietatibus suis reddita. Facinorosissimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Iudæorum venditionem adduxerat, humiliatus auxilio Domini ab his quos nullos existimauerat, depositа veste gloriæ, per mediterranea fugiẽs, solus venit Antiochiam, summam infœlicitatem de interitu sui exercitus consecutus. Et qui promiserat Romanis se tributum restituere de captiuitate Ierosolymorũ, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipsum inuulnerabiles esse, eo quòd sequerẽtur leges ab ipso constitutas.

S. Antiochus à Persepoli fugatus, dũ Iudæos ad internecionem perdere meditaretur, maximis viscerum doloribus à Deo percussus, cum fœtore intolerabili scaturientibus e corpore vermibus, post suorum criminum agnitionem, & serò promissam emendationem, merita morte occubuit. scriptis ad Iudæos literis vt filio suo subditi persisterent.

CAP. IX.

A EOdem tempore Antiochus inhonestè reuertebatur de Persíde. Intrauerat enim in eam quæ dicitur Persepolis, & 2 templ.15. tentauit expoliare templum, & ciuitatem opprimere: sed multitudine ad arma concurrente, in fugam versi sunt: & ita contigit vt Antiochus post fugam turpiter rediret. Et cùm venisset circa Ecbatanam, recognouit quæ erga Nicanorem & Timótheum gesta sunt. Elatus autem in ira, arbitrabatur se iniuriã illorum qui se fugauerant, posse in Iudæos retorquere: ideoq; iussit agitari currũ suum, sine intermissione agens iter, cœlesti eum iudicio perurgente, eo quòd ita superbè locutus est se vẽturum Ierosolymam, & 2 Par.16.e congeriem sepulchri Iudæorum eam factu- rum. Sed ‖ qui vniuersa conspicit Dominus Deus Israel, percussit eum insanabili & inuisibili plaga. Vt enim finiuit hũc ipsum ser monem, apprehendit eum dolor dirus visce- rum, & amara internorum tormenta: & quidem satis iustè, quippe qui multis & nouis

B cruciatibus aliorum torserat viscera, licet ille nullo modo à sua malitia cessaret. Super hoc autem superbia repletus, ignem spirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotium, cõtigit illum impetu euntem de curru cadere, & graui corporis collisione membra vexari. Isque qui sibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, supra humanum modum superbia repletus, & mõtium altitudines in statêra appendere, nunc humiliatus ad terram in gestatorio portabatur, manifestam Dei virtutem in semetipso cõtestans: ita vt de corpore impij, vermes scaturirent, ac viuentes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiam illius & fœtore exercitus gauaretur. & qui paulo ante sydera cœli contingere se arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui superbia deductus ad agnitionem sui venire, diuina admonitus plaga, per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus. & cùm nec ipse iam fœtorem suum ferre posset, ita ait, Iustum est subditum esse Deo, & mortalem non paria Deo sentire. Orabat autem hic scelestus Dominum, à quo non esset misericordiam consecuturus. Et ciuitatem ad quam festinans veniebat vt eam ad solum deduceret, ac sepulchrum congestorum faceret, nunc optat liberam reddere: & Iudæos quos nec sepultura quidem se dignos habiturum, sed auibus ac feris diripiendos traditurum, & cum paruulis exterminaturum dixerat, æquales nunc Athenien sibus factu- C rum pollicetur: templum etiam sanctum, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & sancta vasa multiplicaturum, & pertinentes ad sacrificia sumptus de redditibus suis præstaturum: super hæc & Iudæum se futurum, & omnem locum terræ perambulaturum, & prædicaturum Dei potestatem. Sed non cessantibus doloribus (superuenerat enim in eum iustum Dei iudicium) desperans scripsit ad Iudæos in modum deprecationis epistolam hæc continentem,

OPTIMIS ciuibus Iudæis plurimam salutem, & bene valere, & esse fœlices, rex & princeps Antiochus. Si bene valetis, & filij vestri, & ex sententia vobis cuncta sunt, maximas agimus gratias. Et ego in infirmitate cõstitutus, vestri autem memor benignè reuersus de Persidis locis, & infirmitate graui apprehensus, necessarium duxi pro communi vtilitate curam habere: non desperans memetipsum, sed spem multam habens effugiendi infirmitatem. Respiciens autem D quòd & pater meus, quibus temporibus in locis superioribus ducebat exercitum, ostendit qui post se susciperet principatum: vt si quid contrarium accideret, aut difficile nuntiaretur, scientes hi qui in regionibus erant, cui esset rerum summa derelicta, non turbarentur. Ad hæc, consyderans de proximo potentes quosque & vicinos temporibus insidiantes & euentum expectantes, designaui filium meum Antiochum regem, quem sæpe recurrens in superiora regna multis vestrum commendabam: & scripsi ad eum quæ subiecta sunt. Oro itaque vos, & peto memores beneficiorum publicè &

Universidad de Deusto
Biblioteca

priuatim, vt vnusquisq; conseruet fidem ad me & ad filium meum. Confido enim eum modestè & humanè acturum, & sequentem propositum meum, & cõmunem vobis fore. Igitur homicida, & blasphemus pessimè percussus, & vt ipse alios tractauerat, peregrè in mõtibus, miserabili obitu vita functus est. Trãsferebat aũt corpus Philippus collactaneus eius: qui metuẽs filium Anthiochi, ad Ptolemæum Philometorẽ in Aegyptũ abijt.

S. Iudas Machabæus purgatis templo ac ciuitate, octo diebus solennitatem celebrat & quotannis celebrandã ordinat. Eupator Antiocho patri in regno succedens, Ptolemæo veneno extincto, Gorgiã ducem locorum constituit, Iudæos sæpius pugna molestantem: Iudæi & hunc & Timótheum variasq; hostium munitiones deuincunt, cæsis plurimis millibus, quinq; etiã equitibus de cælo apparentibus, qui Iudæis in auxilium venerant. CAP. X.

A MAchabæus autẽ & qui cum eo erant, Domino se protegente, tẽplum quidem & ciuitatem recepit: aras autem quas alienigenæ per platẽas extruxerant, itẽque delubra demolitus est. & purgato tẽplo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne cõcepto sacrificia obtulerunt post biennium, & incensum & lucernas & panes propositionis posuerunt. Quibus gestis, rogabant Dominum prostrati in terrã, ne amplius talibus malis inciderẽt: sed & si quãdo peccassent, vt ab ipso mitius corriperẽtur, & nõ barbaris ac blasphemis hominibus traderentur. Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadẽ die purificationem fieri, vicesima quinta mensis, qui
B fuit Casleu. & cum lætitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum: recordãtes quòd ante modicum temporis diem solennem tabernaculorum in mõtibus, & in speluncis more bestiarum egerãt. Propter quod thyrsos, & ramos virides, & palmas præferebãt ei qui prosperauit mundare locũ suum. Et decreuerunt communi præcepto & decreto, vniuersæ genti Iudæorum omnibus annis agere dies istos. Et Antiochi quidem, qui appellatus est Nobilis, vitæ excessus ita se habuit. Nunc autẽ de Eupatore Antiochi impij filio, quæ gesta sunt narrabimus breuiantes mala quæ in bellis gesta sunt. Hic
C enim susceptο regno, constituit super negotia regni Lysiam quendam Phœnicis & Syriæ militiæ principem, Nam Ptolemæum, qui dicebatur Macer, iusti tenax, erga Iudæos esse constituit, & præcipuè propter iniquitatem quæ facta erat in eos, & pacificè agere cum eis. Sed ob hoc accusatus ab amicis apud Eupatorem, cùm frequenter proditor audiret, eo quòd Cyprum creditam sibi à Philometore deseruisset, & ad Antiochum Nobilem translatus etiam ab eo recessisset, veneno vitam finiuit. Gorgias autem cùm esset dux locorum, assumptis aduenis frequenter Iudæos debellabat. Iudæi verò qui tenebãt opportunas munitiones, fugatos ab Ierosolymis suscipiebant, & bellare tentabant. Hi verò qui erãt cum Machabæo per orationes Dominũ rogantes vt esset sibi adiutor, impetum fecerũt in munitiones Idu- D
mæorũ: multaq; vi insistentes, loca obtinuerũt, occurrẽtes interemerũt, & omnes simul non minus viginti* millibus trucidauerunt. *quinque.
Quidã aũt cùm fugissent in duas turres valde munitas, omnẽ apparatum ad repugnandum habentes: Machabæus ad eorum expugnationem, relicto Simõne & Iosepho, itẽq; Zachæo, eisq; qui cũ ipsis erant satis multis, ipse ad eas quæ amplius perurgebãt pugnas, conuersus est. Hi verò qui cum Simõne erãt, cupiditate ducti, à quibusdam qui in turribus erant, suasi sunt pecunia: & septuaginta millibus didrachmis acceptis, dimiserunt quosdam effugere. Cùm autem Machabæo E
nuntiatum esset quod factum est, principibus populi congregatis accusauit, quòd pecunia fratres vẽdidissent, aduersarijs eorum dimissis. Hos igitur proditores factos interfecit, & confestim duas turres occupauit. Armis autem ac manibus, omnia prosperè agendo, in duabus munitionibus, plus quàm viginti millia peremit. Et Timótheus, qui prius à Iudæis fuerat superatus, conuocato exercitu peregrinæ multitudinis, & cõgregato *equitatu Asiano aduenit, quasi armis Iu- *exercitu.15
dæam capturus, Machabæus autem & qui cum ipso erant, appropinquante illo, deprecabantur Dominum, caput terra aspergentes, lumbosque cilicijs præcincti, ad altaris crepidinem prouoluti, vt sibi propitius, inimicis autem eorũ esset inimicus, & aduersarijs aduersaretur, sicut lex dicit. Et ita post F
orationem sumptis armis, longius de ciuitate procedentes, & proximi hostibus effecti, resederunt. Primo autem solis ortu vtrique cõmiserunt: isti quidem victoriæ & prosperitatis sponsorem cum virtute Dominum habentes: illi autem ducem belli animum habebant. Sed cùm vehemens pugna esset, apparuerunt aduersarijs de cœlo viri quinque in equis, frænis aureis decõri, ducatum Iudæis præstãtes: ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis suis circunseptum incolumem conseruabant: in aduersarios autem tela, & fulmina iaciebant, ex quo & cæcitate confusi, & repleti perturbatione cadebant. Interfecti sunt autem viginti millia quin-

G quingenti, & equites sexcenti. Timótheus verò cõfugit in Gazaram præsidium munitum, cui præerat Chæreas. Machabæus autem, & qui cum eo erant, lætantes obsederunt præsidium diebus quatuor. At hi qui intus erant, loci firmitate confisi, supra modum maledicebant, & sermones nefandos iactabant. Sed cũ dies quinta illuxisceret, viginti iuuenes, ex his qui cũ Machabæo erãt, accensi animis propter blasphemiam, viriliter accesserunt ad murum, & feroci animo incedentes ascendebant: sed & alij similiter ascendentes, turres, portasq; succendere aggressi sunt, atq; ipsos maledicos viuos concremare. Per continuum autem biduũ præsidio vastato, Timótheum occultantem se in quodã repertum loco peremerunt: & fratrem illius Chæream, & Apollophanem occiderunt. Quibus gestis, in hymnis & confessionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Israel, & victoriã dedit illis.

S. Iudas Machabæus ferocis Lysiæ maximũ prostrauit exercitum, fretus auxilio missi cœlitus equitis: quod animaduertens Lysias pacem inter Iudæos & regem componit: Referuntur epistolæ Lysiæ, Antiochi ac Romanorũ ad Iudæos, & Antiochi ad Lysiam pro Iudæis. CAP. XI.

A SEd paruo post tempore, Lysias procurator regis, & propinquus, ac negotiorum præpositus, grauiter ferens de his quæ acciderant: cõgregatis octoginta millibus & equitatu vniuerso veniebat aduersus Iudæos, existimans se ciuitatem quidem captam Gentibus habitaculum facturum, templum verò in pecuniæ quæstum, sicut cætera delubra Gentium habiturum, & per singulos annos venale sacerdotium: nusquã recogitans Dei potestatem, sed mente effræna tus in multitudine peditum, & in millibus equitum, & in octoginta elephãtis cõfidebat. Ingressus autem Iudæam, & appropians Bethsuræ, quæ erat in angusto loco, ab Ierosolyma interuallo quinq; stadiorũ, illud præ-
B sidium expugnabat. Vt autem Machabæus & qui cum eo erant, cognouerunt expugnari præsidia, cum fletu & lachrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, vt bonum angelum mitteret ad salutem Israel. Et ipse primus Machabæus sumptis armis, cæteros adhortatus est simul secum periculum subire, & ferre auxilium fratribus suis. Cumque pariter prompto animo procederẽt, Ierosolymis apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis hastã vibrãs. Tunc omnes simul benedixerũt misericordẽ Domi num, & conualuerunt animis: nõ solum homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare. Ibant igitur prõpti, de cœlo habentes adiutorem, & miserãtem super eos Dominum. Leonum autem more C
impetu irruẽtes in hostes, prostrauerunt ex eis vndecim millia peditum, & equitum mille sexcentos: vniuersos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati nudi euaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens euasit. Et quia non insensatus erat, secum ipse reputans factam erga se diminutionem, & intelligens inuictos esse Hebræos, omnipotentis Dei auxilio innitẽtes, misit ad eos: promisitq; se cõsensurum omnibus quæ iusta sunt, & regem cõpulsurum amicum fieri. Annuit autem Machabæus precibus Lysiæ, D
in omnibus vtilitati consulens: & quæcunque Machabæus scripsit Lysiæ de Iudæis, ea rex concessit. Nam erant scriptæ Iudæis epistolæ: à Lysia siquidem hunc modum continentes, LYSIAS populo Iudæorum salutem. Iohannes & Abesalom qui missi fuerãt à vobis, tradentes scripta, postulabant vt ea quæ per illos significabantur, implerẽ. Quæcunque igitur regi potuerunt perferri exposui: & quæ res permittebant, concesit. Si igitur in negotijs fidem conseruaueritis, & deinceps bonorum vobis causa esse tentabo. De cæteris autem per singula verba mandaui & istis & his qui à me missi sunt colloqui vobiscum. Bene valete. Anno cẽtesimo quadragesimo octauo mẽsis Dioscori, die vicesima & quarta. Regis autẽ epistola, ista cõ-
tinebat, REX Antiochus Lysiæ fratri salutẽ. Patre nostro inter deos translato, nos volen E
tes eos qui sunt in regno nostro sine tumultu agere, & rebus suis adhibere diligentiam, audiuimus Iudæos nõ cõsensisse patri meo vt transferrentur ad ritum Græcorum, sed tenere velle suum institutum, ac propterea postulare à nobis concedi sibi legitima sua. Volentes igitur hanc quoq; gẽtem quietam esse, statuentes iudicauimus templum restitui illis, vt agerent secundum suorum maiorum consuetudinem. Bene igitur feceris, si miseris ad eos, & dexteram dederis: vt cognita nostra voluntate, bono animo sint, & vtilitatibus proprijs deseruiant. Ad Iudæos ve- F
rò regis epistola talis erat, REX Antiochus senatui Iudæorum, & cæteris Iudæis salutẽ. Si valetis, sic estis vt volumus: sed & ipsi bene valemus. Adijt nos Menelaus dicẽs velle vos descẽdere ad vestros qui sunt apud nos. His igitur qui commeant vsq; ad diem tricesimum mensis Xanthici, damus dextras securitatis, vt Iudaicis vtantur cibis, & legibus suis, sicut & prius: & nemo eorum vllo modo molestiã patiatur de his quæ per ignorantiam gesta sunt. Misimus autem & Me-

nelaũ, qui vos alloquatur. Valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, Xanthici mensis quintadecima die. Miserunt autem etiam
G Romani epistolã ita se habentẽ. QVINTVS Memmius, & Titus Manilius legati Romanorum, populo Iudæorum salutem. De his quæ Lysias cognatus regis concesit vobis, & nos concesimus. De quibus autem ad regem indicauit referendum, confestim aliquem mittite, diligentius inter vos conferentes: vt decernamus, sicut congruit vobis. nos enim Antiochiam accedimus. Ideoq; festinate rescribere, vt nos quoque sciamus cuius estis voluntatis. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octauo, quintadecima die mensis Xanthici.

S. Iudas ac duces ipsius diuino freti auxilio pugnãt fœliciter aduersus Ioppitas, Iãnitas, Arabes, Caspin & Ephron ciuitates, item aduersus Timótheum habentem ingentem exercitum, aduersus præsidium Carnion, & Gorgiam: occisis autem quibusdã Iudæis, qui de donarijs idolorũ sustulerant, Iudas curat pro ipsorum peccatis offerri sacrificium.

CAP. XII.

A HIs factis pactionibus Lysias pergebat ad regem, Iudæi autem agriculturæ operam dabant. Sed hi qui resederant Timótheus & Appollonius Gennæi filius, sed & Hieronymus, & Demophon, super hos & Nicanor Cypriarches, non sinebant eos in silentio agere, & quiete. Ioppitæ verò tale quoddam flagitium perpetrârunt. rogauerunt Iudæos cum quibus habitabant, ascẽdere scaphas quas parauerant, cum vxoribus, & filijs, quasi nullis inimicitijs inter eos subiacentibus. Secundum commune itaque decretum ciuitatis, & ipsis acquiescentibus, pacisque causa nihil suspectum habentibus: cùm in altum processissent submerserunt nõ minus ducentos. Quam crudelitatem Iudas in suæ gentis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant cum ipso: & inuocato iusto iudice Deo, venit aduersus interfectores fratrum, & portum quidem nocte succendit, scaphas exusit, eos autem qui ab
B igne refugerant, gladio peremit. Et cùm hæc ita egisset, discesit quasi iterum reuersurus, & vniuersos Ioppitas eradicaturus. Sed cùm cognouisset & eos qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitãtibus secum Iudæis, Iamnitis quoque nocte superuenit, & portũ cum nauibus succendit: ita vt lumen ignis appareret Ierosolymis à stadijs ducẽtis quadraginta. Inde cum iam abijssent nouem stadijs, & iter facerent ad Timótheum, commiserunt cum eo Arabes quinque millia viri, & equites quingenti. Cumque pugna valida fieret, & auxilio Dei prosperè cessisset, residui Arabes victi petebant à Iuda dextram sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas autẽ arbitratus verè in multis eos vtiles, promisit pacẽ: dextrisque acceptis, discessêre ad tabernacula sua. Aggressus est autem & ciuitatem quandam firmã pontibus murisq; circunseptam, quæ à turbis habitabatur gẽtium promiscuarum, cui nomen Caspin. Hi verò qui intus erant C
cõfidentes in stabilitate murorum & apparatu alimoniarũ, remissius agebant, maledictis lacessentes Iudam, ac blasphemantes, ac loquentes quæ fas non est. Machabæus autem inuocato magno mundi principe, qui sine arietibus & machinis ‖ tẽporibus Iesu præci- Iosue. 6. c.
pitauit Iericho, irruit ferociter muris: & capta ciuitate per Domini voluntatẽ innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacẽs stagnum stadiorum duorũ latitudinis, sanguine infectũ fluere videretur. Inde discesserunt stadia septingẽta quinquaginta, & venerunt in Characa ad eos qui dicuntur Tubianæi, Iudæos: & Timótheum quidem in illis locis nõ comprehenderunt, nulloq; negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsidio. Dositheus autem & Sosipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerũt
D à Timótheo relictos in præsidio, decem millia viros. At Machabæus ordinatis circum se sex millibus, & constitutis per cohortes, aduersus Timótheum processit, habentem secum centum viginti millia peditum, equitumq; duo millia quingentos. Cognito autem Iudæ aduentu Timótheus præmisit mulieres & filios & reliquum apparatũ, in præsidium quod Carnion dicitur. erat enim inexpugnabile, & accessu difficile propter locorum angustias. Cumq; cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex præsentia Dei qui vniuersa conspicit, & in fugam versi sunt alius ab alio, ita vt magis à suis deijcerentur, & gladiorum suorum ictibus debilitarentur. Iudas autem vehemẽter instabat puniẽs prophanos, & prostrauit ex eis triginta millia virorum. Ipse verò Timótheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris: & multis precibus postulabat vt viuus dimitteretur, eo quòd multorũ ex Iudæis parẽtes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi
E eueniret. Et cùm fidem dedisset restituturũ se eos secundum constitutum, illæsum eum dimiserunt, propter fratrum salutem. Iudas autem regressus est à Carnion, interfectis viginti quinque millibus. Post horum fugam & necem, mouit exercitum ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuersarum gentium habitabat: & robusti iuuenes pro

pro muris consistentes fortiter repugnabãt: in hac autem machinæ multæ, & telorum erat apparatus. Sed cùm omnipotentem inuocassent, qui potestate sua vires hostium confringit, ceperunt ciuitatem: & ex eis qui intus erant, vigintiquinque millia prostrauerunt. Inde ad ciuitatem Scytharum abierunt, quæ ab Ierosolymis sexcẽtis stadijs aberat. Cõtestantibus autem his qui apud Scythopolitas erãt Iudæis, quòd benignè ab eis haberentur, etiam temporibus infœlicitatis quòd modestè secum egerint: gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus suum benignos esse, venerunt Ierosoly-
F mam die solenni septimanarum instante. Et post pentecosten abierunt contra Gorgiam præpositum Idumææ. Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis. Quibus congressus, contigit paucos ruere Iudæorum. Dositheus verò quidam de Bacenoris eques, vir fortis, Gorgiã tenebat: & cum vellet illum capere viuum, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumque eius amputauit: atq; ita Gorgias effugit in Maresa. At illis qui cum Esdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominum adiutorem, & ducem belli fieri: incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incussit, Iudas autem collecto exercitu venit in ciuitatem Odollam: & cùm septima dies superueniret, secundum consuetudinem purificati, in eodem loco sabbathum egerũt. Et sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorũ tolleret, & cum parentibus poneret in sepulchris paternis. Inuenerunt autem sub tunicis interfectorum de donarijs idolorum quæ apud Iamniã fuerunt, ‖ à Deut. 7. d.
quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifestum factum est ob hanc causam eos
G corruisse. Omnes itaq; benedixerũt iustum iudicium Domini, qui occulta fecerat manifesta. Atq; ita ad preces cõuersi, rogauerunt vt id quod factum erat delictum, obliuioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argẽti misit Ierosolymam offerri pro ″peccato″ sacrificium, bene & religiosè de resurrectione cogitans. (nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis) & quia cõsyderabat quòd hi qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repositam gratiã. Sancta ergo & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis soluantur. ″peccatis nostrorum.

S. Menelaus Iudæus transfuga iussu Antiochi extremo afficitur supplicio: Antiochus verò maximum ducens in Iudæos exercitũ, semel ac iterũ victus & repulsus, multisq; millibus ex suis occisis, & Philippo rebellante, suppellex pacẽ cum Iudæis firmat iuramẽto, oblato in tẽplo sacrificio, Iudaq; in principẽ Ptolemaidis constituto. CAP. XIII.

A ANno cẽtesimo quadragesimo nono, cognouit Iudas Antiochum Eupatorẽ venire cum multitudine aduersus Iudæam, & cum eo Lysiam procuratorẽ & præpositum negotiorum, secum habentẽ peditum centum decem millia, & equitum quinq; millia, & elephãtos viginti duos, curRus cum falcibus trecentos. Commisit autem se illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patria salute, sed sperans se constitui in principatũ. Sed Rex regum suscitauit animos Antiochi B
in peccatorem & suggerẽte Lysia hunc esse causam omnium malorum, iussit (vt eis est cõsuetudo) apprehensum in eodem loco necari. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggestum vndiq; habens cineris: hæc prospectũ habebat in præceps. inde in cinerẽ deijci iussit sacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum. Et tali lege præuaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum. Et quidem C
satis iustè. nam quia multa erga arã Dei delicta cõmisit, cuius ignis & cinis erat sanctus: ipse in cineris morte damnatus est. Sed rex mẽte effrænatus veniebat, nequiorem se patre suo Iudæis ostensurus. Quibus Iudas cognitis, præcepit populo vt die ac nocte Dominum inuocarẽt, quo sicut semper, & nunc adiuuaret eos: quippe qui lege & patria, sanctoq; tẽplo priuari vererẽtur, ac populũ qui nuper paululũ respirasset, ne sineret blasphemis rursus nationibus subdi. Omnibus itaq; D
simul id faciẽtibus, & petentibus à Domino misericordiam cum fletu & ieiunijs, per triduum coutinuũ prostratis, hortatus est eos Iudas vt se præpararet. Ipse verò cum senioribus cogitauit prius quàm rex admoueret exercitum ad Iudæã, & obtineret ciuitatem, exire, & Domini iudicio cõmittere exitum rei. Dãs itaq; potestatẽ omnium Deo mũdi creatori, & hortatus suos vt fortiter dimicarent, & vsq; ad mortẽ pro legibus tẽplo, ciuitate, patria, & ciuibus starent: circa Modin exercitum cõstituit. Et dato signo suis Dei E
victoriæ, iuuenibus fortissimis electis, nocte aggressus aulã regiã, in castris interfecit viros ″quatuor″ millia, & maximũ elephantorũ ″quatuordecim.
cũ his qui superpositi fuerãt: summoq; metu ac perturbatione hostiũ castra repleuerũt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

rebusque prosperè gestis abierunt. Hoc autem factum est die illucescente, adiuuante eum Domini protectione. Sed rex accepto gustu audaciæ Iudæorum, arte difficultatem
F locorum tentabat: & Bethsuræ quæ erat Iudæorum præsidium munitum, castra admouebat: sed fugabatur, impingebat, minorabatur. His autem qui intus erant, Iudas necessaria mittebat. Enuntiauit autem mysteria hostibus Rhodocus quidã de Iudaico exercitu, qui requisitus comprehensus est, & conclusus. Iterum rex sermonem habuit ad eos qui erant in Bethsuris. dextram dedit: accepit: abijt. commisit cum Iuda: superatus est. Vt autem cognouit rebellasse Philippum
G Antiochiæ, qui relictus erat super negotia, mente consternatus Iudæos deprecans, subditusque eis iurat de omnibus quibus iustum visum est: & reconciliatus obtulit sacrificium, honorauit templum, & munera posuit: Machabæum amplexatus est, & fecit eum à Ptolemaide vsque ad Gerrenos ducem & principem. Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter ferebant Ptolemenses amicitiæ conuentionem, indignantes ne fortè fœdus irrumperent. Tunc ascendit Lysias tribunal, & exposuit rationem, & populum sedauit, regressusque est Antiochiam & hoc modo regis profectio & reditus processit.

S. Suggerente Alcimo qui summo destitutus erat sacerdotio, Nicanor in Iudæos missus à rege Demetrio, auditis Iudæ præclaris facinoribus, amicitiam cum eo contrahit: quam postmodum rege cogente soluens, dum Iudam nequit comprehendere, templi minatur euersionem, & senem Raziam Iudæum magnanimum apprehendere conatur: qui dum ab hostibus iam se capiendum videret, elegit potius constantissimo animo sibi mortem inferre, quam indigna pati ab hostibus, in quos proprijs manibus sua intestina proiecit.

CAP. XIIII.

A SEd post triẽnij tempus cognouit Iudas & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitudine valida & nauibus, per portum Tripolis ascendisse ad loca opportuna, & tenuisse regiones aduersus Antiochũ & ducem eius Lysiã. Alcimus autem quidam qui summus sacerdos fuerat, sed voluntariè coinquinatus est temporibus commistionis, consyderans nullo modo sibi esse salutem, neque accessum ad altare, venit ad regem Demetrium centesimo quinquagesimo anno, offerens ei coronam aureã, & palmam, super hæc & talos qui templi esse videbantur. Et ipsa quidem die siluit. Tempus autem opportunum dementiæ suæ nactus, conuocatus à Demetrio ad consilium, & interrogatus quibus rebus & consilijs Iudæi niterentur: respondit, Ipsi qui dicuntur Assidæi Iudæorum, quibus præest Iudas Machabæus, bella nutriunt, & seditiones mouent, nec patiũtur regnum esse quietum. nã B & ego defraudatus parentum gloria (dico autem summo sacerdotio) huc veni: primò quidẽ vtilitatibus regis fidẽ seruans, secundò autem etiam ciuibus consulens. nam illorum prauitate vniuersum genus nostrum non minimè vexatur. Sed* his singulis ô rex *oro.
cognitis, & regioni, & generi secundum humanitatem tuam promulgatã omnibus prospice. nam quamdiu supereſt Iudas, impossibile est pacem esse negotijs. Talibus autem ab hoc dictis, & cæteri amici hostiliter se habentes aduersus Iudam, inflãmauerunt Demetrium. Qui statim Nicanorem præpositum elephantorum ducem misit in Iudæam: datis mandatis vt ipsum quidẽ Iudam caperet: eos verò qui cum illo erant, dispergeret, & constitueret Alcimum maximi templi summum sacerdotem. Tunc gentes quæ de Iudæa fugerant Iudam, congregatim se Nicanori miscebant, miserias & clades Iudæorum, prosperitates rerum suarum existimantes. Audito itaq; Iudæi Nicanoris aduentu, C
& conuentu nationum, consperſi terra rogabant eum qui populum suum constituit, in æternum custodiret, quiq; suam portionem signis euidentibus protegit. Imperante autem duce statim inde mouerunt, conueneruntq; ad castellum Dessau. Simon verò frater Iudæ commiserat cum Nicanore: sed conterritus est repentino aduentu aduersariorum. Nicanor tamen audiens virtutem comitum Iudæ, & animi magnitudinem quã pro patriæ certaminibus habebant, sanguine iudicium facere metuebat. Quam ob rem præmisit Posidonium, & Theodotium, & Matthiam, vt darent dextras atque acciperent. Et cum diu de his consiliũ ageretur, & ipse dux ad multitudinẽ retulisset: omnium vna fuit sententia amicitijs annuere. Itaque diem constituerunt qua secretò inter se agerent: &* singulis sellæ prolatæ sunt & positæ. *d. 12.
Præcepit autem Iudas armatos esse locis opportunis: ne fortè ab hostibus repentè mali aliquid oriretur: & congruum colloquium fecerunt. Morabatur autẽ Nicanor Ierosoly D
mis, nihilq; iniquè agebat, gregesq; turbarũ quæ cõgregatæ fuerant, dimisit. Habebat autem Iudã semper charum ex animo, & erat viro inclinatus. Rogauitq; cum ducere vxorem, filiosq; procreare. Nuptias fecit: quietè egit, comiterq; viuebant. Alcimus autem videns charitatem illorum adinuicem & conuentiones, venit ad Demetrium, & dicebat Nicanorem rebus alienis assentire. Iudamq; regni insidiatorem successorem sibi destinasse. Itaq; rex exasperatus, & pessimis huius criminationibus irritatus, scripsit Nicanori, dicens grauiter quidem se ferre de amicitiæ conuentione, iubere tamen Machabæum citius vinctum mittere Anthiochiam. Quibus cognitis Nicanor cõsternabatur, & grauiter ferebat, si ea quæ conuenerãt irrita faceret, nihil læsus à viro. sed quia regi resistere non
E poterat, opportunitatẽ obseruabat qua præceptum perficeret. At Machabæus videns secum austerius agere Nicanorem, & consuetum occursum ferocius èxhibentem, intelligens non ex bono esse austeritatem istam, paucis suorum cõgregatis occultauit se à Nicanore. Quod cùm ille cognouit fortiter se à viro præuentum, venit ad maximũ & sanctissimum templum: & sacerdotibus solitas hostias offerentibus, iussit sibi tradi virum. quibus cum iuramento dicentibus nescire se vbi esset qui quærebatur, extendens manum ad templum, iurauit, dicens, Nisi Iudam mihi vinctum tradideritis, istud Dei phanũ in planitiẽ deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo. Et his dictis abijt. Sacerdotes autẽ protendentes manus in cœlum, inuocabant eum qui semper propugnator esset gentis ipsorum, hæc dicentes, Tu Domine vniuersorũ, qui nullius
F indiges, voluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis. Et nunc sancte sanctorum omnium Domine, conserua in æternum impolutam domum istam, quæ nuper mundata est. Razias autem quidam de senioribus ab Ierosolymis delatus est Nicanori, vir amator ciuitatis, & bene audiẽs: qui pro affectu, Pater Iudæorum appellabatur. Hic multis temporibus continentiæ propositum tenuit in Iudaismo, corpusq; & animam tradere cõtentus pro perseuerantia. Volens autem Nicanor manifestare odium quod habebat in Iudæos, misit milites quingentos, vt eum comprehenderẽt. putabat enim si illum decepisset, sese cladem Iudæis maximam illaturum. Turbis autem irruere in domum eius, & ianuam disrumpere atq; ignem admouere cupientibus, cùm iam cõprehenderetur, gladio se petijt: eligẽs nobiliter mori, potius quã
G subditus fieri peccatoribus, & cõtra natales suos indignis iniurijs agi. Sed cùm per festinationem nõ certo ictu plagam dedisset, & turbæ intra ostia irrumperent, recurrens audacter ad murum præcipitauit semetipsum viriliter in turbas: quibus velociter locum dantibus casui eius, venit per mediam cerui cem: & cùm adhuc spiraret, accensus animo surrexit: & cùm sanguis eius magno fluxu deflueret, & grauissimis vulneribus esset sauciꝰ, cursu turbam pertransijt: & stans supra quandam petram præruptam, & iam exanguis effectus, complexus intestina sua, vtrisque manibus proiecit super turbas, inuocãs dominatorem vitæ ac spiritus vt hæcilli iterum redderet: atque ita vita defunctus est.

S. Iudas suos cõtra Nicanorem Dei potentiã confortemẽtẽ roborat, tum exhortatione, tũ nocturnæ apparitionis manifestatione de viso Ieremia pro populo Israël orãte: qui in Deum spem habentes ingentẽ prosternunt exercitũ, amputatis capite & manu Nicanoris, quæ Ierosolymis in memoriã diuinæ protectionis suspensa sunt, lingua eius blasphema auibus particulatim tradita, eoq; die in annuam solennitatem instituto.

CAP. XV.

NIcanor autẽ vt comperit Iudã esse in A
locis Samariæ, cogitauit cum omni impetu die sabbathi cõmittere bellũ. Iudæis verò qui illũ per necessitatẽ sequebãtur dicentibus, Ne ita ferociter, & barbarè feceris, sed honorẽ tribue diei sanctificationis & honora eum qui vniuersa cõspicit: ille infœlix interrogauit si est potens in cœlo qui imperauit agi diẽ sabbathorũ. Et respondẽtibus illis, Est Dominus viuus ipse in cœlo potes, qui iussit agi septimam diẽ, At ille ait, Et ego potẽs sum super terrã, qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Tamẽ nõ obtinuit vt cõsilium perficeret. Et Nicanor quidẽ cum summa superbia erectus cogitauerat cõmune trophæũ statuere de Iuda. Ma B
chabæus autẽ semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturũ, & hortabatur suos ne formidarent ad aduentũ Nationum, sed in mente haberẽt adiutoria sibi facta de cœlo, & nunc sperarẽt ab Omnipotẽte sibi affuturã victoriã. Et alloquutus eos de lege & prophetis, admonens etiã certamina quæ fecerãt prius, prõptiores cõstituit eos: & ita animis eorum erectis simul ostẽdebat Gentiũ fallaciã, & iuramentorũ præuaricatiõnẽ. Singulos autem illorũ armauit, non clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis & exhortationibus, expositio digno fidesomnio, per quod vniuersos lætificauit. E- C
rat autẽ huiusce modi visus: Oniã qui fuerat summus sacerdos, virum bonũ & benignũ verecundũ visu, modestum moribus, & eloquio decõrum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentẽ, orare pro omni populo Iudæorum. Post hoc apparuisse & alium virũ ætate & gloria mirabilẽ, & magni decõris habitudine circa illũ. Respõdentem vero Oniã dixisse, Hic est fratrũ amator, & populi Israel: hic est qui multũ o-

rat pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat pro populo & vniuersa sancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. Extendisse autem Ieremiam dextram, & dedisse Iudæ gladium aureum, dicentem, Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo deijcies aduersarios populi mei Israel. Exhortati itaque Iudæ sermonibus bonis valdè, de quibus extolli posit impetus, & animi iuuenum confortari, statuerunt dimicare & confligere fortiter: vt virtus de negotijs iudicaret, eo quòd ciuitas
D sancta, & templum periclitarentur. erat enim pro vxoribus & filijs, itemq; pro fratribus & cognatis minor solicitudo: maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi. sed & eos qui in ciuitate erant, non minima solicitudo habebat pro his qui congressuri erant. Et cùm iam omnes sperarent iudicium futurum, hostesq; adessent, atque exercitus esset ordinatus, bestiæ equitesq; opportuno in loco compositi consyderans Machabæus aduentum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cœlum, prodigia facien
E tem Dominum inuocauit, qui non secundum armorum potentiam, sed prout ipsi placet, dat dignis victoriam. Dixit autem inuocans hoc modo, ‖Tu Domine qui misisti an
4. Re. 19. g gelum tuum sub Ezechia rege Iuda, & interTob. 1. d. Eccl. 48. d Isai. 37. g. feciſti de castris Sennacherib centum octoginta quinq; millia: & nunc dominator cœlorum mitte angelum tuum bonũ ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuant qui cum blasphemia veniunt aduersus sanctum populum tuum. Et hic quidem ita perorauit. Nicanor autẽ, & qui cum ipso erant, cum tubis & canticis admouebãt. Iudas verò, & qui cum eo erãt inuocato deo per orationes congressi sunt: manu quidem pugnantes, sed Dominum cordibus orãtes, prostrauerunt non minus triginta quinque millia, præsentia Dei magnificè delectati. Cumq; cessassent, & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruisse cum armis suis. Facto itaque clamore, & perturbatione F excitata, patria voce omnipotentem Dominum benedicebãt. Præcepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abscissam Ierosolymam perferri. Quo cùm peruenisset, conuocatis contribulibus, & sacerdotibus ad altare, accersijt & eos qui in arce erant. Et ostenso capite Nicanoris, & manu nefaria quam extenderat cõtra domum sanctã omnipotentis Dei, magnificè gloriatus est. Linguã etiã impij Nicanoris præcisam iussit particulatim auibus dari: manũ autem dementis cõtra tẽplum suspendi. Omnes igitur cœli benedixerũt dominũ dicentes, Benedictus qui locum suum incontaminatum seruauit. Suspendit autem Nicanoris caput in summa arce, vt euidens esset, & manifestum signum auxilij Dei. Ita G que omnes communi consilio decreuerunt nullo modo diem istum absque celebritate præterire: habere autem celebritatem tertiadecima die mensis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi diei. Igitur his erga Nicanorem gestis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate possessa, ego quoque in his faciam finem sermonis, Et si quidem benè, & vt historiæ competit, hoc & ipse velim: si autem minus dignè, concedendum est mihi. Sicut enim vinum semper bibere aut semper aquam, contrarium est, alternis autem vti delectabile: ita legentibus si semper exactus sit sermo, non erit gratus. Hic ergo erit consummatus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hieronymi in Euangelistas, ad *Damasum Præfatio.*

NOVVM opus me facere cogis ex veteri: vt post exemplaria scripturarũ toto orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam: & quia inter se variant, quæ sint illa quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio, iudicare de cæteris, ipsum ab omnibus iudicandum: senis mutare linguã, & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter vel indoctus, cum in manus volumen assumpserit, & à saliua quam semel imbibit viderit discrepare quod lectitat: non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamãs esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduersus quam inuidiam duplex causa me consolatur: quòd & tu qui summus sacerdos es, fieri iubes: & verum non esse quod variat, etia maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibẽda: respondeant, quibus? tot enim sunt exemplaria penè quot codices. Sinautẽ veritas est quærenda de pluribus: cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ vel à vitiosis interpretibus male edita: vel à præsumptoribus imperitis emendata peruersius: vel à librarijs dormitantibus aut addita sunt, aut mutata, corrigimus? Neque verò ego de veteri disputo testamento: quod à Septuaginta senioribus in Græcam linguam versum, tertio gradu ad nos vsq; peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus sapiãt: quare Theodotion inter nouos & veteres medius incedat. Sit illa vera interpretatio quam Apostoli probauerunt. De nouo nunc loquor testamẽto: quod Græcum esse nõ dubium est: excepto apostolo Matthæo, qui primus in Iudæa Euangelium Christi Hebraicis literis edidit. Hoc certè cum in nostro sermone discordat, & diuersos riuulorũ tramites ducit: vno de fonte quærẽdus est. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Esycio nuncupatos, paucorum hominũ asserit peruersa contentio: quibus vtiq; nec in toto veteri instrumento post Septuagin ta interpretes emendare quid licuit, nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gẽtium linguis scriptura ante trãslata, doceat falsa esse quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur quatuor tantum euangelia quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, Iohannes: codicum Græcorum emendata collatione, sed veterum, quæ ne multum à lectionis Latinæ cõsuetudine discreparẽt, ita calamo imperauimus, vt his tantum quæ sensum videbãtur mutare correctis, reliqua manere pateremur vt fuerant.

Alia eiusdem præfatio. Ex proœmio commentariorum quos scripsit in Matthæum.

PLVRES fuisse qui Euangelia scripserunt, Lucas Euangelista testatur, dicens, Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum quæ in nobis completæ sunt: sicut tradiderũt nobis qui ab initio ipsi viderunt sermonem, & ministrauerunt ei: & perseuerantia vsque in præsens tempus monimenta declarant, quæ à diuersis authoribus edita, diuersarum hæresum fuêre principia: vt est illud iuxta Aegyptios & Thomam & Mathiam & Bartholomæũ, duodecim quoq; apostolorum, & Basilidis atque Apellis ac reliquorum, quos enumerare longissimum est: cum hæc tantum impræsentiarum necesse sit dicere, extitisse quosdam qui sine spiritu & gratia Dei conati sunt magis ordinare narrationem, quã historiæ texere veritatem. Quibus iure potest illud propheticũ coaptari, Væ qui prophetant de corde suo: qui ambulant post spiritum suum: qui dicunt, Hæc dicit Dominus: & Dominus non misit eos. De quibus & Saluator in Euangelio Iohannis loquitur, Omnes qui ante me venerunt fures fuerunt & latrones. Qui venerunt, non qui missi sunt. Ipse enim ait, Veniebant, & ego non mittebam eos. In venientibus præsumptio temeritatis, in missis obsequium seruitutis est. Ecclesia autem quæ Domini voce supra Petram fundata est: quam introduxit rex in cubiculum suum, & ad quam per foramen descẽsionis occultè misit manum suam, similis damulæ hinnuloq; ceruorum: quatuor flumina, paradisi instar eructans: quatuor angulos & annulos habet, per quos quasi arca testamenti & custos legis Domini, lignis immobilibus vehitur. Primus omnium Matthæus est publicanus cognomento

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnomento Leui: qui euangelium in Iudæa Hebræo sermone edidit: ob eorum vel maximè causam, qui in Iesum crediderant ex Iudæis, & nequaquam legis vmbram, succedente euangelij veritate seruabant. Secundus Marcus, interpres apostoli Petri, & Alexandrinæ ecclesiæ primus episcopus, qui Dominum quidem saluatorem ipse nõ vidit, sed ea quæ audierat magistrum prædicantem, iuxta fidem magis gestorum narrauit quàm ordinem. Tertius Lucas medicus, natione Syrus Antiochensis: cuius laus in euangelio, qui & ipse discipulus apostoli Pauli in Achaiæ Bithyniæque partibus volumen condidit, quædam altius repetens: & vt ipse in prœmio confitetur, audita magis quàm visa describens. Vltimus Iohannes apostolus & euangelista, quẽ Iesus amauit plurimum: qui supra pectus Domini recumbens, purissima doctrinarum fluenta potauit, & qui solus de cruce meruit audire, Ecce mater tua. Is cum esset in Asia, & iam tunc hæreticorum semina pullularent Cherinti, Hebionis, & cæterorum qui negant Christum in carne venisse, quos & ipse in epistola sua antichristos vocat, & apostolus Paulus frequenter percutit: coactus est ab omnibus penè tunc Asiæ episcopis, & multarum ecclesiarum legationibus de diuinitate Saluatoris altius scribere, & ad ipsum (vt ita dicam) Dei verbum, non tam audaci quàm fœlici temeritate prorũpere. Vnde & ecclesiastica narrat historia, cùm à fratribus cogeretur vt scriberet, ita facturũ se respondisse, si indicto ieiunio in commune omnes Deum deprecarentur: quo expleto, reuelatione saturatus, in illud prœmiũ è cœlo veniens eructauit, In principio erat verbum: & verbum erat apud Deum: & Deus erat verbum. hoc erat in principio apud Deum. Hæc igitur quatuor euangelia multo antè prædicta, Ezechielis quoque volumen probat: in quo prima visio ita contexitur, Et in medio similitudo quatuor animalium, & vultus eorum facies hominis, & facies leonis, & facies vituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies, Matthæum significat: qui quasi de homine exorsus est scribere, Liber generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Secunda Marcum, in qua vox leonis in eremo rugientis auditur, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Tertia vituli, quæ Euangelistam Lucam à Zacharia sacerdote sumpsisse initium præfigurat. Quarta Iohannem Euangelistam, qui assumptis pennis aquilæ, & ad altiora festinans, de verbo Dei disputat. Cætera quæ sequuntur, in eundem sensum proficiunt, Crura eorum recta, & pennati pedes: & quocunque spiritus ibat, ibant, & non reuertebantur: & dorsa eorum plena oculis: & scintillæ ac lampades in medio discurrentes, & rota in rota, & in singulis quatuor facies. Vnde & Apocalypsis Iohannis, post expositionem vigintiquatuor seniorum, qui tenentes citharas & phialas, adorãt agnum Dei, introducit fulgura & tonitrua & septem spiritus discurrentes, & mare vitreum, & quatuor animalia plena oculis, dicens, Animal primum simile leoni, & secundum simile vitulo, & tertium simile homini, & quartũ simile aquilæ volanti. Et post paululum, Plena erant, inquit, oculis, & requiem non habebant, die ac nocte dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Quibus cunctis perspicuè ostenditur quatuor debere tantũ euangelia susci pi, & omnes apocryphorum nænias mortuis magis hæreticis quam ecclesiasticis viuis canendas.

Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

MATTHÆVS qui & Leui, ex publicano apostolus, primus in Iudæa propter eos qui ex circuncisione crediderant, Euangelium Christi Hebraicis literis verbisque composuit. Quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certum est. Porrò ipsum Hebraicum habetur vsque hodie in Cæsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissimè confecit. Mihi quoq; à Nazarẽis, qui in Berrhœa vrbe Syriæ hoc volumine vtuntur, describendi facultas fuit. In quo animaduertendum, quòd vbicunq; Euangelista, siue ex persona sua, siue persona Domini Saluatoris, veteris scripturæ testimonijs vtitur, non sequatur Septuaginta translatorum authoritatem, sed Hebraicam, è quibus illa duo sunt, Ex Ægypto vocaui filium meum. Et, Quoniam Nazaræus vocabitur.

Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Matthæum.



S. A quibus maioribus Christus secundum carnem descenderit: angelus instruit Ioseph de Mariæ sponsæ suæ cõceptione, partu, futuro.

CAP. I.

LIBER generationis Iesu Christi filij Dauid, filij Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Iacob. Iacob autem genuit Iudã & fratres eius. Iudas autem genuit Phares & Zarã de Thamar. Phares autem genuit Esron. Esrõ autem genuit Aram. Aram aũt genuit Aminadab. Aminadab aũt genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rahab. Booz aũt genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Iesse. Iesse autẽ genuit Dauid regem. Dauid autem rex, genuit Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomõ autem genuit Roboam. Roboam autẽ genuit Abiam. Abia autẽ genuit Asa. Asa aũt genuit Iosaphat. Iosaphat autẽ genuit Iorã. Ioram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Ioatham. Ioatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezeciam. Ezecias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit Amõ. Amon aũt genuit Iosiam. Iosias autem genuit Iechoniã & fratres eius in trãsmigratione Babylonis. Et post trãsmigrationem Babylonis, Iechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliacim. Eliacim autem genuit Azor. Azor autem genuit Sadoc. Sadoc autẽ genuit Achim. Achim autem genuit Eliud. Eliud autem genuit Eleazar. Eleazar autem genuit Mathan. Mathan autẽ genuit Iacob. Iacob autem genuit Ioseph virum Mariæ: de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. C

Omnes itaq; generationes ab Abraham vsq; ad Dauid, generationes quatuordecim. & à Dauid vsq; ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim. & à trãsmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat. Cùm esset despõsata mater eius Maria, Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Ioseph aũt vir eius cùm esset iustus, & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce D angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. pariet autem filium: & vocabis nomẽ eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum. (Hoc autem totum factum est vt adimpleretur quod dictũ est à Domino per prophetam dicentem, Ecce virgo in vtero habebit, & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emmanu-el, quod est interpretatum Nobiscum-Deus) Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei angelus Domini, & accepit coniugẽ suam. Et nõ cognoscebat eam donec peperit filiũ suum primogenitũ: & vocauit nomen eius Iesum.

Deut.24.a

Lucæ.2.a.

S. Quomodo magi cũ muneribus ad Christum natũ peruenerint: de Herodis in infantes sæuitia & Christi in Ægyptũ exilio, ipsiusq; reditu in terram Israel. CAP. II.

CVm ergo natus esset Iesus in Bethléhẽ Iudæ in diebus Herodis regis, A ecce Magi ab oriente vénerunt Ierosolymã, dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in oriẽte, & vênimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Ierosolyma cum illo. Et cõgregans omnes principes sacerdotum & Scribas populi, suscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Beth-léhẽ Iudæ. Sic enim scriptũ est per prophetam, Et tu Beth-léhem Terra-Iuda, nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux qui regat

Mich.5.a. Ioan.7.f.

Universidad de Deusto
Biblioteca

populum meum Israel. Tũc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis. & mittens illos in Beth-léhem, dixit, Ite, & interrogate diligenter de puero: & cùm inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eũ. Qui cùm audissent regem, abierunt. & ecce stella quam viderant in oriẽte antecedebat eos, vsquedum veniẽs staret suprà, vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valdè. Et intrantes domum inuenerunt puerum cum Maria matre eius. & procidentes adorauerunt eum: ‖ & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurũ, thus, & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suã. Qui cùm recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph, dicens: Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi vsquedum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum & matrẽ eius nocte: & secessit in Aegyptum. Et erat ibi vsq; ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictũ est à Domino per prophetã dicentem, ‖ Ex Aegypto vocaui filium meum. Tunc Herodes videns quoniã illusus esset à Magis, iratus est valdè: & mittens occidit omnes pueros qui erãt in Bethléhẽ & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundum tẽpus quod exquisierat à Magis, Tunc adimpletum est quod dictum est per Ieremiam prophetam dicẽtem, ‖ Vox in rama audita est. ploratus & vlulatus multus. Rachel plorãs filios suos, & noluit cõsolari, quia nõ sunt. Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto, dicẽs, Surge, & accipe puerum & matrem eius. & vade in Terrã-Israel. defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Qui cõsurgens, accepit puerum & matrem eius, & vẽnit in Terram-Israel. Audiẽs autẽ quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illo ire: & admonitus in somnis, secessit in partes Galilææ. Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas, Quoniã Nazaræus vocabitur.

S. Ioannes Baptista (cuius vitæ austeritas describitur) pœnitentiam iuxta Isaiæ vaticiniũ in deserto prædicat: & populo ad ipsum cõfluente, reprehendit Pharisæos vnà cũ Sadducæis, docens vt dignos faciant fructus pœnitentiæ: & quantũ suus à Christi baptismo differat. super Christum autẽ à Iohanne baptizatũ descendit Spiritus sanctus, & vox patris cælitus audita est. CAP. III.

IN diebus autem illis venit Iohãnes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens, ‖ Pœnitentiam agite: "appropinquabit enim regnum cœlorũ. Hic est enim "qui dictus est per Isaiã prophetam dicentẽ, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Iohannes habebat vestimẽtum de pilis camelorũ, & zonam pelliceam circa lumbos suos: esca autẽ eius erat locustæ & mel syluestre. Tũc exibat ad eum Ierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanem: & baptizabantur ab eo in Iordane, cõfitentes peccata sua. Videns autem multos Pharisæorum & Sadducæorum veniẽtes ab baptismũ suum, dixit eis. Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abrahã. dico enim vobis quoniã "potẽs est' Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iã enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis arbor quæ nõ facit fructum bonum, "excidetur, & in ignem mittetur'. Ego quidẽ baptizo vos in aqua in pœnitentiã. qui autem post me venturus est (fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare,) ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. ‖ Cuius vẽtilabrum in manu sua, & permũdabit aream suam: & congregabit triticum suum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem, ad Iohannem, vt baptizaretur ab eo. Iohannes autẽ prohibebat eum, dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei, Sine modo, sic enim decet nos implere omnẽ iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem ▷Iesus', confestim ascendit de aqua. & ecce aperti sunt ei cœli: & vidit spiritũ Dei descendentem sicut columbã, & venientem super se. Et ecce vox de cœlis dicens, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.

S. Christus in deserto post ieiunium quadraginta dierum vincit diaboli tentationes: & capto Iohanne secedens in Capharnaum, pœnitentiam prædicat: piscatores Petrũ & Andreã, Iacobũ & Iohannẽ Zebedæi ad se vocat: annuntians quoq; Galilæis Euãgeliũ varias curat infirmitates, turbis ipsum comitãtibus. CAP. IIII.

TVnc Iesus ductus est in desertum à Spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cùm ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tẽtator, dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respõdens dixit, Scriptũ est, ‖ Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei

Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctam ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dixit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, ‖ Quia angelis suis "mandabit' de te & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum, Scriptũ est, ‖ Nõ tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valdè: & ostendit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dixit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus, Vade "satana: scriptum est enim, ‖ Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabãt ei. Cũ autem audisset Iesus quòd Iohannes traditus esset, ‖ secessit in Galilæam: & relicta ciuitate Nazareth, vẽnit ‖ & habitauit in Capharnaum maritimã, in finibus Zabũlõ & Nephthali, vt adimpleretur quod dictũ est per Isaiã prophetã, ‖ Terra Zabũlon & terra Nephthali, via maris trans Iordanem "Galilææ'-gentium: populus qui "sedebat' in tenebris, vidit lucẽ magnam: & sedentibus in regione "vmbræ' mortis. lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiã agite: "appropinquabit' enim regnũ cœlorũ. ‖ Ambulans autẽ Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Symonẽ qui vocatur Petrus, & Andreã fratrem eius, mittentes rete in mare (erãt enim piscatores) & ait illis, Venite post me: & faciã vos fieri piscatores hominum. At illi cõtinuò relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacõbum Zebedæi & Iohannẽ fratrẽ eius in naui cum Zebedæo patre eorum, reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autẽ statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Et circuibat Iesus totã Galilæã, docens in synagógis eorũ, & prædicãs Euangeliũ regni: & sanans omnẽ languorẽ & omnẽ infirmitatẽ in populo. Et abijt opinio eius in totã Syriã. & obtulerũt ei omnes malè habentes, varijs lãguoribus & tormẽtis cõprehensos, & qui dæmonia habebãt, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & de Ierosolymis, & de Iudæa, & de trans-Iordanem.

S. Octo tradit beatitudines: Apostolos salem terræ & lucẽ mũdi dicit: nec venit vt soluat legem aut prophetas sed adimpleat, docens de non irascendo fratri, sed vt ei reconciliemur, de non cõcupiscenda muliere, de membro scandalizante abijciendo, de vxore extra casum adulterij non dimittenda: nõ iurandũ, nec malo resistendum, inimicos diligendos, & de male meritis bene merendum. CAP. V.

VIdens autẽ "turbas, ascendit in montẽ: & cùm sedisset, accesserũt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos, dicens, ‖ Beati pauperes spiritu: quoniã ipsorũ est regnum cœlorũ. ‖ Beati mites: quoniã ipsi possidebunt terrã. Beati qui lugent: quoniã ipsi consolabuntur. ‖ Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiã: quoniã ipsi satiabũtur. Beati misericordes: quoniã ipsi misericordiã cõsequentur. Beati mũdo corde: quoniã ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniã "filij Dei vocabũtur. ‖ Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiam: quoniã ipsorũ est regnũ cœlorũ. Beati estis cùm maledixerint vobis "& persecuti vos fuerint & dixerint omne malũ aduersum vos mentiẽtes, propter me: gaudete & exultate, quoniã merces vestra copiosa est in cœlis. sic enim persecuti sunt prophetas, qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilũ valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & cõculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Nõ potest ciuitas abscondi supra montẽ posita. ‖ neq; accendunt lucernã, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrũ, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra corã hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrẽ vestrum qui in cœlis est. Nolite putare quoniã veni soluere legẽ aut prophetas. nõ veni soluere: sed adimplere. ‖ Amen quippe dico vobis, donec trãseat cœlũ & terra, iota vnum aut vnus apex nõ præteribit à lege: donec omnia fiant. ‖ Qui ergo soluerit vnũ de mãdatis istis minimis, & docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno cœlorum, qui autẽ fecerit & docuerit hic magnus vocabitur in regno cœlorũ. Dico enim vobis quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quã scribarũ & pharisæorum, non intrabitis in regnũ cœlorũ. Audistis quia dictũ est antiquis nõ occides: qui autẽ occiderit, reus erit iudicio. Ego aũt dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit cõcilio. Qui autem dixerit, fatue: reus erit gehẽnæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuũ ante altare, & vade prius "reconciliari' fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum. ‖ Esto consentiens aduersario tuo citò dum es in via cum eo: ne forte tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrãtem. Audistis quia dictum est antiquis, Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

mœchaberis. Ego autem dico vobis, quia omnis qui viderit mulierẽ ad cõcupiſcendum eam, iam mœchatus eſt eam in corde ſuo.
E Quòd ſi oculus tuus dexter ſcãdalizat te, erue eũ, & proijce abs te. expedit enim tibi vt pereat vnum mẽbrorum tuorũm, quã totũ corpus tuum mittatur in gehennã. Et ſi dextra manus tua ſcandalizat te, abſcinde eam, & proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum mẽbrorum tuorum, quã totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum eſt autem,
Deut.24.a. Infra.19.b. Marci.10.b Lucæ.16.d ‖Quicunque dimiſerit vxorẽ ſuam, det ei libellum repudij. Ego autem dico vobis quia omnis qui dimiſerit vxorẽ ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: & qui
F dimiſſam duxerit, adulterat. Iterum audiſtis
1.Cor.7b.d Leuit.19.b Exod.20. Deut.5.b. quia dictum eſt antiquis, ‖Nõ periurabis: reddes autẽ Domino iuramenta tua. Ego autẽ dico vobis nõ iurare omnino. neq; per cœlũ: quia thronus Dei eſt. neq; per terram: quia ſcabellum eſt pedum eius. neque per Ieroſolymã: quia ciuitas eſt magni regis. neq; per caput tuum iuraueris: quia non potes vnum
Iacobi.5.c. capillum album facere aut nigrum. ‖Sit ſermo autẽ veſter, eſt, eſt, non, non: quod autẽ his abundãtius eſt, à malo eſt. Audiſtis quia
Exod.21.d. Deut.19.d. Leuit.24.d dictum eſt, ‖Oculum pro oculo, & dentem pro dente. Ego autem dico vobis nõ reſiſtere malo: ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillam tuam, præbe illi & alterã: ‖&
Lucæ.6.e 1.Cor.6.b. ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicã tuam tollere: dimitte ei & palliũ. &
Deut.15.b ▷6. quicunq; te angariauerit mille paſſus, vade cum illo ▷alia' duo. ‖Qui petit à te, da ei: &
G volenti mutuare à te, ne auertaris. Audiſtis
Leuit.19.d quia dictum eſt, ‖Diliges proximum tuum, & odio habebis inimicũ tuum. Ego autẽ dico vobis, diligite inimicos veſtros, benefacite his qui oderunt vos: ‖& orate pro perſequentibus & calumniantibus vos: vt ſitis
Luc.6.d.e filij patris veſtri qui in cœlis eſt, qui ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem' habebitis'? nónne & publicani hoc faciunt?
*habetis.2. Et ſi ſalutaueritis fratres veſtros tantùm, quid amplius facitis? nónne & ethnici hoc faciunt? Eſtote ergo vos perfecti, ſicut & pater veſter cœleſtis perfectus eſt.

S. *Docet Chriſtus quomodo faciendæ ſint eleemoſina & oratio, traditúque diſcipulis formam orandi, & offenſas alijs condonandi: item quo modo ſit ieiunandum, quod non in terra ſed in cœlo theſaurizandum, oculus mundandus, non ſeruiendum duobus dominis: vetat itaque ſollicitudinem de victu, veſtitu & de craſtino.*

CAP. VI.

ATtendite ne iuſtitiã veſtrã faciatis A coram hominibus vt videamini ab eis: alioquin mercedẽ nõ habebitis apud patrẽ veſtrũ qui in cœlis eſt. Cũ ergo facis eleemoſinã, noli tuba canere ante te, ſicut hypocritæ faciũt in ſynagogis & in vicis, vt honorificẽtur ab hominibus: amen dico vobis receperũt mercedẽ ſuã. Te aũt faciente eleemoſinã, neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: vt ſit eleemoſina tua in abſcõdito, & pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi. Et cũ oratis, nõ eritis ſicut hypocritæ, qui amãt in ſynagogis & in angulis platearũ ſtãtes orare, vt videãtur ab hominibus: amẽ dico vobis, receperũt mercedẽ ſuã. Tu aũt cũ orauerís, intra in cubiculũ tuũ, & clauſo oſtio, ora patrẽ tuũ in abſcõdito: & pater tuus qui videt in abſcõdito, reddet tibi. Orãtes aũt nolite multũ loqui, ſicut ethni B
faciunt. ci: putãt enim quòd in multiloquio ſuo exaudiantur. Nolite ergo aſſimilari eis. ſcit enim pater veſter quid opus ſit vobis, antequã
Lucæ.11.a. petatis eũ. Sic ergo vos orabitis, ‖Pater noſter qui es in cœlis, ſanctificetur nomẽ tuum. Adueniat regnũ tuũ. Fiat voluntas tua, ſicut in cœlo, & in terra. Panẽ noſtrum ſuperſubſtantialẽ da nobis hodie. Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Et ne nos inducas in tẽtationẽ,
Marci.11.c. Eccle.28.8 Sed libera nos à malo. Amẽ. ‖Si enim dimiſeritis hominibus peccata eorũ: dimittet & vobis pater veſter cœleſtis delicta veſtra. Si aũt non dimiſeritis hominibus: nec pater veſter dimittet vobis peccata veſtra. Cũ autẽ ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes. exterminãt enim facies ſuas, vt pareãt hominibus ieiunãtes. Amen dico vobis quia receperũt mercedẽ ſuã. Tu aũt cum ieiunas, vnge caput tuũ, & faciẽ tuã laua: ne videaris hominibus ieiunãs, ſed patri tuo qui eſt in abſcõdito: & pater tuus qui videt in abſcõdito, red
Lucæ.12.d det tibi. Nolite theſaurizare vobis theſauros C
in terra: vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiũt & furãtur. Theſaurizate autẽ vobis theſauros in cœlo: vbi neq; ærugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effo-
Lucæ.11.e. diunt nec furantur. ‖Vbi enim eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Lucerna corporis ▷.6. ▷tui', eſt oculus ▷tuus'. Si *oculus tuus fue- ▷.5. *igitur.1. rit ſimplex: totum corpus tuum lucidũ erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebroſum erit. Si ergo lumen quod in te eſt, tenebræ ſunt: ipſæ tenebræ quantæ erũt? ‖ Nemo poteſt duobus do-
Lucæ.16.c minis ſeruire. aut enim vnum odio habebit, & alterũ diliget: aut vnum ſuſtinebit, & alterum contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire, & mãmónæ. Ideo dico vobis, ‖ne ſolliciti
Lucæ.12.c4 1.Petr.5.b. Pſal.54.d. ſitis

ſitis animæ veſtræ quid manducetis, neque corpori veſtro quid induamini. Nónne anima plus eſt quã eſca: & corpus plus quàm ve
D ſtimentum? Reſpicite volatilia cœli quoniã non ſerunt, neque metunt, neque congregant in horrea: & pater veſter cœleſtis paſcit illa. Nónne vos magis pluris eſtis illis? Quis autem veſtrum cogitans, poteſt adijcere ad ſtaturam ſuam cubitum vnum? Et de veſtimento quid ſolliciti eſtis? Conſyderate lilia agri quomodo creſcunt: non laborãt neque nent. Dico autem vobis quoniã nec Salomon in omni gloria ſua coopertus eſt ſicut vnum ex iſtis. Si autem fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mitti-
*a modice. tur, Deus ſic veſtit: quanto magis vos *mini mæ' fidei? Nolite ergo ſolliciti eſſe, dicẽtes, Quid mãducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia, gẽtes inquirunt. Scit enim pater veſter quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primùm regnum Dei, & iuſtitiã eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo ſolliciti eſſe in craſtinum. craſtinus enim dies ſollicitus erit ſibiipſi. ſufficit diei malitia ſua.

S. *Docet non iudicandũ, de feſtuca in oculo fratris, & trabe in proprio oculo: ſanctũ non dãdum canibus: omnẽ petentem, quærentem & pulſantẽ à Deo exaudiri: faciendũ alijs quod nobis fieri volumus: per anguſtam portam ad vitam intrandum: quomodo diuoſcantur falſi prophetæ, & arbor bona à mala: cõparatio de audiente Chriſti verba & operante, aut non operante iuxta illa.* CAP. VII.

A *Nolite cõdemnare vt nõ condemnemini. Lucæ.6.f. Roman.2.a Marci.4.c. Lucæ.6.f. *frater.* NOlite iudicare, vt non iudicemini. *In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini: ‖& in qua mẽſura mẽſi fueritis, remetietur vobis. Quid autẽ vides feſtucã in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo nõ vides? Aut quomodo dicis fratri tuo, *Sine eijciam feſtucam de oculo tuo: & ecce trabs eſt in oculo tuo? Hypocrita, eijce primùm trabẽ de oculo tuo, & tunc videbis eijcere feſtucã de oculo fratris tui. Nolite dare ſanctum canibus: neq; mittatis margaritas veſtras ante porcos, ne forte cõculcent eas pedibus ſuis, & cõuerſi dirumpant
Infra.21.e. Marc.11.c. Lucæ.11.b Ioha.14.b. 16.e. Iacobi.1.a. vos. ‖Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulſanti aperietur. Aut quis eſt ex vo-
B bis homo, quẽ ſi petierit filius ſuus panem, nũnquid lapidẽ porriget ei? Aut ſi piſcẽ petierit, nunquid ſerpentẽ porriget ei? Si ergo
▷.5. vos cùm ſitis mali, noſtis bona ▷data' dare filijs veſtris: quanto magis pater veſter qui in
Lucæ.6.e. Tobiæ.4.c cœlis eſt, dabit bona petentibus ſe? Omnia ergo quæcunq; vultis vt faciãt vobis homi-

*ita.5. nes: * & vos facite illis. Hæc eſt enim lex & prophetæ. Intrate per anguſtã portã: quia lata porta, & ſpatioſa via eſt quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrãt per eam. Lucæ.13.e. *Quoniã.3.
*Quã anguſta porta & arcta via eſt quæ ducit ad vitam: & pauci ſunt qui inueniunt C
eam. Attẽdite à falſis prophetis, qui veniunt ad vos in veſtimentis ouium, intrinſecus autẽ ſunt lupi rapaces. ‖à fructibus eorũ cognoſcetis eos. Nunquid colligũt de ſpinis vuas, Luc.6.f.g aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autẽ arbor, malos fructus facit. Non poteſt arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala, bonos fructus facere. ‖Omnis arbor quæ nõ facit fru- Supra.3.e. ctũ bonum excidetur, & in ignẽ mittetur, Igitur ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. Nõ omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnũ cœlorum: ſed qui facit voluntatẽ patris mei qui in cœlis eſt, ipſe intra bit in regnũ cœlorum. ‖Multi dicent mihi in Luc.13.e.f illa die, Domine Domine, nõne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, Quia nunquã noui vos: ‖diſcedite à me * qui ope- Pſalm.6.e. *omnes ramini iniquitatem. Omnis ergo qui audit Infr.25.d. verba mea hæc, & facit ea: aſsimilabitur vi- Lucæ.13.f. ro ſapienti qui ædificauit domum ſuã ſuper Lucæ.6.g. petrã, & deſcendit pluuia, & venerunt flumi Roma.2.b na, & flauerunt venti, & irruerunt in domũ Iacobi.1.d. illã, & non cecidit. fundata enim erat ſuper D petrã. Et omnis qui audit verba mea hæc, & nõ facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuã ſuper arenã: & deſcendit pluuia & venerunt flumina, & flauerunt vẽti, & irruerunt in domum illã, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et factum eſt: cùm conſummaſſet Ieſus verba hæc, admiraban- Marci.1.c. tur turbæ ſuper doctrina eius. Erat enim do Lucæ.4.e. cens eos ſicut poteſtatem habens, & nõ ſicut ſcribæ ▷eorum' & phariſæi. ▷.4.

S. *Curatum leproſum Ieſus mittit ad ſacerdotes, ſanat puerũ Centurionis cuius fidẽ cõmendat, item ſocrum Petri febricitantem alioſq; plurimos malè habentes: verbo ſpiritus eijcit: Scribã ſequi volentem reijcit, alium verò patre inſepulto mox ſequi iubet: nauicula fluctibus periclitante, excitatus à diſcipulis mare ſedat: duos quoque dæmoniacos apud Geraſenos liberat, demonibus in porcos ingredi permittens, quo viſo Geraſeni precantur vt à ſuis finibus diſcedat.* CAP. VIII.

CVm autem deſcendiſſet de mõte, ſe- A cutæ ſunt eum turbæ multæ: & ecce Marci.1.d. leproſus veniens adorabat eum, Lucæ.5.e. dicens, Domine, ſi vis, potes me mundare. Et extendens Ieſus manum, tetigit eum, di-

Universidad de Deusto Biblioteca

cens, Volo. Mundare. Et cõfeſtim mundata
eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus, Vide nemini
Leu.14.a dixeris:ſed vade||oſtẽde te ſacerdoti,& offer
munus quod præcepit Moyſes, in teſtimo-
Lucæ.7.a. nium illis. Cùm autẽ introiſſet Capharnaũ,
acceſsit ad eum Cẽturio, rogans eum,& di-
ces, Domine, puer meus iacet in domo para
lyticus, & malè torquetur. Et ait illi Ieſus,
Ego veniã, & curabo eum. Et reſpõdens Cẽ
turio, ait, Domine, nõ ſum dignus vt intres
ſub tectũ meũ:ſed tãtum dic verbo, & ſana-
bitur puer meus: Nam & ego homo ſum ſub
▹13. poteſtate▹cõſtitutus', habens ſub me mili-
tes:& dico huic vade, & vadit:& alij, veni,
& venit, & ſeruo meo, fac hoc, & facit. Au-
diens autẽ Ieſus, miratus eſt:& ſequẽtibus ſe
B dixit, Amẽ dico vobis non inueni tantam fi
Malac.1.c. de in Iſrael. Dico autẽ vobis quòd multi||ab
Oriente & Occidente venient, & recũbent
cum Abrahã & Iſaac & Iacob in regno cœlo
rum: filij autẽ regni eijcientur in tenebras ex
teriores. ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Et
dixit Ieſus Centurioni, Vade:& ſicut credi-
diſti fiat tibi. Et ſanatus eſt puer in illa ho-
ra. Et cùm veniſſet Ieſus in domum Petri,
Marci.1.c. ||vidit ſocrum eius iacentẽ & febricitãtem:
Lucæ.4.f. & tetigit manum eius,& dimiſit eã febris,&
Marci.1.d. ſurrexit, & miniſtrabat ei.||Veſpere autẽ fa-
Lucæ.4.g cto, obtulerunt ei multos dæmonia haben-
tes: & eijciebat ſpiritus verbo:& omnes ma
lè habẽtes curauit, vt adimpleretur quod di-
Iſaiæ.53.b ctum eſt per Iſaiã prophetã, dicentem,||Ipſe
1.Pet.2.d. infirmitates noſtras accepit: & ægrotatio-
*noſtras. nes*portauit. Videns autẽ Ieſus turbas mul-
*diſcipulos. Lucæ.9.g. tas circum ſe, iuſsit*ire trans fretum.||Et ac-
cedẽs vnus ſcriba, ait illi. Magiſter, ſequar te
C quocunq; ieris. Et dicit ei Ieſus, Vulpes fo-
ueas habẽt,& volucres cœli nidos:filius au-
*ſuum. tem hominis nõ habet vbi caput*reclinet.
Alius autem de diſcipulis eius ait illi, Domi
ne permitte me primùm ire,& ſepelire patrẽ
meum. Ieſus autẽ ait illi. Sequere me,& di-
Marc.4.d. mitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et aſ-
Lucæ.8.d. cendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum
diſcipuli eius: & ecce motus magnus factus
eſt in mari, ita vt nauicula operiretur flucti
bus, ipſe verò dormiebat. Et acceſſerunt ad
diſcipuli eius. eum,& ſuſcitauerunt eum dicentes, Domi
ne, ſalua nos, perîmus. Et dicit eis, Quid timi
di eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens impera
uit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas
magna. Porrò homines mirati ſunt dicẽtes,
Qualis eſt hic, quia venti & mare obediunt
Marci.5.a. ei? Et cùm veniſſet trãs fretum in regionem
Lucæ.8.d. Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes
D dæmonia, de monumentis exeuntes, ſæui ni
mis, ita vt nemo poſſet tranſire per viã illã.
Et ecce clamauerunt dicentes, Quid nobis
& tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tẽpus
torquere nos? Erat autem non lõgè ab illis
grex multorum porcorum paſcens. Dæmo-
nes autẽ rogabãt eum dicẽtes, Si eijcis nos,
mitte nos in gregẽ porcorum. Et ait illis, Ite.
At illi exeuntes, abierunt in porcos, & ecce
impetu abijt totus grex per præceps in mare
& mortui ſunt in aquis. Paſtores autem fu-
gerunt:& venientes in ciuitatem, nuntiaue-
rũt omnia, & de ijs qui dæmonia habuerãt.
Et ecce tota ciuitas exijt obuiàm Ieſu. Et vi
ſo eo, rogabãt vt tranſiret à finibus eorum.

S. *Paralyticum curat, ſcribis murmurantibus quòd dixiſſet remiſſa illi peccata: vocat Matthæum publicanum, & reſpondet Phariſæis murmurantibus quòd cum publicanis ederet, quodq́ ipſius diſcipuli non ieiunarent: mulierẽ à ſanguinis profluuio liberat: filiam principis mortuã ſuſcitat: viſu duobus cæcis reſtituto, dæmoniacum mutum ſanat: & vbiq́ prædicans, omnes ſanat infirmitates, dicens multam eſſe meſſem, paucos verò operarios.* CAP. IX.

ET aſcendẽs*in nauiculã, trãsfretauit: A Marci.2.a.
& venit in ciuitatem ſuã. Et ecce offe Lucæ.5.d.
rebãt ei paralyticum iacentẽ in lecto. *Ieſus.
Et videns Ieſus fidem illorum, dixit paralyti
co, Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua.
Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra ſe,
Hic blaſphemat. Et cùm vidiſſet Ieſus cogi-
tationes eorum, dixit, Vt quid cogitatis ma-
la in cordibus veſtris? Quid eſt facilius, di-
cere, Dimittuntur tibi peccata*: an dicere, *tua.
Surge & ambula? Vt autẽ ſciatis quia filius
hominis habet poteſtatem in terra dimitten
di peccata: tunc ait paralytico, Surge, tolle
lectum tuum,& vade in domum tuã. Et ſur-
rexit,& abijt in domum ſuã. Videntes autem
turbæ timuerunt, & glorificauerunt Deum
qui dedit poteſtatem talem hominibus.||Et Marci.2.b.
cùm trãſiret inde Ieſus, vidit hominem ſe- Lucæ.5.f.
dentem in telónio, Matthæum nomine. Et
ait illi, Sequere me. Et ſurgens, ſecutus eſt
eum. Et factum eſt: diſcumbẽte eo in domo,
ecce multi publicani & peccatores venien-
tes, diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis e-
ius. Et videntes phariſæi, dicebant diſcipulis B
eius, Quare cum publicanis & peccatoribus
mãducat magiſter veſter? At Ieſus audiens,
ait, Nõ eſt opus valentibus medicus, ſed ma Oſeæ.6.c.
lè habentibus. eũtes autẽ diſcite quid eſt||Mi Infra.12.a.
ſericordiã volo, & nõ ſacrificium. Nõ enim 1.Tim.1.c.
veni vocare iuſtos, ſed peccatores*. Tũc ac- *ad pœnitentiam.
ceſſerunt ad eum diſcipuli Iohãnis dicentes,
Quare nos & phariſæi ieiunamus frequẽter:
diſcipuli autẽ tui non ieiunãt? Et ait illis Ie-
ſus, Nunquid poſſunt filij ſpõſi lugere quã-
diu cum illis eſt ſponſus? Venient autem
dies

Marci.2.c. Luc.5.f.g. dies cum auferetur ab eis ſpõſus:& tunc||ie-
Lucæ.22.d iunabunt. Nemo autem immittit commiſſu
ram panni rudis in veſtimentum vetus. tol-
lit enim plenitudinem eius à veſtimento:&
peior ſciſſura fit. Neq; mittunt vinum no-
uum in vtres veteres. alioquin rumpuntur
Marc.5.b. vtres,& vinum effunditur,& vtres pereunt.
Lucæ.8.f. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt:
C & ambo cõſeruantur. Hæc illo loquente ad
*adorauit.7 eos, ecce princeps vnus acceſsit,& "adorabat'
▹.12. eum, dicens, ▹Domine' filia mea modo de-
▹.10. functa eſt: ſed veni, impone manum▹tuam'
ſuper eam,& viuet. Et ſurgens Ieſus, ſeque-
batur eum,& diſcipuli eius. Et ecce mulier
quæ ſanguinis fluxum patiebatur duodecim
annis, acceſsit retro, & tetigit fimbriam ve-
ſtimenti eius. Dicebat enim intra ſe, Si te-
tigero tantum veſtimentum eius: ſalua ero.
At Ieſus conuerſus & videns eam, dixit, Cõ
fide filia, fides tua te ſalua fecit. Et ſalua fa-
cta eſt mulier ex illa hora. Et cũ veniſſet Ie-
*dixit ad eos 1. ſus in domum principis,& vidiſſet tibicines
& turbã tumultuantem, "dicebat', Recedite:
non eſt enim mortua puella, ſed dormit. Et
*& dixit, Puella ſurge deridebant eum. Et cũ eiecta eſſet turba, in-
trauit & tenuit manũ eius.*Et ſurrexit puel
la. Et exijt fama hæc in vniuerſam terrã illã.
Et trãſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo
D cæci clamantes & dicentes, Miſerere noſtri
fili Dauid. Cùm autẽ veniſſet domum, ac-
ceſſerũt ad eum cæci. Et dicit eis Ieſus, Crẽ
ditis quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt
ei, Vtiq; Domine. Tũc tetigit oculos eorũ,
dicẽs, Secundum fidem veſtrã fiat vobis. Et
aperti ſunt oculi eorum,& comminatus eſt
illis Ieſus, dicẽs, Videte ne quis ſciat. Illi aũt
exeuntes diffamauerunt eum in tota terra il
Infra.12.b la. Egreſsis autem illis, ecce obtulerũt ei ho-
Marci.3.c. minem mutum, dæmonium habentem.||Et
Lucæ.11.b eiecto dæmonio, locutus eſt mutus, & mira
tæ ſunt turbæ, dicentes, Nunquam apparuit
ſic in Iſrael. Phariſæi autẽ dicebant, In prin-
cipe dæmoniorum eijcit dæmones. Et cir-
cuibat Ieſus omnes ciuitates,& caſtella, do-
cens in ſynagógis eorum,& prædicãs Euan
Marc.6.e. gelium regni, & curans omnem languorem
Lucæ.10.a & omnem infirmitatem. Videns autem tur-
bas, miſertus eſt eis, quia erant vexati & ia-
centes ſicut oues non habentes paſtorem.
Tunc dicit diſcipulis ſuis, Meſsis quidẽ mul
ta, operarij autẽ pauci. Rogate ergo dominũ
meſsis vt emittat operarios in meſſem ſuam.

S. *Legatio ac inſtructio duodecim Apoſtolorum (quorũ hîc nomina recẽſentur) ad Euãgelizandũ Iudæis, & dæmoniacos infirmosq́ curãdos: qui aduerſus mala hîc imminẽtia præmonẽtur & roborãtur. Chriſtus nõ venit vt mittat pacẽ ſed gladiũ, ipſeq́ corã hominibus cõfitendus eſt, nec quicquã eius amori præponendũ: honorans aũt alios propter Chriſtum, honorat Chriſtũ, & ita mercedem recipiet.* CAP. X.

ET cõuocatis duodecim diſcipulis ſuis, A
dedit illis poteſtatem ſpirituum im- Marci.3.b.
mundorum vt eijcerent eos, & cura- Lucæ.6.c.
rent omnem lãguorem,& omnem infirmi-
tatem. Duodecim autẽ Apoſtolorũ nomina
ſunt hæc: Primus, Simõ qui dicitur Petrus,
& Andreas frater eius, Iacôbus Zebedæi, &
Iohannes frater eius, Philippus & Bartho-
lomæus, Thomas & Matthæus publicanus,
& Iacôbus Alphæi &*Thaddæus, Simõ Ca *Lebbæus,
nanæus, & Iudas Iſcariotes, qui & tradidit qui cognominatus eſt.1.
eũ. Hos duodecim miſit Ieſus, præcipiẽs eis,
dicens: In viã gentium ne abieritis, & in ci-
uitates Samaritanorum ne intraueritis: ſed
potius ite||ad oues quæ perierunt domus Iſ- Marci.6.a.
rael. Euntes autẽ prædicate, dicentes, Quia Lucæ.9.a. &.10.a.
appropinquauit regnum cœlorũ. Infirmos Actu.13.g.
curate, mortuos ſuſcitate, leproſos munda-
te, dæmones eijcite. gratis accepiſtis, gratis
date. Nolite poſsidere aurũ, neq; argentum,
neq; pecuniam in zonis veſtris: nõ perã in
via neq; duas tunicas, neq; calceamẽta, neq;
virgã. dignus enim eſt operarius cibo ſuo. In B
quãcunq; autem ciuitatẽ aut caſtellum in- Lucæ.10.e
traueritis, interrogate quis in ea dignus ſit: 1.Tim.5.c.
& ibi manete donec exeatis. Intrãtes autẽ in
domũ, ſalutate eã, dicentes, Pax huic domui
Et ſi quidem fuerit domus illa digna, veniet
pax veſtra ſuper eã. ſi autem nõ fuerit digna:
pax veſtra reuertetur ad vos. Et quicunque
nõ receperit vos, neq; audierit ſermones ve
ſtros: exeuntes foras de domo vel ciuitate
*||excutite puluerẽ de pedibus veſtris. Amen *illa.1.
dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomo- Actu.13.g.
rum & Gomorrhæorum in die iudicij, quã Lucæ.10.a
illi ciuitati. Ecce ego mitto vos ſicut oues in
medio luporum. Eſtote ergo prudẽtes ſicut
ſerpẽtes,& ſimplices ſicut columbæ. Caue-
te autẽ ab hominibus. Tradent enim vos in
cõcilijs,& in ſinagógis ſuis flagellabũt vos:
& ad præſides & ad reges ducemini propter
me, in teſtimonium illis & gentibus.||Cũm Luc.12.b.
autẽ tradent vos, nolite cogitare quomodo
aut quid loquamini: dabitur enim vobis in
illa hora quod loquamini. nõ enim vos eſtis
qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri qui
loquitur in vobis. Tradet autẽ frater fratrẽ C
in mortẽ,& pater filium:& inſurgent filij in
parentes,& morte eos afficiẽt, & eritis odio
omnibus *propter nomẽ meum. qui autem *hominibus
perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit.
Cũ autẽ perſequentur vos in ciuitate iſta: fu
gite in aliã. amẽ dico vobis, nõ cõſummabi
tis ciuitates Iſrael donec veniat filius homi Lucæ.6.f.
nis.||Nõ eſt diſcipulus ſuper magiſtrum, nec Ioha.13.b. &.15.c.
ſeruus

seruus super dominum suum. sufficit discipulo vt sit sicut magister eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patremfamiliâs Beelzebub vocauerunt:quâto magis domesticos
Marci.4.c Lucæ.8.c. &.12.a. eius?Ne ergo timueritis eos.‖Nihil enim est opertum,quod nõ reuelabitur:& occultum, quod non scietur.Quod dico vobis in tenebris,dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super tecta. Et nolite timere eos qui occcîdunt corpus, animâ autem nõ possunt occidere:sed potius timete eum qui potest & animam & corpus perdere in gehennam.Nónne duo passeres asse væneunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro? Vestri autem & capilli capitis
D omnes numerati sunt. Nolite ergo timere:
Marc.8.d. Lucæ.9.c. &.12.b. multis passeribus meliores estis vos.‖Omnis ergo qui cõfitebitur me coram hominibus
2.Tim.2.b confitebor & ego eum coram patre meo qui
Lucæ.12.f. in cœlis est. qui autem negauerit me coram hominibus: negabo & ego eum corã patre meo qui in cœlis est. Nolite arbitrari quia pacem venerim mittere in terram.non veni pacem mittere:sed gladium. veni enim separare hominem aduersus patrem suum,& filiam aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam:& inimici hominis,do
Mich.7.b. Lucæ.14.f Infra.16.d. mestici eius.‖Qui amat patrem aut matrem plus quàm me,non est me dignus. & qui amat filium aut filiam super me, non est me
Lucæ.9.c. 14.f.17.g. Iohan.12.d dignus.‖Et qui nõ accipit crucem suam, & sequitur me:non est me dignus.‖Qui inuenit animam suam:perdet illam. & qui perderit animam suam propter me: inueniet eam.‖Qui recipit vos, me recipit:& qui me
Lucæ.10.c Iohan.13.c recipit, recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetæ: mercedẽ prophetæ accipiet. & qui recipit iustum in nomine iusti: mercedem iusti accipiet.
Marci.9.f. ‖Et quicunq; potum dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in nomine discipuli:amen dico vobis, non perdet mercedem suam.

S. Iohannes de carcere nũtios mittit ad Iesum: quibus post Christi respõsum abeuntibus,ipse coram turbis laudat Iohannem, Iudæos verò pueris in foro inuicẽ acclamãtibus assimilat,exprobrans ciuitatibus obstinatis in quibus plurimas fecerat virtutes:cõfessio Iesu ad patrẽ:oneratos ad se vocat Christus, diẽs iugũ suũ esse suaue. CAP. XI.

A Lucæ.7.c. ET factum est: & cùm consummasset Iesus præcipiens duodecim discipulis suis,transijt inde, vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.Iohannes autem cùm audisset in vinculis opera Christi: mittens duos de discipulis suis,ait illi,Tu es qui venturus es:an alium expectamus? Et respõdens Iesus ait illis, Euntes renuntiate Iohanni quæ audistis & vidistis,Cæci vident, claudi ambulant,leprosi mundantur,surdi audiunt,mortui resurgunt,pauperes euangelizantur. & beatus est qui non fuerit scandalizatus in me.Illis autem abeuntibus, cœpit Iesus dicere ad turbas de Iohanne.Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam?Sed quid existis videre?hominem mollibus vestitum?Ecce qui mollibus vesti
B untur,in domibus regum sunt.Sed quid existis videre?prophetam? Etiam dico vobis, & plusquã prophetam.Hic enim de quo scriptum est, ‖ Ecce ego mitto angelum meum Mala.3.a. ante faciem tuam, qui præparabit viam tuã ante te.Amen dico vobis,non surrexit inter natos mulierum maior Iohanne Baptista. qui autem minor est in regno cœlorum,ma
Luc.16.d. ior est illo.‖A diebus autẽ Iohannis Baptistæ vsq; nunc, regnum cœlorum vim patitur,& violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ & lex, vsq; ad Iohannem prophe
Mala.4.b. tauerunt:& si vultis recipere, ‖ipse est Elias qui venturus est.Qui habet aures audiendi,
Lucæ.7.c. audiat.‖Cui autem similem æstimabo generationem istã? Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes coæqualibus dicunt, Cecinimus vobis,& non saltastis: lamentauimus,& nõ planxistis. Vênit enim Iohan-
C nes neq; manducans neq; bibens:& dicunt, Dæmonium habet.Vênit filius hominis mãducans & bibens:& dicunt,Ecce homo vorax & potator vini,publicanorum & peccatorum amicus. Et iustificata est sapientia à
Lucæ.10.e filijs suis.‖Tunc cœpit exprobrare ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius quiã non egissent pœnitentiã. Væ tibi Corozáin, væ tibi Beth-saida: quia si in Tyro & Sidône factæ essent virtutes quæ factæ sunt in vobis,olim in cilicio & cinere pœnitentiã egissent.Veruntamen dico vobis: Tyro & Sydôni remissius erit in die iudicij, quàm vobis, Et tu Capharnaum, nunquid vsq; in cœlum exaltaberis? vsq; in infernum descendẽs.quia si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te,fortè mãsissent vsq; in hanc diem. Veruntamen dico vobis
D quia Terræ-Sodomorum remissius erit in
Lucę.10.d die iudicij, quàm tibi.‖In illo tẽpore respõdens Iesus dixit, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus,& reuelasti ea paruulis.Ita pater: quoniam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo.Et nemo nouit filium, nisi pater:neq; patrem quis nouit,nisi filius,& cui voluerit filius reuelare, Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati estis:& ego reficiam vos.
‖Tollite

Iere.6.a. ‖Tollite iugum meum super vos, & discite
1.Ioan.5.a à me quia mitis sum & humilis corde:& inuenietis requiem animabus vestris.‖Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.

S. Discipulos spicas sabbatho vellẽtes excusat, manum quoq; aridam sabbatho curat: Pharisæorum machinationi tacitus cedens, variosq; à se curatos silere præcipiens, implet Isaiæ vaticinium:dæmoniaco cæco & muto curato, Pharisæos ipsum in Beel-zebub eijcere dæmonia blasphemantes cõuincit falsum dicere: dicens blasphemiam in Spiritum sanctum irremissibilẽ, & de omni verbo otioso reddendam rationem: Scribis autem & Pharisæis signum petentibus, dandum dicit Ionæ signum:& quæ sint mater & fratres ipsius. CAP. XII.

A Marc.2.d. Lucæ.6.a. IN illo tempore abijt Iesus per sata sabbatho: discipuli autem eius esurientes cœperunt vellere spicas, & manducare.
D.4. Pharisæi autem videntes,dixerunt ei, Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet ▷eis' facere sabbathis,At ille dixit eis, Non legistis
1.Re.21.b. quid ‖fecerit Dauid quando esurijt, & qui cum eo erãt: quomodo intrauit in domum Dei, & panes propositionis comẽdit, quos
Leui.24.b Num.28.b non licebat ei edere, neq; his qui cum eo erant, nisi ‖solis sacerdotibus?‖Aut non legistis in lege quia sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violãt,& sine crimine sunt?
Oseæ.6.c. Dico autem vobis quia tẽplo maior est hic. Si autem sciretis quid est, ‖ Misericordiam volo,& non sacrificium:nunquam condemnassetis innocentes,dominus enim est filius hominis etiam sabbathi.
Marci.3.a. Lucæ. 6.b *erat.1. Et cùm inde transisset,venit in synagôgã eorum.Et ecce homo *manum habẽs aridã, & interrogabant eum dicentes, Si licet sabbathis curare? vt accusarent eum.Ipse aũt dixit illis,Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnã:& si ceciderit hæc sabbathis in foueã,nõne tenebit & leuabit eã?Quanto magis melior est homo oue? Itaq; licet sabbathis benefacere.Tunc ait homini, Extende manum tuã.Et extendit:& restituta est sanitati sicut altera.Exeuntes autẽ Pharisæi,cõsilium faciebant aduersus eũ quomodo per-
B derent eum.Iesus aũt sciens,recessit inde:& secuti sunt eũ multi,&curauit eos omnes.& præcepit eis ne manifestum eum facerẽt. Vt
Isaiæ.42.a adimpleretur quod dictum est per Isaiã prophetam, dicentem, ‖Ecce puer meus quem elegi,dilectus meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum,& iudicium gentibus nuntiabit.Nõ cõtender neq; clamabit:neq; audiet aliquis in platẽis vocem eius. arundinẽ quassatam nõ cõfringet,& linum fumigans nõ extinguet: donec eijciat ad victoriã iudicium:& in nomine eius Gentes sperabunt.‖Tunc oblatus Marc.3.c. Lucæ.11.b est ei dæmonium habẽs, cæcus,& mutus:& curauit eum,ita vt loqueretur & videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant, Nunquid hic est filius Dauid?Pharisæi autem audientes,dixerunt,Hic nõ eijcit dæmones nisi in Beel-zebub principe dæmoniorũ.Iesus aũt sciẽs cogitationes eorum,dixit eis,Omne regnum diuisum cõtra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel domus diuisa cõtra se,nõ stabit. Et si satanas satanã eijcit,aduersus se diuisus est.quomodo ergo stabit regnum eius?Et si ego in Beel-zebub eijcio dæmones: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu Dei eijcio dæmones:igitur peruênit in vos regnũ
C Dei. aut quomodo potest quisquam intrare in domum fortis,& vasa eius diripere:nisi prius alligauerit fortem, & tunc domum illius diripiet? Qui nõ est mecum cõtra me
Marci.3.d. Lucæ.12.b est:& qui nõ congregat mecum, spargit.‖Ideo dico vobis:ómne peccatum & blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem
*blasphemie 'blasphemia'non remittetur. Et quicunque dixerit verbum cõtra filium hominis,remittetur ei: qui autem dixerit cõtra spiritũ sanctum, non remittetur ei neq; in hoc sæculo neq; in futuro. Aut facite arborem bonã,& fructum eius bonum:aut facite arborem malam,& fructum eius malum.si quidẽ ex fructu arbor agnoscitur.Progenies viperarum,
Lucæ.6.g. quomodo potestis bona loqui,cum sitis mali? ‖ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus homo, de bono thesauro profert bona:& malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autẽ vobis quoniam omne verbũ otiosum quod lõcuti fuerint homines, reddent rationẽ de eo in die iudicij.Ex verbis enim tuis iustificaberis,& ex verbis tuis cõdemnaberis. Tunc responderunt ei quidam de Scribis & Pharisæis,dicentes, Magister,volumus à te signum videre. Qui respõ-
Lucæ.11.d. dẽs ait illis, ‖Generatio mala & adultera signũ quærit: & signum nõ dabitur ei,nisi sig-
Ionæ.1.a. nũ Ionæ prophetæ.‖Sicut enim fuit Ionas
D in vẽtre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus
Ionæ.3.b. diebus & tribus noctibus.‖Viri Niniuitæ surgẽt in iudicio cũ generatione ista,& cõdemnabunt eã:quia pœnitentiã egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quã Ionas hic. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & cõdemnabit eã:quia vênit à finibus terræ audire sapientiã Salomonis,& ecce plus quàm Salomõ hic. Cùm autẽ immundus spiritus exierit ab homine,ambulat per loca arida quærẽs requiẽ, & nõ inuenit.
3.Reg.3.a. 2.Par.10.a Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

de exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem scopis mundatã, & ornatam. Tunc vadit, & assumit septẽ alios spiritus secum nequiores
2.Petr.2.d. se, & intrantes habitãt ibi: ‖& fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit
Marc.3.d. Lucæ.8.c. & generationi huic pessimæ. ‖Adhuc eo loquẽte ad turbas, ecce mater eius & fratres stabãt foris, quærẽtes loqui ei. Dixit aũt ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris, stãt
*loqui tecũ. quærẽtes *te'. At ipse respõdens dicenti sibi, ait, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres
*&.9. mei? Et extẽdens manũ in discipulos suos dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Quicũq; enim fecerit voluntatẽ patris mei qui in cœlis est: ipse me' * frater & soror, & mater est.

S. *Sedens in nauicula proponit turbis parabolas seminantis ac zizaniorũ, quas etiam discipulis interpretatur: item parabolas de grano sinãpis, de fermẽto in farina occultato, de thesauro & margarita inuentis: de reti in mare misso, quam parabolã etiã declarat: docens in patria sua, ait, prophetã nõ esse sine honore nisi in propria patria.* CAP. XIII.

A IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat
Marc.4.a. Lucæ.8.a. secus mare. ‖Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, ita vt in nauiculã ascendẽs sederet: & omnis turba stabat in littore, & locutus est eis multa in parabolis dicens, Ecce,
semẽ suum exijt qui seminat, seminare. Et dũ seminat, quædã ceciderunt secus viã, & venerunt volucres cœli, & comederunt ea. Alia autẽ ceciderunt in petrosa, vbi nõ habebãt terrã multam: & cõtinuò exorta sunt, quia non habebant altitudinẽ terræ. sole autem orto æstuauerunt: & quia nõ habebant radicem, aruerunt. Alia autẽ ceciderunt in spinas: & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia aũt ceciderunt in terrã bonã: & dabãt fructum,
*centũ, aliud sexaginta, aliud trigin ta.1. Sic Paulo post. aliud *centesimum, aliud sexagesimũ, aliud triceſimũ', Qui habet aures audiendi, audiat.
Et accedentes discipuli dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris eis? Qui respõdens, ait illis, Quia vobis datum est nosse *'mysteria' regni cœlorum: illis aũt nõ est datum. ‖Qui
Infra.25.c enim habet, dabitur ei, & abundabit: qui autem nõ habet, & quod habet auferetur abeo
B Ideò in parabolis loquor eis: quia videntes nõ vident, & audientes nõ audiunt, neq; intelligũt. *'& adimpletur' in eis prophetia Isaiæ
*vt adimpleatur *dicentis. Isaiæ. 6.c. Matt 4.b. Lucæ. 8.b Iohan.12.f *'dicens', ‖Auditu audietis, & nõ intelligetis: & videntes videbitis, & nõ videbitis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos clauserũt. nequando videãt oculis, & auribus audiãt, & corde intelligãt, & cõuertantur, & sanem eos ‖Vestri autem beati oculi quia vident, & aures vestræ quia audiunt. Amen quippe dico vobis quia multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis, & nõ viderunt: & audire quæ auditis, & nõ audierunt. Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis C
qui audit verbum regni & non intelligit, venit malus, & rapit quod seminatum est in corde eius: hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est: hic est qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud, non habet autem in se radicem, sed est temporalis. facta autem tribulatione & persecutione propter verbum, continuò scandalizatur. Qui autem seminatus est in spinis: hic est qui verbum audit, & solicitudo sæculi istius & fallacia diuitiarum suffõcat verbum, & sine fructu efficitur
Qui verò in terram bonã seminatus est: hic est qui audit verbum, & intelligit, & fructũ affert, & facit aliud quidem centesimum, aliud autem sexagesimum, aliud verò triceſimum. Aliam parabolam proposuit illis, dicẽs, Simile factum est regnum cœlorum homini qui seminauit bonum semen in agro suo. cum autem dormirent homines, vẽnit inimicus eius, & superseminauit zizania in D
medio tritici, & abijt. Cùm autem creuisset herba, & fructum fecisset: tunc apparuerunt & zizania. Accedentes autem serui patris familias, dixerunt ei, Domine, nónne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc
*igitur. fecit. Serui autem dixerunt ei, Vis *imus, & colligimus ea? Et ait, Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite vtraq; crescere vsq; ad messem: & in tempore messis dicam messoribus, Colligite primũ zizania, & alligate ea in fascicu
Marc.4.d. Lucæ.13.d los ad comburendum, triticum autem congregate in horreum meum. ‖Aliam parabolam proposuit eis, dicens, Simile est regnum cœlorum grano sinãpis, quod accipiens homo seminauit in agro suo: quod minimum quidem est omnibus seminibus: cùm autem creuerit, maius est omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Lucæ.13.e. Marc.4.d. ‖Aliam parabolam locutus est eis, Simile est regnum cœlorũ fermen E
to, quod acceptum mulier abscõdit in farinæ satis tribus, donec fermentatum est totum. Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas: & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur quod dictum erat per
Psal.77.a. prophetã dicentem, ‖Aperiã in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Tunc dimissis turbis vẽnit in domum: & accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Edissere nobis parabolã zizaniorũ agri. Qui respõdẽs ait illis, Qui seminat bonũ semen, est filius hominis. Ager autẽ: est mundus. Bonũ verò semen: hi sunt filij regni. Zizania autẽ: filij sunt nequam. Inimicus autem qui seminauit ea: est diabolus.
Apoc.14.c d. ‖Messis verò, cõsummatio sæculi est. Messores autem: angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: sic erit in
F cõsummatione sæculi. mittet filius hominis angelos suos, & colligent de regno eius omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fle
Sapien.3.b Dani.12.b. tus & stridor dentium. ‖Tunc iusti fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat. Simile est regnum cœlorũ thesauro abscondito in agro: quem qui inuẽnit homo, abscondit, & præ gaudio illius vadit, & vendit vniuersa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum simile est regnum cœlorum homini negociatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretiosa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum simi
D.3. le est regnum cœlorum sagenæ missæ in mare, & ex omni genere pisciũ cõgreganti. quam, cùm impleta esset, educentes, & secus littus sedentes, elegerunt bonos in vasa, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione seculi, exibunt angeli, & sepa-
G rabunt malos de medio iustorum, & mittẽt eos in caminum ignis. ibi erit fletus & stridor dentium. Intellexistis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam*. Ait illis, Ideo omnis scriba
*Domine. doctus in regno cœlorum, similis est homini patrifamiliàs, qui profert de thesauro suo noua & vetera. Et factum est: cùm consummasset Iesus parabolas istas, transijt inde.
Marc.6.a. Lucæ.4.e. Iohan.4.f. ‖Et veniens in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent, Vnde huic sapientia hæc, & virtutes? Nõne hic est fabri filius? Nónne mater eius
Iohan.6.e dicitur Maria: ‖& fratres eius, Iacõbus & Ioseph, & Simõ & Iudas: & sorores eius, nõne oẽs apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista? Et scandalizabantur in eo. Iesus autẽ dixit eis, Nõ est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua. Et nõ fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorũ.

S. *Caput Iohannis datur puellæ saltatrici: Iesus quinque virorum millia in deserto quinque panibus & duobus piscibus satiat, sublatis duodecim reliquiarum cophinis: & super mare ambulans discipulos tempestate agitatos confortat, Petrumq; à submersione liberat: in Terra-Genesar varij curantur languores tactu vestimenti ipsius.* CAP. XIIII.

A IN illo tempore ‖audiuit Herodes tetrarcha famã Iesu: & ait pueris suis, Hic est
Marc.6.b. Lucæ.9.a. Marc.6.c. Luc.3.d. Iohã.21.e. Iohãnes Baptista: ipse surrexit à mortuis & ideò virtutes operantur in eo. ‖Herodes enim tenuit Iohannem, & alligauit eum: & posuit in carcerem propter Herodiadẽ vxorem *fratris sui. Dicebat enim illi Iohan- *Philippi.1
nes, Nõ licet tibi habere eam. Et volens illum occidere, timuit populum: quia sicut prophetam eum habebant. Die autẽ natalis Herodis saltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. Vnde cum iuramẽto pollicitus est ei dare quodcunque postulasset ab eo. At illa præmonita à matre sua, Da mihi, inquit, hic in disco caput Iohannis Baptistæ. Et contristatus est rex: propter iuramentum autẽ & eos qui pariter recumbebant, iussit dari, Misitque, & decollauit Iohannem in carcere. Et allatum est caput eius in disco: & datum est puellæ, & attulit
B matri suæ. Et accedentes discipuli eius, tulerunt corpus*, & sepelierunt illud: & veniẽtes nuntiauerunt Iesu. ‖Quod cùm audisset
*eius. Lucæ.9.b Mar.6.d.c Iohan.6.a Iesus, secessit inde in nauicula, in locum desertum seorsum. & cùm audissent turbæ, secutæ sunt eum pedestres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbam multam: & misertus est eis, & curauit languidos eorum. Vespere autem facto accesserunt ad eum discipuli eius, dicentes, Desertus est locus, & hora iã præterijt: dimitte turbas, vt euntes in castella, emant sibi escas. Iesus autem dixit eis, Nõ habent necesse ire: date illis vos manducare. Responderunt ei, Nõ habemus hic nisi quinque panes & duos pisces. Qui ait eis, Afferte mihi illos huc. Et cùm iussisset turbam discumbere super fœnum: acceptis quinque panibus & duobus piscibus, aspiciẽs in cœlum benedixit & fregit, & dedit discipulis
C panes, discipuli autẽ turbis. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et tulerunt reliquias, duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium autẽ fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. ‖Et statim *iussit' Ie- Marci.6.f. Iohan.6.b
*compulit.7 sus discipulos ascẽdere in nauiculã, & præcedere eum trans fretum, donec dimitteret turbas. Et dimissa turba ascendit in mõtem solus orare. Vespere autẽ facto solus erat ibi. nauicula autẽ in medio mari iactabatur fluctibus. erat enim contrarius ventus. Quarta aũt vigilia noctis, vẽnit ad eos ambulans super mare. Et videtes eũ super mare ambulantẽ turbati sunt, dicẽtes, Quia phantasma est, Et præ timore clamauerunt, Statimq; Iesus locutus est eis, dicens, Habete fiduciam: ego sum, nolite timere. Respondens aũt Petrus dixit, Domine si tu es, iube me ad te venire
D super aquas. At ipse ait, Veni. Et descẽdes Petrus de nauicula, ambulabat super aquã vt veniret ad Iesum. Videns verò ventum validũ, timuit: & cùm cœpisset mergi, clamauit dicens,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicēs, Domine, saluum me fac. Et continuò Iesus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi, Modicæ fidei quare dubitasti? Et *ascendissent. cùm *'ascendissent' in nauiculam, cessauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt, & adorauerunt eum, dicētes, Verè filius Dei es. Marc.6.g. ‖Et cùm trāsfretassent, venerunt in Terram-Genesar. Et cùm cognouissent eum viri loci illius, miserunt in vniuersam regionem illam, & obtulerunt ei omnes malè habentes: & rogabant eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent. Et quicunque tetigerunt, salui facti sunt:

S. *Phariseorum de lauandis manibus aliisque rebus traditiones, quas Dei mandatis præponebant: & quæ sint coinquinantia hominem: mulier Chananæa perseueranti fide ac supplicatione impetrat filiæ curationem: Iesus curatis iuxta mare Galilææ varijs languoribus, quatuor virorum millia septem panibus paucisque pisciculis satiat, sublatus septem sportarum reliquijs.* CAP. XV.

A Marc. 7.a. TVnc accesserunt ad eum ab Ierosolymis Scribæ & Pharisæi, dicentes, Quare discipuli tui transgrediuntur *traditiones *traditionem' seniorum? non enim lauant manus suas cum panem manducant. Ipse autem respondēs ait illis, Quare & vos trāsgredimini mandatum Dei propter traditionem vestrā? Exod.10.c Deut.5.b. Ephes.6.a Exod.21.c Leu.20.b. Prou.20.c Nam Deus dixit, ‖Honora patrē & matrē. &, Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur. Vos aūt dicitis, Quicunq; dixerit patri vel matri, Munus quodcunque est ex me, tibi proderit: & non honorificabit patrē suum aut matrē suā & irritum fecistis mandatū Dei propter traditionē vestram. Isaiæ.29.d Marc.7.c. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Isaias dicens, ‖Populus hic labijs me honorat: cor autē eorū longe est à me, Sine causa autē colunt me, docētes doctrinas, ▷ &' mandata hominū. B ▷.5. Et conuocatis ad se turbis dixit eis, Audite & intelligite. Nō quod intrat in os, coinquinat hominem: sed quod procedit ex ore, hoc coinquinat hominem. Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei, Scis quia Pharisæi audito verbo hoc scandalizati sunt? Ioan.15.a. Lucæ.6.f. Marc.7.c. At ille respondēs ait, ‖Omnis plantatio quam non plantauit pater meus cœlestis eradicabitur. Sinite illos: cæci sunt, *& * duces cæcorum. cæcus autē si cæco ducatū præstet, ambo in foueam cadunt. Respondēs autē Petrus dixit ei, Edissere nobis parabolā istam. At ille dixit, Adhuc & vos sine intellectu estis? Nō intelligitis quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, & in secessum emittitur? Gene.6.a. 8.d. Quæ aūt procedūt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominē. de corde enim exeunt‖ cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. C Nō lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem. Et egressus inde Iesus secessit in Partes - Tyri Marc.7.c. & Sydōnis. Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egressa clamauit, dicens ei, Miserere mei Domine fili Dauid: filia mea malè à dæmonio vexatur. Qui nō respondit ei verbum. Et accedentes discipuli eius, rogabant eum dicētes, Dimitte eam: quia clamat post nos. Ipse autem respondens, ait, Non sum Sup.10.a. Ioan.10.c. missus nisi ‖ad oues quæ perierūt domus Israel. At illa venit, & adorauit eū, dicēs, Domine, adiua me. Qui respondens, ait, Non est bonum sumere panem filiorū, & mittere canibus. At illa dixit, Etiā Domine: nam & catelli edunt de micis quæ cadūt de mēsa dominorum suorū. Tunc respondens Iesus, ait illi, O mulier, magna est fides tua: fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia eius ex illa hora.

Et cùm transisset inde Iesus, venit secus Mare-Galilææ: & ascēdens in montē, sedebat ibi. Marc. 7.d. Isaiæ.35.b ‖Et accesserunt ad eum turbæ multæ, habentes secum mutos, cæcos, claudos, debiles, & alios multos: & proiecerūt eos ad pedes eius, & curauit eos: ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, cæcos videntes: & magnificabant Marc.8.a. Deum Israel. Iesus autem conuocatis discipulis suis, dixit, Misereor turbæ: quia triduo iam perseuerant mecum, & nō habēt quod manducent: & dimittere eos ieiunos nolo, nē deficiant in via. Et dicunt ei discipuli, Vnde ergo nobis in deserto panes tantos, vt saturemus turbam tantam? Et ait illis Iesus, Quot habetis panes? At illi dixerunt, Septē, & paucos pisciculos. Et præcepit turbæ vt discumberēt super terram. Et accipiens septē panes, & pisces, ▷ &' gratias agēs fregit, & ▷.6. dedit discipulis suis, & discipuli dederūt populo. Et comederūt omnes, & saturati sunt. Et quod superfuit de fragmentis tulerunt, septem sportas plenas. Erant autē qui manducauerunt, quatuor millia hominū, extra paruulos & mulieres. Et dimissa turba, ascendit in nauiculam: & venit in fines Magedā.

S. *Iesus signi petitione ipsum tentantes arguit, quod signa temporum non dijudicarent: iubet discipulos cauere à fermēto Phariseorū ac Sadducæorum: ipsosq; interrogat quem ipsum esse dicant, & Petro post illius responsionem promittit claues regni cœlorum: suam autem passionem prædicens, à Petro increpatur: propter quod satanam appellat, docens quemq; propriam crucem tollere, & Deum vnicuiq; iuxta opera sua redditurum.*

CAP. XVI.

Et accessi-

A Marc.8.b. Lucæ.12.g ET accesserunt ad eum Pharisæi & Sadducæi tentantes: & rogauerunt eum vt signum de cœlo ostenderet eis. At ille respondens, ait illis, Facto vespere dicitis, Serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Et mane, Hodie tēpestas, rutilat enim triste cœlum. *Faciem ergo cœli dijudicare nostis: signa autem temporum nō potestis? *Hypocritæ 1. Supra.11.c. Ionæ.2.a. Mar.8.b. Lucæ.12.c ‖Generatio mala & adultera signū quærit: & signum non dabitur ei, ‖nisi signum Ionæ ▷ prophetæ'. Et relictis illis, abijt. ▷.5.

Et cùm venissent discipuli eius trans fretum, obliti sunt panes accipere. Qui dixit illis, Intuemini & cauete à fermēto Pharisæorū & Sadducæorū. B At illi cogitabāt inter se, dicētes, Quia panes non accepimus. Sciens aūt Iesus, dixit. Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes non habetis? Nōdum intelligitis, neq; recordamini quinq; panū, ‖in quinq; millia hominum, & quot cophinos sumpsistis? Supr.14.c. Ioan.6.b. Supr.15.d. neq; septē panū, in quatuor millia hominū, & quot sportas sumpsistis? Quare nō intelligitis quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermēto Pharisæorū & Sadducæorū? Tunc intellexerunt, quia nō dixerit cauendum à fermento panum, sed à doctrina Pharisæorum & Sadducæorū. Marc.8.c. Lucæ.9.c. *me.3. Venit aūt Iesus in partes Cæsareæ-Philippi: & interrogabat discipulos suos, dicēs, Quē *dicūt homines esse filiū hominis? At illi dixerunt, C Alij Ioannem Baptistam, alij autē Eliā, alij Ioan. 6.g. verò Ieremiā, aut vnum ex prophetis. ‖Dicit illis Iesus, Vos autem quem me esse dicitis? Ioan.1.f. Respōdens Simō Petrus dixit, Tu es Christus filius Dei viui. Respōdens autē Iesus dixit ei, Beatus es Simon ‖bar-Ióna: quia caro & sanguis nō reuelauit tibi, sed pater meus qui in cœlis est. Et ego dico tibi quia tu es Petrus: & super hanc petram ædificabo ecclesiā meā, & portæ inferi nō prævalebunt aduersus eā. Isaiæ.22.g ‖Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum ▷ &' in cœlis, & quodcunq; solueris ▷.9. super terrā, erit solutum ▷ &' in cœlis. Tunc præcepit discipulis suis vt nemini dicerent ▷.6. quia ipse esset ▷ Iesus' Christus. Exinde cœpit Iesus ostendere discipulis suis quia oportet eum ire Ierosolymam, & multa pati à senioribus & scribis & principibus sacerdotum, & occīdi, & tertia die resurgere. Et assumens eum Petrus, cœpit increpare illum, dicēs, D Absit à te Domine: nō erit tibi hoc. Qui cōuersus, dixit Petro, Vade post me satana, scādalum es mihi: quia nō sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum. Supr.10.d Marc.8.d. Lucæ.9.c. 14.f. 17.g. Ioan.12.d. Tunc Iesus dixit discipulis suis, ‖Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. ‖ Qui enim voluerit animā suam saluam facere, perdet eam. qui autem perdiderit animam suam propter me, inueniet eā. Quid enim prodest homini, si mundum vniuersum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? ‖ filius Roma.1.a. enim hominis venturus est in gloria patris Marc.9.a. sui cum angelis suis: & tunc reddet vnicuique secundum opera eius. ‖Amen dico vobis, sunt quidam de hic stantibus qui nō gustabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno suo. Lucæ.9.c. Actu.17.g.

S. *Christi in monte transfiguratio, quam iubet discipulos silentio seruare donec à mortuis resurgat: Eliam dicit venturum, imò iam venisse, sed cognitum non fuisse, nempè Iohannem baptistam: puerum lunaticū curat, quē discipuli ob modicam fidem curare nō potuerāt, ostendens quantæ sit virtutis fides similis grano sinapis, ieiunium & oratio: passionem suā prædicit: pro se quoque & Petro didrachma soluit, inuento in ore piscis statēre.*

CAP. XVII.

ET post dies sex *assumit' Iesus Petrum A & Iacōbum & Iohannē fratrem eius, *assumpsit Marc.9.a. & ducit illos in montem excelsum seorsum: Lucæ.9.d. & transfiguratus est ante eos. Et resplenduit facies eius sicut sol: vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyses & Elias cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Iesum, Domine, bonū est nos hic esse: si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi vnū, & Moysi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. ‖Et ecce vox de nube, dicens, Hic est filius 2.Pet.1.d. meus dilectus in quo mihi bene cōplacui: ipsum audite. Et audientes discipuli, ceciderūt in faciē suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitque eis, Surgite, B & nolite timere. Leuantes autē oculos suos, neminē viderunt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte præcepit eis Iesus, dicēs, Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes, Quid ergo Scribæ ‖dicunt quòd Eliā oporteat primum venire? Marc.9.b. Malac.4.b Sup.11.b. *primum.1 At ille respōdens, ait eis, Elias quidē venturus est, * & restituet omnia. dico autem vobis quia Elias iam vēnit, & nō cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcūq; voluerūt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli quia de Iohāne Baptista dixisset eis. ‖Et cum ve- Marc.9.e. nisset ad turbā, accessit ad eū homo genibus Lucæ.9.e. prouolutus ante eū, dicēs, Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & malè patitur nam sæpe cadit in ignē, & crebrò in aquā. & obtuli

Universidad de Deusto
Biblioteca

C obtuli eum discipulis tuis:& non potuerunt
*autem. curare eum.Respondens*Iesus, ait, O generatio incredula & peruersa, quousq; ero vobiscum? vsquequo patiar vos ? Afferte huc illum ad me . Et increpauit illum Iesus: & exijt ab eo dæmonium , & curatus est puer ex illa hora . Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò , & dixerũt , Quare nos non potuimus eijcere illum ? Dixit illis Iesus,
Lucæ.17.b Propter incredulitatẽ vestram. ‖Amen quippe dico vobis , si habueritis fidem sicut granum sinápis, dicetis monti huic, transi hinc illuc:& trãsibit,& nihil impossibile erit vobis.Hoc autem genus non eijcitur nisi per
Marc.9.c. orationem & ieiunium . ‖Conuersantibus
Lucæ.9.c. autem eis in Galilæa,dixit illis Iesus, Filius
Infr.20.c. hominis tradendus est in manus hominũ: & occident eum , & tertia die resurget. Et contristati sunt vehementer.

D Et cùm venissent Capharnaum,accesserunt qui didrachma accipiebant,ad Petrum, & dixerunt ei , Magister vester non soluit didrachma? Ait, Etiam. Et cùm intrasset in domum, præuênit eum Iesus, dicens, Quid tibi videtur Simon ? Reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum?à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit,Ab alienis . Dixit illi Iesus,Ergo liberi sunt filij.Vt autem nõ scandalizemus eos,vade ad mare,& mitte hamum : & eum piscem qui primus ascenderit tolle:& aperto ore eius , inuenies statêrem: illum sumens,da eis pro me & te.

S. *Proposito paruulo docet quisnam maior sit in regno cœlorum , & quàm sit à pusillorum scandalo cauendum : quomodo frater in nos peccans debeat corripi , & ecclesiam non audiens pro ethnico haberi,potestate ligandi atq; soluendi discipulis tradita:docet etiam quàm sit apud Deum efficax duorum petitio sibi consentientiũ,& quoties fratri in nos peccãti sit ignoscendum, accommodata ad hoc parabola de rege rationem cum seruis suis ineunte.*

CAP. XVIII.

A In illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Quis, putas, maior est in regno cœlorum? Et aduocãs Iesus paruulum statuit eum in medio eorum,& dixit,
Marc.9.e. Amen dico vobis, ‖nisi conuersi fueritis,&
Lucæ. 9.f. efficiamini sicut paruuli , non intrabitis in
Infra.19.b regnum cœlorum . Quicunque ergo humi-
1.Co.14.d liauerit se sicut paruulus iste , hic est maior
Marc. 9.f. in regno cœlorum . Et qui susceperit vnum
Lucæ.7.a. paruulum talem in nomine meo , me suscipit.qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt , expedit ei vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris.Væ mundo à scandalis . Necesse est enim vt veniant scandala : veruntamen væ homini illi per
Supra.5.c. quem scandalum venit.‖Si aũt manus tua,
Marc.9.g. vel pes tuus scandalizat te:abscinde eum, & proijce abs te: bonum tibi est ad vitam ingredi debilem vel claudum , quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum . Et si oculus tuus scandalizat te, B erue eum , & proijce abs te: bonum tibi est vnum oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habẽtem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex
Eccle.5.b. his pusillis:dico enim vobis quia‖angeli eo-
Psalm.33.a rum , in cœlis semper vident faciem patris
Luc.19.b. mei qui in cœlis est. ‖Venit enim filius ho-
Lucæ.15.a minis saluare quod perierat.‖Quid vobis videtur? si fuerint alicui centum oues,& errauerit vna ex eis:nonne relinquit nonagintanouem in mõtibus,& vadit quærere eam quæ errauit? & si cõtigerit vt inueniat eam: Amen dico vobis quia gaudet super eam magis , quam super nonagintanouem quæ non errauerunt . Sic non est voluntas ante patrem vestrum qui in cœlis est , vt pereat
Luc.17.a. vnus de pusillis istis . ‖Si autem peccauerit
Leuit.19.d in te frater tuus,vade, & corripe eum inter
Eccle.19.b te & ipsum solum.si te audierit: lucratus eris
Iacob.5.d. fratrem tuum.si autem te non audierit:adhibe tecum adhuc vnum vel duos , vt ‖in ore
Deu.19.b. duorum vel trium testium stet omne ver-
2.Cor.13.a bum. Quòd si non audierit eos: dic ecclesiæ.
Hebr.10.e C si autem ecclesiam non audierit:sit tibi sicut
Iohan.8.c. ‖ethnicus & publicanus.‖Amen dico vobis,
2.The.3.d quæcunque alligaueritis super terram, erunt
1.Cor.5.d. ligata & in cœlo: & quæcunque solueritis
Ioan.20.f. super terram,erunt soluta & in cœlo.Iterum
Lucę.17.a. dico vobis quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re quamcunque petierint , fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Tunc accedens Petrus ad eum,dixit,Domine, quoties peccabit in me frater meus , & dimittam ei? vsque septies? Dixit illi Iesus, Non dico tibi vsque septies:sed vsque septuagies septies . Ideo assimilatum est regnũ cœlorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis.Et cùm cœpisset rationem ponere , oblatus est ei vnus qui debebat ei decem millia talenta . Cùm autem non haberet vnde redderet,iussit eum dominus eius vænundari & vxorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi . Prócidens D autem seruus ille,orabat eum,dicens,Patientiam habe in me,& omnia reddam tibi. Misertus autem dominus serui illius , dimisit eum,& debitum dimisit ei. Egressus autem seruus ille , inuênit vnum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios:& tenens suffocabat eum, dicens, Redde quod debes. Et prócidens cõseruus eius,rogabat eum dicens,Patientiã habe in me,& omnia reddam tibi.Ille autem noluit:sed abijt,& misit eum in carcerem,donec redderet debitum. Videntes autem cõserui eius quæ fiebant, cõtristati sunt valdè:& venerunt, & narrrauerũt domino suo omnia quæ facta fuerãt. Tunc vocauit illũ dominus suus:& ait illi , Serue nequã,omne debitum dimisi tibi,quoniã rogasti me:nónne ergò oportuit & te misereri cõserui tui,sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius , tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet vniuersum debitũ. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis,si nõ remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

S. *Matrimonium docet ex sua institutione esse indissolubile ,nec vxorem extra causam fornicationis posse dimitti:inter varios eunuchos laudat illos qui se castrarunt propter regnum cœlorum:paruulis manus inponit: adolescens qui omnia se seruasse præcepta dicebat,audito Christi consilio de omnibus vendendis abit tristis:difficile ergo asserit diuitẽ intrare regnum cœlorũ,& quid illis præmij sit qui omnibus relictis ipsum sequũtur .* CAP. XIX.

A Et factum est: cùm cõsummasset Iesus sermones istos, migrauit à Galilæa:&
Marc.10.a venît in fines Iudææ trans Iordanem, & secutæ sunt eum turbæ multæ : & curauit eos ibi. ‖Et accesserunt ad eum Pharisæi tentantes enm, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorẽ suam quacunq; ex causa? Qui
Gene.1.d. respondens , ait eis,Nõ legistis quia‖qui fe-
*hominem cit *ab initio,masculum & fœminã fecit eos?
Gene.2.d. Et dixit , ‖Propter hoc , dimittet homo pa-
Ephe.5.g. trem & matrẽ, & adhærebit vxori suæ : & e-
1.Cor.6.d. runt duo in carne vna . itaq; iam non sunt duo:sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit,homo non separet. Dicunt illi, Quid ergo‖Moyses mãdauit dare libellum repudij,
Deut.24.a & dimittere? Ait illis , Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras:ab initio autem non fuit
B sic . ‖Dico autem vobis quia quicunque di-
Supra.5.c. miserit vxorem suam , nisi ob fornicationẽ,
Marc.10.b & aliam duxerit,mœchatur:& qui dimissam
Luc.16.d. duxerit,mœchatur. Dicunt ei discipuli eius,
1.Cor.7.b Si ita est causa hominis cum vxore, non expedit nubere. Qui dixit illis, Non omnes capiunt verbum istud , sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi qui seipsos castrauerunt propter regnum cœlorum. Qui
Marc.10.b potest capere capiat.‖Tũc oblati sunt ei paru-
Luc.18.c. uli,vt manus eis imponeret & oraret. Discipuli autem increpabant eos , Iesus verò ait eis , Sinite paruulos & nolite eos prohibere ad me venire: talium est enim regnum cœlorum: ‖Et cum imposuisset eis manus. Supr.18.a/
abijt inde. ‖Et ecce vnus accedens , ait illi, Marc.10.b
Magister bone,quid boni faciam vt habeam Luc. 18.a.
vitam eternam? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus est bonus, Deus. Si au C
tem vis ad vitam ingredi,serua mandata. Di
cit illi, Quæ? Iesus autem dixit,‖Non homi-
Exo.20.c. cidium facies, Non adulterabis . Non facies furtum.Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum & matrem tuam. Diliges proximum tuum sicut teipsum. Dicit illi adolescens, Omnia hæc custodiui à iuuen- D.I.
tute mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Iesus,Si vis perfectus esse, vade, vende*quæ ha *omnia.
bes,& da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo:& veni , sequere me . Cùm audisset autem adolescens verbum, abijt tristis: erat enim habens multas possessiones . Iesus autem dixit discipulis suis, Amen dico vobis quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico vobis, facilius est camêlum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autẽ his,discipuli mirabantur valde,dicẽtes, Quis ergo poterit saluus esse? Aspiciẽs autẽ D
Iesus,dixit illis, Apud homines hoc impossibile est:apud Deũ aũt omnia possibilia sunt.

Tunc respondens Petrus , dixit ei , Ecce nos reliquimus omnia, & secuti sumus te: quid ergo erit nobis? Iesus autem dixit illis: Amen dico vobis quòd vos qui secuti estis me, in regeneratione cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suæ,sedebitis & vos super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Et omnis qui reliquerit domum,vel fratres,aut sorores,aut patrem,aut matrem,aut vxorẽ,aut filios,aut agros propter nomen meum:centuplum accipiet , & vitam æternam possidebit. ‖Multi autem e- Marc.10.d
runt primi, nouissimi: & nouissimi primi. Lucæ.15.f.
18.c.

S. *Parabolam proponit de operarijs in vineam conductis,quorũ vltimis idẽ datur denarius cum primis: Iesus discipulis passionem ac resurrectionem suã prædicit,& occasione ambitionis filiorũ Zebedæi docet discipulos , quod non potestate & ostensione dominij sed officio ministerij debeant esse maiores: egrediens verò Iericho duos cæcos illuminat.*

CAP. XX.

Simile est regnum cœlorum homini patrifamiliãs qui exijt primo mane conducere operarios in vineam suam.Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno,misit eos in vineam suam . Et egressus circa horam tertiam , vidit alios stãtes in foro otiosos,& dixit illis,Ite & vos

Universidad de Deusto
Biblioteca

meam in vineã: & quod iustum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum autem exijt circa sextam & nonam horã: & fecit similiter. Circa vndecimã vero exijt, & inuenit alios stantes, & dicit illis, Quid hic statis tota die otiosi? Dicunt ei, Quia nemo nos cõduxit. *meam Dicit illis, Ite & vos in vineam*. Cùm sero autem factũ esset, dicit Dominus vineæ pro B curatori suo, Voca operarios, & redde illis mercedẽ, incipiens à nouissimis vsq; ad primos. Cùm venissent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autẽ & primi, arbitrati sunt quòd plus essent accepturi: acceperunt autem & ipsi singulos denarios. Et accipientes murmurabant aduersus patrẽfamiliâs, dicẽtes. Hi nouissimi vna hora fecerũt: & pares illos nobis fecisti qui portauimus põdus diei & æstus. At ille respõdens, vni eorũ dixit, Amice, nõ facio tibi iniuriã: nõne ex denario cõueniſti mecum? Tolle quod tuum est, & vade: volo autẽ & huic nouissimo dare sicut & tibi. Aut nõ licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam est quia ego bonus sum? ‖Sic erunt nouissimi, primi: & primi, nouissimi. multi enim sunt vocati: pauci vero electi. ‖Et ascendens Iesus Ierosolymam, assumpsit duodecim discipulos secreto, & ait illis, Ecce ascẽdimus Ierosolymã, C & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & Scribis, & condẽnabunt eum morte, & tradent eum Gentibus ad illudendum & flagellandum, & crucifigendum, & tertia die resurget. ‖Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedæi cum filijs suis, adorãs & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt sedeãt hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad sinistram in regno tuo. Respondens autem Iesus, dixit, Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Dicunt ei, Possumus. Ait illis, Calicem quidem meum bibetis: sedere autem ad dexteram meam *&* sinistram, non est meum dare vobis: sed quibus paratum est à patre meo. Et audientes decem, indignati sunt de duobus fratribus. ‖Iesus autem vocauit eos ad se: & D ait, Scitis quia principes gentium dominantur eorum: & qui maiores sunt, potestatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus: ‖sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redẽptionem pro multis. Et egredientibus illis ab Iericho, secuta est eum turba multa: & ecce duo cæci sedentes secus viã, audierunt quia Iesus transiret: & clamauerunt dicentes, Domine, miserere nostri, fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt tacerent. At illi magis clamabant dicentes, Domine, miserere nostri, fili Dauid. Et stetit Iesus, & vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi. Domine, vt aperiantur oculi nostri. Misertus autẽ eorum Iesus, tetigit oculos eorũ. Et cõfestim viderũt, & secuti sunt eum.

S. Iesus super asinum Ierusalem cum triumpho ingressus, negotiatores de tẽplo eijcit, & Pharisæis de triumpho indignantibus respõdet: discipulis autem de ficulnea Christi verbo arefacta mirantibus, declarat fidei efficaciam: interrogationem de sua potestate retundit quæstione de Iohannis baptismo: & ex parabolis de homine duos filios habente, & de patrefamiliâs cuius vinitores post alios seruos etiam filium vineæ hæredem occiderunt, præ dicit regnum Dei à Iudæis ad Gẽtes transferendum.

CAP. XXI.

ET cũ appropinquassent Ierosolymis, A & venissent Beth-phage ad Montem-oliueti, tunc Iesus misit duos discipulos, dicens eis, Ite in castellũ quod cõtra vos est, & statim inuenietis asinam alligatam & pullum cum ea: soluite, & adducite mihi. & siquis vobis aliquid dixerit, dicite quia Dominus his opus habet: & confestim dimittet eos. Hoc autem factum est vt adimpleretur quod dictum est per prophetam, dicentem, ‖Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, & sedẽs super asinam & pullum filium subiugalis. Euntes autem discipuli fecerunt sicut præcepit illis Iesus. Et adduxerunt asinam & pullum: & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum désuper sedere fecerunt. Plurima autem turba strauerunt vestimenta sua in via: alij autem cædebãt ramos de arboribus, & sternebãt in via, turbæ autẽ quæ præcedebant & quæ sequebantur, clamabat, dicentes, ‖Hosan-na filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini: hosan-na, in altissimis. Et cùm intrasset Ierosolymam, commota est vniuersa ciuitas, dicens, Quis est hic? Populi autem dicebãt, Hic est Iesus propheta, à Nazareth Galilææ. Et intrauit Iesus in templum Dei: & eijciebat omnes ‖vendentes & emẽtes in tẽplo, & mẽsas numulariorum, & cathedras vẽdentium colũbas euertit, & dicit eis, Scriptũ est, ‖Domus mea domus orationis vocabitur: ‖vos autẽ fecistis illã, spelunca latronum. Et accesserunt ad eũ cæci, & claudi in tẽplo: & sanauit eos. Videntes autẽ principes sacerdotũ & Scribe mirabilia quæ fecit, & pueros clamãtes in tẽplo, & dicẽtes Hosan-na filio Dauid: indignati sunt, & dixerunt ei, Audis quid isti dicunt? Iesus autem dixit eis, Vtiq;. nunquã legistis, ‖Quia ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem? Et relictis illis, abijt foras extra Ciuitatẽ in Bethaniam: ibiq́ue mansit. Manè autem reuertens in Ciuitatem esurijt. ‖Et videns fici arborem vnam secus viã, venit ad eam: & nihil inuẽnit in ea nisi folia tantũ, & ait illi, Nunquã ex te fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta est continuò ficulnea. ‖Et videntes discipuli, mirati sunt dicentes, Quomodo cõtinuò aruit? Respondẽs autem Iesus ait eis, Amen dico vobis, si habueritis fidem, & non hæsitaueritis, non solùm de ficulnea facietis, sed & si monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare: fiet. ‖Et omnia quæcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis. Et cùm venisset in templum, accesserunt ad eum docentem principes sacerdotũ & seniores populi, dicẽtes, ‖In qua potestate hæc facis? Et quis dedit tibi hanc potestatem? Respondens Iesus dixit eis, Interrogabo vos & ego vnum sermonem: quẽ si dixeritis mihi, & ego vobis dicã in qua potestate hæc facio. Baptismus Iohannis vnde erat: è cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter se, dicentes, Si dixerimus è cœlo: dicet nobis, Quare ergo non credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbam. ‖omnes enim *habent* Iohannem sicut prophetã. Et respõdentes Iesu, dixerunt, Nescimus. Ait illis & ipse, Nec ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Quid autẽ vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios: & accedens ad primum dixit, Fili, vade hodie operare in vinea mea. Ille autem respõdens ait, Nolo. Postea autem pœnitẽtia motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit similiter. At ille respondens, ait, Eo domine. Et non iuit. quis ex duobus fecit voluntatẽ patris? Dicũt ei, Primus. Dicit illis Iesus, Amen dico vobis quia publicani & meretrices præcedunt vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Iohannes in via iustitiæ: & non credidistis ei. publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autẽ videntes nec pœnitentiã habuistis postea, vt crederetis ei. Aliam D parabolam audite. Homo erat paterfamiliâs qui plantauit vineã, & sepem circũdedit, & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus est. Cùm autem tempus fructuum appropinquasset, misit seruos suos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehensis seruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterum misit alios seruos plures prioribus: & fecerunt illis similiter. Nouissimè autem misit ad eos filium suum, dicẽs, Verebuntur filiũ meum. Agricolæ autem videntes filium dixerunt intra se, ‖Hic est hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehensum eum eiecerunt extra vineã, & occiderunt. Cùm ergo venerit dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi, Malos malè perdet: & vineam suam locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus suis. ‖Dicit illis Iesus, Nunquàm legistis in scripturis, Lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic est factus in caput anguli? A Domino factum est istud: & est mirabile in oculis nostris? Ideo dico vobis quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur gẽti facienti fructus eius. ‖Et qui ceciderit super lapidẽ istum, confringetur: super quem verò ceciderit, conteret eũ. Et cùm audissent principes sacerdotũ & Pharisæi parabolas eius: cognouerũt quòd de ipsis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam sicut prophetam eum habebant.

S. Parabola de rege qui fecit nuptias filio suo, in quibus discumbens absque veste nuptiali in tenebras eijcitur exteriores: tentatur Iesus à Pharisæis super censu dando Cæsari, & à Sadducæis super resurrectione, quorum redarguit insciitam, mortuorum euincens resurrectionem: rursumq́ue à legis doctore tentatur super magno legis mãdato: vicissim quoq; interrogat Pharisæos cuius filius sit Christus.

CAP. XXII.

ET respondens Iesus dixit iterum in pa A rabolis eis, dicens, ‖Simile factum est regnũ cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandiũ meum paraui, tauri mei & altilia occisa, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autẽ neglexerunt: & abierũt, alius in villã suam: alius verò ad negotiationẽ suam: reliqui verò tenuerunt seruos eius, & cõtumelijs affectos occiderunt. Rex autẽ cùm audisset, iratus est: & missis exercitibus suis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorũ succendit. Tunc ait seruis suis, Nuptiæ quidem paratæ sunt: sed qui inuitati erãt, nõ fuerunt digni. ite ergo ad exitus viarum, & quoscunque inueneritis, vocate ad nuptias. Et egressi serui eius in vias, cõgregauerunt omnes quos inuenerunt: malos & bonos: & impletæ sunt nuptiæ discumbentium. Intrauit autem rex vt videret discumbentes: & vidit ibi hominem non vestitum veste nuptiali. Et ait illi, Amice quomodo huc intrasti non B habẽs vestem nuptialem? At ille obmutuit.

Supra.13.f. g.8.b. Tunc dixit rex miniſtris ,‖Ligatis manibus
& pedibus eius mittite eum in tenebras ex-
teriores:ibi erit fletus & ſtridor dentiū. Mul
Mar.12.b.c Lucæ.10.d Infra.25.c. ti enim ſunt vocati, pauci verò electi, ‖Tūc
abeuntes Phariſæi, cōſilium inierunt vt ca-
perent eum in ſermone. Et mittunt ei diſci-
pulos ſuos cum Herodianis, dicētes . Magi-
ſter, ſcimus quia verax es,& viam Dei in ve-
ritate doces,& nō eſt tibi cura de aliquo. nō
enim reſpicis perſonā hominū: dic ergo no-
bis quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæ-
ſari, an nō? Cognita autē Ieſus nequitia eo-
rū, ait, Quid me tentatis hypocritæ? oſtēdite
mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei
denarium. Et ait illis Ieſus, Cuius eſt imago
hæc,& ſuperſcriptio? Dicūt ei, Cæſaris. Tūc
Roma.13.e ait illis,‖Reddite ergo quæ ſunt Cæſaris, Cæ
ſari:& quæ ſunt Dei, Deo. Et audientes mi-
C rati ſunt,& relicto eo abierunt. In illo die ac
ceſſerūt ad eum Sadducæi, qui dicunt nō eſſe
reſurrectionem:& interrogauerunt eum, di-
Marci.12.b centes, Magiſter,‖Moyſes dixit, Si quis mor-
Luc.20.d. Actu.23.b. tuus fuerit non habens filium. vt ducat fra-
Deut.25.b ter eius vxorem illius,& ſuſcitet ſemen fratri
ſuo. Erant autem apud nos ſeptem fratres: &
primus vxore ducta defunctus eſt: & nō ha-
bens ſemen, reliquit vxorē ſuam fratri ſuo. Si
militer ſecundus & tertius vſq; ad ſeptimū.
Nouiſsime autem omnium & mulier defun
cta eſt . In reſurrectione ergò, cuius erit de
ſeptem, vxor? omnes enim habuerunt eam.
Reſpōdens autem Ieſus ait illis, Erratis, neſ-
cientes ſcripturas, neq; virtutē Dei. In reſur
rectione enim neq; nubent, neque nubētur?
ſed ſunt ſicut angeli Dei in cœlo. De reſurre-
Exodi.3.b. ctione autem mortuorum nō legiſtis‖quod
dictū eſt à Deo dicente vobis, Ego ſum De-
us Abraham , & Deus Iſaac, & Deus Iacob?
D Nō eſt Deus mortuorum ſed viuentium . Et
audientes turbæ , mirabantur in doctrina e-
Lucę.10.e. ius . Phariſæi autem audientes quòd ſilen-
Marci.12.c. tium impoſuiſſet Sadducæis conuenerunt in
vnū:& interrogauit eum vnus ex eis legis do
ctor, tentans eum, Magiſter, quod eſt man-
Deut.6.a. datum magnum in Lege? Ait illi Ieſus, Dili-
ges Dominum Deum tuum ex toto corde
tuo , & in tota anima tua, & in tota mente
Marci.12.c tua. Hoc eſt maximum & primū mandatū.
Leuit.19.d Secundum autem ſimile eſt huic, ‖Diliges
proximū tuum ſicut teipſum. In his duobus
mandatis vniuerſa lex pendet & prophetæ.
Congregatis autem Phariſæis, interroga
Marci.12.d uit eos Ieſus, dicens, ‖Quid vobis videtur de
Luc.20.d. Chriſto? cuius filius eſt? Dicunt ei, Dauid.
Ait illis , Quomodo ergò Dauid in Spiritu
Pſal.109.a vocat eum Dominum, dicens,‖Dixit Domi
nus Domino meo , ſede à dextris meis , do-
nec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum
tuorum ? Si ergò Dauid vocat eum Domi-
num: quomodo filius eius eſt? & nemo pote
rat ei reſpondere verbum : neque auſus fuit
quiſquā ex illa die eū amplius interrogare.

S. *Scribis & Phariſæis ſuper cathedram Moy-
ſi ſedentibus præcepit Ieſus obedire, ipſorum
autem opera nō imitari, retegens ipſorum hy
pocriſim & ambitionem, diſcipulos verò con-
trariam docens humilitatē: deinde multiplex
væ illis ob hypocriſim ac reliquas ſuas iniqui
tates interminatur, prædicens eos patrum ſuo
rum menſuram in iuſtorum perſecutionibus
impleturos, ac Ieruſalem deſerendam.*

CAP. XXIII.

TVnc Ieſus locutus eſt ad turbas & ad A
diſcipulos ſuos, dicens, Super cathe- 2.Eſd.8.a.
dram Moyſi ſederunt ‖Scribæ & Pha Lucæ.11.g.
riſæi . Omnia ergo quæcunque dixerint vo-
bis , ſeruate & facite : ſecundum opera vero
eorum nolite facere. dicunt enim & non fa- Actu.15.e.
ciūt.‖Alligant enim onera grauia & impor-
tabilia,& imponunt in humeros hominum:
digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia
vero opera ſua faciunt vt videantur ab ho- Deut.6.b.
minibus . dilatant enim‖phylacteria ſua , & 22.b.
magnificant fimbrias . ‖Amant autem pri- Num.15.d
mos recubitus in cœnis , & primas cathe-
dras in ſynagogis , ‖& ſalutationes in foro, Marci.12.d Lucæ.11.f.
& vocari ab hominibus , rabbi . Vos autem &.20.g.
nolite vocari rabbi. vnus eſt enim magiſter
veſter, omnes autē vos, fratres eſtis . Et‖pa- Iaco.b3.a. Mala.1.b.
trem nolite vocare vobis ſuper terram: vnus B
eſt enim pater veſter qui in cœlis eſt . Nec
vocemini magiſtri: quia magiſter veſter, v-
nus eſt , Chriſtus. ‖Qui maior eſt veſtrum, Lucæ.14.e 18.c.
erit miniſter veſter . Qui autem ſe exalta-
uerit, humiliabitur: & qui ſe humiliauerit,
exaltabitur. Væ autem vobis Scribæ & Pha-
riſæi hypocritæ : quia clauditis regnum cæ-
lorum ante homines . vos enim non intra- p.8.
tis: nec introeuntes ſinitis intrare . ▹Væ vo- Marci.12.d
bis Scribæ & Phariſæi hypocritæ : quia co- Luc.20.g.
meditis domos viduarum , orationes lon-
gas orantes. Propter hoc amplius accipietis
iudicium’ . Væ vobis Scribæ & Phariſæi
hypocritæ : quia circuitis mare & aridam,
vt faciatis vnum proſelytum : & cum fue-
rit factus , facitis eum filium gehennæ du-
plo quàm vos , Væ vobis duces cæci, qui di-
citis, Quicunque iurauerit per templum, ni-
hil eſt:‖qui autem iurauerit in auro tēpli, de 2.Para.6.a 3.Reg.8.b
bet. Stulti & cæci quid enim maius eſt, au-
rum an templum quod ſanctificat aurum? Et
quicunque iurauerit in altari , nihil eſt : qui
cunq; autē iurauerit in dono quod eſt ſuper
illud, debet. Cæci, quid enim maius eſt, do- C
nū, an altare quod ſanctificat donū. Qui ergo
iurat in altari, iurat in eo, & in omnibus quæ
ſuper illud ſunt:& quicunq; iurauerit in tē-
plo, iurat in illo & in eo qui habitat in ipſo:
& qui iurat in cœlo, iurat in throno Dei &
in eo qui ſedet ſuper eum . Væ vobis Scribæ
Lucæ.11.f. Num.18.d & Phariſæi hypocrytæ: quia decimatis men
tam & anethum & cyminum, & reliquiſtis
quæ grauiora ſunt legis, iudiciū , & miſeri-
cordiā, & fidem. hæc oportuit facere,& illa
nō omittere. Duces cæci, excolantes culicē,
camelum autem glutientes . Væ vobis Scri-
bæ & Phariſæi hypocrytæ : quia mundatis
quod déforis eſt , calicis & paropſidis, in-
'plena ſunt 7. tùs autem pleni eſtis ’ rapina & immundi-
tia. Phariſæe cæce, munda prius quod intùs
D eſt, calicis & paropſidis, vt fiat id quod défo-
ris eſt, mundum. Væ vobis Scribæ & Phari-
ſæi hypocrytæ. quia ſimiles eſtis ſepulchris
dealbatis, quæ áforis parent hominibus ſpe-
cioſa, intùs verò plena ſunt oſsibus mortuo
rum. & omni ſpurcitia. ſic & vos áforis qui-
dem paretis hominibus iuſti: intus autē ple
ni eſtis hypocriſi & iniquitate . Væ vobis
Scribæ & Phariſæi hypocrytæ: quia ædifica-
tis ſepulchra prophetarū , & ornatis monu-
menta iuſtorū,& dicitis, Si fuiſſemus in die-
bus patrū noſtrorū , non eſſemus ſocij eorū
in ſanguine prophetarum. itaq; teſtimonio
eſtis vobiſmetipſis quia filij eſtis eorum qui
prophetas occiderunt. Et vos implete men-
ſurā patrum veſtrorum. Serpentes genimina
viperarū, quomodo fugietis, à iudicio gehē-
næ? Ideo ecce ego mitto ad vos prophetas &
ſapientes & ſcribas , & ex illis occidetis &
crucifigetis,& ex eis flagellabitis in ſynagó-
gis veſtris,& perſequemini de ciuitate in ci-
Gene.4.b. uitatem : vt veniat ſuper vos omnis ſanguis
iuſtus qui effuſus eſt ſuper terrā, ‖à ſangui-
Heb.11.a. ne Abel iuſti vſque ad ſanguinem Zacha-
riæ filij Barachiæ , ‖quē occidiſtis inter tem
2.Par.24.f plum & altare. Amen dico vobis, veniēt hæc
omnia ſuper generationem iſtā.‖Ieruſalem
Ieruſalem, quæ occîdis prophetas, & lapidas
Lucæ.13.g. 4.Eſd.1.c. eos qui ad te miſsi ſunt, quoties volui cōgre
gare filios tuos‖quemadmodum gallina cō-
gregat pullos ſuos ſub alas , & noluiſti? Ec-
ce relinquetur vobis domus veſtra deſerta.
Dico enim vobis , non me videbitis ámodo
donec dicatis, Benedictus qui venit in nomi
ne Domini.

S. *Prædicit templi euerſionē, monetq́ue vt ca-
ueāt à vēturis ſeductoribus, futura prænun-
tiās bella ac perſecutiones: ſurgēt pſeudochri-
ſti, & pſeudoprophetæ: de aduentu filij homi-
nis, præcedentibus ſignis in ſole, luna & ſtel-
lis: omnibus ignotum dicit Chriſtus diem iu-
dicij: & de fideli ac malo ſeruo, propter quæ
docet ſemper eſſe vigilandum.*

CAP. XXIIII.

ET egreſſus Ieſus de templo, ibat. Et ac- A
ceſſerunt diſcipuli eius vt oſtenderent Marc.13.a.
ei ædificationes templi. Ipſe autem re- Luc.21.b.
ſpondens dixit illis, Videtis hæc omnia? A-
men dico vobis , non relinquetur hîc lapis
ſuper lapidem qui non deſtruatur. ‖Sedente Lucæ.19.g
autem eo ſuper Montem-olìueti, acceſſerūt
ad eum diſcipuli ſecretò, dicentes, Dic no-
bis, quando hæc erunt? & quod ſignum ad-
uentus tui,& cōſummationis ſæculi?‖Et re- Ephe.5.b.
ſpondens Ieſus dixit eis. Videte ne quis vos Colo.2.d.
ſeducat. multi enim veniēt in nomine meo,
dicentes, Ego ſum Chriſtus:& multos ſedu
cent. Audituri enim eſtis prælia & opinio-
nes præliorum. Videte ne turbemini . opor-
tet enim hæc fieri: ſed nondum eſt finis. con
ſurget enim gens in gentem , & regnum in
regnum:& erunt peſtilentiæ,& fames,& ter
ræmotus per loca. hæc autem omnia, initia
ſunt dolorum. ‖Tunc tradent vos in tribula Ioha.15.c.
tionem,& occîdēt vos: & eritis odio omni- 16.a. Supr.10.c.
bus gentibus propter nomen meum. Et tunc B
ſcādalizabuntur multi : & inuicem tradent:
& odio habebunt inuicem. Et multi pſeudo
prophetæ ſurgent : & ſeducent multos . Et
quoniam abundabit iniquitas : refrigeſcet
charitas multorum . qui autem perſeuera-
uerit vſq; in finē, hic ſaluus erit. Et prædica
bitur hoc Euāgelium regni in vniuerſo or-
be, in teſtimonium omnibus gētibus:& tunc
veniet conſummatio. ‖ Cùm ergo videritis Marci.13.b
abominationē deſolationis, quæ dicta eſt‖à Lucę.21.d. Dani.9.g.
Daniele propheta , ſtantem in loco ſancto
(qui legit intelligat) tunc qui in Iudæa ſunt,
fugiāt ad montes:& qui in tecto nō deſcen-
dat tollere aliquid de domo ſua: & qui in a-
gro, nō reuertatur tollere tunicā ſuā. Væ au-
tem prægnātibus & nutrientibus in illis die
bus. Orate autē vt nō fiat fuga veſtra in hye
me vel‖ſabbatho . erit enim tunc tribulatio Actu.1.b.
magna qualis nō fuit ab initio mundi vſq;
modo, neq; fiet. Et niſi breuiati fuiſſent dies
illi, non fieret ſalua omnis caro, ſed propter
electos breuiabuntur dies illi. ‖Tunc ſi quis Marc.13.c.
vobis dixerit, Ecce hîc eſt Chriſtus, aut illic: Lucæ.17.e
nolite credere . ſurgent enim pſeudochriſti
& pſeudoprophetæ: & dabunt ſigna magna
& prodigia, ita vt in errorem inducantur (ſi
fieri poteſt) etiā electi . Ecce prædixi vobis. C
Si ergo dixerint vobis , Ecce in deſerto eſt:
nolite exire . Ecce in penetralibus : nolite
credere . Sicut enim fulgur exit ab Oriente,
& paret vſq; in Occîdentem : ita erit & ad-
uentus filij hominis. Vbicūq; fuerit corpus,
illic cōgregabuntur & aquilæ. ‖Statim autē Marci.13.c
poſt tribulationem dierum illorum ſol ob- Lucæ.21.e Ezec.32.b
ſcurabitur,& luna nō dabit lumen ſuum, & Iſaiæ.13.b.
ſtellæ cadent de cœlo , & virtutes cœlorum Ioe.3.f.

Universidad de Deusto
Biblioteca

cõmouebũtur:& tunc parebit signũ filij ho
minis in cœlo:& tunc plangẽt omnes tribus
terræ: & videbunt filiũ hominis venientẽ in
nubibus cœli cum virtute multa & maiesta
Apoca.1.b te.||Et mittet angelos suos cum tuba & voce
1.Cor.15.g magna:& congregabunt electos eius à qua-
tuor ventis à summis cœlorum vsq; ad ter-
minos eorum. Ab arbore autem fici discite
parabolã. cum iam ramus eius tener fuerit
& folia nata, scitis quia propè est æstas. ita
& vos, cũ videritis hæc omnia, scitote quia
propè est in ianuis. Amẽ dico vobis quia nõ
præteribit generatio hæc donec omnia hæc
Marc.13.d fiant.||Cœlum & terra transibunt: verba au
Lucæ.17.f. tem mea nõ præteribunt. De die autem illa
& hora nemo scit, neq; angeli cœlorũ, nisi
solus pater. Sicut autem in diebus Noe: ita
Gene.7.b. erit & aduentus filij hominis||sicut enim e-
D rant in diebus ante diluuium comedẽtes &
bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vs-
que ad eum diẽ quo intrauit Noe in arcã,
& nõ cognouerunt donec vènit diluuium,
Lucæ.17.g & tulit omnes: ita erit & aduentus filij ho-
1. Thes.4.d minis. ||Tunc duo erunt in agro:vnus assu-
metur, & vnus relinquetur. duæ molẽtes in
Lucæ.12.e mola: vna assumetur, & vna relinquetur.
Marc.13.g *||Vigilate ergo quia nescitis qua hora Do-
**duo in lecto. vnus assumetur, & vnus relinquetur.* minus vester venturus sit.||Illud autem sci-
tote quoniã si sciret paterfamiliâs qua hora
fur venturus esset, vigilaret vtique, & nõ si-
neret perfodi domũ suam. Ideo & vos esto-
te parati: quia qua nescitis hora filius homi
Lucæ.12.e nis venturus est.||Quis, putas, est fidelis ser-
uus & prudens, quem constituit Dominus
suus super familiam suam, vt det illis cibum
Apoc.16.c in tempore?||Beatus ille seruus, quem, cùm
venerit dominus eius, inuenerit sic facien-
tem. amen dico vobis quoniã super omnia
bona sua constituet eum. Si autem dixerit
malus seruus ille in corde suo, Moram facit
Dominus meus venire: & cœperit percute-
re conseruos suos, manducet autem & bibat
cum ebriosis: veniet dominus serui illius in
die qua nonsperat, & hora qua ignorat, &
diuidet eum, partemque eius ponet cum hy-
Supra.13.f pocrytis.||illic erit fletus & stridor dentium.
Infra.25.c

S. *Parabolas proponit de decem virginibus, ac talentis distributis seruis: quorum dominus peregrè rediens singulos præmiat aut punit iuxta ipsorum merita: extremum iudicium pònit ob oculos, & causas præmiationis bonorum, ac punitionis malorum.*

CAP. XXV.

A TVnc simile erit regnũ cœlorum de-
cem virginibus: quæ accipientes lam
pades suas exierunt obuiàm sponso
& sponsæ. Quinque autem ex eis erant fa-
tuæ, & quinque prudentes, sed quinque fa-
tuæ, acceptis lampadibus, nõ sumpserunt o-
leum secum: prudentes verò acceperunt o-
leum in vasis suis cum lampadibus. Moram
autẽ faciente spõso, dormitauerunt omnes
& dormierunt. Media autem nocte clamor
factus est, Ecce spõsus venit, exite obuiã ei.
tunc surrexerunt omnes virgines illæ: & or
nauerunt lãpades suas. Fatuæ autem sapien-
tibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro:
quia lãpades nostræ extinguuntur. Respõde
runt prudentes, dicentes, Ne fortè nõ suffi-
ciat nobis & vobis, ite potius ad vendentes:
& emite vobis. Dum autem irent emere, vẽ
nit spõsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt
cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouis ▷.6.
simè▷verò'veniunt & reliquæ virgines. di-
centes, Domine, Domine, aperi nobis. At il-
le respondens, ait, Amen dico vobis nescio Marci.13.d
vos.||Vigilate itaq; quia nescitis diem neque Luc.19.b.
horam. ||Sicut enim homo peregre proficis- B
cens, vocauit seruos suos, & tradidit illis bo-
na sua. Et vni dedit quinque talẽta, alij
autem duo, alij verò vnum, vnicuiq; secun-
dum propriã virtutem: & profectus est sta-
tim. Abijt autem qui quinque talenta acce-
perat, & operatus est in eis, & lucratus est a-
lia quinque. Similiter & qui duo acceperat,
lucratus est alia duo. Qui autem vnum acce
perat, abiens fodit in terram, & abscõdit pe-
cuniã domini sui. Post multum verò tempo
ris venit dominus seruorum illorum, & po-
suit rationem cum eis. Et accedens qui quin
que talenta acceperat, obtulit alia quinque
talenta, dicens, Domine, quinq; talenta tra-
didisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus
sum. Ait illi dominus eius, Euge serue bone C
& fidelis quia super pauca fuisti fidelis, su-
per multa te constituã: intra in gaudiũ domi
ni tui. Accessit autẽ & qui duo talenta acce-
perat, & ait, Domine, duo talenta tradidisti
mihi: ecce alia duo lucratus sum. ait illi do-
minus eius, Euge serue bone & fidelis quia
super pauca fuisti fidelis, super multa te con
stituã: intra in gaudiũ domini tui. Accedens
autem & qui vnum talentum acceperat, ait
Domine, scio quia homo durus es, metis vbi
non seminasti, & cõgregas vbi nõ sparsisti:
& timens abij, & abscõdi talentum tuum in
terra: ecce habes quod tuum est. Respondens
autem dominus eius, dixit ei, Serue male &
piger, sciebas quia meto vbi non semino, &
congrego vbi non sparsi: oportuit ergo te
cõmittere pecuniã meam numularijs, & ve-
niens ego recepissem vtiq; quod meũ est cũ
vsura. Tollite itaq; ab eo talẽtum, & date ei Supra.13.b
qui habet decẽ talẽta. ||omni enim habẽti da Marc.4.c.
bitur, & abundabit: ei autẽ qui non habet, & Luc.8.c.
quod videtur habere auferetur ab eo. Et inuti 19.d
lem

lem seruũ eijcite in tenebras exteriores. Il-
lic erit fletus & stridor dentium. Cùm autẽ
venerit filius hominis in maiestate sua, &
omnes angeli cum eo, tũc sedebit super sedẽ
maiestatis suæ: & cõgregabuntur ante eum
omnes gentes, & separabit eos abinuicem, si
cut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet
oues quidẽ à dextris suis, hœdos autẽ à sini-
stris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius e-
runt, Venite benedicti patris mei, posside te
D paratum vobis regnum à cõstitutione mun
Isaiæ.58.b di.||esuriui enim: & dedistis mihi mãducare.
Ezec.18.b. sitiui: & dedistis mihi bibere. hospes erã: &
Eccle.7.d. collegistis me. nudus: & operuistis me.||in-
firmus: & visitastis me. in carcere erã: & ve-
nistis ad me. Tunc respõdebunt ei iusti, di-
centes, Domine, quando te vidimus esurien
tem, & pauimus: sitientẽ & dedimus tibi po
tum? quãdo autem te vidimus hospitem, &
collegimus te: aut nudum, & cooperuimus
te? aut quando te vidimus infirmum, aut in
carcere: & venimus ad te? Et respõdens rex,
dicet illis. Amen dico vobis, quandiu feci-
stis vni ex his fratribus meis minimis, mihi
fecistis, Tunc dicet & his qui à sinistris e-
Psalm.6.c runt,||Discedite a me maledicti in ignem æ-
Supra.7.d. ternum, qui paratus est diabolo & angelis
Lucæ.13.f. eius. esuriui enim: & nõ dedistis mihi man-
ducare. sitiui: & nõ dedistis mihi potũ. hos-
pes eram: & nõ collegistis me. nudus: & nõ
operuistis me. infirmus, & in carcere: & nõ
visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi,
dicentes, Domine quando te vidimus esu-
rientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nu
dum, aut infirmum, aut in carcere: & nõ mi-
nistrauimus tibi? Tunc respõdebit illis, di-
Iohan.5.c. cens. Amen dico vobis, quandiu nõ fecistis
vni de minoribus his, nec mihi fecistis.||Et
ibunt hi, in supplicium æternum: iusti au-
tem, in vitam æternam.

S. *Cõsultant principes sacerdotum de occidendo Iesu, qui vnguẽto pretioso à muliere perfunditur, murmurantibus discipulis: venditur à Iuda, de cuius proditione discipulis in cœna loquitur, in qua panẽ in corpus suum & vinum in sanguinem cõsecrata tradit discipulis: prædicit omnes scandalizandos trinamque Petri negationem: & post trinã orationem capitur à Iudæis, quorum vni Petrus abscidit auriculam: discipulis fugientibus, corã Caipha à falsis testibus accusatus, mortisque reus iudicatus, cõspuitur ac cæditur, & ter à Petro negatur.* CAP. XXVI.

Marci.14.a A ET factum est: cùm cõsummasset Iesus
Lucæ.22.c sermones hos omnes, dixit discipulis
suis, Scitis quia post biduum Pascha
fiet, & filius hominis tradetur vt crucifiga-
tur. Tunc cõgregati sunt principes sacerdo-
tum & seniores populi in atriũ principis sa
cerdotum, qui dicebatur Caiphas: & consi-
lium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & oc
ciderent. Dicebãt autem, Nõ in die festo, ne
fortè tumultus fieret in populo. Cùm autẽ Iohan.12.a.
Iessus esset in Bethania in domo Simônis Marci.14.a
Leprosi, accessit ad eum mulier habens ala
bastrũ vnguenti pretiosi, & effudit super ca
put ipsius recũbentis. videntes autẽ discipu
li, indignati sunt dicentes, Vt quid perditio
hæc? potuit enim istud vænundari multo, &
dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis
Quid molesti estis huic mulieri? opus enim
bonũ operata est in me. nã semper pauperes
habebitis vobiscum: me autẽ nõ semper"ha *"habebitis.*
betis'. Mittens enim hæc vnguentũ hoc in
corpus meum: ad sepeliendum me fecit. A-
men dico vobis, vbicunq; prædicatum fue-
rit hoc Euãgelium in toto mundo, dicetur B
& quod hæc fecit, in memoriã eius. ||Tunc Marc.14.b
abijt vnus de duodecim qui dicebatur Iudas Lucæ.22.a
Iscariótes, ad principes sacerdotũ: & ait illis,
Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tra
dã? At illi cõstituerunt ei triginta argẽteos.
Et exinde quærebat opportunitatẽ vt eum
traderet. Prima autem▷die'Azymorũ acces ▷.5.
serunt discipuli ad Iesum, dicentes, Vbi vis Marc.14.b
paremus tibi comedere Pascha? At Iesus di- Lucæ.22.a
xit, ite in ciuitatẽ ad quendã: & dicite ei, Ma
gister dicit. Tẽpus meum propè est, apud te
facio Pascha cum discipulis meis. Et fece-
runt discipuli sicut cõstituit illis Iesus: & pa
rauerunt Pascha. Vespere autẽ facto, discum Marc.14.b
bebat cum duodecim discipulis suis. Et eden Lucæ.22.b
tibus illis dixit, Amen dico vobis quia vnus Iohan.13.b
vestrum me traditurus est. Et cõtristati val
dè. cœperunt singuli dicere, Nunquid ego
sum Domine? At ipse respondens, ait, Qui
intingit mecum manũ in paropside, hic me C
tradet. Filius quidem hominis vadit, ||sicut Psal.40.c.
scriptum est de illo: væ autẽ homini illi per
quem filius hominis"tradetur', bonum erat *"traditur.2.*
ei, si natus non fuisset homo ille. Respon-
dens autem Iudas qui tradidit eum, dixit,
Nuquid ego sum Rabbi? Ait illi, Tu dixisti. 1.Cor.11.e.
Cœnantibus autẽ eis, accepit Iesus panem,
& benedixit, ac fregit: deditq; discipulis suis,
& ait, Accipite, & comedite: hoc est corpus
meũ. Et accipiens calicẽ, gratias egit: & de-
dit illis, dicens, Bibite ex hoc omnes. Hic est
enim sanguis meus noui testamenti, qui pro
multis effundetur in remissionẽ peccatorũ.
Dico autem vobis, non bibã àmodo de hoc
genimine vitis vsque in diem illum, cùm il-
lud bibam vobiscum nouum, in regno pa-
tris mei. Et hymno dicto, exierunt in mon- Marc.14.c
tem olîueti. Tunc dicit illis Iesus, ||Omnes Lucæ.22.d
vos scandalum patiemini in me, in ista no- Iohan.16.a, 18.a.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Zach.13.c. cte. Scriptum est enim, ‖Percutiã pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, ‖præcedam vos in Galilæã.
Marc.16.b Respondens autem Petrus, ait illi, Etsi omnes scãdalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus, Amen dico tibi quia in hac nocte antequàm gallus cantet ter me negabis. ‖Ait illi Petrus, Etiã si oportuerit me mori tecum, nõ te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit
Marc.14.d Luc.22.d. Iesus cum illis in villã quæ dicitur ‖Gethsemani: & dixit discipulis suis, Sedete hic, donec vadã illuc, & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit cõtristari & mœstus esse. Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsq; ad mortem: sustinete hic, & vigilate mecum. Et progressus pusillum, prócidit in faciẽ suam, orans, & dicẽs, Pater mi, si possibile est, trãseat à me calix iste. Veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro, Sic? nõ potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate vt non intretis in tentationẽ. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Iterum secundò abijt: & orauit dicens, Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibã illum: fiat voluntas tua. Et venit iterum. & inuenit eos dormientes. erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterum abijt: & orauit tertiò, eundem sermonem dicens'. Tunc venit ad discipulos suos, & dicit illis, Dormite iã, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite eamus: ecce
Marc.14.e Lucæ.22.e Iohan.18.a *appropinquabit. 'tradit.5. 'appropinquauit, qui me 'tradet'. Adhuc eo loquente, ecce Iudas vnus de duodecim vênit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, missi à principibus sacerdotũ & senioribus populi. Qui
E autem tradidit eum, dedit illis signum, dicens, Quemcunque osculatus fuero, ipse est: tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et osculatus est eum. Dixitque illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum: & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu. extendens manum, exemit gladium suum: & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suum. ‖omnes enim
Gene.9.a. Apoc.13.c qui acceperint gladium, gladio peribũt. An
*modo.2. ▷.2 putas quia non possum *rogare patrẽ meum & exhibebit mihi ▷modo' plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo
Isai.53.c.d implebuntur ‖scripturæ, quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquam ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me? quotidie apud vos sedebam docens in templo: & non me tenuistis.
Hoc autem totum factum est, ‖vt adimplerentur scripturæ prophetarum. Tunc discipuli omnes, ‖relicto eo fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caiphã principẽ sacerdotum, vbi Scribæ & seniores cõuenerant. Petrus autem sequebatur eum à longe, vsque in atrium principis sacerdotũ. Et ingressus introrsùm, sedebat cum ministris: vt videret finem. 'Principes' autem sacerdotum & *Principes. omne cõcilium quærebant falsum testimonium contra Iesum, vt eum morti traderent: & non inuenerunt, cùm multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerunt duo Iohan.2.d. falsi testes: & dixerunt, Hic dixit, ‖Possum destruere tẽplum Dei, & post triduum reædificare illud. Et surgens princeps sacerdotum, ait illi, Nihil respõdes ad ea quæ isti aduersum te testificãtur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotũ ait illi, Adiuro te per Deũ viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. verumtamen dico vobis, àmodo videbitis ‖filiũ ho- Supr.16.d. 1.The.4.d minis sedentem à dextris virtutis Dei, & ve- Rom.14.d nientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit: Quid adhuc egemus testibus? ecce, nunc audistis blasphemiam, quid vobis
G videtur? At illi respondentes dixerunt, Reus Isaiæ.50.e est mortis. ‖Tunc expuerunt in faciem eius: Marc.14.g & colaphis eum ceciderunt, alij autem pal- Lucæ.22.f Ioan.18.c mas in faciem eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe: quis est qui te percusit? Petrus verò sedebat foris, in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicẽs. Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ▷ancilla': & ▷.3. ait his qui erant ibi, Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant: & dixerunt Petro, Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc cœpit detestari & iurare quia non nouisset hominem. Et continuò gallus cãtauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu quod dixerat, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

S. *Iudas relatis argenteis laqueo se suspendit: Iesus coram Pilato accusatus non respondet, vxor autem Pilati dicit ipsum iustum: præeligitur tamen Barabbas: Pilatus lotis manibus Iesum flagellatum tradit crucifigendum: qui à militibus multipliciter illusus ducitur ad crucifigendum, & felleo vino potatus inter latrones crucifigitur, diuisis ipsius vesti-*

mentis: & à varijs multæ iactantur in ipsum blasphemiæ: suboriuntur tenebræ: & clamans Iesus Eli, acetoque potatus, cum clamore expirat, ac signa varia fiũt: corpus Iesu à Ioseph sepultum, custoditur à militibus. CAP. XXVII.

A Marc.15.a. Lucę.23.a. Iohan.18.e MAne autem facto consilium inierũt omnes principes sacerdotũ & seniores populi aduersus Iesum, vt eum morti traderent. Et vinctũ adduxerunt eum, & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quod damnatus esset: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens, Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens ‖laqueo se suspendit. Principes
Actu.1.c. autem sacerdotum acceptis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in corbanam: quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito emerunt ex illis agrum figuli in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, ‖Hacel-dama, hoc est ager
Actu.1.c. sanguinis, vsque in hodiernum diem. Tunc
Zach.11.c. impletum est quod dictum est per Ieremiã prophetam, dicentem, ‖Et acceperunt triB ginta argenteos pretium appretiati quem appretiauerunt à filijs Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Iesus autem stetit ante præsidem, ‖& Marc.15.a Lucæ.23.a Ioan.18.f. interrogauit eum præses, dicens, Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Iesus, Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autem solennem consueuerat præses populo dimittere vnum vinctum quem voluisset: habebat autem tunc vinctũ insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis di
C mittam vobis: Barabban, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicens, Nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autẽ sacerdotum & seniores persuaserunt populis vt peterent Barabban, Iesum verò perderent. Respondens autem præses, ait illis, Quem vultis vobis de duo-
Marc.15.b Lucæ.23.b Ioan.18.g. 19.c. bus dimitti? At illi dixerunt, Barabban. ‖Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: acceptа aqua, lauit manus coram populo dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabban: Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites præsidis suscipien- D
Marc.15.b Ioan.19.a. tes Iesum in prætorium, ‖cõgregauerunt ad eum vniuersam cohortem. & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei: & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius & arundinẽ in dextera eius, Et genu flexo ante eum, illudebant ei dicentes. Aue rex Iudæorum. Et expuẽtes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerũt eũ chlamydem: & induerunt eum vestimen-
Marc.15.b tis eius, & duxerũt eum vt crucifigerẽt. ‖Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyre-
Lucæ.23.d Marc.15.b næum, nomine Simõnem: hunc angariauerunt vt tolleret crucem eius. ‖Et venerunt in locum qui dicitur Golgotha, quod est Calуariæ locus. Et dederunt ei vinum bibere cũ
Lucæ.23.d Ioan.19.d. felle mistũ. Et cùm gustasset, noluit bibere. ‖Postquam autem crucifixerunt eum, diui- ▷.13. serunt vestimenta eius, sortẽ mittentes: ▷vt Marc.15.b impleretur ‖quod dictum est per prophetam Luc.23.c. dicentem, Diuiserunt sibi vestimẽta mea: & Ioan.19.d. super vestem meam miserunt sortem'. Et se- Psalm.21.d dentes seruabant eum. Et imposuerũt super caput eius causam ipsius scriptam, Hic est Iesus rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones: vnus à dextris, & vnus à sinistris. Prætereuntes autem blasphemabãt E
Iohan.2.d. ▷.2. eũ? mouentes capita sua, & dicentes, ‖▷Vah' qui destruis templum Dei, & in triduo illud reædificas: salua temetipsum: si filius Dei es, descende de cruce. Similiter & principes sacerdotum illudentes cum Scribis & senioribus, dicebant, ‖Alios saluos fecit: seipsum Sapien.2.d nõ potest saluum facere: si rex Israel est, descendat nunc de cruce, & credimus ei. ‖con- Psalm.21.e fidit in Deo: liberet nunc eum si vult: dixit enim, Quia filius Dei sum. Idipsum autem & latrones qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora, tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens, Eli, Eli, lãma sabacthani? hoc est, ‖Deus meus, Deus Psalm.21.a meus, vt quid dereliquisti me? Quidam autẽ illic stantes & audientes, dicebant, Eliam vocat iste. Et continuò currens vnus ex eis, acceptam spongiam impleuit aceto: & imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebant, Sine, videamus an veniat Elias libe-

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberans eum. Iesus autem iterum clamás voce magna,emisit spiritum.Et ecce velum tẽpli scissum est in duas partes, à summo vsq; deorsum. & terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierant,surrexerunt. Et exeũtes de monumentis post resurrectionem eius,venerunt in sanctam ciuitatem.& apparuerunt multis. Cẽturio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum,viso terræmotu & his quæ fiebant, timuerunt
Marc.15.d valdè,dicentes,Verè filius Dei erat iste. ‖Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ
Lucæ.23.g secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei:inter quas erat Maria Magdalene,& Maria Iacôbi & Ioseph mater, & mater filiorum Zebedæi. ‖Cùm autem sero factum es-
Marc.15.d Luc.23.g. Ioan.19.g. set, vênit quidã homo diues ab Arimathæa,
G nomine Ioseph,qui & ipse discipulus erat Iesu.hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu.Tunc Pilatus iussit reddi corpus.Et accepto corpore,Ioseph inuoluit illud in sindone munda:& posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnũ ad ostium monumenti,& abijt. Erat autem ibi Maria Magdalene, & altera Maria, sedentes contra sepulchrũ.Altera autem die,quæ est post Parascẽuen,cõuenerunt principes sacerdotum, & Pharisæi ad Pilatũ,dicẽtes Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam.Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertium: ne fortè veniãt discipuli eius,& furentur eũ,& dicant plebi, Surrexit à mortuis. & erit nouissimus error peior priore.Ait illis Pilatus,Habetis custodiam. ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes,munierunt sepulchrum:signantes lapidem,cum custodibus.

S. Facto terræmotu,exterritisq; custodibus, angelus mulieribus narrat Christi resurrectionem,qui ipsis apparens iubet (sicut & angelus iusserat) vt discipulis nuntient, quòd Dominum in Galilæa visuri sint: milites sepulchri custodes pecunia corrupti,dicunt corpus Christi furto sublatum: discipuli videntes in Galilæa Dominum, iubentur ire ad docendas & baptizandas omnes gentes.

CAP. XXVIII.

VEspere autem sabbathi quæ lucescit A
in prima sabbathi, vênit Maria Mag Marc.16.b Ioan.20.c
dalene,& altera Maria videre sepulchrum. Et ecce terræmotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cœlo:& accedens, reuoluit lapidem, & sedebat super eum.erat autem aspectus eius sicut fulgur:& "vestimentum'eius,sicut nix. Præ "vestimẽta.
timore autem eius,exterriti sunt custodes,& facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus,Nolite timere vos. scio enim quòd Iesum qui crucifixus est, quæritis.non est hic:surrexit enim, sicut dixit.venite,▷&' videte locum vbi positus e- ▷.3.
rat Dominus. Et cito euntes,dicite discipulis eius quia surrexit:& ecce "præcedit'vos in "præcedet
Galilæam.ibi eum videbitis.ecce prædixi vo
bis. Et exierunt citò de monumento cum ti B
more & gaudio magno, currentes nuntiare discipulis eius,Et ecce Iesus occurrit illis,dicens, Auete. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus,Nolite timere.ite, nuntiate fratribus meis vt eant in Galilæam, ibi C
me videbunt. Quæ cùm abijssent, ecce quidam de custodibus venerunt in ciuitatem, & nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus,consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus,dicentes,Dicite, Quia discipuli eius nocte venerunt,& furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside, nos suadebimus ei,& securos vos faciemus.At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti.Et diuulgatum est verbum istud apud Iudæos,vsque in hodiernum diem. Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam, in montem vbi constituerat illis Iesus.Et videntes eum ado D
rauerunt,& quidã autem dubitauerunt. Et
accedens Iesus locutus est eis,dicens,‖Data Mar.16.d.
est mihi omnis potestas in cœlo & in terra. euntes ergo docete omnes gẽtes: baptizãtes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti,docentes eos seruare omnia quæcunque mandaui vobis. & ecce ego vobiscum sum omnibus diebus,vsque ad consummationem sæculi.

Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

MArcus discipulus & interpres Petri, iuxta quod Petrum referentem audierat, rogatus Romæ à fratribus breue scripsit Euangelium. Quod cum Petrus audisset, probauit, & ecclesiæ legendum sua authoritate edidit, sicut Clemens in sexto ὑποτυπώσεων libro scribit. Et papias Ierosolymitanus episcopus meminit huius Marci: & Petrus in epistola prima, sub nomine Babylonis, figuraliter Romã significans, Salutat vos ecclesia in Babylone coëlecta,& Marcus filius meus. Assumpto itaque Euãgelio quod ipse confecerat, perrexit Ægyptum,& primus Alexandriæ Christum annuntians, constituit ecclesiam, tanta doctrina & vitæ continentia, vt omnes sectatores Christi ad exemplum sui cogeret. Deniq; Philo disertissimus Iudæorum, videns Alexandriæ primam ecclesiam adhuc Iudaizantem, quasi in laudẽ gentis suæ librum super eorum conuersatione scripsit. Et quomodo Lucas narrat Ierosolymæ credentes omnia habuisse communia:sic ille quod Alexandriæ sub Marco fieri doctore cernebat, memoriæ tradidit. Mortuus est autem octauo Neronis anno, & sepultus Alexandriæ:succedente sibi Aniano.

Sanctum Iesu Christi Euangelium *secundum Marcum.*



S. Iohannes in austeritate vitæ prædicat ac baptizat aqua, Christus verò Spiritu sancto: qui à Iohanne baptizatus, cũ bestijs agens in deserto, post ieiunium quadraginta dierũ à satana tentatur, & Iohanne tradito prædicare incipit in Galilæa:vocatisque Simône & Andrea, Iacobo & Iohanne Zebedæi accedit Capharnaum & reliqua Galilææ loca,ibiq; prædicans curat socrum Simônis, & leprosum quem mittit ad sacerdotes, plurimosq; dæmoniacos ac malè habentes cum magna omnium admiratione.

CAP. I.

A INITIVM Euangelij Iesu Christi filij Dei. Sicut scriptum est in Isaia propheta, (‖ Ecce ego mitto angelum
Matth.3.a. Malah.3.a. Isai.40.a. Iohan.1.c. Luc.3.a. meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuã ante te.) ‖Vox clamantis in deserto,Parate viam Domini,rectas facite semitas eius.Fuit Iohannes in deserto baptizans,& prædicãs baptismum pœnitentiæ in remissionem peccatorum. ‖Et Matt.3.a.
egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio,& Ierosolymitæ vniuersi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua. Et erat Iohannes vestitus pilis came Leuit.11.c.
li,& zona pellicea circa lumbos eius:‖& lo- Matt.3.c. Lucæ.3.c.
custas & mel syluestre edebat. Et prædica- Iohan.1.d.
bat dicens, Venit fortior me post me:cuius Act.1.a.2.a 11.c.19.a.
non sum dignus procumbens soluere corigiam calceamentorum eius. Ego baptizaui vos aqua ille verò baptizabit vos Spiritu sancto. Et factum est:in diebus illis vênit Iesus à Nazareth Galilææ: & baptizatus est à Iohanne in Iordane. Et statim ascendens de aqua,vidit cœlos apertos, & Spiritũ
*tanquam columbam descendentem, & ma- *sanctum.
nentem in ipso.Et vox facta est de cœlis,Tu es filius meus dilectus, in te complacui. Et B
statim Spiritus expulit eum in desertum.Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus.& tentabatur à satana. eratq; cum bestijs,& angeli ministrabant illi. Postquam autem traditus est Iohannes, venit Iesus in Galilæam prædicans Euangelium regni Dei,& dicens,Quoniam impletum est tempus,& appropinquauit regnum Dei:pœnitemini,& credite Euangelio. ‖Et Matt.3.d. Lucæ.3.d.
præteriens secus mare Galilææ, vidit Simô- Iohan.1.e.
nem & Andræam fratrẽ eius, mittentes retia Mat.4.a.b
in mare(erant enim piscatores) & dixit eis Lucæ.4.a. Matt.4.b.
Iesus,Venite post me,& faciam vos fieri pi- Lucæ.4.e.
scatores hominum. Et protinus relictis re- Iohan.4.f.
tibus, secuti sunt eum. Et progressus inde Matt.4.e.
pusillum, vidit Iacôbum Zebedæi & Iohan Lucæ.5.a.
nem fratrem eius, & ipsos cõponentes retia in naui & statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cum mercenarijs, secuti

Universidad de Deusto Biblioteca

Matt.4.b. ſecuti ſunt eum.‖Et ingrediuntur Caphar-
Lucæ.4.c. naum:& ſtatim ſabbathis ingreſſus in ſyna-
Matt.7.d. gógam,docebat eos.‖Et ſtupebant ſuper do
ctrina eius.erat enim docens eos quaſi pote
Lucæ.4.c. ſtatem habens,& non ſicut Scribæ.‖Et erat
C in ſynagóga eorum homo in ſpiritu immun
do:& exclamauit,dicens,Quid nobis & tibi
*ante tẽpus Ieſu Nazarene? veniſti * perdere nos? ſcio
qui ſis, Sanctus Dei. Et comminatus eſt ei
Lucæ.4.e. Ieſus,dicens,Obmuteſce,& exi de homine.
Et diſcerpens eum ſpiritus immũdus, & ex-
clamans voce magna,exijt ab eo. Et mirati
ſunt omnes: ita vt conquirerent inter ſe di-
centes,Quidnam eſt hoc? quænam doctrina
hæc noua: quia in poteſtate etiam ſpiriti-
bus immundis imperat, & obediunt ei? Et
proceſsit rumor eius ſtatim in omnem re-
Matt.8.b. gionem Galilææ.‖Et protinus egredientes
Lucæ.4.f. de ſynagóga, venerunt in domum Simônis
& Andreæ cum Iacôbo & Iohanne. Decum
bebat autem ſocrus Simônis febricitans: &
ſtatim dicunt ei de illa.Et accedens eleuauit
eam apprehenſa manu eius:& continuò di-
miſit eam febris,& miniſtrabat eis. Veſpere
autem facto cùm occidiſſet ſol, afferebant
ad eum omnes malè habentes & dæmonia
habentes: & erat omnis ciuitas congregata
D ad ianuam.Et curauit multos qui vexaban-
tur varijs lãguoribus:& dæmonia multa eij-
ciebat, & nõ ſinebat ea loqui quoniam ſcie
bant eum.Et diluculo valdè ſurgens, egreſ-
ſus abijt in deſertum locum: ibíque orabat.
Et proſecutus eſt eum Simon, & qui cum
illo erant.Et cùm inueniſſent eum, dixerũt
ei,Quia omnes quærũt te.Et ait illis,Eamus
in proximos vicos & ciuitates,vt & ibi præ-
dicem:ad hoc enim veni.Et erat prædicãs in
ſynagógis eorũ, & in omni Galilæa:& dæ-
Matt.8.a. monia eijciens.‖Et venit ad eũ leproſus de-
Lucæ.5.c. precans eum:& genu flexo dicit ei,Si vis po
tes me mundare.Ieſus aũt miſertus eius,ex-
tendit manum ſuã:& tangẽs eum,ait illi,Vo
lo,Mũdare.Et cũ dixiſſet,ſtatim diſceſsit ab
eo lepra,& mundatus eſt.Et cõminatus eſt.
ei,ſtatimq; eiecit illum: & dicit ei, Vide ne-
mini dixeris:ſed vade,oſtende te principi ſa
Leui.14.a. cerdotũ,& offer pro emundatione tua‖quæ
Lucæ.4.g. præcepit Moyſes,in teſtimonium illis.‖At
ille egreſſus cœpit prædicare & diffamare
ſermonem: ita vt iam non poſſet manifeſtè
introire in ciuitatem: ſed foris in deſertis lo
cis eſſet, & conueniebant ad eum vndique.

S. *Murmurantibus Scribis quod paralytico per tectum in grabáto demiſſo, diceret remitti peccata, iubens ipſum ferre grabátum, ſanat eum: apud Leuin quem ad ſe ſequendum vocauerat diſcumbens cum pluribus publicanis, rationem dicit, murmurantibus Phariſæis, quare cum peccatoribus conuerſetur, & cur ipſius diſcipuli non ieiunent, quos etiam ſpicas ſabbatho vellentes excuſat.*

CAP. II.

ET iterum intrauit Capharnaum poſt A
dies*, & auditum eſt quòd in domo Matt.9.a. Lucæ.5.d.
eſſet,&*conuenerunt multi,ita vt nõ *octo *cõfeſtim.1.
"caperet"neque ad ianuam,& loquebatur eis "caperent.6
verbum.Et venerunt ad eum ferentes para-
lyticum, qui à quatuor portabatur. Et cùm
non poſſent offerre eum illi præ turba, nu-
dauerunt tectum vbi erat: & patefacientes
ſubmiſerunt grabátum in quo paralyticus
iacebat.Cùm autem vidiſſet Ieſus fidem il-
lorum,ait paralytico, Fili dimittuntur tibi
peccata tua. Erant autem illic quidam de
Scribis ſedentes: & cogitantes in cordibus
ſuis, Quid hic ſic loquitur? blaſphemat.
‖Quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Iob.14.a. Iſaiæ.43.d
Deus? Quo ſtatim cognito Ieſus ſpiritu ſuo
quia ſic cogitarent intra ſe, dicit illis, Quid
iſta cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt
facilius,dicere paralytico, Dimittuntur tibi
peccata:an dicere,Surge,tolle grabátum tuũ
& ambula? Vt autem ſciatis quia filius ho-
minis habet poteſtatem in terra dimittendi
peccata(ait paralytico)tibi dico,Surge,tolle B
grabátum tuum, & vade in domum tuam.
Et ſtatim ſurrexit ille: & ſublato grabáto a-
bijt coram omnibus,ita vt mirarentur om-
nes,& honorificarent Deũ,dicentes. Quia Matt.9.b.
nunquam ſic vidimus.‖Et egreſſus eſt rur-
ſus ad mare: omniſq; turba veniebat ad eũ, Lucæ.5.f.
& docebat eos.‖Et cùm præteriret,vidit"Le "Leuin.9.
ui"Alphæi ſedentem ad telónium:& ait illi,
Sequere me.Et ſurgens ſecutus eſt eum. Et
factum eſt: cùm accumberet in domo illius,
multi publicani & peccatores ſimul diſcum
bebant cum Ieſu & diſcipulis eius. erant e-
nim multi qui & ſequebantur eum.Et Scri-
bæ & Phariſæi videntes quia manducaret
cum publicanis & peccatoribus,dicebant di
ſcipulis eius, Quare cum publicanis & pec-
catoribus manducat & bibit ▹ magiſter ve- ▹.9.
ſter? Hoc audito Ieſus ait illis, Non neceſſe
habent ſani, medico: ſed qui male habent.
‖non enim veni vocare iuſtos,ſed peccato- 1.Tim.1.c.
res. Et erant diſcipuli Iohannis & Phariſæi C
ieiunantes:& veniunt,& dicunt illi,Quare
diſcipuli Iohannis & Phariſæorum ieiunãt:
tui autem diſcipuli non ieiunant? Et ait illis
Ieſus, Nunquid poſſunt filij nuptiarũ quan
diu ſponſus cum illis eſt,ieiunare? Quanto
tempore habent ſecum ſponſum, non poſ-
ſunt ieiunare.‖Venient autem dies cùm au- Matth.9.c. Lucæ.5.g.
feretur ab eis ſponſus:& tunc ieiunabunt in
illis diebus,Nemo aſſumentum panni rudis
aſſuit veſtiméto veteri: alioquin aufert ſup-
plemen-

plementum nouum à veteri,& maior ſciſſu
D ra fit. Et nemo mittit vinum nouũ in vtres
veteres:alioquin dirumpit vinum vtres, &
vinum effundetur,& vtres peribunt. ſed vi-
Matt.12.a. num nouum in vtres nouos mitti debet.
Lucæ.6.a. ‖Et factum eſt iterum cum ſabbathis am-
bularet per ſata, & diſcipuli eius cœperunt
"diſcipuli tui. progredi & vellere ſpicas. Phariſæi autem di
1.Re.21.b. cebãt ei,Ecce,quid faciunt* ſabbathis quod
non licet? Et ait illis, ‖Nunquã legiſtis quid
fecerit Dauid, quando neceſsitatem habuit
& eſurijt ipſe & qui cum eo erãt? quomodo
introiuit in domum Dei ſub Abiathar prin-
cipe ſacerdotum,& panes propoſitionis mã-
Leui.24.b ducauit, quos non licebat manducare‖ niſi
*& ſacerdotibus, & dedit eis *qui cum eo erant?
Et dicebat eis, Sabbathum propter homi-
nem factum eſt:& non homo propter ſabba
thum. Itaque Dominus eſt filius hominis,
etiam ſabbathi.

S. *Poſtquam manum aridam curauerat, Phariſæorum cedens machinationi ſecedit, turbis vndique ad ipſum confluentibus, quarũ infirmos curat: duodecim à ſe electos (qui hîc recenſentur) mittit ad prædicandum, data ipſis poteſtate ſuper infirmitates ac demonia: Scribas blaſphemantes ipſum in Belzebub eijcere dæmonia conuincit falſitatis, dicens blaſphemiam in Spiritum ſanctum irremiſsibilem, & quæ ſint mater & fratres eius.* CAP. III.

Matt.12.a. Lucæ.6.b. A ET introiuit iterum in ſynagogam: &
erat ibi homo habens manum aridam.
Et obſeruabant eum ſi ſabbathis cura
ret: vt accuſarent illum. Et ait homini ha-
benti manum aridam,Surge in medium. Et
dicit eis, Licet ſabbathis benefacere, an ma-
lè? animam ſaluam facere,an perdere? At il-
li tacebant. Et circunſpiciens eos cum ira,
contriſtatus ſuper cæcitate cordis eorum,di
cit homini, Extende manum tuam, Et ex-
tẽdit:& reſtituta eſt manus illi.Exeuntes au
tem Phariſæi, ſtatim cum Herodianis conſi
lium faciebãt aduerſus eum quomodo eum
perderent. Ieſus autem cum diſcipulis ſuis
ſeceſsit ad mare: & multa turba à Galilæa &
Iudæa ſecuta eſt eum, & ab Ieroſolymis &
ab Idumæa & trans Iordanem. & qui circa
B Tyrum, & Sidônem, multitudo magna,
audientes quæ faciebat,venerunt ad eum.Et
dixit diſcipulis ſuis vt nauicula ſibi deſerui-
ret propter turbam,ne comprimerent eum.
multos enim ſanabat, ita vt irruerent in eũ
vt illum tangerent quotquot habebant pla-
gas.Et ſpiritus immundi,cum illum videbãt
procidebant ei:& clamabant dicentes,Tu es
filius Dei. Et vehementer comminabatur
Matt.10.a. Luc.6.b.c eis ne manifeſtarent illum.‖Et aſcendens in
montem vocauit ad ſe quos voluit ipſe: &
venerunt ad eum. Et fecit vt eſſent duode-
cim cum illo: & vt mitteret eos prædicare.
Et dedit illis poteſtatem curandi infirmita-
tes, & eijciendi dæmonia. Et impoſuit Si-
môni nomen Petrus. & Iacobum Zebedæi C
& Iohannem fratrem Iacôbi:& impoſuit eis
nomina Boanerges, quod eſt, filij tonitrui.
& Andream & Philippũ, & Bartholomæũ,
& Matthæum,& Thomam,& Iacòbum Al-
phæi,& Thaddæum & Simônem Cananæũ,
& Iudam Iſcarióte qui & tradidit illum.‖Et Matt.9.d. 12.b.
veniunt ad domum: & cónuenit iterum tur Lucæ.11.b.
ba,ita vt nõ poſſent neq; panem manduca-
re.Et cum audiſſent ſui,exierũt tenere eum.
dicebant enim. Quoniam in furorem verſus
eſt. Et Scribæ qui ab Ieroſolymis deſcende-
rant,dicebant,Quoniam Beel-zebub habet.
& quia in principe dæmoniorum eijcit dæ-
monia.Et conuocatis eis, in parabolis dice-
bat illis, Quomodo poteſt ſatanas ſatanã eij D
cere? Et ſi regnum in ſe diuidatur, nõ poteſt
regnum illud ſtare.Et ſi domus ſuper ſemet
ipſam diſpertiatur: non poteſt domus illa
ſtare.Et ſi ſatanas cõſurrexit in ſemetipſum,
diſpertitus eſt, & non poterit ſtare ſed finẽ
habet. Nemo poteſt vaſa fortis ingreſſus in
domum *diripere, niſi prius fortem alliget, *eius.1.
& tunc domum eius diripiet. ‖Amen dico Matt.12.c. Lucę.12.b.
vobis,quoniam omnia dimittentur filijs ho 1.Ioan.5.d
minum peccata, & blaſphemiæ quibus bla-
ſphemauerint:qui autem blaſphemauerit in
Spiritum ſanctum,non"habet" remiſsionem "habebit.
in æternũ,ſed reus erit æterni delicti. Quo-
niam dicebãt, Spiritum immundum habet.
‖Et veniunt mater eius & fratres: & foris Matt.12.d.
ſtantes miſerunt ad eum vocantes eum. Et Lucæ.8.c.
ſedebat circa eum turba: & dicunt ei, Ecce
mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et
reſpõdens eis,ait, Quæ eſt mater mea & fra
tres mei? Et circunſpiciens eos qui in circui
tu eius ſedebant,ait, Ecce mater mea & fra-
tres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei:
hic frater meus & ſoror mea & mater eſt.

S. *Parabolam proponit ſeminatoris, quam diſcipulis declarat: lucernam dicit ſuper candelabrum ponendam: addens parabolas, de ſemine in terram iacto quod excreſcit dormiente eo qui ſeminauit, & de grano ſinapis: diſcipulis autem ſeorſum omnia interpretatur: in naui à ſomno excitatus tempeſtatem maris ſedat.* CAP. IIII.

ET iterum cœpit docere ad mare:& cõ A
gregata eſt ad eum turba multa, ita vt Matt.13.a.
nauim aſcendens ſederet in mari, & Lucæ.8.a
omnis turba circa mare ſuper terram erat: &
docebat eos in parabolis multa,& dicebat il
lis in doctrina ſua. Audite: ecce, exijt ſemi-
nãs ad ſeminandum.Et dum ſeminat, aliud
cecidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

cecidit circa viam,& venerũt volucres cœli, & comederunt illud. Aliud verò cecidit super petrosa vbi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ:& quando exortus est sol, exæstuauit, & eo quòd non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ, & suffocauerũt illud, & fructum non dedit. Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum ascendentem & crescentem, & afferebat vnum 'triginta', vnum "sexaginta', & vnum "centum'. Et dicebat, Qui habet aures audiẽdi audiat. Et cùm esset singularis, interrogauerunt eum hi qui cum eo erant duodecim, parabolam. Et dicebat eis, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei: illis: aũt qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt: ‖ vt videntes videant, & non videant: & audientes audiant, & non intelligant: neq; quando cõuertantur, & dimittãtur eis peccata. Et ait illis, Nescitis parabolã hãc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat verbũ seminat. Hi autem sunt qui circa viã: vbi seminatur verbum, & cum audierint, confestim venit satanas, & aufert verbũ quod seminatum est in cordibus eorũ. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminãtur: qui cum audierint verbum statim cũ gaudio accipiunt illud: & nõ habent radicẽ in se, sed tẽporales sunt: deinde orta tribulatione & persecutione propter verbum: confestim scandalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminãtur: hi sunt qui verbum audiunt, & ærumnæ sæculi &‖deceptio diuitiarũ, & circa reliqua concupiscentiæ introeuntes suffocant verbum, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonam seminati sunt: qui audiunt verbum & suscipiunt, & fructificant, vnum triginta, vnum sexaginta & vnum centum. Et dicebat illis, Nunquid venit lucerna vt sub modio ponatur? aut sub lecto nónne vt super cãdelabrum ponatur? ‖Non est enim aliquid absconditum quod nõ manifestetur: nec factum est occultum. "sed vt in palam veniat'. Siquis habet aures audiendi audiat. Et dicebat illis, Videte quid audiatis. ‖In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis, ▷& adijcietur vobis' * ‖Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiã quod habet auferetur ab eo. Et dicebat, Sic est regnum Dei quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat, & exurgat nocte & die, & semen germinet, & increscat dum nescit ille. Vltrò enim terra fructificat, primùm herbam, deinde spicam, deinde plenum frumentum in spica. Et cum *se produxerit fructus: statim mittit falcem, quoniam adest messis. Et dicebat, Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud? Sicut granum sinápis: quod cum seminatum fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra: & cum "seminatum' fuerit, ascendit, *& fit maius omnibus oleribus, & facit ramos magnos, ita vt possint sub vmbra eius aues cœli habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbum, prout poterãt audire: sine parabola autem nõ loquebatur eis. seorsum autẽ, discipulis disserebat omnia. Et ait illis in illa die, cum serò esset factum, Trãseamus contra. Et dimittentes turbam assumunt eũ ita vt erat in naui: & aliæ naues erant cum illo. Et facta est procella magna venti, & fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur navis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens: & excitant eum, & dicunt illi, Magister non ad te pertinet quia perimus? Et exurgens cõminatus est vẽto, & dixit mari, Tace, obmutesce. & cessauit ventus: & facta est tranquillitas magna. Et ait illis, Quid timidi estis? nec habetis fidem? Et timuerunt timore magno: & dicebant ad alterutrũ, Quis, putas, est iste, quia & ventus & mare obediunt ei?

S. In regione Gerasenorum dæmoniacũ curat ferociſsimũ à legione dæmonum, quibus permittit vt in porcos ingrediantur, nec finit vt ipsum sequatur is qui liberatus erat: curata muliere à profluuio sanguinis, venit ad domum Iairi, eiusq; filium resuscitat.

CAP. V.

ET venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immmundo, qui domicilium habebat in monumentis. & neq; catenis iam quisquam poterat eum ligare: quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, diripuisset catenas, & cõpedes comminuisset: & nemo poterat eũ domare. & semper die ac nocte in monumentis, & in mõtibus erat, clamans & concidens se lapidibus. Videns autẽ Iesum álonge, cucurrit & adorauit eũ: & clamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per deum ne me torqueas. Dicebat enim illi, Exi spiritus immunde ab homine. Et interrogabat eum, Quod tibi nomen est? Et dicit ei, Legio mihi nomen est: quia multi sumus. Et deprecabatur eum multum, ne se expelleret extra regionem. Erat autem ibi circa montem grex porcorum magnus, pascens. Et deprecabantur eum spiritus, dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi, introierunt in porcos: & magno

magno impetu grex præcipitatus est in mare, ad duo millia, & suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos, fugerunt, & nuntiauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt videre quid esset facti: & veniunt ad Iesum, & vident illum qui à demonio vexabatur, sedentem, vestitum, & sanæ mentis, & timuerunt. Et narrauerunt illis, qui viderãt, qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat: & de porcis. Et rogare cœperunt eum vt discederet de finibus eorum. Cumq; ascenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à dæmonio vexatus fuerat vt esset cum illo: & non admisit eum, sed ait illi, Vade in domũ tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in Decapoli quãta sibi fecisset Iesus: & omnes mirabãtur. ‖Et cũ transcendisset Iesus in naui rursum trãs fretum, conuênit turba multa ad eũ, & erat circa mare. Et venit quidam de archisynagogis nomine Iairus, & videns eum procidit ad pedes eius, & deprecabatur eum multum, dicens, Quoniam filia mea in extremis est, Veni, impone "manus' super eam, vt salua sit & viuat. Et abijt cum illo, & sequebatur eum turba multa, & cõprimebant eum. Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim & fuerat multa perpessa à cõpluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat: cum audisset de Iesu, vênit in turba retrò, & tetigit vestimentum eius. dicebat enim, Quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius: & sensit corpore quia sanata esset à plaga. Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem quæ exierat de illo, cõuersus ad turbam aiebat, Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui, Vides turbam comprimentem te, & dicis, Quis me tetigit? Et circunspiciebat videre eã quæ hoc fecerat. Mulier verò timens & tremens, sciens quod factũ esset in se: vênit & prócidit ante eum, & dixit ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei, Filia, fides tua te saluam fecit: vade in pace, & esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquente veniunt "ad archisynagogum', dicentes, Quia filia tua mortua est: quid vltrà vexas magistrum? Iesus autem audito verbo quod dicebatur, ait archisynagogo, Noli timere: tantummodo crede. Et non admisit quenquã se sequi, nisi Petrum & Iacobum & Iohannem fratrem Iacobi. Et veniunt in domum archisynagogi, & videt tumultum, & flentes, & eiulantes multum. Et ingressus ait illis, Quid turbamini & ploratis? puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eũ Ipse verò eiectis omnibus, assumit patrem & matrem puellæ, & qui secum erant, & ingrediuntur vbi puella erat iacẽs. Et tenens manum puellæ, ait illi, Talitha cumi, quod est interpretatum, Puella (tibi dico) surge. Et confestim surrexit puella: & ambulabat. erat aũt annorum duodecim. & obstupuerũt stupore magno. Et præcepit illis vehemẽter vt nemo id sciret: & "dixit illi' dari manducare.

S. Christi doctrinam in ipsius patria admirantur, vbi tamen propter illorum incredulitatẽ pauca edidit miracula: Apostolos mittens ad prædicandum, instruit quid obseruare debeant: Herodes audita Christi fama, dicit Iohannem Baptistam resurrexisse, cuius caput postulanti Herodiadis filiæ saltatrici propter iusiurandum tradiderat: in deserto quinque panibus & duobus piscibus quinque millia virorum satiat: super mare ambulans tempestatem sedat: in terra Genezareth plurimos tactu fimbriæ vestimenti sanat.

CAP. VI.

ET egressus inde, abijt in patriã suam: & sequebantur eum discipuli sui. & facto sabbatho cœpit in synagoga docere: & multi audientes admirabãtur in doctrina eius, dicẽtes, Vnde huic hæc omnia? & quæ est sapientia quæ data est illi, & virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nõne hic est faber, filius Mariæ frater Iacobi & Ioseph & Iudæ & Simõnis? nónne & sorores eius hîc nobiscum sunt? Et scandalizabãtur in illo. Et dicebat illis Iesus, Quia non est propheta sine honore, nisi in patria sua, & in domo sua, & in cognatione sua. Et non poterat ibi virtutem vllã facere: nisi paucos infirmos impositis manibus curauit & mirabatur propter incredulitatem eorum, & circuibat castella in circuitu, docens. Et vocauit duodecim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum. Et præcepit eis ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum: nõ peram, non panẽ. neq; in zona æs, sed calceatos ‖sandalijs, & ne inducrentur duabus tunicis. Et dicebat eis, Quocunque introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde. & quicunque nõ receperint vos, ▷nec audierint vos': ▷.7. ‖exeũtes inde excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. Et exeũtes prædicabant vt pœnetentiam agerent: & dæmonia multa eijciebant, & ‖vngebant oleo multos ægros, & "sanabant'. ‖Et audiuit rex Herodes (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat; Quia Iohannes Baptista resurrexit á mortuis: & propterea virtutes operãtur in illo. Alij aũt dicebãt, Quia Elias est.

Alij

Universidad de Deusto Biblioteca

Alij verò dicebant, Quia propheta est, quasi
C vnus ex prophetis. || Quo audito, Herodes
Matt.14.a. Lucæ.3.d. ait, Quem ego decollaui Iohannem, hic à
mortuis resurrexit. Ipse enim Herodes misit
ac tenuit Iohannem, & vinxit eum in carce
rem propter Herodiadem vxorem Philippi
fratris sui, quia duxerat eam. Dicebat enim
Leuit.18.c. Iohãnes Herodi, ||Non licet tibi habere vxo
rem fratris tui. Herodias autem insidiabatur
illi: & volebat occidere eum, nec poterat. He
rodes enim metuebat Iohannem, sciẽs eum
virum iustum & sanctum: & custodiebat eũ,
& audito eo multa faciebat: & libenter eum
audiebat. Et cũ dies opportunus accidisset,
*in natali suo.8. Herodes "natalis sui' cœnam fecit principi-
bus & tribunis & primis Galilææ. cumq́ue
introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset,
& placuisset Herodi, simulq́; recumbẽtibus:
rex ait puellæ, Pete à me quod vis: & dabo ti
bi, & iurauit illi, Quia quicquid petieris da-
D bo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cum
exisset, dixit matri suæ, Quid petam? At il-
la dixit, Caput Iohannis Baptistæ. Cumq́;
introisset statim cum festinatione ad regem
petiuit dicens, Volo vt protinus des mihi in
disco caput Iohannis Baptistæ. Et contrista
tus est rex. Propter iusiurandum & propter
simul discumbentes noluit eam contristare:
sed misso spiculatore præcepit afferri caput
eius in disco, & decollauit eũ in carcere. Et
attulit caput eius in disco: & dedit illud puel
læ, & puella dedit matri suæ. Quo audito, di
scipuli eius venerũt, & tulerunt corpus eius:
Matt.14.b Lucæ.9.b. & posuerunt illud in monumento. ||Et con-
uenientes Apostoli ad Iesum, renuntiauerũt
ei omnia quæ egerant & docuerant. Et ait il
lis, Venite seorsum in desertum locum, & re
quiescite pusillum. Erant enim qni venie-
bant & & redibãt multi: & nec spatium mã-
ducandi habebãt. Et ascendentes in nauim,
abierunt in desertum locum seorsum. Et vi-
derunt eos abeuntes, & cognouerunt multi:
& pedestres de omnibus ciuitatibus concur
Matt. 9. d. rerunt illuc, & præuenerunt eos. ||Et exiens
E vidit turbam multam Iesus: & misertus est
super eos, quia erant sicut oues non haben-
tes pastorem, & cœpit illos docere multa.
Matt.14.b Lucæ.9.b. Iohan.6.a. ||Et cum iam hora multa fieret, accesserunt
discipuli eius, dicentes, Desertus est locus
hic, & iam hora præterijt: dimitte illos, vt
euntes in proximas villas & vicos, emãt si-
bi cibos quos manducent. Et respondens ait
illis, Date illis vos manducare. Et dixerunt
ei, euntes emamus ducẽtis denarijs panes: &
dabimus illis manducare. Et dicit eis, Quot
panes habetis? ite & videte. Et cum cogno-
uissent, dicunt, Quinque: & duos pisces. Et
præcepit illis vt accumbere facerent omnes,
secundum cõtubernia super viride fœnum.
Et discubuerunt in partes per centenos & F
& quinquagenos. Et acceptis quinque pani-
bus, & duobus piscibus: intuens in cœlũ be-
nedixit, & fregit panes, & dedit discipulis
suis vt ponerent ante eos: & duos pisces di-
uisit omnibus. Et mãducaueruut omnes, &
saturati sunt. Et sustulerunt reliquias, fra-
gmentorum duodecim cophinos plenos: & Matt.14.c Iohan.6.b
de piscibus. ||Erãt autem qui manducauerũt,
quinque millia virorum. Et statim coegit
discipulos suos ascendere nauim, vt præce-
derent eum trans fretum ad Bethsaidam: dũ
ipse dimitteret populum. Et cum dimisisset
eos, abijt in mõtem orare. Et cum sero esset,
erat nauis in medio mari, & ipse solus in ter
ra. Et videns eos laborantes in remigãdo (e-
rat enim ventus cõtrarius eis) & circa quar-
tam vigiliam noctis vênit ad eos ambulans
super mare: & volebat præterire eos. At illi
vt viderunt eum ambulantẽ super mare, pu-
tauerunt phantasma esse: & exclamauerunt. G
Omnes enim viderunt eum: & conturbati
sunt. Et statim locutus est cum eis, & dixit
eis, Confidite, ego sum nolite timere. Et as-
cendit ad illos in nauim: & cessauit ventus.
Et plus magis intra se stupebant. non enim
intellexerunt de panibus. erat enim cor eorũ Matt.14.d.
obcæcatum. ||Et cum transfretassent, vene-
runt in Terram-Genezareth: & applicuerũt.
Cumq́; egresi essent de naui, continuò co-
gnouerunt eum: & percurrentes vniuersam
regionem illam, cœperunt in grabãtis eos
qui se male habebant circumferre vbi audie
bant eum esse. Et quocunque introibat in
vicos vel in villas aut ciuitates, in platéis po
nebant infirmos, & deprecabantur eum vt
vel fimbriam vestimenti eius tangerent, &
quotquot tangebant eum, salui fiebant.

S. *Pharisæos redarguit, Christi arguentes discipulos, quòd non lotis ederent manibus, cum ipsi Dei mandata ob suas traditiones transgrederentur: declarans quænam poßint hominem coinquinare, nempe quæ de corde exeũt: Syrophœnissæ filiam ad perseuerantem illius snpplicationem à dæmonio liberat: & surdũ ac mutum sanat.*

CAP. VII.

ET conueniunt ad eum Pharisæi & qui Matt.15.a.
dam de Scribis, venientes ab Ierosoly-
mis, Et cum vidissent quosdam ex disci
pulis eius communibus manibus, id est nõ
lotis manducare panes, vituperauerunt. Pha
risæi enim & omnes Iudæi, nisi crebrò laue-
rint manus, non manducant, tenentes tradi
tionem seniorum: & à foro, nisi baptizen-
tur, non comedunt. & alia multa sunt quæ
tradita sunt illis seruare baptismata calicum
&

& vrceorum & æramentorum & lectorum.
Et interrogabãt eũ Pharisæi & Scribæ, Qua
re discipuli tui non ambulant iuxta tradi-
tionem seniorum, sed communibus mani-
bus manducant panem? At ille respondens
B dixit eis, Bene prophetauit Isaias de vobis
Isaiæ.29.d hypocritis, sicut scriptum est, ||Populus hic
*abest.8. labijs me honorat, cor autem eorum longe
*& "est' à me. in vanum autem me colunt, docẽ-
tes doctrinas* præcepta hominum. Relin-
quentes enim mandatum Dei, tenetis tra-
ditiones hominum, baptismata vrceorum
*facitis. & calicum: & alia similia his facitis multa.
Et dicebat illis, Bene irritum "facitis' præce-
Exo.20.c. Deut.5.b. Ephe.6.a. Exod.21.c. Leui.20.b Pro.20.c. ptum Dei, vt traditionem vestram seruetis.
Moyses enim dixit, ||Honora patrẽ tuum &
matrem: & ||Qui maledixerit patri vel matri
morte moriatur: Vos autẽ dicitis, Si dixerit
homo patri aut matri. Corban (quod est do
num) quodcunque ex me, tibi profuerit: &
vltrà non dimittitis eum quicquam facere
patri suo aut matri, rescindentes verbũ Dei
Matt.15.b. per traditionem vestram quam tradidistis.
& similia huiusmodi multa facitis. ||Et ad-
uocans iterum turbam, dicebat illis, Audite
me omnes, & intelligite. Nihil est extra ho-
minem introiens in eum, quod poßit eum
coinquinare. sed quæ de homine procedũt,
illa sunt quæ communicant hominem. Si
C quis habet aures audiendi, audiat. Et cum
introisset in domum à turba, interrogabant
eum discipuli eius parabolam. Et ait illis,
Sic & vos imprudentes estis? Non intelligi-
tis quia omne extrinsecus introiens in ho-
minem, nõ potest eum communicare: quia
non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit,
& in secessum exit, purgãs omnes escas? Di-
cebat autem quoniã quæ de homine exeũt,
illa communicant hominẽ. Abintus enim,
de corde hominũ malæ cogitationes proce-
dũt, adulteria, fornicationes, homicidia, fur
ta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, o-
culus malus, blasphemia, superbia, stultitia.
Omnia hæc mala abintus procedunt, & cõ-
Matt.15.c. municant hominẽ. ||Et inde surgens abijt in
fines Tyri & Sidônis: & ingressus domum,
neminem voluit scire, & non potuit latêre.
mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius
filia habebat spiritum immundum, intrauit,
& procidit ad pedes eius. Erat enim mulier
gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat
eum vt dæmoniũ eijceret de filia eius. Qui
dixit illi, Sine prius saturari filios. non est e-
nim bonum sumere panem filiorum, & mit
D tere canibus. At illa respondit, & dixit illi,
Vtique Domine. nam & catelli comedunt
sub mẽsa de micis puerorum. Et ait illi, Pro-
pter hunc sermonem vade, exijt dæmonium
à filia tua. Et cum abijsset domum suã, inue
nit puellã iacentẽ supra lectũ, & dæmonium
exijsse. ||Et iterum exiens de finibus Tyri, Matt.15.e.
venit per Sidônem ad Mare-Galilææ inter
medios fines Decapoleos. Et adducũt ei sur
dum & mutum: & deprecabantur eum vt
imponat illi manum. Et apprehendens eum
de turba seorsum, misit digitos suos in au-
riculas eius: & expuens, tetigit linguã eius.
& suspiciens in cœlum, ingemuit: & ait illi,
Ephphetha, quod est, adaperire. Et statim
apertæ sunt aures eius: & solutum est vin-
culum linguæ eius, & loquebatur recte. Et
præcepit illis ne cui dicerent. Quantò autẽ
eis præcipiebat, tanto magis plus prædica-
bant, & eò amplius admirabantur, dicentes,
Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, &
mutos loqui.

S. *Septem panibus paucisq́; pisciculis satiat quatuor hominũ millia: discipulos à fermento Pharisæorum cauere iubet: cæcũ sensim curat. interrogatis apostolis, quẽ Iesum eße dicerent, Petrus confitetur ipsum eße Christũ: & paulò post Satanas ab eo dicitur, quod increparet illũ dum suã prædiceret paßionẽ: de tollenda cruce, & quod anima nihil debet eße charius.*

CAP. VIII.

IN diebus illis iterum cũ turba multa es- A
set*, nec haberent quod manducarent: Matt.15.d. *cum Iesu.
conuocatis discipulis, ait illis, Misereor
super turbam: quia ecce iam triduo sustinent
me, nec habent quod manducent: & si dimi
sero eos ieiunos in domum suam, deficiẽt in
via: quidam enim ex eis délonge venerunt.
Et responderunt ei discipuli sui, Vnde illos
quis poterit hic saturare panibus in solitu-
dine? Et interrogauit eos, Quot panes habe
tis? Qui dixerunt, Septem. Et præcepit tur-
bæ discumbere super terram. Et accipiens
septem panes, gratias agens fregit: & dabat
discipulis suis vt apponerent, & apposuerũt
turbæ. Et habebãt pisciculos paucos: & ipsos
benedixit, & iussit apponi. Et manducaue-
runt & saturati sunt: & sustulerunt quod su-
perauerat de fragmentis, septẽ sportas. Erant B
autem qui manducauerant, quasi quatuor
millia: & dimisit eos. Et statim ascendens
nauim cum discipulis suis, vênit in partes
Dalmanûtha. ||Et exierunt Pharisæi, & cœ- Matt.16.a.
perunt conquirere cum eo, quærentes ab il- Lucæ.12.g
lo signum de cœlo, tentantes eum. Et inge-
miscens spiritu, ait, Quid generatio ista si-
gnum quærit? Amen dico vobis, si dabitur ge
nerationi isti signum. Et dimittens eos, as-
cendit iterum nauim, & abijt trans fretum.
||Et obliti sunt panes sumere: & nisi vnum Matt.16.b.
panem non habebant secum in naui. Et præ

 cipie-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cipiebat eis dicẽs, Videte, & cauete à fermẽto Pharisæorũ, & fermento Herodis. Et cogitabant ad alterutrũ, dicentes, Quia panes non habemns. Quo cognito, ait illis Iesus, Quid cogitatis quia panes non habetis, nõdum cognoscitis nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor vestrum? oculos habẽtes non videtis? & aures habentes non auditis?
Ioan. 6.b. C ‖Nec recordamini quando quinq; panes fregi in quinque millia: & quot cophinos fragmentorũ plenos sustulistis? Dicũt ei, Duodecim. Quando & septem panes in quatuor millia, quot sporras fragmentorum tulistis? Et dicunt ei, Septem. Et dicebat eis, Quomodo nondum intelligitis? Et veniunt Bethsaidam: & adducunt ei cæcum, & rogabãt eum vt illum tangeret. Et apprehensa manu cæci eduxit eum extra vicum: & expuens in oculos eius impositis manibus suis, interrogauit eum siquid videret. Et aspiciens ait, Video homines velut arbores, ambulãtes. Deinde iterum imposuit manus super oculos eius: & cœpit videre, & restitutus est, ita vt clarè videret omnia. Et misit illum in domũ suã, dicens, Vade in domũ tuã: & si in vicum
Matt.16.b Luc.9.c. introieris, nemini dixeris. ‖Et egressus est Iesus & discipuli eius in castella Cæsareæ-Philippi: & in via interrogabat discipulos suos, dicens eis, Quem me dicunt esse homi
*Alij. nes? Qui responderunt illi, dicentes, *Iohannem Baptistã, alij Eliam, alij verò quasi vnum de prophetis. Tunc dicit illis, Vos verò quem me esse dicitis? Respõdens Petrus ait ei, Tu es Christus. Et cõminatus est eis
D ne cui dicerent de illo. Et cœpit docere eos quoniã oportet filiũ hominis pati multa, & reprobari à senioribus & à summis sacerdotibus & Scribis, & occidi: & post tres dies resurgere. Et palàm verbũ loquebatur. Et apprehendẽs eum Petrus, cœpit increpare eũ. Qui cõuersus & videns discipulos suos, cõminatus est Petro, dicens, Vade retrò me satana, quoniã nõ sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum. Et cõuocata turba cum discipulis suis, dixit eis, ‖Si quis vult me sequi,
Mat. 10.d. 19.d Luc. 9.c. 14.f.17.g. Ioan.12.d. deneget semetipsum: & tollat crucẽ suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animã suam saluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam suam propter me & Euangelium, saluam faciet eam. Quid enim proderit homini, si lucretur mundum totũ: & detrimentũ animæ suæ faciat? Aut, quid dabit
Mat.10.d. Lucæ.9.c 12.b. *cõfessus *cõfitebitur homo cõmutationis pro anima sua? ‖Qui enim me *confusus fuerit & verba mea in generatione ista adultera & peccatrice: & filius hominis *confundetur eum cùm venerit in gloria patris sui cum angelis sanctis.

S. *Transfiguratio Iesu iunguntur Moyses &*

Elias: dicit Eliam dum venerit, omnia restituturum, imo iam venisse: nec fuisse susceptum: surdum ac mutum spiritum eijcit, qui sola oratione & ieiunio eijcitur: suam passionem prædicit: disputantes discipulos docet quis eorum sit maior: deijciente dæmonium qui nõ sequebatur Iesum: de amputãdo manus, pedis vel oculi scãdalo. CAP. IX.

E T dicebat illis, ‖Amẽ dico vobis, quia A Matt.16.d Lucæ.9.c
sunt quidam de hic stantibus, qui nõ gustabunt mortem, donec videant regnum Dei veniens in virtute. ‖Et post dies Matt.17.a. Lucæ.9.d
sex *assumit Iesus Petrum & Iacõbum & Iohannen: & ducit illos in montem excelsum seorsum solos, & tranfiguratus est coràm ipsis. Et vestimenta eius facta sunt splendentia & cãdida nimis velut nix, qualia fullo nõ potest super terrã cãdida facere. Et apparuit illis Elias cum Moyse: & erãt loquẽtes cum Iesu. Et respõdens Petrus, ait Iesu, Rabbi, bonum est nos hic esse, & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum. Non enim sciebat quid diceret: erant enim timore exterriti: & facta est nubes obumbrans eos: & vênit vox de nube, dicens,
B Hic est filius meus charissimus: audite illũ. Et statim circunspicientes neminẽ amplius Matt.17.b
viderunt nisi Iesum tantùm secũ. ‖Et descendentibus illis de mõte, præcepit illis ne cuiquã quæ vidissent, narrarent. nisi cùm filius hominis à mortuis resurrexerit. Et verbum cõtinuerunt apud se: cõquirentes quid esset. Cùm à mortuis resurrexerit. Et interrogabant eum dicẽtes, ‖Quid ergo dicunt Pharisæi & Scribæ quia Eliam oportet venire primùm? Qui respondẽs, ait illis, Elias cùm venerit primò, restituet omnia: & quo modo Malac.4.b
‖scriptum est in filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur. Sed dico vobis quia Isaiæ.53.b Mala.4.b
C & Elias vènit (& fecerunt illi quæcunq; voluerunt) sicut ‖scriptum est de eo. Et veniẽs Matt.17.c Lucæ.9.c
ad discipulos suos, vidit turbã magnam circa eos, & Scribas conquirentes cum illis. Et confestim omnis populus videns Iesum, stupefactus est, & expauerunt: & accurrentes salutabant eum. Et interrogauit eos, Quid inter vos conquiritis? Et respondens vnus de turba dixit, Magister, attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum: qui vbicunque eum apprehenderit, allidit illum, & spumat, & stridet dentibus, & arescit. & dixi discipulis tuis vt eijcerent illum, & non potuerunt. Qui respondens eis, di-
D xit, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cùm vidisset eum, statim spiritus conturbauit illum: & elisus in terram, volutabatur spumãs. Et interrogauit patrem

patrẽ eius, Quantum tẽporis est ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia: & frequenter eum in ignem & in *aquas' misit vt *aquam
eum perderet. sed si quid potes, adiuua nos, misertus nostri. Iesus autem ait illi, Si potes credere, omnia possibilia sunt credenti. Et cõtinuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuua incredulitatem meam. Et cùm videret Iesus cõcurrentem turbam, cõminatus est spiritui immundo, dicẽs illi, Surde & mute spiritus, ego præcipio tibi exi ab eo: & amplius ne introeas in eum. Et exclamans & multùm discerpens eum, exijt ab eo: & factus est sicut mortuus, ita vt multi dicerẽt, Quia mortuus est: Matt.17.d. Lucæ.9.c.
Iesus autẽ tenẽs manum eius, eleuauit eum: & surrexit. Et cùm introisset in domum, discipuli eius secretò interrogabant eum, Quare nos non potuimus eijcere eum? Et dixit illis, Hoc genus in nullo potest exire, nisi in oratione & ieiunio. ‖Et inde profecti præter
E grediebantur Galilæã: nec volebat quenquã scire. Docebat autẽ discipulos suos: & dicebat illis, Quoniã filius hominis tradetur in Matt.18.a. Lucæ.9.f.
manus hominum, & occident eum, & occisus tertia die resurget. At illi ignorabãt ver- *essent
bum: & timebant interrogare eum. ‖Et venerunt Caphar-naũ. Qui cùm domi *esset' interrogabat eos, Quid in via tractabatis? At illi tacebant. siquidẽ in via inter se disputauerãt quis eorũ maior esset. Et resídens vocauit duodecim: & ait illis, Si quis vult primus esse, erit omnium nouissimus, & omnium minister. Et accipiens puerũ, statuit eum in medio eorum. quem cùm cõplexus esset, ait illis, Quisquis vnum ex huiusmodi pueris receperit in nomine meo: me recipit: & quicunq; me susceperit: nõ me suscipit, sed eum qui misit me, Respõdit illi Iohannes, dicens,
F Magister, vidimus quendam in nomine tuo eijcientem dæmonia qui nõ sequitur nos, & prohibuimus eum. Iesus autẽ ait, Nolite pro
1.Cor.12.a. hibere eum. ‖nemo est enim qui faciat virtutem in nomine meo, & possit cito malè loqui de me. qui enim nõ est aduersum vos, Matt.10.d
pro vobis est. ‖Quisquis enim potũ dederit *frigidæ
vobis calicem aquæ *in nomine meo, quia Matt.18.a. Lucæ.17.a Matt.18.b
Christi estis: amen dico vobis nõ perdet mercedẽ suam. ‖Et quisquis scandalizauerit vnum ex his pusillis credentibus in me: bonum est ei magis si circundaretur mola asi-
G naria collo eius, & in mare mitteretur. Et si scãdalizauerit te manus tua, abscinde illã. bonum est tibi debilẽ introire in vitam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in
Isaiæ.66.g ignem inextinguibilem, ‖vbi vermis eorum nõ moritur, & ignis nõ extinguitur. Et si pes tuus te scãdalizat, amputa illũ. bonũ est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorũ non moritur, & ignis non extinguitur. Quòd si oculus tuus scandalizat te, eijce eum. bonũ est tibi luscum introire in regnum Dei, quã duos oculos habentem, mitti in ghennam ignis, vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguitur. ‖Omnis enim igne sa- He. 12.b.c. Leuit.2.d. Matth.5.b Luc. 14.g.
lietur: ‖& omnis victima sale salietur. ‖Bonum est sal. quòd si sal insulsum fuerit: in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

S. *Nullo modo dimittendam vxorem astruit aliã ducendo: paruulos complexus benedicit eis: dines qui præcepta à iuuentute obseruarat non amplectitur Christi consilium de omnibus diuendendis: quid referent præmij qui omnia relinquunt: rursum suã prædicit passionem: occasione ambitionis filiorum Zebedæi docet discipulos quòd nõ ostẽsione dominij sed officio ministerij debeant esse maiores. Bartimæum cæcum sanat.* CAP. X.

E T inde exurgens, venit in fines Iudææ A
vltra Iordanem: & conueniunt iterũ Matt.19.a.
turbæ ad eum. & sicut consueuerat, iterum docebat illos. Et accedentes Pharisæi interrogabant eum, Si licet viro vxorem dimittere? tentantes eum. At ille respondens dixit eis, Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerunt, ‖Moyses permisit libellum repu- Deut.24.a
dij scribere, & dimittere. Quibus respondẽs Iesus ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præceptum istud. ab initio autẽ creaturæ ‖masculum & fœminam fecit eos Deus. ‖Propter hoc, relinquet homo patrẽ suũ Gene.1.d. Gene.2.d. 1.Cor.6.d Ephe. 5.g.
& matrem: & adhærebit ad vxorem suam, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non sunt duo, sed vna caro. ‖Quod ergo Deus con- 1.Cor.7.b
iunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de eodem interrogauerũt eum. Et ait illis, Quicũque dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit: adulterium cõmittit super eam. Et si vxor dimiserit virum B
suum, & alij nupserit, mœchatur. ‖Et offe- Matt.19.b. Lucæ.18.b
rebant illi paruulos, vt tangeret illos. Discipuli autem comminabantur offerentibus. Quos cũ videret Iesus, indigne tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis eos. talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis: quisquis nõ receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponens manus super illos, benedicebat eos. Et cum e- C
gressus esset in *via', procurrens quidam ge- *viam.5.
nu flexo ante eum, rogabat eum *, ‖Magister *dicens. Matt.19.b
bone, quid faciam vt vitam æternam perci- Lucæ.18.d
piam? Iesus autem dixit ei, Quid me dicis bo-

Exo.20.c. num? Nemo bonus, nisi vnus Deus. ‖Præcepta nosti, Ne adulteres, Ne occidas, Ne fureris, Ne falsum testimonium dixeris, Ne fraudem feceris, Honora patrẽ tuũ & matrem. At ille respondens ait illi, Magister, hæc omnia obseruaui à iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum, dilexit eum, & dixit ei, Vnũ tibi deest: vade quæcunq; habes vẽde, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me. Qui cõstristatus in verbo, abijt mœrens. erat enim habens multas possessiones, Et circunspiciens Iesus ait discipulis suis. Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt. Discipuli autem obstupescebant in verbis eius. At Iesus rursus respõdens ait illis, Filioli, quàm difficilè
D est cõfidentes in pecunijs, in regnũ Dei introire. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitẽ intrare in regnum Dei. Qui magis admirabãtur, dicentes ad semetipsos, Et quis potest saluus fieri? Et intuens illos Iesus, ait, Apud homines impossibile est: sed non apud Deum. omnia enim
Matt.19.d possibilia sunt apud Deum. ‖Et cœpit ei Petrus dicere, Ecce, nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Respõdens Iesus, ait, Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domũ, aut fratres, aut sorores, aut patrẽ, aut matrẽ, aut filios, aut agros propter me & propter Euangelium: qui nõ accipiet centies tantũ nunc in tẽpore hoc: domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros, cum persecutionibus: & in seculo futuro vitã æternã.
Matt.19.d. ‖multi autẽ erunt primi, nouissimi: & nouissimi, primi. Erant autẽ in via ascendentes Ie
E rosolymã: & præcedebat illos Iesus: & stupebant: & sequentes timebãt. ‖Et assumens iterum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei euentura, Quia ecce ascendimus Ierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotum & Scribis & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & cõspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia
Matt.20.c die resurget. ‖Et accedunt ad eum Iacõbus & Iohannes filij Zebedæi, dicẽtes, Magister, volumus vt quodcunque petierimus facias nobis. At ille dixit eis, Quid vultis vt faciã vobis? Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad dexterã tuam, & alius ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. Iesus autem ait eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere calicẽ quem
F ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerũt ei, Possumus. Iesus autem ait eis, Calicem quidẽ quem ego bibo bibetis, & baptismo quo ego baptizor baptizabimini: sedere autẽ ad dexterã meã vel
D. 5. ad sinistram, nõ est meum dare vobis, sed quibus paratum est. Et audientes decem, cœperunt indignari de Iacobo & Iohanne. Ie- Luc.22.c.
sus autẽ vocans eos ait illis, ‖Scitis quia hi qui videntur principari gentibus, dominantur eis: & principes eorum potestatẽ habent ipsorum. Nõ ita est autẽ in vobis, sed quicũque voluerit fieri maior, erit vester minister: & quicunq; voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Nã & filius hominis nõ venit vt ministraretur ei, sed vt mi- G
nistraret, & daret animã suam redẽptionem pro multis. Et veniunt Iericho: & proficis- Matt.20.d Luc.18.f.g
cente eo de Iericho, & discipulis eius & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus cæcus, sedebat iuxta viã mendicãs. Qui cùm audisset quia Iesus Nazarenus est: cœpit clamare, & dicere, Iesu fili Dauid, miserere mei. Et cõminabantur ei multi vt taceret. At ille multò magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Et stans Iesus præcepit illum vocari. Et vocant cæcum dicentes ei, Animæquior esto, surge, vocat te. Qui proiecto vestimento suo exiliens, vênit ad eum. Et respondens Iesus dixit illi, Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei, Rabbòni vt videam. Iesus autem ait illi, Vade, fides tua te saluũ fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

S. Super pullum asinæ cum honore Ierusalem ingreditur: ficum maledicendo arefacit: emẽtes ac vendentes de templo eijcit: efficaciam fiduciæ in Deum ostendit, dicens fratri remittenda quæ in nos commisit: Scribis non dicit qua potestate hæc faciat, eò quod nec illi responderent ad propositam de Iohannis baptismo quæstionem. CAP. XI.

ET cùm appropinquaret Ierosolymæ A
& Bethaniæ ad montẽ oliuarum, mit Matt.21.a. Luc.19.c
tit duos ex discipulis suis, & ait illis, Ite in castellũ quod cõtra vos est, & statim introeuntes illuc, inuenietis pullum ligatũ, super quẽ nemo adhuc hominum sedit: soluite illum, & adducite. Et si quis vobis dixerit, Quid facitis? dicite quia Domino necessarius est: & continuò illum dimittet huc. Et abeuntes inuenerunt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluunt eum. Et quidã de illuc stantibus *dicebant illis, Quid facitis soluentes pullum? Qui dixerunt eis sicut præceperat illis Iesus: & dimisẽrũt eis. Iohan.12.b
‖Et duxerunt pullum ad Iesum: & imponũt illi vestimenta sua, & sedit super eum. Multi autem vestimenta sua strauerunt in via: alij autem frõdes cædebant de arboribus, & sternebant in via. Et qui præibant & qui sequebantur clamabant, dicẽtes, Hosan-na, bene- B
dictus qui venit in nomine Domini. benedictum quod venit regnum patris nostri Da- Matt.21.b. Luc.19.g
uid, Hosan-na in excelsis. ‖Et introiuit Ierosoly-

*dicebat.6.

lymam in templum: & circunspectis omnibus cum iam vespera esset hora, exijt in Bethaniã cũ duodecim. Et alia die cũ exirent à
Matth.21.b Bethania, ‖esurijt. Cumq; vidisset à lõge ficum habentem folia, venit si quid fortè inueniret in ea. Et cum venisset ad eam, nihil inuẽnit præter folia. non enim erat tempus ficorum. Et respondens dixit ei, Iam nõ amplius in æternum ex te fructum quisquam
C manducet. Et audiebant discipuli eius. Et veniunt Ierosolymam. Et cum introisset in tẽplum, cœpit eijcere vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorum, & cathedras vendentium columbas euertit. & non
Isaiæ.56.c Ierem.7.b sinebat vt quisquam transferret vas per templum, & docebat, dicẽs eis, Nónne scriptum est, ‖Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? ‖Vos autem fecistis eam spelũcam latronum. Quo audito, principes sacerdotum & Scribæ quærebant quomodo eũ perderent. timebãt enim eum:
Matt. 21.c. quoniam vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et cum vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. ‖Et cum mane trãsirent, viderunt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus dixit ei, Rabbi ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondẽs Ie
sus ait illis, Habete fidẽ Dei. amen dico vobis
Matth.7.a. 21.e. Luc.11.b. quia quicunque dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunque dixerit, fiat: fiet ei. ‖Propterea dico vobis, omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et cum stabitis ad orandum, dimittite siquid habetis aduersus aliquem: vt & pater vester qui in cœlis
D est, dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos nõ dimiseritis: nec pater vester qui in cœ
Matt.6.b. Eccli.28.a lis est, dimittet vobis peccata vestra. Et veniunt rursus Ierosolymam. Et cum ambularet in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes & scribæ & seniores, & dicunt ei, In
Matt.21.c. qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem vt ista facias? Iesus autem respondens ait illis, Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi: & dicam
Luc.20.a. vobis in qua potestate hæc faciam. Baptismus Iohannis, de cœlo erat, an ex hominibus? Respõdete mihi. At illi cogitabant secum, dicentes, Si dixerimus de cœlo, dicet, Quare ergo non credidistis ei? Si dixerimus
*timemus ex hominibus, *timebant populum. omnes enim habebant Iohannem quia vere prophetа esset. Et respõdentes dicunt Iesu, Nescimus. Et respondens Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam.

S. Parabolam narrat de vinea agricolis elocata, qui seruos ac filium patrisfamiliãs occiderunt: tentatur à Phariseis de censu Cesari soluendo, & à Sadducæis de resurrectione: interrogatur à Scriba de primo mandato, ipse verò rogat quomodo Scribæ dicant Christum filium esse Dauid, docẽs ab ipsis cauendum: viduam laudat ob duo minuta in gazophylaciũ missa. CAP. XII.

ET cœpit illis in parabolis loqui, Vi- A
neã pastinauit homo, & circũdedit se- Matt.21.d. Luc.20.b. Isaiæ.5.a. Ierem.2.d.
pem & fodit lacũ, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregrè profectus est. Et misit ad agricolas in tẽpore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui apprehensum eum ceciderũt: & dimiserunt vacuum. Et iterum misit ad illos alium seruum: & illum in capite vulnerauerunt, & cõtumelijs affecerũt. Et rursum alium misit, & illum occiderunt: & plures alios: quosdã cædentes, alios verò occidentes. Adhuc ergo vnum habens filium charissimum: & illũ misit ad eos nouissimum, dicens, Quia reuerebuntur filium meum. Coloni autẽ dixerunt adinuicem, Hic est hæres: venite, occidamus eum: & nostra erit hæreditas. Et apprehendẽtes eum, occiderunt: & eiecerunt extra vineã. Quid ergo faciet Dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineã alijs.
Nec scripturam hanc legistis, ‖Lapidẽ quem Psal.117.d. Isaiæ.28.d.
reprobauerunt ædificantes, hic factus est in Actu.4.b. Roma.9.g. 1.Pet.2.a.
caput anguli, A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris? Et quærebant eum tenere: & timuerunt turbã. cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo, abierunt. ‖Et mittunt Matt.22.b. Luc.20.d.
ad eum quosdam ex Pharisæis & Herodianis: vt eum caperent in verbo. Qui venien- B
tes dicunt ei, Magister, scimus quia verax es, & non curas quenquam: nec enim vides in faciem hominum, sed in veritate viã Dei doces. licet dari tributum Cæsari: an nõ dabimus? Qui sciens versutiam illorum, ait illis, Quid me tentatis? afferte mihi denarium vt videam. At illi attulerunt ei. Et ait illis, Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Respondẽs autem Iesus, dixit illis ‖ Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsa- Roma.13.c
ri: & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo. ‖Et venerunt ad eum Sadducæi qui Matt.22.c. Lucæ.20.d
dicunt resurectionem non esse: & interro- Deut.25.b
gabant eũ dicentes, Magister, ‖Moyses nobis scripsit, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorẽ, & filios non reliquerit: accipiat frater eius vxorem ipsius, & resuscitet semen fratri suo. Septẽ ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est non relicto semine. Et secundus accepit eã, & mortuus est: & nec iste reliquit semen. Et tertius similiter. Et acceperunt eam simi

Universidad de Deusto
Biblioteca

liter septem: & non reliquerunt semen. Nouissima omnium defuncta est & mulier. In resurrectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit vxor? septē enim habuerunt eam
C vxorem. Et respondens Iesus ait illis, Nónne ideo erratis, non scientes scripturas neque virtutem Dei? Cum enim à mortuis resurrexerint, neque nubent neque nubentur, sed
*Dei sunt sicut angeli *in cœlis. De mortuis autem quòd resurgāt, nō legistis in libro Moysi, super rubum quomodo dixerit illi Deus, inquiens, ‖Ego sum Deus Abraham, &
Exod.3.b. Matt.22.d Luc.20.c. Deus Isaac, & Deus Iacob? Non est Deus mortuorum, sed viuorum. Vos ergo multum erratis. Et accessit vnus de Scribis qui audierat illos conquirentes. & videns quoniam bene illis respōderit, interrogauit eum quod esset primum omnium mandatum. Iesus autem respondit ei, Quia primum omnium
Deut.6.a. *noster Dominus.7. *vester Deus.4. mandatum est, ‖Audi Israel, Dominus Deus *tuus, Deus' vnus est. Et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mēte tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primū mandatum. Secun-
Leuit.19.d Matt.22.d. Roma.13.c Gal.5.c. Iacob.2.b. dum autem simile est illi, ‖Diliges proximū tuum tanquam teipsum. Maius horum aliud mandatum nō est. Et ait illi scriba, Bene magister, in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & non est alius præter eum. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine: & diligere proximū tanquam seipsum: maius est omnibus holocautomatibus & sacrificijs. Iesus autem videns quòd sapienter respondisset, dixit illi, Non es longe à regno Dei.
Matt.22.d. Luc.20.g. Et nemo iam audebat eū interrogare. ‖Et respondēs Iesus dicebat, docēs in templo, Quo
D modo dicunt Scribæ Christum filium esse Dauid? Ipse enim Dauid dicit in Spiritu sancto, ‖Dixit Dominus Domino meo, sede à
Psal.109.a. dextris meis, donec ponā inimicos tuos scabellū pedum tuorum. Ipse ergo Dauid dicit eum Dominū: & vnde est filius eius? Et mul-
Matt.23.a. Lucæ.11.f. 20.g. ta turba eum libēter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua, Cauete à Scribis, qui volūt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagogis, & primos discubitus in cœnis: qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium. Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. Cum venisset autem vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos, ait illis, Amen dico vobis quoniam vidua hæc pauper, plus omnibus misit qui miserunt in gazophylacium: Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt: hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victum suum.

S. Templum dicit euertendum, prædicitq; bella & varias afflictiones ac persecutiones, abominationemq; desolationis: de pseudochristis & pseudoprophetis: post signa in corporibus cœlestibus veniet cū gloria filius hominis, & huius signum dat à ficu: quia aūt nemo tēpus nouit, iubet omnes vigilare. CAP. XIII.

A ET cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis, Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Et respondens Iesus, ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Et cùm sederet in monte oliuarum contra templum, interrogabant eum separatim Petrus & Iacobus & Iohānes & Andreas, Dic nobis, quando ista fient? & quod signum erit quando hæc omnia incipient consummari? Et respondens Iesus, cœpit dicere illis, Videte ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine meo dicentes quia ego sum: & multos seducent. Cùm audieritis autem bella & opiniones bellorum, ne timueritis. oportet enim hæc fieri: sed nondū finis. Exurget enim gens contra gentem, & regnum super regnum: & erunt terræmotus per loca, & fames. Initium dolorum, hæc. Vi B dete autem vosmetipsos. Tradent enim vos in cōcilijs, & in synagogis vapulabitis, & ante præsides & reges stabitis propter me, in testimoniū illis. Et in omnes gētes primùm Matt.10.b oportet prædicari Euangelium. ‖Et cum duxerint vos tradētes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. non enim vos estis loquentes: sed Spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filiū: & consurgent filij in parentes, & morte afficiēt eos. Et eritis odio omnibus, propter nomē meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic saluus erit. Cum autem videritis abomi- Matt.24.b nationem desolationis stantem ‖ vbi nō de- Lucæ.21.d bet (qui legit, intelligat) tunc qui in Iudæa Dante.9.g
C sunt, fugiant in montes. & qui super tectum: ne descendat in domū, nec introeat vt tollat quid de domo sua, & qui in agro erit: non reuertatur retro, tollere vestimentum suum. Væ autē prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate vero vt hyeme nō fiant. Erūt enim dies illi tribulationes tales, quales nō fuerunt ab initio creaturæ quam cōdidit Deus vsq; nunc, neq; fiēt. Et nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit, breuiauit dies. Et tunc si quis vobis dixerit, Ecce, hīc

hīc est Christus, ecce illic: ne credideritis. Exurgēt enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabūt signa & portēta ad seducendos, si fieri potest, etiā electos. Vos ergo vide
Matt.24.b Luc.21.b.e Ezec.23.b Isaiæ.13.b. Ioel.3.c. te, ecce prædixi vobis omnia. ‖Sed in illis die
D bus post tribulationē illā sol contenebrabitur & luna nō dabit splendorē suum, & stellæ cœli erunt decidentes, & virtutes quæ in cœlis sunt, mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus, cum virtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor vētis, à summo terræ vsq; ad summum cœli. A ficu autē discite parabolā. Cùm iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sit æstas. sic & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostijs. Amē dico vobis quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cœlum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. De die autem illo vel hora nemo scit, neque angeli in
Matt.24.d cœlo, neque filius: nisi pater. ‖Videte, vigilate, & orate. nescitis enim quādo tempus sit. Sicut homo qui peregrè profectus reliquit domum suam: & dedit seruis suis potestatē cuiusq; operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo (nescitis enim quando dominus domus veniat: sero, an media nocte, an gallicantu, an mane) ne cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

S. Consultant principes sacerdotum, de occidendo Iesu, qui vnguento pretioso à muliere perfunditur murmurantibus discipulis: venditur à Iuda, de cuius proditione discipulis loquitur in cœna, in qua panē in corpus suum & vinum in sanguinē consecrata tradit discipulis: Prædicit omnes scandalizandos, & trinam Petri negationem: ac post trinam orationem capitur à Iudæis, quorum vni Petrus abscidit auriculam: & discipulis fugientibus, corā Caipha à falsis testibus accusatus, mortisq; reus iudicatus, cōspuitur ac cæditur, & ter à Petro negatur. CAP. XIIII.

A ERat autem Pascha & Azyma post biduum: & quærebant summi sacerdotes & Scribæ quomodo eum dolo tenerent & occiderent. Dicebant enim, Non in die festo: ne fortè tumultus fieret *populi'. Et cùm esset Bethaniæ in domo Simōnis Leprosi, & recumberet, vēnit mulier habēs: alabastrum vnguenti nardi *spicati' pretiosi: & fracto alabastro effudit super caput eius. Matt.26.a Lucæ.22.a Marc.26.a Iohan.12.a ‖Erāt enim quidā indigne ferētes intra semet ipsos, & dicētes, Vt quid perditio ista vnguēti facta est? Poterat enim vnguentum istud vænundari plus quā trecētis denarijs & dari pauperibus. Et fremebant in eam. Iesus autē dixit, Sinite eam: quid illi molesti estis? Bonum opus operata est in me. semper enim pauperes *habetis' vobiscum: & cum volueritis potestis illis benefacere: me autem non semper habetis. Quod habuit hæc, fecit: prævenit vngere corpus meum in sepulturam. Amen dico vobis, vbicunque prædicatū fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc, narrabitur in memoriam eius. ‖Et Iudas Iscariótes vnus de duodecim B abijt ad summos sacerdotes, vt proderet eū Matt.26.b illis. Qui audiētes gauisi sunt: & promiserūt Lucæ.22.a ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo ‖illum oportune traderet. Et primo die A Matt.26.b azymorum quando pascha immolabant, dicūt ei discipuli, Quó vis eamus, & paremus tibi vt manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: & dicit eis, Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenā aquæ baiulans, sequimini eum: & quocunque introierit, dicite domino domus quia magister dicit, Vbi est refectio mea, vbi pascha cū discipulis meis manducem? Et ipse vobis demō strabit cœnaculum grande, stratum: & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem: & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. Vespere Matt.26.b autem facto venit cum duodecim. Et discū- Lucę.22.b bentibus eis & māducantibus, ait Iesus, A- Iohan.13.c mē dico vobis quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum. At illi cœperunt cōtristari, & dicere ei singulatim. Nunquid e-
C go? Qui ait illis, Vnus ex duodecim, qui intingit mecū ▷manum' in catino. & filius qui- ▷.8. dem hominis vadit ‖sicut scriptum est de eo: Psal.40.c. Actuū.1.c. væ autem homini illi per quem filius homi- Matt.26.b nis *tradetur'. bonum erat ei, si non esset na- 1.Cor.11.e tus homo ille. Et manducantibus illis accepit Iesus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait, Sumite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens dedit eis. & biberunt ex illo omnes. Et ait illis, Hic est sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis quia iā nō bibam de *genimine vitis vsq; in diem illum cum illud bibam (nouum) in regno Dei. Et hymno dicto exierunt in montem oliuarū. Et ait eis Iesus. ‖ Omnes scādalizabimini Ioan.16.g. ▷in me' in nocte ista: quia scriptū est, ‖Percu- ▷.10. tiam pastorē: & dispergentur oues, Sed post Zach.13.e. quam resurrexero, præcedā vos in Galilæā. Petrus autem ait illi, Et si omnes scandali-
D zati fuerint: sed non ego. Et ait illi Iesus, Amē dico tibi, quia tu hodie in nocte hac, priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur, & si oportuerit me simul cōmori tibi, nō te nega

Universidad de Deusto
Biblioteca

ob. Similiter autem & omnes dicebãt. Et ve-
Matt.26.d Luc.22.d. niunt in prædiũ cui nomen Geth-semani. Et ait discipulis suis, Sedete hic donec orẽ. Et assumit Petrum & Iacôbum & Iohannẽ secum: & cœpit pauere & tædere. Et ait illis, Tristis est anima mea vsq; ad mortem: sustinete hic, & vigilate. Et cum processisset paulum, procidit super terram: & orabat vt si fieri posset transiret ab eo hora: & dixit, Abba, pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me. sed non quod ego volo, sed quod tu. Et vênit, & inuenit eos dormiẽtes. Et ait Petro, Simon, dormis? non potuisti vna hora vigilare? Vigilate, & orate, vt nõ intretis in tentationẽ. Spiritus quidẽ promptus est: caro verò infirma. Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens. Et reuersus, denuo inuenit eos dormientes (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertio, & ait illis, Dormite iam, & requiescite. Sufficit, venit hora, ecce filius hominis tradetur in ma
E nus peccatorum. Surgite, eamus. ecce, qui me tradet, prope est. Et adhuc eo loquente venit Iudas Iscariótes vnus de duodecim, &
Matt.26.e Luc.22.e. Iohan.18.a cum eo ‖turba multa cum gladijs & lignis, *à summis sacerdotibus & Scribis & senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis dicens, Quemcunq; osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite cautè. Et cum venisset, statim accedens ad eum ait, Rabbi. & osculatus est eum. At illi, manus iniecerunt in eum: & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circunstantibus educens gladiũ, percussit seruum summi sacerdotis: & amputauit illi auriculã. Et respõdens Iesus, ait illis, Tanquã ad latronem existis cum gladijs & lignis cõprehendere me? quotidie erã apud vos in tẽplo docens, & nõ me tenuistis. Sed
Matt.26.f Lucæ.22.f. Ioan.18.c. vt impleantur scripturæ. ‖Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Ado
F lescens autẽ quidã sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerũt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summũ sacerdotẽ: & cõuenerunt omnes sacerdotes & Scribæ & seniores. Petrus autem à lõgè secutus est eum vsq; intro in atriũ summi sacerdotis: & sedebat cum ministris adignẽ, & calefaciebat se. Summi vero sacerdotes & omne concilium quærebãt aduersus Iesum testimonium, vt eum morti traderẽt: nec inueniebant. Multi enim testimoniũ falsum dicebant aduersus eum: & cõuenientia testimonia nõ erant. Et quidã surgẽtes, falsum testimoniũ ferebant aduersus eum, dicẽtes, Quoniã nos audiui-
Iohan.2.d *post. mus eum dicentẽ, ‖Ego dissoluã templũ hoc manufactũ, & *per triduũ aliud non manufactum ædificabo. Et non erat cõueniens testimonium illorum. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit Iesum, dicens, Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat: & nihil respondit. Rursùm summus sacerdos interrogabat eum: & dixit ei, Tu es christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit illi, Ego sum: ‖& videbitis filiũ hominis sedentẽ à dextris virtutis*, & venientẽ cum nubibus cœli. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait, Quid adhuc desyderamus testes? Audistis blasphemiam. quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperunt quidam conspuere eum, & velare faciẽ eius, & colaphis eum cædere, & dicere ei, Prophetiza. & ministri laphis eum cædebãt. ‖Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi cerdotis. & cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait, Et tu cum Iesu Nazareno eras. At ille negauit, dicens, Neq; scio, neq; noui quid dicas. Et exijt foras ante atrium: & gallus cantauit. ‖Rursus autem cũ vidisset illum ancilla, cœpit dicere circunstantibus, Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabãt dicebant Petro, Verè ex illis es. nam & Galilæus es. Ille autem cœpit anathematizare & iurare, Quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Prius quàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

D.7. G Matt.24.c *Dei.

Matt.26.g Lucæ.22.f Iohan.18.e

Matt.26.g. Luc.22.f.d Iohan.18.e

S. Iesus coram Pilato accusatus nihil respondet præligitur Barabbas, & Iesus traditur crucifigendus, qui multis modis illusus à militibus, ducitur ad crucifigendum: & diuisus ipsius vestimentis, inter latrones crucifixus, audit variorum iactatas in se blasphemias: subiuriuntur tenebræ, & clamãs Iesus Eli, acetoq; potatus, cũ clamore valido expirat, cuius corpus à Ioseph sepelitur.

CAP. XV.

A Matt.27.a. Lucæ.22.g Iohan.18.e

ET confestim, mane consilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & Scribis & vniuerso consilio, vinci-
entes Iesum duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudæorum? At ille respõdens, ait illi, Tu dicis. Et accusabãt eum summi sacerdotes in multis. ‖Pilatus autem rursum interrogauit eum dicens, Non respondes quicquam? vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respõdit: ita vt miraretur Pilatus. Per diẽ autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quemcunq; petissent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat

Matt.27.b. Lucæ.23.a. Iohan.18.f

erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare: sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respondit eis, & dixit, Vultis dimittam vobis Regem Iudæorum? Sciebat enim quòd per inuidiã tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam vt
B magis Barabban dimitteret eis. ‖Pilatus autẽ
Matt.27.c. Luc.23.b Iohan.18.g & 19.c. iterum respondens, ait illis. Quid ergo vultis faciam Regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant. Crucifige eum. Pilatus autem volẽs populo satisfacere, dimisit illis Barabban: & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur. ‖Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem: & induunt eum purpura, & imponunt ei, plectentes, spineam coronam. Et cœperũt salutare eum, Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine: & conspuebant eum. & ponentes genua, adorabant eum. Et
Matt.27.c. Iohan.19.a. postquam illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum vt crucifigerent eum. ‖Et angariauerunt prætereuntem quempiam, Simõ
Matt.27.d. Lucæ.23.d nem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi, vt tolleret crucem eius. ‖Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum, Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non
C accepit. ‖Et crucifigẽtes eum diuiserunt ve-
Matt.27.d. Lucæ.23.c Iohan.19.d. stimenta eius, mittẽtes sortem super eis, quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones, vnum à dextris, & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ
Isaiæ.53.d. dicit, ‖Et cum iniquis reputatus est. Et prætereuntes blasphemabant eum, mouentes capita sua, & dicentes, Vah ‖qui *destruit templum*, & in tribus diebus *ædificat: saluum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudentes, ad alterutrum cum Scribis dicebant, Alios saluos fecit, seipsum nõ potest saluũ facere. Christus
Iohan.2.d. *destruis. *Dei. *ædificas. Rex Israel descendat nunc de cruce: vt videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram vsque
Psalm.21.a. in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens, ‖Eloi, eloi, lamma sabacthani? quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus vt quid dereliquisti
D me? Et quidam de circunstantibus audientes dicebant, Ecce, Eliam vocat. Currens autem vnus, & implens spongiam aceto circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens, Si-

nite: videamus si veniat Elias ad deponendum eum. Iesus autem emissa voce magna expirauit. Et velum tẽpli scissum est in duo, à summo vsq; deorsum. Videns autem centurio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset: ait, Vere hic homo, filius Dei erat. Erant autem & mulieres dẽlonge aspicientes: inter quas erat Maria Magdaléne, & Maria Iacóbi minoris & Ioseph mater, & Sa-
lóme, & cum esset in Galilæa, ‖sequebantur Infra.8.a. eum, & ministrabant ei, & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam.

‖Et cum iam sero esset factum (quia erat Matt.27.g. Lucæ.23.g Iohan.19.g Parascéue, quod est ante sabbathũ) vênit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectãs regnum Dei: & audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. Et accersito centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à centurione: donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monumenti. Maria autem Magdaléne & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur.

S. Mulieribus ad Christi monumentum cheu-pescẽtibus angelus resurrectionẽ ipsius annuntiat, qui primum Mariæ Magdaléne apparet, deinde duobus discipulis in alia effigie: demum vndecim recumbentibus apparens, exprobrata incredulitate, mittit eos vt in vniuerso mundo prædicent ac baptizent. subiunctis signis quæ sequantur credentes, ac ita in cælum ascendit.

CAP. XVI.

A Lucæ.24.c Ioan.20.a.

ET cum transisset sabbathum, Maria Magdaléne & Maria Iacóbi & Salóme emerunt aromata, vt venientes vngerẽt Iesum. Et valdè mane vna sabbathorum, veniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumẽti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. ‖Et introeuntes in monumẽ-
Matt.28.a. Ioan.20.c. tum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: & obstupuerunt.
B Qui dicit illis, Nolite expauescere: Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hîc, ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro quia *præcedet. *'præcedit' vos in Galilæã: ibi eum videbitis, Matt.26.c. Supra.14.c ‖sicut dixit vobis. At illæ exeuntes, fugerunt de monumento. inuaserat enim eas tremor & pauor: & nemini quicquam dixerunt. timebant enim.

*Iesus.

Surgens autẽ *mane prima sabbathi, apparuit primo Maria Magdaléne, de qua eiecerat se-

rat septem dæmonia. Illa vadens nuntiauit
his qui cum eo fuerant, lugentibus & flen-
C tibus. Et illi audientes quia viueret & visus
esset ab eâ, non crediderũt. Posthæc autem
Luc.24.b. ‖duobus ex his ambulãtibus ostensus est in
alia effigie, euntibus in villam, & illi eun-
tes nuntiauerunt cæteris: nec illis credide-
Luc.24.f. runt. ‖Nouissime recumbentibus illis vn-
Ioan.20.e. decim apparuit: & exprobrauit incredulitatẽ
Matt.28.d eorum & duritiam cordis, quia ijs qui vide-
rant eum resurrexisse, non crediderunt. Et
dixit eis, Euntes in mundũ vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui cre-
diderit, & baptizatus fuerit: saluus erit. qui
verò non crediderit: condemnabitur. Signa D
autem eos qui crediderint hæc sequentur: In
Actu.16.d. nomine meo ‖dæmonia eijcient, ‖Linguis
Actuũ.2.a. 10.g. loquentur nouis, ‖Serpentes tollent, Et si
Actu.28.a. b.c. mortiferum quid biberint, non eis nocebit,
Actu.7.g. ‖Super ægros manus imponent: & bene ha-
Lucæ.24.g bebunt. Et Dominus quidem Iesus postquã
locutus est eis, ‖assumptus est in cœlum, &
*sedet 'sedit' à dextris Dei. Illi autem profecti prædicauerunt vbique: Domino cooperante,
& sermonẽ confirmante sequentibus signis.

Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

LVcas medicus Antiochensis, vt eius scripta indicant, Græci sermonis non ignarus fuit, sectator apostoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes: scripsit Euangelium, de quo idem Paulus: Misimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias. Et ad Colossenses: Salutat vos Lucas medicus charissimus. Et ad Timotheum, Lucas est mecum solus. Aliud quoq; edidit volumen egregiũ quod titulo πράξεις ἀποστόλων prænotatur, cuius historia vsq; ad biennium Romæ cõmorantis Pauli peruenit, id est vsq; ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem vrbe librum esse compositum. Igitur περίοδον Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas scripturas computamus. Quale enim est, vt indiuiduus comes apostoli, inter cæteras eius res, hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullianus vicinus eorum temporum, refert presbyterum quendam in Asia σπουδασάν apostoli Pauli, cõuictum apud Iohannem, quòd author esset libri, & confessum se hoc Pauli amore feciſse, & ob id excidisse: quidam suspicantur quotiescunq; in epistolis suis Paulus dicit, Iuxta Euangelium meum, de Lucæ significare volumine: & Lucam non solum ab apostolo Paulo didicisse Euangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, sed à cæteris apostolis. quod ipse quoq; in principio sui voluminis declarat, dicens, Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipsi viderunt, & ministri fuerunt sermonis. Igitur Euangelium sicut audierat, scripsit. Acta verò apostolorum, sicut viderat composuit. Vixit octoginta & quatuor annos, vxorem non habens. Sepultus est Constantinopoli, ad quam vrbem vicesimo Constantini anno, ossa eius cum reliquijs Andreæ apostoli translata sunt de Achaia.

Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Lucam.



S. Zachariæ sacerdoti annuntiat Gabriel Iohãnis conceptum ex Elisábeth sterili, qui angelo non credens mutus efficitur: idemq; Gabriel Mariæ annuntiat conceptum Iesu filij Dei de Spiritu sancto: ad Mariæ salutationẽ Iohannes exultat in vtero, & Elisábeth prophetat, ipsaq; Maria canticum gratiarum actionis Domino decantat: in nati Iohannis circũcisione Zacharias pater recepta loquela canticum gratiarum actionis edit. CAP. I.

QVONIAMQVIDEM multi conati sunt ordinare narrationem quæ in nobis completæ sunt rerum: sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi viderunt & ministri fuerunt sermonis, visum est & mihi assequuto omnia à principio diligẽter, ex ordine tibi scribere optime Theophile, vt cognoscas eorum verborũ de quibus eruditus es veritatem.

A Fuit in diebus Herodis regis Iudææ, sacer
1.Par.24.a dos quidã nomine Zacharias, de ‖vice Abia:
& vxor illius de filiabus Aarõ, & nomen eius Elisabeth. Erant autem iusti ambo ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querela, & nõ erat illis filius: eo quòd esset Elisabeth sterilis, & ambo processissent in diebus suis. Factum est autem: cum sacerdotio fungeretur
*Zacharias. *in ordine vicis suæ ante Deum, secundum
cõsuetudinem sacerdotij, sorte exijt vt incensum poneret ingressus in templum Domini.
Leuit.16.d Exo.30.a. ‖& omnis multitudo populi erat orãs foris
‖hora incensi. Apparuit autẽ illi angelus Domini, stãs à dextris altaris incensi. Et Zacharias turbatus est, vidẽs: & timor irruit super eum. Ait autem ad illum angelus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita est deprecatio tua: & vxor tua Elisábeth pariet tibi filiũ, & vocabis nomen eius Iohannem: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. erit enim magnus corã Do B
mino: & vinum & siceram non bibet: & Spiritu sancto replebitur adhuc ex vtero matris suæ: ‖& multos filiorum Israel conuertet ad Mala.4.b. Matt.11.b.
Dominum Deum ipsorum. & ipse præcedet ante illũ in spiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudentiam iustorum, parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad angelum, Vnde hoc sciã? ego enim sum senex: & vxor mea processit in diebus suis. Et respondens angelus, dixit ei, Ego sum Gabriel qui asto ante Deum: & missus sum loqui ad te, & hæc tibi Euangelizare. Et ecce, eris tacens & non poteris loqui vsq; in diem quo hæc fiant: pro eo quòd nõ credidisti verbis meis, quæ implebũtur in tẽpore suo. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quòd tardaret ipse in tẽplo. Egressus autem nõ poterat loqui ad illos: & cognouerunt quod visionẽ vidisset in templo. Et ipse erat innuẽs C
illis: & permansit mutus. Et factum est: vt impleti sunt dies officij eius, abijt in domũ suã. Post hos autẽ dies concepit Elisábeth vxor eius: & occultabat se mensibus quinque, dicens, Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mense autem sexto missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingressus angelus, ad eam dixit, Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum 'audisset', turbata est in *'vidisset.2.
sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei, Ne timeas Maria, Isaiæ.7.c.
inuenisti enim gratiam apud Deũ. ‖Iecce concipies in vtero, & paries filium: ‖& vocabis Infra.2.c.
nomen eius Iesum. hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur, & dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: ‖ & regnabit Dan.7.d.g Mich.4.c.
in domo Iacob in æternum, & regni eius nõ D
erit finis. Dixit autẽ Maria ad angelũ, Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondens angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obum-

obumbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur
▷.8. ▷ex te' Sanctũ, vocabitur filius Dei. Et ecce
Elisábeth cognata tua, & ipsa cõcepit filiũ
in senectute sua: & hic mensis, sextus est illi
quæ vocatur sterilis: quianõ erit impossibi
le apud Deum omne verbum. Dixit autem
Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secũ
dũ verbum tuũ. Et discessit ab illa angelus.
Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt
in mõtana cũ festinatione in ciuitatẽ Iuda:
& intrauit in domũ Zachariæ, & salutauit
Elisábeth. Et factũ est: vt audiuit salutatio-
nẽ Mariæ Elisábeth, exultauit infans in vte
ro eius. & repleta est Spiritu sancto Elisá-
beth: & exclamauit voce magna, & dixit, Be
nedicta tu inter mulieres, & benedictus fru
ctus vẽtris tui. Et vnde hoc mihi vt veniat
mater Domini mei ad me? Ecce enim vt fa
cta est vox salutatiõis tuæ in auribus meis,
E exultauit in gaudio infans in vtero meo. &
*credidisti. beata quæ *credidit' quoniã perficientur ea
*tibi. quæ dicta sunt *ei' à Domino. Et ait Maria,
Magnificat anima mea Dominum,
Et exultauit spirit' me' in Deo salutari meo,
Quia respexit humilitatem ancillæ suæ.
ecce enim ex hoc beatam me dicẽt omnes
generationes, Quia fecit mihi magna
qui potens est, & sanctum nomen eius.
*in generationem & generationẽ 1. Et misericordia eius *à progenie in progenies, 'timentibus eum.
Fecit potentiam in ‖brachio suo: ‖dispersit
superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede, & exaltauit hu
miles.
‖Esurientes impleuit bonis: & diuites dimi
sit inanes.
*in progenies & progenies. 7. Isaiæ. 51. b. Psal. 32. b. Isaiæ. 29. c Psal. 33. a. 1. Reg. 2. b. *memorari. 10. Suscepit Israel puerum suum, *recordatus' misericordiæ suæ,
F ‖Sicut locutus est ad patres nostros, Abra-
ham & semini eius in sæcula.
Isaiæ. 41. b 30. d. 54. b Iere. 31. a. d Psal. 131. c. Mansit autem Maria cum illa quasi mensi-
bus tribus: & reuersa est in domum suam.
Elisábeth autem impletum est tempus pa-
riendi: & peperit filium. Et audierunt vici-
ni & cognati eius quia magnificauit Do-
minus misericordiam suam cum illa, ‖&
Gene. 17. c. 21. c. cõgratulabantur ei. Et factum est: in die o-
Supra. b. ctauo venerunt circuncidere puerum, & vo
cabant eum nomine patris sui, Zachariam.
Et respõdens mater eius dixit, Nequaquã,
sed vocabitur Iohannes. Et dixerunt ad il-
lam, Quia nemo est in cognatione tua qui
vocetur hoc nomine. Innuebant aũt patri
eius quem vellet vocari eum. Et postulans
Supra. b. pugillarem, scripsit, dicens, ‖Iohannes est
nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. A-
pertum est autem ilico os eius, & lingua
eius, & loquebatur benedicens Deũ. Et fa-
ctus est timor super omnes vicinos eorum:
& super omnia montana Iudææ diuulga-
bãtur omnia verba hæc: & posuerũt omnes
qui audierant in corde suo, dicentes, Quis,
putas, puer iste erit? Etenim manus Domini
erat cum illo. Et Zacharias pater eius reple
tus est Spiritu sancto: & prophetauit, dicẽs,
G ‖Benedictus Dominus Deus Israel: quia vi
Infra. 2. c. 1 Matth. 1. c. *plebi. 7. sitauit & fecit redemptionem *plebis' suæ:
Et erexit cornu salutis nobis, in domo Da
uid pueri sui:
Psal. 73. c. 131. d. Iere. 23. a. 30. b. ‖Sicut locutus est per os sanctorum qui à
sæculo sunt prophetarum eius,
Salutem ex inimicis nostris, & de manu
omnium qui oderunt nos.
Ad faciendam misericordiam cum patribus
nostris: & memorari testamẽti sui sancti.
Ierem. 31. f. Gene. 22. c Heb. 6. c. d ‖Iusiurandum quod iurauit ad Abraham
patrem nostrum, daturum se nobis,
Vt sine timore de manu inimicorum no-
strorum liberati, seruiamus illi
In sanctitate & iustitia coram ipso, omni-
bus diebus nostris.
Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis:
Malac. 4. a Zach. 3. d. præibis enim ante faciem domini parare
vias eius, ‖Ad dandã scientiam salutis ple
bi eius, in remissionẽ peccatorum eorũ,
Per viscera misericordiæ Dei nostri, in qui
Supra. b. bus visitauit nos ‖Oriens ex alto
Illuminare his qui in tenebris & in vmbra
mortis sedent: ad dirigendos pedes no-
stros in viam pacis.
Puer aũt crescebat, & cõfortabatur spiritu,
& erat in desertis vsq; in diem ostensio-
nis suæ ad Israel.

S. *Ex Augusti decreto Ioseph cũ Maria ascẽdit Bet-léhẽ, vbi illa peperit Saluatorẽ cuius nati uitate ab angelo audita, pastores festini venũt illũ visuri: puer circũcisus vocatur Iesus, quẽ post dies purificationis in Ierusalẽ delatum vt Domino sisteretur, Simeõ senex benedicit, ac de matris in passione doloribus prophetat, Annaq; prophetissa vetula Domino confitetur: Iesus duodecim annorum plenus sapiẽtia & gratia, perditus à parẽtibus, in medio doctorũ inuenitur, descẽditq; Nazareth factus illis subditus.*

CAP. II.

A FActum est autem, in diebus illis exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descrip-
tio prima, facta est à præside Syriæ Syrino.
Et ibant omnes vt profiterẽtur, singuli in
suã ciuitatem. Ascendit autẽ & Ioseph à Ga
*in. 1. lilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, *ciui
tatẽ Dauid quæ vocatur Beth-léhẽ: eo quòd
esset de domo & familia Dauid, vt profitere
tur cum Maria desponsata sibi vxore, præ-
gnãte. Factũ est aũt: cum essent ibi, impleti
sunt

sunt dies vt pareret. Et peperit filium suũ pri
mogenitum, & pannis eum inuoluit, & recli
*ei. nauit eum in præsepio: quia non erat *eis'
locus in diuersorio. Et pastores erant in re-
gione eadẽ vigilantes & custodiẽtes vigilias
noctis super gregem suum. Et ecce, angelus
Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei cir-
cunfulsit illos, & timuerunt timore magno.
B Et dixit illis angelus, Nolite timere: ecce e-
nim euangelizo vobis gaudium magnum
quod erit omni populo: quia natus est vobis
hodie Saluator qui est Christus Dominus
in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum, In-
uenietis infantem pannis inuolutum: & po-
situm in præsepio. Et subito facta est cum an
gelo multitudo militiæ cœlestis, laudantium
Deum & dicentiũ, Gloria in altissimis Deo:
*in. 4. & in terra pax *hominibus bonæ voluntatis.
Et factum est: vt discesserunt ab eis angeli in
cœlum, pastores loquebantur adinuicem,
Transeamus vsque Beth-léhem, & videa-
*quod fecit Dominus & ostendit. mus hoc verbum quod factum est, *quod
Dominus ostendit' nobis. Et venerunt festi-
C nantes: & inuenerunt Mariam & Ioseph, &
infantem positum in præsepio. Videntes au-
tem cognouerunt de verbo quod dictum e-
rat illis de puero hoc. Et omnes qui audie-
▷.1. runt, mirati sunt: ▷&' de his quæ dicta erant
à pastoribus ad ipsos. Maria autem cõseruа-
bat omnia verba hæc, cõferens in corde suo.
Et reuersi sunt pastores, glorificãtes & laudã
tes Deum in omnibus quæ audierãt, & vide-
rãt sicut dictum est ad illos. Et postquã cõ-
summati sunt dies octo vt circuncideretur
Leuit. 12. a Supra. 1. c. Matth. 1. c. 1. cor. 12. b. Exod. 13. a. puer: ‖vocatum est nomen eius Iesus, quod
vocatum est ab angelo prius quam in vtero
cõciperetur. Et postquam impleti sunt dies
D purgationis eius ‖secundum legem Moysi,
tulerunt illum in Ierusalem, vt sisterẽt eum
Domino, (sicut scriptum est in lege Domi-
ni, Quia omne masculinum adaperiens vul-
Num. 8. c. Exod. 12. c uam, sanctum Domino vocabitur.) & vt da-
rent hostiam ‖secundum quod dictum est in
lege Domini, par turturum, aut duos pullos
columbarum. Et ecce: homo erat in Ieruſa-
lem, cui nomen Simeon, & homo iste iustus
& timoratus, expectans cõsolationem Israel
& Spiritus sanctus erat in eo. Et responsum
acceperat à Spiritu sancto, non visurum se
mortem, nisi prius videret Christum Domi
ni. Et vẽnit in spiritu in templum. Et cum
inducerent puerum Iesum parentes eius, vt
facerent secundum cõsuetudinem legis pro
eo: & ipse accepit eum in vlnas suas, & be-
nedixit Deum, & dixit,
Nunc dimittis seruum tuum Domine, secun
dum verbum tuum in pace:
E Quia viderunt oculi mei Salutare tuum,
Quod parasti ante faciẽ omniũ populorum:
Lumen ad reuelationem gentium, & gloriã
plebis tuæ Israel.
Et erat pater eius & mater mirãtes super his
quæ dicebantur de illo. Et benedixit illis Si-
meon: & dixit ad Mariam matrem eius, ‖Ec
Isaiæ. 8. c. Rom. 9. g. 1. Pet. 2. b. ce positus est hic in ruinam, & in resurre-
ctionem multorum in Israel, & in signum
cui contradicetur: (& tuam ipsius animam
pertransibit gladius) vt reuelentur ex multis
cordibus cogitationes. Et erat Anna prophe
tissa, filia Phanúel, de tribu Aser: hæc pro-
cesserat in diebus multis, & vixerat cum vi-
ro suo annis septem à virginitate sua. Et hæc
F vidua *vsq; ad annos octoginta quatuor: quæ
*erat. 5. non discedebat de templo, ieiunijs & obse-
crationibus seruiens nocte ac die. Et hæc, ip
sa hora superueniens cõfitebatur Domino:
& loquebatur de illo omnibus qui expecta-
bãt redemptionem 'Israel'. Et vt perfecerunt
*Ieruſalẽ. 15 omnia secundum legẽ Domini, reuersi sunt
in Galilæã, in ciuitatem suã Nazareth. Puer
autem crescebat, & cõfortabatur *: plenus sa
*spiritu. 1. pientia: & gratia Dei erat in illo. Et ibant pa
rentes eius per omnes annos in Ierusalem,
Exo. 34. c. Deut. 16. a ‖in die solenni Paschæ. Et cum factus esset
annorum duodecim, ascendentibus illis in
Ierosolymã secundum consuetudinem diei
festi, consummatisq; diebus cum redirent,
remansit puer Iesus in Ierusalem, & non co-
gnouerunt parentes eius. Existimantes au-
tem illum esse in comitatu, venerunt iter di-
G ei, & requirebant eum inter cognatos & no
tos. Et non inuenientes, regressi sunt in Ie-
rusalem: requirentes eum. Et factum est, post
triduum inuenerunt illum in templo seden-
tem in medio doctorum, audientem illos, &
interrogãtem eos. Stupebant autem omnes
qui eum audiebãt, super prudẽtia & respõ-
sis eius. Et videntes admirati sunt. Et dixit ma-
ter eius ad illũ, Fili, quid fecisti nobis sic? ecce pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te.
Et ait ad illos, Quid est quod me quærebatis?
nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt
oportet me esse? Et ipsi nõ intellexerũt ver-
bũ quod locutus est ad eos. Et descẽdit cum
eis, & vẽnit Nazareth: & erat subditus illis. Et
mater eius conseruabat omnia verba hæc in
corde suo. Et Iesus proficiebat sapientia &
ætate & gratia apud Deum & homines.

S. *Iohannes mittitur à Domino impleturus sua prædicatione Isaiæ vaticinium: & turbis publicanis ac militibus dat consilium, dicens quid singulos facere oporteat, testaturq; Christi excellentiam & baptismi ipsius, super quẽ ab ipso baptizatum descẽdit columba ac vox Patris auditur: texiturque eius genealogia à Ioseph vsque ad Adã ascendens.* CAP. III.

Anno

Universidad de Deusto Biblioteca

A ANno autem quintodecimo imperij
Tyberij Cæſaris, procurãte Pontio
Pilato Iudæam, tetrarcha autẽ Gali-
lææ Herôde, Philippo aũt fratre eius tetrar-
cha Ituræ & Trachonitidis regionis, & Ly
ſania Abilinæ tetrarcha, ſub principibus ſa-
cerdotũ Anna & Caipha: factũ eſt verbum
Domini ſuper Iohannẽ Zachariæ filium, in
Matth.3.a. Marci.1.a. deſerto.‖Et vênit in omnẽ regionẽ Iordanis,
prædicans baptiſmũ pœnitentiæ in remiſſio
nem peccatorum: ſicut ſcriptum eſt in libro
Iſaię.40.a Iohan.1.c. ſermonum Iſaiæ prophetæ, ‖Vox clamantis
in deſerto, Parate viam Domini, rectas faci-
B te ſemitas eius. omnis vallis implebitur: &
omnis mõs & collis humiliabitur, & erunt
praua in directa: & aſpera in vias planas. &
Mat.3.b.c. videbit omnis caro Salutare Dei. Dicebat
ergo ad turbas quæ exibãt vt baptizarentur
ab ipſo, Genimina viperarum, quis oſtendit
vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fru-
ctus dignos pœnitentiæ. & ne cœperitis di-
cere, Patrẽ habemus Abraham. Dico enim
vobis quia potẽs eſt Deus de lapidibus iſtis
ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad
"arboris radicem "arborum' poſita eſt. Omnis ergo ar
"exciditur & in ignem mittitur. 1. bor nõ faciens fructum bonum, "excidetur,
& in ignẽ mittetur.' Et interrogabant eum
turbæ, dicẽtes, Quid ergo faciemus? Reſpõ-
C dens autem dicebat illis, Qui habet duas tu-
nicas, det non habenti: & qui habet eſcas, ſi-
militer faciat. Venerunt autem & publicani
vt baptizarentur: & dixerunt ad illum, Ma-
giſter, quid faciemus? At ille dixit ad eos, Ni
hil amplius quàm quod conſtitutum eſt vo
bis, faciatis. Interrogabant autem eum & mi
lites, dicentes, Quid faciemus & nos? Et ait
illis, Neminẽ concutiatis, neq; calumniam
faciatis: & contenti eſtote ſtipendijs veſtris.
Exiſtmante autem populo, & cogitantibus
omnibus in cordibus ſuis de Iohãne, ne for-
D te ipſe eſſet Chriſtus: reſpondit Iohannes, di
Matth.3.c. cens omnibus, ‖Ego quidem aqua baptizo
Marci.1.b. vos: veniet autẽ fortior me, cuius non ſum
Iohan.1.d. dignus ſoluere corrigiam calceamentorum
Act.1.a.2.a 11.c.19.a. eius: ‖ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, &
Matth.3.c. igni. cuius ventilabrũ in manu eius, & pur-
gabit aream ſuam: & congregabit triticum
in horreum ſuum, paleas autem comburet
igni inextinguibili. Multa quidem & alia ex
Matt.14.a. hortans euangelizabat populo.‖Herôdes au
Marci.6.c. tem tetrarcha cũ corriperetur ab illo de He-
rodiade vxore fratris ſui, & de omnibus ma
lis quæ fecit Herodes: adiecit & hoc ſuper
omnia, & incluſit Iohannem in carcerem.
Matt.3.d. Marci.1.b. ‖Factum eſt autem cum baptizaretur omnis
Iohan.1.c. populus & Ieſu baptizato & orante, apertũ
eſt cœlum: & deſcẽdit Spiritus ſanctus cor-
porali ſpecie ſicut columba in ipſum: & vox
de cœlo facta eſt, Tu es filius meus dilectus:
in te complacuit mihi. Et ipſe Ieſus erat in-
cipiens quaſi annorum triginta, vt putaba-
tur, filius Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Mat
that, qui fuit Leui, qui fuit Melchi, qui fuit
Iãne, qui fuit Ioſeph, qui fuit Matthathiæ,
qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Heſ-
li, qui fuit Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit
Matthathiæ, qui fuit Semei, qui fuit Ioſeph,
qui fuit Iuda, qui fuit Iohanna, qui fuit Re- F
ſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui
fuit Neri, qui fuit Melchi, qui fuit Addi, qui
fuit Coſam, qui fuit Elmadan, qui fuit Her,
qui fuit Ieſu, qui fuit Eliezer, qui fuit Io-
rim, qui fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit
Simeon, qui fuit Iuda, qui fuit Ioſeph, qui
fuit Iona, qui fuit Eliacim, qui fuit Melcha,
qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit
Nathã, qui fuit Dauid, qui fuit Ieſſe, qui fuit
Obed, qui fuit Booz, qui fuit Salmon, qui
fuit Naaſſon, qui fuit Aminadab, qui fuit G
Aram, qui fuit Eſron, qui fuit Phares, qui
fuit Iudæ, qui fuit Iacob, qui fuit Iſaac, qui
fuit Abrahæ, qui fuit Thare, qui fuit Na-
chor, qui fuit Saruh, qui fuit Ragau, qui fuit
Phaleg, qui fuit Heber, qui fuit Sale, qui fuit
Cainã, qui fuit Arphaxad, qui fuit Sem, qui
fuit Noë, qui fuit Lamech, qui fuit Mathu-
ſale, qui fuit Henoch, qui fuit Iared, qui fuit
Malaleel, qui fuit Cainan, qui fuit Henos,
qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

S. *Ieſus poſt ieiuniũ.40. dierum ac deuictas ſatanæ tẽtationes, in ſynagoga Nazareth legit factã de ſe Iſaiæ prophetiã, dicitq; prophetam nõ eſſe acceptum in patria propria: quapropter volunt eũ de monte præcipitare, eijcit in Capharnaũ dæmonium, ſanatq; ſocrũ Simônis, & plures alios à varijs languoribus, ac dæmonia eijcit.*

CAP. IIII.

A Matt.4.a. Marci.1.b. IEſus autẽ plenus Spiritu ſancto regreſ-
ſus eſt à Iordane: & agebatur in Spiritu
in deſerto, diebus quadraginta, & tenta
batur à diabolo. Et nihil manducauit in die
*poſtea.1. bus illis: & conſummatis illis *eſurijt. Dixit
autem illi diabolus, Si filius Dei es, dic lapi-
di huic vt panis fiat. Et reſpondit ad illum
Deut.8.a. Ieſus, Scriptum eſt, ‖Quia non in ſolo pane
"viuit. "viuet' homo, ſed in omni verbo Dei. Et dux
it illum diabolus in montem excelſum, &
oſtẽdit illi omnia regna orbis terræ in mo-
mẽto temporis: & ait illi, Tibi dabo poteſta
tem hanc vniuerſam, & gloriam illorũ: quia
mihi tradita ſunt, & cui volo do illa. Tu er-
go ſi adoraueris coram me, erũt tua omnia.
Et reſpondens Ieſus, dixit illi, Scriptũ eſt,
Deut.6.c. 10.d. ‖Dominum Deum tuum adorabis: & illi
ſoli ſeruies. Et duxit illum in Ieruſalẽ, & ſta
tuit eũ ſuper pinnã templi: & dixit illi, Si fi-
lius

lius Dei es: mitte te hinc deorſum. Scriptũ
Pſal.90.c. eſt enim quòd‖Angelis ſuis mandauit de te,
vt cõſeruent te: & quia in manibus tollẽt te,
ne forte offendas ad lapidẽ pedem tuũ. Et re
Deut.6.c. ſpõdens Ieſus, ait illi, Dictum eſt, ‖Nõ tenta
bis Dominum Deũ tuũ. Et cõſummata o m-
ni tẽtatione diabolus receſsit ab illo vſq; ad
Matt.4.b. Marci.1.b. tẽpus. ‖Et regreſſus eſt Ieſus in virtute Spi-
C ritus in Galilæã: & fama exijt per vniuerſam
Iohan.4.f. regionẽ de illo. Et ipſe docebat in ſynagogis
Matt.13.g. eorũ: & magnificabatur ab omnibus.‖Et vẽ-
Marc.6.a. Iohan.4.f. nit Nazareth vbi erat nutritus: & intrauit ſe-
cundum cõſuetudinem ſuã die ſabbathi in
ſynagogam: & ſurrexit legere. Et traditus eſt
Iſaiæ.16.a. illi liber Iſaiæ prophetæ. Et vt reuoluit librũ,
inuênit locum vbi ſcriptũ erat, ‖Spiritus Do
mini ſuper me, propter quod vnxit me, euã-
gelizare pauperibus miſit me, ſanare cõtritos
corde, prædicare captiuis remiſsionẽ, & cæ-
cis viſum, dimittere cõfractos in remiſsionẽ,
prædicare annum Domini acceptum, & diẽ
retributionis. Et cũ plicuiſſet librum, reddi
D dit miniſtro, & ſedit. Et omnium in ſynagò-
ga oculi erant intendẽtes in eũ. Cœpit autẽ
dicere ad illos, Quia hodie impleta eſt hæc
ſcriptura in auribus veſtris. Et omnes teſti-
moniũ illi dabãt: & mirabantur in verbis gra
tiæ, quæ procedebãt de ore ipſius, & dicebãt,
Nõne hic eſt filius Ioſeph? Et ait illis, Vtiq;
dicetis mihi hãc ſimilitudinẽ, Medice, cura
teipſum: quanta audiuimus facta in Caphar-
naum, fac & hic in patria tua. Ait autẽ, Amẽ
dico vobis, quia nemo propheta acceptus eſt
3.Reg.17.a b. in patria ſua. In veritate dico vobis: ‖multæ
Iacob.5.d. viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael, quando
clauſum eſt cœlum annis tribus & mẽſibus
ſex, cũ facta eſſet fames magna in omni terra:
& ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in
E Sarepta Sidoniæ, ad mulierem viduam. Et
4.Re.5.d. ‖multi leproſi erãt in Iſrael ſub Eliſæo pro-
pheta: & nemo eorum mũdatus eſt niſi Naa-
man Syrus. Et repleti ſunt omnes in ſynago
ga, ira, hæc audiẽtes. Et ſurrexerunt, & eiece
runt illum extra ciuitatẽ: & duxerunt illum
vſq; ad ſupercilium mõtis ſuper quẽ ciuitas
illorũ erat ædificata, vt præcipitarẽt eum. Ip
Matt.4.b. ſe autẽ tranſiens per medium illorum, ibat.
Marci.1.c. ‖Et deſcẽdit in Capharnaum ciuitatẽ Ga
Matt.7.d. lilææ: ibiq; docebat illos ſabbathis.‖Et ſtupe
Marci.1.c. bant in doctrina eius: quia in poteſtate erat
F ſermo ipſius. Et in ſynagoga erat homo ha-
bens dæmonium immundum: & exclamauit
voce magna, dicens, Sine, quid nobis & tibi
Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? ſcio te
qui ſis, Sanctus Dei. Et increpauit illum Ie-
ſus, dicens, Obmuteſce, & exi ab eo. Et cum
proieciſſet illum dæmonium in mediũ, exijt
ab illo, nihilq; illũ nocuit. Et factus eſt pa-
uor in omnibus, & colloquebantur adinui-
cem dicentes, Quod eſt hoc verbum, quia in
poteſtate & virtute imperat immundis ſpi-
ritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de
illo in omnem locum regionis. Surgens au- Matt.8.b. Marci.1.c.
tem Ieſus de ſynagoga, introiuit in domum
Simônis. Socrus autem Simônis tenebatur
magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea.
Et ſtans ſuper illam imperauit febri: & dimi
ſit illam. Et continuò ſurgens miniſtrabat G
illis. Cum autem ſol occidiſſet, omnes qui
habebant infirmos varijs languoribus, duce-
bant illos ad eum. At ille ſingulis manus im
ponens curabat eos.‖Exibant autẽ dæmonia Marci.1.d.
à multis, clamãtia & dicentia, Quia tu es fi-
lius Dei. & increpans non ſinebat ea loqui
quia ſciebant ipſum eſſe Chriſtum. Facta au
tẽ die egreſſus ibat in deſertum locum: & tur
bæ requirebãt eũ, & venerunt vſq; ad ipſum:
& detinebãt illum ne diſcederet ab eis. Qui-
bus ille ait, Quia & alijs ciuitatibus oportet
me Euãgelizare regnũ Dei: quia ideò miſſus
ſum. Et erat prædicãs in ſynagogis Galilææ.

S. *Vbi de nauicula Petri docuiſſet, ille laxato ipſius iuſſu reti concluſit copioſam piſciũ multitudinem: curatum leproſum mittit ad ſacerdotes: paralytico, remiſsis primùm peccatis, iubet vt lectum ſuum tollat: diſcumbens cũ Leui, quem ex Telonio vocauerat, cauſam dat murmurantibus Phariſæis quare cum peccatoribus cõuerſetur, & cur ipſius diſcipuli non ieiunent.*

CAP. V

FActum eſt aũt: cum turbæ irruerent in A Matt.4.c. Marci.1.b.
eum vt audirẽt verbum Dei, & ipſe ſta
bat ſecus ſtagnum Geneſareth. Et vidit
duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores
aũt deſcenderãt, & lauabant retia. Aſcendẽs
aũt in vnã nauim quæ erat Simônis, rogauit
eum à terra reducere puſillũ. Et ſedens, doce
bat de nauicula turbas. Vt ceſſauit aũt loqui,
dixit ad Simônẽ, Duc in altum, & laxate re-
tia veſtra in capturam. Et reſpõdens Simon,
dixit illi, Præceptor, per totã noctem laborã-
tes nihil cepimus: in verbo autẽ tuo laxabo B
rete. Et cum hoc feciſſent, concluſerunt piſ-
cium multitudinem copioſam. rumpebatur
autem rete eorum. Et annuerunt ſocijs qui
erant in alia naui vt venirent & adiuuarent
eos. Et venerunt & impleuerunt ambas na-
uiculas: ita vt *mergerẽtur. Quod cum vide- *pene
ret Simõ Petrus, procidit ad genua Ieſu, di-
cẽs, Exi à me, quia homo peccator ſum Do-
mine. Stupor enim circundederat eum & oẽs
qui cum illo erant, in captura piſcium quam
ceperãt. Similiter autem Iacôbum & Iohan-
nem filios Zebedæi, qui erant ſocij Simônis.
Et ait ad Simônẽ Ieſus, Noli timere: ex hoc
iã, homines eris capiẽs. Et ſubductis ad terrã
naui-

Universidad de Deusto Biblioteca

nauibus , relictis omnibus ſecuti ſunt eum.
Matt.8.a. Marci.1.d. Et factum eſt:cùm eſſet in vna ciuitatum,&
C ecce vir plenus lepra & vidēs Ieſum,▷&'pro
▷.5. cidens in faciem,rogauit eum dicens,Domi
ne, ſi vis potes me mundare. Et extendens
manum, tetigit eum ,dicens, Volo.Munda-
re.Et confeſtim lepra diſceſſit ab illo.& ip-
ſe præcepit illi vt nemini diceret:ſed, Vade,
oſtēde te ſacerdoti,& offer pro emundatio-
Leuit.14.a ne tua ‖ſicut præcepit Moyſes , in teſtimo-
nium illis . Perambulabat autem magis ſer-
mo de illo.& conueniebant turbæ multæ vt
audirēt, & curarētur ab infirmitatibus ſuis.
Matt.9.a. Marci.2.a Ipſe autē ſecedebat in deſertū , & orabat.Et
D factum eſt in vna dierum, & ipſe ſedebat do
cens.Et erant Phariſæi ſedentes & legis do-
ctores qui venerant ex omni caſtello Gali-
lææ & Iudææ & Ieruſalem: & virtus Domi-
ni erat ad ſanandum eos.Et ecce viri portā-
tes in lecto hominem qui erat paralyticus:
& quærebant eum inferre , & ponere ante
eum.Et nō inuenientes qua parte illum in-
ferrent præ turba , aſcēderunt ſupra tectum,
& per tegulas ſummiſerunt eum cum lecto
in medium, ante Ieſum . Quorum fidem vt
vidit,dixit, Homo remittuntur tibi peccata
tua . Et cœperunt cogitare Scribæ & Phari-
ſæi,dicentes,Quis eſt hic qui loquitur blaſ-
phemias?Quis poteſt dimittere peccata,ni-
ſi ſolus Deus? Vt cognouit autem Ieſus co-
gitationes eorum,reſpondens dixit ad illos,
*mala Quid cogitatis*in cordibus veſtris ? Quid
E eſt facilius dicere , Dimittuntur tibi pecca-
ta:an dicere,Surge & ambula? Vt autem ſcia
tis quia filius hominis habet poteſtatem in
terra dimittendi peccata(ait paralytico)Ti-
bi dico,ſurge,tolle lectum tuum, & vade in
domum tuam.Et confeſtim conſurgens co
*lectum ram illis,tulit*in quo iacebat:& abijt in do-
mum ſuam, magnificans Deum . Et ſtupor
apprehendit omnes:& magnificabāt Deum.
Et repleti ſunt timore, dicentes, Quia vidi-
Matt.9.a. Marci.2.b mus mirabilia hodie. Et poſt hæc exijt,& vi
dit publicanum nomine Leui , ſedentem ad
Telónium, & ait illi,Sequere me.Et relictis
omnibus , ſurgēs ſecutus eſt eum.& fecit ei
F conuiuium magnum Leui in domo ſua : &
erat turba multa publicanorum, & aliorum
qui cum illis erant diſcumbētes.Et murmu-
rabant Phariſæi & Scribæ eorum , dicētes ad
diſcipulos eius,Quare cum publicanis & pec
catoribus manducatis & bibitis? Et reſpon-
dens Ieſus,dixit ad illos,Non egent qui ſani
ſunt, medico:ſed qui malè habent. Nō veni
vocare iuſtos,ſed peccatores ad pœnitentiā:
Matt.9.b. Marci.2.c. At illi dixerunt ad eum,Quare diſcipuli Io-
hannis ieiunant frequenter , & obſecratio
nes faciunt,ſimiliter & Phariſæorum:tui au
tem edunt & bibunt? Quibus ipſe ait,Nun-
quid poteſtis filios ſponſi,dum cum illis eſt
ſponſus, facere ieiunare? Venient autē dies:
& cùm ablatus fuerit ab illis ſponſus , tunc
ieiunabunt in illis diebus.Dicebat autem & G
ſimilitudinem ad illos, Quia nemo commiſ
ſuram à nouo veſtimento immittit in veſti
mentum vetus:alioquin & nouum rumpit,
& veteri non conuenit commiſſura à no-
uo . Et nemo mittit vinum nouum in vtres
veteres : alioquin rumpet vinum nouum v-
tres,& ipſum effundetur, & vtres peribunt.
ſed vinum nouum in vtres nouos mitten-
dum eſt:& vtraque conſeruantur. Et nemo
bibēs vetus,ſtatim vult nouum. dicit enim,
Vetus melius eſt.

S. *Diſcipulos ſpicas ſabbatho vellentes excuſat, alióque ſabbatho manum curat aridam: electos duodecim nominat Apoſtolos, & cum illis ac multitudine copioſa ſtans in loco campeſtri docet beatitudines, aliaq́ue conſilia ac præcepta euangelica: de feſtuca in oculo fratris, & arbore bona ac mala ex fructu dinoſcenda: audiens Chriſti verba cui comparetur ſi ea opere cōpleat, & cui ſi non cōpleat.*

CAP. VI.

FActū eſt autem in ‖Sabbatho ſecundo A Matt.12.a. Marc.2.d. Leui.23.b. 1.Re.21.g.
primo, cùm tranſiret per ſata, vellebāt
diſcipuli eius ſpicas , & manducabant
cōfricantes manibus.Quidā autem Phariſæ-
orum dicebant illis,Quid facitis quod nō li-
cet in ſabbathis? Et reſpōdens Ieſus ad eos,
dixit,Nec hoc legiſtis quod fecit Dauid , cū
eſuriſſet ipſe & qui cum illo erāt: quomodo
intrauit in domū Dei, & panes propoſitio-
nis ſumpſit,& manducauit, & dedit his qui
cum ipſo erant , quos non licet manducare Leui.24.b
‖niſi tantùm ſacerdotibus ? Et dicebat illis,
Quia Dominus eſt filius hominis, etiā ſab-
bathi. Factum eſt autem & in alio ſabbatho Matt.12.a. Marci.3.a.
vt intraret in ſynagogam, & doceret.Et erat
ibi homo , & manus eius dextera erat arida.
Obſeruabant autem Scribæ & Phariſæi ſi in
ſabbatho curaret:vt inuenirent vndè accuſa
rent eum.Ipſe verò ſciebat cogitationes eo-
rum:& ait homini qui habebat manum ari-
dam,Surge,& ſta in medium.Et ſurgens ſte B
tit.Ait autem ad illos Ieſus, "Interrogo' vos "interrogabo.3.
ſi licet ſabbathis benefacere an malè: animā
ſaluā facere an perdere? Et circunſpectis o-
mnibus dixit homini, Extende manum tuā.
Et extendit: & reſtituta eſt manus eius. Ipſi
autem repleti ſunt inſipientia : & colloque-
bantur adinuicem quidnam facerent *Ieſu. *de
Factum eſt autem in illis diebus,exijt in mō
tem orare, & erat pernoctās in oratione Dei.
Et cùm dies factus eſſet, vocauit diſcipulos
ſuos:& elegit duodecim ex ipſis, quos & A-
poſtolos

Matt.10.a. Marci.3.b. poſtolos nominauit: ‖Simônem quem co-
gnominauit Petrum & Andream fratrem
eius ,Iacobum & Iohannem , Philippum &
Bartholomæum, Matthæum & Thomam,
C Iacobum Alphæi & Simônem qui vocatur
Zelótes,& Iudam Iacobi,& Iudam Iſcario-
ten qui fuit proditor.Et deſcendens cum il-
lis,ſtetit in loco campeſtri,& turba diſcipu-
lorum eius , & multitudo copioſa plebis ab
▷.1. omni Iudæa & Ieruſalem: & maritima▷&'
Tyri & Sidônis , qui venerant vt audirent
eū,& ſanarentur à languoribus ſuis . Et qui
vexabantur à ſpiritibus immundis,curaban-
tur. Et omnis turba quærebat eum tangere:
Matt.5.a. quia virtus de illo exibat, & ſanabat omnes.
Iſaiæ.65.c ‖Et ipſe eleuatis oculis in diſcipulos ſuos,di
cebat,Beati pauperes:quia veſtrum eſt rgnū
Iſaiæ.61.a Dei .Beati qui nunc eſuritis : quia ſaturabi-
mini . ‖Beati qui nunc fletis:quia ridebitis.
Beati eritis cum vos oderint homines,& cū
ſeparauerint vos,& exprobrauerint & eiece
rint nomen veſtrum tanquam malum,pro-
pter filium hominis . Gaudete in illa die &
D exultate:ecce enim merces veſtra multa eſt
Amos.6.a. in cœlo.ſecundum hæc enim faciebant Pro-
Eccle.31.a. phetis patres eorum.‖Veruntamen væ vobis
Iſaiæ.65.c diuitibus, "quia' habetis conſolationem ve- "qui
ſtram. Væ vobis qui ſaturati eſtis : quia eſu-
rietis. Væ vobis qui ridetis nunc: quia luge-
"Væ vobis cū benedixerint vobis.3 bitis & flebitis."Væ cum benedixerint vobis'
omnes homines.ſecundum hæc enim facie-
"prophetis 20. bant"pſeudoprophetis'patres eorum.Sed vo
Matt.5.g. bis dico qui auditis , ‖ Diligite inimicos ve-
ſtros:benefacite his qui oderunt vos. Bene-
dicite maledicētibus vobis : & orate pro ca-
Matt.5.f. lumniantibus vos.‖Et qui te percutit in ma-
ei. 1.Cori.6.b xillam,præbe & alterā. ‖Et ab eo qui aufert
tibi veſtimentum,etiam tunicam noli pro-
Matt.7.b. hibere.Omni autem petenti te,tribue:& qui
aufert quæ tua ſunt , ne repetas . ‖Et prout
Tobiæ.4.c vultis vt faciāt vobis homines, & vos facite
Matt.5.g. illis ſimiliter. ‖Et ſi diligitis eos qui vos di-
ligunt: quæ vobis eſt gratia? nam & peccato
E res, diligentes ſe diligūt . Et ſi benefeceritis
his qui vobis benefaciunt:quæ vobis eſt gra
Deut.15.b tia? ſiquidem & peccatores hoc faciunt. ‖Et
ſi mutuū dederitis his à quibus ſperatis reci-
pere:quæ gratia eſt vobis? nam & peccatores
peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqua
lia . Veruntamen diligite inimicos veſtros:
benefacite & mutuū date , nihil inde ſperan
tes:& erit merces veſtra multa , & eritis filij
Altiſsimi,quia ipſe benignus eſt ſuper ingra
Matt.7.a. tos & malos.Eſtote ergo miſericordes ſicut
Marci.4.c & pater veſter miſericors eſt.‖Nolite iudica
re: & nō iudicabimini. nolite condemnare,
Matt.15.b. & non cōdemnabimini.Dimittite, & dimit
temini.Date , & dabitur vobis . ‖menſuram
bonam & confertam & coagitatam & ſuper
effluentem dabunt in ſinum veſtrum. Eadē
quippe menſura qua menſi fueritis,remetie
tur vobis. Dicebat autem illis & ſimilitudi-
nem, ‖Nunquid poteſt cæcus cæcum duce- Matt.10.c.
re? nónne ambo in foueam"cadunt?' ‖Non "cadent.5. Iohan.13.b
eſt diſcipulus ſuper magiſtrum: perfectus au F
tē omnis erit, ſi ſit ſicut magiſter eius. ‖Quid Matt.7.a.
autem vides feſtucam in oculo fratris tui:
trabem autem quæ in oculo tuo eſt, non cō
ſyderas? Aut quomodo potes dicere fratri
tuo,Frater, ſine eijciam feſtucam de oculo
tuo: ipſe in oculo tuo trabem nō videns? Hy
pocrita, eijce primum trabem de oculo tuo:
& tunc perſpicies vt educas feſtucam de ocu
lo fratris tui.‖Non eſt enim arbor bona quæ Matt.7.c.
facit fructus malos: neq; arbor mala,faciens
fructum bonum. ‖Vnaquæq; enim arbor de Matt.12.c.
fructu ſuo cognoſcitur. Neque enim de ſpi-
nis colligunt ficus : neque de rubo vinde-
miant vuā.Bonus homo de bono theſauro G
cordis ſui profert bonum:& malus homo de
malo theſauro profert malum.Ex abundan-
tia enim cordis os loquitur. Quid autem vo Matt.7.d.
catis me Domine , Domine : & non facitis Roma.2.b.
quæ dico ? Omnis qui venit ad me, & audit Iacob.1.d.
ſermones meos , & facit eos: oſtendam vo-
bis cui ſimilis ſit.ſimilis eſt homini ædificāti
domū, qui fodit in altum , & poſuit funda-
mētum ſuper petram.inundatione autem fa-
cta illiſum eſt flumen domui illi, & non po-
tuit eam mouere :fundata enim erat ſuper pe
trā.Qui autem audit,& non facit: ſimilis eſt
homini ædificanti domum ſuam ſuper ter-
ram ſine fundamento: in quam illiſus eſt flu
uius : & continuò cecidit , & facta eſt ruina
domus illius magna.

S. *Admiratus Centurionis fidem , abſens ſanat illius ſeruū: iuxta portā ciuitatis Naim filium vnicum viduæ reſuſcitat: coram diſcipulis Iohannis Bapt iſtæ per eos interrogātis an eſſet qui venturus erat, multa edit ſigna: illiſque abeuntibus Iohannem plurimū extollit: Iudæis nec Iohannis nec Chriſti vita placuit, quos pueris inuicem in foro acclamantibus aſſimilat: à peccatrice muliere pedes inunctus, reſpondet Simôni ob hoc murmuranti, propoſita ad hoc parobola duorum debitorum, & remiſſis mulieri peccatis.*

CAP. VII.

CVm autē impleſſet omnia verba ſua A
in aures plebis , intrauit Capharnaū. Matt.8.a.
Centurionis autem cuiuſdam ſeruus
male habens,erat moriturus:qui illi erat pre
tioſus.Et cum audiſſet de Ieſu,miſit ad eum
ſeniores Iudæorum, rogans eum vt veniret,
&"ſaluaret' ſeruum eius. At illi cū veniſſent "ſanaret.1.
ad Ieſum , rogabant eum ſolicite , dicentes

Universidad de Deusto
Biblioteca

ei, Quia dignus est vt hocilli præstes. diligit enim gentē nostram: & synagogā ipse ædificauit nobis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam nō lōge esset à domo, misit ad eum Centurio amicos, dicens, Domine, noli vexari. Nō enim sum dignus vt sub tectū meum intres. propter quod & meipsum nō sum dignum arbitratus vt venirē ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. nā & ego homo
B sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: & dico huic, vade, & vadit: & alij, veni, & venit: & seruo meo, fac hoc, & facit. Quo audito, Iesus miratus est: & conuersus, sequētibus se turbis dixit, Amen dico vobis, nec in Israel tantam fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerant, domum: inuenerunt seruum qui languerat, sanum. Et factum est:
*Iesus deinceps ibat *in ciuitatē quæ vocatur Naim: & ibant cum eo discipuli eius & turba copiosa. Cùm autem appropinquaret portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur, filius vnicus matris suæ: & hæc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa. Quā cùm vidisset Dominus, misericordia motus super eam, dixit
C illi, Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autē qui portabant steterunt. Et ait, Adolescēs, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illū matri suæ. Accepit autē omnes timor: & magnificabant Deum, dicentes, Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia Deus visitauit plebem suā. Et exijt hic sermo in vniuersam Iudæam de eo, & in omnem circa regionē. Et nuntiauerunt Iohāni discipuli eius de omnibus his.
Matt. 11. a. ‖Et conuocauit duos de discipulis suis Iohannes: & misit ad Iesum, dicens, Tu es qui venturus es: an alium expectamus? Cùm autem venissent ad eum viri, dixerunt, Iohannes Baptista misit nos ad te, dicēs, Tu es qui venturus es: an alium expectamus? In ipsa autem hora multos curauit à languoribus &
D plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donauit visum. Et respondens dixit illis, Euntes renuntiate Iohanni quæ audistis & vidistis, Quia cæci vident, claudi ambulāt, lepro si mundantur. surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur: & beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me. Et cùm discessissent nuntii Iohānis, cœpit de Iohāne dicere ad turbas, Quid existis in
*agitatam desertum videre? arundinē vento *moueri? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce, qui in veste pretiosa sunt & delitijs, in domibus regū sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Vtique dico vobis, & plusquam prophetam. hic est
Malala. 3. a pe quo scriptum est, ‖Ecce mitto angelum meum ante faciē tuam qui præparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis, maior inter natos mulierum propheta Iohanne Baptista nemo est. qui autem minor est in regno
E Dei, maior est illo. Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Iohannis. Pharisæi autem & legis periti consilium Dei spreuerunt in semetipsos, nō baptizati ab eo. ‖▷Ait Matth. 11. b. 21. autem Dominus', Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus, Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamentauimus, & non ploraſtis. Vēnit autem Iohannes Baptista neque manducans panem, neque bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet. Vēnit Filius hominis manducans & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator & bibens vinum, amicus publicanorum & peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. Rogabat au-
F tem illum quidam de Pharisæis vt manducaret cum illo. Et ingressus domum Pharisæi discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuita- *Iesus te, peccatrix, vt cognouit quòd *accubuisset in domo Pharisæi, attulit alabastrū vnguenti: & stans retro secus pedes eius, lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vngue to vngebat. Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra sē, dicens, Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tāgit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius
G quinquaginta. Nō habentibus illis vnde reddere, donauit vtrisque. Quis ergo eum plus diligit? Respondens Simon dixit, Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierem dixit Simōni, Vides hanc mulierem? Intraui in domum tuam, aquam pedibus meis non dedisti: hæc autē lachrymis rigauit pedes meos, & capillis suis tersit. Osculum mihi non dedisti: hæc autem ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multùm. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam. Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

S. Parabolam de seminante proponit, ac discipulis

pulis interpretatur: nihil occultum quod non manifestetur: quos dicat suam esse matrem suosque fratres: in mari à sumno excitatus ventum increpat: dæmoniacum ferocissimum à dæmonum legione liberat, permittens dæmonibus, vt in porcos introeant: tacta fimbria vestimenti eius mulier à fluxu sanguinis curatur, & filia Iairi archisynagógi verbo ipsius resuscitatur.

CAP. VIII.

A ET factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmi
Marci. 16. c tatibus, ‖Maria quæ vocatur Magdalēne, de qua septem dæmonia exierant, & Iohanna vxor Chusæ procuratoris Herōdis, & Susanna, & aliæ multæ quæ ministrabant ei de fa-
Matt. 13. a cultatibus suis. Cùm autem turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad
Marc. 4. a. eum: dixit per similitudinem, Exijt qui seminat, seminare semen suum. & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & cōculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natū aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & or-
B tum, fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi audiat. Interrogabant autē eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, ‖vt videntes non videant, & audientes non intelligant.
Isaiæ. 6. c. Matt. 13. b. Marc. 4. b Iohan. 12. f Actu. 28. f. Roma. 11. b

Est autem hæc parabola, Semen, est verbum Dei. Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiāt. Nam qui supra petram: qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices
*qui. 2. non habent: *quia' ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ, euntes, suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes ver-
C bum retinent, & fructum afferunt in patientia. ‖Nemo autem lucernā accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant
Matth. 5. b Marci. 4. c lumen. ‖Non est enim occultum quod non manifestetur: nec absconditum quod non
Matt. 10. c. Marci. 4. c. cognoscatur, & in palam veniat. ‖Videte ergo quomodo audiatis. Qui enim habet, dabi
Matth. 13. b 25. c. Marci. 4. c tur illi: & quicunque nō habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo. ‖Venerunt Matt. 12. d. autem ad illum mater & fratres eius: & non Marci. 3. d. poterant adire eum præ turba. Et nuntiatū est illi, Mater tua & fratres tui stant foris, volentes te videre. Qui respōdens dixit ad eos, Mater mea & fratres mei, hi sunt qui verbū Dei audiunt & faciunt. ‖ Factum est autem Matth. 8. d in vna dierum: & ipse ascendit in nauiculam Marc. 4. d. & discipuli eius: & ait ad illos, Transfretemus trans stagnum. Et ascenderunt. Et nauigantibus illis obdormiuit: & descēdit procella venti in stagnum, & *complebantur, & *cōpellebantur periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum dicentes, Præceptor perimus. At ille surgens increpauit ventum & tempestatem aquæ: & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autem illis, Vbi est fides vestra? Qui
D timentes mirati sunt adinuicem, dicentes. Quis, putas, hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei? ‖ Et nauigauerunt ad Matth. 8. d regionem Gerasenorum, quæ est contra Ga Marci. 5. a. lilæam. Et cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmoniū iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Is vt vidit Iesum, prócidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. Interrogauit autem illum Iesus, dicens, Quod tibi nomē est? At ille dixit, Legio. quia intrauerant dæmonia multa in eum. Et ro- E gabāt illum ne imperaret illis vt in abyssum irent. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium in monte: & rogabant eū, vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerūt in porcos, & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatem & in villas. Exierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nuntiauerunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus esset à legione. Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum vt discederet ab ipsis: quia magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, reuersus est. Et rogabat illum vir à quo dæmonia exierant, vt cū eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens, Redi in domum tuam, & narra quanta tibi F

Universidad de Deusto Biblioteca

fecit Deus. Et abijt per vniuerſam ciuitatē,
Matt. 9. c. Marc. 5. b. prædicans quanta illi feciſſet Ieſus. Factum
eſt autem: cùm redijſſet Ieſus, excepit illum
turba. erant autem omnes expectantes eum.
Et ecce vênit vir cui nomen Iairus, & ipſe
princeps ſynagogæ erat: & cécidit ad pe-
des Ieſu, rogans eum vt intraret in domum
eius, quia vnica filia erat ei ferè annorum
duodecim, & hæc moriebatur. Et contigit:
dum iret, à turbis cōprimebatur. Et mulier
quædā erat in fluxu ſanguinis ab annis duo-
decim, quæ in medicos erogauerat omnem
ſubſtantiā ſuam: nec ab vllo potuit curari:
acceſsit retro, & tetigit fimbriā veſtimenti
eius: & confeſtim ſtetit fluxus ſanguinis e-
ius. Et ait Ieſus, Quis eſt qui me tetigit? Ne-
gantibus autē omnibus dixit Petrus, & qui
cum illo erant, Præceptor, turbæ te compri-
munt & affligunt: & dicis, Quis me tetigit?
*& Et dixit Ieſus, Tetigit me aliquis. nam *ego
noui virtutem de me exiſſe. Videns autē mu
lier quia nō latuit, tremens vênit, & prócidit
ante pedes eius: & ob quam cauſam tetigerit
G eum, indicauit coram omni populo. & quē-
admodum confeſtim ſanata ſit. At ipſe dixit
ei, Filia, fides tua ſaluā te fecit: vade in pace.

Adhuc illo loquente, venit quidā ad prin
cipem ſynagogæ, dicens ei, Quia mortua eſt
filia tua, noli vexare illum. Ieſus autē audito
hoc verbo, reſpōdit patri puellæ, Noli time-
re: crede tantū, & ſalua erit. Et cum veniſſet
domum, non permiſit intrare ſecum quen-
quam, niſi Petrum & Iacôbum & Iohānem,
& patrem & matrem puellæ. Flebant autem
omnes, & plāgebant illam, At ille dixit, No-
lite flere: non eſt mortua puella, ſed dormit.
Et deridebant eum, ſciētes quòd mortua eſ-
ſet. Ipſe autem tenens manum eius clama-
uit, dicens, Puella ſurge. Et reuerſus eſt ſpiri
tus eius: & ſurrexit cōtinuo. Et iuſsit illi da
re manducare. Et ſtupuerunt parentes eius.
quibus præcepit ne alicui dicerent quod fa-
ctum erat.

S. *Diſcipulos ad prædicandum mittens: ſeruanda tradit eis præcepta: Herodes audita Chriſti fama cupit eum videre: ex quinque panibus & duobus piſcibus ſatiat Ieſus quinque virorum millia: Petrus illū confitetur Chriſtum Dei: ſuam prædicit paſsionē & de propria cruce tollenda: transfigurato iunguntur Moyſes & Elias in maieſtate: ad præces patris dæmonium à filio eijcit: contentio oritur inter Apoſtolos de primatu: filij Zebedæi volunt igne cœleſti conſumi Samaritanos nolentes Ieſum ſuſcipere: volentem ſequi non ſuſcipit: alterum autem vocat, nec permittit vt primùm ſepeliat patrem.*

CAP. IX.

Conuocatis autem duodecim Apo- A
ſtolis, dedit illis virtutem & poteſta- Matt. 10. a. Marc. 3. b.
tem ſuper omnia dæmonia, & vt lan-
guores curarent. Et miſit illos prædicare re- Matt. 10. a. Mar. 6. a. b.
gnum Dei: & ſanare infirmos. ‖Et ait ad il- "in viam. 1.
los, Nihil tuleritis "in via', neq; virgam, neq;
perā, neq; panem, neq; pecuniam: neq; duas
tunicas habeatis. Et in quancunq; domū in-
traueritis, ibi manete, & inde ne' exeatis. Et D. 1. Actu. 13. g.
quicunq; nō receperint vos: ‖exeuntes de ci
uitate illa, etiam puluerē pedum veſtrorum
excutite in teſtimonium ſupra illos. Egreſsi
autē circuibant per caſtella euangelizātes & Matt. 14. a. Marci. 6. b.
curantes vbiq;. Audiuit autem Herodes te-
trarcha omnia quæ fiebant ab eo: & hæſita-
bat eo quod diceretur à quibuſdam, Quia Io
hannes ſurrexit à mortuis: à quibuſdam ve-
ro, Quia Elias apparuit: ab alijs autem, Quia
propheta vnus de antiquis ſurrexit. Et ait
Herodes, Iohannē ego decollaui: quis eſt aūt
iſte de quo ego talia audio? Et quærebat vi-
dere eum. ‖Et reuerſi Apoſtoli, narrauerunt Matt. 14. b. Marci. 6. d.
illi quæcunq; fecerunt: & aſſumptis illis ſe-
ceſsit ſeorſum in locum deſertū, qui eſt Beth B
ſaidæ. Quod cum cognouiſſent turbæ, ſecu-
tæ ſunt illum: & excepit eos, & loquebatur
illis de regno Dei, & eos qui cura indigebāt
ſanabat. Dies autē cœperat declinare. Et ac-
cedentes duodecim, dixerunt illi, ‖Dimitte Iohan. 6. a.
turbas, vt euntes in caſtella villaſq; quæ cir-
ca ſunt, diuertant, & inueniāt eſcas: quia hic
in loco deſerto ſumus. Ait autem ad illos. Vos
date illis māducare. At illi dixerunt, Nō ſunt
nobis plus quam quinque panes & duo piſ-
ces: niſi forte nos eamus, & emamus in om-
nem hanc turbam eſcas. Erant autem ferè vi
ri quinque millia. Ait aūt ad diſcipulos ſuos,
Facite illos diſcumbere per conuiuia quin-
quagenos. Et ita fecerunt. Et diſcumbere fe-
cerunt omnes. Acceptis autem quinque pa-
nibus & duobus piſcibus, reſpexit in cœlum,
& benedixit illis: & fregit, & diſtribuit diſci-
pulis ſuis vt ponerent ante turbas. Et man-
ducauerunt omnes: & ſaturati ſunt. Et ſubla
tum eſt quod ſuperfuit illis, fragmentorum Matt. 16. b. Marc. 8. c.
cophini duodecim. ‖Et factum eſt: cum ſo-
lus eſſet orans, erant cum illo & diſcipuli: &
interrogauit illos, dicēs, Quem me dicūt eſſe
turbæ? At illi reſponderunt, & dixerunt, Io- C
hannem Baptiſtam, alij autem Eliam, alij ve
rò quia vnus propheta de prioribus ſurrexit.
Dixit autē illis, Vos autē quem me eſſe dici-
tis? Reſpōdens Simon Petrus dixit, Chriſtū
Dei. At ille increpās illos, præcepit ne cui di- Matt. 17. d. Marci. 8. e.
cerent hoc: dicens, ‖Quia oportet filium ho
minis multa pati, & reprobari à ſenioribus Matt. 10. d. 16. d. Marci. 8. d.
& principibus ſacerdotū & ſcribis, & occîdi,
& tertia die reſurgere. ‖ Dicebat autē ad oēs,
Si quis

Si quis vult poſt me venire abneget ſemet-
Infra. 14. f. 17. g. Iohan. 12. d ipſum, & tollat crucē ſuā quotidie, & ſequa-
tur me, Qui enim voluerit animā ſuam ſal-
uam facere: perdet illam. nam qui perdiderit
animam ſuam propter me: ſaluā faciet illam.
quid enim proficit homo, ſi lucretur vniuer
Matt. 10. d Marci. 8. d. 2. Tim. 2. b ſum mundum, ſe autē ipſum perdat, & detri-
mentum ſui faciat? ‖Nam qui me erubuerit
& meos ſermones, hunc filius hominis eru-
beſcet cum venerit in maieſtate ſua & pa-
Matt. 16. d Marci. 9. a. tris & ſanctorum angelorum. ‖Dico autem
vobis verè, ſunt aliqui hic ſtātes, qui nō gu-
ſtabunt mortē donec videant regnum Dei.
D ‖Factū eſt autē poſt hæc verba ferè dies
Matt. 17. a. Marci. 9. a octo, & aſſumpſit Petrum & Iacôbum & Io-
hannē, & aſcendit in montē vt oraret. Et fa-
cta eſt, dum oraret, ſpecies vultus eius, altera:
& veſtitus eius albus & refulgēs. Et ecce duo
viri loquebantur cum illo. Erant autē Moy
ſes & Elias, viſi in maieſtate: & dicebant ex-
ceſſum eius, quem cōpleturus erat in Ieruſa-
lem. Petrus vero & qui cum illo erant, graua
ti erant ſomno. Et euigilantes, viderunt ma-
ieſtatem eius, & duos viros qui ſtabant cum
illo. Et factū eſt: cum diſcederent ab illo, ait
Petrus ad Ieſum, Præceptor, bonum eſt nos
hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, vnū ti-
bi, & vnum Moyſi, & vnum Eliæ. neſciens
quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta
eſt nubes, & obumbrauit eos: & timuerunt,
intrantibus illis in nubē. Et vox facta eſt de
E nube, dicens, Hic eſt filius meus dilectus: ip
ſum audite. Et dum fieret vox, inuentus eſt
Ieſus ſolus. Et ipſi tacuerunt, & nemini dixe
Matt. 17. d. Marci. 9. e. runt in illis diebus quicquā ex his quæ vide
rant. ‖Factum eſt autem: in ſequenti die, deſ-
"illis cendentibus illis de mōte, occurrit "illi' tur-
ba multa. Et ecce vir de turba exclamauit,
dicēs, Magiſter, obſecro te, reſpice in filium
meum, quia vnicus eſt mihi: & ecce, ſpiritus
apprehendit eum, & ſubitò clamat, & elidit
& diſsipat eum cū ſpuma, & vix diſcedit di-
lanians eum. & rogaui diſcipulos tuos vt eij
cerent illum: & non potuerunt. Reſpondens
autē Ieſus, dixit, O generatio infidelis & per
uerſa, vſquequo ero apud vos & patiar vos?
Adduc huc filium tuū. Et cum accederet, eli
ſit illum dæmonium, & diſsipauit. Et incre-
pauit Ieſus ſpiritum immundum, & ſanauit
puerum: & reddidit illum patri eius. Stupe-
bant autem omnes in magnitudine Dei: om
nibuſque mirantibus in omnibus quæ facie-
bat, dixit ad diſcipulos ſuos, Ponite vos in
cordibus veſtris ſermones iſtos, filius enim
hominis futurum eſt vt tradatur in 'manus
F hominum. At illi ignorabant verbum iſtud,
& erat velatum ante eos, vt non ſentirent il-
lud: & timebant eum interrogare de hoc ver
bo. ‖Intrauit autē cogitatio in eos, quis eo- Infra. 22. c. Matt. 18. a. Marci. 9. e.
rum maior eſſet. At Ieſus videns cogitatio-
nes cordis illorum, apprehēdit puerū: & ſta-
tuit illū ſecus ſe, & ait illis, Quicunq; ſuſce-
perit puerum iſtum in nomine meo, me reci
pit. & quicunq; me receperit, recipit eū qui
me miſit. Nā qui minor eſt inter vos omnes,
hic maior eſt. Reſpondens autem Iohannes
dixit, Præceptor, vidimus quendā in nomi-
ne tuo eijcientē dæmonia, & prohibuimus
eum, quia non ſequitur nobiſcum. Et ait ad
illum Ieſus, Nolite prohibere. qui enim non
eſt aduerſum "vos, pro vobis' eſt. Factum eſt "nos, pro nobis. 6.
autem dum cōplerentur dies aſſumptionis
eius, & ipſe faciē ſuam firmauit vt iret in Ie-
ruſalē. Et miſit nūtios ante conſpectū ſuum:
& euntes intrauerunt in ciuitatē Samarita-
norū vt pararēt illi. ‖Et nō receperunt eum: G
quia facies eius erat euntis in Ieruſalē. Cùm Iohan. 4. a.
vidiſſent autem diſcipuli eius Iacobus & Io
hannes, dixerunt, Domine, vis dicimus vt i-
gnis deſcendat de cœlo, & cōſumat illos? Et
conuerſus increpauit illos, dicens, Neſcitis
cuius ſpiritus eſtis. Filius hominis nō venit
animas perdere, ſed ſaluare. Et abierunt in a-
liud caſtellum. Factum eſt autē: ambulanti-
bus illis in via, dixit quidā ad illum, Sequar Matth. 8. c
te quocunque ieris*. Dixit illi Ieſus, Vulpes *Domine. Et. 8.
foueas habent, & volucres cœli nidos: filius
autē hominis nō habet vbi caput *reclinet. *ſuum
Ait autem ad alterum, Sequere me. Ille autē
dixit, Domine, permitte mihi primùm ire,
& ſepelire patrē meum. Dixitq; ei Ieſus, Si-
ne vt mortui ſepeliant mortuos ſuos: tu au-
tē vade, *annuntia regnū Dei. Et ait alter, *&
Sequar te Domine: ſed permitte mihi primū
renuntiare his qui domi ſunt. Ait ad illum
Ieſus, Nemo mittens manum ſuā ad aratrū,
& reſpiciens retro, aptus eſt regno Dei.

S. *Septuagintaduos præmittens ad ſingulas ciuitates, tradit præcepta quæ in prædicādo obſeruent: & gaudentibus de ſubiectis ſibi dæmonibus, dicit non eſſe ob hoc potiſsimū gaudendum: comminatur ciuitatibus obſtinatis in quibus factæ erant plurimæ virtutes, & exultans in ſpiritu confitetur patri: tentanti legiſperito poſt recitatum præceptum de dilectione Dei & proximi, oſtendit quis ſit proximus per parabolam hominis à Ieruſalem deſcendentis, Marthæ miniſtranti & de ſorore Maria conquerenti, dicit Mariam elegiſſe optimam partem.*

CAP. X.

POſt hæc autē deſignauit Dominus & A
alios ſeptuaginta duos: & miſit illos bi
nos ante faciem ſuam in omnem ciui-
tatem & locum quo erat ipſe venturus. Et
dicebat illis, ‖Meſsis quidem multa, operarij Matt. 9. d.
autem, pauci. Rogate ergo dominum meſsis

Universidad de Deusto
Biblioteca

Matt.10.a. Mar.6.a.b vt mittat operarios in messem suam. ‖Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculum, neq; peram, neq; calceamenta: ‖& neminem per viam salutaueritis. In quancunque domum intraueritis, primùm dicite, pax huic domui. & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sinautem, ad vos reuertetur. In eadem autē domo manete edentes & bibentes quæ
B apud illos sunt. ‖dignus est enim operarius
Matt.10.b Deut.24.c mercede sua. Nolite trāsire de domo in domū.
1.Tim.5.c. Et in quancunq; ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis, Appropinquauit in vos regnū Dei. In quamcunq; autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeuntes in
Actu.13.g. platéas eius, dicite, ‖Etiam puluerē qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. tamen hoc scitote quia appropinquauit regnum Dei. Dico vobis quia Sodomis in
C die illa remissius erit, quam illi ciuitati. ‖Væ
Matt.11.c. tibi Chorozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidône factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. Veruntamen Tyro & Sidóni remissius erit in iudicio, quā vobis. Et tu Capharnaum vsq; ad cœlum exaltata:
Matt.10.d vsq; ad infernū demergēris. ‖Qui vos audit,
Iohan.13.c me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit: spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autem septuagintaduo cum gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Videbam satanam sicut fulgur de cœlo cadentem. Ecce dedi vobis potestatem calcandi supra serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici: & nihil vobis nocebit. Veruntamen in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subijciuntur: gaudete autē quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis.
D ‖In ipsa hora exultauit 'spiritu', & dixit,
Matt.11.d. "in spiritu sancto. Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ quòd abscōdisti hæc à sapiētibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater quoniam sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius nisi pater: & quis sit Pater, nisi filius, &
Matt.13.b. cui voluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Dico enim vobis quòd multi prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidam Legisperitus surrexit, tentans illum, & di-
E cens, ‖Magister, quid faciendo vitam æternā
Matt.22.d. Marc.12.c. possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respōdens dixit, ‖Diliges Dominū Deum tuū ex toto Deut.6.a. corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mente tua: & proximū tuum sicut te ipsum. Dixitque illi, Rectè respondisti: hoc fac, & viues. Ille autē volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? 'Suscipiens' autem Iesus dixit, Homo quidā descendebat ab Ierusalē in Iericho, & incidit in latrones, qui etiā despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autē vt sacerdos quidā descenderet eadem via: & viso illo præteriuit. Similiter & Leuita, cum esset
F secus locum, & videret eum pertrāsijt. Samaritanus autem quidā iter faciens, vēnit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et approprians, alligauit vulnera eius, infundens oleū & vinū: & imponens illum in iumētum suum duxit in stabulum, & curā eius egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunq; supererogaueris, ego cū rediero reddā tibi. Quis horū trium videtur tibi proximus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiā in illū, Et ait G
illi Iesus, Vade & tu fac similiter. Factum est autem dum irent, & ipse intrauit in quoddā castellum: & mulier quædā Martha nomine, excepit illum in domū suam, & huic erat soror nomine Maria. quæ etiā sedens secus pedes Domini, audiebat verbum illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium quæ stetit, & ait, Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet. Et respōdens illi Dominus, Martha, Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea.

S. Docet discipulos orare, ostendens perseuerantiam oratione omnia impetrari: eiecto dæmonio muto confutat dicentes quòd in Beelzebub ejiceret dæmonia: mulier quædā dicit beata hubera quæ Iesus suxerat: de signo Ionæ, de regina Austri & Niniuitis, oculoque simplici & nequā: Pharisæū qui ipsum inuitauerat reprehendit, murmurantē quòd illotis prandere manibus: taxat hypocrisim Pharisæorū & Scribarum, dicens quòd ab hac generatione exquiretur sanguis omniū prophetarum:

CAP. XI.

ET factum est: cum esset in quodā loco A Matth.6.b
orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eū, Domine, doce nos orare, sicut docuit & Iohannes discipulos suos. Et ait illis, Cùm oratis dicite, Pater, sanctificetur nomen tuū. Adueniat regnū tuum. *Pa- *Fiat voluntas tua sicut in cœlo & in terra. d.
nem nostrum quotidianum da nobis 'hodie 'quotidie.
Et 20.

Et dimitte nobis peccata nostra, siquidem & ipsi dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos, Quis vestrum habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, cōmoda mihi tres panes, quoniā amicus meus vēnit de via ad me, & nō habeo quod ponā ante illum: & ille deintus respondens dicat, Noli mihi molestus esse, iam ostiū clausum
p.2. est, & pueri mei mecum sunt in cubili: nō possum surgere & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: 'dico vobis, & si nō dabit illi surgens eo quod amicus eius sit, propter
B improbitatē tamen eius surget, & dabit illi
Matth.7.a. 21.c. Marci.11.c. quotquot habet necessarios. ‖Et ego dico vobis, Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inue-
Ioha.14.b 16.e. nit, & pulsanti aperietur. ‖Quis autē ex vo-
Iacob.1.a. bis patrē petit panē, nunquid lapidem dabit
Matt.7.b. illi? Aut piscem: nunquid pro pisce serpentē dabit illi? Aut si petierit ouū: nunquid porriget illi scorpionē? Si ergo vos cū sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quāto magis pater vester *de cœlo dabit spiritum bo- *cælestis
Matth. 9.d 12.b. Marci.3.c. nū petētibus se? ‖Et erat eijciens dæmoniū: & illud erat mutū. Et cū eiecisset dæmoniū, locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Quidā autem ex eis dixerunt, In Beelzebub principe dæmoniorū eijcit dæmonia. Et alij tentantes, signum de cœlo quærebant ab eo.
C Ipse aūt vt vidit cogitationes eorum, dixit
2 desolatur.5. 'cadit.5. eis, Omne regnum in seipsum diuisum, 'desolabitur: ' & domus supra domum 'cadet'. Si aūt & Satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius? quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia. Si aūt ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideo ipsi, iudices vestri erūt. Porrò si in digito Dei eijcio dæmonia: profectò peruēnit in vos regnum Dei. Cùm fortis armatus custodit atriū suum: in pace sunt ea quæ
*auferet. 8. distribuet.7 possidet. Si aūt fortior eo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius *'auferet' in quibus cōfidebat, & spolia eius 'distribuet.' Qui nō est mecum, cōtra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cùm immundus spiritus exierit de homine, perābulat per loca inaquosa, quærens requiem. Et nō inueniens dicit, Reuertar in domū meā vnde exi-
*eam D iui. Et cùm venerit, inuenit *scopis mundatam & ornatam. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus nequiores se: & ingressi habitant ibi. Et fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus.

Factum est autē: cum hæc diceret, extollens vocem quædā mulier de turba, dixit illi, Beatus venter qui te portauit, & hubera quæ suxisti. At ille dixit, Quinimò beati qui au-
diunt verbū Dei, & custodiunt illud. ‖Tur- Matt.12.c.
bis autē cōcurrentibus cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequā est: signum quærit, & signum nō dabitur ei, ‖nisi signum Ionæ Ionæ.2.a. prophetæ. Nā sicut fuit Ionas signum Ninuitis: ita erit & filius hominis generationi isti. ‖Regina Austri surget in iudicio cum vi- 3.Re.10.a. 2.Para.9.a
ris generationis huius, & cōdemnabit illos: quia vēnit à finibus terræ audire sapientiam Salomonis. & ecce plus quàm Salomon hic. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum gene-
ratione hac, & cōdemnabunt illā: ‖quia pœ- Ionæ.3.b.
nitentiā egerunt ad prædcationē Ionæ. & ec E
ce plus quàm Ionas hîc. ‖Nemo lucernā ac- Matt.5.b.
cendit, & in abscōdito ponit, neq; sub mo- Marci. 4.c
dio: sed supra cādelabrum, vt qui ingrediuntur lumen videant. Lucerna corporis tui, est
oculus tuus. ‖Si oculus tuus fuerit simplex, Matt. 6.c.
totum corpus tuum lucidum erit, si autē nequā fuerit, etiā corpus tuum tenebrosum erit. Vide ergo ne lumen quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuum totum lucidū fuerit, nō habens aliquā partem tenebrarum: erit lucidum totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Et cum loqueretur rogauit illum quidā Pharisæus vt prāderet apud se. Et ingressus recubuit. Pharisæus autē cœpit intra se reputans dicere quare nō baptizatus esset ante prādium. Et ait Dominus ad
illum, ‖Nunc vos Pharisæi quod dēforis est Matt.23.c.
calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum, plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nōne qui fecit quod dēforis est, etiam id quod deintus est, fecit? Veruntamen F
quod superest, date eleemosynā: & ecce omnia munda sunt vobis. Sed væ vobis Pharisæis, quia decimatis mentā & rutā & omne olus: & præteritis iudicium & charitatē Dei. hæc autem oportuit facere, & illa nō omittere. Væ vobis Pharisæis, quia diligitis pri- Infra.20.g
mas cathedras in synagogis, & salutationes in foro. Væ vobis quia estis vt monumenta Matt.23.a.
quæ nō apparent, & homines ambulātes supra, nesciunt. Respōdens autem quidā ex Legisperitis, ait illi, Magister, hæc dicens etiam Marc.12.d.
cōtumeliam nobis facis. At ille ait, Et vobis Matt.23.a.
Legisperitis væ: quia oneratis homines oneribus quæ portare nō possunt, & ipsi vno digito vestro nō tāgitis sarcinas. Væ vobis: qui
ædificatis monumenta Prophetarum: patres G
autem vestri occiderunt illos. profectò testificamini quod consentitis operibus patrum vestrorum: quoniā ipsi quidem eos occiderunt, vos aūt ædificatis eorū sepulchra. Propterea & sapientia Dei dixit, Mittā ad illos prophetas & Apostolos, & ex illis occidēt, & persequentur: vt inquiratur sanguis omniū

Universidad de Deusto
Biblioteca

prophetarum, qui effusus est à cõstitutione
Gene.4.b. mundi à generatione ista, ‖à sanguine Abel,
2.Pa.24.f vsq; ad sanguinem Zachariæ, ‖qui perijt inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Væ vobis Legisperitis, quia tulistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui intoibãt prohibuistis. Cũ aũt hæc ad illos diceret, cœperũt Pharisæi & Legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere de ore eius, vt accusarẽt eũ.

S. *Cauendum docet à fermento Phariſæorum & quòd omne occultũ detegetur: quis etiam timẽdus ſit. de blaſphemia in Spiritũ ſanctũ: roborat Apoſtolos aduerſus perſecutiones: non vult ſe immiſcere in diuidenda fratrũ hæreditate: per parabolã diuitis reuocat ab auaritia: vetat ſolicitum eſſe de victu & veſtitu, hortaturq; vt lumbi præcingãtur: & quis ſit fidelis aut infidelis diſpẽſator: venit vt mittat ignẽ in terrã & ſeparationẽ: reprehẽdit quòd tempus gratiæ nõ dijudicent: monet vt quiſq; conetur ab aduerſario ſe liberare.* CAP. XII.

A Matt.18.a Marc.8.b. MVltis autem turbis circunstantibus ita vt seinuicem cõculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos, Attendite à fermento Pharisæorũ quod est hypocrisis. Matt.10.c Matt.4.c. *enim. ‖Nihil autem opertum est, quod non reuelet ur: neque absconditum, quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicẽtur: & quod in aurẽ locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autẽ vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidunt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis: timete eum qui postquã occiderit, habet potestatem mittere in gehennam, ita dico vobis, hũc timete. Nónne quinque passeres veneunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt.

B Mat.10.d. Marc.8.d. 2.Tim.2.b Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis. ‖Dico autem vobis, Omnis quicunque confessus fuerit me coram hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei. qui autem negauerit me coram hominibus, negabitur coram angelis Dei. ‖Et Matt.12.c. Marc.3.d. omnis qui dicit verbum in filium hominis, remittetur illi: ei autem qui in Spiritum sanctum blaſphemauerit, nõ remittetur. ‖Cum Matt.10.b Marc.13.b autem inducent vos in synagogas, & ad magistratus & potestates, nolite soliciti esse qualiter. aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quid oporteat vos dicere.

Ait autem ei quidã de turba, Magister dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatem. At ille dixit ei, Homo, quis me cõstituit iudicem aut diuisorem super vos? Dixitq; ad illos, Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est, ex his quæ possidet. Dixit autem similitudinem ad illos, dicens, ‖Hominis cuiusdam di- C Eccle.11.c uitis huberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se, dicens, Quid faciam, quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciam, Destruam horrea mea, & maiora faciam: & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea, & dicã animæ meæ, Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animam tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Dixitq; ad discipulos suos, Ideo dico vobis, No- Matt.6.e. 2.Petr.3.b Psal.54.d. lite soliciti esse animæ vestræ quid mãducetis: neque corpori, quid induamini. Anima plus est quam esca: & corpus plus quàm vestimentum. Consyderate coruos, quia non seminant neq; metunt, quibus non est cella riũ neq; horreũ, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis. Quis autem vestrum cogitãdo potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Si ergo neque quod minimũ est potestis: quid de cæteris soliciti estis? Consyderate lilia quomodo cesc unt: D non laborant, neq; nent. dico autem vobis, nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnum ex istis. Si autem fœnum quod hodie est in agro, & cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quantò magis vos, pusillæ fidei! Et vos nolite quærere quid mandu cetis aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. hæc enim omnia gentes mundi quærũt. Pater autem vester scit quoniam his indigetis. Veruntamen quærite ▷primum' regnũ Dei: * & hæc omnia adijcientur vobis. ▷.10. *& inſtitiã eius.

Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, ‖& date eleemosynam. Fa- Matth.6.e te sibi sacculos qui non veterascunt, thesaurum non deficientem, in cœlis: quò fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. Sint lumbi vestri præcincti & lucernæ ar- E ▷.14. dẽtes ▷in manibus vestris.' & vos similes hominibus expectãtibus dominum suũ quando reuertatur à nuptijs: vt cum venerit, & pulsauerit, confestim aperiant ei. Beati serui illi, quos cum venerit dominus, inuenerit vigilantes. amen dico vobis quòd præcinget se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, & si in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati sunt serui illi. ‖Hoc autem Matt.24.d scitote

Apoc.16.c scitote quoniam si sciret paterfamiliãs qua hora fur veniret, ‖ vigilaret vtique, & non sineret perfodi domum suam. Et vos estote parati: quia qua hora non putatis, filius hominis venit. Ait autem ei Petrus, Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad om- F nes? Dixit autem Dominus, Quis, putas, est *cõſtituet.2 fidelis dispensator & prudens, quem 'constituit' dominus supra familiam suam, vt det illis in tẽpore tritici mensuram? Beatus ille seruus, quem, cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem. verè dico vobis quoniã supra omnia quæ possidet constituet illum. Quòd si dixerit seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere seruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari: veniet dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cum infidelibus ponet. Ille autem seruus qui cognouit voluntatẽ domini sui, & non præparauit, & nõ fecit secundũ voluntatẽ eius. vapulabit multis. qui autẽ non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Omnia autem cui multum datum est, multum quæretur ab eo: & cui commodauerunt multum, plus petent ab eo. Ignem veni mittere in terram: & quid volo nisi vt accendatur? Baptismo autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, vsque- G dũ perficiatur! Putatis quia pacem veni da- Matt.10.d re in terram? Non, dico vobis: sed sperationẽ. erunt enim ex hoc, quinque in domo vna diuisi, tres in duos, & duo in tres: diuidentur pater in filium & filius in patrem suum, mater in filiam & filia in matrem, socrus in nu- Matt.16.a. Marc.8.b. rum suam & nurus in socrum suam. ‖Dicebat autem & ad turbas, Cum videritis nubẽ orientem ab occasu, statim dicitis, Nimbus venit: & ita fit. & cum austrum flantem: dicitis, Quia æstus erit: & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ nostis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à vobisipsis non iudicatis quod iustum est? Matt. 5.d. ‖Cum autem vadis cum aduersario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouissimum minutum reddas.

S. *Occaſione Galilæorum in ſuis ſacrificijs interemptorum, & eorum qui in Siloe corruerant, hortatur ad pœnitentiam, alioqui exterminandos inſtar ficus infructuoſæ: archiſynagogum redarguit, indignantem quòd ſabbatho curaſſet mulierem à ſpiritu firmitatis: comparat regnum cœlorum grano ſinãpis ac fermento: de anguſta porta, & quòd quidam clauſo oſtio frustrà pulſabunt. Herodem dicit vulpem, & Ieruſalem ob crudelitatem ſuam deferendam.*

CAP. XIII.

A DErant autem quidam ipso in tem- A pore, nũtiantes illi de Galilæis, quorum sanguinẽ Pilatus miscuit cum sacrificijs eorum. Et respõdens dixit illis. Putatis quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia pasi sunt? Non dico vobis: sed nisi pœnitentiã habueritis omnes similiter peribitis. Sicut illi decẽ & cto supra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipsi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ieruslem? Non dico vobis: sed si pœnitentian non habueritis, omnes similiter peribitis. Dice- B bat autẽ hanc similitudinem, Arborem fici habebat quidã plantatam in vinea sua: & venit quærens fructum in illa, & non inuênit. Dixt autem ad cultorẽ vineæ, Ecce anni tres sunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illam: vt quid etiã terram occupat? At ille respondens dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno, vsq; dum fodiã circa illam, & mittam stercora. & si quidem fecerit fructum: sin autem in futurum succides eam. Erat autẽ docens in synagoga eorum sabbathis. Et ecce mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decim & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat sursum respicere. Quã, cum videret Iesus vocauit eã ad se, & ait illi, Mu- C lier, dimissa es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & cõfestim erecta est, & glorificabat Deum. Respõdens autem archisynagogus, indignãs quia sabbatho curasset Iesus, dicebat turbæ, Sex dies sunt in quibus oportet operari: in his ergo Venite, & curamini. & non in die sabbathi. Respondens autem ad illũ Dominus dixit, 'Hypocrita' *hypocritæ vnusquisque vestrum sabbatho non soluit D bouem suum aut asinum à præsepio, & ducit adaquare? hanc autem filiam Abrahæ quam alligauit satanas, ecce, decem & octo annis, non oportuit solui à vinculo isto die sabbathi? Et cum hæc diceret, erubescebant omnes aduersarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuersis quæ glorioſè fiebant ab eo.

Dicebat ergo, Cui simile est regnum Dei, Matt.13.d. & cui simile æstimabo illud? Simile est gra- Marci.4.c. no sinâpis, quod acceptũ homo misit in hortum suum, & creuit: & factum est in arborẽ magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit, Cui simile æsti- Matt.13.e mabo regnum Dei? Simile est fermẽto, quod acceptũ mulier abscõdit in farinæ sata tria: donec fermentaretur totum. Et ibat per ciuitates & castella docens, & iter faciens in

Ieru-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ierusalem. Ait autem illi quidam, Domine, si pauci sunt qui saluantur? Ipse autem dixit
Matt. 7.b. ad illos, ‖Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare,
Matth.7.d & non poterunt, ‖Cum autem intrauerit paterfamilias, & clauserit ostiū, & incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes, Domine aperi nobis: & respondens dicet vobis, Nescio vos vnde sitis: tunc incipietis dicere, Māducauimus coram te & bibimus, & in platéis nostris docuisti. Et dicet vobis,
Psalm.6.c. ‖Nescio vos vnde sitis, discedite à me omnes
Matth.7.b operarij iniquitatis. Ibi erit fletus & stridor
& 25.d. F dentiū: cū videritis Abrahā & Isaac & Iacob & omnes prophetas in regno Dei, vos autē expelli foras. Et venient ab Oriēte & Occidente & Aquilone & Austro: & accumbent
Matt.19.d. in regno Dei. ‖Et ecce sunt nouissimi qui 'e-
20.b. Mar.10.d. runt' primi, & sunt primi, qui 'erunt' nouissi
*erant. mi. In ipsa die accesserunt quidam Pharisæo rum, dicentes illi, Exi & vade hinc: quia Horodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eijcio dæmonia & sanitates
G perficio hodie & cras, & tertia die consummor. Veruntamen oportet me hodie & cras & sequenti die ambulare: quia nō capit Prophetam perire extra Ierusalem. Ierusalem
Matt.23.d. Ierusalem quæ occidis prophetas, & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum auis nidum suum sub pennis, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico autem vobis quia non videbitis me donec ve
Infr.21.e.f niat cum dicetis, ‖Benedictus qui venit in nomine Domini.

S. In domo principis Pharisæorum hydropicū sabbatho curat, ostendens legisperitis ac Pharisæis hoc licere & horū notans ambitionem, docet inuitatum in nouissimo loco recūbere: parabola de inuitatis ad cœnam qui se excusarunt: sequens Christum debet omnibus renuntiare, sublata cruce sua, vsque ad odium animæ propriæ: volens turrim ædificare computat primum sumptus: commendatio salis.

CAP. XIIII.

A ET factum est: cum intraret Iesus in domum cuiusdam principis Pharisæorū sabbatho māducare panem, & ipsi observabant eum. Et ecce homo quidā hydropicus erat ante illū. Et respōdens Iesus dixit ad legisperitos & Pharisæos, dicens, Si licet sabbatho curare? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehēsum sanauit eū: ac dimisit. Et respōdens ad illos dixit, Cuius vestrum asinus aut bos in puteum cadet: & non continuò extrahet illum die sabbathi? Et non poterant
B ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam, intendens quomodo primos accubitus eligerent, dicens ad illos, Cum inuitatus fueris ad nuptias, nō discumbas in primo loco, ne fortè honoratior te sit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illum vocauit, dicat tibi, Da huic locum: & tunc incipias cum rubore nouissimum locum tenere. ‖Sed cum vocatus fueris, vade recumbe Prou.25.d. Infra.18.c. in nouissimo loco: vt cum venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Amice, ascende superius. ‖Tunc erit tibi gloria coram simul discum- Matt.23.b. Tobi.4.b. Prou.3.b. bentibus. quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Dicebat C autē & ei qui se inuitauerat, Cum facis prandium aut cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos diuites. ne forte te & ipsi reinuitēt, & fiat tibi retributio. sed cum facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus eris, quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione Matt.22.a. Apoc.19.b iustorum. Hæc cum audisset quidā de simul *māducat.1. discumbentibus, dixit illi, Beatus qui *manducabit' panem in regno Dei. At ipse dixit D ei, Homo quidam fecit cœnam magnam: & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnæ dicere inuitatis vt venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei, Villam emi: & necesse habeo exire & videre illam. rogo te habe me excusatum. Et alter dixit, Iuga boū emi quinque: & eo probare illa, rogo te habe me excusatum. Et alius dixit, Vxorem duxi: & ideo nō possum venire. Et reuersus seruus E nuntiauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias dixit seruo suo, Exi cito in platéas & vicos ciuitates: & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc. Et ait seruus, Domine, factum est vt imperasti: & adhuc locus est. Et ait dominus seruo, Exi in vias & sepes: & cōpelle intrare, vt impleatur domus mea. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt, gustabit cœnam meā. Ibant autem turbæ multæ cum Matt.10.d eo: & conuersus dixit ad illos, ‖Siquis venit ad me, & non odit patrem suum & matrem, & vxorem & filios, & fratres & sorores, adhuc autem & animam suā: non potest meus esse discipulus. ‖Et qui nō baiulat crucē suā F & venit post me: non potest meus esse discipulus. Quis enim ex vobis volens turrim ædificare, 'non' prius sedens computat sumptus qui necessarij sunt, si habeat ad perficiēdum: ne postea quàm posuerit fundamentum, & non potuerit perficere, omnes qui vident incipiant illudere ei, dicentes, Quia hic homo cœpit ædificare: & non potuit consummare? Aut quis rex iturus cōmittere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat si

Matt.10.d 16.d. Marc.8.d *nonne.

gitat si possit cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se? alioquin adhuc illo longè agente, legationem
Matth.5.b. Marc.9.g. mittens rogat ea quæ pacis sunt. ‖Sic ergo omnis ex vobis qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal. Si autem sal *euanuerit: *quoque. in quo condietur? Neq; in terram neque in sterquilinium vtile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

S. Scribis & Pharisæis murmurantibus quòd peccatores reciperet, parabolas proponit de oue & drachma perditis ac inuentis, & de filio prodigo ad patrem reuerso, benigneq; ab ipso suscepto, seniore filio indignè hoc ferente: & quantum sit in cœlo gaudium super peccatore pœnitentiam agente.

CAP. XV.

A ERant autem appropinquantes ei publicani & peccatores vt audirent illum. Et murmurabant Pharisæi & Scribæ, dicentes, Quia hic peccatores recipit, & māducat cum illis. Et ait ad illos parabolam i-
Matt.18.b stam, dicens, ‖Quis ex vobis homo qui habet centū oues: & si perdiderit vnam ex illis, nónne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenerit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum
B conuocat amicos & vicinos, dicens illis, Cō gratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in cœlo super vno peccatore pœnitentiam agente, quàm super nonagintanouem iustis qui non indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem: si perdiderit drachmam vnam, nónne accēdit lucernam, *euertit. & 'euertit' domum, & quærit diligenter, do-
*eam. nec inueniat? *Et cum inuenerit, conuocat amicas & vicinas, dicens, Congratulamini
C mihi, quia inueni dachmam quam perdideram, Ita, dico vobis, gaudium erit coram angelis Dei super vno peccatore pœnitentiam agente. Ait autem, Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis patri, Pater, da mihi portionem substātiæ quæ me contingit. Et diuisit illis substantiam. Et non post multos dies congregatis omnibus adolescentior filius peregre profectus est in
D regionem longinquam: & ibi dissipauit substantiam suam viuendo luxuriosè. Et post- *dissipasset. quam omnia 'consummasset', facta est fames valida in regione illa, & ipse cæpit egere. Et abijt, & adhæsit vni ciuium regionis illius. Et misit illum in villam suam vt pasceret porcos. Et cupiebat implere ventrem suum de siliquis quas porci manducabāt: & nemo illi dabat. In se autem reuersus dixit, Quanti mercenarij *patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibō ad *in domo. patrem meum, & dicam ei, Pater peccaui in E cœlum & coram te: iam non sum dignus vocari filius tuus: fac me sicut vnū de mercenarijs tuis. Et surgens venit ad patrem suum. Cum autem adhuc longè esset, vidit illum pater ipsius, & misericordia motus est, & accurrens cecidit super collum eius, & osculatus est eum. Dixit que ei filius, Pater, peccaui in cœlum & coram te, iam non sum dignus vocari filius tuus. Dixit autem pater ad seruos suos. Citò proferte stolam primam, & F induite illum, & date annulum in 'manum eius, & calceamenta in pedes eius: & adducite vitulum saginatum, & occidite, & manducemus & epulemur: quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Et cœperunt epulari. Erat autem filius eius senior in agro. & cum veniret & appropinquaret domui, audiuit symphoniam & chorum: & vocauit vnum de seruis, & interrogauit quid hæc essent, Isque dixit illi, Frater tuus venit: & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit. Indignatus est autem: & nolebat introire. Pater ergo illius egressus cœpit rogare illum. At ille respondens dixit patri suo, Ecce tot annis G seruio tibi, & nunquam mandatum tuum præteriui, & nunquam dedisti mihi hœdum vt cum amicis meis epularer: sed postquam filius tuus hic, qui deuorauit substantiam suam cum meretricibus, vēnit, occidisti illi vitulum saginatum. At ipse dixit illi, Fili, tu semper mecum es, & omnia mea tua sunt. epulari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic, mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est.

S. Per parabolam de villico iniquitatis hortatur ad faciendas eleemosynas, docēs quid mereatur fidelis aut infidelis mammónæ dispensator, quodq; nemo seruire potest Deo & mammónæ: legem ac prophetas vsq; ad Iohannem fuisse dicit, & nihil de lege periturum, nec dimittendam vllo modo vxorem vt alia ducatur: de diuite epulone & Lazaro mendico.

CAP. XVI.

DIcebat autem & ad discipulos suos, A Homo quidam erat diues qui habebat villicum: & hic diffamatus est apud illū, quasi dissipasset bona ipsius. Et vocauit illum, & ait illi, Quid hoc audio de te? redde rationē villicationis tuæ: iā enim nō poteris villicare. Ait autem villicus intra se, Quid faciā, quia dominus meus aufert à me villicationē? fodere nō valeo, mendicare erubesco. Scio quid faciam: vt cum amotus fuero à villicatione, recipiāt me in domos suas.

Conuo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

B Conuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui,dicebat primo, Quantum debes domino meo? At ille dixit, Cētum cados olei. Dixitque illi, Accipe cautionem tuam:& sede, cito scribe quinquaginta. Deinde alij dixit, Tu verò quantum debes? Qui ait, Centum coros tritici. Ait illi, Accipe literas tuas, & scribe octoginta. Et laudauit Dominus villicū iniquitatis quia prudenter fecisset: quia filij huius sæculi, prudentiores filijs lucis in generatione sua sunt. Et ego vobis dico,facite vobis amicos de mammóna iniquitatis:
C vt cum defeceritis,recipiāt vos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in maiori fidelis est :& qui in modico iniquus est, & in maiori iniquus est. Si ergo in iniquo mammóna fideles non fuistis: quod verum est quis credet vobis? Et si in alieno fideles nō fuistis:quod vestrum est quis dabit
Matth.6.e vobis?Nemo seruus potest duobus dominis seruire.aut enim vnum odiet,& alterum diliget:aut vni adhærebit,& alterum contemnet.non potestis Deo seruire & mammónæ.
Audiebant autem omnia hæc Pharisæi qui
D erant auari:& deridebant illum. Et ait illis, Vos estis qui iustificatis vos coram hominibus: Deus autem nouit corda vestra, quia quod hominibus altum est, abominatio est
Matt. 11.b. ante Deum.‖Lex & prophetæ,vsque ad Iohannem. ex eo regnum Dei Euangelizatur,
Matth.5.c & omnis in illud vim facit. ‖Facilius est autem cœlum & terram præterire,quàm de le-
Matth.5.e ge vnum apicem cadere.‖Omnis qui dimit-
Mar.10.b. tit vxorem suam, & alterā ducit, mœchatur:
1.Cor.7.b. E & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Ho
*qui. mo quidam erat diues *&' induebatur purpura & byssо : & epulabatur quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus,qui iacebat ad ianuā eius, vlceribus plenus:cupiens saturari: de micis quæ cadebant
*& nemo illi dabat. de mensa diuitis, *sed & canes veniebant: & lingebant vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus,& portaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & dives:& sepultus est in inferno. Eleuans aūt oculos suos cum esset in tormentis,vidit A-
F braham álonge,& Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit, Pater Abraham,miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremū digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam,quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abrahā,Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua,& Lazarus similiter mala:nūc autem hic cōsolatur, tu verò cruciaris.& in his omnibus, inter nos & vos chaos magnū firmatum est: vt hi qui volunt hinc tranfire ad vos,non possint,neq; indehuc transmeare.Et ait, Rogo ergo te pater vt mittas eum
G in domum patris mei. habeo enim quinque fratres,vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hunc locum tormentorum. Et ait illi Abraham,Habent Moysen & prophetas:audiant illos. At ille dixit,Non,pater Abraham : sed siquis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autē illi, Si Moysen & prophetas non audiunt,neque siquis ex mortuis resurrexerit,credent.

S. Væ scandalizanti pusillos : frater in nos peccans increpandus est, eiq; pœnitenti ignoscendum: Apostolos docet fidei efficaciam: quodque dum omnia ipsis præcepta fecerint, se seruos dicant inutiles:decem leprosi mundantur, vnico qui Samaritanus erat ad agendas gratias reuertente:dicit aduētum filij Dei non occultū fore sed illustrem,& inexpectatò superuenturum sicut diluuiū mundo & Sodomis subuersio superuenit. CAP. XVII.

A ET ait ad discipulos suos, Impossibile Matt.18.a. Marci.9.f. est vt non veniant scandala: væ autem illi per quem veniunt. vtilius est illi si lapis molaris imponatur circa collū eius, & proijciatur in mare, quàm vt scādalizet vnū Matt.18.b de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccaue- Leui.19.d rit in te frater tuus increpa illum: & si pœ- c.17. nitentiam egerit, dimitte illi. Et si septies in die peccauerit in te,& septies in die conuersus fuerit ad te,dicēs, Pœnitet me:dimitte il
B li. Et dixerūt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem.‖Dixit aūt Dominus, Si haberetis Eccl.19.b Matt.17.c. fidem sicut granum sinâpis,diceretis huic arbori moro, Eradicare & transplantare in mare:& obediret vobis. Quis autē vestrum habens seruum arantem aut pascentem, *qui regresso de agro dicat illi,Statim transi,recumbe:& nō dicit ei,Para quod cœnem, & præ-
*bouem. C cinge te & ministra mihi donec manducem & bibā,& post hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis,dicite,Serui inutiles sumus:quod debuimus facere,fecimus. Et factum est, dum iret in Ierusalem transibat per mediam Samariā & Galilæā. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerūt ei decem viri leprosi. qui steterunt álonge : & leuauerunt vocem dicentes, Iesu præceptor, miserere nostri.
D Quos vt vidit,dixit,Ite,‖ostendite vos sacer- Leuit.14.a dotibus. Et factum est:dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est:regressus est,cum magna voce magnificans Deum, & cecidit in faciem ante pedes eius,gratias agēs:& hic erat Samaritanus. Respōdens aūt Iesus,dixit,Nónne decē mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo,
nisi

nisi hic alienigena. Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit. Interrogatus
E autem à Pharisæis quando venit regnū Dei, Respondit eis & dixit, Non venit regnum Dei cum obseruatione : neque dicent, Ecce hîc,aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos, Veniēt
Matt.24.d. dies quando desyderetis videre vnum diem
Marci.13.c filij hominis:& nō videbitis. ‖Et Dicent vobis, Ecce hîc & ecce illic. Nolite ire, neq; sectemini. nā sicut fulgur coruscans de sub cœlo,in ea quæ sub cœlo sunt fuget:ita erit fi-
Matt.24.d lius hominis in die sua. Primum autem opor-
Gene.7.b. tet illum multa pati, & reprobari à generatione hac.‖Et sicut factum est in diebus Noe: ita erit & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabātur ad nu
F ptias vsq; in diem qua intrauit Noe in arcā: & venit diluuiū, & perdidit omnes. Similiter
Gene.19.c. ‖sicut factum est in diebus Lot, Edebāt & bibebant,emebant & vendebant,plantabant & ædificabant:qua die autem exijt Lot,à Sódomis,pluit ignem & sulphur de cœlo, & omnes perdidit. secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto,& vasa eius in domo, ne descen-
G dat tollere illa : & qui in agro, similiter non redeat retro. Memores estote vxoris Lot.
Supra.9.c. ‖Quicunq; quæsierit animam suam saluam
Matt.10.d. facere, perdet illam : & quicunq; perdiderit
Marci.8.d. illam, viuificabit eā.‖Dico vobis, in illa no-
Iohan.11.d cte erunt duo in lecto vno:vnus ‖assumetur,
Matt.24.d & alter relinquetur. duæ erunt molentes in
1.Thes.4.d vnum: vna assumetur, & altera relinquetur. duo in agro:vnus assumetur,& alter relinquetur'. Respondentes dicunt illi, Vbi Domine? Qui dixit illis, Vbicunque fuerit corpus,illuc congregabuntur & aquilæ.

S. Per parabolam de iudice iniquitatis & vidua importuna docet semper orandum : per parabolam verò de Pharisæo & publicano, quomodo sit orandum: pueros à se repelli vetat : dives qui à iuuentute omnia se seruasse præcepta dicebat, audito Christi consilio de omnibus relinquendis abijt tristis: & quid erit præmij omnia propter Christum relinquētibus:prædicit suam passionem, & prope Iericho cæcum illuminat.

CAP. XVIII.

A DIcebat autē & parabolā ad illos quo-
Ecclc.18.c. niam oportet ‖ semper orare & non
1.Thes.5.d deficere, dicēs, Iudex quidam erat in quadā ciuitate,qui Deum nō timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa:& veniebat ad eum, dicens, Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se,Et si Deum non timeo, nec hominem reuereor:tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniēs sugillet me. Ait autem Dominus,
B Audite quid iudex iniquitatis dicit. Deus autem non faciet vindictam electorum suorū clamantium ad se die ac nocte:& patientiam habebit in illis? Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniēs, putas inueniet fidem in terra? Dixit autē & ad quosdam qui in se confidebant tanquā iusti, & aspernabantur cæteros, parabolam istam, * Duo homines ascende- *dicent.
bant in templum vt orarēt: vnus Pharisæus, & alter Publicanus. Pharisæus stans, hæc apud se orabat, Deus gratias ago tibi, quia nō sum sicut cæteri hominum:raptores,iniusti, adulteri: velut etiā hic publicanus. ieiuno bis in sabbatho:decimas do omnium quæ possideo. Et Publicanus álongè stans nolebat nec
C oculos ad cœlum leuare: sed percutiebat pectus suū,dicēs, Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis,descendit hic iustificatus in domum suam ab illo. ‖quia omnis qui se Supra.14.e exaltat,humiliabitur:& qui se humiliat, ex- Matt.23.b. altabitur. ‖Afferebant autem ad illum & in- Matt.19.b. fantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent Marc.10.b discipuli,increpabant illos. Iesus autem conuocās illos dixit,Sinite pueros venire ad me: & nolite vetare eos. talium est enim regnum
D Dei. Amē dico vobis quicunq; non accepe- Matt.19.b rit regnum Dei sicut puer, non intrabit in Marc.10.b illud. Et interrogauit eum quidam princeps, dicens, Magister bone,quid faciens vitā æternā possidebo? Dixit aūt ei Iesus, Quid me dicis bonū? nemo bonus nisi solus Deus. Mā-
Exod.20.c data nosti,‖Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimoniū dices,Honora patrem tuum & matrem? Qui ait, Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito Iesus ait ei, Adhuc vnum tibi deest:omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni,sequere me. His ille auditis contristatus est:quia dives erat valde. Videns autem Iesus illum tristem factum,dixit,Quam difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt. Facilius est enim camelum per foramen acus transire,quam diuitem intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audiebant, Et quis potest saluus fieri? Ait illis, Quæ impossibilia sunt apud homines,possibilia sunt apud Deū. Ait autem Petrus, Ecce, nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis. Amen dico vobis, nemo est qui reliquit domū aut parentes,aut fratres, aut vxorem,
F aut filios propter regnum Dei, & non recipiat multo plura in hoc tēpore, & in sæculo Matt.20.b venturo vitā æternam. Assumpsit autē Iesus Marci.10.e
duo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

duodecim,& ait illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur omnia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. tradetur enim Gētibus,& illudetur,& flagellabitur,& conspuetur: & postquam flagellauerint occidēt eum,& tertia die resurget. Et ipsi nihil horum intellexerunt.& erat verbū istud absc̄ditum ab eis, & nō intelligebant quæ dicebantur. Factum est autem cum appropinquaret Iericho, ‖cæcus quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntē, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt autem ei quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamauit, dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ipse verò multo magis clamabat, Fili Dauid miserere mei. Stans autem Iesus iussit illum adduci ad se. Et cū appropinquasset, interrogauit illum, dicens, Quid tibi vis faciam? At ille dixit, Domine vt videam. Et Iesus dixit illi, Respice: fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit: & sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt vidit, dedit laudem Deo.

Matt.20.d Marc.10.g G

S. *Ad Zacchæum plurimis murmurantibus diuertit: parabolam refert de homine nobili, qui abiens ad regnum accipiendum tradidit decem seruis decem mnas, quem ciues super se regnare nolebāt: super pullum asinæ intrans cum honore Ierosolymam, flet super illam, prædicitq; euertendam, & ingressus eijcit ementes ac vendentes.* CAP. XIX.

A ET ingressus perambulabat Iericho. Et ecce vir nomine Zacchæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse diues. & quærebat videre Iesum quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascēdit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cùm venisset ad locum, suspiciēs Iesus vidit illum, & dixit ad eum, Zacchæe, festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinās descendit: & excepit illum gaudens. Et cùm viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem

B Zacchæus dixit ad *Dominum', Ecce dimidium bonorum meorum, Domine, do pauperibus: & siquid aliquem defraudaui, reddo quadruplum. Ait Iesus ad eum, Quia hodie salus domui huic facta est: eo quòd & ipse filius sit Abrahæ. ‖Vēnit enim filius hominis quærere & saluum facere quod perierat.

*Iesum.

Matt.18.b.

Matt.25.b. Hæc illis audientibus adijciens dixit parabolam, eo quòd esset prope Ierusalem, & quia existimarent quòd confestim regnum Dei manifestaretur. Dixit ergo, Homo quidam nobilis abijt in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. Vocatis autem decem seruis suis dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum: & miserunt legationem post illum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est vt rediret accepto regno: & iussit vocari seruos, quibus dedit pecuniam: vt sciret quantum quisque negotiatus esset. Vēnit autem primus, dicens, Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serue, quia in modico fuisti fidelis, eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter venit, dicens, Domine mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait, Et tu esto super quinq; ciuitates. Et alter vēnit, dicens, Domine, ecce mna tua quā habui repositam in sudario. timui enim te, quia homo austērus es: tollis quod non posuisti, & metis quod non seminasti, Dicit ei, D De ore tuo te iudico serue nequam. sciebas quòd ego homo austērus sum, tollens quod non posui, & metens quod non seminaui: & quare nō dedisti pecuniā meam ad mensam, & ego veniens cum vsuris vtiq; exegissem illam? & astātibus dixit, Auferte ab illo mnā, & date illi qui decem mnas habet. Et dixerūt ei, Domine, habet decem mnas. ‖ Dico autē vobis quia omni habenti dabitur*: ab eo autem qui non habet, & quod habet auferetur ab eo. Verūntamen inimicos meos illos qui noluerūt me regnare super se, adducite huc: & interficite ante me. ‖Et his dictis præcedebat ascendens Ierosolymam. Et factum est: E cum appropinquasset ad Beth-phage & Bethaniam, ad montem qui vocatur oliueti, misit duos discipulos suos, dicens, Ite in castellum quod contrā *est: in quod introeuntes inuenietis pullum asinæ alligatū, cui nemo vnquam hominum sedit: soluite illum, & adducite. Et siquis vos interrogauerit, Quare soluitis? sic dicetis ei, Quia Dominus operā eius desyderat. Abierūt autem qui missi erant: & inuenerunt sicut dixit illis, stantem pullum. Soluentibus autem illis pullum, dixerunt domini eius ad illos, Quid soluitis pullum? At illi dixerunt, Quia Dominus F eum necessarium habet. ‖Et duxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Iesum. Eunte autem illo substernebant vestimenta sua in via. Et cum appropinquaret iam ad descensum mōtis oliueti, cœperunt omnes turbæ* descendentium' gaudentes laudare Deum voce magna, super omnibus quas viderant virtutibus dicentes, Benedictus qui venit Rex in nomine Domini, pax in cœlo: & gloria in excelsis. Et quidam Pharisæorum de turbis dixerunt ad illum, ‖Magister increpa discipulos tuos.

Supra.8.c: Matt.13.b. 25.c. Marc.4.c. *& abundabit.

Matt.21.a. Marc.11.a.

*vos.

Iohan.12.b

*discipulorū s.

Infra.21.b. Matt.24.a. Marc.13.a

Quibus

Quibus ipse ait, Dico vobis quia si hi tacuerint, lapides clamabunt. Et vt appropinquauit, videns ciuitatem, fleuit super illā, dicens,

G Quia si cognouisses & tu, & quidem in hac die tua, quæ ad pacem tibi. nunc autem absconditа sunt ab oculis tuis. Quia venient dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo, & circundabunt te, & coangustabunt te vndiq;, & ad terram prosternent te, & filios tuos qui in te sunt. & nō relinquent in te lapidem super lapidem: eo quòd non cognoueris tempus visitationis tuæ. ‖ Et ingressus in templum cœpit eijcere vendentes in illo & ementes, dicens illis, Scriptum est, ‖Quia domus mea, domus orationis est, ‖ Vos autem fecistis illam spēluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. Principes autem sacerdotū & scribæ & principes plebis quærebant illum perdere: & non inueniebant quid facerent illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illum.

Matt.21.b. Marc.11.b. Iſaiæ.56.c Ierem.7.b.

S. *Non dicit sacerdotibus ac Scribis qua potestate hæc faciat, quia nec illi respondebant ad propositam de Iohannis baptismo quæstionē: parabolam refert de vinitoribus, qui cæsis Domini seruis etiam filium eius occiderunt: tentatur Iesus de tributo Cæsari dando, & à Sadducæis de resurrectione: quomodo dicunt Christum filium esse Dauid: cauendum à Scribis ambitiosis.*

CAP. XX.

A Matth.21.c Marci.11.d ET factum est: in vna dierum docente illo populum in templo & Euangelizante, conuenerunt principes sacerdotum & Scribæ cum senioribus, & aiunt dicētes ad illum, Dic nobis, in qua potestate hæc facis? aut: quis est qui dedit tibi hanc potestatem? Respondens autem Iesus dixit ad illos, interrogabo vos & ego vnum verbum. Respondete mihi, Baptismus Iohannis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes, Quia si dixerimus de cœlo: dicet, Quare ergo nō credidistis illi? Si autem dixerimus ex hominibus, plebs vniuersa lapidabit nos: certi sunt enim Iohannem prophetam esse. Et respōderunt se nescire vnde

B esset. Et Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Cœpit autem dicere ad plebem parabolā hanc, Homo* plantauit vineam, & locauit eam colonis: & ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tempore* misit ad cultores seruū, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum seruum mittere. Illi autem hunc quoq; cædentes & afficientes contumelia, dimiserunt inanem. Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerātes eiecerunt. Dixit aūt Dominus vineæ, Quid faciam? mittam filium meum dilectum: forsitan cum hunc viderint, verebūtur. Quem cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se, dicentes, Hic est hæres, occidamus illum, vt C nostra fiat hæreditas. Et eiectum illum extra vineā, occiderunt. Quid ergo faciet illis Dominus vineæ? veniet, & perdet colonos istos & dabit vineam alijs. Quo audito dixerunt illi, Absit. ‖Ille autem aspiciens eos, ait, Quid Psal.117.d. est ergo hoc quod scriptū est, Lapidē quem Actu.4.b. reprobauerunt ædificantes, hic factus est in Roma.9.g. caput anguli? Omnis qui ceciderit super illū 1.Petri.2.a Iſaiæ.28.d lapidem, conquassabitur: super quem autem ceciderit, comminuet illum. Et quærebant principes sacerdotum & Scribæ mittere in illum manus illa hora: & timuerunt populū. cognouerunt enim quòd ad ipsos dixerit similitudinem hanc. Et obseruantes, miserunt D Matt 22.b. insidiatores qui se iustos simularent: vt caperent eum in sermone, ‖ & traderent illū principatui & potestati præsidis. Et interrogauerunt eum, dicentes, Magister, scimus quia recte dicis & doces: & non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces. licet nobis tributum dare Cæsari, an non? Consyderans autem dolum illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis? ostēdite mihi denariū. Cuius habet imaginem & inscriptionem? Respondentes dixerunt, Cæsaris. Et ait illis, ‖Reddite ergo Roma.13.c quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et non potuerunt verbum eius reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius, tacuerunt. Accesserunt autem quidam E Sadducæorum qui negant esse resurrectionē, & interrogauerunt eum, dicentes, Magister, ‖Moyses scripsit nobis, Si frater alicuius mor Matt.22.c. tuus fuerit habens vxorem, & hic sine liberis Marc.12.b fuerit, vt accipiat eam frater eius vxorem, & suscitet semen fratri suo. septem ergo fratres erant: & primus accepit vxorem, & mortuus est sine filijs. Et sequens accepit illam: & ipse mortuus est sine filio. Et tertius accepit illam. Similiter & omnes septem: & non reliquerunt semen, & mortui sunt. Nouissimè omnium mortua est & mulier. In resurrectione ergo cuius eorū erit vxor? siquidem septē habuerunt eā vxorem. Et ait illis Iesus, Filij F huius sæculi nubunt, & tradūtur ad nuptias: illi verò qui digni habebūtur sæculo illo & resurrectiōe ex mortuis, neq; nubūt, neq; ducūt vxores, neq; vltra mori poterūt. æquales enim angelis sunt: & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectionis. Quia vero resurgant mortui, & ‖Moyses ostēdit, secus rubū sicut dicit Exod.3.b. Dominū, Deum Abrahā, & Deum Isaac, & Deum Iacob. Deus aūt non est mortuorum, sed viuorum. oēs enim viuunt ei, Respōdentes autē quidam Scribarū dixerunt ei, Magister,

*vindemiæ.

Universidad de Deusto Biblioteca

ſter,bene dixiſti. Et amplius non audebant
eum quicquam interrogare.Dixit autem ad
illos,Quomodo dicunt Chriſtum,filium eſ-
ſe Dauid : & ipſe Dauid dicit in libro Pſal-
Matt.22.d. Marc.12.d. morum,||Dixit Dominus Domino meo,ſe-
G de à dextris meis,donec ponã inimicos tuos
Pſal.109.a ſcabellum pedum tuorum?Dauid ergo Do-
Supra.11.f. minum illum vocat:& quomodo filius eius
Matt.23.a. Marc.12.a. eſt ? Audiente autem omni populo, dixit
diſcipulis ſuis, Attendite à Scribis qui vo-
lunt ambulare in ſtolis, & amant ſalutatio-
nes in foro, & primas cathedras in ſynago-
gis, & primos diſcubitus in conuiuijs. qui
deuorant domos viduarum:ſimulantes lon-
gam orationem.Hi accipient damnationem
maiorem.

S. *Viduam duo minuta offerentem præfert di-
uitibus multa offerentibus:ſubuerſionem tem
pli prædicit,variáque prælia, afflictiones &
perſecutiones,aduerſus quæ roborat Apoſto-
los:prædicit quoque ſubuerſionem Ieruſalem,
& Iudæorum captiuitatem ac diſperſionẽ:de
ſignis præceſſuris iudicium:cauẽdum à crapu
la,ebrietate,curisq; huius vitæ, & vigilandũ
ac orandum.*

CAP. XXI.

A Marc.12.d. RESpiciens autem vidit eos qui mitte-
bant munera ſua in gazophylacium
diuites. Vidit autem & quandam vi-
duam pauperculam mittentem æra minuta
duo. Et dixit, Verè dico vobis quia vidua
hæc pauper, plus quàm omnes miſit. nam
omnes hi,ex abundanti ſibi miſerunt in mu-
nera Dei:hæc autem ex eo quod deeſt illi,o-
B mnem victum ſuum quem habuit miſit. Et
Matt.24.a Marc.13.a. quibuſdam dicẽtibus de templo quòd bonis
Supr.19.g. lapidibus & donis ornatum eſſet,dixit,Hæc
quæ videtis,veniẽt dies in quibus non relin-
quetur lapis ſuper lapidẽ qui nõ deſtruatur.
Interrogauerunt autem illum,dicẽtes, Præ-
ceptor quando hæc erunt : & quod ſignum
cum fieri incipient. Qui dixit, Videte ne ſedu
camini.multi enim veniẽt in nomine meo,
dicentes quia ego ſum: & tempus appropin
quauit,nolite ergo ire poſt eos.Cum autem
audieritis prælia & ſeditiones,nolite terreri:
oportet primum hæc fieri,ſed nondũ ſtatim
C finis. Tunc dicebat illis, Surget gens contra
gentem,& regnum aduerſus regnum:& ter-
ræmotus magni erũt per loca, & peſtilentiæ
& fames,terroresq; de cœlo,& ſigna magna
erunt.Sed ante hæc omnia inijciẽt vobis ma
nus ſuas:& perſequẽtur tradentes in ſynago
gas & cuſtodias,trahẽtes ad reges & præſides
propter nomen meum. continget aũt vobis
in teſtimonium.Ponite ergo in cordibus ve
ſtris non præmeditari quemadmodum re-
ſpõdeatis.ego enim dabo vobis os & ſapien-
tiam:cui non poterunt reſiſtere & contradi-
cere omnes aduerſarij veſtri. Trademini aũt D
à parentibus & fratribus & cognatis & ami-
cis:& morte afficiẽt ex vobis. & eritis odio
omnibus*propter nomen meum:& capillus *hominibus
de capite veſtro non peribit. In patientia ve
ſtra poſsidebitis animas veſtras. ||Cum au- Matt.24.b Marc.13.b.
tem videritis circundari ab exercitu Ieruſa- Danie.9.g.
lem,tunc ſcitote quia aporopinquauit deſo-
latio eius. tunc qui in Iudæa ſunt, fugiant
ad montes:& qui in medio eius,diſcedant:&
qui in regionibus, non intrent in eam: quia
dies vltionis hi ſunt, vt impleantur omnia
quæ ſcripta ſunt.Væ autem prægnantibus & E
nutrientibus in illis diebus. erit enim preſſu
ra magna ſuper terrã, & ira populo huic. Et
cadent in ore gladij : & captiui ducentur in
omnes gentes.& Ieruſalem calcabitur à Gen
tibus:donec impleãtur tempora nationum. Matt.24.c
||Et erunt ſigna in ſole & luna & ſtellis:& in Marc.13.c.
terris preſſura gentium præ confuſione ſoni Iſaiæ.13.b. Ezec.32.b.
tus maris & fluctuum,areſcentibus homini- Ioel.3.c.
bus præ timore & expectatione, quæ ſuper-
uenieut vniuerſo orbi.nam virtutes cœlorũ
mouebuntur: & tunc videbunt filium homi
nis veniẽtem in nube cum poteſtate magna
& maieſtate. His autem fieri incipientibus, F
reſpicite & leuate capita veſtra: ||quoniã ap- Roma.8,d.
propinquat redemptio veſtra. Et dixit illis
ſimilitudinem, Videte ficulneã & omnes ar-
bores:cum producunt iam ex ſe fructum,ſci
tis quoniam propè eſt æſtas. Ita & vos cum
videritis hæc fieri,ſcitote quoniam propè eſt
regnum Dei. || Amen dico vobis quia non Rom.13.d.
præteribit generatio hæc, donec omnia fiãt.
Cœlum & terra trãſibunt: verba autem mea
non tranſibunt. Attendite autem vobis ne G
fortè grauentur corda veſtra in crapula & e-
brietate & curis huius vitæ : & ſuperueniat
in vos repentina dies illa. tanquam laqueus
enim ſuperueniet in omnes qui ſedent ſuper
faciem omnis terræ. Vigilate itaq;, omni tem
pore orantes,vt digni habeamini fugere iſta
omnia quæ futura ſunt, & ſtare ante filium
hominis. Erat autem diebus docens in tem-
plo:noctibus verò exiens,morabatur in mõ-
te qui vocatur Olineti. Et omnis populus "mane ibat.
"manicabat'ad eum in templo audire eum. 1. "mane accelerabat.1.

S. *Cogitant principes ſacerdotum de occidendo
Ieſu, quem vendit Iudas : iubet parari pa-
ſcha:panem in corpus ſuum & vinum in ſan
guinem conſecrata tradit diſcipulis, præcipiẽs
vt idem faciant:Contentio diſcipulorum quis
eorum ſit maior:prædicit trinam Petri nega-
tionem, iubens vendi tunicam & emi gladiũ:
poſt prolixam in agonia orationem, & ſudo-
rem inſtar ſanguinis in terram decurrẽtis, ca
pitur à Iudæis, quorum vni Petrus abſcidit
auriculam, conqueritur quod ad eum quaſi
ad latronem capiendum exierint : in domo
principis ſacerdotum ter à Petro negatur, &
à Iudæis cæditur ac illuditur, & mane in
concilio interrogatus fatetur ſe Dei filium.*

CAP. XXII.

A Matt.26.a Marci.14.a Matt.26.b APpropinquabat autem dies feſtus
Azymorum, qui dicitur Paſcha : &
quærebant paincipes ſacerdotum &
Marc.14.b Scribæ quomodo eum interficerẽt : timebãt
verò plebem. ||Intrauit autem ſatanas in Iu-
dã qui cognominabatur Iſcariótes, vnum de
duodecim:& abijt,& locutus eſt cum princi
pibus ſacerdotum & magiſtratibus, quemad
modum illum traderet eis. Et gauiſi ſunt: &
pacti ſunt pecuniam illi dare. Et ſpopondit.
Matt.26.b Marc.14.b Et quærebat opportunitatẽ vt traderet illum
ſine turbis. Vẽnit aũt dies azymorum,in qua
neceſſe erat occìdi paſcha. Et miſit Petrum
& Iohannẽ,dicens,Euntes parate nobis paſ-
B cha,vt mãducemus. At illi dixerunt, Vbi vis
paremus? Et dixit ad eos, Ecce, introeunti-
*quidam bus vobis in ciuitatem occurret vobis homo
*amphoram aquæ portans : ſequimini eum
in domum in quã intrat,& dicetis patrifami
liâs domus, Dicit tibi Magiſter, Vbi eſt di-
uerſoriũ vbi paſcha cum diſcipulis meis mã-
ducem ? Et ipſe oſtendet vobis cœnaculum
magnum ſtratum: & ibi parate. Euntes autẽ
Matt.26.b Marc.14.b inuenerunt ſicut dixit illis:& parauerũt paſ-
cha. ||Et cum facta eſſet hora, diſcubuit, &
duodecim Apoſtoli cum eo, & ait illis, De-
ſyderio deſyderaui hoc paſcha mãducare vo-
biſcũ,antequã patiar. Dico enim vobis quia
ex hoc non manducabo illud,donec implea-
tur in regno Dei.Et accepto calice gratias e-
git, & dixit, Accipite, & diuidite inter vos.
1.Cor.11.e dico enim vobis quod non bibam de gene-
ratione vitis,donec regnum Dei veniat.||Et
accepto pane gratias egit, & fregit: & dedit
eis,dicens, Hoc eſt corpus meum, quod pro
vobis datur.hoc facite in meam cõmemora-
tionem. Similiter & calicem, poſtquàm cœ-
nauit,dicens,Hic eſt calix nouum teſtamen
C Matt.26.b tum in ſanguine meo, qui pro vobis funde-
Marc.14.b tur. ||Veruntamen ecce manus tradentis me,
Iohan.13.c mecum eſt in menſa. Et quidem filius homi
*traditur.1. nis||ſecundum quod definitum eſt,vadit:ve-
runtamen væ homini illi per quem "trade-
Pſal.40.c. tur'. Et ipſi cœperunt quærere inter ſe quis
Matt.20.d eſſet ex eis qui hoc facturus eſſet. ||Facta eſt
Marc.10.f. autem & contentio inter eos, quis eorũ vi-
deretur eſſe maior. Dixit autem eis, Reges
gentium dominantur eorum:& qui poteſta
tem habẽt ſuper eos,benefici vocantur. Vos
autẽ non ſic:ſed qui maior eſt in vobis, fiat
*minor ſicut*iunior':& qui præceſſor eſt, ſicut mi-
niſtrator.Nam quis maior eſt, qui recumbit,
an qui miniſtrat? nõne qui recumbit? Ego
aũt in medio veſtrũ ſum ſicut qui miniſtrat.
vos aũt eſtis qui permãſiſtis mecum in tẽta-
tionibus meis. Et ego diſpono vobis ſicut di-
ſpoſuit mihi pater meus, regnũ:vt edatis & bi
batis ſuper menſam meam in regno meo, &
ſedeatis ſuper thronos iudicãtes duodecim D
tribus Iſrael. Ait autem Dominus, "Simon, "Simoni,
Simon', ecce ſatanas expetiuit vos vt cribra- Simon.
ret ſicut triticũ:ego aũt rogaui pro te vt non
deficiat fides tua:& tu aliquãdo cõuerſus,cõ
firma fratres tuos. Qui dixit ei, Domine,te-
cum paratus ſum & in carcerem & in mor-
tem ire. ||Et ille dixit, Dico tibi Petre, non Matt.26.e
cantabit hodie gallus, donec ter abneges noſ Marc.14.c.
ſe me.Et dixit eis, Quando miſi vos||ſine ſac Matt.10.b
culo & pera & calceamentis: nũquid aliquid
defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit er-
go eis, Sed nunc qui habet ſacculũ tollat, ſi-
militer & perã:& qui nõ habet, vendat tuni-
cã ſuam, & emat gladium. Dico enim vobis
quoniã adhuc hoc||quod ſcriptum eſt oprtet Iſaiæ.53.d.
impleri in me.Et cum iniquis deputatus eſt. Matt.26.c. Marci.14.c
Etenim ea quæ ſunt de me, finẽ habent. At il Iohan.18.a.
li dixerunt, Domine, ecce duo gladij hic. At
ille dixit eis, Satis eſt. Et egreſſus ibat ſecun-
dum cõſuetudinem in mõtem oliuarum.Se-
cuti ſunt aũt illum & diſcipuli. ||Et cum per Matt.26.d
ueniſſet ad locũ,dixit illis, Orate, ne intretis Marc.14.d
in tentationẽ. Et ipſe auulſus eſt ab eis quan E
tum iactus eſt lapidis : & poſitis genibus o-
rabat,dicens, Pater, ſi vis trãsfer calicẽ iſtum
à me.Veruntamen nõ mea voluntas, ſed tua
fiat. Apparuit aũt illi angelus de cœlo cõfor
tans eum.Et factus in agonia, prolixius ora-
bat. Et factus eſt ſudor eius ſicut guttæ ſan-
guinis decurrentis in terrã.Et cum ſurrexiſ-
ſet ab oratione,& veniſſet ad diſcipulos ſuos,
inuenit eos dormientes præ triſtitia.Et ait il
lis, Quid dormitis? ſurgite, orate, ne intretis
in tentationẽ. Adhuc eo loquente, ecce tur- Matt.26.e
ba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duode- Marc.14.e Iohan.18.a
cim,antecedebat eos, & appropinquauit Ie-
ſu vt oſcularetur eum.Ieſus aũt dixit illi, Iu-
da,oſculo filium hominis tradis? Videtes aũt
hi qui circa ipſum erãt quod futurũ erat, di-
xerunt ei, Domine, ſi percutimus in gladio?
Et percuſsit vnus ex illis ſeruũ principis ſa- F
cerdotum:& amputauit auriculã eius dexte-
ram. Reſpondens aũt Ieſus, ait, Sinite, vſque
huc. Et cum tetigiſſet auriculã eius, ſanauit
eum. Dixit autẽ Ieſus ad eos qui venerãt ad
ſe, principes ſacerdotum & magiſtratus tẽpli
& ſeniores, Quaſi ad latronẽ exiſtis cum gla-
dijs & fuſtibus? Cum quotidie vobiſcũ fue-
rim in tẽplo,nõ extendiſtis manus in me.ſed
hæc eſt hora veſtra,& poteſtas tenebrarum.
||Cõprehendentes aũt eum duxerunt ad do- Matt.26.f. Marci.14.f

Universidad de Deusto
Biblioteca

mum principis sacerdotum: Petrus verò sequebatur alonge, ‖ Accenso autẽ igne in medio atrij, & circumsedẽtibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quædã sedẽtem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit, Et hic cum illo erat. At ille negauit eum, dicens, Mulier, nõ noui illum. ‖ Et post pusillum alius videns eum, dixit, Et tu de illis es. Petrus verò ait, O homo, nõ sum. Et interuallo facto, quasi horæ vnius, alius quidã affirmabat, dicẽs, Verè & hic cum illo erat. nam & Galilæus est. Et ait Petrus, Homo, nescio quid dicis. Et cõtinuò adhuc illo loquente cantauit gallus, Et cõuersus Dominus respexit Petrũ. Et recordatus est Petrus verbi Domini, sicut dixerat, ‖ Quia prius quã gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus fleuit amarè. Et viri qui tenebant *Iesum* 'illum', illudebant ei, cædẽtes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogabãt eum, dicentes, Prophetiza, quis est qui te percusit? Et alia multa blasphemãtes dicebãt in eum. ‖ Et vt factus est dies, cõuenerunt seniores plebis & principes sacerdotũ & Scribæ, & duxerunt illum in cõcilium suum, dicẽtes, Si tu es Christus dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis mihi: si autẽ & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt, Quid adhuc desyderamus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

S. Accusatus corã Pilato mittitur ad Herodem, qui illum spretum illusit: Pilatus conatur ipsum dimittere, proposito Barabba homicida, & promissa castigatione: Iudæis tamen instantibus, morti adiudicatur, ductúsque ad supplicium vetat mulieres super se flere: cum latronibus crucifixus, patrem orat pro crucifigentibus: irridetur à principibus, & à militibus acetum offerentibus: posita superscriptione blasphematur ab vno latronum, alteri verò promittit sui in paradiso cõsortium: post tenebras aliáque signa clamans expirat, quem Centurio iustum prædicat, & Ioseph corpus eius sepelit.

CAP. XXIII.

A ET surgens omnis multitudo eorũ, duxerunt illum ad Pilatũ. Ceperunt autem illum accusare, dicentes, Hunc inuenimus subuertentẽ gentem nostrã, & ‖ prohibentem tributa dare Cæsari, & dicẽtem se Christum regem esse. ‖ Pilatus aũt interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum? At ille respõdens ait, Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas, Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes, 'Commouet populum, docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsq; huc. Pilatus autem audiens Galilæã, interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis diebus. Herodes autem viso Iesu, gauisus est valdè. erat enim cupiẽs ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autẽ eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respõdebat. Stabãt aũt principes sacerdotum & Scribæ constanter accusantes eum. Spreuit autem illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutũ veste alba, & remisit ad Pilatum. Et facti sunt amici Herodes & Pilatus in ipsa die. nam antea inimici erant adinuicem. ‖ Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & Magistratibus & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: & ecce, ego coram vobis interrogãs, nullam causam inueni in homine isto ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; Herodes. nam remisi vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ego illum dimittã. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit autẽ simul vniuersa turba, dicẽs, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabban. qui erat, propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamabant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertiò dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. corripiam ergo illum, & dimittã. At illi instabant vocibus magnis postulãtes vt crucifigeretur: & inualescebant voces eorum. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum. Dimisit autem illis eum qui propter homicidium & seditionem missus fuerat in carcerem, quem petebant, Iesum verò tradidit voluntati eorum. ‖ Et cum ducerent eum, apprehenderunt Simõnem quendam Cyrenensem venientem de villa: & imposuerunt illi crucem portare post Iesum. Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum: quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuersus autem ad illas Iesus, dixit. Filiæ Ierusalẽ, nolite flere super me: sed super vos ipsas flete, & super filios vestros. quoniam, ecce, venient dies in quibus dicent, Beatæ steriles, & ventres qui non genuerunt, & hubera quæ non lactauerunt. Tunc incipient dicere mõtibus, ‖ Cadite super nos: & collibus, Operite nos. Quia si in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet? Ducebãtur aũt & alij duo nequã cum eo, vt interficerẽtur. ‖ Et postquã venerũt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi crucifixerunt eum: & latrones, vum à dextris, & alterum à sinistris. Iesus aũt dicebat, Pater, dimitte illis, nõ enim sciunt quid faciunt. Diuidentes verò vestimenta eius, miserunt sortes. Et stabat populus 'expectans', & deridebãt eum principes cum eis, dicẽtes, Alios saluos fecit, se saluum faciat, si hic est Christus, Dei electus. Illudebãt aũt ei & milites accedentes, & acetum offerentes ei, 'dicẽtes, Si tu es Rex Iudæorum, saluum te fac. Erat autẽ & superscriptio scripta super eum literis Græcis & Latinis & Hebraicis, Hic est rex Iudæorum. Vnus autẽ de his qui pendebãt latronibus, blasphemabat eum, dicẽs, Si tu es Christus, saluũ fac temetipsum & nos. Respõdens autem alter, increpabat eum, dicens, Neque tu times Deum, quod in eadem damnatione es. Et nos quidem iustè, nam digna factis recipimus: hic verò nihil mali gessit. Et dicebat ad Iesum, Domine, memento mei cum veneris in regnum tuum. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso. Erat autem ferè hora sexta: & tenebræ factæ sunt in vniuersam terram vsque in horã nonam. Et obscuratus est sol: & velum tẽpli scissum est medium. Et clamãs voce magna Iesus, ait, ‖ Pater in manus tuas cõmendo spiritum meum. Et hæc dicẽs expiraG uit. Videns aut Cẽturio quod factum fuerat, glorificauit Deũ, dicens, Verè hic homo iustus erat. Et omnis turba eorũ qui simul aderãt ad spectaculum istud, & videbãt quæ fiebãt, percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autẽ omnes noti eius álõge: & mulieres quæ secutæ eum erãt à Galilæa hæc videntes. ‖ Et ecce, vir nomine Ioseph qui erat decurio, vir bonus & iustus, hic non consenserat cõsilio & actibus eorum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipse regnum Dei: hic accesit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu: & depositum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento exciso, in quo nõdum quisquam positus fuerat. Et dies erat parasceues, & sabbathum illucescebat. Subsecutæ autem mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum positum erat corpus eius. Et reuertentes parauerunt aromata & vnguenta: & sabbatho quidem siluerunt secundum mandatum.

S. Mulieribus ad Christi monumentum cõsternatis, quòd eius corpus non inuenirẽt, angeli ipsum resurrexisse nuntiãt, & ille Apostolis, qui id tanquã deliramentũ accipiunt: Petrus ad monumentum currens & ipse admiratur quòd corpus non inuenerit: duobus in Emmaus eũntibus: Iesus scripturas interpretatur, & in fractione panis ab eis agnoscitur, cõgregatis discipulis palpandum se præbet, & cum eis edens aperit sensum vt scripturas intelligant, ac promisso Spiritu sancto in cælum ascendit.

CAP. XXIIII.

VNa autem sabbathi valde diluculo A venerunt ad monumentum, portantes quæ parauerant aromata, & inuenerunt lapidem reuolutum à monumento. Et ingressæ, nõ inuenerunt corpus Domini Iesu. Et factum est: dum mente consternatæ essent de isto, ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgenti. Cum timerent autem, & declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas, Quid quæritis viuentem cum mortuis? non est hic, sed surrexit. recordamini qualiter ‖ locutus est vobis, cum adhuc in Galilæa esset, dicens, Quia oportet filium hominis tradi in manus hominum peccatorum, & crucifigi: & die tertia resurgere. Et recordatæ sunt verborum eius. Et egressæ à monumento, nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omnibus. Erat autem Maria Magdaléne, & Iohanna, & Maria Iacóbi, & cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebant ad Apostolos hæc. Et visa sunt ante illos sicut deliramentum verba ista, & non crediderũt illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum: & procumbens vidit linteamina sola posita, & abijt secum, mirans quod factum fuerat. ‖ Et ecce duo ex illis ibant ipsa die in castellum quod erat in spatio stadiorũ sexaginta ab Ierusalem, nomine Emmaus: & ipsi loquebantur adinuicem de his omnibus quæ acciderant. Et factum est: dum fabularentur & secum quærerent, & ipse Iesus appropinquãs ibat cum illis. oculi autem illorum tenebantur ne eum agnoscerent. Et ait ad illos, Qui sunt hi sermones quos confertis adinuicem, ambulantes, & estis tristes? Et respondens vnus cui nomen Cléophas, dixit ei, Tu solus peregrinus es in Ierusalẽ, & non cognouisti quæ facta sunt in illa, his diebus? Quibus ille dixit. Quæ? Et dixerunt, De Iesu Nazareno, qui fuit vir propheta: potens in opere & sermone coram Deo & omni populo. Et quomodo eum tradiderunt summi sacerdotes & principes nostri in damnationẽ mortis, & crucifixerunt eum. nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israel: & nunc super hæc omnia tertia dies est hodie quod hæc facta sunt. Sed & mulieres quædam ex nostris: terruerunt nos, & quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & nõ inuento

Universidad de Deusto
Biblioteca

uento corpore eius, venerunt, dicentes se etiam visionem angelorum vidisse, qui dicũt eum viuere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumẽtum: & ita inuenerunt sicut mulieres dixerunt, ipsum verò non inuenerunt.
E Et ipse dixit ad eos, O stulti & tardi corde ad credẽdum in omnibus quæ locuti sunt Prophetæ! nónne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens à Moyse, & omnibus Prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis, quæ de ipso erant. Et appropinquauerunt castello quò ibant: & ipse se finxit longius ire. Et coegerunt illum, dicentes, Mane nobiscum, quoniam adueſperascit, & inclinata est iam dies. Et intrauit cum illis. Et factum est: dum recumberet cum eis, accepit panem, & benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti sunt oculi eorum, & cognouerunt eum: & ipse euanuit ex oculis eorum. Et dixerunt adinuicem, Nónne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis scripturas? Et surgentes eadem hora regressi sunt in Ierusalem: & inuenerunt congregatos vndecim, & eos qui cum illis erant, dicẽtes, Quòd surrexit Dominus verè, & apparuit Simóni. Et ipsi narrabant quæ gesta erãt in via: & quomodo cognouerunt eum in fra
Marc.16.e Ioan.20.e F ctione panis. ‖ Dum autem hæc loquuntur, stetit Iesus in medio eorum, & dicit eis. Pax vobis: ego sum, nolite timere. Conturbati verò & cõterriti, existimabant se spiritum vide-
re. Et dixit eis, Quid turbati estis, & cogitationes ascendunt in corda vestra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipse sum. palpate & videte: quia spiritus carnem & ossa nõ habet, sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ gaudio, dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi obtulerunt ei partẽ piscis assi, & fauum mellis. Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos, Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moy G si, & Prophetis, & Psalmis, de me. Tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas, Psal. 18.b
& dixit eis, Quoniam ‖ sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. Actuũ.1.a. Ioha.15.d.
Vos autem testes estis horum. ‖ Et* ego mitto promissum patris mei in vos: vos autem *ecce.1.
sedete in ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto. ‖ Eduxit autem eos foras in Bethaniã: & eleuatis manibus suis benedixit eis. Actuũ.1.a. Marc.16.d
Et factum est: dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo, laudantes & benedicentes Deum. Amen.

Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

IOHANNES Apostolus, quem Iesus amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacóbi Apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit Euãgelium, rogatus ab Asiæ episcopis, aduersus Cerinthum alióq; hæreticos, & maxime tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt Christum ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt, quòd cum legisset Matthæi, Marci & Lucæ volumina, probauerit quidem textum historiæ, & vera eos dixisse firmauerit, sed vnius tantum anni, in quo & passus est, post carcerem Iohannis, historiam texuisse. Prætermisso itaque anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis, antequam Iohannes clauderetur in carcerem, gesta narrauit, sicut manifestum esse poterit his qui diligenter quatuor Euangeliorũ volumina legerint. Quæ res, etiam ἀλαφῶ τῶν quæ videtur Iohannis esse cum cæteris, tollit. Scripsit autem & vnam epistolam, cuius exordium est, Quod fuit ab initio. quæ ab vniuersis ecclesiasticis & eruditis viris probatur. Reliquæ autem duæ quarum primæ principium est, Senior electæ dominę: & sequentis, Senior Caio charissimo, quẽ ego diligo in veritate, Iohannes presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur. & nonnulli putant duas memorias eiusdem Iohannis Euangelistæ esse. super qua re cum per ordinem ad Papiam auditorem eius ventum fuerit, disseremus. Quartodecimo igitur anno, secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano, in Patmon insulam relegatus, scripsit Apocalypsin: quam interpretantur Iustinus martyr & Hirenænus. Interfecto autẽ Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à Senatu rescissis, sub Pertinace principe redijt Ephesum. ibiq; vsq; ad Traianum principem perseuerans, totas Asiæ fundauit, rexitque ecclesias. & confectus senio, sexagesimooctauo post passionem Domini anno mortuus, iuxta eandem vrbem sepultus est.

Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Iohannem.



S. *Verbum est Deus, vita, & lux omnem hominem illuminans, per quod omnia facta sunt, & quod homo factum est, cui testimonium perhibet Iohannes, dicẽs se vocem & indignũ qui illius soluat corigiam calceamenti, eumq; esse agnũ Dei qui tollit peccatum mundi. Andreas alter duorum Iohannis discipulorũ qui Iesum sequuti sunt adducit ad illum etiã Simõnem fratrem suum: Philippus quoq; à Iesu vocatus adducit ad eum Nathanael.*

CAP. I.

A IN principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factum est.
in ipso vita erat, & vita erat lux hominum:
Matth.3.a. Marci.1.a. & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam non comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo cui nomen erat Iohannes. Hic vênit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omnes crederent per illum. non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera quæ illuminat omnẽ ho
Hebr.11.a. minem venientem in hunc mundum. in
B mundo erat, & mundus ‖ per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria vênit: & sui eum non receperunt. quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex
Matth.1.c. Lucæ.2.d. Deo nati sunt. ‖ Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius, gloriã quasi vnigeniti à Patre) plenum gratiæ & veritatis. Iohannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens, Hic erat quem dixi, Qui post me vẽturus est, antè me factus est: quia prior me erat. ‖ Et de plenitu- 1.Tim.6.d.
dine eius nos omnes accepimus: & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est.
‖ Deum nemo vidit vnquam: vnigenitus Fi- C
lius qui est in sinu Patris ipse enarrauit. Et 1.Ioan.4.c 1.Tim.6.c.
hoc est testimonium Iohannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & Leuitas ad eum: vt interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negauit: & cõfessus est, Quia nõ sum ego Christus. Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Nõ sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei, Quis es, vt respõsum demus his qui miserunt nos? quid dicis de teipso? Ait, ‖ Ego vox clamantis in deserto, di Isaiæ.40.a
rigite viam Domini, sicut dixit Isaias pro- Matth.3.a. Marci.1.a.
pheta, Et qui missi fuerant, erãt ex Pharisæis. Lucæ.3.a.
Et interrogauerunt eũ, & dixerunt ei, Quid
ergo baptizas, si tu nõ es Christus, neque E- D
lias, neq; propheta? Respondit eis Iohannes, dicẽs, Ego baptizo in aqua: medius autẽ vestrũ stetit quẽ vos nescitis. ‖ Ipse est qui post Matth.3.c. Marci.1.b.
me vẽturus est, qui ante me factus est: cuius
ego nõ sum dignus vt soluam eius corigiam Lucæ.3.c.
calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trãs Act.1.2.2.8
Iordanem. vbi erat Iohannes baptizans. ‖ Al- 1.c.19.2.
tera die vidit Iohannes Iesum venientem ad ‖ Postera die
se, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit ‖ pec videt.3.
catum' mundi. Hic est de quo dixi, Post me ‖ peccata.
venit vir, qui ante me factus est: quia prior
me erat. & ego nesciebã eũ, sed vt manifestetur 'in Israel', propterea veni ego in aqua ba 'Israeli
ptizans. Et testimonium perhibuit Iohãnes,
dicens, ‖ Quia vidi Spiritum descendentem E
quasi columbam de cœlo, & mansit super eũ. Matth.3.d. Marci.1.b.
Et ego nesciebã eum: sed qui misit me bap- Lucæ.3.d.
tizare in aqua, ille mihi dixit. Super quem videris Spiritum descendentem & manentem
super eum, hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi: & testimoniũ perhibui quia
hic est Filius Dei. Altera die iterum stabat Iohannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciẽs
Iesum ambulantem, dicit, Ecce agnus Dei.
Et audierunt eum duo discipuli loquentem,
& secuti sunt Iesum, Conuersus autem Iesus
& videns eos sequentes se, dicit eis, quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

interpretatum, magister) vbi habitas? Dicit
eis, Venite, & videte. Venerunt, & viderunt
F vbi maneret, & apud eum mãserunt die illo:
hora autem erat quasi decima. Erat autẽ An
dreas frater Simõnis Petri vnus ex duobus
qui audierant à Iohanne, & secuti fuerant
eum. Inuenit hic primum, fratrẽ suum Simõ
nem, & dicit ei, Inuenimus Messiã, quod est
interpretatum, Christus. Et adduxit eum ad
Iesum, Intuitus aũt eum Iesus, dixit, Tu es
*Iohanna Simon filius 'Iona': tu vocaberis Cephas,
quod interpretatur Petrus. In crastinum vo
luit exire in Galilæã: & inuenit Philippum.
Et dicit ei Iesus, Sequere me. Erat aũt Philip
pus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri. In
uenit Philippus Nathanael, & dicit ei, Quẽ
Gen.49.b ‖scripsit Moyses in lege & ‖Prophetæ: inueni
Deut.18.c. mus Iesum filium Ioseph, à Nazareth. Et di
Isai. 40.c. 45.b. xit ei Nathanael, A Nazareth potest aliquid
G boni esse? Dicit ei Philippus, Veni, & vide.
Iere. 23.a Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & di
Eze. 34.f. 37.f. cit de eo, Ecce verè Israelita in quo dolus nõ
Daniel.9.f est. Dicit ei Nathanael, Vnde me nosti? Resp
pondit Iesus, & dixit ei, Priusquam te Philip
pus vocaret, cum esses sub ficu vidi te. Resp
pondit ei Nathanael, & ait, Rabbi, tu es filius
Dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit
ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: ma
ius his videbis. Et dicit ei, Amen, amen dico
*ammodo.1. Matt.24.c. 28.d. vobis, *videbitis cœlum apertum, & ‖Ange
los Dei ascendentes & descendentes, supra
Filium hominis.

S. Iesus ad nuptias inuitatus aquam in vinum conuertit, & à Capharnaum veniens Ieroso lymam eijcit de templo negociatores, ac signo à Iudæis petito, dicit, Soluite tẽplum hoc etc. multi propter signa crediderũt, in nomine Ie su, quibus ipse non se credebat.

CAP. II.

A ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana
Galilææ: & erat mater Iesu ibi, vocatus
est autẽ & Iesus, & discipuli eius ad
nuptias. Et deficiẽte vino dicit mater Iesu ad
eum, Vinũ non habent. Et dicit ei Iesus, Quid
mihi & tibi est mulier? nondum venit hora
mea. Dicit mater eius ministris, Quodcunq;
dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapi
deæ hydriæ sex positæ secundum purificatio
nẽ Iudæorum, capientes singulæ metrẽtas bi
nas vel ternas. Dicit eis Iesus, Implete hydri
as aqua. Et impleuerunt eas vsq; ad summũ.
B Et dicit eis Iesus, Haurite nunc, & ferte archi
triclino. Et tulerũt. Vt aũt gustauit architri
clinus aquã vinum factã, & non sciebat vnde
esset, ministri aũt sciebãt qui hauserant aquã:
vocat spõsum architriclinus, & dicit ei, Om
nis homo primùm bonum vinum ponit: &
cùm inebriati fuerint, tunc id quod deterius
est. Tu autẽ seruasti bonum vinum vsq; ad
huc. Hoc fecit initium signorum Iesus in Ca
na Galilææ: & manifestauit gloriã suam, &
crediderunt in eum discipuli eius. Post hoc
descendit Capharnaum ipse & mater eius, &
fratres eius, & discipuli eius: & ibi mãserunt
nõ multis diebus. Et propè erat Pascha Iu- C
dæorum, & ascendit Iesus Ierosolymã: & in
uênit in tẽplo vendẽtes boues & oues & co
lumbas, & numularios sedentes. Et cum feci
set quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit
de tẽplo, oues quoq; & boues, & numulario
rum effudit æs, & mẽsas subuertit. Et his qui
columbas vendebãt, dixit, Auferte ista hinc,
& nolite facere domum Patris mei, domum
negotiationis. Recordati sunt verò discipuli
eius quia scriptum est, ‖Zelus domus tuæ co Psal.68.b.
mẽdit me. Respõderunt ergo Iudæi, & dixe D
runt ei, Quod signũ ostendis nobis quia hæc
facis? Respõdit Iesus, & dixit eis, ‖Soluite tẽ Matt.26.f. 27.c.
plum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Marci.14.f
Dixerunt ergo Iudæi, Quadraginta & sex an 15.c.
nis ædificatum est tẽplum hoc, & tu in tri
bus diebus excitabis illud? Ille autem dicebat
de templo corporis sui. Cum ergo resurrexis
set à mortuis, recordati sunt discipuli eius Psal.3.b.
quia hoc dicebat, ‖& crediderunt scripturæ, 56.c.
& sermoni quem dixit Iesus. Cum autem es
set Ierosolymis in Pascha in die festo, multi
crediderunt in nomine eius, vidẽtes signa e
ius quæ faciebat. Ipse autem Iesus non crede
bat semetipsum eis, eo quòd ipse nosset om
nes, & quia opus ei non erat vt quis testimo
nium perhiberet de homine: ipse enim scie
bat quid esset in homine.

S. Nicodemum nocte edocet de renascẽdo ex aqua & spiritu, ac de sui instar æneiserpentis exaltatione, quódque Deus filium suum misit ad saluandum mundum: facta quæstione de purificatione, Iohannes suis discipulis de Chri sto murmurantibus, laudat ipsum, dicens il lum crescere oportere, se autẽ minui, & quod Pater omnia dederit in manu eius: vt qui in eum credit habeat vitã æternã, qui verò non credit maneat ira Dei super eum.

CAP. III.

ERat aũt homo ex Pharisæis, Nicodẽmus A
nomine, princeps Iudæorũ. Hic vênit
ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, sci
mus quia à Deo venisti magister. nemo enim
potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fue
rit Deus cũ eo. Respõdit Iesus, & dixit ei, Amẽ, *renatus
amen dico tibi, nisi quis 'natus' fuerit denuò,
non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum
Nicodẽmus, Quomodo potest homo nasci
cũ sit senex? nũquid potest in ventrem matris *renasci
suæ iterum introire & 'nasci'? Respõdit Iesus,
Amen, amẽ dico tibi, nisi quis renatus fuerit
ex

sancto, ex aqua & spiritu, non potest introire in re
gnum Dei. Quod natũ est ex carne, caro est:
& quod natum est ex spiritu, spiritus est. Nõ
B mireris quia dixi tibi, Oportet vos nasci de
Psal.134.a nuò. Spiritus vbi vult spirat: & vocẽ eius au
*aut dis, ‖sed nescis vnde veniat *&' quò vadat: sic
est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit
Nicodẽmus, & dixit ei, Quomodo possunt
hæc fieri? Respondit Iesus, & dixit ei, Tu es
magister in Israel, & hæc ignoras? Amen, a
men dico tibi quia quod scimus loquimur, &
quod vidimus testamur, & testimonium no
strum non accipitis. Si terrena dixi vobis &
non creditis: quomodo si dixero vobis cœle
stia, credetis? Et nemo ascendit in cœlum, ni
si qui descendit de cœlo Filius hominis, qui
Num.21.c. est in cœlo. ‖Et sicut Moyses exaltauit serpen
tem in deserto: ita exaltari oportet Filium ho
minis: vt omnis qui credit in ipso, nõ pereat,
1.Ioan.4.b sed habeat vitam æternam. ‖Sic enim Deus
dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum
daret: vt omnis qui credit in eum, nõ pereat,
C sed habeat vitam æternam. Non enim misit
Deus filium suum in mundũ vt iudicet mun
dum, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui
credit in eum, non iudicatur. qui autem non
*credit credit, iam iudicatus est: quia non 'credidit' in
nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autem iu
Supra.1.a. dicium: quia ‖lux venit in mundum, & di
lexerunt homines magis tenebras quàm lu
cem: erant enim eorum mala opera. Omnis
*mala.5. enim qui 'malè' agit, odit lucem, & non venit
ad lucem, vt nõ arguantur opera eius. qui au
tem facit veritatem, venit ad lucem, vt mani
festentur opera eius, quia in Deo sunt facta.
Post hæc vênit Iesus & discipuli eius in Iu
Infra.4.a. dæam terram: & illic demorabatur cum eis, &
‖baptizabat. Erat autẽ & Iohannes baptizans
in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erãt
illic, & veniebant, & baptizabantur. Nondum
enim missus fuerat Iohannes in carcerẽ. Facta
est autem quæstio ex discipulis Iohannis cum
Iudæis de purificatione. Et venerunt ad Io
hannẽ, & dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum
Supr.1.d.e trans Iordanem, cui tu ‖testimonium perhi
buisti, ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad
D eum. Respondit Iohannes, & dixit, Non po
test homo accipere quicquã, nisi fuerit ei da
Supra.1.c. tum de cœlo. Ipsi vos mihi testimoniũ per
hibetis ‖quòd dixerim, Nõ sum ego Christus:
sed quia missus sum ante illũ. Qui habet spon
sam, sponsus est: amicus autem spõsi qui stat
& audit eum, gaudio gaudet propter vocem
sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum
est. Illũ oportet crescere: me aũt minui. Qui
desursum venit, super omnes est. Qui est de
terra, de terra est, & de terra loquitur: qui de
cœlo venit, super omnes est. Et quod vidit &
audiuit, hoc testatur: & testimonium eius ne
mo accipit. Qui *accepit eius testimoniũ, ‖sig *autem
nauit quia Deus verax est. Quem enim mi Roma.3.a.
sit Deus, verba Dei loquitur. nõ enim ad mẽ
surã dat Deus spiritum. Pater diligit Filium:
& omnia dedit in manu eius. ‖Qui credit in 1.Ioan.5.b
Filium, habet vitam æternã: qui autem incre
dulus est Filio, non videbit vitam, sed ira Dei
manet super eum.

S. Iesus cum muliere samaritana loquitur de aqua viua & adorando Deo in spiritu, mani festans ei se esse Messiã promissum: & discipu lis dicit se cibũ habere quẽ illi nesciunt, nempe Patris obedientiã: de messe & metente ac semi nãte: multi Samaritanorũ credunt in eum: filiũ reguli sanitati restituit. CAP. IIII.

VT ergo cognouit Iesus quia audierũt A
Pharisæi quòd Iesus plures discipu
los facit, & ‖baptizat, quàm Iohannes Supra.3.c.
(quanquã Iesus nõ baptizaret, sed discipuli e
ius) reliquit Iudæã, & abijt iterum in Galilæã.
oportebat autem eum transire per Samariam.
‖Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dici- Gene.33.d
tur Sichar: iuxta prædium quod dedit Iacob, Iosu.24.g.
Ioseph filio suo. Erat autem ibi fons Iacob.
Iesus ergo fatigatus ex itinere, sedebat sic, su- *autem
pra fontem. Hora* erat quasi sexta. Venit mu
lier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus,
Da mihi bibere, discipuli enim eius abierant
in ciuitatẽ vt cibos emerent. Dicit ergo ei mu
lier illa samaritana, Quomodo tu, Iudæus
cum sis, bibere à me poscis, quæ sum mulier sa
maritana? non enim coũtuntur Iudæi Samari B
tanis. Respondit Iesus, & dixit ei, Si scires do
num Dei, & quis est qui dicit tibi, Da mihi
bibere: tu forsitan petisses ab eo, & dedisset ti
bi aquã viuam. Dicit ei mulier, Domine, ne
que in quo haurias habes, & puteus altus est:
vnde ergo habes aquã viuam? Nunquid tu ma
ior es patre nostro Iacob, qui dedit nobis pu
teum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecо
ra eius? Respõdit Iesus, & dixit ei, Omnis qui
bibit ex aqua hac, sitiet iterum: qui autem bi
berit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in
æternum, sed aqua quã ego dabo ei, fiet in eo
fons aquæ salientis in vitam æternam. Dicit
ad eum mulier, Domine, da mihi hanc aquã:
vt non sitiam, neque veniam huc haurire. Di
cit ei Iesus, Vade, voca virũ tuum, & veni huc, C
Respondit mulier, & dixit. Non habeo virum.
Dicit ei Iesus, Bene dixisti, Quia non habeo
virum. quinque enim viros habuisti: & nunc
quem habes, non est tuus vir. hoc verè dixi
sti. Dicit ei mulier, Domine, video quia pro
pheta es tu. Patres nostri in monte hoc adora
uerunt: & vos dicitis quia ‖Ierosolymis est lo- Deut.12.e.
cus vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus, Mu
lier, crede mihi quia veniet hora quando neq;

in monte hoc, neq; in Ieroſolymis adorabi-
4.Reg.17. 1.g. tis Patrẽ. ‖Vos adoratis quod neſcitis: nos a-
doramus quod ſcimus, quia ſalus ex Iudæis
eſt. Sed venit hora & nunc eſt, quãdo veri a-
doratores adorabũt Patrẽ in ſpiritu & verita
te. Nã & Pater tales quærit, qui adorẽt eum.
2.Cori.3.d ‖Spiritus eſt Deus: & eos qui adorant eum,
in ſpiritu & veritate oportet adorare. Dicit
D ei mulier, Scio quia Meſsias vẽnit, qui dici-
tur Chriſtus. cum ergo venerit, ille nobis an-
nuntiabit omnia. Dicit ei Ieſus, Ego ſum qui
loquor tecum. Et cõtinuò venerunt diſcipu-
li eius: & mirabantur quia cum muliere lo-
quebatur, nemo tamẽ dixit, Quid quæris, aut
quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriã
ſuam mulier: & abijt in ciuitatem, & dicit il-
lis hominibus, Venite, & videte hominẽ qui
dixit mihi omnia quæcunq; feci. nũquid ip-
ſe eſt Chriſtus? Exierunt ergo de ciuitate, &
veniebant ad eum. Interea rogabant eum diſ
cipuli, dicentes Rabbi, manduca. Ille autẽ di-
xit eis, Ego cibum habeo manducare quẽ vos
neſcitis. Dicebant ergo diſcipuli adinuicem,
Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit
E eis Ieſus, Meus cibus eſt vt faciam voluntа-
tem eius qui miſit me, vt perficiã opus eius.
Nónne vos dicitis quòd adhuc quatuor men
ſes ſunt, & meſsis vẽnit? Ecce dico vobis, le-
uate oculos veſtros, & videte regiones, quia
Matt.10.2. Lucæ.9.d. albæ ſunt iam ad ‖meſſem. Et qui metit, mer-
cedem accipit, & congregat fructum in vitã
æternã: vt & qui ſeminat, ſimul gaudeat &
qui metit. in hoc enim eſt verbũ verum: quia
alius eſt qui ſeminat, & alius eſt ‖qui metit. E-
go miſi vos metere quod vos non laboraſtis:
alij laborauerũt, & vos in labores eorum in-
troiſtis. Ex ciuitate autem illa multi credide
runt in eum Samaritanorum, propter verbũ
F mulieris teſtimonium perhibentis, Quia di-
xit mihi omnia quæcunq; feci. Cum veniſ-
ſent ergo ad illũ Samaritani, rogauerũt eum
vt ibi maneret. Et mãſit ibi duos dies. Et mul
tò plures crediderunt propter ſermonẽ eius.
Et mulieri dicebant, Quia iam non propter
tuã loquelã credimus. ipſi enim audiuimus
& ſcimus quia hic eſt verè Saluator mundi.
Poſt duos autẽ dies exijt inde: & abijt in Ga-
Matt.13.g. Marci.6.a. lilæam. Ipſe enim Ieſus ‖teſtimonium perhi-
buit quia Propheta in ſua patria honorem
Lucæ.4.c. Matt.4.b. Marci,1.b. nõ habet. Cum ergo veniſſet in Galilæã, ‖ex-
ceperunt eum Galilæi, cum omnia vidiſſent
quæ fecerat Ieroſolymis in die feſto: & ipſi
enim venerant ad diem feſtum. Vẽnit ergo i-
Lucæ.4.c. Supr.2.a.b terum in Cana Galilææ, vbi fecit ‖aquam vi-
num. Et erat quidã regulus cuius filius infir-
mabatur, Capharnaũ. Hic cum audiſſet quia
Ieſus adueniret à Iudæa in Galilæam, abijt ad
eum: & rogabat eum vt deſcẽderet & ſanaret
filium eius. incipiebat enim mori. Dixit er- G
go Ieſus ad eum, Niſi ſigna & prodigia vide-
ritis, non 'creditis'. Dicit ad eum regulus, Do 'credatis.1.
mine, deſcende prius quam moriatur filius
meus. Dicit ei Ieſus, Vade, filius tuus viuit.
Credidit homo ſermoni quem dixit ei Ieſus,
& ibat. Iam autem eo deſcendente, ſerui oc-
currerunt ei: & nuntiauerunt dicentes quia
filius eius viueret. Interrogabat ergo horam
ab eis in qua melius habuerit. Et dixerunt ei,
Quia heri hora ſeptima reliquit eum febris.
Cognouit ergo pater quia illa hora erat in
qua dixit ei Ieſus, Filius tuus viuit. & credi-
dit ipſe & domus eius tota. Hoc iterum ſe-
cũdum ſignum fecit Ieſus, cum veniſſet à Iu
dæa in Galilæam.

S. Ieſus ad piſcinam ſanato ægroto qui 38. annis langueràt iubet ſabbatho tollere grabãtũ: & Iudæis id calumniantibus reſpondet ſe o-mnia ſua ſimul cum patre operari, mortuoſq; viuificare, ac iudicem ab illo conſtitutũ eſſe om-nium, cui & Iohannes & propria opera ac Pater, imo & Moyſes ipſe teſtimonium per-hibent.

CAP. V.

POſt hæc erat ‖dies feſtus Iudæorum, & A Leui.23.c. Deut.16.c.
‖aſcendit Ieſus Ieroſolymam. Eſt autẽ
Ieroſolymis ſuper Probatica, piſcina
quæ cognominatur Hebraicè Beth-ſaida,
quinq; porticus habens. In his iacebat mul-
titudo magna languentium, cæcorum, clau-
dorum, aridorum, expectãtium aquæ motũ.
Angelus autem Domini deſcendebat ſecun-
dum tempus in piſcinã: & mouebatur aqua.
Et qui prior deſcendiſſet in piſcinã poſt mo
tionem aquæ, ſanus fiebat à quacunq; detine
batur infirmitate. Erat autem quidam homo
ibi triginta & octo annos habens in infirmi-
tate ſua. Hunc cum vidiſſet Ieſus iacentem,
& cognouiſſet quia iam multum tempus ha-
beret: dicit ei, Vis ſanus fieri? Reſpõdit ei lan- B
guidus, Domine, hominẽ non habeo, vt cum
turbata fuerit aqua, mittat me in piſcinã: dum
venio enim ego, alius ante me deſcendit. Di
cit ei Ieſus, Surge, tolle grabatũ tuum, & am-
bula. Et ſtatim ſanus factus eſt homo ille: &
ſuſtulit grabãtum ſuum, & ambulabat. Erat
autem ſabbathum in die illo. Dicebant ergo
Iudæi, illi qui ſanatus fuerat, Sabbathum eſt, Iere.17.c.
‖non licet tibi tollere grabathum tuum. Reſ-
pondit eis, Qui me ſanum fecit, ille mihi di-
xit, Tolle grabatum tuum, & ambula. Inter-
rogauerũt ergo eum, Quis eſt ille homo qui
dixit tibi, Tolle grabatum tuum, & ambula?
Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat
quis eſſet. Ieſus enim declinauit à turba cõ-
ſtituta in loco. Poſtea inuenit eum Ieſus
in templo, & dixit illi, Ecce ſanus factus es,
iam

iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid cõ-
tingat. Abijt ille homo: & nuntiauit Iudæis
quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum. Pro-
terea perſequebãtur Iudæi Ieſum, quia hæc
faciebat in ſabbatho. Ieſus autem reſpondit
eis, Pater meus vſque modò operatur: & ego
operor. Propterea ergo magis quærebãt eum
Iudæi interficere: quia non ſolum ſoluebat
ſabbathum, ſed & patrem ſuum dicebat Deũ,
æqualem ſe faciens Deo. Reſpondit itaque
Ieſus, & dixit eis, Amen, amen dico vobis, nõ
poteſt Filius à ſe facere quicquam, niſi quod
D viderit Patrem facientem. quæcunque enim
ille fecerit, hæc & Filius ſimiliter facit. Pater
enim diligit Filium, & omnia demonſtrat ei
quæ ipſe facit, & maior his demonſtrabit ei
opera, vt vos miremini. Sicut enim Pater ſu-
ſcitat mortuos & viuificat: ſic & Filius quos
vult viuificat. Neq; enim Pater iudicat quen
quam: ſed omne iudicium dedit Filio, vt om
nes honorificent Filium, ſicut honorificant
Patrem. qui non honorificat Filium non ho
norificat Patrem qui miſit illum. Amen, a-
men dico vobis quia qui verbum meum au-
dit, & credit ei qui miſit me, habet vitam æ-
'transijt.7. ternam. & in iudicium non venit: ſed 'tranſi-
et', à morte in vitam. Amen, amen dico vo-
bis quia venit hora & nunc eſt, quando mor
tui audient vocem Fili Dei: & qui audierint,
E viuent. Sicut enim Pater habet vitam in ſe-
metipſo: ſic dedit & Filio habere vitam in ſe-
metipſo: & poteſtatẽ dedit ei etiam iudicium
facere, quia Filius hominis eſt. Nolite mirari
hoc quia vẽnit hora in qua oẽs qui in monu
mentis ſunt, audient vocẽ 'eius'. & procedent
'filij Dei Matt.25.d ‖qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ:
qui vero mala egerunt, in reſurrectionem iu
dicij. Nõ poſſum ego à meipſo facere quic-
quam. Sicut audio, iudico: & iudicium meũ,
iuſtum eſt. quia nõ quæro voluntatem meã,
ſed voluntatem eius qui miſit me. Si ego te-
ſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimoniũ
Matt.3.d. meum non eſt verum. ‖Alius eſt qui teſtimo
nium perhibet de me: & ſcio quia verum eſt
*eius teſtimonium *quod perhibet de me. ‖Vos mi
F ſiſtis ad Iohannẽ: & teſtimonium perhibuit
Supra.1.c. veritati. Ego autem non ab homine teſtimo-
nium accipio: ſed hæc dico vt vos ſalui ſitis.
Ille erat lucerna ardẽs & lucens. Vos autem
voluiſtis ad horam exultare in luce eius. Ego
autẽ habeo teſtimonium maius Iohanne. O-
pera enim quæ dedit Pater vt perficiã ea ipſa
opera quæ ego facio, teſtimonium perhibẽt
de me quia Pater miſit me. & qui miſit me Pa
Matth.3.d 17.a. Deu.4.b.c ter, ‖ipſe teſtimonium perhibuit de me. neq;
vocẽ eius vnquam audiſtis, neq; ‖ſpeciem e-
ius vidiſtis. & verbum eius non habetis in
vobis manens: quia quem miſit ille, huic vos
non creditis. Scrutamini ſcripturas, quia vos
putatis in ipſis vitam æternam habere: & illæ
ſunt quæ teſtimonium perhibent de me: &
non vultis venire ad me vt vitam habeatis, G
Claritatem ab hominibus non accipio. Sed
cognoui vos quia dilectionem Dei non ha-
betis in vobis. Ego veni in nomine Patris
mei, & non 'accipitis' me: ſi alius venerit in 'accepiſtis
nomine ſuo, illum accipietis. Quomodo vos
poteſtis credere, qui gloriam abinuicem acci
pitis: & ‖gloriã quæ à ſolo Deo eſt, non quæ- 1.Cor.4.a
ritis? Nolite putare quia ego accuſaturus ſim
vos apud Patrem. eſt qui accuſat vos, Moy-
ſes, in quo vos ſperatis. Si enim crederetis
Moyſi crederetis forſitã & mihi. de me enim Gene.3.c.
‖ille ſcripſit. Si autem illius literis non credi- 22.d.49.b Deut.18.c
tis: quomodo verbis meis credetis?

S. Quinque panibus & duobus piſcibus ſatiat quinque virorum millia: fugit volentes ipſum facere regem: ſuper mare ad diſcipulos vento agitatos ambulat: de pane cæleſti docet, quodq; ipſe ſit panis vitæ, & caro eius cibus quem o-porteat manducare, ſanguisq; eius potus quem oporteat bibere: quidam diſcipuli offenſi eius ſermone deſerunt ipſum, Apoſtoli autem cum eo permanent, quorum tamen vnum dicit eſſe diabolum.

CAP. VI.

POſt hæc abijt Ieſus trãs mare ‖Galilææ, A Matt.14.b Maci.6.c. Lucæ.9.b
quod eſt Tyberiadis: & ſequebatur eũ
multitudo magna, quia videbant ſigna
quæ faciebat ſuper his qui infirmabãtur. Su-
bijt ergo in mõtem Ieſus: & ibi ſedebat cum
diſcipulis ſuis. Erat autẽ proximum Paſcha,
‖dies feſtus Iudæorũ. Cum ſubleuaſſet ergo Leuit.23.a
oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo ma- Deut.16.a
xima venit ad eum, dicit ad Philippum, Vn-
de ememus panes, vt manducent hi? Hoc au-
tem dicebat tentans eum. ipſe enim ſciebat
quid eſſet facturus. Reſpondit ei Philippus,
Ducentorum denariorum panes non ſuffi-
ciunt eis, vt vnuſquiſq; modicum quid acci-
piat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas,
frater Simõnis Petri, Eſt puer vnus hic qui
habet quinq; panes ordeaceos, & duos piſces:
ſed hæc quid ſunt inter tantos? Dicit ergo Ie B
ſus, Facite homines diſcumbere. Erat autem
fœnum multum in loco. Diſcubuerunt ergo
viri, numero quaſi quinque millia. Accepit
ergo Ieſus panes: & cum gratias egiſſet, di-
ſtribuit diſcumbentibus. ſimiliter & ex piſ-
cibus quantum volebant. Vt autem impleti
ſunt, dixit diſcipulis ſuis, Colligite quæ ſu-
perauerunt fragmenta, ne pereant. College-
runt ergo, & impleuerunt duodecim cophi-
nos fragmentorum ex quinque panibus or-
deaceis, *quæ ſuperfuerunt his qui manduca *& duobus
uerãt. Illi ergo homines cum vidiſſent quod piſcibus
Ieſus fecerat ſignum, dicebant, Quia hic eſt
verè

Universidad de Deusto Biblioteca

verè propheta qui venturus est in mundum.
Matt.14.c Marci.6.f. ||Iesus ergo cum cognouisset quia venturi
essent vt raperent eum, & facerent eum regẽ,
fugit iterum in montem ipse solus. Vt autem
sero factum est, descenderunt discipuli eius
ad mare. Et cum ascendissent nauim, vene-
runt trans mare in Capharnaum. & tenebræ
iam factæ erãt: & non venerat ad eos Iesus.
Mare autem, vento magno flante, exurgebat.
Cum remigassent ergo quasi stadia viginti
quinq; aut triginta, vident Iesum ambulantẽ
super mare, & proximum naui fieri, & timue
runt. Ille autem dicit eis, Ego sum, nolite ti-
C mere. Voluerũt ergo accipere eum in nauim:
& statim nauis fuit ad terram quam ibant.
Altera die, turba quæ stabat trans mare vidit
quia nauicula alia non erat ibi nisi vna, &
quia non introisset cum discipulis suis Iesus
in nauim, sed soli discipuli eius abijssent:
aliæ verò superuenerunt naues à Tiberiade
iuxta locum vbi manducauerant panem, gra
"agentes Deo. tias "agente Domino'. Cum ergo vidisset tur
ba quia Iesus non esset ibi, neq; discipuli e-
ius, ascenderunt in nauiculas, & venerunt
Capharnaum quærentes Iesum. Et cum in-
uenissent eum trans mare, dixerunt ei, Rab-
bi, quando huc venisti? Respondit eis Iesus,
& dixit, Amen, amen dico vobis, quæritis me
nõ quia vidistis signa, sed quia manducastis
ex panibus, & saturati estis. Operamini non
cibum qui perit, sed qui permanet in vitam
æternam, quẽ Filius hominis dabit vobis. hũc
Supra.1.e. enim Pater||signauit Deus. Dixerunt ergo ad
Matth.3.d. 17.a. eum, Quid faciemus vt operemur opera Dei?
1.Ioan.3.d. Respondit Iesus, & dixit eis, ||Hoc est opus
D Dei, vt credatis in eum quem misit ille. Dixe
runt ergo ei, Quod ergo tu facis signum, vt
videamus, & credamus tibi? quid operaris? Pa
tres nostri manducauerunt manna in deser-
Exod.16.c to, sicut scriptum est, ||Panem de cœlo dedit
Num.11.b. eis manducare. Dixit ergo eis Iesus, Amen,
Psal.67.c. Sapi.16.c. amen dico vobis, nõ Moyses dedit vobis pa-
nem de cœlo, sed Pater meus dat vobis panẽ
de cœlo verum. Panis enim Dei est qui de
cœlo descendit, & dat vitam mundo. Dixe-
runt ergo ad eum, Domine, semper da nobis
Eccl.24.c. panem hunc. Dixit autẽ eis Iesus, ||Ego sum
panis vitæ: qui venit ad me, nõ esuriet: & qui
credit in me, non sitiet vnquam. Sed dixi vo-
bis quia & vidistis me, & non creditis. Om-
ne quod dat mihi pater, ad me veniet: &
eum qui venit ad me non eijciam foras. quia
descendi de cœlo, non vt faciam voluntatem
meam, sed voluntatẽ eius qui misit me. Hæc
est enim voluntas eius qui misit me, Patris:
vt omne quod dedit mihi nõ perdam ex eo,
sed resuscitẽ illud in nouissimo die. Hæc est
autẽ voluntas Patris mei qui misit me: vt o-
mnis qui videt filiũ, & credit in eum, habeat
vitã æternã, & ego resuscitabo eum in nouis E
simo die. Murmurabant ergo Iudæi de illo,
quia dixisset, Ego sum panis* qui de cœlo des *viuus
cendi: & dicebãt, ||Nõne hic est Iesus filius Io Matt.13.g.
seph, cuius nos nouimus patrẽ & matrẽ? Quo
modo ergo dicit hic, Quia de cœlo descendi?
Respõdit ergo Iesus, & dixit eis, Nolite mur-
murare inuicem. nemo potest venire ad me,
nisi Pater qui misit me traxerit eum, & ego
resuscitabo eum in nouissmo die. Est scriptũ
in Prophetis, ||Et erunt omnes docibiles Dei. Isai.54.c.
Omnis qui audiuit à Patre, & didicit: venit
ad me. Non quia Patrẽ vidit quisquã, ||nisi is Matth.11.c
qui est à Deo: hic vidit Patrẽ. Amen, amen di
co vobis, qui credit in me, habet vitã æternã.
Ego sum panis vitæ. Patres vestri||manduca- Exod.16.c
uerunt mãna in deserto: & mortui sunt. Hic
est panis de cœlo descendẽs: vt siquis ex ipso
manducauerit, non moriatur. Ego sum panis
viuus, qui de cœlo descendi. Siquis manduca
uerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis F
quẽ ego dabo, caro mea est pro mundi vita.
Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes,
Quomodo potest hic nobis carnẽ suam dare
ad manducandũ? Dixit ergo eis Iesus, Amẽ,
amen dico vobis, nisi manducaueritis carnẽ
Filij hominis, & biberitis eius sanguinẽ, non
habebitis vitã in vobis. Qui manducat meam
carnem, & bibit meũ sanguinẽ, habet vitã æ-
ternã: & ego resuscitabo eum in nouissimo
die. ||Caro enim mea, verè est cibus, & san- 1.Cor.11.f.
guis meus, verè est potus. qui manducat meã
carnem, & bibit meum sanguinem, in me ma
net, & ego in illo. Sicut misit me viuẽs Pater
& ego viuo propter Patrẽ: & qui manducat
me, & ipse viuet propter me. Hic est panis
qui de cœlo descendit. Nõ sicut manducaue-
runt patres vestri mãna: & mortui sunt. Qui
maducat hunc panem, viuet in æternũ. Hæc
dixit in synagóga docẽs, in Capharnaũ. Mul- G
ti ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt,
Durus est hic sermo, & quis potest eum au-
dire? Sciẽs autẽ Iesus apud semetipsum quia
murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis.
Hoc vos scãdalizat? Si ergo videritis Filium Supra.3.b.
hominis ascendentem||Vbi erat prius? Spiri-
tus est qui viuificat: caro non prodest quic-
quã. verba quæ ego locutus sum vobis, spiri-
tus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui
non credũt. Sciebat enim ab initio Iesus qui
essent nõ credẽtes, & quis traditurus esset eũ.
Et dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo
potest venire ad me, nisi fuerit ei datũ à Pa-
tre meo. Ex hoc multi discipulorũ eius abie-
runt retrò: & iam non cum illo ambulabant.
Dixit ergo Iesus ad duodecim, Nũquid & vos Matt.16.c.
vultis abire? ||Respõdit ergo ei Simõ Petrus,
Domine

Domine, ad quem ibimus? verba vitæ æter-
næ habes. & nos credimus & cognouimus
quia tu es Christus filius Dei. Respondit eis
Iesus, Nónne ego vos duodecim elegi: & ex
vobis vnus diabolus est? Dicebat autem Iu-
dam Simõnis Iscariótem: hic enim erat tradi
turus eum, cum esset vnus ex duodecim.

S. *Ad Scenopegiæ festum quasi in occulto ascendens cõuincit de ipsius doctrina Iudæos, quòd ipsum iniustè calumniarentur de curato homine sabbatho: sitiẽtes ad se vocat: & de ipso turba variè loquitur: ministri qui ad eum apprehendendum missi erant, audita eius prædicatione collaudant ipsum, sed & Nicodemus eum defendens, malè audit à pontificibus & Pharisæis.*

CAP. VII.

A *autem "Galilæa "Iudæa. 2. POst hæc* ambulabat Iesus in "Gali-
læam', non enim volebat in "Iudæã'am
bulare: quia quærebant eum Iudæi in-
terficere. Erat aũt in proximo dies festus Iu-
Leui.23.f. dæorum, ||Scenopegia. Dixerunt aũt ad eum
fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæam,
vt & discipuli tui videant opera tua quæ
facis. Nemo quippe in occulto quid facit, &
quærit ipse in palàm esse. si hæc facis, manife
sta teipsum mundo. Neq; enim fratres eius
credebant in eum. Dicit ergo eis Iesus, Tem-
pus meum nondum áduenit: tempus autem
vestrum semper est paratum. Nõ potest mun
dus odisse vos, me autem odit: quia ego te-
stimonium perhibeo de illo quòd opera eius
B mala sunt. Vos ascendite ad diem festũ hunc.
autem "nondum ascendam. 3. ego "nõ ascendo' ad diem festum istum: quia
meum tempus nondum impletum est. Hæc
cum dixisset, ipse mãsit in Galilæa. Vt autem
ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit
ad diem festum, non manifestè, sed quasi in
occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die
festo, & dicebãt, Vbi est ille? Et murmur mul
tus erat in turba de eo. Quidã enim dicebãt,
Quia bonus est. Alij autem dicebãt, Non, sed
seducit turbas. Nemo tamen palãloquebatur
de illo, propter metum Iudæorum. Iã autem
die festo mediãte, ascendit Iesus in templum
& docebat. Et mirabãtur Iudæi, dicẽtes, Quo-
C modo hic literas scit cum nõ didicerit? Respõ
dit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina, non est
mea, sed eius qui misit me. Siquis voluerit vo
luntatem eius facere: cognoscet de doctrina,
vtrũ ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui
à semetipso loquitur, gloriã propriã quærit.
qui autem quærit gloriã eius qui misit eum:
hic verax est, & iniustitia in illo nõ est. Nón-
Exo.20.a. ne Moyses||dedit vobis legem: & nemo ex vo
Supra.5.c. bis facit legem? || Quid me quæritis interfice
re? Respondit turba, & dixit, Dæmonium ha
bes: quis te quærit interficere? Respondit Ie-
sus, & dixit eis, Vnum opus feci: & omnes mi
ramini propterea Moyses || dedit vobis cir- Leuit.12.a
cuncisionem: non quia ex Moyse est, sed ex
||patribus, & in sabbatho circunciditis homi Gene.17.b
nem. Si circuncisionem accipit homo in sab-
batho, vt non soluatur lex Moysi: mihi in- D
dignamini quia totum hominem sanum feci
in sabbatho? ||Nolite iudicare secundum fa- Deut.1.c.
ciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebãt
ergo quidam ex Ierosolymis, Nónne hic est
quem quærunt interficere? Et ecce, palàm
loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè
cognouerũt principes quia hic est Christus?
Sed hunc scimus vnde sit: Christus autem
cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat
ergo Iesus in templo docẽs, & dicens, Et me
scitis, & vnde sim scitis. & à meipso nõ veni,
sed est verus qui misit me quem vos nescitis
Ego scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me
misit. Quærebãt ergo eum apprehendere: & E
nemo misit in illum manus, quia nondum
venerat hora eius. De turba autem multi cre
diderunt in eum, & dicebant, Christus cum
venerit, nunquid plura signa faciet quã quæ
hic facit? Audierunt Pharisæi turbam mur-
murantem de illo hæc: & miserunt principes
*& Pharisæi ministros vt apprehenderent *sacerdotũ
eum. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum 1.
tempus vobiscum sum: & vado ad eum qui
me misit. ||Quæretis me, & non inuenietis: Infr.13.d.
& vbi ego sum, vos non potestis venire. Di-
xerunt ergo Iudæi ad semetipsos. Quo hic i-
turus est, quia nõ inueniemus eum? nunquid
in dispersionem Gentium iturus est, & do-
cturus Gentes? Quis est hic sermo quem di-
xit quæretis me, & nõ inuenietis: & vbi sum F
ego vos non potestis venire? In nouissimo
autem die||magno festiuitatis stabat Iesus: & Leuit.23.f
clamabat, dicens, Siquis sitit, veniat ad me, &
bibat. Qui credit in me||sicut dicit scriptura: Deut.18.c d.
||flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Ioel.2.g.
(Hoc autem dixit de Spiritu quem acceptu- Acto.2.c.
ri erant credentes in eum. nondum enim e-
rat Spiritus "datus': quia Iesus nondum erat ▷.1. "sanctus.4.
glorificatus.) Ex illa ergo turba cum audis-
sent hos sermones eius, dicebat, Hic est verè
propheta. Alij dicebant, Hic est Christus.
Quidam autem dicebant: Nunquid à Galilæa
venit Christus? Nónne||scriptura dicit quia Mich.5.a.
ex semine Dauid, & de Beth-léhem castello Matth.2.a.
vbi erat Dauid, venit Christus? Dissensio i- G
taque facta est in turba propter eum. Quidã
autem ex ipsis volebant apprehendere eum:
sed nemo misit super eum manus. Venerunt
ergo ministri ad pontifices & Pharisæos. Et
dixerunt eis illi, Quare nõ adduxistis illum?
Responderunt ministri, Nunquam sic locu-
tus est homo, sicut hic homo*, Respon- *loquitur.
derunt

derunt ergo eis Pharisæi, Nunquid & vos se-
ducti estis? Nunquid ex principibus aliquis
credidit in eũ, aut ex Pharisæis? sed turba hæc
quæ nõ nouit legẽ, maledicti sunt. Dixit Ni-
Supra. 3. a codêmus ad eos, ||ille qui vênit ad eum nocte,
qui vnus erat ex ipsis, Nunquid lex nostra iu
dicat hominem, nisi prius audierit ab ipso,
Deut.17. b 19.d. &||cognouerit quid faciat? Responderunt, &
dixerunt ei, Nunquid & tu Galilæus es? Scru
scripturas "surrexit.1. tare, & vide quia à Galilæa propheta nõ "sur
git'. Et reuersi sunt vnusquisq; in domũ suã.

S. *Mulierẽ in adulterio deprehensam, scribẽs in terra absoluit ab accusatoribus: dicit se lucem mũdi, & Pharisæos in peccato suo morituros: qui etiã verè sint eius discipuli, quiue serui aut liberi: dicit illos non ex Deo neq; ex Abraham sed ex patre diabolo esse, qui veritatẽ dicenti non crederent: blasphemantibus dicit se dæmonium non habere, sed Patrem honorificare, & antequam Abraham fieret se esse: volentibúsque eum lapidare, auferens sui prospectum exit de templo.*

CAP. VIII.

A IEsus autem perrexit in montem Oliue-
ti: & diluculo iterum venit in templũ, &
omnis populus vênit ad eum, & sedẽs do
cebat eos. Adducunt autem Scribæ & Phari-
sæi mulierẽ in adulterio deprehensam: & sta-
tuerunt eam in medio, & dixerunt ei, Magi-
ster, hæc mulier modò deprehẽsa est in adul-
Leuit.20.a terio. ||In lege autem Moyses mandauit no-
bis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis?
Hoc autẽ dicebant tentantes eum: vt possent
accusare eum. Iesus autẽ inclinãs se deorsum,
digito scribebat in terra. Cum ergo perseue-
rarẽt interrogãtes eum: erexit se, & dixit eis,
Deut.17.b ||Qui sine peccato est vestrum, primus in illã
lapidẽ mittat. Et iterum se inclinans scribe-
hæc bat in terra. Audientes autem, vnus post v-
num exibant, incipientes à senioribus: & re-
mansit solus Iesus, & mulier in medio stans.
Erigẽs autẽ se Iesus, dixit ei, Mulier vbi sunt
qui te accusabãt? nemo te cõdemnauit? Quæ
dixit, Nemo Domine. Dixit autẽ Iesus, Nec
ego te cõdemnabo. Vade, & iam amplius no-
B li peccare. Iterum ergo locutus est ei Iesus,
1. Ioan.1.b. dicẽs, ||Ego sum lux mundi. qui sequitur me,
"ambulabit 5. non "ambulat' in tenebris, sed habebit lumen
vitæ. Dixerunt ergo ei Pharisæi. Tu de teip-
so testimonium perhibes: testimoniũ tuum
non est verum. Respondit Iesus, & dixit eis,
Et si ego testimonium perhibeo de me ipso,
verum est testimonium meum: quia scio vn-
de veni, & quò vado: vos autem nescitis vn-
de venio, aut quò vado. Vos secundum carnẽ,
Deut.17.b. iudicatis: ego nõ iudico quenquam. & si iu-
19.d. dico ego, iudicium meum verum est: quia so
Matt.18.b. 2. Cor.13.a lus nõ sum, sed ego & qui misit me Pater. Et
Heb.10.e. in lege vestra scriptum est, ||quia duorum ho
minum testimonium verũ est. Ego sum qui
testimonium perhibeo de meipso: & testimo
nium perhibet de me qui misit me, Pater. Di
cebant ergo ei, Vbi est pater tuus? Respondit
Iesus, Neque me scitis, neq; Patrem meum. si
me sciretis: forsitan & Patrem meum sciretis.
Hæc verba locutus est Iesus in gazophyla-
cio, docens in templo: & nemo apprehendit
eum, quia necdũ venerat hora eius. Dixit er- C
go iterum eis Iesus, Ego vado: & quæretis me,
& in peccato vestro moriemini. Quò ego va-
do, vos non potestis venire? Dicebant ergo
Iudæi, Nunquid interficiet semetipsum, quia
dicit, Quò ego vado, vos non potestis veni-
re? Et dicebat eis, Vos de deorsum estis, ego
de supernis sum. Vos de mundo hoc estis: ego
nõ sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia
moriemini in peccatis vestris. si enim nõ cre-
dideritis quia ego sum, moriemini in peccato
vestro. Dicebãt ergo ei, Tu quis es? Dixit eis
Iesus, Principium "qui' & loquor vobis. Mul- "quia.1. "quod.1.
ta habeo de vobis loqui & iudicare. sed qui
me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo,
hæc loquor in mundo. Et non cognouerunt
quia patrẽ "eis' dicebat Deum. Dixit ergo eis "eius Roma.3.a
Iesus, Cum exaltaueritis filiũ hominis, tunc
cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio D
nihil, sed sicut docuit me Pater, hæc loquor,
& qui me misit, mecum est: & nõ reliquit me
solum, quia ego quæ placita sunt ei, facio sem
per. Hæc illo loquente multi crediderunt in
eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui credide-
runt ei, Iudæos, Si vos manseritis in sermone
meo, verè discipuli mei eritis: & cognoscetis
veritatem, & veritas liberabit vos. Responde
runt. ei, Semen Abrahæ sumus, & nemini
seruiuimus vnquam: quomodo tu dicis, Li-
beri eritis: Respondit eis Iesus, Amen, amen
dico vobis quia||omnis qui facit peccatum, Roma.6.c. 2. Pet.2.d.
seruus est peccati. seruus autem non manet
in domo in æternum: filius manet in æternũ.
si ergo vos filius liberauerit: verè liberi eri-
tis. Scio quia filij Abrahæ estis: sed quæritis E
me interficere, quia sermo meus non capit in
vobis. Ego quod vidi apud Patrem, loquor:
& vos quæ vidistis apud patrem vestrum, fa-
citis. Responderunt, & dixerunt ei, Pater no-
ster, Abraham est. Dicit eis Iesus, Si filij Abra
hæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autem,
quæritis me interficere hominem, qui verita
tem vobis locutus sum, quam audiui à Deo,
hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera pa-
tris vestri. Dixerunt itaque ei, Nos ex forni-
catione non sumus nati. vnum patrem habe-
mus Deum. Dixit ergo eis Iesus, Si Deus, pa
ter vester esset: diligeretis vtiq; me. ego enim
ex Deo processi, & veni: neq; enim à meipso
veni, sed ille me misit? Quare loquelã meam
non

non cognoscitis? Quia nõ potestis audire ser
1.Iohan.3.b monem meum. ||Vos ex patre diabolo estis:
F & desyderia patris vestri vultis facere. ille, ho
micida erat ab initio, & in veritate nõ stetit:
quia non est veritas in eo. cum loquitur men
dacium, ex proprijs loquitur, quia mendax
"arguit.4. est, & pater eius. Ego autem quia veritatem
dico, nõ creditis mihi. Quis ex vobis "arguet'
1.Ioan.4.a me de peccato? Si veritatem dico: quare vos
nõ creditis mihi? ||Qui ex Deo est, verba Dei
audit. Propterea vos nõ auditis, quia ex Deo
non estis. Responderunt ergo Iudæi, & di-
xerunt ei, Nónne bene dicimus nos quia
Samaritanus es tu & dæmonium habes? Re-
spondit Iesus, Ego dæmonium non habeo:
sed honorifico Patrem meum, & vos inho-
norastis me. Ego autem non quæro gloriam
meam. est qui quærat, & iudicet, Amẽ, amen
dico vobis, siquis sermonem meum seruaue
rit, mortem non videbit in æternum. Dixe-
runt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæ
monium habes. Abrahã mortuus est & Pro-
phetæ: & tu dicis, Siquis sermonẽ meum ser-
uauerit, non gustabit mortem in æternum.
G Nunquid tu maior es patre nostro Abrahã,
qui mortuus est? & Prophetæ mortui sunt.
Quem teipsum facis? Respondit Iesus, Si e-
go glorifico meipsum, gloria mea nihil est.
est pater meus qui glorificat me, quẽ vos dici
tis quia Deus vester est: & non cognouistis
eum, ego autem noui eum. Et si dixero quia
non scio eum: ero similis vobis, mendax. Sed
scio eum, & sermonem eius seruo. Abraham
pater vester exultauit vt videret diem meum:
& vidit, & gauisus est. Dixerũt ergo Iudæi ad
eum, Quinquaginta annos nondum habes,
& Abrahã vidisti? Dixit eis Iesus. Amẽ, amen
dico vobis, antequã Abrahã fieret, ego sum.
Tulerunt ergo lapides vt iacerẽt in eum. Ie-
sus autem abscondit se, & exiuit de templo.

S. *Cæcũ à natiuitate sabbatho illuminat, cuius miraculi gloriam Pharisæi multis technis laborant Christo detrahere: & quia is qui cæcus fuerat Chistum tuetur, extra synagogam eijcitur, sed à Christo edoctus credit, & adorat ipsum, qui in iudicium se in mundum venisse ait.*

CAP. IX.

A ET præteriens "Iesus' vidit hominẽ cæ-
b.8. cum à natiuitate: & interrogauerunt
eum discipuli eius, Rabbi, quis pecca-
uit, hic, aut parẽtes eius, vt cæcus nasceretur?
Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque
parẽtes eius, sed vt manifestentur opera Dei
in illo. Me oportet operari opera eius qui mi
sit me, donec dies est: venit nox, quando ne-
mo potest operari. quãdiu sum in mũdo, lux
sum mundi. Hæc cum dixisset, expuit in ter-
ram, & fecit lutũ ex sputo, & liniuit lutũ su
per oculos eius, & dixit ei, Vade, laua in nata
toria Silôe, quod interpretatur Missus. Abijt
ergo, & lauit: & venit videns. Itaq; vicini & B
qui "viderant' eum prius quia mendicus erat, "videbãt.7.
dicebant, Nónne hic est qui sedebat, & men-
dicabat? Alij dicebant, Quia hic est. Alij aũt,
Nequaquã, sed similis est ei. Ille verò dicebat,
Quia ego sum. Dicebant ergo ei, Quomodo
aperti sunt tibi oculi? Respondit, Ille homo
qui dicitur Iesus, lutũ fecit: & vnxit oculos
meos. & dixit mihi, Vade ad natatoriã Silôe:
& laua. Et abij, & laui, & vidi. Et dixerũt ei,
Vbi est ille? Ait, Nescio. Adducũt eum ad Pha
risæos qui cæcus fuerat. Erat aũt sabbathum
quãdo lutum fecit Iesus, & aperuit oculos e-
ius. Iterum ergo interrogabãt eum Pharisæi
quomodo vidisset. Ille autẽ dixit eis, Lutum C
mihi posuit super oculos, & laui: & video.
Dicebant ergo ex Pharisæis quidã, Non est
hic homo à Deo, qui sabbathum non custo-
dit. Alij autem dicebãt, Quomodo potest ho-
mo peccator hæc signa facere? Et schisma e-
rat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum, Tu,
quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? il-
le autem dixit, Quia propheta est. Non credi
derunt ergo Iudæi de illo quia cæcus fuisset
& vidisset: donec vocauerunt parentes eius
qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes,
Hic est filius vester, quem vos dicitis quia cæ
cus natus est? Quomodo ergo nunc videt? D
Responderunt eis parentes eius, & dixerunt,
Scimus quia hic est filius noster, & quia cæ-
cus natus est: quomodo autem nunc videat
nescimus, aut quis eius aperuit oculos nos
nescimus. ipsum interrogate: ætatem habet,
ipse de se loquatur. Hæc dixerũt parẽtes eius,
quoniã timebant Iudæos. Iam enim cõspira-
uerant Iudæi, vt siquis eum cõfiteretur esse
Christum extra synagogam fieret, Propterea
parẽtes eius dixerunt, Quia ætatem habet, ip
sum interrogate. Vocauerunt ergo rursum
hominẽ qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da
gloriã Deo. nos scimus quia hic homo, pec- E
cator est. Dixit ergo eis ille, Si peccator est, ne
scio: vnũ scio, quia cæcus cum essem, modò
video. Dixerũt ergo illi, Quid fecit tibi? quo-
modo aperuit tibi oculos? Respondit eis. Di
xi vobis iã, & audistis: quid iterũ vultis audi-
re? nunquid & vos vultis discipuli eius fieri?
Maledixerunt ergo ei: & dixerũt, Tu discipu
lus illius sis: nos autẽ Moysi discipuli sumus.
Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hũc
aũt nescimus vnde sit. Respõdit ille homo, &
dixit eis, In hoc enim mirabile est quia vos F
nescitis vnde sit, & aperuit meos oculos. sci-
mus aũt quia peccatores Deus nõ audit: sed si-
quis Dei cultor est, & voluntatẽ eius facit,
nunc exaudit. A sæculo nõ est auditum quia
quis

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

quis aperuit oculos cæci nati.Nisi esset hic à
Deo,non poterat facere quicquam. Respon
derunt,& dixerũt ei:In peccatis natus es to-
tus:& tu doces nos?Et eiecerũt eũ foras. Au
diuit Iesus quia eiecerunt eum foras:& cum
G inuenisset eum,dixit ei, Tu credis in filium
Dei?Respõdit ille, & dixit, Quis est Domi-
ne, vt credam in eum?Et dixit ei Iesus:Et vi
disti eum:& qui loquitur tecum, ipse est .At
ille ait, Credo Domine.Et prócidens adora-
uit eum.Et dixit ei Iesus,In iudicium ego in
hunc mundum veni:vt qui non vident, vi-
deant,& qui vident cæci fiant. Et audierunt
quidam ex Pharisæis qui cum ipso erant:&
dixerunt ei,Nunquid & nos cæci sumus? Di
xit eis Iesus,Si cæci essetis,non haberetis pec
catum . nunc verò dicitis , Quia videmus.
Peccatum vestrum manet.

S. *Christus verum describens pastorem & mercenarium dicit se ostium ouium & bonum pastorem, qui & alias habeat oues ad idem ouile adducendas: animam suam ponit vt iterum sumat eam: Iudæi lapidare ipsum volunt, quia se ad opera sua referens, dicebat vnum se esse cum patre, & filium Dei, quod tamen ostendit non esse blasphemiam.* CAP. X.

A AMen,amen dico vobis, qui non in-
trat per ostium in ouile ouium, sed
ascendit aliunde:ille fur est & latro.
Qui autem intrat per ostium:pastor est oui-
um.Huic ostiarius aperit:& oues vocem e-
ius audiunt: & proprias oues vocat nomina
tim,& educit eas.Et cum proprias oues emi
serit,ante eas vadit:& oues illum sequuntur,
quia sciunt vocem eius. Alienum autem nõ
sequntur,sed fugiunt ab eo:quia non noue-
runt vocem alienorum.Hoc prouerbium di
xit eis Iesus . Illi aũt non cognouerunt quid
loqueretur eis . Dixit ergo eis iterum Iesus,
Amen, amen dico vobis,quia ego sum ostiũ
B ouiũ.Omnes quotquot venerunt,fures sunt
& latrones:sed non audierunt eos oues.Ego
sum ostium.Per me siquis introierit, salua-
bitur:& ingredietur & egredietur, & pascua
inueniet.Fur nõ venit nisi vt furetur & ma-
ctet & perdat.Ego veni vt vitam habeant,&
abundantius habeant . Ego sum Pastor bo-
Isaiæ.40.c nus.‖Bonus pastor animam suam dat pro o-
Eze.34.f.g &.37.f. uibus ⊳suis'. Mercenarius autem & qui non
⊳.5. est pastor,cuius non sunt oues propriæ, vi-
det lupum venientem,& dimittit oues,& fu
git: & lupus rapit,& dispergit oues.mercena
rius autem fugit,quia mercenarius est:& nõ
C pertinet ad eum de ouibus . Ego sum pastor
bonus:& cognosco meas,& cognoscunt me
Matt.11.d. meæ.‖Sicut nouit me Pater, & ego agnosco
⊳.5. Patrẽ:& animã meã pono pro ouibus⊳meis'.
Matt.28.d Marc.16.d ‖Et alias oues habeo quæ non sunt ex hoc
ouili:& illas oportet me adducere,& vocem
meam audient, & fiet vnum ouile & vnus Luc.24.g.
Pastor.Propterea me diligit Pater:‖quia ego Actu.15.b.
pono animã meam , vt iterum sumam eam. 10.e. Galat.1.b.
‖Nemo tollit eam à me: sed ego pono eam à Ezec.37.f.
meipso. potestatem habeo ponendi eã:& po Acto.13.g. Isaiæ.53.b
testatẽ habeo iterum sumendi eã. ‖Hoc man Acto.2.d.
datum accepi à Patre meo.Dissensio iterum E
facta est inter Iudæos propter sermones hos.
Dicebant aũt multi ex ipsis,Dæmonium ha
bet & insanit:quid eum auditis? Alij dicebãt,
Hæc verba nõ sunt dæmonium habẽtis.nun
quid dæmonium potest cæcorum oculos a-
perire?Facta sunt aũt‖Encænia in Ierosoly- 1.Ma.4.f.g
mis:& hyems erat. & ambulabat Iesus in tẽ-
plo,in porticu Salomonis. Circundederunt
ergo eum Iudæi,& dicebãt ei, Quousq; ani-
mã nostrã tollis? si tu es Christus , dic nobis
palam.Respõdit eis Iesus , Loquor vobis: &
nõ creditis . opera quæ ego facio in nomine
Patris mei, hæc testimoniũ perhibẽt de me:
sed vos non creditis , quia nõ estis ex ouibus *sicut dixi
meis.*Oues meæ vocẽ meã audiũt:& ego co vobis.1.
gnosco eas,& sequuntur me.& ego vitã æter F
nã do eis:& non peribunt in æternum, & nõ
rapiet eas quisquã de manu mea.Pater meus "qui dedit
"quod dedit mihi maius'omnibus est:& ne- mihi,maior.
mo potest rapere de manu Patris mei . Ego 1. *ergo iterũ.
& Pater vnum sumus . Sustulerunt *lapides 4.
Iudæi,vt lapidarent eum.Respõdit eis Iesus,
Multa bona opera ostendi vobis ex Patre
meo , propter quod eorum opus me lapida-
tis?Responderunt ei Iudæi, De bono opere
nõ lapidamus te, sed de blasphemia , & quia
tu homo cum sis,facis teipsum Deum. Res-
pondit eis Iesus , Nónne scriptum est in lege
vestra,‖quia Ego dixi , dij estis?Si illos dixit Psal. 81.b.
deos ad quos sermo Dei factus est,& nõ po-
test solui scriptura:quẽ Pater sanctificauit & G
misit in mundum,vos dicitis Quia blasphe-
mas,quia dixi filius Dei sum?Si nõ facio o-
pera Patris mei:nolite credere mihi. Si aũt fa
cio:& si mihi nõ vultis credere,operibus cre
dite:vt cognoscatis & credatis quia Pater in
me est,& ego in Patre. Quærebãt ergo eum
apprehendere:& exiuit de manibus eorũ.Et
abijt iterum trãs Iordanẽ in eum locum vbi
erat Iohannes baptizans primùm : & mansit
illic.Et multi venerunt ad eum,& dicebant,
Quia Iohannes quidẽ signum fecit nullum.
Omnia autem quæcunq; dixit Iohannes de
hoc, vera erãt.Et multi crediderunt in eum.

S. *Iesus Lazarum quatuor diebus mortuũ resuscitat, præfatus multa cũ discipulis & cum Martha: quapropter dum propter hoc miraculum multi in Christũ crederent, põtifices & Pharisæi inito cõsilio statuerũt eum occidere, Caipha pontifice prophetante oportere Iesum mori ne totus populus periret: Iesus autẽ secessit in ciuitatem Ephrem.* CAP. XI.

A ERat autem quidam languẽs Lazarus à
Bethania , de castello Mariæ & Mar-
"sororum. Matt.26.a thæ "sororis'eius.Maria autẽ erat‖quæ
vnxit Dominũ vnguẽto,& extersit pedes e-
ius capillis suis:cuius frater Lazarus infirma
Infra.12.g. batur.Miserunt ergo sorores eius ad eũ, ‖di-
centes,Domine, ecce quẽ amas infirmatur.
Audiens aũt Iesus dixit eis , Infirmitas hæc
nõ est ad mortem, sed pro gloria Dei:vt glo
rificetur filius Dei per eam. Diligebat autem
Iesus Marthã,& sororem eius Mariã, & La-
zarum . Vt ergo audiuit quia infirmabatur,
tunc quidem mãsit in eodẽ loco duobus die-
bus,deinde post hæc dicit discipulis suis, Ea-
mus in Iudæam iterum.Dicunt ei discipuli,
B Rabbi, nunc quærebãt te Iudæi lapidare : &
iterum vadis illuc?Respondit Iesus. Nónne
duodecim sunt horæ diei?Siquis ambulaue-
rit in die,nõ offendit: quia lucẽ huius mun-
di videt.si autẽ ambulauerit in nocte,offen-
dit:quia lux non est in eo . Hæc ait: & post
*hoc.3. "hæc' dicit eis , Lazarus amicus noster dor-
mit:sed vado vt à somno excitem eũ. Dixe-
runt ergo discipuli eius,Domine,si dormit,
saluus erit . Dixerat aũt Iesus de morte eius:
illi autem putauerunt quia de dormitione
somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis ma-
nifestè,Lazarus mortuus est:& gaudeo pro-
pter vos vt credatis, quoniã non erã ibi . sed
eamus ad eũ.Dixit ergo Thomas qui dicitur
C Didymus,ad cõdiscipulos, Eamus & nos, vt
moriamur cum eo. Venit itaq; Iesus:& inuẽ
nit eum quatuor dies iã in monumento ha-
bentem . Erat autem Bethania iuxta Ieroso-
lymã quasi stadijs quindecim . Multi autem
ex Iudæis venerant ad Marthã & Mariã , vt
consolarentur eas de fratre suo.Martha ergo
vt audiuit quia Iesus venit occurrit illi:Ma-
ria autẽ domi sedebat. Dixit ergo Martha ad
Iesum, Domine, si fuisses hîc, frater meus nõ
fuisset mortuus.sed & nũc scio quia quæcũ-
que poposceris à Deo, dabit tibi Deus . Di-
Supra.5.e. cit illi Iesus , Resurget frater tuus . Dicit ei
Lucæ.14.c Martha, Scio quia resurget ‖in resurrectio-
Supra.6.d. ne,in nouissimo die.Dixit ei Iesus, Ego sum
resurrectio & vita : ‖qui credit in me : etiam
si mortus fuerit, viuẽt. & omnis qui viuit, &
D credit in me:nõ morietur in æternum. Cre-
dis hoc? At illi, Vtique Domine, ego credidi
*vixi. ⊳.7. quia tu es Christus filius Dei*qui in⊳hunc'
mundũ venisti.Et cum hæc dixisset,abijt, &
vocauit Mariã sororem suam silentio,dicẽs,
*surrexit. Magister adest , & vocat te . Illa vt audiuit
"surgit'citò,& venit ad eũ.nondum enim ve
nerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in il
lo loco vbi occurrerat ei Martha.Iudæi ergo
qui erãt cum ea in domo , & consolabantur
eã, cum vidissent Mariã quia citò surrexit &
exijt,secuti sunt eã, dicentes, Quia vadit ad
monumentũ, vt ploret ibi.Maria ergo cũ ve
nisset vbi erat Iesus, vidẽs eum cecidit ad pe-
des eius,& dicit ei,Domine,si fuisses hîc,nõ
esset mortuus frater meus.Iesus ergo vt vidit
eã plorantẽ, & Iudæos qui venerant cum ea,
plorantes ,infremuit spiritu, & turbauit seip
sum,& dixit, Vbi posuistis eũ? Dicunt ei, Do E
mine, veni & vide.Et lachrymatus est Iesus.
Dixerunt ergo Iudæi , Ecce quomodo ama-
bat eum. Quidã autem ex ipsis dixerunt, Nõ
poterat hic ‖qui aperuit oculos cæci * facere Supra.9.a. *nati.
vt hic non moreretur?Iesus ergo rursum fre
mens in semetipso,venit ad monumẽtum.e-
rat aũt spelunca:& lapis superpositus erat ei.
Ait Iesus.Tollite lapidẽ.Dicit ei Martha so-
ror eius qui mortuus fuerat, Domine, iã fœ-
tet , quatriduanus est enim . Dicit ei Iesus,
Nónne dixi tibi quoniã si credideris, videbis
gloriã Dei?Tulerunt ergo lapidẽ. Iesus autẽ
eleuatis sursum oculis dixit, Pater, gratias a-
go tibi quoniã audisti me.ego autem sciebã
quia semper me audis,sed propter populum
qui circũ stat,dixi:vt credãt quia tu me misi-
sti.Hæc cũ dixisset,voce magna clamauit,La F
zare , veni foras.Et statim prodijt qui fuerat
mortuus,ligatus pedes & manus institis, &
facies illius sudario erat ligata, Dixit eis Iesus.
Soluite eum,& sinite abire.Multi ergo ex Iu
dæis qui venerant ad Mariã & Marthã,& vi-
derãt quæ fecit Iesus:crediderũt in eum.qui-
dam autem ex ipsis abierunt ad Pharisæos,&
dixerunt eis quæ fecit Iesus.Collegerunt er-
go pontifices & Pharisæi cõcilium, & dice-
bãt,Quid facimus? quia hic homo multa si-
gna facit.Si dimittimus eũ sic,oẽs credent in
eum:& veniẽt Romani, & tollent*nostrum *&.8.
locum & gẽtem. Vnus autẽ ex ipsis Caiphas
⊳nomine',cum esset pontifex anni illius, di ⊳.7.
xit eis , Vos nescitis quicquam nec cogitatis G
quia expedit "nobis'vt vnus moriatur homo "vobis.
pro populo,& nõ tota gens pereat . Hoc aũt
à semetipso non dixit:sed cum esset pontifex
anni illius,prophetauit quòd Iesus moritu-
rus erat pro gente : & non tantùm pro gen-
te, sed vt filios Dei qui erant dispersi, con-
gregaret in vnum. Ab illo ergo die cogitaue
runt vt interficerent eum . Iesus ergo iam
non in palam ambulabat apud Iudæos , sed
abijt in regionem iuxta desertum in ciuitatẽ
quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum
discipulis suis.Proximum autem erat Pascha
Iudæorum : & ascenderunt multi Ierosoly-
mam de regione ante Pascha , vt sanctifica-
rent seipsos.Quærebant ergo Iesum:& collo
quebantur adinuicem , in templo stantes.

Quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid putatis, quia non vênit ad diem festũ? Dederant autem pontifices & Pharisæi mandatum, vt siquis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

S. *Apud Martham & Lazarum receptus, murmurante Iuda fure: cogitarunt autem principes sacerdotum etiam Lazarũ occidere: Iesus asello vectus cum honore Ierusalem ingreditur. Et gentilibus eum videre cupientibus, dicit horam suæ clarificationis instare, sed granũ frumenti prius mortificandum: vox Patris auditur de clarificando nomine suo: princeps huius mũdi foras eijciendus: de excæcatione Iudæorum prophetata ab Isaia: in Christo honoratur aut spernitur Pater.*

CAP. XII.

A Matt.26.a. Marc.14.a IEsus ergo ante sex dies Paschæ vênit Bethaniã, vbi Lazarus fuerat mortuus quẽ suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnã ibi: & Martha ministrabat, Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pistici, pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariótes, qui erat eum traditurus, Quare hoc vnguentum non vænijt trecentis denarijs, & datum est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habẽs, ea quæ mittebãtur portabat. Dixit ergo Iesus, *Sinite. "Sine'illam, vt in diem sepulturæ meæ B seruet illud. Pauperes enim semper habetis *habetis. 4. vobiscum: me autem non semper "habebitis'. Cognouit ergo turba multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt non propter Iesum tantũ, sed vt Lazarum viderent quẽ suscitauit à mortuis. Cogitauerunt autem principes sacerdotum vt & Lazarũ interficerẽt: quia multi propter illum abibant ex Iudæis, & credebant in Iesum. In crastinum autẽ turba multa quæ venerat ad diem festum, cum audissent quia venit Iesus Ierosolymã: acceperũt ramos palmarum, & processerunt obuiã ei, & clamabant, Hosan-na, benedictus qui ve- Matt.21.a. nit in nomine Domini, Rex Israel. ‖Et inue- Marc.14.a nit Iesus asellum: & sedit super eum, sicut C scriptum est, ‖Noli timere filia Sion: ecce Rex Lucæ.19.f. tuus venit sedens super pullum asinæ. Hæc Zach.9.b. nõ cognouerunt discipuli eius primum: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarum vocauit de monumẽto, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiã venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abijt.

Erãt autem quidam Gentiles ex his qui ascenderãt vt adorarent in Die festo. Hi ergo D accesserunt ad Philippum qui erat à Bethsaida Galilææ: & rogabant eum, dicẽtes, Domine, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ, Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens, Vénit hora vt clarificetur filius hominis. Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit: ipsum solum manet. si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. ‖Qui a- Matt.10.d mat animam suam, perdet eam: & qui odit 16.d. animam suam in hoc mundo, in vitam æter- Marc.8.d. nam custodit eã. Siquis mihi ministrat, me Luc.9.c. sequatur: & vbi sum ego, illic & minister 17.g. meus erit. Siquis mihi ministrauerit, honorificabit eum Pater meus. Nunc anima mea E turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea vẽni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. *dicent. Vênit ergo vox de cœlo, *Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij dicebant, Angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit, Non propter me hæc vox vênit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi, nunc princeps huius mundi: eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra omnia traham ad meipsum (hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus) Respondit ei turba, Nos audiuimus ‖ex Psa.109.b lege quia Christus manet in æternum: & 116.a. quomodo tu dicis, Oportet exaltari filium Isaiç.40.c Ezec.37.g hominis? Quis est iste filius hominis? Dixit F ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumen in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ cõprehendant. & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Dum lucem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc locutus est Iesus: & abijt, & abscondit se ab eis. Cum autem tanta signa fecisset Isaiæ.53.a. coram eis, non credebant in eum: vt sermo Rom.10.d Isaiæ prophetæ impleretur quem dixit, ‖Do- Isaiæ.6.c. mine, quis credidit auditui nostro? & bra- Matt.13.b chium Domini cui reuelatum est? Propte- Marc. 4.b rea non poterant credere, quia iterum dixit Luc.8.b. Actu.28.f. Isaias, ‖Excæcauit oculos eorum, & indura- Rom. 11.b uit cor eorum: vt non videant oculis, & non G intelligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Hæc dixit Isaias quando vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Veruntamen & ex principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisæos non confitebantur, vt è synagóga non eijcerentur. dilexerunt enim glo-

gloriam hominũ magis, quam gloriam Dei. Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me, non credit in me, sed in eũ qui misit me. Et qui videt me, videt eum qui misit me. Ego lux in mundum veni: vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Et siquis audierit verba mea, & nõ custodierit: ego non iudico eum. nõ enim veni vt iudicem mundum, sed vt saluificẽ mundum. Qui spernit me, & non accipit verba mea: habet qui iudi- Marc.16.d cet eum. ‖Sermo quem locutus sum, ille iudicabit eũ in nouissimo die: Quia ego ex meipso nõ sum locutus: sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, & quid loquar. Et scio quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor: sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

S. *Iesus à cœna linteo præcinctus lauat pedes discipulorum, renuente primum Petro, exhortans vt idẽ inuicem faciant: proditorẽ suum Iohanni indicat, quo post buccellã egresso dicit se clarificatũ: de nouo mãdato dilectionis: Petro trinam prædicit sui abnegationem.*

CAP. XIII.

A Matt.26.a. Lucæ.22.a Marc.14.a ANte diem autem festum Paschæ, sciens Iesus quia vênit hora eius vt trãseat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iam misisset in cor, vt traderet eum Iudas Simõnis Iscariotes: sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, & quia à Deo exiuit, & ad Deũ vadit: surgit à cœna, & ponit vestimenta sua. & cum accepisset linteum, præcinxit se. Deinde *misit' aquã in peluim, & cœpit lauare pe- *mittit. 7. des discipulorũ, & extergere linteo quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simõnẽ Petrum. Et dicit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus, & dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modò: scies autem postea. Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Respondit ei Iesus, Si nõ lauero te, *habet. 4. non *habebis' partem mecum. Dicit ei Simon Petrus, Domine, nõ tantum pedes meos, sed & manus & caput. Dicit ei Iesus. Qui lotus est, non indiget nisi vt pedes lauet, sed est B mundus totus. Et vos mundi estis, sed nõ omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eum, propterea dixit, Nõ estis mundi omnes. Postquam ergo lauit pedes eorum, & accepit vestimenta sua, cum recubuisset, iterum dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me, magister & Domine: & bene dicitis. sum etenim. Si ergo ego laui pedes vestros, dominus & magister: & vos debetis alter alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis vt quemadmodum ego feci vobis, ita & Infra.15.c. vos faciatis, ‖Amen, amen dico vobis, nõ est seruus maior domino suo, neque Apostolus Matt.10.c maior est eo qui misit illum. Si hæc scitis: beati eritis si feceritis ea. Non de omnibus vobis Lucæ.6.f. dico: ego scio quos elegerim. Sed vt adimpleatur scriptura. ‖Qui mãducat mecum panem, Psal.40.c *leuabit' contra me calcaneum suum. Amodo dico vobis, priusquã fiat, vt cum factum *leuauit.3. fuerit, credatis quia ego sum. ‖Amen, amen C dico vobis. qui accipit si quem misero, me Matt.10.d accipit: qui autẽ me accipit, accipit eum qui Lucæ.10.c me misit. Cum hæc dixisset Iesus, turbatus est spiritu: & ‖protestatus est, & dixit, Amen, Matt.26.b amen dico vobis quia vnus ex vobis tradet Marc.14.b me. Aspiciebãt ergo adinuicem discipuli, hæ- Lucæ.22.b sitantes de quo diceret. Erat ergo recumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu, quem diligebat Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus, & dixit ei, Quis est de quo dicit? Itaque cum recubuisset ille supra pectus Iesu, dicit ei, Domine, quis est? Respõdit Iesus, Ille est cui ego intinctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iudæ Simõnis, Iscariótæ. Et post buccellam, tunc introiuit in eum satanas. Et dicit ei Iesus, Quod facis, fac citius. Hoc autẽ nemo sciuit discumbentium ad quid dixerit ei. Quidam enim putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus, Eme ea quæ opus sunt nobis ad Diem festum: aut egenis vt aliquid daret. Cũ ergo D accepisset ille buccellam, exiuit continuo. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit Iesus, Nunc clarificatus est filius hominis: & Deus clarificatus est in eo. Si Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semetipso: & continuò clarificabit eum. Filioli, adhuc modicùm vobiscum sum. Quæretis me; & ‖sicut dixi Iudæis, Quò ego vado, vos non Supra.7.e. potestis venire: & vobis dico modo. ‖Man- Leuit.19.d datum nouum do vobis, Vt diligatis inui- Matt.22.d cem: sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inui- Infra.15.b cem. In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Dicit ei Simon Petrus, Domine, quò vadis? Respondit Iesus, Quo ego vado, non potes me modo sequi, sequêris autem postea. ‖Dicit ei Petrus, Quare non possum te sequi Matt.26.d modo? animam meam pro te ponam. Respõ- Marc.14.c dit ei Iesus, Animam tuam pro me pones? Lucæ.22.c Amen, amen dico tibi, non cantabit gallus, donec ter me neges.

S. *Consolando discipulos ait multas in domo Patris esse mansiones, seq; rursum illos assumpturum: Thomæ dicit se esse viam, veritatem & vitam: Philippo autem, patrem in se videri: illosq; accepturos quicquid suo nomine petierint, & se alium Paraclẽtũ à Patre eis missurum: docet quis ipsum diligere dicendus sit, & qualem pacem relinquat discipulis, qui de*

ipsius discessu meritò gaudere deberent.

CAP. XIIII.

A *Et ait discipulis suis.* NOn turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, & in me credite. In domo Patris mei mãsiones multæ sunt. si quò minus: dixissem vobis, Quia vado parare vobis locum. Et si abiero, & præparauero vobis locum: iterum venio & accipiã vos ad meipsum, vt vbi sum ego, & vos sitis. Et quò ego vado scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas, Domine, nescimus quo vadis: & quomodo possumus viã scire? Dicit ei Iesus, Ego sum via, & veritas, & vita. nemo venit ad Patrẽ nisi per me. Si cognouissetis me, & patrẽ meũ vtiq; cognouissetis: & ámodo "cognoscetis'eũ, & vidistis eum. Dicit ei Philippus, Domine, ostẽde nobis Patrem, & sufficit nobis. Dicit ei Iesus, Tãto tẽpore vobiscũ sum, & non "cognouistis' me? Philippe, qui "videt me, videt' & Patrẽ. *Quomodo tu dicis, Ostẽde nobis Patrẽ? Nõ "credis' quia ego in Patre, & Pater in me est? Verba quæ ego loquor B vobis, à meipso nõ loquor. Pater aũt in me manẽs, ipse facit opera. Nõ creditis quia ego in Patre, & Pater in me est? Alioquin propter opera ipsa credite, Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horũ faciet, quia ego ad Infr.16.e.f Matth.7.a. Marc.11.c. Patrẽ vado. ‖Et quodcunq; petieritis *in nomine meo, hoc faciã: vt glorificetur Pater in filio. Siquid petieritis me in nomine meo, hoc faciã. Si diligitis me: mãdata mea seruate. Et ego rogabo Patrẽ, & aliũ paraclẽtum dabit vobis, vt maneat vobiscũ in æternũ, Spiritum veritatis, quẽ mundus non potest accipere, quia nõ videt eum, nec scit eum. vos aũt "cognoscitis' eum: quia apud vos manebit, & in vobis erit. Nõ relinquã vos orphanos: veniã ad vos. Adhuc modicum: & mundus me iã non videt. Vos aũt videtis me: quia ego viuo, & vos viuetis. In illo die vos cognoscetis quia ego sum in Patre meo, & vos in me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea: ille est qui diligit me. qui aũt diligit me, diligetur à Patre meo: & ego diligã eum, & manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iudas, nõ ille Iscariõtes, Domine, quid factũ est quia manifestaturus es nobis teipsum, & nõ mundo? Respõdit Iesus, & dixit ei. Si quis diligit me, sermonem meum seruabit, & Pater meus diligetur eum, & ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. qui non diligit me: sermones meos non seruat. Et sermonem quem audistis, non est meus: sed eius qui misit me Patris. Hæc locutus sum vobis, apud vos manẽs. Paraclẽtus autem, Spiritus sanctus quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunq; dixero vobis. Pacẽ relin quo vobis, pacem meam do vobis. non quomodo mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neq; formidet. Audistis quia ego dixi vobis, Vado & venio ad vos. Si diligeretis me gauderetis vtiq; quia vado ad Patrem: quia Pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius quàm fiat: vt cum factum fuerit, credatis. Iam non multa loquar vobiscũ. venit enim princeps mundi huius, & in me non habet quicquã. Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrẽ: & sicut ‖ mandatũ dedit mihi Pater sic facio: surgite, eamus hinc. Actu.2.d.

S. Christus vitis, Pater agricola, discipuli verò palmites: præceptum Christi de mutua dilectione frequenter iteratum: Apostoli amici Christi quibus secreta sua communicauit, & elegit eos vt fructum perpetuum afferrent, quos roborat aduersus mundi odiũ ac persecutiones, dicens Iudæos excusationẽ non habere de peccato suo. CAP. XV.

EGo sum vitis vera: & Pater meus agri- A cola est. Omnem palmitem in me, nõ ferentem fructum, "tollet' eum: & omnem qui fert fructum, purgabit eum, vt fructum plus afferat. Iam vos ‖ mundi estis propter sermonem quem locutus sum vobis. Ma Supra.13.b nete in me: & ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite: sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis: vos palmites. qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multũ: quia sine me nihil potestis facere. Siquis in me nõ manserit: mittetur foras sicut palmes, & arescet, & colligent eum, & in ignem mittẽt, & ardet. Si mãseritis in me, & verba mea in vobis manserint, quodcunq; volueritis petetis, & fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater B meus: vt fructum plurimũ afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut dilexit me Pater, & ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si præcepta mea seruaueritis, manebitis in dilectione mea: sicut & ego Patris mei præcepta seruaui, & maneo in eius dilectione. Hæc locutus sum vobis: vt gaudium meum in vobis sit, & gaudium vestrum impleatur. Supra.15.d ‖ Hoc est præceptum meum, Vt diligatis Ephes.5.a. inuicẽ, sicut dilexi vos. Maiorẽ hac dilectio- 1.The.4.b nem nemo habet, vt animam suam ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis, si fe- c. ceritis quæ ego præcipio vobis. Iam non "dicam co' vos seruos: quia seruus nescit quid faciat C dominus eius. Vos aũt dixi amicos: quia omnia quæcunq; audiui à Patre meo, nota feci vobis. Nõ vos me elegistis, sed ego elegi vos: Matt.28.d & posui vos: vt ‖ eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat: vt quodcũq; petieri- 1.Ioan.4.d tis patrẽ in nomine meo, det vobis. ‖ Hæc mãdo

do vobis, vt diligatis inuicem. Si mundus vos odit: scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis: mundus quod suum erat diligeret. quia verò de mundo nõ estis, sed ego elegi vos de mundo: propterea odit vos mundus. Mementote sermonis mei, Supr.15.b quem ego dixi vobis, ‖ Non est seruus maior Matt.10.c. domino suo. ‖ Si me persecuti sunt: & vos Matt.24.a persequentur. si sermonem meum seruauerunt: & vestrum seruabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomẽ meum: quia nesciunt eum qui misit me. Si non venissem, & locutus fuissem eis: peccatum non haberent. nunc autem excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit: & Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis quæ nemo alius fecit: peccatum non haberent. nunc autem & viderunt, & oderunt & me & Patrem meum. Sed vt adimpleatur sermo qui in le- Psal.24.c. ge eorum scriptus est, ‖ Quia odio habuerũt me gratis. Cum autem venerit Paraclẽtus, Luc.24.g. ‖ quem ego mittam vobis à Patre, spiritum veritatis qui à Patre procedit: ille testimonium perhibebit de me. & vos testimonium "perhibetis 'perhibebitis' quia ab initio mecum estis. 4.

S. Discipulis prædicit futuras persecutiones, & quòd eis expediat vt ipse vadat quò veniat Paraclẽtus qui mundũ arguat, ipsosq; doceat & Christum clarificet: declarat quod dixerat Modicũ & iam nõ videbitis me &c. addens similitudinem mulieris pariens, hortatur vt à patre petant ipsius nomine: prædicitq; ipsorum fugam. CAP. XVI.

A HAec locutus sum vobis, vt nõ scandalizemini. Absq; synagogis facient vos: sed vênit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obsequiũ se præstare Deo. & hæc facient vobis: quia nõ nouerunt Patrẽ, neq; me. Sed hæc locutus sum vobis: vt cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Hæc autem vobis ab initio non dixi: quia vobiscũ erã. Et nunc vado ad eũ qui misit me: & nemo ex vobis interrogat me, Quò vadis: Sed quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadã. si enim nõ abiero, Paraclẽtus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Et B cum venerit ille, arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. de peccato quidem: quia non "credunt' in me. de iustitia vero: quia ad Patrem vado, & iam non videbitis me. de iudicio autem quia princeps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere: sed non potestis portare modò. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non enim loquetur à semetipso, sed quæcunque audiet loquetur, & quæ ventura sunt annuntiabit vobis. Ille me clarificabit: quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Omnia quæcunque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi, Quia de meo accipiet, & annuntiabit vobis. Modicum, & iam nõ videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo ex discipulis eius adinuicem, Quid est hoc quod dicit nobis, Modicum, & nõ videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me, &, quia vado ad Patrem? Dicebant ergo, Quid est hoc quod di- C cit, Modicum? nescimus quid loquitur. Cognouit autem Iesus quia volebant eum interrogare: & dixit eis, De hoc quæritis inter vos quia dixi, Modicùm, & non videbitis me: & iterum modicum, & videbitis me. Amen, amen dico vobis, quia plorabitis & flebitis vos, mũdus autem gaudebit: vos autem contristabimini, sed tristitia vestra vertetur in gaudium. Mulier cum parit, tristitiam habet, quia vênit hora eius: cum autem peperit puerum, iam non meminit pressuræ propter gaudium, quia natus est homo in mundum. Et vos igitur, nunc quidem tristitiam habetis, iterum autẽ videbo vos, & gaudebit cor vestrum: & gaudiũ vestrum nemo tollet à vobis. Et in illo die me non rogabitis quic- Supr.14.b quam. ‖ Amen, amen dico vobis, siquid petie- Matt.7.a. 21.c. ritis patrem in nomine meo, dabit vobis. Vs- Marc.11.c. que modò non petistis quicquam in nomi- Lucæ.11.b. ne meo. Petite, & accipietis: vt gaudium ve- Iacob.1.a. D strum sit plenum. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Vênit hora cum iam non in prouerbijs loquar vobis, sed palàm de Patre annũtiabo vobis in illo die in nomine meo petetis: & non dico vobis quia ego rogabo Patrem de vobis. ipse enim pater amat vos, quia vos me amastis, & credidistis quia ego à Deo exiui. Exiui à patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli eius, Ecce, nunc palàm loqueris, & prouerbium nullum dicis. nunc scimus quia scis omnia, & non opus est tibi vt quis te interroget. In hoc credimus quia à Deo existi. Respondit ei Iesus, Modò credi- Matt.26.c tis. ‖ Ecce, vênit hora, & iam vênit, vt dispersa- Marc.14.c gamini vnusquisq; in propria, & me solum relinquatis: & non sum solus, quia Pater mecum est. Hæc locutus sum vobis, vt in me pacẽ habeatis. In mundo pressuram habebitis: sed cõfidite, ego vici mundum.

S. Oratio Christi ad patrem pro vtriusque clarificatione, pro discipulis, & ijs qui per illos in ipsum essent credituri, vt seruentur à malo, & omnes sint vnum, mundusq; cognoscat ipsum fuisse à Patre missum.

CAP. XVII.

Universidad de Deusto
Biblioteca

A HAec locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cœlum dixit, Pater, vênit hora, clarifica filium tuum, vt filius
Matt.28.d tuus clarificet te. ‖ Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis, vitã æternam. Hæc est autem vita æterna. Vt cognoscant te, solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christũ. Ego te clarificaui super terrã: opus cõsummaui quod dedisti mihi vt faciã. & nunc clarifica me tu Pater apud temetipsum, claritate quam habui prius quã mundus esset, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mi
hi de mundo. Tui erãt: & mihi eos dedisti, &
sermonẽ tuum seruauerunt. Nunc cognoue
B rũt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperũt, & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderũt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua mea sunt: & clarificatus sum in eis. Et iam non sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mi
hi: vt sint vnum sicut & nos. Cũ essem cum
eis, ego seruabã eos in nomine tuo quos de-
disti mihi custodiui: & nemo ex eis perijt,
C nisi filius perditionis, ‖ vt scriptura impleatur.
Psa.108.b Nunc aũt ad te venio: & hæc loquor in mun
do vt habeãt gaudium meum impletũ in se-
metipsis. Ego dedi eis sermonẽ tuum & mũ-
dus eos odio habuit, quia non sunt de mun-
do, sicut & ego non sum de mundo. Non ro-
go vt tollas eos de mundo, sed vt serues eos
à malo. De mundo non sunt: sicut & ego nõ
sum de mundo. Sãctifica eos in veritate. Ser-
mo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in
mũdum: & ego misi eos in mundum. Et pro
eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi san
ctificati in veritate. Non pro eis aũt rogo tã-
tum, sed & pro eis qui credituri sunt per ver-
bũ eorum in me: vt omnes vnũ sint, sicut tu
Pater in me & ego in te, vt & ipsi in nobis
vnum sint: vt credat mundus quia tu me mi-
sisti. Et ego claritatẽ quam dedisti mihi, dedi
D eis: vt sint vnum sicut & nos vnum sumus.
Ego in eis & tu in me: vt sint consummati in
vnum, & cognoscat mundus quia tu me mi-
sisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti. Pa-
ter, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego,
& illi sint mecum: vt videant claritatem meã
quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante cõ
stitutionem mundi. Pater iuste, mundus te
non cognouit. ego autem te cognoui: & hi
cognouerũt quia tu me misisti. Et notũ feci
eis nomẽ tuum, & notum faciam: vt dilectio
qua dilexisti me, in ipsis sit, & ego in ipsis.

S. Iesus à Iudæis capitur, illis primum ad ipsius verbum in terram cadentibus: ad Annam & Caipham ducitur: respondens interroganti pontifici alapa cæditur: ter à Petro negatur: ductus in prætorium dicit Pilato suum regnum nõ esse de hoc mundo: Iudæi Iesum mori cupiunt soluto Barabba. CAP. XVIII.

A HAec cum dixisset Iesus, egressus est cũ discipulis suis trans Torrentem- Matt.26.c
Cedrõ, vbi erat hortus, in quẽ intro- Marc.14.c
iuit ipse & discipuli eius. Sciebat aũt & Iudas Luc.22.d.
qui tradebat eum, locum: quia frequenter Ie- 2.Re.15.e.
sus cõuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas Matt.26.e.
ergo cum accepisset cohortẽ, & à põtificibus Marc.14.e
& Pharisæis ministros: venit illuc cum later Luc.22.e
nis & facibus & armis Iesus itaq; sciẽs om-
nia quæ vẽtura erant super se, processit & di
xit eis, Quẽ quæritis? Respõderunt ei, Iesum
Nazarenum. Dicit ei Iesus, Ego sum. Stabat
autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. B
Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierũt retrorsum,
& ceciderunt in terrã. Iterum ergo interroga
uit eos, Quem quæritis? Illi aũt dixerunt Ie-
sum Nazarenũ. Respondit Iesus, Dixi vobis
quia ego sum. si ergo me quæritis, sinite hos
abire. Vt impleretur sermo quẽ dixit, ‖ Quia Supr.17.c
quos dedisti mihi nõ perdidi ex eis quenquã
Simõ ergo Petrus habens gladiũ, eduxit eũ:
& percussit põtificis seruum, & abscidit au-
riculam eius dexteram. Erat autem nomen
seruo Malchus. Dixit ergo Iesus Petro. Mitte
gladium tuum in vaginã. Calicem quem de-
dit mihi Pater, nõ *bibam illum? Cohors er *vis vt
go & tribunus & ministri Iudæorum cõpre
henderunt Iesum. & ligauerunt eum: & ad- C
duxerũt eum ad ‖ Annam primùm. erat enim Lucæ.3.2.
socer Caiphæ, qui erat põtifex anni illius. E-
rat autem Caiphas ‖ qui cõsilium dederat Iu Supr.11.f.
dæis, Quia expedit vnum hominem mori
pro populo. Sequebatur autem Iesum Simõ
Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem
ille erat notus põtifici, & introiuit cum Iesu
in atrium pontificis: Petrus autem stabat ad Matt.26.g
ostium foris. ‖ Exiuit ergo discipulus *alius Marc.14.g.
qui erat notus pontifici. & dixit ostiariæ: & Lucæ.22.f
introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla *ille.6.
ostiaria. Nunquid & tu ex discipulis es ho-
minis istius? Dicit ille, Nõ sum. Stabãt autem
serui & ministri ad prunas, quia frigus erat: *calefiebant
& *calefaciebant sẽ. erat autẽ cum eis & Pe- 7.
trus, stans, & calefaciens se, Pontifex ergo D
interrogauit Iesum de discipulis suis & de
doctrina eius. Respõdit ei Iesus, Ego palã lo
cutus sum mundo, ego semper docui in syna
goga, & in tẽplo quò oẽs Iudæi cõueniũt, &
in occulto locutus sum nihil. Quid me inter-
rogas? interroga eos qui audierunt quid locu
tus sim ipsis: ecce, hi sciunt quæ dixerim ego.

Hæc

Hæc autem cum dixisset, vnus assistens mi-
nistrorum dedit alapam Iesu, dicens, Sic re-
spondes pontifici? Respõdit ei Iesus, Si male
locutus sum, testimonium perhibe de malo:
si autem bene, quid me cædis? ‖ Et misit eum
Annas ligatum ad Caipham põtificem. Erat
autem Simon Petrus stans & calefaciens se.
‖ Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipu
lis eius es? Negauit ille & dixit, Non sum. Di
cit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius
cuius abscidit Petrus auriculam, Nónne ego
te vidi in horto cum illo? Iterum ergo nega-
uit Petrus: & statim gallus cantauit. ‖ Adduc-
unt ergo Iesum *à Caipha in prætorium. E-
rat autem mane: & ipsi non introierunt in
prætorium: vt non ‖ contaminarentur, sed vt
manducarent pascha. Exiuit ergo Pilatus ad
eos foras, & dixit, Quam accusationem af-
fertis aduersus hominem hunc? Respõde-
runt, & dixerunt ei, Si non esset hic malefa-
ctor, non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo
eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum
legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo
ei Iudæi, Nobis non licet interficere quen-
quam. ‖ Vt sermo Iesu impleretur quem dixit,
significans qua morte esset moriturus. ‖ Intro-
iuit ergo iterum in prætorium Pilatus: &
vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es Rex Iudæo-
rum? Respondit Iesus, A temetipso hoc di-
cis, an alij dixerunt tibi de me? Respondit Pi
latus, Nunquid ego Iudæus sum? Gẽs tua &
pontifices, tradiderunt te mihi. quid feci-
sti? Respondit Iesus, Regnum meum non est de
hoc mundo. si ex hoc mundo esset regnum
meum, ministri mei vtique decertarent vt
non traderer Iudæis. nunc autem regnum
G meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus,
Ergo Rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis:
quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum, &
ad hoc veni in mundum: vt testimoniũ per-
hibeam veritati: omnis qui est ex veritate,
audit vocem meam. Dicit ei Pilatus, Quid
est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exi-
uit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullam inue-
Matt.27.c nio in eo causam. ‖ Est autẽ consuetudo vo-
Marc.15.b bis vt vnum dimittã vobis in Pascha. vultis
Lucæ.23.b ergo dimittã vobis Regem Iudæorum? Cla-
mauerunt ergo rursum omnes, dicentes, Nõ
hũc, sed Barabbã. Erat autẽ Barabbas latro.

S. A Pilato flagellatus, variisq; modis afflictus, & spinis coronatus, ad mortẽ depositur: rursumque à Pilato examinatus, ostẽdit illũ desuper tantũ habere in ipsum potestatẽ: Pilatus meticulosus Iesum, quem regẽ dicit Iudæorũ, morti adiudicat: Iesus baiulãs sibi crucem inter latrones crucifigitur, posito à Pilato super crucem titulo, diuisisq; à militibus vestimentis, & sorte de tunica missa: Iesus matri Iohannem matremq; Iohanni cõmendat: & sitiens aceto potatur, consummatisque omnibus tradit spiritum: fractis latronũ cruribus ex aperto Christi latere sanguis & aqua profluit eiusq; corpus myrrha & aloë condîtum sepelitur. CAP. XIX.

A TVnc ergo apprehẽdit Pilatus Iesum, Matt.27.d
& flagellauit. Et milites plectẽtes co- Marc.15.b
ronam de spinis, imposuerunt capiti
eius: & veste purpurea circundederunt eum,
Et veniebant ad eum, & dicebant, Aue Rex
Iudæorum, & dabant ei alapas. Exiuit *iterũ *ergo.1.
Pilatus foras, & dicit eis, Ecce adduco vobis
eum foras, vt cognoscatis quia nullam inue
nio in eo causam. Exiuit ergo Iesus *portãs *foras.1.
coronam spineam, & purpureum vestimen-
tum. Et dicit eis, Ecce Homo. Cum ergo vi-
dissent eũ pontifices & ministri, clamabant,
dicentes, Crucifige, crucifige *eum, Dicit e- *.6.
is Pilatus, Accipite eum vos: & crucifigite. e-
go enim nõ inuenio in eo causam. Respon-
derunt ei Iudæi, Nos legem habemus: & se-
cundum legem *debet mori, quia filium Dei *nostrã.2.
se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hunc ser- B
monem, magis timuit. Et ingressus est præ-
torium iterum: & dicit ad Iesum. Vnde es tu?
Iesus autem responsum non dedit ei. Dicit
ergo ei Pilatus, Mihi nõ loqueris? nescis quia
potestatem habeo crucifigere te, & potesta-
tem habeo dimittere te? Respõdit Iesus, Nõ
haberes potestatem aduersum me vllam, nisi
tibi datum esset désuper. Propterea qui me
tradidit tibi maius peccatum habet. *Exinde *&
quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autẽ
clamabant, dicentes, Si hunc dimittis, non es
amicus Cæsaris. omnis *qui sẽ regem facit, *enim
cõtradicit Cæsari. Pilatus autem cum audis- C
set hos sermones, adduxit foras Iesum: & se-
dit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithó-
strotos, Hebraicè autem Gabbatha. Erat au-
tem parasceue Paschæ, hora quasi sexta: &
dicit Iudæis, Ecce Rex vester. Illi autem cla-
mabant, Tolle, tolle crucifige eum. Dicit eis
Pilatus, Regem vestrum crucifigam? Respõ
derunt pontifices, Non habemus regem nisi
Cæsarem. Tunc ergo tradidit eis illum, vt
crucifigeretur. Susceperunt autẽ Iesum: & e-
duxerunt. *Et baiulans sibi crucem exiuit in *eum.3.
eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebrai-
cè *Golgotha: vbi crucifixerunt eum, & *autem
cum eo alios duos hinc & hinc, medium au- Matt.27.d
tem Iesum. Scripsit autem & titulum Pila- Marc.15.b
tus: & posuit super crucem. Erat autem scri- Luc.23.c
ptum, Iesus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc D
ergo titulum multi Iudæorum legerũt: quia
prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus est
Iesus. Et erat scriptum Hebraicè, Græcè, &
Latinè. Dicebant ergo Pilato pontifices Iu-

 dæorum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

dæorum, Noli scribere Rex Iudæorum: sed quia ipse dixit, Rex sum Iudæorum. Respõdit Pilatus, Quod scripsi, scripsi. Milites ergo cùm crucifixissent eum, acciperunt vesti menta eius (& fecerunt quatuor partes: vnicuiq; militi partem) & tunicã. Erat autem tu nica incõsutilis, désuper cõtexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem, Non scindamus
E eam, sed sortiamur de illa cuius sit. Vt scriptu
Matt.27.d Marc.15.b Lucæ.23.c Psal.21.c. ra impleretur, dicens, ‖Partiti sunt vestimen ta mea sibi: & in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem hæc fecerunt, Stabãt autẽ iuxta crucẽ Iesu mater eius, & soror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdaléne. Cùm vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stãtem quem diligebat, dicit matri suæ, Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit discipulo, Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam discipulus in "sua'. Postea sciẽs Iesus
"suam Psal.68.c. quia omnia iam cõsummata sunt, ‖vt cõsummaretur scriptura, dicit, Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum. Ille autem spõgiam plenã aceto, hissõpo circumponentes, obtule
F runt ori eius. Cùm ergo accepisset Iesus acetum, dixit, Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudæi ergo (quoniã Parascéue erat) vt non remanerent in cruce corpora sabbatho (erat enim magnus dies ille sabbathi) rogauerunt Pilatum vt frangerentur eorum crura, & tollerentur. Venerunt ergo milites: & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus est cum eo. At Ie sum autem cùm venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: sed vnus militum lancea latus eius aperuit, & cõtinuo exiuit sanguis & aqua. Et qui vidit, testimonium perhibuit: & verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta sunt enim hæc vt scriptura impleretur, ‖Os non comminuetis ex
Exod.12.d Num.9.b. Zach.12.c Matt.27.g Marc.15.d eo. Et iterum alia scriptura dicit, ‖Videbunt in quem transfixerunt. ‖Post hæc autem rogauit Pilatũ Ioseph ab Arimathæa, (eo quòd
G esset discipulus Iesu, occultus autem propter metum Iudæorum) vt tolleret corpus Ie sũ. Et permisit Pilatus. Vênit ergo, & tulit
Luc.23.g. Supra.3.a. corpus Iesu. Vênit autem & Nicodẽmus ‖qui venerat ad Iesum nocte primum, ferens mixturam myrrhæ & aloës, quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, sicut mos est Iudæis sepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus est, hortus: & in horto monumentum nouũ, in quo nondum quisquã positus erat. Ibi ergo propter Parascéuẽ Iudæorum, quia iuxtà erat monumentũ, posuerunt Iesum.

S. Maria Magdaléne prima venit ad monumentũ, deinde Petrus & Iohannes: illa plorãs ad monumentum videt angelos, tãdemq; Iesum agnoscit: qui apparẽs Apostolis pacem illis optat, & ostensis manibus ac latere, dat eis Spiritum sanctum vt peccata remittant ac retineant: rursumq; non credenti Thomæ apparens cum reliquis discipulis, corpus præbet palpandum, beatos dicens qui ipso non viso crediderunt: multa Christi signa non sunt in hoc libro scripta. CAP. XX.

VNa autem sabbathi, Maria Magda- A
Marc.16.a Luc.24.a. léne venit mane cũ adhuc tenebræ esset, ad monumentum: & vidit lapidem sublatum à monumento. Cucurrit er go, & venit ad Simõnem Petrum, & ad aliũ discipulum quem amabat Iesus: & dicit illis, Tulerunt Dominũ de monumento, & nescimus vbi posuerunt eum. Exijt ergo Petrus & ille alius discipulus, & venerunt ad monu mentum. Currebãt autem duo simul: & ille alius discipulus præcucurrit citius Petro, & vênit primus ad monumẽtum. Et cum se in- B
clinasset, vidit posita linteamina: non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus sequens eum, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina posita, & sudarium quod fuerat super caput eius, non cum linteaminibus po situm, sed separatim inuolutum in vnum lo cum. Tunc ergo introiuit & ille discipulus qui venerat primus ad monumentum: & vidit, & credidit. nondum enim sciebant scripturam, quia oportẽbat eum à mortuis resurgere. Abierunt ergo iterũ discipuli ad semet- C
Matt.28.a Marc.16.b ipsos. ‖Maria autẽ stabat ad monumentum foris, plorans. Dum ergo fleret, inclinauit se, & prospexit in monumentum: & vidit duos angelos in albis, sedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi positum fuerat corpus Ie su. Dicunt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominum meum: & ne- D
scio vbi posuerunt eum. Hæc cum dixisset cõ uersa est retrorsum, & vidit Iesum stantẽ: & nõ sciebat quia Iesus est. Dicit ei Iesus, Mulier, quid ploras? quẽ quæris? Illa existimans quia hortulanus esset, dicit ei, Domine, si tu sustulisti eum, dicito mihi vbi posuisti eũ: & ego eum tollã. Dicit ei Iesus, Maria. Cõuersa illa dicit ei, Rabboni (quod dicitur magister.) Dicit ei Iesus, Noli me tãgere (nõdum enim ascẽdi ad Patrem meum.) vade autẽ ad fratres meos, & dic eis, Ascendo ad Patrem meum & Patrem vestrum, Deum meum & Deum vestrum. Venit Maria Magdaléne an nuntians discipulis, Quia vidi Dominum, & Marc.16.c Luc.24.f 1.Cor.15.a hæc dixit mihi. Cum ergo sero esset die illo, vna sabbathorum, & fores essent clausæ, vbi erãt discipuli congregati propter metum Iudæorum: venit Iesus & stetit in medio, & dicit eis, Pax vobis. Et cũ hoc dixisset, ostendit eis ma-

eis manus & latus. Gauisi sunt ergo discipu li viso Domino. Dixit ergo eis "Iesus iterum, Pax
"Iesus.1. vobis: Sicut misit me Pater, & ego mitto vos.
F Hoc cum dixisset, insufflauit: & dicit eis, ‖Ac
Matt.18.c. cipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Thomas autem vnus ex duodecim, qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Iesus. Dixerunt ergo ei alij discipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis, Nisi videro in manibus eius "fi-
"figuram.3. xuram' clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meã in latus eius: non credam. Et post dies octo,
G iterum erant discipuli eius intus: & Thomas cum eis. Venit Iesus ianuis clausis, & stetit in medio, & dixit, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide ma nus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meum: & noli esse incredulus, sed fidelis. Respondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus & Deus meus. Dicit ei Iesus, Quia vidisti me Thoma credidisti: beati qui non vi-
Iosr.21.g. derunt, & crediderunt. ‖Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorũ suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autẽ scripta sunt, vt credatis quia Iesus est Christus filius Dei: & vt credẽtes, vitam habeatis in nomine eius.

S. Piscantibus discipulis comprehẽdere facit Iesus copiosam piscium multitudinem, quo signo Petrus per Iohannem Dominum agnoscens mittit se in mare: & facto prandio de amore in Christum ter interrogatus, ter accipit pascendas ipsius oues, & de futura passione sua admonetur, frustra de Iohannis morte curiose scrutatus, non omnia Christi facta scripta sunt. CAP. XXI.

A POstea manifestauit se iterum Iesus "ad
"discipulos. mare Tyberiadis. Manifestauit autem sic, Erãt simul Simõ Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex di scipulis eius duo. Dicit eis Simõ Petrus, Vado piscari. Dicũt ei, Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderunt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Mane autem iam facto stetit Iesus in littore: non tamẽ cogno uerunt discipuli quia Iesus est, Dicit ergo eis Iesus, Pueri nunquid pulmẽtarium habetis? Respõderunt ei, Nõ. Dicit eis, Mittite in dexteram nauigij rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Dicit ergo discipulus
B ille quem diligebat Iesus: Petro, Dominus est. Simon Petrus cum audisset quia Dominus est: tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli naui gio venerunt (non enim longe erant à terra sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderunt prunas positas, & piscem superpositum & panem. Dicit eis Iesus, Afferte de piscibus quos prendidistis nunc. Ascendit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus: centum quinquaginta tribus. Et cũ tanti essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Et nemo audebat "di-
"discentiũ.1 scumbentium' interrogare eum, Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et vênit Iesus, &
"accipit "accipit' panem & "dat' eis, & piscẽ similiter.
"dabat. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis cum resurrexisset à mortuis. Cum
C ergo prãdissent, dicit Simóni Petro Iesus, Si-
"Ion4.2. & bis infra mõ "Iohannis', diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei iterum, Simõ "Iohánis', diligis me? Ait illi, Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei tertio, Simõ "Iohannis', amas me? Cõ tristatus est Petrus quia dixit ei tertiò, Amas me? & dixit ei, Domine, tu omnia "scis': tu scis
"nosti "Iesus.1. 2.Pet.1.c. quia amo te. Dicit ei*, Pasce oues meas. ‖Amen, amen dico tibi, cum esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas. cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cin
D get, & ducet quo* non vis. Hoc autem dixit, *i% significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me. Conuersus Petrus vidit illum discipulũ quem diligebat Iesus, sequentem, ‖qui & re-
Supra.13.c cubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus, "Sic' eum volo ma
"si.2. "sic.2. nere donec veniam, quid ad te? tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste inter fratres quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, Non moritur. sed, "Sic' eum volo ma-
"si.2. "sic.2. nere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia verum est testimonium eius. ‖Sunt autem & a-
Supr.20.g lia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt, libros.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Acta Apostolorum.

S. Iesus promittens Apostolis Spiritum sanctum, dicit non esse ipsorum scire secreta rerum futurarum tempora: & post ipsius in cœlum ascensum dicitur ab angelis similiter venturus: nomina Apostolorum: oratio Petri de uno in locum Iudæ proditoris sufficiendo, ubi præmissis precibus eligitur sorte Mathias.

CAP. I.

A PRIMVM quidem sermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere, vsq; in diem qua præcipiens Apostolis per Spiritū sanctum, quos elegit, assumptus est: quibus & præbuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et conuescens, præcepit eis, ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarent promissionē
Luc.24.g. Patris, ‖quam audistis (inquit) per os meum:
Ioan.1.4.d. Matt.3.e. ‖quia Iohannes quidem baptizauit aqua, vos
Marci.1.b. autem ‖baptizabimini Spiritu sancto nō post
Lucæ.3.c. multos hos dies. Igitur qui conuenerant, in-
Iohan.1.d. B terrogabant eum, dicentes, Domine, si in tēpore hoc restitues regnum Israel? Dixit autē eis, Non est vestrum nosse tempora vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: sed
Infra.1.2. ‖accipietis virtutem superuenientis Spiritus
21.c.19.2. sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad
Infra.2.2. vltimum terræ. ‖Et cum hæc dixisset, viden-
Luc.24.g. tibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum. Cumq; intuerentur in cœlum euntem illū, ecce duo viri astiterunt iuxta illos in vestibus albis, qui & dixerunt, Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cœlum? hic Iesus qui assumptus est à vobis in cœlū, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cœlū. Tunc reuersi sunt Ierosolymā à monte qui vocatur Olueti, qui est iuxta
C Ierusalem, sabbathi habens iter. Et cum introissent, in cœnaculum ascenderunt vbi manebant Petrus & Iohannes, Iacōbus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacōbus Alphæi & Simon Zelótes, & Iudas Iacōbi. hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione cum mulieribus & Maria matre Iesu, & fratribus eius.
In diebus illis exurgens Petrus in medio fra
*nominū.1. trū, dixit (erat aūt turba hominum simul, ferè centum viginti) viri fratres, oportet impleri scripturā ‖quam prædixit Spiritus sanctus
Psal.40.c per os Dauid de Iuda, ‖qui fuit dux eorū qui
Ioan.18.a. cōprehenderunt Iesum: qui connumeratus erat in nobis & sortitus est sortem ministerij huius. ‖Et hic quidem possedit agrum de Matt.27.a.
mercede iniquitatis, & suspēsus crepuit medius: & diffusa sunt omnia viscera eius. & notum factum est omnibus habitantibus Ierusalem: ita vt appellaretur ager ille, lingua eorū, Hacel-dema, hoc est ager sanguinis. Scrī- D
ptum est enim in libro Psalmorum, ‖Fiat cō Psal.68.c
moratio eorum deserta: & non sit qui inha- *eius.4.
bitet in ea. ‖Et episcopatum eius accipiat al- Psal.108.b
ter. Oportet ergo ex his viris qui nobiscum sunt cōgregari, in omni tempore quo intrauit & exiuit inter nos Dominus Iesus, incipiens à baptismate Iohannis vsq; in diē qua assumptus est à nobis, testem resurrectionis eius nobiscum fieri vnum ex istis. Et statuerunt duos, Ioseph, qui vocabatur Bersabas, qui cognominatus est Iustus: & Mathiam. Et orantes dixerunt, Tu Domine qui corda nosti omnium, ostende quem elegeris ex his duobus vnum, accipere locum ministerij huius & apostolatus, de quo præuaricatus est Iudas vt abiret in locum suum. Et dederunt sortes eis: & cecidit sors super Mathiam, & annumeratus est cum vndecim Apostolis.

S. Effuso super discipulos Spiritu sancto die Pētecostes, admirantur Iudæi quòd omniū loquātur linguis: dicētes aūt musto plenos esse cōfutat Petrus, citata inter alia suæ concionis, prophetia Ioēl: cōpunctiq; Iudæi audito Petri consilio, conuertuntur ad Christū tria circiter millia: simulq; perseuerāt in doctrina Apostolorū, fractione panis & orationibus, habentes omnia communia. CAP. II.

ET cum cōplerentur ‖dies Pentecostes, A
erāt omnes pariter in eodem loco: ‖& Supra.1.a.
factus est repente de cœlo sonus, tan- Matth.3.c.
quam aduenientis spiritus vehementis, & re- Marci.1.b.
pleuit totam domum vbi erant sedentes. Et Lucæ.3.c.
apparuerunt illis dispertitæ linguæ tanquam Iohan.1.d.
ignis, seditq; supra singulos eorum: & reple Supra.1.a.
ti sunt omnes Spiritu sancto, & ceperunt lo- Infra.11.b.
qui varijs linguis prout Spiritus sanctus da- 19.a.
bat eloqui illis. Erant aūt in Ierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi ex omni natione quæ sub cœlo est. Facta autē hac voce cōuenit multitudo, & mente cōfusa est, quoniam audiebat vnusquisq; lingua sua illos loquentes. Stupebant aūt omnes, & mirabantur, dicētes, Nónne, ecce, omnes isti qui loquuntur, B
Galilæi sunt, & quomodo nos *audiuimus *audimus.1.
vnusquisq; linguam nostram, in qua nati sumus? Parthi, & Medi, & Aelamitæ, & qui habitant Mesopotamiā, Iudæam, & Cappadociam,

ciam, Pontum, & Asiam, Phrygiam, & Pamphiliā, Aegyptū & partes Libyæ quæ est circa Cyrénen, & aduenæ Romani, Iudæi quoque, & Proselyti, Cretes, & Arabes: *audiuimus eos loquentes nostris linguis magnalia Dei. Stupebant autē omnes, & mirabantur, adinuicem dicentes, Quidnā vult hoc esse? Alij autē irridentes dicebāt, Quia musto pleni sunt isti. Stans aūt Petrus cū vndecim, leuauit vocem suam, & locutus est eis, Viri Iudæi, & qui habitatis Ierusalem vniuersi, hoc vobis notum sit, & auribus percipite verba
C mea. Non enim, sicut vos æstimatis, hi ebrij
Ioel.2.g. sunt, cū sit hora diei tertia: sed hoc est quod dictum est per prophetā Ioel, ‖Et erit, in nouissimis diebus (dicit Dominus) effundā de Spiritu meo super omnem carnē: & prophetabunt filij vestri & filiæ vestræ, & iuuenes vestri visiones videbunt, & seniores vestri somnia somniabunt. Et quidē super seruos meos, & super ancillas meas in diebus illis effundā de Spiritu meo, & prophetabunt: & dabo prodigia in cœlo sursum, & signa in terra deorsum, sanguinem, & ignē & vaporē fu-
Rom.10.c. ni. Sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, antequā veniat dies Domini magnus & manifestus. Et erit ‖omnis quicunque inuocauerit nomen Domini, saluus erit.
D Viri Israelitæ audite verba hæc, Iesum Nazarenum virum approbatum à Deo in vobis, virtutibus & prodigijs & signis quæ fecit Deus
c.2.5. per illū in medio vestri, sicut vos scitis hūc definito consilio & præscientia Dei traditū, per manus iniquorū affigētes, interemistis. quem Deus suscitauit solutis doloribus inferni, iuxta quod impossibile erat teneri illū
Psal.15.c. ab eo. Dauid enim dicit in eum, ‖Prouidebā Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne cōmouear. Propter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meā in inferno, nec dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ: replebis me iucunditate cum facie tua.
E Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos de
3.Reg.2.b. patriarcha Dauid ‖quoniam *defunctus est, *c.4. & sepultus est: & sepulchrum eius est apud nos, vsque in hodiernum diem. Propheta
Psal.131.c. igitur cum esset, & sciret quia iureiurando, iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius: prouidens locutus est
Psa.15.c. de resurrectione Christi quia ‖neque dere-
Infra.13.c. lictus est in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Iesum recusitauit Deus, cuius omnes nos testes sumus. Dextera igi-
*hoc donum quod tur Dei exaltatus, & promissione Spiritus sancti accepta à Patre, effudit *hunc quē vos videtis & auditis. Non enim Dauid ascendit in cœlum: dicit autem ipse, ‖Dixit Dominus Psa.109.a
Domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellū pedum tuorum. Certissimè sciat ergo omnis domus Israel quia & Dominum eum, & Christum fecit Deus, hunc Iesum, quē vos crucifixistis. His F
autem auditis compuncti sunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apostolos, Quid faciemus viri fratres? Petrus verò ad illos, Pœnitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnusquisq; vestrū in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum: & accipietis donum Spiritus sancti. Vobis enim est repromissio, & filijs vestris, & omnibus qui longè sunt, quoscunque aduocauerit Dominus Deus noster. Alijs etiam verbis plurimis testificatus est, & exhortabatur eos. dicens, Saluamini à generatione ista prua. Qui ergo receperūt sermonē eius, baptizati sunt: & appositæ sunt in die illa animæ circiter tria millia. Erant autē perseuerantes in
doctrina Apostolorum, & communicatione
fractionis panis, & orationibus. Fiebat aūt, G
omni animæ timor: multa quoq; prodigia &
& signa per Apostolos in Ierusalē fiebant, &
metus erat magnus in vniuersis. Omnes etiā qui credebant, erāt pariter, & habebāt omnia communia. Possessiones & substantias vēdebant, & diuidebant illa omnibus, prout cuique opus erat. Quotidie quoq; perdurātes vnanimiter in tēplo, & frāgentes circa domos panē, sumebant cibū cum exultatione & simplicitate cordis, collaudantes Deum, & habētes gratiā ad omnē plebem. Dominus autem augebat qui salui fierēt quotidie in idipsum.

S. Petrus cum Iohanne claudū à matris utero sanat, ac docet ipsos id fecisse per fidē nominis Christi, quē ostendit esse Messiā promissum per Moysen & prophetas ipsique Abrahæ.

CAP. III.

PETRUS autem & Iohānes ascendebant A
in templum, ad horā orationis nonam.
Et quidam vir qui erat claudus ex utero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosinam ab introeuntibus in templum, Is cum vidisset Petrum & Iohannē incipiētibus introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet. Intuens autē in eum Petrus cum Iohanne, dixit, Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperans se aliquid accepturū ab eis. Petrus autē dixit, Argentū & aurum nō est mihi: quod aūt habeo, hoc tibi do: In nomine Iesu Christi Nazareni surge, & ambula. Et apprehēsa manu eius dextra, allegauit eum, & protinus cōsolidatæ sunt bases eius & plātæ. Et exiliens stetit, &

Uniuersidad de Deusto Biblioteca

tit, & ambulabat: & intrauit cum illis in tem
B plū ambulans, & exiliens, & laudans Deum.
Et vidit omnis populus eum ambulantē, &
laudantem Deum. Cognoſcebant autem il-
lum quòd ipſe erat qui ad eleemoſinam ſede
bat ad Specioſam portam templi : & im-
pleti ſunt ſtupore & extaſi in eo quod con-
*viderent tigerat illi. Cum"teneret'autē Petrum & Io-
hannem, cucurrit omnis populus ad eos ad
porticum quæ appellatur Salomonis, ſtupen
tes. Videns autem Petrus, reſpondit ad popu
lum, Viri Iſraelitæ quid miramini in hoc, aut
nos quid intuemini, quaſi noſtra virtute aut
"poteſtate "pietate' fecerimus hunc ambulare? Deus A-
braham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob, Deus
patrum noſtrorum glorificauit filium ſuum
Ieſum, quem vos quidem tradidiſtis & nega
D ſtis ante faciem Pilati, iudicante illo dimitti.
Matt. 27.c ‖Vos autem ſanctum & iuſtum negaſtis, &
Marc. 15.b Luc. 23.c. petiſtis virum homicidam donari vobis: au-
Ioan. 81.g. thorē verò vitæ interfeciſtis, quē Deus ſuſ-
citauit à mortuis, cuius nos teſtes ſumus. Et
"vidiſtis in fide nominis eius, hunc quem vos "vide-
tis'& noſtis, confirmauit nomen eius: & fi-
*illi. 1. des quæ per eum eſt, dedit*integram ſanita-
tem iſtam in conſpectu omnium veſtrum.
Et nunc fratres ſcio quia per ignorantiā fe-
"quæ. 5. ciſtis, ſicut & principes veſtri. Deus autē"qui'
prænūtiauit per os omnium prophetarum,
pati Chriſtum ſuum, ſic impleuit. Pœnitemi
ni igitur & cōuertimini, vt deleantur pecca-
ta veſtra : vt cum venerint tempora refrige-
rij à conſpectu Domini, & miſerit eum qui
prædicatus eſt vobis Ieſum Chriſtum, quem
oportet quidē cœlum ſuſcipere vſque in tem
pora reſtitutionis omnium, quæ locutus eſt
Deus per os ſanctorum ſuorū, à ſæculo, pro-
Deut. 18.c. phetarum. Moyſes quidem dixit, ‖Quoniam
prophetam ſuſcitabit vobis Dominus Deus
veſter de fratribus veſtris tanquā me: ipſum
audietis iuxta omnia quæcunq; locutus fue-
rit vobis. Erit autem: omnis anima quæ non
audierit prophetam illum, exterminabitur
de plebe. Et omnes prophetæ à Samúel, &
*&. 5. deinceps qui locuti ſunt, *annuntiauerunt
dies iſtos. Vos eſtis filij prophetarum & te-
ſtamenti quod diſpoſuit Deus ad patres no-
Gen. 12.c. ſtros, dicens ad Abraham, ‖Et in ſemine tuo
benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis
primum Deus ſuſcitans Filium ſuum, miſit
eum benedicentem vobis: vt conuertat ſe v-
nuſquiſque à nequitia ſua.

S. *Apoſtoli poſt recluſionem in cuſtodia exami nati de claudi curatione, oſtēdunt in ſolo Chri ſto lapide angulari eſſe ſalutē, nec principibus contra Dei iuſſum obtēperant ceſſando à doctrina nominis Chriſti: dimiſſi verò & orantes accipiunt ſigna dati Spiritus ſancti: nullus ipſorum quicquam proprium habebat, ſed ſuis diuenditis faciebat pretium eſſe commune, ſicut fecit Barnabas diuendito agro ſuo.*

CAP. IIII.

LOquentibus autem illis ad populum, A
ſuperuenerunt ſacerdotes & magiſtra
tus tēpli & Sadducæi dolentes quòd
docerent populū, & annuntiarent in"Ieſum' "Ieſu. 7.
reſurrectionem ex mortuis: & iniecerunt in
ēos manus, & poſuerunt eos in cuſtodiam in
craſtinum. erat enim iam veſpera. Multi au-
tem eorum qui audierant verbum, credide-
runt: & factus eſt numerus virorum quinque
millia. Factum eſt autem in craſtinum vt cō
gregarentur principes eorum, & ſeniores &
Scribæ in Ieruſalem, & Annas princeps ſa- B
cerdotum, & Caiphas, & Iohannes, & Ale-
xander, & quotquot erāt de genere ſacerdota
li. Et ſtatuentes eos in medio, interrogabant,
In qua virtute aut in quo nomine feciſtis
hoc vos? Tūc repletus Spiritu ſancto Petrus,
dixit ad eos, Principes populi & ſeniores**. *Iſrael. 3. *audite.
Si nos hodie dijudicamur in benefacto ho-
minis infirmi, in quo iſte ſaluus factus eſt,
notum ſit omnibus vobis & omni plebi Iſ-
rael, quia in nomine Ieſu Chriſti Nazareni
quem vos crucifixiſtis, quem Deus ſuſcitauit
à mortuis, in hoc iſte aſtat corā vobis ſanus.
‖Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à vobis ædi Pſal. 117.d.
ficantibus, qui factus eſt in caput anguli: & Matt. 21.d.
non eſt in alio aliquo ſalus. Nec enim aliud Marci. 12.a. Luc. 20.c.
nomen eſt ſub cœlo datū hominibus, in quo Iſai. 28.d. 1. Pet. 2.a.
oportcat nos ſaluos fieri. Videntes autem Pe Rom. 9.g.
tri cōſtantiam & Iohannis, comperto quòd C
homines eſſent ſine literis & idiótæ, admira-
bantur, & cognoſcebant eos quoniam cum
Ieſu fuerant: hominem quoque videntes ſtā-
tem cum eis qui curatus fuerat, nihil poterāt
contradicere. Iuſſerunt autem eos foras ex-
tra concilium ſecedere: & conferebant ad in-
uicem, dicentes, Quid faciemus hominibus
iſtis? quoniā quidem notum ſignum factum
eſt per eos, omnibus habitātibus Ieruſalem
manifeſtum eſt, & nō poſſumus negare. Sed
ne amplius diuulgetur in populum, commi-
nemur eis ne vltrà loquātur in nomine hoc
vlli hominum. Et vocantes eos, denuntiaue D
runt ne omnino loquerentur, neque doce
rent in nomine Ieſu. Petrus verò & Iohan-
nes reſpondentes dixerunt ad eos, Si iuſtum
eſt in cōſpectu Dei, vos potius audire quàm
Deum, iudicate. non enim poſſumus quæ vi
dimus & audiuimus non loqui. At illi com-
minantes, dimiſerunt eos: non inuenientes
quomodo punirent eos, propter populum,
quia omnes clarificabāt id quod factum fue-
rat, in eo quod acciderat. Annorum enim e-
rat amplius quadraginta homo in quo facti
fuerat

E fuerat ſignum iſtud ſanitatis. Dimiſsi autem
venerunt ad ſuos: & annuntiauerūt eis quan
ta ad eos principes ſacerdotum & ſeniores di
xiſſent, qui cum audiſſent vnanimiter leua-
uerunt vocem ad Deum, & dixerunt, Do-
*Deus. 2. mine, tu *qui feciſti cœlum & terram, ma-
re, & omnia quæ in eis ſunt, qui Spiritu ſan-
cto per os patris noſtri Dauid pueri tui di-
Pſalm. 2.a. xiſti, ‖Quare fremuerunt Gentes, & populi
meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ,
& principes conuenerunt in vnum aduer-
ſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius?
Conuenerunt enim vere in ciuitate iſta ad-
uerſus ſanctum puerum tuum Ieſum, quem
vnxiſti, Heródes, & Pontius Pilatus, cū Gen
tibus & populis Iſrael, facere quæ manus tua
▷. 6. & conſilium▷tuū'decreuerunt fieri. Et nunc
F Domine reſpice in minas eorum, & da ſeruis
tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum,
in eo quod manum tuā extendas ad ſanitates
& ſigna & prodigia fieri per nomē ſancti filij
tui Ieſu. Et cum oraſſent, motus eſt locus in
quo erant congregati: & repleti ſunt omnes
Spiritu ſancto, & loquebantur verbū Dei cū
fiducia. Multitudinis autem credentium erat
▷. 5. cor ▷vnū' & anima vna: nec quiſquā eorum
quæ poſsidebat aliquid ſuū eſſe dicebat, ſed
G erāt illis omnia cōmunia. Et virtute magna
reddebāt Apoſtoli teſtimoniū reſurrectionis
▷. 5. Ieſu Chriſti Domini ▷noſtri': & gratia ma-
gna erat in omnibus illis. Neq; enim quiſquā
egens erat inter illos. Quotquot enim poſſeſ
ſores agrorum aut domorum erant, venden-
tes afferebant pretia eorum quæ vendebant,
& ponebant ante pedes Apoſtolorum. Diui
debatur autem ſingulis prout cuique opus
"Barſabas erat, Ioſeph autē qui cognominatus eſt "Bar
nabas'ab Apoſtolis, (quod eſt interpretatū,
filius conſolationis) Leuites, Cyprius gene-
re cum haberet agrū, vendidit eum, & attulit
pretium, & poſuit ante pedes Apoſtolorum.

S. *Ananias & vxor ſua Sapphira agro diuendito pretij partē ſibi ſeruant, quod tamen interrogante Petro factum eſſe negant: quā ob cauſam ad verbum Petri vxor poſt maritū ſubita morte percutitur: multa per apoſtolos & maxime per Petrum fiunt ſigna, ipſiq; in cuſtodia recluſi ab angelo educuntur, & rurſum apprehenſi nō cōſentiunt vt à prædicatione nominis Chriſti ceſſent: Gamalielis autem conſilio cæſi dimittuntur, gaudentes quòd pro Chriſti nomine cædi meruiſſent, quē continuè annuntiant.*

CAP. V.

A VIr autem quidam nomine Ananias
cum Sapphira vxor ſua vendidit a-
grum, & fraudauit de pretio agri, cō
ſcia vxore ſua: & afferens partem quandam,
ad pedes Apoſtolorum poſuit. Dixit autem
Petrus, *Anania, cur tētauit ſatanas cor tuū, *ad Ananiam. *ad eum. 4.
mentiri te Spiritui ſancto, & fraudare de pre
tio agri? Nónne manens tibi manebat, & ve-
núndatū in tua erat poteſtate? Quare poſui-
ſti in corde tuo hācrem? Nō es mentitus ho-
minibus, ſed Deo. Audiens autē Ananias hæc
verba, cécidit, & expirauit. Et factus eſt timor
magnus ſuper omnes qui audierunt. Surgen
tes aūt iuuenes amouerunt eum, & efferētes
ſepelierunt. Factum eſt autem quaſi horarū B
trium ſpatium, & vxor ipſius, neſciens quod
factum fuerat, introiuit. Reſpondit autem ei
Petrus, Dic mihi▷mulier', ſi tāti agrum ven- ▷. 6.
didiſtis? At illa dixit, Etiam, tanti. Petrus au-
tem ad eam, Quid vtiq; conuenit vobis ten-
tare Spiritum Domini? Ecce, pedes eorum
qui ſepelierunt virum tuū, ad oſtium, & effe
rent te. Confeſtim cécidit ante pedes eius, &
expirauit. Intrantes autem iuuenes, inuene-
runt illam mortuam: & extulerunt, & ſepeli-
erūt ad virum ſuum. Et factus eſt timor mag
nus in vniuerſa eccleſia, & in omnes qui au-
dierunt hæc. Per manus autem Apoſtolorū
fiebant ſigna & prodigia multa in plebe. Et C
erant vnanimiter omnes in porticu Salomo
nis. Cæterorum autem nemo audebat ſe con
iungere illis: ſed magnificabat eos populus.
Magis autem augebatur credentium in Do-
mino multitudo virorum ac mulierū: ita vt
in plateas eijcerent infirmos, & ponerent in
lectulis ac grabâtis, vt veniente Petro ſaltem
vmbra illius obumbraret quēquam illorum,
▷ & liberarentur omnes ab infirmitatibus ▷. 5.
ſuis'. Cōcurrebat autem & multitudo vicina
rum ciuitatum Ieruſalem, afferentes ægros &
vexatos à ſpiritibus immundis: qui curaban-
tur omnes. Exurgens autem princeps ſacer- D
dotum & omnes qui cum illo erant, quæ eſt
hæreſis Sadducæorum, repleti ſunt zelo: &
iniecerunt manus in Apoſtolos, & poſuerūt
eos in cuſtodia publica. Angelus autem Do-
mini per noctem aperiens ianuas carceris, &
educens eos dixit, Ite: & ſtantes loquimini in
tēplo plebi omnia verba vitæ huius. Qui cū
audiſſent, intrauerunt diluculo in templū, &
docebāt. Adueniens autem princeps ſacerdo
tum & qui cum eo erant, cōuocauerunt cō-
cilium & omnes ſeniores filiorum Iſrael: &
miſerunt ad carcerem vt adducerētur. Cum
aūt veniſſent miniſtri, & aperto carcere non
inueniſſent illos: reuerſi nuntiauerunt, dicē-
tes, Carcerē quidē inuenimus clauſum cum
omni diligentia, & cuſtodes ſtantes ante ia-
nuas: aperientes autem neminem intus inue-
nimus. Vt aūt audierunt hos ſermones magi E
ſtratus tēpli & principes ſacerdotum, ambi-
gebāt de illis quidnā fieret. Adueniens autē
quidā nuntiauit eis, Quia ecce viri quos po-
ſuiſtis

fuistis in carcerem, sunt in templo stantes, & docentes populum. Tunc abijt magistratus cum ministris, & adduxit illos sine vi. timebant enim populum ne lapidarentur. Et cum adduxissent illos, statuerunt in cõcilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens, Præcipendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Ieru salẽ doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinẽ hominis istius. Respõdens aũt F Petrus & Apostoli, dixerunt, Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Deus patrum nostrorum suscitauit Iesum, quem vos interemistis suspendẽtes in ligno. Hũc principem & saluatorem Deus exaltauit dextera sua, ad dandã pœnitentiã Israeli, & remissionem peccatorum. & nos sumus testes horũ verborum, & Spiritus sanctus, quẽ dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Hæc cum audissent, dissecabantur: & cogitabant interficere illos. Surgens autem quidã in concilio Pharisæus nomine Gamaliel, legisdoctor honorabilis vniuersæ plebi, iussit G *pusillum foras Apostolos secedere.5.* foras ad breue homines fieri': dixitq; ad illos, Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theodas, dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorum, qui occisus est: & omnes qui credebant ei dissipati sunt, & *redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilæus in diebus professionis, & auertit populum post se, & ipse perijt: & omnes quotquot consenserunt ei, dispersi sunt. Et nunc ▷itaq; dico vobis, discedite ab hominibus istis, & sinite illos: quoniã si est ex hominibus consilium hoc aut opus, dissoluetur: si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere eos, ne fortè & Deo repugnare inueniamini. Consenserunt autem illi. Et conuocantes Apostolos, cæsis denuntiauerunt ne loquerentur in nomine Iesu, & dimiserunt eos. Et illi quidem ibant gaudentes à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati. Omni aũt die nõ cessabant in tẽplo & circa domos docentes & euangelizantes Christum Iesum.

redacti est.10.

▷.1.

S. Electio septem Diaconorum, crescente indies credentium numero: Stephani vehementia cum signis & prodigijs, in quem plurimi insurgunt Iudæi, cumque eum non possent conuincere, falsis testibus nituntur opprimere.

CAP. VI.

A IN diebus autem illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quòd despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Cõuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum dixerunt, Non est æquum, nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Consyderate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto & sapiẽtia, quos cõstituamus super hoc opus. Nos verò, orationi & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit ser- B mo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenũ fide & Spiritu sancto, & Philippum, & Próchorum, & Nicánorem, & *Timônem', & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orãtes imposuerunt eis manus. Et verbum *Dei crescebat: & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiam turba sacerdotum obediebat fidei. Stephanus C autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia, disputantes cum Stephano: & nõ poterant resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur. Tunc summiserunt viros, qui dicerent se audiuisse eum dicentem verba blasphemiæ in Moysen & Deum. Commouerunt itaque plebem, & seniores, & Scribas: & D concurrentes rapuerunt eum, & adduxerunt in concilium, & statuerunt falsos testes qui dicerent, Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctum & legẽ. audiuimus enim eum dicentem, quoniam Iesus Nazarenus hic, destruet locum istum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Et intuentes eum omnes qui sedebant in cõsilio, viderunt faciem eius tãquam faciem angeli.

Timothæũ 12.

Domini

S. Stephanus data respõdendi facultate multa refert de pacto Dei cum Abraham eiusq; minoribus, de Moyse & egressione filiorum Israël ex Ægypto, de tabernaculo testimonij & templo per Salomonem ædificato. Iudæos reprehendens quod ipsi & patres eorum spiritui sancto semper restiterint: quum autẽ diceret se Iesum à dextris Dei videre, lapidatur, testibus vestimenta ad pedes Sauli deponentibus: oratq; pro lapidantibus

CAP. VII.

DIxit autem princeps sacerdotum, Si A hæc ita se habẽt? Qui ait, Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cum esset in Mesopotamia, prius quam moraretur in Charan, & dixit ad illum, ‖Exi de terra tua, & de co- Gene.12.a
gnatione tua, & veni in terram quam monstrauero tibi. Tũc exijt de terra Chaldæorũ, & habitauit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater eius, transtulit illum in terram istam, in qua nunc vos habitatis. Et nõ dedit

dedit illi hæreditatem in ea nec passum pedis: *& *repromisit dare illi eam in possessionem, & semini eius post ipsum, cùm non haberet filiũ. Locutus est autẽ ▷ei' Deus, ‖ Quia erit semã eius accola in terra aliena, & seruituti eos subijciẽt, & malè tractabũt eos annis quadringentis: & gentẽ cui seruierint, iudicabo ego *dixit Deus'. & post hæc exibũt, & seruiẽt mihi in loco isto. ‖Et dedit illi testamentum circunciſionis, & sic genuit Isaac B ‖& circuncîdit eum die octauo: & ‖Isaac, Iacob: & ‖Iacob, duodecim Patriarchas. Et Patriarchæ æmulantes, ‖Ioseph vẽdiderunt in Aegyptum. Et erat Deus cum eo: & eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius. ‖& dedit ei gratiam & sapientiam in cõspectu Phiraonis regis Aegypti, & constituit eum præpositum super Aegyptum & super omnẽ domum suã. Venit autem fames in vniuersam Aegyptum & Chanáan, & tribulatio magna: & non inueniebant cibos patres nostri. ‖Cùm audisset autẽ Iacob esse frumentum in Aegypto, misit patres nostros primùm: & ‖in secundo cognitus est Ioseph à fratribus suis, & manifestatum est Pharaoni genus eius. Mittés autẽ Ioseph, accersiuit Iacob patrẽ suum, & omnẽ cognationẽ *in animabus septuagintaquinque. ‖Et descendit Iacob in Aegyptũ: & ‖defunctus est ipse & patres nostri. ‖Et translati sunt in Sichẽ, & positi sunt in sepulchro ‖quod emit, Abraham pretio argenti à filijs Hemor filij Sichem. Cùm autẽ C appropinquaret tempus promissionis, quam cõfessus erat Deus Abrahæ, ‖creuit populus & multiplicatus est in Aegypto, quoadusque surrexit alius rex in Aegypto qui non sciebat Ioseph. Hic circunueniẽs genus nostrũ, afflixit patres nostros: vt exponerent infantes suos, ne viuificarentur. ‖Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui. Exposito autẽ illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi in filium. Et eruditus est Moyses omni sapiẽtia Aegyptiorũ: & erat potens in verbis & in operibus suis. Cùm autẽ impleretur ei quadraginta annorum tempus, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios Israel. ‖Et cũ vidisset quẽdam iniuriam patientem, vindicauit illum: & fecit vltionem ei qui iniuriam sustinebat, percusso Aegyptio. Existimabat autẽ intelligere fratres quoniam Deus per manum ipsius daret salutem illis: at illi non intellexe- D runt. ‖Sequenti verò die apparuit illis litigãtibus: & reconciliabat eos in pace, dicẽs, Viri, fratres estis, vt quid nocetis alterutrum? Qui autem iniuriam faciebat proximo repulit eum, dicens, Quis te constituit principẽ & iudicem super nos? nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Aegyptium? Fugit autem Moyses in verbo isto: & factus est aduena in Terra-Madian, vbi genauit filios duos. Et expletis annis quadraginta, ‖apparuit illi in deserto montis Exod.3.a. Sina angelus in igne flammæ rubi. Moyses autem videns, admiratus est visum. Et accedente illo vt consyderaret, facta est ad eum vox Domini, *Ego sum Deus patrum tuo- *dicens rum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moyses: non audebat consyderare. Dixit autem illi Dominus, Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Aegypto, & gemitum eorum audiui, & descendi liberare eos. Et nunc veni, ▷ & ' mittam te in ▷.5. Aegyptum. Hunc Moysen quem negauerunt, dicentes, Quis te constituit principem E & ducem? hunc Deus principem & redemptorem misit, cum manu angeli qui apparuit illi in rubo. ‖Hic eduxit illos faciens prodi- Exod.7.8. gia & signa in terra Aegypti, & in rubro ma- 9.10.11. ri, & ‖in deserto annis quadraginta. Hic est 14. Exod.16.a Moyses qui dixit filijs Israel, ‖Prophetam Deut.18.c suscitabit vobis Deus de fratribus vestris tãquam me: ipsum audietis. ‖Hic est qui fuit in Exod.19.a. ecclesia in solitudine, cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris: qui accepit verba vitæ dare nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri: sed repulerunt, & auersi sunt cordibus suis in Aegyptum, dicentes ad Aaron, ‖Facnobis Deos Exod.32.a qui præcedant nos: *Moyses enim hic' qui e- *Moysi enim huic. duxit nos de terra Aegypti, nescimus quid factum sit ei. Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabantur in operibus manuum suarum. Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire militiæ cæli, sicut scriptum est in libro Prophetarum, ‖Nunquid victimas & ho- Amos.5.g stias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel? Et suscepistis ta- F bernaculum Moloch, & sydus dei vestri Rempham, figuras quas feciſtis, adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem. Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, sicut disposuit ▷ Deus', ‖loquens ▷.4. ad Moysen vt faceret illud secundum for- Exo.25.d. mam quam viderat. ‖Quod & induxerunt, Heb.8.b. Ios.3.c.d. susciꝑientes patres nostri cum Iesu in pos- 1.Re.16.c. sessionem gentium, quas expulit Deus à facie patrum nostrorum, ‖vsque in diebus Psal.131.a. Dauid, qui inuenit gratiam ante Deum, & ‖petijt vt inueniret tabernaculum Deo 1.Para.17.c Iacob. ‖ Salomon autem ædificauit illi 3.Reg.6.a domum. Sed non Excelsus in manufactis habitat*

Universidad de Deusto
Biblioteca

habitat, sicut *propheta' dicit. ‖ Cœlum mihi sedes est: terra autẽ, scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ est? Nónne manus mea fecit hæc omnia? Dura ceruice, & in circuncisis cordibus & auribus, vos semper Spiritui sancto *resistitis': sicut patres vestri, & vos. Quem prophetarum non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt G eos qui prænuntiabant de aduentu Iusti, cuius vos nũc proditores & homicidiæ fuistis: qui accepistis legem in dispositione angelorum, & non custodistis. Audientes autem hæc dissecabãtur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Cum autem esset plenus Spiritu sancto intendens in cœlum, vidit gloriam Dei, & Iesum stantem à dextris Dei. Et ait, Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris * Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetum fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem, lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis qui vocabatur Saulus. Et lapidabant Stephanum inuocantem, & dicentem, Domine Iesu, suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna, ▷ dicens,' Domine, ne statuas illis hoc peccatum. Et cũ hoc dixisset, obdormiuit*. Saulus autem erat consentiens neci eius.

*per prophetam. Infra. 17. f. Isaiæ. 66. a

*resistitis

▷ 3.

*in Domino

S. In persecutione dispergũtur omnes præter Apostolos, Saulo deuastante ecclesiam: Philippus plurimos in Samaria conuertit, & in his Simonem magum baptizat: missi ab Apostolis Petrus & Iohannes: oratione ac manuum impositione impetrant credentibus Samaritanis spiritum sanctum: Simon autem volẽs spiritus sancti dationem pecunia emere, durè à Petro corripitur: Philippus ab angelo mittitur ad Eunuchum, quem vbi credentem baptizasset, à spiritu raptus defertur in Azôtum.

CAP. VIII.

A FActa est autem in illa die persecutio magna in ecclesia: quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos. Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Saulus autem deuastabat ecclesiam: per domos intrãs, & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam. Igitur qui dispersi erant pertran- *Dei. sibant, euangelizantes verbum *. Philippus autem descendens in ciuitatẽ Samariæ, prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quæ faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus B immundos, clamantes voce magna exibant. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate. Vir autem quidam nomine Simon, qui antè fuerat in ciuitate magus, seducens gentem Samariæ, dicens se esse aliquem magnum: cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes, Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna. Attendebant autem eum, propter quòd multo tempore magicis suis * demetasset eos. Cum verò credidissent Philippo euangilizanti de regno Dei "&' nomine Iesu Christi, baptizabantur viri ac mulieres. Tunc Simon & ipse credidit: & cum baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videntes etiam signa & virtutes maximas C fieri, stupens admirabatur. Cum autem audissent Apostoli, qui erant in Ierosolymis, quod recepisset Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum & Iohannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent Spiritum sanctum, Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum sanctum. Quum vidisset autem Simo quia per impositionem manus Apostolorũ, daretur Spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens, Date & mihi hanc potestatem, D vt cuicunque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neq; sors in sermone isto, cor enim tuum non est rectum coram Deo. Penitentiam itaq; age ab hac nequitia tua: & roga Deũ, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autem Simon, dixit, Præcamini vos pro me ad Dominum vt nihil veniat super me horum quæ dixistis. Et illi quidem E testificati & locuti verbum Domini, rediebant Ierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum euangelizabant. Angelus autem Domini locutus est ad Philippum, dicens, Surge, & vade contra meridianum, ad viam quæ descendit ab Ierusalem in Gazam: hæc est deserta. Et surgens abijt. Et ecce, vir Aethiops, eunûchus, potens "Candaces, reginæ Aethiopũ, qui erat super omnes gazas eius: venerat adorare in Ierusalem: & reuertebatur sedens super currum suum, legensque Isaiam prophetam. Dixit autem Spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrens autem Philippus, audiuit eum legentem Isaiam Prophetam, & dixit,

*aribus.9

"in.

"Candacis.18

dixit, Putásne intelligis quæ legis? Qui ait, Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitque Philippum vt ascenderet, & sederet secum. Locus autẽ scripturæ quam Isiæ. 53. c. legebat, erat hic, ‖ Tanquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate iudicium eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit, quoniã *tollitur de terra vita eius? Respõdens autem eunûchus Philippo, dixit, Obsecro te, de quo propheta dicit hoc: de se, an de alio aliquo? Aperiens aũt Philippus os suũ, & incipiens à scriptura ista, euãgelizauit illi Iesum. Et dũ irent per viam, venerunt ad quandã aquã: & G ait eunûchus, Ecce aqua, *quis' prohibet me baptizari? Dixit aũt Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait, Credo filium Dei esse Iesum Christũ. Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquã. Philippus & eunûchus, & baptizauit eum. Cùm autem ascendissent de aqua, Spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius nõ vidit eum eunûchus. Ibat autem per viã suam gaudens. Philippus autem inuentus est in Azóto: & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

*tollitur. 1.

*quid.1.

S. Admirãda Sauli persecutoris conuersio, Domino ei apparente, & Anania ad ipsum misso, à quo baptizatus cœpit Damasci acerrimè tueri Iesum esse Christum: discipuli verò ipsum demittunt per murum propter Iudæorum insidias: quem Barnabas Ierosolymis ducit ad Apostolos, vnde rursum propter insidias dimittitur Tarsum. Petrus Liddæ sanat Æneam paralyticum, & in Ioppe Tabitham resuscitat.

CAP. IX.

A SAulus autem adhuc spirans minarum Galat. 1. c. & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagógas: vt siquos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalem. Et cùm iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subitò circũfulsit eum lux de cœlo. Et 1. Cor. 15. b cadens in terram, audiuit vocem dicentem 1. Cor. 12. a sibi ‖ Saule, Saule, quid me persequeris? Qui dixit, Quis es Domine? Et ille, Ego sum Iesus, quem tu persequeris. durum est tibi contra stimulum calcitrare. Et tremẽs ac stupẽs dixit, Domine quid me vis facere? Et Dominus ad eum, Surge, & ingredere ciuitatem, & B dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri aũt illi qui comitabantur cum eo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisque oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerunt Damascum. Et erat *tribus diebus non videns, & non manducauit neque bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visu Dominus, Anania. At ille ait, Ecce ego Domine. Et Dominus ad eum, Surge, & vade in vicum qui vocatur rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine, Tarsensem. ecce enim orat. (Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntem & imponentem sibi manus vt visum recipiat.) Respondit autem A- C nanias, Domine, audiui à multis de viro hoc, quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem. & hic habet potestatem à principibus sacerdotum alligandi omnes qui inuocant nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus, Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Israel. ego enim ostendam illi quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit, Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas, & implearis Spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit. & surgens baptizatus est. Et cùm accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis qui erant Damas- D ci, per dies aliquot. Et continuò ingressus "in synagogas, prædicabat' Iesum quoniam hic est filius Dei: Stupebant autem omnes qui audiebant, & dicebant, Nónne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multò magis conualescebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. ‖ Cùm autem implerentur dies 2. Cor. 11. g multi, consilium fecerunt Iudæi vt eum interficerent. Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli *nocte, per murum demiserunt eum, submittentes in sporta. Cùm autem venisset in Ierusalem, tenta- E bat se iungere discipulis, & omnes timebant eum, nõ credentes quod esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum duxit ad Apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominũ, & quia locutus est ei, & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu. Et erat cum illis intrans & exiens in Ierusalem, & fiducialiter agens in nomine Domini. Loquebatur quoque Gentibus: & disputabat cum Græcis: illi autem quærebant

*ibi

"in synagogis prædicabat. 8.

*eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

bāt occidere eum. Quod cùm cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsarêam, & dimiserunt Tarsum.

Ecclesia quidem per totā Iudæā, & Galilæam & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & cōsolatione sancti Spiritus replebatur. Factum est autem, vt Petrus dum trāsiret vniuersos, deuenerit ad sanctos qui habitabant Lyddæ. In- F uênit autem ibi hominem quendam, nomine Aeneam, ab annis octo iacentem in grabato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus, Aenea, *sanat. 5. "sanet'te Dominus Iesus Christus: surge, & sterne tibi. Et continuò surrexit. Et viderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: qui cōuersi sunt ad Dominum. In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha. quæ interprætata dicitur dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemosinis quas faciebat. Factum est autē in diebus illis vt infirmata morereturr. Quam cū lauissent, posuerunt eam in cœnaculo. Cùm autē propè esset Lydda ab Ioppe, discipuli audientes quia Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogātes, Ne pigriteris venire vsq; ad nos. Exurgēs autē Petrus venit cum illis. G Et cùm aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum: & circunsteterunt illū omnes viduæ flētes, & ostēdentes ei tunicas & vestes quas faciebat illis Dorcas. Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit: & cōuersus ad corpus, dixit, Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos: & viso Petro resedit. Dās autem illi manum, erexit eam. Et cùm vocasset sanctos & viduas. assignauit eam viuam. Notum autem factum est per vniuersam Ioppen: & crediderunt multi in Domino. Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simônem quendā coriarium.

S. *Iussu angeli accersit Cornelius centurio Petrū, qui per lintei visionem admonitus Gentes ad Euangelium admittendas esse, venit ad illum: quumq; super omnes verbū eius de Christo audiētes Spiritus sanctus descēdisset, iussit eos baptizari.*

CAP. X.

A VIr autē quidā erat in Cæsaréa, nomine Cornelius, cēturio cohortis quæ dicitur Italica, religiosus ac timens Deum cum omni domo sua, faciēs eleemosynas multas plebi. Et deprecās Deū semper, is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, angelum Dei introeuntem ad se, & dicētem sibi, Cornéli, At ille intuens eum, timore correptus dixit, Quis es Domine? Dixit autem illi, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriā in cōspectu Dei. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accersi Simônem quēdam qui cognominatur Petrus. hic hospitatur apud Simônem quēdam coriarium, cuius est domus iuxta mare. hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et cùm discessisset angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militē metuentē Dominum ex his qui illi parebant. Quibus cùm narrasset omnia, misit illos in Ioppen. Postera au- B tem die iter illis faciētibus, & appropinquātibus ciuitati, ascēdit Petrus in superiora, vt oraret, circa horam sextam. Et cùm esuriret, voluit gustare. Parantibus autē illis, cēcidit super eum mentis excessus: & vidit cœlum apertū, & descendens vas quoddā velut linteum magnū, quatuor initijs submitti de cœlo in terrā, in quo erāt omnia quadrupedia & serpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta est vox ad eum, Surge Petre: occīde, & manduca. Ait autē Petrus, Absit Domine, quia nunquā manducaui omne cōmune & immundum. *quod Et vox iterum secundò ad eum, "Quæ' Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc autem factum est per ter. Et statim recepum est vas in cœlum.

Et dum intra se hæsitaret Petrus quidnā C esset visio quam vidisset, ecce, viri qui missi erant à Cornelio, inquirentes domum Simônis, astiterunt ad ianuam. Et cùm vocassent, interrogabant si Simôn qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium. Petro autem cogitante de visione, dixit Spiritus ei, Ecce viri tres quærunt te. Surge itaque, & descende, & vade cum eis, nihil dubitās: quia ego misi illos. Descendens autem Petrus ad viros, dixit, Ecce, ego sum quē quæritis. quæ causa est propter quā venistis? Qui dixerunt, Cornelius cēturio, vir iustus & timēs Deū, D & testimonium habens ab vniuersa gēte Iudæorum, responsum accepit ab angelo sancto accersire te in domum suā, & audire verba abs te. Introducens ergo eos, recepit hospitio. Sequenti autem die surgens, profectus est cum illis: & quidam ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum. Altera autem die introiuit Cæsarêam. Cornelius verò expectabat illos, conuocatis cognatis suis & necessa- *eum rijs amicis, Et factum est, cùm introisset Petrus, obuius venit ei Cornelius: & prócidens ad pedes eius adorauit*. Petrus verò eleuauit eum, dicēs, Surge, & ego ipse homo sum. Et loquēs cum illo intrauit, & inuenit multos qui cōuenerant, dixitq; ad illos, Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenam: sed mihi ostendit Deus, neminem cōmunem aut im- E mundum dicere hominē. propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo, quā ob causam accersistis me? Et Cornelius ait,

ait, A nudiusquarta die, vsq; ad hanc horā, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste cādida, & ait, Cornéli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ commemoratæ sunt in conspectu Dei. Mitte ergo in Ioppen, & accersi Simônē qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simônis coriarij iuxta mare. Confestim ergo misi ad te, & tu benefeci sti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus, audire omnia quæcunq; tibi præcepta sunt à Domino. Aperiens autem Petrus Deut. 10. d 2. Par. 19. c os suum, dixit, In veritate comperi ‖ quia non est personarum acceptor Deus: sed in Iob. 34. b. Sapi. 6. b. Eccle. 35. b Roma. 2. b omni gente, qui timet eum, & operatur iustitiam, acceptus est illi. Verbum misit Deus filijs Israel, annuntians pacē per Iesum Christum: (hic est omnium Dominus.) Vos scitis, Galat. 2. b. Ephe. 6. b. Coloss 3. d 1. Petri. 1. c. Lucæ. 4. c quod factum est verbum per vniuersam Iudæam, incipiens enim à ‖ Galilæa, post baptisF mum quod prædicauit Iohānes: Iesum à Nazareth quomodo vnxit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransijt benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniā Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorū & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non omni populo, sed testibus prædordinatis à Deo, nobis, qui manducauimus & bibimus cum illo post G quam resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo & testificari quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuo- Ierem. 31. f Mich. 7. d. rum & mortuorum. Huic ‖ omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credunt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit Spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles qui venerāt cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus sancti effusa est. Audiebāt enim illos loquentes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respondit Petrus, Nunquid aquam quis prohibere potest, vt non baptizentur hi qui Spiritum sanctum acceperūt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum vt maneret apud eos aliquot diebus.

S. *Petrus disceptantibus fratribus quòd ad Gentes accessisset, rei ordinem exponit: multis Antiochiæ conuersis prædicatione discipulorum, mittitur ad eos Barnabas ab Ecclesia Ierosolymitana, qui multis conuersis adducit eò & Saulum à Tarso: cum quo mittitur Ierusalem, vt in famē ab Agabo propheta prædictam ferant fratribus eleemosinam.*

CAP. XI.

AVdierunt autem Apostoli & fratres A qui erant in Iudæa, quoniam & Gentes receperunt verbum Dei. Cùm autem ascendisset Petrus Ierosolymam, disceptabant aduersus illum qui erant ex circuncisione, dicentes, Quare introisti ad viros præputium habentes, & māducasti cum illis? Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens, Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & vidi in excessu mentis visionem, descendens vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initijs summitti de cœlo, & venit vsque ad me. In quod intuens, considerabā & vidi quadrupedia terræ & bestias & reptilia, & volatilia cœli. Audiui autem & vocem dicētem mihi, Surge Petre, occīde & māduca. Dixi autem, Nequaquam Domine: quia *cōmune aut immundum nunquam in- *omne. 1. troiuit in os meum. Respondit autem *vox *mihi. 1. secundò de cœlo, Quæ Deus mūdauit, tu ne cōmune dixeris. Hoc aūt factum est per ter: B & recepta sunt omnia rursum in cœlum. Et ecce, viri tres cōfestim astiterunt in domo in qua erā, missi à Cæsaréa ad me. Dixit autem spiritus mihi vt irem cum illis, nihil hæsitās. Venerunt autē mecū & sex fratres isti: & ingressi sumus in domum viri. Narrauit autem nobis quomodo vidisset angelum in domo sua, stantē & dicentē sibi, Mitte in Ioppen, & accersi Simônem qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba in quibus saluus eris tu & vniuersa domus tua. Cùm aūt cœpissem loqui, cecidit Spiritus sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum aūt verbi Domini, sicut dicebat, ‖ Iohan Supra. 1. a. nes quidē baptizauit aqua, vos autem bapti- Math. 3. c. Marc. 1. b. zabimini Spiritu sancto. Si ergo eandem gra- Lucæ. 3. c. tiam dedit illis Deus, sicut & nobis qui credi- Iohan. 1. d. dimus in Dominum Iesum Christū: ego quis Infra. 19. a. C erā qui possem prohibere Deum? His auditis tacuerunt: & glorificauerunt Deum, dicētes, Ergo & Gētibus pœnitentiā dedit Deus ad vitā. Et illi quidē qui dispersi fuerant à tribulatione quæ facta fuerat sub Stēphano, perābulauerunt vsq; Phœnicē & Cyprum & Antiochiā, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis. Erant aūt quidā ex eis viri Cyprij & Cyrenæi, qui cùm introissent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, annuntiātes Dominum Iesum. Et erat manus Domini cum eis: multusq; numerus credentium cōuersus est ad Dominum. Peruēnit autem sermo ad aures ecclesiæ quæ erat Ierosolymis, super istis: & miserunt Barnabā vsque ad Antiochiam. Qui cùm peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est: & hortabatur omnes *pro- *in positō cordis permanere in Domino. quia

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat vir bonus, & plenus Spiritu sancto & fide. Et apposita est multa turba Domino. Profectus est autē Tarsum vt quæreret Saulum: quē cùm inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annum totum cōuersati sunt ibi in ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primùm Antiochiæ discipuli, Christiani. In his autem diebus superuenerunt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiā: & surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per Spiritum famem magnam futuram in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio*. Discipuli autem prout quis habebat, proposuerunt singuli in ministerium mittere habitātibus in Iudæa fratribus: quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli.

*Cæsare. 1.

S. *Herodes occiso Iacobo Petrum retrudit in carcerem, cupiēs post Pascha eum tradere populo occidendum, sed orante pro eo sine intermissione ecclesia, angelico eductus auxilio, fratribus magnum attulit gaudium: facta autem de carceris custodibus inquisitione, Herodes proficiscitur Cæsaream: quumque diuinos honores à populo oblatos non respueret, percussus est ab angelo, & consumptus à vermibus expirauit.* CAP. XII.

A EOdem autem tempore misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdā de ecclesia. Occīdit autē Iacobum fratrem Iohannis gladio. Videns autē quia placeret Iudæis, apposuit apprehēdere & Petrum. Erant autem dies Azymorum. Quem cùm apprehendisset misit in carcerem, 'tradens' quatuor quaternionibus militū 'custodiēdum', volens post Pascha producere eum populo. Et Petrus quidē seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deum pro eo. Cùm autem productu-

'tradēsque 'ad custodiendū eum.

rus eum esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus Dormiēs inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostium custodiebant carcerem. Et ecce angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo: percussoque latere Petri, excitauit eum, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenæ de manibus eius. Dixit autem angelus ad eum, Præcingere, & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dixit illi, Circūda tibi vestimentū tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est quod fiebat per angelum: existimabat autem se visum videre. Transeuntes autem primam & secundam custodiam, venerunt ad portam ferream quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltrò aperta est eis. Et exeuntes processerunt vicum vnum: & continuò discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus dixit, Nunc scio verè quia misit Dominus angelum suum, & eripuit mei de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorum. Cōsyderansq;, venit ad domū Mariæ matris Iohannis, qui cognominatus est Marcus, vbi erant multi cōgregati & orātes. Pulsante autē 'eo' ostium ianuæ, processit puella ad videndum, nomine Rhode. Et vt cognouit vocem Petri, præ gaudio nō aperuit Ianuā, sed intro currens nuntiauit stare Petrum ante Ianuā. At illi dixerunt ad eam, Insanis. Illa autem affirmabat sic se habere. Illi aūt dicebant, Angelus eius est. Petrus autem perseuerabat pulsans. Cū aūt aperuissent*, viderunt eum: & obstupuerunt. Annuens autem eis manu vt tacerent, narrauit quomodo Dominus eduxisset eū de carcere: dixitq́ue, Nuntiate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus abijt in alium locum. Facta aūt die, erat non parua turbatio inter milites quidnā factum esset de Petro. Herodes autem cum requisisset eum, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci: desc̄ēdensq; à Iudæa in Cæsarēā, ibi cōmoratus est. Erat autē iratus Tyrijs & Sydonijs. At illi vnanimes venerūt ad eū, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculū regis, postulabāt pacē, eo quod alerentur regiones eorū ab illo. Statuto aūt die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & cōcionabatur ad eos. Populus autē acclamabat, Dei voces, & non hominis. Cōfestim autē percussit eū angelus Domini, eo quòd nō dedisset honorē Deo: & cōsumptus à vermibus, expirauit.

*ostium

Verbum autē Domini crescebat & multiplicabatur, Barnabas aūt & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis expleto ‖ministerio, assumpto Iohanne qui cognominatus est Marcus.

Supra. 11.d

S. *Saulus & Barnabas iubentur à Spiritu sancto segregari ad opus prædicationis inter Gētes, & Bar-Iesu siue Elyma mago, qui eorum prædicationi resistebat, ad Pauli verbū excæcato, credit Sergius Paulus: in Antiochia Pisidiæ Paulus in synagoga latius de Christo differit, sed Iudæis blasphemantibus & persecutionem in eos excitantibus, conuertuntur ad Gentes iuxta Isaiæ vaticinium.*

CAP. XIII.

ERāt autem in ecclesia quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenēsis, & Manahen qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Ministrantibus aūt illis Domino, & ieiunantibus, dixit Spiritus sanctus, Segregate mihi Saulum & Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Tunc ieiunātes & orantes, imponentesq; eis manus, dimiserunt illos. Et ipsi quidem missi à Spiritu sancto, abierunt Seleu-

Seleucîam, & inde nauigauerunt Cyprum. Et cùm venissent Salaminam, prædicabant verbum Dei in synagogis Iudæorum. Habebant autē & Iohannē in ministerio. Et cùm perambulassent vniuersam insulam vsque ad Paphum, inuenerunt quendam virum magum pseudoprophetam, Iudæū, cui nomen erat* Bar-Iesu' qui erat cum proconsule Sergio Paulo viro prudente. Hic accersitis Barnaba & Saulo, desyderabat audire verbū Dei. Resistebat autem illis Elymas, magus (sic enim interpretatur nomen eius) quærens auertere proconsulem à fide. Saulus autem qui & Paulus, repletus Spiritu sancto, intuēs in eū dixit, O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, nō desinis subuertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, nō videns solem vsque ad tempus. Et confestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circuiēs quærebat qui ei manum daret. Tunc procunsul cùm vidisset factum credidit, admirans super doctrina Domini. Et cùm à Papho nauigassent Paulus & qui cum eo erāt, venerunt Pergen Pamphyliæ. Iohannes autem discedens ab eis reuersus est Ierosolymam. Illi verò pertranseuntes Pergen, venerunt Antiochiam Pisidiæ: & ingressi synagogam die sabbathorum, sederunt. Post lectionem autem legis & Prophetarum, miserunt principes synagogæ ad eos, dicentes, Viri fratres, siquis est in vobis sermo exhortationis ad plebem, dicite. Surgens autem Paulus, & manu silentium indicēs, ait, Viri Israelitæ, & qui timetis Deū, audite. Deus plebis Israel elegit patres nostros, & plebem exaltauit cùm essent incolæ ‖in Terra-Aegypti, & ‖in brachio excelso eduxit eos ex ea, & per ‖quadraginta annorum tempus mores eorum sustinuit in deserto. Et destruens gētes septē in Terra-Chanaan, ‖sorte distribuit eis terrā eorum, quasi post quadringentos & quinquaginta annos: & ‖post hæc dedit iudices, vsque ad Samuēl prophetam. Et exinde ‖postulauerunt regem & ‖dedit illis Saul filium Cis, virum de tribu Ben-iamin, annis quadraginta. Et amoto illo, suscitauit illis Dauid regem: cui testimonium perhibens dixit, ‖Inueni Dauid filium Iessæ, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Huius Deus ex semine ‖secundum promissionem eduxit Israel saluatorem Iesum, ‖prædicante Iohanne ante faciem aduentus eius baptismum pœnitentiæ omni populo Israel. Cùm impleret autē Iohannes cursum suum, dicebat, ‖Quē me arbitramini esse non sum ego, sed ecce venit post me, cuius non sum dignus calceamenta pedum soluere. Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant Ierusalem, & principes eius hunc ignorantes, & voces Prophetarum quæ per omne sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt: & nullam causam mortis inuenientes in eo, ‖petierunt à Pilato vt interficerent eum. Cūmque consummassent omnia quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt in monumento. ‖Deus verò suscitauit eum à mortuis tertia die: qui visus est per dies multos his qui simul ascenderant cùm eo de Galilæa in Ierusalem, qui vsque nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annūtiamus eam quæ ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc Deus adimpleuit filijs 'nostris', resuscitans Iesum, sicut & in Psalmo secundo scriptum est, ‖Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quòd autem suscitauit eum à mortuis, amplius iam non reuersurum in corruptionem, ita dixit, ‖Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia. Ideóque & aliàs dicit, ‖Non dabis Sanctum tuum videre corruptionem. Dauid enim in sua generatione cùm administrasset, voluntati Dei ‖dormiuit, & appositus est ad patres suos, & vidit corruptionem. Quem verò Deus suscitauit*, non vidit corruptionem, Notum igitur sit vobis viri fratres, quia per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur; *ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. In hoc omnis qui credit, iustificatur. Videte ergo ne superueniat vobis quod dictum est in Prophetis, ‖Videte contemptores, & admiramini, & dispердimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis siquis enarrauerit vobis. Exeuntibus autem illis rogabant vt sequenti sabbatho loquerentur sibi verba hæc. Cùmque dimissa esset synagoga, secuti sunt multi Iudæorum, & colētium * aduenarum Paulum & Barnabam: qui loquentes suadebant eis vt permanerent in gratia Dei. Sequenti verò sabbatho penè vniuersa ciuitas conuēnit audire verbum Dei. Videntes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primùm loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad Gentes. sic enim præcepit nobis Dominus, ‖Posui te in lucem Gentium, vt sis in salutem vsque ad extremum terræ. Audientes autem Gentes gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam. Disseminabatur

Exod. 1. a. Exod. 13. d Exod. 16. a
Iosue. 14. a
Iudich. 3. b 1. Reg. 8. a. 1. Reg. 9. c. 10. a. Psal. 88. b.
1. Reg. 16. c
Isaiæ. 11. a.
Matth. 3. a. Marc. 1. a. Lucæ. 3. a.
Iohan. 1. c. Marci. 1. a.

*Baricu

Matt. 27. e. Marc. 15. b Lucæ. 23. c

Iohan. 19. c. f.

*vestris.

Matth. 28. Marci. 16. Lucæ. 24.

Iohan. 20. Psal. 2. b. Hebr. 1. b. Isaiæ. 55. b Psal. 15. d.

3. Reg. 2. b

*2 mortuis.

*&. 1.

Abac. 1. b.

*Deum

Isai. 49. b.

autem verbum Domini per vniuersam regionem. Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionẽ in Paulum & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus suis.

Matt.10.b Marci.6.b Luc.9.a. ‖At illi excusso puluere pedum in eos, venerunt Iconium. Discipuli quoque replebantur gaudio & Spiritu sancto.

S. *Multis Iudæorum ac Ethnicorum Iconij fidem in Christum suscipientibus, concitatur à Iudæis tumultus in Apostolos, qui Lystram fugiunt, vbi Paulus claudum à matris vtero curat: populumque ac sacerdotes ob id ipsis tanquã diis sacrificare volentes ægrè cõpescũt: sed cõcitata à Iudæis superuenientibus turba, Paulus lapidatur: & pro mortuo relinquitur: quũque surrexisset, ipse & Barnabas discipulos per varia loca exhortantes, & presbyteros ordinãtes, reuertuntur Antiochiam.*

CAP. XIIII.

A FActum est autẽ Iconij vt simul introirent synagogam Iudæorum, & loquerentur ita vt crederet Iudæorũ & Græcorum copiosa multitudo. Qui verò incredulì fuerunt Iudæi, suscitauerunt & adiracundiam concitauerunt animas Gentium aduersus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt, fiducialiter agẽtes in Domino testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum. Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant cum Iudæis, quidam verò cum Apostolis. Cùm autem factus esset impetus Gentilium & Iudæorũ cum principibus suis, vt contumelijs afficerent & lapidarent eos, intelligẽtes confugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystrã & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi euangelizantes erant. *Et quidam vir Lystris infirmis pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ: qui nunquã ambulauerat. Hic audiuit Paulũ loquentẽ. Qui intuitus eũ, & videns quia fidẽ haberet, vt saluus fieret dixit magna voce, Surge super pedes tuos rectus. Et exiliuit: & ambulabat. Turbæ aũt cũ vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocẽ suam Lycaonicè dicẽtes, Dij similes facti hominibus, descẽderunt ad nos. Et vocabant Barnabã, Iouem: Paulum verò, Mercurium, quoniã ipse erat dux verbi. Sacerdos quoq; Iouis qui erat ante ciuitatẽ, tauros & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare. Quod vbi audierũt Apostoli Barnabas & Paulus cõscissis tunicis suis exilierunt in turbas clamantes & dicentes, Viri, quid hæc facitis? & nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum ‖ qui fecit cœlum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt: qui in præteritis generationibus ‖ dimisit omnes Gẽtes ingredi vias suas. Et quidẽ non sine testimonio semetipsum reliquit, benefaciens de cœlo, dans pluuias, & tẽpora fructifera, implens cibo & lætitia corda nostra. Et hæc dicentes, vix sedauerunt turbas ne sibi immolarent. Superuenerunt aũt quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi: & persuasis turbis ‖ lapidãtes q; Paulũ, traxerunt extra ciuitatẽ existimantes eũ mortuum esse. Circundantibus aũt eum discipulis, surgens intrauit ciuitatem: & postera die profectus est cum Barnaba in Derbẽ. Cùmque euãgelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystram & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas discipulorum, exhortantesque vt permanerent in fide, & quoniã per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et cùm constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commendauerunt eos Domino in quem crediderunt. Transeuntesque Pisidiam, venerunt in Pamphyliam. & loquentes verbum Domini in Pergen, descẽderunt in Attaliam. ‖ & inde nauigauerunt Antiochiam, vnde erãt traditi gratiæ Dei in opus quod compleuerunt. Cùm autem venissent, & congregassent ecclesiam, retulerunt quanta fecisset Deus cum illis, & quia aperuisset Gentibus ostium fidei. Morati sunt autem tempus non modicum cum discipulis.

S. *Orta Antiochiæ seditione propter Iudæos volentes Gentes ad Deum cõuersas circuncidi, Paulus & Barnabas rem ad Apostolos referunt: qui post Petri & Iacobi suffragia, cõmuni decreto per literas statuunt, Gentes conuersas non ligari lege Moysi: Paulus cupiẽs ab Antiochia inuisere loca in quibus prædicauerat, separatur à Barnaba, eo quòd nollet Iohannem assumi.*

CAP. XV.

A ET quidam descendentes de Iudæa, docebant fratres, ‖ Quia nisi circuncidamini secundum morem Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditione non minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderent Paulus & Barnabas, & quidam alij ex alijs ad Apostolos & presbyteros in Ierusalem, super hac quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia, pertransibant Phœnicen & Samariam, narrantes conuersionem Gentium: & faciebant gaudium magnum omnibus fratribus. Cùm autem venissent Ierosolymam, susceptì sunt ab ecclesia & ab Apostolis & senioribus, annuntiantes quanta Deus fecisset cum illis. Surrexerunt autem quidam de hæresi Pharisæorum qui crediderunt, dicentes, Quia oportet

oportet circuncidi eos, præcipere quoque seruare legem Moysi. Conueneruntque Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cùm autem magna conquisitio fieret, surgens Petrus dixit ad eos, ‖ Viri fratres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit, per os meum audire Gentes verbum Euangelij, & credere. Et qui nouit corda deus, testimonium perhibuit, ‖ dans illis Spiritum sanctum sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorum. Nunc ergo quid tẽtatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorũ, quod neq; patres nostri neque nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quẽadmodum & illi. Tacuit autem omnis multitudo, & audiebant Barnabam & Paulum narrantes quãta Deus fecisset signa & prodigia in Gentibus per eos. Et postquã tacuerunt, respõdit Iacõbus, dicens, Viri fratres audite me, Simon narrauit quemadmodum primùm Deus visitauit sumere ex Gẽtibus populum nomini suo. Et huic concordant verba Prophetarum, sicut scriptum est, ‖ Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & diruta eius reædificabo, & erigam illud: vt requirant cæteri hominum Dominum, & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit Dominus faciẽs hæc. Notum à seculo est Domino opus suum. Propter quod ego iudico, non inquietari eos qui ex Gentibus conuertũtur ad Deum, sed scribere ad eos vt abstineant se à cõtaminationibus simulachrorum, & fornicatione, & suffocatis, & sanguine, Moyses enim à tẽporibus antiquis habet in singulis ciuitatibus qui eum prædicent in synagogis, vbi per omne sabbathum legitur. Tunc placuit Apostolis & senioribus cum omni ecclesia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiam cum Paulo & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur Barsabas, & Silã viros primos in fratribus, scribẽtes per manus eorũ *, Apostoli & seniores, fratres, his qui sunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex Gentibus, salutem. Quoniã audiuimus quia quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, euertentes animas vestras, quibus nõ mandauimus: placuit nobis collectis in vnum eligere viros & mittere ad vos cum charissimis nostris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animas suas pro nomine Domini nostri Iesu Christi. Misimus ergo Iudam & Silam, qui & ipsi vobis verbis referẽt eadẽ. Visum est enim Spiritui sancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris quã hæc necessaria: vt abstineatis vos ab immolatis simulachrorum, & sanguine, & suffocato, & fornicatione, à quibus custodiẽtes vos, bene agetis. Valete. Illi ergo dimissi descenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epistolam. Quam cum legissent, gauisi sunt super consolatione. Iudas autem & Silas & ipsi cum essent prophetæ, verbo plurimo consolati sunt fratres, & confirmauerunt. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimissi sunt cũ pace à fratribus ad eos qui miserant illos. Visum est autem Silæ ibi remanere: ▷ Iudas autem solus abijt *: Paulus autem & Barnabas demorabãtur Antiochiæ, docentes, & euangelizantes cum alijs pluribus verbum Domini. Post aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, Reuertentes visitemus fratres per vniuersas ciuitates in quibus prædicauimus verbum Domini, quomodo se habeant. Barnabas autem volebat secum assumere & Iohannem, qui cognominatur Marcus. Paulus autẽ rogabat, eum, (vt qui discesisset ab eis de Pamphilia, & nõ isset cum eis in opus *) non debere recipi. Facta est autem dissensio, ita vt discederent abinuicem, & Barnabas quidem assumpto Marco nauigaret Cyprum: Paulus verò electo Sila profectus est, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat autem Syriam, & Ciliciam, confirmans ecclesias: ▷ præcipiens custodire præcepta Apostolorum & seniorum.

S. *Paulus Lystris assumptum Timotheum circuncidit, & per varias ciuitates tradit seruãda Apostolorum dogmata: vetantur à Spiritu sancto prædicare in Asia & Bithynia: vocato autem per visionem Paulo in Macedoniam, proficiscũtur: primumq; Philippis Prædicantes, hospitio excipiuntur apud Lydiam: sed eiecto per Paulum spiritu Pythõne, virgis cæsi mittuntur in carcerem: vbi facto terræmotu, solutisq; eorum vinculis, custos carceris cõuertitur: posteroq; die magistratus orant vt ciuitatem egrediantur.*

CAP. XVI.

A PEruenit autem in Derben & Lystram. Et ecce, discipulus quidam erat ibi nomine Timótheus, filius mulieris ‖ viduæ ‖ fidelis, patre Gentili. Huic testimonium bonum reddebãt qui in Lystris erant & Iconio fratres. Hunc voluit Paulus secum proficisci: & assumens circuncidit eum propter Iudæos qui erant in illis locis. Sciebãt enim omnes quòd pater eius erat Gentilis. Cum autem pertransirent ciuitates, tradebant eis custodire dogmata, quæ erant decreta ab Apostolis & senioribus qui erãt Ierosolymis. Et ecclesiæ quidam confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. Transeuntes autem Phrygiam & Galãtiæ regionem, veta

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei ti sunt à Spiritu sancto loqui verbum in Asia. Cùm venissent autem in Mysiam, tentabant ire in Bithyniã: & nõ permisit eos Spiritus Iesu. Cùm aũt pertransissent Mysiam, descenderunt Troadem: & visio per noctem Paulo ostensa est: Vir Macedo quidam erat stans & deprecans eum, & dicens, Transiens in Macedoniam adiuua nos. Vt autẽ visum vidit, statim quæsiuimus proficisci in Macedoniam, certi facti quòd vocasset nos Deus euangelizare eis. Nauigantes autẽ à Troade, recto cursu venimus Samothraciã, & sequenti die Neapolim: & inde Philippos: quæ est prima partis Macedoniæ ciuitas colonia. Eramus autem in hac vrbe diebus aliquot 'cõsistentes'. Die autẽ sabbathorum egressi sumus foras portã iuxta flumen, vbi videbatur oratio esse: & sedentes loquebamur mulieribus quæ conuenerant. Et quædã mulier nomine Lydia, purpuraria ciuitatis Thyatirenorum, colens Deum, audiuit: cuius Dominus aperuit cor intendere his quæ dicebantur à Paulo. Cùm autẽ baptizata esset, & domus eius, deprecata est, dicens, Si iudicastis me fidelẽ Domino esse, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos. Factum est autem euntibus nobis ad orationem, puellã quandam habentem spiritum pythõnem obuiare nobis, quæ quæstũ magnum præstabat dominis suis diuinando. Hæc subsecuta Paulum & nos, clamabat dicens, Isti homines, serui Dei excelsi sunt, qui annuntiant vobis viam salutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens aũt Paulus, & conuersus, spiritui dixit, Præcipio tibi in nomine Iesu Christi exire ab ea. Et exijt eadem hora. Videntes autẽ Domini eius quia exiuit spes quæstus eorum, apprehendentes Paulum & Silã perduxerunt in forũ ad Principes: & offerentes eos magistratibus dixerunt, Hi homines cõturbant ciuitatem nostram, cùm sint Iudæi: & annuntiant morem quẽ nõ licet nobis suscipere, neq; facere, cùm simus Romani. Et cucurrit plebs aduersus eos: & magistratus 'suis scissis tunicis 'eorũ, 'iusserũt eos virgis cædi. Et cùm multas plagas eis imposuissent, miserunt eos in carcerem, præcipientes custodi vt diligẽter custodiret eos. Qui cum tale præceptũ accepisset, misit eos in interiorẽ carcerẽ, & pedes eorũ strinxit ligno. Media aũt nocte Paulus & Silas orãtes laudabant Deũ. Et audiebãt eos, qui in custodia erãt. Subitò verò terremotus factus est magnus, ita vt moueretur fundamẽta carceris. Et statim aperta sunt omnia ostia: & vniuersorum vincula soluta sunt. Expergefactus aũt custos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio volebat se interficere, æstimãs fugisse vinctos. Clamauit aũt Paulus voce magna, dicens, Nihil tibi mali feceris: vniuersi enim hîc sumus. Petitoq; lumine introgressus est: & tremefactus prócidit Paulo & Silæ ad pedes: & produces eos foras ait, Domini, quid me oportet facere vt saluus fiã? At illi dixerũt, Crede in Dominum Iesum: & saluus eris tu, & domus tua. Et locuti sunt ei verbum Domini cũ omnibus qui erãt in domo eius. Et tollẽs eos in illa hora noctis, lauit plagas eorũ: & baptizatus est ipse, & omnis domus eius cõtinuò. Cũq; perduxisset eos in domũ suam, apposuit eis mẽsam: & lætatus est cum omni domo sua credẽs Deo. Et cùm dies factus esset, miserũt magistratus lictores, dicẽtes, Dimitte homines illos. Nuntiauit aũt custos carceris verba hæc Paulo, Quia miserũt magistratus vt dimittamini. nũc igitur exeũtes, ite in pace. Paulus autem dixit eis, Cæsos nos publicè, indẽnatos, homines Romanos miserunt in carcerẽ, & nunc occultè nos eijciunt? Nõ ita: sed veniãt, & ipsi nos eijciant. Nuntiauerunt aũt magistratibus lictores verba hæc. Timuerũtq; audito quod Romani essent: & veniẽtes deprecati sunt eos, & educẽtes rogabãt vt egrederẽtur de vrbe. Exeũtes autẽ de carcere, introierunt ad Lydiã: & visis fratribus, cõsolati sunt eos, & profecti sunt.

S. Facto Thessalonicæ magno fructu per Pauli prædicationẽ, cõcitatur aduersus eũ à Iudæis seditio, similiter & Berææ. Paulus Athenis cũ Iudæis & philosophis disserit, ac Dionysiũ Areopagitam ad Christum cõuertit cum quibusdam alijs. CAP. XVII.

CVm autem perambulassent Amphipolim & Apolloniã, venerunt Thessalonicam, vbi erat synagoga Iudæorum. Secundum cõsuetudinem autem Paulus introiuit ad eos: & per sabbatha tria disserebat eis de scripturis, adaperiẽs & insinuans quia Christum oportuit pati & resurgere à mortuis: & quia hic est Iesus christus, quẽ ego annũtio vobis. Et quidã ex eis crediderũt, & adiũcti sunt Paulo & Silæ, & de colẽtibus Gẽtilibus multitudo magna, & mulieres nobiles nõ paucæ. Zelãtes autem Iudæi, assumẽtesq; de vulgo viros quosdã malos, & turba facta, cõcitauerunt ciuitatẽ: & assistentes domui Iasonis, quærebant eos producere in populum. Et cùm nõ inuenissent eos, trahebãt Iasonẽ & quosdã fratres ad principes ciuitatis, clamantes, Quoniam hi qui 'orbem' concitant, & huc venerunt, quos suscepit Iason, & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse, Iesum. Cõcitauerunt autem plebem, & principes ciuitatis audiẽtes hæc. Et accepta satisfactione à Iasone & à cæteris, dimiserũt eos. Fratres verò cõfestim

stim per noctem dimiserunt Paulum & Silam in Beræam. Qui cùm venissent, in synagogam Iudæorum introierunt. (Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ, qui susceperunt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent. Et multi quidẽ crediderunt ex eis, & mulierum Gentilium honestarum, & viri non pauci.) Cùm autem cognouissent in Thessalonica Iudæi, quia & Berææ prædicatum est à Paulo verbum Dei, venerunt & illuc, commouentes & turbantes multitudinem. Statimq; tunc Paulum dimiserunt fratres, vt iret vsque ad mare: Silas autem & Timótheus remanserunt ibi. Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum vsque ad Athenas. & accepto mandato ab eo ad Silam & Timótheum, vt quàm celeriter venirẽt ad illum: profecti sunt. Paulus autẽ cùm Athenis eos expectaret, incitabatur spiritus eius in ipso, videns idololatriæ deditam ciuitatẽ. Disputabat igitur in synagoga cum Iudæis, & colentibus, & in foro, per omnes dies ad eos qui 'aderant.' Quidam autem Epicurei & Stoici philosophi disserebant cum eo: & quidam dicebant, Quid vult 'seminator verborum' hic, dicere? Alij verò, Nouorum dæmoniorũ videtur annuntiator esse. quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis. Et apprehensum eum, ad Areópagum duxerunt, dicẽtes, Possumus scire quæ est hæc noua, quæ à te dicitur, doctrina? noua enim quædã infers auribus nostris. Volumus ergo scire quidnã velint hæc esse. (Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant nisi aut dicere, aut audire aliquid noui.) Stãs autem Paulus in medio Areópagi, ait, Viri Athenienses, per omnia quasi 'superstitiosos' vos video. Præteriens enim & videns simulachra vestra, inueni & aram in qua scriptum erat, Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis, hoc ego annũntio vobis. ‖Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ cùm sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, indigens aliquo, cùm ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia: fecitque ex vno omne genus hominum, inhabitare super vniuersam faciẽ terræ, definiens statuta tempora & terminos habitationis eorum, quærere Deum si fortè attractẽt eum 'aut' inueniant, quanuis nõ longè sit ab vno quoque nostrũ. In ipso enim viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidam vestrorum poetarum dixerunt, ‖Ipsius enim & genus sumus. ‖Genus ergo cùm simus Dei, non debemus æstimare auro aut argẽto, aut lapidi, sculpturæ artis & cogitationis hominis, Diuinũ esse simile. Et tempora quidem huius ignorantiæ despiciens Deus, nunc annuntiat hominibus vt omnes vbiq; pœnitentiam agãt, eo quòd statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis. Cùm audissent autem resurrectionem mortuorum, quidã quidem irridebant, quidam verò dixerunt, Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam verò viri adhærentes ei, crediderunt: in quibus & Dionysius Areópagita, & mulier nomine Damaris, & alij cum eis.

S. Paulus Corinthi suum exercet artificiũ apud Aquilam: & quanquam ad eius prædicationem blasphemarent Iudæi, audit tamen in visione multum ibi populum ad fidem cõuertendum: verùm post sesquiannum accusatur à Iudæis apud Gallionem proconsulem, & post multos dies venit Ephesum, ac varijs regionibus fratres confirmat. Apollo vehemẽter Iudæos conuincit, ostẽdens ex scripturis Iesum esse Christum, quanquam tantum nosset baptisma Iohannis. CAP. XVIII.

POst hæc egressus ab Athénis, venit Corinthum. & inueniẽs quendã Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere, qui nuper venerat ab Italia, & Priscillam vxorem eius (eo quòd præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma,) accessit ad eos. Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur. (erant autem scenofactoriæ artis.) Et disputabat in synagoga per omne sabbathum, interponens nomen Domini Iesu, suadebatque Iudæis & Græcis. Cùm venissent autem de Macedonia Silas & Timótheus, instabat verbo Paulus, testificans Iudæis esse Christum, Iesum. Cõtradicentibus autem eis & blasphemantibus, excutiens vestimenta sua, dixit ad eos, Sanguis vester super caput vestrum: mundus ego, ex hoc ad Gentes vadam. Et migrans inde, intrauit in domum cuiusdam, nomine Titi Iusti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta synagogæ. Crispus aũt archisynagogus credidit Domino, cum omni domo sua: & multi Corinthiorum audientes credebant, & baptizabãtur. Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo, Noli timere: sed loquere, & ne taceas, propter quod ego sum tecũ: & nemo apponetur tibi vt noceat te: quoniã populus est mihi multus in hac ciuitate. Sedit autem *annum & sex menses, docens apud eos verbum Dei. Galliõne aũt proconsule Achaiæ, insurrexerunt vno animo Iudæi in Paulũ, & adduxerunt eum ad tribunal, dicentes, Quia contra legẽ hic persuadet hominibus colere Deum. Incipiente aũt Paulo aperire os, dixit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gallio ad Iudæos, Siquidē esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum ô viri Iudæi, rectè vos sustinerē, si verò quæstiones sunt de verbo & nominibus, & legis vestræ, vosipsi videritis: Iudex ego horum nolo esse. Et minauit eos à tribunali. Apprehendentes autē omnes Sosthenem principē synogogæ, percutiebant eum ante tribunal: & nihil eorum
E Gallóni curæ erat. Paulus verò cùm adhuc sustinuisset dies multos, fratribus valefaciēs,
Nume. 6. c. Intra. 21. b. nauigauit Syriā, (& cum eo Priscilla & Aquila) qui sibi tōderat in Cēchris caput. habebat enim votum. Deuenitque Ephesum, & illos ibi reliquit. Ipse verò ingressus synagogam, disputabat cum Iudæis. Rogantibus autem eis, vt ampliori tempore maneret, non consensit, sed valefaciens, & dicens, Iterum reuertar ad vos Deo volēte: profectus est ab
F Epheso. Et descendens Cæsarēam, ascendit, & salutauit ecclesiā, & descendit Antiochiā. Et facto ibi aliquāto tempore profectus est, perambulās ex ordine Galaticam regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.
*natione Iudæus autem quidā, Apollo nomine, Alexandrinus 'genere', vir eloquēs, deuēnit Ephesum, potēs in scripturis. Hic erat edoctus viā Domini: & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantùm baptisma Iohannis. Hic ergo cœpit fi-
G ducialiter agere in synagoga. Quem cùm audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eū,
*Dei. 5. & diligentius exposuerunt ei viā 'Domini'. Cùm autē vellet ire Achaiam, exhortati fratres, scripserunt discipulis vt susciperēt eum. Qui cùm venisset, contulit multùm his qui crediderant. Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, ostendens per scripturas, esse Christum, Iesum.

S. Paulus Ephesi quosdam discipulos Iohannis tātum baptismate baptizatos, iubet in Iesu nomine baptizari, ac manuum impositione Spiritum sanctum ipsis impetrat, ibiq; prædicans multa edit signa: de Iudæis qui non credentes conabantur nomine Iesu à Paulo prædicati adiurare dæmonia. multi peccata confitentes libros superstitiosos exurunt. Demetrius argentarius grauem aduersus Paulum seditionem excitat, quam ægrè tandem sedat Alexander. CAP. XIX.

A FActum est autem cùm Apollo esset Corinthi, vt Paulus peragratis superioribus partibus veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos: dixitque ad eos, Si
Matt. 3. c. Marci. 1. a. spiritum sanctum accepistis credentes? At illi dixerunt ad eum, Sed neq; si Spiritus sanctus est, audiuimus. Ille verò ait, In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt, In Iohānis baptismate. Dixit autem Paulus, Iohannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum, dicens, in eum qui venturus esset post ipsum vt crederēt, hoc est, in Iesum. His auditis baptizati sunt in nomine Domini Iesu. Et cū
Luc. 3. f. 6. Iohan. 1. d. Supra. 1. d. 2. 2. 11. 6. impositis esset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebātur linguis,
B & prophetabant. Erant autē omnes viri ferè duodecim. Introgressus autem synagogam, cum fiducia loquebatur per tres menses, disputans & suadens de regno Dei. Cùm autē quidam indurarentur, & nō crederent, male-
*via corā. 1. dicētes 'viam Domini corā' multitudine, discedens ab eis, segregauit discipulos, quotidie disputās in schola tyranni cuiusdā. Hoc autem factum est per biēnium: ita vt omnes qui habitabāt in Asia: audirent verbum Domini, Iudæi atq; Gētiles. Virtutesq; nō quasliber faciebat Deus per manum Pauli: ita vt etiā super lāguidos deferrentur à corpore eius sudaria vel semicinctia, & recedebant ab eis
C languores, & spiritus nequā egrediebantur. Tentauerunt autē quidā & 'de circumeuntibus Iudæis exorcistis, inuocare super eos qui habebant spiritus malos, nomen Domini Iesu, dicentes, Adiuro vos per Iesum quē Paulus prædicat. Erant autē quidā Sceuæ Iudæi principis sacerdotum septē filij, qui hoc faciebant. Respondens autem spiritus nequā dixit eis, Iesum noui, & Paulum scio: vos autē qui estis? Et insiliens homo in eos, in quo erat dœmoniū pessimum, & dominatus amborum, inualuit cōtra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autē notum factum est omnibus Iudæis atq; Gentilibus qui habitabant Ephesi: & cecidit timor super omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Iesu. Multiq; credentiū veniebant
D confitentes & annuntiantes actus suos. Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati, cō tulerunt libros, & cōbusserunt coram omnibus. & computatis pretijs illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Ita fortiter crescebat verbum Dei & confirmabatur. His autem expletis propo suit Paulus in Spiritu, transita Macedonia & Achaia ire Ierosolymam, dicens, Postquā fuero ibi, oportet me & Romā videre. Mittēs aūt in Macedoniam duos ex ministrantibus sibi, Timótheū & Erastum, ipse remansit ad tēpus in Asia. Facta est aūt illo tēpore turba-
p. 5. tio nō minima de via 'Domini. 'Demetrius enim quidā nomine, argētarius, faciens ædes
E argenteas Dianæ, præstabat artificibus non modicum quæstum: quos conuocans & eos qui huiusmodi erāt opifices, dixit, Viri, scitis quia de hoc artificio est nobis acquisitio: & videtis, & auditis quia nō solū Ephesi, sed penè totius Asiæ. Paulus hic suades auertit multam

multam turbam, dicens, Quoniam non sunt dij qui manibus fiunt. Nō solum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, sed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur, sed & destrui incipiet maiestas eius, quam tota Asia & orbis colit. His auditis repleti sunt ira, & exclamauerunt di-
F centes, Magna Diana Ephesiorum. Et impleta est ciuitas tota confusione, & impetum fecerunt vno animo in theatrum, rapto Gaio & Aristarcho Macedonibus comitibus Pauli. Paulo autem volente intrare in populum, non permiserunt discipuli. Quidam autem & de Asiæ principibus qui erāt amici eius, miserunt ad eū, rogantes ne se daret in theatrum: alij aūt aliud clamabāt. Erat enim ecclesia confusa: & plures nesciebant qua ex causa conuenissent. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexander autem manu silentio postulato, volebat reddere rationem populo. Quē vt cognouerunt Iudæum esse, vox facta vna est omnium, quasi per horas duas clamantium, Magna Diana Ephesiorum. Et cum
G sedasset scriba turbas, dixit, Viri Ephesij, quis enim est hominum, qui nesciat Ephesiorum ciuitatem cultricem esse magnæ Dianæ, Iouisq; prolis? Cum ergo his cōtradici nō possit, oportet vos sedatos esse, & nihil temere agere. Adduxistis enim homines istos, neq; sacrilegos, neque blasphemantes deam vestrā. Quòd si Demetrius, & qui cum eo sunt artifices, habent aduersus aliquem causam, cōuentus forenses aguntur, & proconsules sunt, accusent inuicem. Siquid autē alterius rei quæritis: in legitima ecclesia poterit absolui. Nam & periclitamur argui seditionis hodiernæ: cum nullus obnoxius sit, de quo possimus reddere rationem concursus istius. Et cum hæc dixisset, dimisit ecclesiam.

S. Paulus peragratis varijs partibus Macedoniæ & Græciæ, Concionatur Troade in mediam noctem: quumq; adolescens Eutychus cadens à tertio cœnaculo mortuus esset, Paulus eum resuscitauit: & varijs locis peragratis, aduocatos ex Epheso presbyteros exhortatur vt vigilantes sint in regenda ecclesia: prædicens quòd non essent amplius eum visuri. CAP. XX.

A POstquam autem cessauit tumultus, vocatis Paulus discipulis, & exhortatus eos, valedixit, & profectus est vt iret in Macedoniam. Cum autem perambulasset partes illas, & exhortatus eos fuisset multo sermone, venit ad Græciam: vbi cum fecisset menses tres, factæ sunt illi insidiæ à Iudæis nauigaturo in Syriam: habuitq; cōsilium vt reuerteretur per Macedoniam. Comitatus est autem eum *'Sosipater' Pyrrhi Beroēsis, *vsque in Asiam. 3. Thessalonicensium verò Aristarchus, & Secundus, & Gaius Derbēus & Timótheus, Asiani verò Tychicus & Trophimus. Hi cum
B præcessissent, sustinuerunt nos Troade: nos verò nauigauimus post dies Azymorū à Philippis, & venimus ad eos Troadem in diebus quinq;, vbi demorati sumus diebus septem. Vna autem Sabbathi cum conuenissemus ad frangendum panem, Paulus disputabat eis profecturus in crastinum, protraxitq; sermonem vsque in mediam noctem. Erant autem lampades copiosæ in cœnaculo vbi eramus congregati. Sedens autem quidam adolescēs nomine Eutychus, super fenestrā, cum mergeretur somno graui, disputante diu Paulo, ductus somno cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus. Ad quem cū
C descendisset Paulus incubuit super eum: & complexus dixit, Nolite turbari: anima enim ipsius in ipso est. Ascendens autem, frangēsque panem & gustans, satisq; allocutus vsq; in lucem, sic profectus est. Adduxerunt autē puerum viuentem, & cōsolati sunt non minime. Nos autem ascendentes nauem, nauigauimus in Asson, inde susceпturi Paulū. sic enim disposuerat ipse per terram iter facturus. Cum autem inuenissēt nos in Asson, assumpto eo venimus Mityléne. Et inde nauigantes, sequenti die venimus cōtra Chium: & alia applicuimus Samum: & sequenti die
D venimus Milētum. proposuerat enim Paulus transnauigare Ephesum, nequa mora illi fieret in Asia. Festinabat enim, si posibile sibi esset, vt diē Pentecosten faceret Ierosolymis. A Mileto aūt mittēs Ephesum, vocauit maiores natu ecclesiæ. Qui cum venissent ad eū, & simul essent, dixit eis, Vos scitis à prima die qua ingressus sum in Asiam, qualiter vobiscū per omne tēpus fuerim, seruiēs Domino cum omni humilitate & lachrymis, & tētationibus quæ mihi acciderunt ex insidijs Iudæorum: quomodo nihil subtraxerim vtiliū, quominus annuntiarem vobis, & docerem vos publicè & per domos, testificans Iudæis atq; Gentilibus in Deum pœnitētiam, & fidem in Dominū nostrum Iesum Christum. Et nunc ecce alligatus ego spiritu, vado in Ierusalem: quæ in ea ventura sint mihi
E ignorans, nisi quod Spiritus sanctus per omnes ciuitates mihi protestatur, dicēs, quoniā vincula & tribulationes Ierosolymis me manent. Sed nihil horum vereor: nec facio animam meā pretiosiorem quàm me, dummodo cōsummem cursum meum & ministeriū *quod accepi à Domino Iesu, testificari Euangelium gratiæ Dei. Et nunc ecce ego scio, quia amplius nō videbitis faciē meā vos *verbū omnes,

omnes, per quos transiui prædicans regnum Dei. Quapropter cõtestor vos hodierna die
F quia mundus sum à sanguine omnium. Nõ enim subterfugi, quominus annuntiarem omne consilium Dei vobis. Attendite vobis & vniuerso gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos, regere ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Ego scio quoniam intrabunt post discessionem meam lupi *rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exurgent viri loquentes peruersa, vt abducant discipulos post se. Propter quod vigilate, memoria retinentes quoniam per triennium nocte & die non cessaui, cum lachrymis monens vnumquenq; vestrum. Et nunc commendo vos Deo & verbo gratiæ ipsius, qui potens est ædificare, & dare hæreditatem in sanctificatis omnibus. Argentum
G & aurum, aut vestem nullius cõcupiui. *Ipsi scitis ‖ quoniam ad ea quæ mihi opus erant, & his qui mecum sunt ministrauerunt manus istæ. Omnia ostendi vobis, quoniam sic laborantes, oportet suscipere infirmos, ac meminisse verbi Domini Iesu, (quoniam ipse dixit,) Beatius est magis dare, quam accipere. Et cum hæc dixisset, positis genibus suis orauit cum omnibus illis. Magnus autem fletus factus est omnium: & procumbentes super collum Pauli osculabantur eũ, dolẽtes maximè in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciem eius non essent visuri. Et deducebant eum ad nauem.

*sicut 1. Cor. 4. c. 1. The. 2. b. 2. The. 3. b

*granes. 1.

S. Paulo Ierosolymam tendenti post varias nauigationes, vaticinatur Agabus propheta afflictiones quas passurus erat Ierosolymis: nec tamen amicorum lachrymis auerti potest ne ascendat Ierusalem, paratus pro Christo etiã mortem subire: quumq; Ierusalem peruenisset, Iacobus ipsi suadet vt cum quinque viris votum habentibus se sanctificet: quod quum faceret, rapitur à Iudæis, sed ex eorum manibus eripitur à tribuno, à quo catenis alligatus ducitur in castra: impetrat tamen facultatem loquendi ad populum.

CAP. XXI.

A CVm aũt factum esset vt nauigaremus abstracti ab eis, recto cursu venimus Coum, & sequenti die Rhodum, & inde Pataram. Et cum inuenissemus nauem transfretantem in Phœnicen: ascendentes nauigauimus. Cum apparuissemus autem Cypro, relinquentes eam ad sinistram, nauigauimus in Syriam, & venimus Tyrum. ibi enim nauis exposítura erat onus. Inuentis autem discipulis, mansimus ibi diebus septem: qui Paulo dicebant per Spiritum, ne ascenderet Ierosolymam. Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum vxoribus & filijs vsq; foras ciuitatem: & positis genibus in littore, orauimus. Et cum valefecissemus inuicem, ascendimus nauem, illi autem redierunt in sua. Nos verò nauigatione *explicita, 'à Tyro descendimus Ptolemaidam: & salutatis fratribus, mansimus die vna apud illos. Alia autem die profecti, venimus Cæsaream. Et intrantes domum Philippi Euãgelistæ, ‖ qui erat vnus de septem, mansimus apud eum. Huic autem erãt quatuor filiæ virgines, prophetantes. Et cum moraremur per dies aliquot, superuenit quidã à Iudæa propheta, nomine Agabus. Is cum venisset ad nos, tulit zonam Pauli: & alligans sibi pedes & manus dixit, Hæc dicit Spiritus sanctus, Virum cuius est zona hæc, sic alligabunt in Ierusalem Iudæi, & tradẽt in manus Gentium. Quod cum audissemus, rogabamus nos & qui loci illius erant, ne ascenderet Ierosolymam. Tunc respondit Paulus, & C
dixit, Quid facitis flentes & affligentes cor meum? Ego enim non solum alligari, sed & mori in Ierusalem paratus sum propter nomen Domini Iesu. Et cum ei suadere non possemus, quieuimus, dicentes, Domini voluntas fiat. Post dies autem istos præparati, ascendebamus in Ierusalem. Venerũt autem & ex discipulis à Cæsarea nobiscũ, adducentes secum (apud quem hospitaremur) 'Iasonem' quendam Cyprium, antiquum discipulũ. Et cum venissemus Ierosolymam, libenter exceperunt nos fratres. Sequenti autem die introibat Paulus nobiscum ad Iacõbum, D
omnesq; collecti sunt seniores. Quos cum salutasset, narrabat per singula, quæ Deus fecisset in Gentibus per ministerium ipsius. At illi cum audissent, magnificabant Deum, dixeruntq; ei, Vides fratrer quot millia sunt in Iudæis qui crediderunt: & omnes æmulatores sunt legis. Audierunt autem de te quia discessionem doceas à Moyse eorum qui per Gentes sunt Iudæorum, dicens non debere eos circuncidere filios suos, neq; secundum cõsuetudinem ingredi. Quid ergo est? Vtique oportet conuenire multitudinem: audiẽt enim te superuenisse. Hoc ergo fac quod tibi dicimus, Sũt nobis viri quatuor, votum habentes super se. His assumptis sanctifica te cum illis: & impende in illis, ‖ vt radant capita: & sciẽt omnes quia quæ de te audierunt, falsa sunt, sed ambulas & ipse custodiens legem. De his autem qui crediderunt ex Gen- E
tibus nos ‖ scripsimus, iudicantes vt abstineãt se ab idólis immolato, & sanguine, & suffocato, & fornicatione. Tunc Paulus assumptis viris, postera die purificatus cum illis intrauit in tẽplum, annuntians expletionem dierũ purificationis, donec offerretur pro vnoquoque

B *expleta. 12.

Supr. 6. b. 2.

'Mnasonē.

Num. 6. c. Sup. 18. c.

Sup. 15. d. e

quoque eorum oblatio. Dum autem septem dies cõsummarentur, hi qui de Asia erant Iudæi, cùm vidissent eum in templo, concitauerunt omnẽ populum, & iniecerũt ei manus, clamantes, Viri Israelitæ, adiuuate: hic est homo qui aduersus populum & legem & locum hunc omnes vbiq; docens, insuper & Genti
F les induxit in tẽplum, & violauit sanctum locum istum. (Viderant enim Trophimum Ephesium in ciuitate cum ipso, quem æstimauerunt quoniam in templum introduxisset Paulus.) Commotaq; est ciuitas tota: & facta est concursio populi. Et apprehendentes Paulum, trahebant eum extra templum: & statim clausæ sunt ianuæ. Quærentibus autẽ eum occidere, nuntiatum est tribuno cohortis, Quia tota confunditur Ierusalẽ. Qui statim assumptis militibus & cẽturionibus, decurrit ad illos. Qui cùm vidissent tribunũ & milites, cessauerũt percutere Paulum. Tunc accedens tribunus apprehendit eum, & iussit eum alligari catenis duabus: & interrogabat quis esset, & quid fecisset. Alij autẽ aliud
G clamabant in turba. Et cum non posset certum cognoscere præ tumultu, iussit duci eũ in castra. Et cùm venisset ad gradus, cõtigit vt portaretur à militibus propter vim populi. Sequebatur enim multitudo populi, clamans, Tolle eum. Et cùm cœpisset induci in castra Paulus, dicit tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit, Græcè nosti? Nõne tu es Aegyptius qui ante hos dies tumultum concitasti, & eduxisti in desertum quatuor milla virorum sicariorum? Et dixit ad eum Paulus, Ego homo sum quidem Iudæus à Tharso, Ciliciæ non ignotæ ciuitatis municeps. Rogo autem te, permitte mihi loqui ad populũ. Et cùm ille permisisset, Paulus stans in gradibus, annuit manu ad plebem, & magno silentio facto, allocutus est lingua Hebræa, dicens,

S. Vbi Paulus in sui excusationem narrasset suæ conuersionis ordinem, vociferãtur Iudæi ipsum de terra tollendum, eo quòd diceret se à Deo missum fuisse ad prædicandum Gentibus: à tribuno aũt iussus flagellis cædi & torqueri, liberatus est & dicendo se ciuem romanũ esse. CAP. XXII.

A VIri fratres & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem. (Cùm audissent autẽ quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præstiterũt silentiũ. Et dicit,) Ego sum vir Iudæus, natus Tharso Ciliciæ, nutritus autem in ista ciuitate, secus pedes Gamaliel eruditus iuxta veritatem patrnæ legis, æmulator legis sicut & vos omSupra. 8. a. nes estis hodie: ‖ qui hanc viã persecutus sum vsq; ad mortem, alligans & tradens in custo

dias viros ac mulieres, sicut princeps sacerdotum mihi testimonium reddit, & omnes maiores natu: ‖ à quibus & epistolas accipiẽs B
ad fratres, Damascum pergebam, vt adducerem inde vinctos in Ierusalem, vt punirentur. Factum est autem eunte me, & appropinquante Damasco media die, subitò de cœlo circunfulsit me lux copiosa: & decidens in terram, audiui vocem dicentem mihi, Saule, Saule, quid me persequeris? Ego autẽ respõdi, Quis es Domine? Dixitq; ad me, Ego sum Iesus Nazarenus quem tu persequeris. Et qui C
mecum erant, lumen quidem viderunt, vocẽ autẽ nõ audierunt eius qui loquebatur mecũ. Et dixi, Quid faciam Domine? Dominus autẽ dixit ad me, Surgẽs vade Damascum: & ibi tibi dicetur de omnibus quæ te oporteat facere. Et cùm nõ viderẽ præ claritate luminis illius, ad manum deductus à comitibus veni Damascum. Ananias autem quidam, vir *secundum legem testimonium habens ab *timoratus 1.
omnibus habitantibus Iudæis, veniẽs ad me, & astans, dixit mihi, Saule frater, respice. Et D
ego eadem hora respexi in eum. At ille dixit, Deus patrum nostrorum præordinauit te, vt cognosceres voluntatem eius, & videres iustum: & audires vocem ex ore eius: quia eris A
testis illius ad omnes homines, eorũ quæ vidisti & audisti. Et nunc quid moraris? Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipsius. Factum est aũt reuertenti mihi in Ierusalem, & orante in templo, fieri me in stupore mentis, & videre illum dicentem mihi, Festina, & exi velociter ex Ierusa- E
lem: quoniam non recipient testimonium tuum de me. Et ego dixi, Domine, ipsi sciunt ‖ quia ego erã concludens in carcerem, & cæ Supra. 8. a.
dens per synagogas eos qui credebant in te: & cũ funderetur sanguis Stephani testis tui, ego ‖ astabã & consentiebam, & custodiebam Supra. 7. g.
vestimenta interficientiũ illum. Et dixit ad me, Vade, quoniam ego in nationes lõgè mittam te. Audiebant aũt eum vsq; ad hoc verbum, & leuauerunt vocem suã, dicentes, Tol F
le de terra huiusmodi: non enim fas est eum viuere. Vociferantibus autem eis, & proijcientibus vestimenta sua, & puluerem iactantibus in aẽrem, iussit tribunus induci eum in castra, & flgellis cædi, & torqueri eum: vt sciret propter quã causam sic acclamarent ei. Et cùm astrinxissent eum loris, dicit astanti sibi centurioni Paulo, Si hominem Romanum & indemnatum licet vobis flagellare? Quo G
audito centurio accessit ad tribunum, & nuntiauit, dicens, Quid acturus es? hic enim homo, ciuis romanus est. Accedens autem tribunus dixit illi, Dic mihi, si tu Romanus es? At ille dixit, Etiam. Et respondit tribunus,

Ego

"ciuilitatem Ego multa summa 'ciuitatem' hanc cõsecutus sum. Et Paulus ait, Ego autem & natus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo qui eum torturi erant. Tribunus quoque timuit postquam resciuit quia ciuis romanus esset, & quia alligasset eum. Postera autem die volens scire diligentius qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eum, & iussit sacerdotes conuenire & omne concilium: & producens Paulum, statuit inter illos.

S. Paulus coram sacerdotibus & toto concilio, principem sacerdotum qui ipsum iusserat in faciem percuti, dicit parietem dealbatum, sed excusat se quod nesciisset esse principem sacerdotum: quúmque ibidem dixisset se Pharisæum & de resurrectione mortuorũ iudicari, orta est inter Pharisæos & Sadducæos magna dissensio. Dominus nocte Paulum confortat, prædicens quòd etiam Romæ esset de ipso testificaturus. detecta multorum de occidendo Paulo coniuratione, tribunus mittit eum Cæsaream militibus stipatum ad Felicem præsidem, scriptis ad eum literis quæ hîc referuntur.

CAP. XXIII.

A INtendens autem in cõcilium Paulus ait, Viri fratres, ego omni conscientia bona conuersatus sum ante Deum, vsque in hodiernum diem. Princeps autem sacerdotum Ananias, præcepit astantibus sibi percutere os eius. Tunc Paulus dixit ad eum. "sedes 'iudicans.1. Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu 'sedens iudicas' me secundum legem, & contra legem iubes me percuti? Et qui astabant dixerunt, Summum sacerdotem Dei maledicis? Dixit autem Paulus, Nesciebam fratres quia princeps est sacerdotum. Scriptum est Exo.22.d. enim, ‖Principem populi tui non maledices. Sciens autem Paulus quia vna pars esset Sadducæorum, & altera Pharisæorum exclama- Philip.3.b. uit in concilio, ‖Viri fratres ego Pharisæus "Pharisæi.1 sum filius 'Pharisæorum:' de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos Matt.22.c & Sadducæos, & soluta est multitudo. ‖Sadducæi enim dicunt non esse resurrectionem, neq; angelum, neq; Spiritum: Pharisæi autem vtraq; confitentur. Factus est autem clamor magnus. Et surgentes quidam Pharisæorum pugnabant dicentes, Nihil mali inuenimus in homine isto. quid si Spiritus locutus est ei, aut angelus? Et cum magna dessentio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere, & rapere eum de medio eorum, ac deducere eum in castra. Sequenti autem nocte C astsistens ei Dominus ait, Constans esto. sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari. Facta autem die collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt se, dicentes, neq; mãducaturos, neque bibituros, donec occiderent Paulum. Erant autẽ plus quàm quadraginta ▷viri, qui ▷.5. hanc coniurationem fecerant: qui accesserunt ad principes sacerdotum & seniores, & dixerunt, Deuotione deuouimus nos, nihil gustaturos, donec occidamus Paulum. Nũc ergo vos notum facite tribuno cum cõcilio, vt producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cogniturus de eo. Nos verò, prius quã appropiet, parati sumus interficere illum. Quod cum audisset filius sororis Pauli insidias, venit, & intrauit in castra, nuntiauitq; Paulo. Vocans autem Paulus ad se vnum ex D centurionibus, ait, Adolescentem hunc perduc ad tribunum: habet enim aliquid indicare illi. Et ille quidem assumens eum, duxit "vocam.6. ad tribunum, & ait, Vinctus Paulus "rogauit me hunc adolescentem perducere ad te, habentem aliquid loqui tibi. Apprehendens autem tribunus manum illius, secessit cum eo seorsum, & interrogauit illũ, Quid est quod habes indicare mihi? Ille autẽ dixit, Iudæis conuênit rogare te, vt crastina die producas Paulum in concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo. tu verò ne credideris illis. insidiantur enim ei ex eis viri amplius E quam quadraginta, qui se deuouerunt non manducare neq; bibere, donec interficiant eum, & nunc parati sunt expectantes promissum tuum. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens ne cui loqueretur quoniam hæc nota sibi fecisset.

Et conuocatis duobus centurionibus dixit illis, Parate milites ducentos, vt eant vsq; Cæsaream, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis: & iumenta præparate. vt imponentes Paulum, eum saluum perducerent ad Felicem præsidem, ▷(Timuit enim ne fortè raperent eum Iu- ▷.9. dæi, & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam)' scribens epistolam continentem hæc, Clau- F dius Lysias optimo præsidi Felici salutẽ. Virum hunc comprehensum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, superueniens cum exercitu, eripui, cognito quia Romanus est: volensq; scire causam quam obijciebant illi deduxi eum in concilium eorum. Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorum: nihil verò dignum morte aut vinculis habẽtem crimen. Et cum mihi perlatum esset de insidijs quas parauerant illi, misi eum ad te, denuntians & accusatoribus vt dicant apud te. Vale. Milites verò, secundum præceptum sibi assumentes Paulum, duxerunt per G noctem

noctem in Antipatridem. Et postera die dimissis equitibus vt cum eo irent, reuersi sunt G ad castra. Qui cum venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum & Paulum. Cum legisset autem & interrogasset de qua prouincia esset: & cognoscens quia de Cilicia, Audiam te, inquit, "cu.4. cum "accusatores tui venerint. Iussitque in prætorio Herõdis custodiri eum.

S. Accusatus Paulus coram Felice præside à Tertullo Iudæorum oratore, respondet negans impositа sibi crimina, confitens tamen se Christianum, & dixisse, se de resurrectione mortuorum iudicari. Felix & ipsius vxor Iudæa audiunt Paulum de fide Christiana: quum autem non acciperet à Paulo pecuniã, relinquit eum vinctum, accipiens successorem Portium festum. CAP. XXIIII.

APOst quinq; autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias, cum senioribus quibusdam & Tertullo quodam oratore, qui audierunt præsidẽ aduersus Paulum. Et citato Paulo cœpit accusare Tertullus, dicens. Cũ in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam prouidentiã: semper & vbiq; suscipimus, optime Felix, cũ B omni gratiarum actione. Ne diutius autẽ te protrahã, oro breuiter vt audias nos pro tua clementia. Inuenimus hunc hominem pestiferum & concitantem seditiones omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & authorẽ seditionis sectæ Nazarenorũ, qui etiam tẽplum violare conatus est, quem & apprehẽsum volui mus secundum legem nostrã iudicare. Super veniens aũt tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eũ de manibus nostris, iubẽs accusatores eius ad te venire, à quo poteris ipse iudicans, de omnibus istis cognoscere, de quibus C nos accusamus eũ. Adiecerunt aũt & Iudæi, dicentes hæc ita se habere. Respondit autem Paulus, (annuẽte sibi præside dicere,) Ex multis annis te esse iudicem genti huic sciens, bono animo pro me satisfaciã. Potes enim cognoscere quia nõ plus sunt mihi dies quàm duodecim, ex quo ascẽdi adorare in Ierusalẽ. & neq; in templo inuenerunt me cũ aliquo disputantẽ, aut concursum facientem turbæ, neq; in synagogis neq; in ciuitate: neq; probare possunt tibi de quibus nũc me accusant. D Confiteor autem hoc tibi quòd secundum sectam, quam dicunt hæresim, sic deseruio "patrio.22. "patri' Deo ▷meo,' credens omnibus quæ in ▷.7. lege & prophetis scripta sunt: spem habens in Deũ, quã & hi ipsi expectant, resurrectionem futuram iustorum & iniquorũ. In hoc & ipse studeo sine offendiculo cõscientiam E habere ad Deũ, & ad homines semper. Post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentem meam veni, & oblationes, & vota ‖in quibus inuenerunt me purificatũ in tem- Supra.21.e plo: non cum turba neque cum tumultu. "*Et apprehenderunt me, clamantes & aicentes, Tolle inà micũ nostrũ.* Quidam autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præstò esse & accusare, si quid habe rent aduersum me: aut hi ipsi dicãt, si quid inuenerunt in me iniquitatis, cum stem in concilio, nisi de vna hac solummodo voce, qua clamaui inter eos stans, ‖Quoniam de F resurrectione mortuorum ego iudicor hodie Supr.23.b. à vobis. Distulit autem illos Felix, certissimè sciens de via hac, dicẽs, Cum tribunus Lysias descenderit, audiam vos. iussitq; centurioni custodire eum, & habere requiem, nec quen quam de suis prohibere ministrare ei. Post aliquot autem dies veniens Felix cum Drusilla vxore sua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum, & audiuit ab eo fidem quæ est in Chri- G stum Iesum. Disputante autem illo de iustitia & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix respondit, Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accersam te. simul & sperans quòd pecunia ▷ei' daretur à ▷.8. Paulo, propter quod & frequenter accersens eum, loquebatur cum eo. Biennio autem expleto accepit successorem Felix, Portium Festũ. Volens autem gratiam præstare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

S. Festus non obsequitur Iudæis, insidiosè petentibus vt Paulus Ierosolymam ducatur, sed Cæsaréæ audit eius accusatores & Pauli responsionem: qui à Festo requisitus an vellet de his iudicari Ierosolymis, appellat Cæsarẽ. Festus Pauli causam regi Agrippæ indicat, qui ipsum audire cupit, posteroq; die iubente Festo adducitur Paulus coram Agrippa & Bernice.

CAP. XXV.

FEstus ergo cum venisset in prouinciã, A post triduum ascendit Ierosolymam à Cæsaréa. Adieruntq; eum principes sacerdotum, & primi Iudæorum aduersus Paulum: & rogabant eum, postulantes gratiam aduersus eum, vt iuberet perduci eum in Ierusalem, insidias tendentes vt interficerent eum in via. Festus autem respondit, seruari Paulum in Cæsaréa: se autem maturius profecturũ. Qui ergo in vobis (ait) potẽtes sunt, descendẽtes simul, si quod est in viro crimẽ, accusent eum. Demoratus autem inter eos B dies non amplius quàm octo aut decem, descendit Cæsarẽam, & altera die sedit pro tribunali: & iussit Paulũ adduci. Qui cum perductus esset, circunsteterunt eum qui ab Ierosolyma descenderant Iudæi, multas & graues causas obijcientes, quas non poterant probare, Paulo rationem reddente, Quoniam neq; in legem Iudæorum, neq; in templum, neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

neque in Cæsarem quicquam peccaui. Festus autem volens gratiã præstare Iudæis, re-
C spondens Paulo, dixit, Vis Ierosolymam ascendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autem Paulus, Ad tribunal Cæsaris sto, vbi me oportet iudicari. Iudæis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, non recuso mori: si verò nihil est eorum quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. Cæsarem apello. Tũc Festus cum concilio locutus, respondit, Cæsarem appellasti? ad Cæsarem ibis. Et cum
D dies aliquot transacti essent, Agrippa rex & Bernice descenderunt Cæsaream ad salutandum Festum. Et cum dies plures ibi demorarentur, Festus regi indicauit de Paulo, dicẽs, Vir quidam est derelictus à Felice vinctus, de quo cum essem Ierosolymis, adierunt me principes sacerdotũ & seniores Iudæorum, postulantes aduersus illum damnationem. Ad quos respondi, Quia non est Romanis cõsuetudo donare aliquem hominem, prius quam is qui accusatur præsentes habeat accu
E satores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina. Cum ergo huc cõuenissent, sine vlla dilatione sequenti die sedens pro tribunali, iussi adduci virum. De quo cum stetissent accusatores, nullam causam deferebãt de quibus ego suspicabar malum: quæstiones verò quasdam de sua superstitione habebant aduersus eum, & de quodam Iesu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere. Hæsitans aũt ego de huiusmodi quæstione, dicebam si vellet ire Ierosolymam, & ibi iu-
F dicari de istis. Paulo autem appellante vt seruaretur [b] ad Augusti cognitionem, [b] iussi seruari eum, donec mittam eum ad Cæsarem. Agrippa autem dixit ad Festum, Volebam & ipse hominem audire. Cras, inquit, audies eum. Altera autem die cum venisset Agrippa & Bernice cum multa ambitione, & introissent in auditorium cũ tribunis & viris principalibus ciuitatis, iubente Festo adductus
G est Paulus. Et dicit Festus, Agrippa rex, & omnes qui simul adestis nobiscum viri, videtis hunc, de quo omnis multitudo Iudæorum interpellauit me Ierosolymis, [c] petentes, & acclamantes non oportere eum viuere amplius. Ego vero comperi, nihil dignum morte eum admisisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum, iudicaui mittere. De quo quid certum scribam domino, non habeo. Propter quod produxi eum ad vos, & maximè ad te, rex Agrippa, vt interrogatione facta, habeam quid scribam. Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & causas eius non significare.

S. Paulus corã Agrippa suam causam defendit, referens suæ ad Christum conuersionis ordinem, & se Iudæis ac Gentibus sub diuina protectione prædicasse ostẽdens, Festoq; ipsum ex nimia scientia insanire dicenti respondet, omnesq; optat esse Christianos: Agrippa dicit eum potuisse dimitti nisi Cæsarem appellasset.

CAP. XXVI.

A Grippa verò ad Paulum ait, Permititur tibi loqui pro temetipso. Tunc A
Paulus extenta manu cœpit rationẽ reddere. De omnibus quibus accusor à Iudæis, rex Agrippa, æstimo me beatũ, apud te cum sim defensurus me hodie, maxime te sciente [a] omnia' quæ apud Iudæos sunt consuetudines & quæstiones. propter quod obsecro, patienter me audias. Et quidem vitam meam à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ierosolymis, nouerunt omnes Iu-
B dæi: præscientes me ab initio (si velint testimonium perhibere) quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis, vixi Pharisæus. Et nunc in spe quæ ad patres nostros repromissionis facta est à Deo, sto iudicio subiectus, [a] in qua' duodecim tribus nostræ nocte & die deseruientes, sperant deuenire. De qua spe accusor à Iudæis, rex. Quid increbile iudicatur apud vos, si Deus mortuos suscitat? Et ego quidem existimaueram me aduersus nomen Iesu Nazareni debere multa contraria agere: quod || & feci Ierosolymis, C
& multos sanctorum ego in carceribus inclusi, à principibus sacerdotum potestate accepta: & cum occiderentur, detuli sententiã. Et per omnes synagógas frequenter puniens eos, compellebam blasphemare: & amplius insaniens in eos, persequebar vsque in exteras ciuitates. In quibus || dum irem Damas- Supra, 9.a.
cum cum potestate & permissu principum sacerdotum, die media, in via, vidi, rex de cœlo supra splendorem solis circunfulsisse me lumen, & eos qui mecum simul erant. Om- D
nesq; nos cum decidissemus in terram, audiui vocem loquentem mihi hebraica lingua, Saule, Saule, quid me persequeris? durum est tibi contra stimulum calcitrare. Ego autem dixi, Quis es Domine? Dominus autem dixit. Ego sum Iesus quem tu persequeris. Sed exurge & sta super pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi vt constituam te ministrum & testem eorum quæ vidisti, & eorum quibus apparebo tibi eripiens te de [a] populis' & gen- [a] populo. 2.
tibus in quas nunc ego mitto te, aperire oculos eorum, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de potestate satanæ ad Deum, vt ac- E
cipiant remissionem peccatorum & sortem inter sanctos per fidem quæ est in me. Vnde, rex Agrippa, non fui incredulus cœlesti visioni:

Sa.13.& 14 ||sed his qui sunt Damasci primum, & Ierosolymis, & in omnẽ regionem Iudææ, & Gẽtibus annuntiabam vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ opera facientes. Hac ex causa me Iudæi
Supr.21.c. cum essem in templo, ||comprehensum tentabant volentes me interficere. Auxilio autem adiutus Dei, vsque in hodiernum diem
9.4. sto, testificans minori atq; maiori, nihil extrà dicẽs quàm ea quæ prophetæ locuti sunt
F futura esse, & Moyses, si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo & Gentibus. Hæc loquente eo & rationem reddente, Festus magna voce dixit, Insanis Paule: multæ te literæ ad insaniam conuertunt. Et Paulus, Non insanio (inquit) optime Feste: sed veritatis & sobrietatis verba loquor. Scit enim de his rex, ad quem & constanter loquor. latere enim eum nihil horum arbitror. Neque enim in angulo quicquam horum gestum est. Credis rex Agrippa Prophe
G tis? Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum, In modico suades me Christianum fieri. Et Paulus, Opto apud Deum & in modico, & in magno: non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri tales, qualis & ego sum, exceptis vinculis his. Et exurrexit rex, & præses, & Bernice, & qui assidebãt eis. Et cum secessissent, loquebantur adinuicem, dicentes, Quia nihil morte aut vinculis
[a] facit. 2. dignum quid [a] facit homo iste. Agrippa autẽ Festo dixit, Dimitti poterat homo hic, si non appellasset Cæsarem.

S. Paulus à centurione Iulio ducitur Romam versus, nauigans per varia loca: aduersante autem ipsis vento, vix perueniunt ad quendam in creta locum: à quo, licet prædiceret Paulus periculosam esse nauigationem, discedentes, patiuntur ingentem tempestatem: tandémque post Pauli consolationem, qui narrans factam sibi de omnium salute reuelationem, hortabatur eos ad cibum sumendum, passi naufragium omnes euadunt incolumes.

CAP. XXVII.

A VT autẽ iudicatum est nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis custodijs centurioni nomine
3.Cor.11.f. Iulio, cohortis Augustæ, ||ascendẽtes nauem Adrumetinam incipientes nauigare circa Asiæ loca, sustulimus, perseuerante nobiscũ Aristarcho Macédone Thessalonicensi. Sequenti autem die deuenimus Sidõnem. Humane autem tractans Iulius Paulum, permisit ad amicos ire, & curam sui agere. Et inde cum sustulissemus, subnauigauimus Cyprũ: propterea quod essent venti contrarij. Et pelagus Ciliciæ & Pamphiliæ nauigantes, venimus Lystram, quæ est Lyciæ: & ibi inueniens centurio nauem Alexandrinã nauigantem in Italiã, transposuit nos in eam. Et cum B
multis diebus tardè nauigaremus, & vix deuenissemus contra' Gnidum' prohibente nos vento, adnauigauimus Cretæ iuxa Salmónem: & vix iuxta nauigantes, venimus in locum quendam qui vocatur Boni-portus, cui iuxta ciuitas Thalassa. Multo autem tempore peracto, & cum iam non esset tuta nauigatio, eo quòd [b] ieiunium iam præterijsset, con- [b] cf. 6. [c] eos
solabatur [c] Paulus, dicẽs eis, Viri, video quoniam cum iniuria & multo damno, non solum oneris & nauis, sed etiam animarum nostrarum incipit esse nauigatio. Centurio autẽ gubernatori & nauclero magis credebat, quàm his quæ à Paulo dicebantur. Et cum C
aptus portus non esset ad hyemandum, plurimi statuerunt consilium nanigare inde, si quo modo possent deuenientes Phœnicem, hyemare, portum Crete respicientem ad Africum & ad Chorum. Aspirante autem Austro æstimantes propositum se tenere, cum sustulissent de Asson, legebant Cretam. Non pòst multùm aũt misit se contra ipsam ventus Typhonicus, qui vocatur Euroaquilo. Cumq; arrepta esset nauis, & non posset conari in vẽtum, data naue flatibus, ferebamur. In insulam autem quandam decurrẽtes, quæ vocatur Cauda, potuimus vix obtinere schapam. Qua sublata, adiutorijs vtebantur, ac- [a] 3.
cingentes nauem, [a] timentes ne in Syrtim inciderent, summisso vase sic ferebantur. Validè autẽ nobis tempestate iactatis, sequenti die iactum fecerunt: & tertia die suis manibus armamenta nauis proiecerunt. Neq; autẽ D
sole, neq; syderibus apparentibus per plures dies, & tempestate non exigua imminente, iam ablata erat spes omnis salutis nostræ. Et cum multa ieiunatio fuisset, tunc stans Paulus in medio eorum dixit, Oportebat quidẽ, ô viri, audito me, nõ tollere à Creta, lucriq; facere iniuriam hanc & iacturam. Et nunc suadeo vobis bono animo esse. amissio enim nullius animæ erit ex vobis, præterquam nauis. Astitit enim mihi hac nocte angelus Dei cuius sum ego, & cui deseruio, dicens, Ne timeas Paule, Cæsari te oportet assistere: & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum. Propter quod bono animo estote viri: credo enim Deo quia sic erit quemad- E
modum dictum est mihi. In insulam autem quandam oportet nos deuenire. Sed posteaquam quartadecima nox superuênit, nauigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, suspicabantur nautæ apparere sibi aliquam regionem. Qui & summittentes bolidem

Universidad de Deusto
Biblioteca

dem, inuenerunt passus viginti: & pusillùm inde separati, inuenerunt passus quindecim. Timentes autem ne in aspera loca incideremus, de puppi mittétes ancoras quatuor, optabant die fieri. Nautis verò quærentibus fugere de naui cum misissent scaphã in mare, sub obtentu quasi inciperét à prora ancoras extendere, dixit Paulus centurioni & militi-
F bus, Nisi hi in naui manserint, vos salui fieri nõ potestis. Tunc absciderunt milites funes scaphæ: & passi sunt eã excidere. Et cum lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes sumere cibum, dicens, Quartadecima die hodie expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes. Propter quod rogo vos accipere cibum pro salute vestra: quia nullius vestrum capillus de capite peribit. Et cum hæc dixisset, sumens panem gratias egit Deo in conspectu omnium: & cum fregisset, cœpit manducare. Animæquiores autem facti omnes, & ipsi sumpserunt cibum. Eramus verò vniuersæ animæ in naui ducentæ septuaginta sex. Et satiati cibo alleuiabant nauem, iactantes tri-
G ticum in mare. Cum autem dies factus esset, terram non agnoscebant: sinum verò quendam cõsyderabant habentem litus, in quem cogitabant, si possent, eijcere nauem. Et cùm ancoras sustulissent, cõmittebant se mari, simul laxantes iuncturas gubernaculorum: & leuato artémone secundum auræ flatum, tendebant ad litus. Et cum incidissemus in locũ dithalassum, impegerunt nauem. & prora quidem fixa manebat immobilis: puppis verò soluebatur à vi maris. Militum autem consilium fuit vt custodias occiderent: nequis cum enatasset, effugeret. Centurio autem volens seruare Paulum, prohibuit fieri: iusitq; eos qui possent natare, emittere se primos, & euadere, & ad terram exire: & cæteros alios in tabulis ferebant: quosdam super ea quæ de naui erant. Et sic factum est vt omnes animæ euaderent ad terram.

S. Paulus cæterique ipsius comites humanè à Barbaris excipiuntur in insula Mitylene, in qua percussus à vipera Paulus nihil mali patitur, patrémque Publij principis insulæ sanitati restituit, ac alios multos curat: & ab eo loco nauigãtes tandem Romam perueniũt, vbi Paulus conuocatis primis Iudæorum causam exponit cur Cæsarem appellauerit: diéque ab ipsis constituto prædicat de Christo, cuius verbis multi non credunt, quod Paulus ostendit ab Isaia prædictum esse: & per biennium de fide in Christum prædicat omnibus ad ipsum accedentibus.

CAP. XXVIII.

ET cum euasissemus, tunc cognouimus A
quia 'Mitylene,' insula vocabatur. Bar- *Melita.1.
bari verò præstabant nõ modicam humanitatem nobis. Accensà enim pyra reficiebant nos omnes, propter imbrem qui imminebat, & frigus. Cum congregasset autem Paulus sarmentorum aliquantam multitudinem, & imposuisset super ignem, vipera à calore cum processisset, inuasit manum eius. Vt verò viderunt Barbari pendentem bestiã de manu eius, adinuicem dicebant, Vtiq; ho B
micida est homo hic, qui cum euaserit de mari, vltio non sinit eum viuere. Et ille quidem excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. At illi existimabant eum in tumorem conuertendum, "&' subito casurum & mori. "aut.1.
Diu autem illis 'expectantibus' & videntibus "sperantibus
nihil mali in eo fieri, cõuertentes se dicebant 15.
eum esse Deum. In locis autem illis erant prædia principis insulæ, nomine Publij, qui nos suscipiẽs, triduo benigne exhibuit. Contigit autem patrem Publij febribus & dysenteria vexatum iacere. Ad quem Paulus intrauit: & cum orasset, & imposuisset ei manus, C
saluauit eũ. Quo facto, & omnes qui in insula habebant infirmitates, accedebãt, & curabantur: qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigãtibus imposuerũt quæ necessaria erãt. Post menses autem tres, nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in insula hyemauerat, cui erat insigne Castorum. Et cum venissemus Syracusam, mansimus ibi triduo. Inde circunlegentes deuenimus Rhegium: & post vnum diem flante Austro, secunda die venimus Puteolos, vbi inuentis fratribus rogati sumus manere apud eos dies septem: & sic venimus Romã. Et inde cum D
audissent fratres, occurrerunt nobis vsque ad Appij forum, ac Tres tabernas. Quos cum vidisset Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciam. Cum autem venissemus Romam, permissum est Paulo manere sibimet cum custodiente se milite. Post tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum. Cumque conuenissent, dicebat eis, Ego, viri fratres, nihil aduersus "plebem' faciens, aut morem paternum, vinctus ab Ierosolymis traditus sum in manus Romanorum. qui cum interrogationem de me habuissent, voluerunt me dimittere, eo quòd nulla esset causa mortis in me. Contradicentibus autem Iudæis, E
coactus sum appellare Cæsarem, non quasi gentem meam habens aliquid accusare. Propter hanc igitur causam rogaui vos videre & alloqui. Propter spẽ enim Israel, catena hac circũdatus sum. At illi dixerũt ad eum, Nos neque literas accepimus de te à Iudæa, neq; adueniens aliquis fratrum nuntiauit, aut locutus

"legem

cutus est quid de te malum. Rogamus autem à te audire quæ sentis: nam de secta hac notũ est nobis quia vbique ei contradicitur. Cum constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plures: quibus exponebat, F
testificans regnũ Dei, suadensque eis de Iesu ex lege Moysi & Prophetis, à mane vsque ad vesperam. Et quidam credebant his quæ dicebantur: quidam verò non credebant. Cumq; inuicẽ non essent cõsentientes, discedebant, Isaiæ.6.c. Matt.13.b. Marci.4.b. Lucæ.8.f. Iohan.12.f. Rom.11.b. dicente Paulo vnum verbum, Quia bene Spiritus sanctus locutus est per Isaiam prophetam ad patres nostros dicens, Vade ad populum istum, & dic ad eos, ‖ Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne forte videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, G
& conuertantur, & sanem eos. Notum ergo sit vobis quoniam Gentibus missum est hoc salutare Dei, & ipsi audient. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudæi, multam habentes inter se quæstionem, Mansit autem biennio toto in suo conducto: & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo cum omni fiducia, sine prohibitione.

Hieronymus in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

PAVLVS Apostolus, qui antè Saulus, extra numerum duodecim Apostolorum, de tribu Beniamin & oppido Iudææ Giscalis fuit: quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tarsum Ciliciæ commigrauit. à quibus ob studia legis missus Ierosolymam, à Gamaliele viro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stéphani, & acceptis à pontifice templi epistolis, ad persequendos eos qui Christo crediderant, Damascum pergeret, reuelatione cõpulsus ad fidem, quæ in Actibus Apostolorum scribitur, in vas electionis de persecutore translatus est. Cúmq; primùm ad prædicationem eius Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo quòd eum Christi fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus: & iuncto sibi Barnaba, multis vrbibus peragratis, reuerténsque Ierosolymam, à Petro Iacobóque & Iohanne, Gentium apostolus ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissimè de eius conuersatione scriptum est, hoc tantùm dicam quòd post passionem Domini vicesimoquinto anno, id est secundo Nerônis, eo tempore quo Festus procurator Iudææ successit Felici, Romam vinctus mittitur, & bienniũ in libera manens custodia, aduersus Iudæos de aduentu Christi quotidie disputauit Sciendum autem in prima satisfactione, (necdum Nerônis imperio roborato, nec in tanta erumpente scelera, quanta de eo narrant historiæ,) Paulum à Nerône dimissum, vt Euangelium Christi, in occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secunda epistola ad Timótheum (eo tempore quo & passus est, de vinculis dictat epistolam,) In prima mea satisfactione, nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autẽ mihi affuit, & confortauit me, vt per me prædicatio compleretur, & audirẽt omnes Gentes: & liberatus sum de ore leonis, Manifestissime leonem propter crudelitatem, Nerônẽ significans. Et in sequentibus, Liberatus sum de ore leonis. Et statim, Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cœleste: quod scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola præmiserat, Ego enim iam immolor, & tempus resolutionis meæ instat. Hic ergo decimoquarto Nerônis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro Christo capite truncatus, sepultúsq; est in via Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimoseptimo. Scripsit autem nouem ad septem ecclesias epistolas, ad Romanos vnam, ad Corinthios duas, ad Galathas vnam, ad Ephesios vnam, ad Philippenses vnam, ad Colossenses vnã, ad Thessalonicẽses duas. Præterea ad discipulos suos, Timótheo duas, Tito vnam. Philemoni vnam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, propter styli sermonísque distantiam: sed vel Barnabæ iuxta Tertullianum, vel Lucę euangelistę iuxta quosdã: vel Clementis Romanæ postea ecclesiæ episcopi, quẽ aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone. vel certe quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerat, scripserat vt Hebræus Hebræis Hebraicè, id est, suo eloquio disertissimè vt ea quæ eloquẽter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius verterẽtur in Græcum. & hãc causam esse, quòd à cæteris Pauli epistolis discrepare videatur. Legũt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.

Argumentum in epistolam Pauli ad Romanos ex libro diui Augustini in expositione inchoata eiusdem epistolæ.

EPISTOLA quam Paulus Apostolus scripsit ad Romanos, quantum ex eius textu intelligi potest, quæstionem habet talem, Vtrum Iudæis solis Euangelium Domini nostri Iesu Christi venerit propter merita operum, an verò nullis operum meritis præcedentibus, omnibus gentibus venerit iustificatio fidei quæ est in Christo Iesu: vt nõ quia iusti erant homines, crederẽt: sed credẽdo iustificati, deinceps iustè viuere inciperent. Hoc ergo docere intendit Apostolus, omnibus venisse gratiam Domini nostri Iesu Christi. Quam propterea etiam gratiam vocari ostendit: quia non quasi debitum iustitiæ redditum est, sed gratuitò datum. Cœperant enim nonnulli qui ex Iudæis crediderant tumultuari aduersus Gentes, & maximè aduersus Apostolum Paulum: quòd incircuncisos, & à legis veteris vinculis liberos, admittebat ad Euangelij gratiam: prædicans eis vt in Christum crederent, nullo imposito carnalis circuncisionis iugo. Sed plane tanta moderatione, vti nec Iudæos superbire permittat, tanquam de meritis operum legis, nec

Universidad de Deusto
Biblioteca

Gentes merito fidei aduersus Iudæos inflari: quòd ipsi receperint Christum, quem illi crucifixerunt. Tanquam enim, sicut alio loco dicit, pro ipso Domino legatione fungens: hoc est, pro lapide angulari, vtrumque populum tam ex Iudæis quàm ex Gentibus connectit in Christo per vinculum gratiæ: vtrisque auferens omnem superbiam meritorum, & iustificãdos vtrósque, per disciplinam humilitatis associans. Itaque epistolam sic exorsus est, Paulus seruus Iesu Christi, &cæt.

ALIVD ARGVMENTVM IN eandem epistolam.

ROMANI, sunt partis Italiæ. Hi præuenti sunt à falsis apostolis: & sub nomine Domini nostri Iesu Christi, in Legem & Prophetas erant inducti. Hos reuocat Apostolus ad veram & Euangelicam fidem, scribens eis a Corintho, per Phœben ministram ecclesiæ Cenchreensis.

Epistola Pauli Apostoli ad Romanos.

S. Paulus commendato suo munere euangelico, ob magnum prædicandi euangelij zelum, optabat Romanos inuisere: ostendens Ethnicos qui ex creaturis Deum cognoscentes, illius cultum à se abiecerãt, colendo creaturarum imagines, merito à Deo desertos: & in pœnam illius in abominanda, quæ hîc recensentur, incidisse scelere. CAP. I.

A PAVLVS seruus Iesu Christi, vocatus Apostolus, ‖segregatus in Euãgelium Dei (quod Act.13.a. antè promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis) ▷.2. de filio suo, (qui factus est▷ei' ex semine David secundum carnem, qui prædestinatus est filius Dei in virtute, secundum spiritum sanctificationis, ex resurrectione mortuorũ Iesu Christi Domini nostri, per quem accepimus gratiam, & apostolatũ ad obediendũ fidei in omnibus Gentibus pro nomine eius, in quibus estis & vos vocati Iesu Christi:) omnibus qui sunt Romæ dilectis Dei, vocatis sanctis. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo. Primùm quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christũ pro omnibus vobis, quia fides vestra annũtiatur in vniuerso mundo. Testis enim mihi est B Deus, cui seruio in spiritu meo in Euãgelio filij eius, quod sine intermissione memoriã vestri facio semper in orationibus meis, obsecrans siquo modo tandem aliquando prosperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos. Desydero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ spiritualis, ad confirmandos vos: id est, simul consolari in vobis per eam quæ inuicem est, fidem vestrã atq; meam. Nolo autem vos ignorare fratres quia sæpe proposui venire ad vos, (& prohibitus sum vsq; adhuc,) vt aliquê fructũ habeã *&.4. *in vobis, sicut & in cæteris gentibus. Græcis ac barbaris, sapientibus & insipientibus debitor sum: "ita' (quod in me) promptum est, & *"itaque.9.* vobis qui Romæ estis, euãgelizare. Nõ enim erubesco Euangeliũ. Virtus enim Dei est, in saluté omni credẽti, Iudæo primum & Græco. Iustitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: sicut scriptum est, ‖Iustus autem ex Abac.2.b. Hebr.10.g Galat.3.b. fide "viuit'. Reuelatur enim ira Dei de cœlo, "viuet.2.c. super omnẽ impietatem & iniustitiã hominum eorũ qui veritatẽ▷Dei' in iniustitia de- ▷.1. tinẽt: quia quod notũ est Dei, manifestũ est in illis. Deus enim illis manifestauit. Inuisi- C bilia enim ipsius, à creatura mũdi, per ea quæ facta sunt intellecta, cõspiciuntur: sempiterna quoq; eius virtus & diuinitas: ita vt sint inexcusabiles. ‖Quia cũ cognouissent Deũ, Ephes.4.c. nõ sicut Deũ glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerũt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiẽs cor eorũ. dicentes enim se esse sapiẽtes, stulti facti sunt. Et mutauerunt gloriã incorruptibilis Dei, in similitudinẽ imaginis corruptibilis hominis, & volucrũ, & quadrupedum, & serpẽtium. (Propter quod tradidit illos Deus in desyderia cordis eorũ in immunditiã: vt cõtumelijs afficiant corpora sua in semetipsis.) qui commutauerunt veritatẽ Dei in "mendaciũ:' & coluerũt, *"mendacio.* & seruierũt creaturæ potius quã creatori: qui D est benedictus in secula. Amen. Propterea tradidit illos Deus in passiones ignominiæ. Nã fœminæ eorũ immutauerunt naturalẽ vsum, in eũ vsum qui est contra naturam. Similiter aũt & masculi, relicto naturali vsu fœminæ, exarserunt in desyderijs suis inuicẽ, masculi in masculos turpitudinẽ operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris sui in semetipsis recipientes. Et sicut nõ probauerunt Deum habere in notitia tradidit illos Deus in reprobum sensum: vt faciant ea quæ non conueniũt repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, superbos, elatos, inuentores malorum,

rum, parẽtibus non obedientes, insipientes, incompositos, sine affectione, absq; fœdere, sine misericordia. Qui cũ iustitiã Dei cognouissent, non (intellexerunt) quoniã qui talia ▷.1. agunt, digni sunt morte: non solũ▷qui' ea fa- ▷.1. ciunt, sed etiã▷qui' consentiunt facientibus.

S. Iudæos redarguit qui ex data sibi lege Gentes condemnabant, eadem ipsi patrantes, cum Deus vnicuique redditurus sit iuxta ipsius opera, adeò vt etiam Gentes, ea quæ legis sunt naturali lumine præstantes, pro circumcisis habendæ sint: eosq; iudicaturæ, qui ex sola legis cognitione & carnis circumcisione gloriantur, contraria legi operantes. CAP. II.

A PROpter quod inexcusabilis es ô homo Matth.7.a. omnis qui iudicas. ‖In quo enim iudicas alterum, teipsum cõdemnas. eadem enim agis "quæ' iudicas. Scimus enim quoniã *"qui.1.* iudicium Dei est secũdum veritatem in eos qui talia agunt. Existimas autẽ hoc ô homo qui iudicas eos qui talia agũt, & facis ea, quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius, & patientiæ, & longanimitatis contemnis, ignorãs quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuam & impœnitens cor, thesaurizas tibi iram, in "die' iræ, & reuelationis iusti *"Sicm.2.* Matt.16.d. iudicij Dei, ‖qui reddet vnicuiq; secundum B opera eius. ijs quidem qui secundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt: vitam æternam. ijs autem qui sunt ex contentione & qui nõ acquiescunt veritati, credunt autem iniquitati: ira & indignatio. Tribulatio & angustia in omnem animã hominis operãtis malum, Iudæi primùm & Græci: gloria autẽ & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primũ & Græco. ‖nõ enim est acceptio personarum apud Deum. Quicunque enim sine lege peccauerunt, sine lege "peribunt: & quicunq; in *&.2.* lege peccauerunt, per legem iudicabuntur, Acto.10.e. Matth.7.d. ‖Non enim auditores legis iusti sunt apud Iacob.1.d. Deum: sed factores legis iustificabuntur. Cũ C enim Gentes quæ legem non habent, natura liter ea quæ legis sunt faciunt: eiusmodi legẽ non habentes, ipsi sibi sunt lex: qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem "cogitationum accu- *"cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus* santium, aut etiam defendentium,' in die cum iudicabit Deus occulta hominum, secundum Euãgelium meum, per Iesum Christum. Si autem tu Iudæus cognominaris, & ▷.1. requiescis in lege, & gloriaris in Deo, & nosti voluntatẽ▷eius', & probas vtiliora instructus per legem, confidis teipsum esse ducem cæcorum, lumen eorum qui in tenebris sunt, eruditorem insipientium, magistrum infantium, habentem formam scientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces, teipsum non D doces. qui prædicas non furandum, furaris: qui dicis non mœchandum, mœcharis: qui abominaris idôla, sacrilegium facis: qui in lege gloriaris, per præuaricationem legis Deũ inhonoras. (Nomen enim Dei per vos blasphematur inter Gentes, ‖sicut scriptum est.) Isaiæ.52.b. Ezec.36.c. Circumcisio quidem prodest, si legem obserues: si autem præuaricator legis sis, circumcisio tua præputium facta est. Si igitur præputium iustitias legis custodiat: nõnne præputium illius in circumcisionem reputabitur? & iudicabit id quod ex natura est præputium, legem consummans, te, qui per literam & circumcisionem præuaricator legis es? Non enim qui in manifesto, Iudæus est: neque quæ in manifesto, in carne, est circumcisio: sed qui in abscondito, Iudæus est: & circumcisio cordis, in spiritu, non litera: cuius laus non ex hominibus, sed ex Deo est.

S. Quodam modo præcellunt Iudæi propter factas illis à Deo promissiones: quæ complebuntur, quanquam nonnulli eorum fuerint incredduli: omnes autem & Iudæi & Gentiles peccato sunt obnoxij: à quo non liberat lex sed fides in Christum propitiatorem, vt non sit cuiquam de legis operibus gloriandum.

CAP. III.

QVid ergo amplius Iudæo est? aut quæ A vtilitas circumcisionis? Multùm per omnem modum. Primùm quidem quia credita sunt illis eloquia Dei. Quid enim, si quidam illorum non crediderunt? ‖Nunquid incredulitas illorum fidem Dei 2.Tim.2.e. "euacuauit'? Absit. ‖Est autem Deus verax: *"euacuabit* ‖omnis autem homo mẽdax, sicut scriptum *5.* Iohan.3.d. est, ‖Vt iustificeris in sermonibus tuis: & vin- Psal.115.a. cas cum iudicaris. Si autem iniquitas nostra Psal.50.a. iustitiam Dei commendat, quid dicemus? Nunquid iniquus est Deus qui infert iram? (secundum hominem dico.) Absit, alioquin quomodo iudicabit Deus▷hunc' mundum? ▷.4. Si enim veritas Dei in meo mendacio abun- B dauit in gloriam ipsius: quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor? & non (sicut blasphemamur, & sicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? quorum damnatio iusta est. Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquam. "‖ Causati' enim sumus *"Præcausati* Iudæos & Græcos, omnes sub peccato esse: Galat.3.d. sicut scriptum est, ‖ Quia non est iustus Psal.13.a. quisquam, non est intelligens, non est requirẽs Deum. Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum. ‖Sepulchrum patens Psalm.5.e. est guttur eorum, linguis suis dolosè agebãt. Psal.139.a. ‖Venenum aspidum sub labijs eorum. ‖Quo- Psalm.9.c.

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum os maledictione & amaritudine plenum
Isaiæ.59.b est, ‖Veloces pedes eorum ad effundendum
C sanguinem. Contritio & infœlicitas in vijs
Proue.1.b. eorum, & viã pacis non cognouerunt. ‖Non
Psal.35.a. est timor Dei ante oculos eorum. ‖Scimus
Galat.2.d. autem quoniam quæcunque lex loquitur, ijs
qui in lege sunt loquitur : vt omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mũdus Deo:
quia ex operibus legis non iustificabitur om
nis caro coram illo. Per legem enim cogni
tio peccati. Nũc autem sine lege iustitia Dei
manifestata est : testificata à lege & Pro
phetis. Iustitia autem Dei per fidem Iesu
Christi, in omnes & super omnes qui credũt
in eum. non enim est distinctio. Omnes e
nim peccauerunt: & egent gloria Dei. iusti
ficati gratis per gratiam ipsius, per redem
ptionem quæ est in Christo Iesu, quem pro
D posuit Deus 'propitiationem', per fidem in
*propitiatorem, sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ
suæ, propter remissionem præcedentium de
lictorum, in sustentatione Dei, ad ostensio
nem iustitiæ eius in hoc tempore: vt sit ipse
iustus, & iustificans eum qui est ex fide Iesu
▷.1. Christi. Vbi est ergo gloriatio▷tua'? Exclusa
est. Per quam legem? factorum? Non: sed per
legem fidei. Arbitramur enim iustificari ho
minem per fidem sine operibus legis. An Iu
dæorum Deus tantum? nónne & Gentium?
A Imo & Gentium. quoniam quidem vnus est
*iustificabit 3. Deus, qui 'iustificat' circuncisionem ex fide,
& præputium per fidem. Legem ergo destrui
mus per fidem? Absit. sed legem statuimus.

S. *Non ex legis operibus contingit iustificatio, sed ex fide in Deum, quæ Abrahæ reputata fuit ad iustitiam ante datam ipsi circuncisionem, quam postea accepit : futurus, non lege sed iustitia fidei, pater omnium qui ipsius fidem imitarentur : credidit autem Deo se patrem fore multarum gentium per promissum sibi semen, cum tam ipse quàm vxor eius Sara annos excessissent aptos ad generandum.*

CAP. IIII.

A QVid ergo dicemus inuenisse Abraham patrem nostrum secundum carnem?
*legis Si enim Abraham ex operibus * iusti
ficatus est: habet gloriam, sed non apud Deũ.
Gene. 15.b Quid enim dicit scriptura? ‖ Credidit Abra
Galat.3.a. ham Deo: & reputatum est illi ad iustitiam.
Iacob.2.d. Ei autem qui operatur, merces non imputa
tur secundum gratiam, sed secundum debi
tum. Ei vero qui non operatur, credenti au
tem in eum qui iustificat impium, reputatur
▷.2. fides eius ad iustitiam ▷secundum proposi
tum gratiæ Dei.' Sicut & Dauid dicit beati
tudinem hominis, cui Deus accepto fert iu
Psal.31.a. stitiam sine operibus, ‖Beati, quorum remis
sæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt pec
cata. Beatus vir, 'cui non *imputauit' Domi
nus peccatum. Beatitudo ergo hæc in circun
cisione*▷manet' an etiam in præputio? Di
cimus enim quia reputata est Abrahæ fides
ad iustitiam. Quomodo ergo reputata est? in
circuncisione, an in præputio? Non in cir
cuncisione, sed in præputio. ‖ Et signum Gene.17.b
accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ
fidei quæ est in præputio: vt sit pater omniũ
credentium præputium, vt reputetur & illis
ad iustitiam: & sit pater circuncisionis, non
ijs tãtum qui sunt ex circuncisione, sed & ijs
qui sectantur vestigia fidei quæ est in præpu
tio patris nostri Abrahæ. Non enim per lege
promisio Abrahæ, aut semini eius vt hæres
esset mundi: sed per iustitiam fidei. Si enim C
qui ex lege, hæredes sunt: exinanita est fides,
abolita est promisio. Lex enim iram opera
tur. Vbi enim non est lex : nec præuaricatio.
Ideò ex fide: vt secundum gratiam * firma sit *, vt.1.
promisio omni semini, non ei qui ex lege
est solum, sed & ei qui ex fide est Abrahæ,
qui pater est omnium nostrum, (sicut scri
ptum est, ‖Quia patrem multarum gentium Gene.17.a.
posui te) ante Deum: 'cui credidisti', qui vi- *cui credidit 2.
uificat mortuos : & vocat ea quæ non sunt,
tanquã ea quæ sunt. qui contra spem in spẽ
credidit : vt fieret pater multarum gentium ▷.18
secundum quod dictum est ▷ei' ‖Sic erit se Gene.15.b
men tuum▷sicut stellæ cœli & arena maris'. ▷.7.
Et non infirmatus est fide: nec considerauit D
corpus suum *emortuum, cum ferè centum *iam.b.
esset annorum, & emortuam vuluam Saræ.
In repromisione etiam Dei non hæsitauit
diffidentia: sed confortatus est fide, dans glo
riam Deo : plenissimè sciens quia quæcunq;
promisit, potens est & facere. Ideò & reputa
tum est illi ad iustitiam. Non est autem scri
ptum tantum propter ipsum quia reputa ▷.3.
tum est illi▷ad iustitiam': sed & propter nos,
quibus reputabitur credentibus in eum qui ▷.4.
suscitauit Iesum▷Christum' Dominum no
strum à mortuis, qui traditus est propter de
licta nostra, & resurrexit propter iustificatio
nem nostram.

S. *Ex fide, inquit, iustificati non solum spe gloriamur, verumetiam in aduersitatibus: nam si Christus pro nobis adhuc impijs mortuus est, multo magis saluabit iam iustificatos per sanguinem ipsius, & sicut per vnam Adæ inobedientiam omnes peccauimus, ac mortui sumus: ita per vnius Christi obedientiam, ex multis delictis iustificamur ad vitam.*

CAP. V.

IVstificati ergo ex fide, pacem habeamus A
ad Deũ per Dominum nostrum Iesum
Christum: per quẽ & habemus accessum
per

Ephes.2.d. per fidem in gratiam istam ‖in qua stamus,
Iacob.1.a. & gloriamur, in spe gloriæ filiorum Dei. Nõ
solum autem : ‖ sed & gloriamur in tribula
tionibus, scientes quòd tribulatio patientiã
operatur, patiẽtia autem probationem, pro
Hebr.9.d. batio vero spem. spes autem non confundit:
1.Pet.3.c. ‖quia charitas Dei diffusa est in cordibus no
stris, per Spiritum sanctum qui datus est no
bis. Vt quid enim Christus, cum adhuc infir
mi essemus, secundum tempus pro impijs
B mortuus est? Vix enim pro iusto quis mori
tur: nam pro bono forsitan quis audeat mori.
Commendat autem charitatem suam Deus
*si in nobis : quoniam * cum adhuc peccatores
*secundum tempus essemus, *Christus pro nobis mortuus est.
Multo igitur magis nunc iustificati in san
guine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum.
Si enim cũ inimici essemus reconciliati su
mus Deo per mortẽ Filij eius : multo magis
reconciliati, salui erimus in vita ipsius. Non
solum autem : sed & gloriamur in Deo per
Dominum nostrum Iesum Christum, per
quem nunc reconciliationem accepimus.
C Propterea sicut per vnum hominem pecca
tum in hunc mundum intrauit, & per pecca
tũ mors: & ita in omnes homines mors per
transijt, in quo omnes peccauerunt. Vsq; ad
legem enim peccatũ erat in mundo: peccatũ
*imputatur, cum lex non est. autem non 'imputabatur, cum lex non esset.
Sed regnauit mors ab Adam vsq; ad Moy
sen, etiam in eos qui non peccauerunt in si
militudinem præuaricationis Adæ, qui est
forma futuri. Sed non sicut delictum, ita &
donum, si enim vnius delicto multi mortui
sunt : multò magis gratia Dei & donum in
gratia vnius hominis Iesu Christi in plures
D abundauit. Et nõ sicut per vnum 'peccatũ',
*peccantẽ.5 ita & donum. nam iudicium quidem ex vno,
in condemnationem : gratia autem ex mul
tis delictis, in iustificationẽ. Si enim in vni
us delicto mors regnauit per vnum : multò
magis abundantiam gratiæ & donationis &
iustitiæ accipiẽtes, in vita regnabunt per vnũ
Iesum Christum. Igitur sicut per vnius deli
ctum, in omnes homines in condemnatio
nem: sic & per vnius iustitiam, in omnes ho
mines in iustificationem vitæ. Sicut enim
per inobedientiam vnius hominis, peccato
res cõstituti sunt multi: ita & per vnius obe
ditionem, iusti constituentur multi. Lex au
tem subintrauit vt abundaret delictum. Vbi
autem abundauit delictum, superabundauit
*in morte.1. gratia. vt sicut regnauit peccatum 'in mor
tem:' ita & gratia regnet per iustitiam in vitã
æternam, per Iesum Christum Dominum
nostrum.

S. *In Christo baptizati sumus : vt mortui peccato deinceps in nouitate vitæ ambulemus, sicut Christus semel mortuus ac sepultus ad nouam vitam non amplius moriturus, resurrexit: non ergo iam obediamus peccato aut concupiscentijs: sed soluti à lege, liberatique per Christi gratiam à peccato, & serui facti iustitiæ, tradamus membra nostra in obsequium iustitiæ ad vitam, quæ prius tradideramus immunditiæ ad mortem.*

CAP. VI.

QVid ergo dicemus? Permanebimus in A
peccato vt gratia abundet? Absit. Qui
enim mortui sumus peccato, quo
modo adhuc viuemus in illo? An ignoratis
*quia ‖quicunq; baptizati sumus in Christo *fratres Galat.3.d.
Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Conse
pulti enim sumus cũ illo per baptismum in
mortẽ: vt quomodo Christus surrexit à mor
tuis per gloriam patris, ‖ita & nos in nouita- Hebr.12.a.
te vitæ ambulemus. Si enim complantati fa- 1.Petr.2.a.
cti sumus similitudini mortis eius : simul & Ephe.4.c.
resurrectionis erimus. hoc sciẽtes quia vetus Colos.3.b.
homo noster simul crucifixus est, vt destrua
tur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus
peccato. Qui enim mortuus est : iustificatus
est à peccato. Si autem mortui sumus cum B
Christo : credimus quia simul etiam viue
mus cum Christo, scientes quòd Christus
resurgens ex mortuis iam nõ moritur, mors
illi vltrà non dominabitur. Quod enim mor
tuus est peccato mortuus est semel: quod aũt
viuit, viuit Deo. Ita & vos existimate, vos
mortuos quidẽ esse peccato: viuẽtes aũt Deo
in Christo Iesu Domino nostro. Nõ ergo re
gnet peccatum in vestro mortali corpore vt
obediatis concupiscentijs eius. Sed neque
exhibeatis membra vestra arma iniquitatis
peccato: sed exhibete vos Deo, tanquam ex
mortuis viuentes: & membra vestra arma iu
stitiæ Deo. Peccatum enim vobis non domi C
nabitur. non enim sub lege estis, sed sub gra
tia. Quid ergo? peccabimus, quoniam non
sumus sub lege, sed sub gratia. Absit. ‖Nesci- Iohan.8.d
tis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obe 2.Pet.2.d.
diendum, serui estis eius cui obeditis, siue
peccati ad mortem, siue obeditionis ad iusti
tiam? Gratias autem Deo quòd fuistis serui
peccati, obedistis autem ex corde in eam for
mam doctrinæ in qua traditi estis. Liberati
autem à peccato, serui facti estis iustitiæ.
Humanũ dico, propter infirmitatem carnis
vestræ. sicut enim exhibuistis membra vestra
seruire immunditiæ & iniquitati, ad iniqui
tatem: ita nunc exhibete membra vestra ser
uire iustitiæ, in sanctificationem. Cum enim
serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. D
Quem ergo fructum habuistis tunc▷in illis,' ▷.5.
in quibus nunc erubescitis? Nam finis illo
rum mors est. Nunc verò liberati à peccato,

Universidad de Deusto
Biblioteca

seruí autẽ facti Deo, habetis fructum vestrũ in sanctificationẽ, finem verò vitã æternam. Stipẽdia enim peccati, mors. Gratia aũt Dei, vita æterna in Christo Iesu Domino nostro.

S. In similitudinẽ mulieris cuius vir defunctus est, nos per Christũ soluti sumus à lege, qua peccatorum affectus reddebãtur vehementiores, vt seruiamus Christo in nouitate spiritus: occasione aũt legis peccatũ iudicantis, magis se exeruit & creuit peccatũ, quanquã lex sancta esset ac spiritualis: imò & nunc aduersante carnis fomite allicimur: quantũuis repugnantes, ad ea quæ secũdum rationem detestamur, legiq; sunt contraria. CAP. VII.

A An ignoratis fratres (scientibus enim legẽ loquor) quia lex in homine dominatur quanto tẽpore viuit? Nam quæ sub viro est mulier: viuente viro alliga- 1.Cor.7.g.
▷.1. ta est legi. si autem mortuus fuerit vir▷eius'; *liberata.8. *soluta' est à lege viri. Igitur viuente viro vocabitur adultera si fuerit cum alio viro. si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à le-
▷.1. ge▷viri': vt non sit adultera si fuerit cum alio viro. Itaq; fratres mei & vos mortificati estis legi per corpus Christi: vt sitis alterius qui ex mortuis resurrexit, vt fructificemus Deo. Cum enim essemus in carne, passiones peccatorũ, quæ per legem erant, operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti. nũc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & nõ in vetustate literæ. Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit. Sed peccatũ
B non cognoui: nisi per legem. nã concupiscẽtiam nesciebam nisi lex diceret, ‖Nõ concu- Exo.20.c. Deut. 5.b. pisces. Occasione aũt accepta, peccatum per mandatũ operatum est in me omnem cõcupiscẽtiam. Sine lege enim peccatum mortuũ erat. Ego autem viuebam sine lege aliquando. Sed cum venisset mandatum peccatum reuixit. Ego autẽ mortuus sum: & inuentum est, mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc esse ad mortem. Nam peccatum, occasione accepta per mandatum, seduxit me, & per il- 1.Tim.1.b. lud occidit. Itaq; ‖lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum & bonum. Quod
C ergo bonum est mihi factum est mors? Absit. sed peccatum, vt appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem: vt fiat supra modum peccans peccatum per mandatũ. Scimus enim quod lex spiritualis est: ego autem carnalis sum, vænundatus sub peccato. Quod enim operor, non intelligo. non enim *bonum quod volo *hoc ago: sed quod odi*, illud fa- *malum cio. Si aũt quod nolo, illud facio: consentio legi quoniam bona est. Nunc autem iam nõ ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Scio enim quia nõ habitat in me, hoc est, in carne mea, bonum. Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum, non inuenio. Non enim quod volo bonum, hoc facio: sed D quod nolo malum, hoc ago. Si autem quod nolo, illud facio: iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Inuenio igitur, legem, volenti mihi facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Condelector enim legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati quæ est in membris meis. (Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum.) Igitur ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem, legi peccati.

S. Concludit, Christo per baptismum insitos ab omni damnatione esse liberos, qui non carnem sectantur, sed spiritum quem acceperunt: spiritum inquam adoptionis qui Dei filios ac futuræ gloriæ cũ Christo cohæredes efficit, ad cuius gloriæ reuelationẽ non solum vniuersa aspirat creatura, vanitati interim subiecta: sed & hi qui spiritus acceperunt primitias, illam certa spe expectant: spiritu eos roborante, & quid orandum sit instruente. Declarat etiam incomparabilem Dei erga suos exhibitam in Christo charitatem, asserens nihil posse eos à charitate Dei separare quæ est in Christo Iesu.

CAP. VIII.

NIhil ergo nunc dãnationis est ijs qui A sunt in Christo Iesu: qui nõ secundũ carnem ambulant. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati & mortis. Nã quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem: Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. Qui enim secundum carnem sunt: quæ carnis sunt sapiunt. qui verò secundum spiritum sunt: quæ sunt spiritus B sentiunt. Nam prudẽtia carnis, mors est: prudentia autem spiritus, vita & pax. quoniam *inimicitia est in Deũ. c *subijciuntur 3. sapientia carnis, *inimica est Deo: *legi enim Dei non *est subiecta, *nec enim potest. Qui autẽ in carne sunt, Deo placere non possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamẽ Spiritus Dei habitat in vobis. Siquis autem Spiritum Christi non habet: hic non est eius. Si autẽ Christus in vobis est: corpus quidẽ mortuum est propter peccatum, spiritus verò *viuit propter *iustificationẽ. *Quòd *vita.1. *iustitiam.5 si Spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora

C corpora vestra, propter inhabitantem Spiritum eius in vobis. Ergo fratres, debitores sumus: non carni, vt secundum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. si autẽ spiritu, facta carnis mortificaueritis: viuetis, Quicunq; enim Spiritu Dei 2.Tim.1.b. aguntur: ij sunt filij Dei. ‖Non enim accepi- Galat.4.a. stis spiritum seruitutis iterũ in timore: ‖ sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in
▷.5. quo clamamus, Abba, (Pater.) Ipse▷enim' Spiritus, testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filij Dei. Si autem filij: & hæredes. hæredes quidem Dei: cohæredes autem Christi: si tamen compatimur, vt & conglorificemur. Existimo enim quod nõ sunt con-
D dignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ. reuelationẽ filiorum Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, *ita spem. 2. non volens, sed propter eum qui subiecit eã *in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatẽ gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit, & parturit vsque adhuc. Non solũ autẽ illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptio-
▷.5. nem filiorum▷Dei' expectantes, redemptio-
E nem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes autem quæ videtur: non est spes. nam quod videt quis: quid sperat? Si autem quod non videmus, speramus: per patientiam expectamus. Similiter autem & Spiritus adiuuat infirmitatem nostram. nam quid oremus sicut oportet nescimus: sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desyderet Spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam diligentibus Deũ, omnia cooperantur in bono, ijs qui secundũ propositũ vocati sunt
F sancti. Nam quos præscisit: & prædestinauit conformes fieri imaginis Filij sui: vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autẽ prædestinauit: hos & vocauit. & quos vocauit: hos & iustificauit. quos autẽ iustifica- *magnificauit.19. uit: illos & *glorificauit'. Quid ergo dicemus ad hæc? si Deus pro nobis, quis contra nos? *suo Qui etiam proprio filio * non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum: quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat. Quis est qui condemnet? Chri- *c.1. stus Iesus qui mortuus est, imò qui & resur- ▷.3. rexit, qui *est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis. Quis▷ergo' nos separabit à charitate Christi? tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? an persecutio? an gladius? (sicut scriptum est, ‖Quia propter te mortificamur tota die: æsti- G mati sumus sicut oues occisionis.) Sed in his Psal.43.d. omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neq; principatus, neque virtutes, neq; instantia, neq; futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

S. Propter Iudæorum ruinã de qua vehementer dolet, promissiones non frustrari asserit, Israëlitis factas à Deo Abrahæ filijs: nimirum cum illæ non pertineant ad omnes carnales Abrahæ filios. sed tantum ad eos qui ex Iudæis & Gentilibus gratuita Dei electione filij Abrahæ per fidẽ cõstituuntur: Deus autem cuius vult miseretur, & quem vult indurat: Iudæi verò quia non ex fide Christi quem reiecerãt, sed ex legis operibus iustitiam quærebant, sunt in sua iniquitate relicti, Gentibus per fidem Christi iustificatis.

CAP. IX.

VEritatem dico in Christo*, nõ men A tior, testimonium mihi perhiben- Actu. 9.a. 1.Cor.15.b
te conscientia mea in Spiritu sancto, *Iesu quoniam tristitia mihi magna est & continuus dolor cordi meo. Optabã enim ego ipse anáthema esse à Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & *testamentũ', & legislatio, & ob- *testamẽta.3 sequium, & promissa, quorum patres, & ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula. Amen. Nõ autem quod exciderit verbũ Dei. B Non enim omnes qui ex Israel, ij sunt Israelitæ: neq; *qui' semen sunt Abrahæ, omnes fi- *quia.15. lij: ‖sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, Gen.21.b. non qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui ‖filij Galat.4.d sunt promissionis, æstimãtur in semine. Pro- C missionis enim verbum hoc est, ‖Secundum Gen.18.b. hoc tempus veniã: & erit Saræ filius. Non solum autem▷*illa': ‖sed & Rebecca ex vno cõ ▷.12. cubitu habens, Isaac *patris nostri'. Cum e- *illi.4. Gen.25.c. nim nondum nati fuissent, aut aliquid boni *patre no- egissent aut mali (vt secundum electionem stro.5. propositum Dei maneret,) nõ ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, ‖Quia maior Gen.25.c. seruiet minori. sicut scriptum est, ‖Iacob di- Mala.1.a. lexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? *nunquid iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit, ‖Miserebor cuius mise- D reor & misericordiã præstabo cui miserebor. Exod.33.d Igitur non volentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, ‖Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostendam in te virtutem meam: & vt annuntietur Exod.9.d

men meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult
miseretur: & quē vult indurat. Dicis itaq; mi-
hi, Quid adhuc queritur? volūtati enim eius
E quis resistit? O homo, tu quis es qui respon-
Isaiæ. 45. b deas Deo? ‖Nunquid dicit figmentum ei qui
Ierem. 18. a se finxit, Quid me fecisti sic? An non habet
Sapie. 15. b potestatem figulus luti, ex eadem massa face
re aliud quidem vas in honorem, aliud verò
in cōtumeliam? Quòd si Deus volens osten
dere iram, & notam facere potentiam suam,
*aptata. 4. sustinuit in multa patientia, vasa iræ *'apta' in
interitum, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ
in vasa misericordiæ quæ præparauit in glo-
riam. Quos & vocauit nos: non solum ex Iu
dæis sed etiam ex Gentibus, sicut in Osee di-
Osee. 2. d. cit, ‖Vocabo non plebē meam, plebē meam:
1. Pet. 2. d. & non dilectam, dilectam: & non misericor-
F diam cōsecutam, misericordiam cōsecutam.
Osee. 1. d. ‖Et erit: in loco vbi dictum est eis, Nō plebs
mea vos: ibi vocabuntur filij Dei viui. Isaias
Isaiæ. 10. c. autem clamat pro Israel, ‖Si fuerit nume-
rus filiorum Israel tanquam arena maris, reli
quiæ saluæ fient. Verbum enim cōsummans,
& abbreuians in æquitate: quia verbum bre-
uiatum faciet Dominus super terram. & si-
Isaiæ. 1. c. cut prædixit Isaias, ‖Nisi Dominus sabbaoth
reliquisset nobis semen: sicut Sodoma facti
essemus, & sicut Gomorrha similes fuis-
G semus. Quid ergo dicemus? Quòd Gentes
quæ non sectabantur iustitiam, apprehende-
runt iustitiam, iustitiā autem quæ ex fide est:
*sectans. 6. Israel verò 'sectando' legem iustitiæ, in legem
iustitiæ non peruēnit. Quare? Quia nō ex fi-
de, sed quasi ex operibus. offenderūt enim in
Isaiæ. 8. c. lapidem offensionis, sicut scriptum est, ‖Ec-
28 d. ce pono in Sion lapidem offensionis, &
1. Petr. 2. b. petram scandali: & omnis qui credit in eum,
non confundetur.

S. *Orat Apostolus pro Iudæis, quos zelum Dei & legis habere asserit non secundum scientiā: nam Christum finem legis ignorātes, ex legis operibus iustitiam quærebant: de diuersitate iustitiæ ex operibus legis ab ea quæ ex fide est, quæ tam Iudæo quàm Græco in Christum credenti communis est: vbique aūt terra rum prædicata est Christi fides, quam repellentibus Iudæis, susceperunt Gentes.*

CAP. X.

A FRatres, voluntas quidem cordis mei
& obsecratio ad Deum, fit pro illis in
salutem. Testimonium enim perhibeo
illis quòd æmulationem Dei habēt, sed non
secundum scientiam. Ignorantes enim iusti
tiam Dei, & suam quærentes statuere, iustiti
æ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis,
Christus: ad iustitiam omni credenti. Moy-
ses enim scripsit, quoniam iustitiam quæ ex
lege est ‖qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ Leuit. 18. a. Ezec. 20. b. Deut. 30. c.
autem ex fide est iustitia, sic dicit, ‖Ne dixe-
ris in corde tuo, Quis ascendet in cœlum? B
id, est Christum deducere. Aut quis descen-
det in abyssum? hoc, est Christum à mortuis
reuocare. Sed quid dicit ▷scriptura?' ‖Prope ▷.3. Deut. 30. e
est verbum in ore tuo, & in corde tuo. hoc
est verbum fidei quod prædicamus. Quia si
confitearis in ore tuo Dominum Iesum, &
in corde tuo credideris quòd Deus illum su-
scitauit à mortuis: saluus eris. Corde enim
creditur ad iustitiam: ore autem confessio fit
ad salutem. Dicit enim scriptura, ‖Omnis Isaiæ. 28. d. Ioel. 2. g.
qui credit in illum, non confundetur. Non C
enim est distinctio Iudæi & Græci: nam i-
dem Dominus omnium, diues in omnes
qui inuocant illum. ‖Omnis enim quicun- Actu. 2. c.
que inuocauerit nomen Domini, saluus e-
rit. Quomodo ergo inuocabunt in quem
non crediderunt? Aut quomodo credent ei
quem non audierunt? Quomodo autem
audient sine prædicante? Quomodò verò
prædicabunt nisi mittantur? sicut scriptum Isaiæ. 52. b. Nahum. 1. d.
est, ‖Quàm speciosi pedes euangelizantium
pacem, euangelizantium bona? Sed non o *obedierūt. 16
mnes 'obediunt' Euangelio. Isaias enim di- D
cit, ‖Domine, quis credidit auditui nostro? Isaiæ. 53. a. Io. 12. f.
Ergo fides, ex auditu: auditus autem per ver-
bum Christi. Sed dico, Nunquid non audie-
runt? Et quidem ‖in omnem terram exiuit Psal. 18. a.
sonus eorum: & in fines orbis terræ verba
eorum. Sed dico, Nunquid Israel non cog-
nouit? Primus Moyses dicit, ‖Ego ad æmu- Deut. 32. c.
lationem vos adducam in non gentē: in gen-
tem insipientem, in iram vos mittam. Isaias
autem audet, &: dicit, ‖Inuentus sum à non Isaiæ. 65. a
quærentibus me palàm apparui ijs qui me
non interrogabant. Ad Israel autē dicit, ‖To- Isaiæ. 65. a
ta die expandi manus meas ad populum non
credentem, & contradicentem ▷mihi.' ▷.6.

S. *Deus quosdam ex populo Iudaico gratuita sua electione sibi seruauit, per fidem in Christum saluandos, reliquis ob incredulitatem in sua cæcitate, iuxta prophetarum vaticinia relictis, ac Gentibus in locum ipsorum ex gratuita Dei bonitate assumptis: quas monet Apostolus ne aduersus Iudæos gloriētur: quòdque Iudæi ad tempus deserti, tandem ad Christum conuertentur, exclamans ob diuinæ sapientiæ incomprehensibilitatem.* *virā

CAP. XI.

DIco ergo, Nunquid Deus repulit po- A
pulum suum? Absit. Nam & ego Israe-
lita sum, ex semine Abraham, de tribu
Ben iamin. Non repulit Deus plebem suam
quam præsciuit. An nescitis in Elia quid di-
cit scriptura: quemadmodum interpellat De-
um aduersum Israel? ‖Domine, prophetas 3. Re. 19. d.
tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt: &
ego relictus sum solus, & quærunt animam
meam. Sed quid dicit illi diuinū responsum? 3. Re. 19. d.
‖Reliqui mihi septem millia virorū, qui nō
▷.4. curuauerūt genua▷ 'Baal'. Sic ergo & in hoc
*ante tempore, reliquiæ secundum electionem gra
▷.1. tiæ▷ saluæ 'factæ sunt. Si autem gratia: iā nō
ex operibus. alioquin gratia iam non est gra-
B tia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc
non est consecutus: electio autem consecuta
est. cæteri vero excæcati sunt: sicut scriptum
Isaiæ. 6. c. est, ‖Dedit illis Deus spiritum compunctio-
Matt. 13. b. nis: oculos, vt non videant: & aures, vt non
Iohan. 12. f. audiant vsque in hodiernum diem. Et Dauid
Actu. 28. f. dicit, ‖Fiat mensa eorum *in laqueum & in
Psal. 68. c. captionem & in scādalum & in retributionē
*coram ipsis illis. Obscurentur oculi eorum ne videant:
& dorsum eorum semper incurua. Dico er-
go, Nuncquid sic offenderunt vt caderent?
Absit. Sed illorum delicto, salus est Gen-
tibus, vt illos æmulentur. Quod si delictū illo-
rum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eo-
rum diuitiæ Gentium: quanto magis pleni-
tudo eorum? Vobis enim dico Gentibus,
quamdiu quidem ego sum Gentium Aposto
lus, ministerium meum honorificabo, siquo
modo ad æmulandum prouocem carnem
meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si e-
nim amissio eorum, reconciliatio est mundi:
quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? Quod
si delibatio sancta est, & massa: & si radix san
C cta, & rami. Quod si aliqui ex ramis fracti
sunt, tu autē cum oleaster esses, insertus es in
illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ fa
ctus es, Noli gloriari aduersus ramos. Quod
si gloriaris: non tu radicem portas, sed radix
te. Dicis ergo, fracti sunt rami, vt ego inserar.
Bene propter incredulitatē fracti sunt, tu au
tem fide stas: noli altum sapere, sed time. Si
enim Deus naturalibus ramis non pepercit:
ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem
& seueritatem Dei: in eos quidem qui ceci-
derunt, seueritatem: in te autem bonitatem
Dei, si permanseris in bonitate, alioquin &
tu excidēris. Sed & illi, si non permanserint
in incredulitate inserentur. potens est enim
Deus iterum inserere illos. Nam si tu ex na-
turali excisus es oleastro, & contra naturam
insertus es in bonam oliuam: quanto magis
ij qui secundum naturam, inserentur suæ oli
uæ? Nolo enim vos ignorare fratres myste-
rium hoc, (vt non sitis vobisipsis sapientes)
quia cæcitas ex parte contigit in Israel, do-
nec plenitudo Gentium intraret: & sic om-
D nis Israel saluus fieret, sicut scriptum est, ‖Ve
Isaiæ. 59. d niet ex Sion, qui eripiat, & auertat impietatē
à Iacob. Et hoc illis à me testamentum: cum
abstulero peccata eorum. Secundum Euan-
gelium quidem, inimici propter vos: secun-
dum electionem autem, charissimi propter
patres. Sine pœnitentia enim sunt, dona &
vocatio Dei. Sicut enim aliquando & vos
non credidistis Deo, nunc autem misericor-
diam consecuti estis, propter incredulitatem
illorum: ita & isti nunc non crediderunt in
vestram misericordiam, vt & ipsi misericor-
diam consequantur. Conclusit enim Deus
omnia in incredulitatem: vt omnium mise-
reatur. O altitudo diuitiarum sapientiæ &
scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt
iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius! ‖Quis Sapien. 9. e. Isai. 40. d. 1. Cor. 2. d.
enim cognouit sensum Domini? Aut quis
consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit
illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, &
per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria
in secula. Amen.

S. *Instruit Romanos vt à seculi vanitate abstracti totos se Deo dedant, de susceptis donis non se efferentes, aut illorū limites transgredientes, sed in modum membrorum eiusdem corporis omnia ad proximi vtilitatem ordinantes, ipsis quoque inimicis benefaciant.*

CAP. XII.

OBsecro itaque vos fratres per miseri- A
cordiam Dei, ‖vt exhibeatis corpora Philip. 4. d
vestra hostiam viuentem, sanctam,
Deo placentem, rationabile obsequium ve-
strum. Et nolite conformari huic seculo: sed
reformamini in nouitate sensus vestri, ‖vt Ephes. 5. d. 1. The. 4. a
probetis quæ sit voluntas Dei bona, & bene
placens, & perfecta. Dico enim per gratiam
quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter
vos, Nō plus sapere quam oportet sapere, sed
sapere ad sobrietatē, ‖vnicuiq; sicut Deus di- 1. Cor. 12. b. Ephe. 4. b.
uisit mensuram fidei. Sicut enim in vno cor-
pore multa membra habemus, omnia autem B
membra non eundem actum habent: ita mul
ti vnum corpus sumus in Christo, singuli
autem alter alterius membra. Habentes autē
donationes, secundum gratiam quæ data est
nobis, differentes, siue prophetiam secun-
dum rationem fidei, siue ministerium in mi
nistrando, siue qui docet in doctrina, qui ex-
hortatur in exhortādo, qui tribuit in simplici
tate, qui præest in solicitudine, qui miseretur
in hilaritate. Dilectio sine simulatione. ‖Odi C
entes malū. adhærentes bono. ‖Charitatē fra Amos. 5. d. Epes. 4. a. 1. Pet. 2. c.
ternitatis inuicem diligētes. Honore inuicē
præuenientes. ‖Solicitudine non pigri. Spi- 1. Pet. 5. b. Hebr. 13. a.
ritu feruentes. Domino seruientes. Spe gau-
dentes. In tribulatione patientes. Orationi
instantes. Necessitatibus sanctorum commu
nicantes. ‖Hospitalitatem sectantes. Benedi- 1. Pet. 4. c. Proue. 3. a.
cite persequentibus vos: benedicite, & nolite Isaiæ. 5. c.
maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere
cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes.

‖Non

1.Pet.3.d. 2.Cor.8.d Heb.12.d. D Eccl.28.a. Matth.5.g Deut.32.e Hebr.10.e Prou.25.e *vindictæ.1. *&

‖Nō alta sapientes,sed humilibus cōsentientes.Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. ‖Nulli malum pro malo reddētes.Prouidentes bona non tantum coram Deo,sed etiam coram omnibus hominibus. ‖Si fieri potest, quod ex vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. ‖Nō vosmetipsos defendentes charissimi,sed date locum iræ.scriptum est enim, ‖Mihi *vindictam:*ego retribuam, dicit Dominus.Sed si esurierit inimicus tuus ciba illum:si sitit,potum da illi.hoc enim faciens,carbones ignis congeres super caput eius.Noli vinci à malo:sed vince in bono malum.

S. Hortatur vt superioribus obtemperent inferiores, etiam propter conscientiam,quāquam ciuilem tantum gerant magistratum: omnibusque debita reddant: de proximi dilectione ad quam vniuersa lex reducitur: & de tempore gratiæ,vt transactis legis tenebris, relictis vitijs, amplectantur Christi virtutes.

CAP. XIII.

A 1.Pet.2.c. Sapien.6.a *ordinata.2

OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.Nō est enim potestas nisi à Deo.quæ autē sunt, à Deo *ordinatæ sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.Qui autē resistunt,ipsi sibi dānationem acquirunt. nam principes nō sunt timori boni operis,sed mali.Vis autem non timere potestatem?Bonum fac:& habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bonum. Si autem malum feceris:time. non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est:vindex in iram, ei qui malum agit.Ideo necessitate subditi estote: non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.Ideo enim & tributa præstatis.ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. ‖Reddite ergo omnibus debita:cui tributum,tributum:cui vectigal,vectigal:cui timorem,timorem:cui honorē, honorem.Nemini quicquam debeatis:nisi, vt inuicem diligatis.qui enim diligit proximum,legem implebit.Nam, ‖Nō adulterabis, Non occides,Nō furaberis, Nō falsum testimonium dices,Nō concupisces, & siquod est aliud mandatum: in hoc verbo instauratur, ‖Diliges proximū tuum sicut teipsum. Dilectio *proximi,malum nō operatur. Plenitudo ergo legis est dilectio.Et hoc scientes tempus, quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim propior est nostra salus,quàm cùm credidimus: Nox præcesserit: dies autem appropinquauit. Abijciamus ergo opera tenebrarum,& induamur arma lucis.Sicut in die,honestè ambulemus: ‖non in commessationibus & ebrietatibus,non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione & æmulatione:sed‖ *induimini Dominum Iesum Christum, & carnis curam ne feceritis in desyderijs.

B Matt.22.e. C Exod.20.c Deut. 5.b. Leui.19.d. Matt. 22.d Marc.12.e. Galat.5.c. Iacob 2.b. *proximo.1. D Luc.21.f Galat. 5.c. 1.Petr 2.c. *induite.4.

S. Fide firmiores debent eos qui adhuc infirmi sunt fouere & non contemnere, & nec hi nec illi iudicare quenquam ob ciborum aut dierū discrimen,scientes quòd omnes eundem habeamus Dominum cui & viuimus & morimur, cui etiam rationem quisque pro se redditurus est: & quanquā nullus cibus iam sit immundus, nemo tamen quicquā edere debet, aut cū fratris offendiculo, aut cōtra suam cōscientiā.

CAP. XIIII.

INfirmū aūt in fide assumite:nō in discep A tationibus cogitationum.Alius enim credit se manducare omnia: qui autem infirmus est, olus *manducat. *mãducat.3 Is qui manducat: non manducantem non spernat. & qui non manducat: manducantem nō iudicet. Deus enim illum assumpsit. ‖Tu quis es, qui iudicas alienum seruum?Domino suo stat aut cadit. stabit autem: potens est enim Deus statuere illum. Nam alius iudicat diem inter diem:alius autē iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu abundet. Qui sapit diem: Domino sapit.Et qui manducat: Domino manducat:gratias enim agit Deo. Et qui non manducat: Domino non manducat, & B gratias agit Deo. Nemo enim nostrum sibi viuit:& nemo sibi moritur. Siue enim viuimus, Domino viuimus:siue morimur, Domino morimur. Siue ergo viuimus,siue morimur: Domini sumus. In hoc enim Christus *mortuus est,& resurrexit: vt & mortuorum & viuorum dominetur.Tu autem quid iudicas fratrem tuum?aut tu, quare spernis fratrem tuum? ‖Omnes enim stabimus ante tribunal Christi. scriptum est enim, ‖Viuo ego,dicit Dominus, quoniā mihi *flectetur omne genu:& omnis lingua cōfitebitur Deo. C Itaq; vnusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo.Non ergo amplius inuicem iudicemus.sed hoc iudicate magis,ne ponatis offendiculum fratri vel scādalum. Scio, & confido in Domino Iesu, quia nihil commune per ipsum:nisi ei qui existimat quid commune esse,illi commune est.Si enim propter cibum frater tuus contristatur:iam non secundum charitatem ambulas. ‖Noli cibo tuo illum perdere pro quo Christus mortuus est. Nō ergo blasphemetur bonum nostrum.Nō est enim regnum Dei esca & potus: sed iustitia,& pax,& gaudiū in Spiritu sancto.qui D enim in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est hominibus. Itaq; quæ pacis sunt sectemur: & quæ ædificationis sunt, inuicem▷custodiamus'. Noli propter escam destruere opus Dei. ‖omnia quidem sunt munda:sed malum est homini qui per offendiculum

*mãducat. 3 Iacob. 4.d *&.4. 2.Cor.5.b. Isai.45.d. Phili. 2.b. *flectet.5. C 1.Cor.8.d. ▷.6. D ▷.7. Tit.1.d.

1.Cor.8.d. diculū manducat. ‖Bonū est non manducare carnē, & nō bibere vinū, neq; in quo frater tuus offenditur,aut scandalizatur,aut infirmatur. Tu fidē habes? penes temetipsum habe corā Deo, Beatus qui nō iudicat semet ipsum in eo quod probat. Qui aūt discernit si manducauerit,dānatus est: quia non ex fide. Omne aūt quod nō est ex fide,peccatum est.

S. Firmiores debent infirmorū ferre & subleuare imperfectiones, non suæ, sed proximorū vtilitati ac mutuæ paci studētes. Christus iuxta factas patribus promissiones prædicauit Iudæis.Gentibus verò ex misericordia Apostoli,nō præuijs promissionibus.Excusat se Paulus quòd liberius Romanis scripserit, tanquā Gentiū Apostolus, ostēdens quomodo sit hoc munus executus: dicens quod ad ipsos quoque sit venturus, vbi datā à Macedonibus electo finā elargitus fuerit Ierosolymitanæ ecclesiæ, petens vt pro se interim orent.

CAP. XV.

A DEbemus autem nos firmiores,imbecillitates infirmorum sustinere, & non nobis placere. Vnusquisq; vestrū proximo suo placeat in bonum, ad ædificationē. Etenim Christus non sibi placuit: sed sicut Psal.68.b. scriptum est, ‖Improperia improperantium tibi, eciderunt super me. Quæcunque enim scripta sunt, ad nostrā doctrinā scripta sunt: vt per patientiā & consolationē scripturarū, spem habeamus. Deus aūt patientiæ & sola- 1.Cori.1.b. tij, ‖det vobis idipsum sapere in alerutrum secundum Iesum Christum: vt vnanimes,vno ore honorificetis Deum & patrem Domini B nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem:sicut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim Christum Iesum, ministrum fuisse circuncisionis propter veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gentes autem super misericordia Psal. 17. d. honorare Deum, sicut scriptum est, ‖Pro- 2.Re.22.d. pterea confitebor tibi in Gentibus Domine, & nomini tuo cantabo. Et iterum dicit: C Lætamini Gentes cum plebe eius. Et iterum, ‖Laudate omnes Gentes Dominum & magnificate eum omnes Populi. Et rursus Isaias ait,‖Erit radix Iesse: & qui exurget Isaiæ.11.c. regere Gentes, in eum Gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos omni gaudio *in.1. & pace in credendo: vt abundetis in spe, *&' virtute Spiritus sancti. Certus sum autem fratres mei & ego ipse de vobis, quoniam & ipsi pleni estis dilectione,repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrum monere. Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte, tanquam in memoriam vos reducens: propter gratiam que data est mihi à Deo, vt sim D minister Christi Iesu in Gentibus. sanctificans Euangelium Dei, vt fiat oblatio Gentium accepta ▷&' sanctificata in Spiritu san- ▷.5. cto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum.Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non *efficit'Christus in obedientiā Gentium,verbo & factis,in virtute signorum & prodigiorum, in virtute Spiritus sancti: ita vt ab Ierusalem per circuitum vsq; ad Illyricum repleuerim Euangelium Christi. Sic autem prædicaui Euangelium hoc, non E vbi nominatus est Christus, ne super alienū fundamentum ædificarem:sed sicut scriptum est, ‖Quibus non est annuntiatum de eo, vi- Isaiæ.52.d debunt: & qui non audierunt, intelligent. Propter quod & impediebar plurimum venire ad vos. *Nunc verò vlterius locum non *& prohibitus sum vsque adhuc habens in his regionibus,cupiditatem autem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis:cum in Hispaniam proficisci cœpero, spero quod præteriens videam vos, & à vobis deducar illuc, si vobis primùm ex parte fruitus fuero. Nunc igitur proficiscar F in Ierusalem ministrare sanctis. Probauerūt enim Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in pauperes sanctorum qui sunt in Ierusalem. Placuit enim eis: & debitores sunt eorum. ‖Nam si spiritualium eorū parti- 1.Cor.9.b cipes facti sunt gentiles:debent & in carnalibus ministrare illis. Hoc igitur cùm consumauero, & assignauero eis fructum hūc: per vos proficiscar in Hispaniam. Scio autē quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis Christi veniam. Obsecro ergo vos G fratres per Dominum nostrū Iesum Christum,& per charitatem▷sancti'Spiritus,vt a- ▷.11. diuuetis me in orationibus▷pro me'ad De- ▷.12. um, vt liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei oblatio accepta fiat in Ierusalē sanctis, vt veniam ad vos in gaudio per voluntatem Dei,vt refrigerer vobiscum. Deus autē pacis sit cū omnibus vobis. Amē.

S. Commendat Apostolus quosdam apud Romanos,propter nonnullas eorum præeminentias nominatim salutandos, quosdam vero vitandos hortatur, & de alijs dicit quòd salutant Romanos.

CAP. XVI.

COmmendo autē vobis Phœben soro A rem nostrā, quæ est in ministerio ecclesiæ quæ est in Cenchris: vt eam suscipiatis in Domino dignè sanctis:& assistatis ei in quocunq; negotio vestri indiguerit. etenim ipsa quoque astitit multis, & mihi ipsi. Salutate‖ Priscam & Aquilam adiutores Act.18.a.g meos in Christo Iesu (qui pro anima mea suas ceruices suppossuerunt: quibus nō solus ego gratias ago, sed & cunctæ ecclesiæ Gentium) & domesticam Ecclesiam eorum.Salu

tate

tate Epænetum dilectum mihi: qui est primi
Iesu tiuus Asiæ in Christo. Salutate Mariã, quæ
v-vobis multum laborauit in 'nobis'. Salutate Andro
‖Iuniam.1. nicum & 'Iuliam 'cognatos & concaptiuos
meos: qui sunt nobiles in Apostolis, qui & ante me fuerunt in Christo. Salutate Am-
B pliatum dilectissimum mihi in Domino. Salutate Vrbanum adiutorẽ nostrum in Christo Iesu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellen probum in Christo. Salutate eos
domo qui sunt ex Aristoboli. Salutate Herodiõnem cognatum meum. Salutate eos qui sunt ex Narcisi domo, qui sunt in Domino. Salutate Tryphænam & Tryphosam: quæ laborant in Domino. Salutate Persidem charissimam, quæ multùm laborauit in Domino. Salutate Rufum electum in Domino, & matrẽ eius & meam. Salutate Asyncritum, Phlegontem, Hermam, Patrobã, Hermen: & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologum & Iuliam, Nereum & sororem eius & Olympiadem: & omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutãt vos
C omnes ecclesiæ Christi. Rogo autem vos fratres vt obseruetis eos qui dissentiones & offendicula præter doctrinam, quam vos didicistis, faciunt: & declinate ab illis. Huiusce-
modi enim Christo Domino nostro non seruiunt, sed suo ventri: & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra enim obedientia in omnem locum diuulgata est. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono: & simplices in malo. Deus autem pacis cõterat satanam sub pedibus vestris velociter. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscũ. ‖Salu- Act.16.a.
tat vos Timótheus adiutor meus: & Lucius, & Iason, & Sosipater cognati mei. Saluto vos ergo Tertius, qui scripsi epistolã, in Domi- D
no. Salutat vos Caius hospes meus & *vniuer- *vniuersa ecclesia.6
sa ecclesia. 'Salutat vos Erastus arcarius ciuitatis, & Quartus, frater. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.
Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta Euangelium meum & prædicationem Iesu Christi, secundum reuelationem mysterij temporibus æternis taciti (quod nũc patefactum est per scripturas prophetarum secundum præceptum æterni Dei, ad obeditionem fidei) in cunctis Gentibus cogniti, soli sapienti Deo per Iesum Christum, cui honor ▷1.
& 'gloria in secula seculorũ. AMEN.

Argumentum in primam epistolam Pauli ad Corinthios.

CORinthij, sunt Achaici. & hi similiter ab Apostolo audierunt verbum veritatis, & subuersi sunt multifariè à falsis Apostolis: quidam à philosophiæ verbosa eloquentia: alij secta legis Iudaicæ inducti sunt. Hos reuocat Apostolus ad veram fidem, & Euangelicam sapientiam: scribens eis ab Epheso per Timótheum discipulum suum.

Epistola Pauli ad Corinthios
prima.

S. *Paulus Deo gratias agit de donis datis Corinthijs, cæterum dolet quòd de baptizatoribus essent inter ipsos schismata, gaudens quòd missus ad prædicandum Euangelium paucos baptizauerit: ostendens etiam reprobatam mundi sapientiam, & electos simplices: sicut & sita est & salus in Christi morte, cuius prædicatio iudicatur mundo stultitia, credentibus vero virtus ac sapientia: ideo enim contemptibilia mundo elegit Deus, nequis in se glorietur.*

CAP. I.

A PAVLVS vocatus Apostolus Iesu Christi, per voluntatem Dei, & Sosthenes frater: ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, sanctificatis in Christo Iesu, vocatis sanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini nostri Iesu Christi, in omni loco ipsorũ & nostro. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Iesu, quod in omnibus diuites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, (sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis) ita vt nihil vobis desit in vlla gratia, expectãtibus reuelationem Domini nostri Iesu Christi, qui & confirmabit vos vsque in finem sine crimine, in die aduentus B
Domini nostri Iesu Christi. ‖Fidelis Deus: 1.Thes.5.d
per quẽ vocati estis in societatẽ filij eius Iesu Christi Domini nostri. Obsecro autem vos fratres, per nomen Domini nostri Iesu Christi, vt idipsum dicatis omnes, & nõ sint in vo-

*eadem mentẽ, & eadem sententia.3. in vobis schismata: sitis autem perfecti *in eodem sensu, & in eadem scientia.' Significatũ est enim mihi de vobis fratres mei, ab ijs qui sunt Chloes, quia contentiones sunt inter vos. Hoc autem dico quod vnusquisq; vestrũ
Actu. 18.f. dicit, Ego quidem sum Pauli, ego autem ‖Apollo, ego verò Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Nunquid Paulus cruci fixus est pro vobis? aut in nomine Pauli bap-
*meo Actu.18.c. tizati estis? Gratias ago Deo *quòd neminẽ vestrum baptizaui, nisi ‖Crispum & Caium: nequis dicat quòd in nomine meo baptizati
C estis. Baptizaui autem & Stephanæ domum. Cæterum, nescio si quem alium *baptizauerim. Non enim misit me Christus baptizare, sed euangelizare: ‖non in sapientia verbi, vt non euacuetur crux Christi. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem stultitia est: ijs autem qui salui fiunt, id est nobis, Dei virtus
Isaiæ.33.c. est. Scriptum est enim, ‖Perdam sapientiam sapientium: & prudentiam prudentium reprobabo. Vbi sapiens? vbi scriba? vbi conquisitor huius seculi? Nónne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Nam quia in Dei sapientia non cognouit mundus per sapientiam Deum: placuit Deo per stultitiam prædicationis, saluos facere credentes. Quoniam
D & Iudæi signa petunt, & Græci sapientiam quærunt: nos autem prædicamus Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Iudæis atque Græcis Christum Dei virtutẽ & Dei sapientiam. quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus: & quod infirmum est Dei, fortius est hominibus. Videte enim vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mũdi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nõ sunt, vt ea quæ
Ierem.23.a sunt destrueret: vt nõ glorietur omnis caro in
Ierem.9.g. cõspectu eius. Ex ipso aũt vos estis in Chri-
1.Co.10.d sto Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo & ‖iustitia & sanctificatio & redemptio: vt quemadmodum scriptum est, ‖Qui gloriatur, in Domino glorietur.

S. *Ostendit Paulus se Christum & hunc crucifixum magna modestia, verbisque simplicibus prædicasse Corinthijs: quanquam perfectis loqueretur etiam sapientiam mundo absconditam, quæ solo Dei spiritu cognosci potest: animalis enim non percipit quæ Dei sunt.* CAP. II.

A ET ego cum venissem ad vos fratres, veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ, annuntiãs vobis testimonium Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos: nisi Iesum Christum, & hunc
Actu. 18.a. crucifixum. Et‖ Ego in infirmitate & timo-
Supra.1. c. re & tremore multo fui apud vos: & sermo
2.Petr.1.c. meus & prædicatio mea‖ non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus & virtutis: vt fides vestra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei.
Sapientiam autem loquimur inter perfe- B
ctos. sapientiam verò, non huius seculi, neq; principum huius seculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius seculi cognouit. si enim cognouissent: nunquam Dominum gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est, Isaiæ.64.b
‖Quod oculus non vidit, nec auris audiuit, C
nec in cor hominis ascendit quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum: nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. Spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis, nisi spiritus hominis qui in ipso est? ita & quæ Dei sunt nemo cognouit nisi spiritus Dei. Nos autem non spiritum ▷huius' ▷2.
mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: vt sciamus quæ à Deo donata sunt nobis.
‖quæ & loquimur non in doctis humanæ sa- 2.Petr.1.c.
pientiæ verbis: sed in doctrina Spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis D
autem homo non percipit ea quæ sunt Spiritus Dei. stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter *examinatur. 'Spiritualis autem iudicat omnia: & ipse *examinatur.1.
à nemine iudicatur, ‖ Quis enim cognouit Isaiæ.40.d
sensum 'Domini qui instruat eum'? Nos au- Sapi.9.c.
tem sensum Christi habemus. Roma.11.d
'domini? aut quis instruxit eum?

S. *Corinthijs adhuc carnalibus non potuit Paulus prædicare recondita fidei mysteria: contendebant enim de his qui tantum ministri erant, cum solus Deus posset gratiæ ac virtutum dare incrementa, solusq; Christus sit fidei fundamentum: super quod quis bene aut male superædificauerit, patebit in die examinis. Non est violandum Dei templum quod sumus nos, nec in Dei ministris gloriandum.*

CAP. III.

ET ego fratres non potui vobis loqui A
quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis. sed nec nunc quidem potestis: adhuc enim carnales estis. Cum enim sit inter vos zelus & cõtentio, nõne carnales estis, & secundũ hominẽ ambulatis? Cũ enim quis dicat, Ego quidẽ sum Pauli, alius aũt, Ego Apollo: nõne 'homines' estis? Quid igitur *'carnales.2*
est

est Apollo? Quid verò Paulus? Ministri eius
B cui credidistis, & vnicuique sicut Dominus
dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus
incrementum dedit. Itaq; neq; qui plãtat est
aliquid, neq; qui rigat: sed qui incrementum
Psal.61.d. Galat.6.b. dat Deus. ‖Qui autem plantat & qui rigat, v-
num sunt. Vnusquisq; autem propriam mer
cedem accipiet secundùm suum laborẽ. Dei
enim sumus adiutores. Dei agricultura estis,
Dei ædificatio estis. Secundùm gratiam Dei
quæ data est mihi, vt sapiens architectus fun
damentum posui: alius autem superædificat.
Vnusquisque autem videat quomodo super-
C ædificet. Fundamentum enim aliud nemo
potest ponere, præter id quod positum est:
quod est Christus Iesus. Siquis autem su-
perædificat super fundamentum hoc, au-
rum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœ-
num, stipulam: vniuscuiusque opus manife-
▷.3. stum erit: Dies enim ▷Domini' declarabit,
quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusq; opus
quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manse
rit quod superædificauit: mercedem accipiet.
Si cuius opus arserit, detrimentum patietur:
ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ig-
nem. Nescitis quia templum Dei estis: & Spi
ritus Dei habitat in vobis? Siquis autem tem
D plum Dei violauerit: disperdet illum Deus.
Infra.6.b. 2.Cor.6.c ‖Templum enim Dei sanctum est: quod estis
vos. Nemo se seducat: si quis videtur inter
vos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat vt
sit sapiens. Sapientia enim huius mundi, stul
Iob.5.c. titia est apud Deum. Scriptũ est enim, ‖Cõ-
prehendam sapientes in astutia eorum. Et ite
Psal.93.b. rum, ‖Dominus nouit cogitationes sapien-
tium quoniam vanæ sunt. Nemo itaq; glorie
tur in hominibus. Omnia enim vestra sunt:
siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue
mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia,
siue futura, omnia enim vestra sunt: vos au-
tem Christi: Christus autem Dei.

S. Nõ temere iudicandum est de Dei ministris. reprehenduntur Corinthij qui de ministris & acceptis donis gloriabantur ac si illa à se haberent, & se extollentes, contemnebant etiam Apostolos, quanquam Paulus illos in Christo genuerat: dicit se breui vẽturum Corinthum, quo pseudapostolos redarguat.

CAP. IIII.

A SIc nos existimet homo vt ministros
2.Cor.6.a. Christi, & dispensatores mysteriorum
Dei. hic iam quæritur inter dispensato-
res vt fidelis quis inueniatur. Mihi aũt pro mi
nimo est vt à vobis iudicer, aut ab humano
die: sed neq; me ipsum iudico. Nihil enim mi
hi conscius sum: sed non in hoc iustificatus
sum. qui autem iudicat me, Dominus est. Ita
que nolite ante tempus iudicare: quoadus-
que veniat Dominus, qui & illuminabit ab-
scondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia
cordium: & tunc laus erit vnicuique à Deo.
Hæc autem fratres transfiguraui in me & A- B
pollo, propter vos: vt in nobis discatis ne su-
prà quam scriptum est, vnus aduersus alte-
rum infletur pro alio. Quis enim te discernit?
Quid autem habes quod non accepisti? Si au
tem accepisti, quid gloriaris quasi non acce-
peris? Iam saturati estis, iã diuites facti estis:
sine nobis regnatis, & vtinam *regnetis', vt & *regnaretis
nos vobiscum 'regnemus'. Puto enim quòd 9. *regnaremus
Deus nos Apostolos nouissimos ostendit, 5.
tanquam morti destinatos: quia spectaculum
facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem C
prudentes in Christo. nos infirmi: vos au-
tem fortes. vos nobiles: nos autem ignobiles.
Vsq; in hanc horam & esurimus: & sitimus,
& nudi sumus, & colaphis cædimur, & in- Acto.20.g
stabiles sumus, ‖& laboramus operantes ma- 1.Thes.2.b
nibus nostris. maledicimur: & benedicimus, 2.Thes.3.b
persecutionem patimur: & sustinemus. blas-
phemamur: & obsecramus. tanquam purga-
menta huius mundi facti sumus, omnium pe
ripsêma vsq; adhuc. Non vt confundam vos
hæc scribo: sed vt filios meos charissimos mo
neo. Nam si decem millia pædagogorum ha-
beatis in Christo: sed non multos patres. Nã
in Christo Iesu per Euangelium ego vos ge *sicut & te-
nui. Rogo ergo vos imitatores mei estote*. go Christi
Ideò misi ad vos Thimótheum, qui est filius D
meus charissimus & fidelis in Domino: qui
vos commonefaciet vias meas quæ sunt in
Christo Iesu, sicut vbiq; in omni ecclesia do
ceo. Tanquã non venturus sim ad vos, sic in-
flati sunt quidam. Veniã autem ad vos cito, si
Dominus voluerit: & cognoscam nõ sermo-
nem eorum qui inflati sunt, sed virtutẽ. Non
enim in sermone est regnum Dei: sed in vir-
tute. Quid vultis? in virga veniam ad vos:
an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

S. Corinthios reprehendit quod incestu publicè viuentem tolerarent, quem absens tradit satanæ, monens vt expurgato vitiorum fermento, puri paschа celebrent: nec vult eos commisceri christianis palàm criminosis.

CAP. V.

OMnino auditur inter vos fornicatio: A
& talis fornicatio, qualis nec inter Leuit.18.b
Gentes, ita vt vxorem patris aliquis
habeat. Et vos inflati estis: & non magis lu-
ctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum
qui hoc opus fecit. ‖Ego quidem absens cor- Colos.2.a.
pore, præsens autem spiritu, iam iudicaui vt
præsens, eum qui sic *operatus est, in nomine *hoc.1.
Domini nostri Iesu Christi, cõgregatis vo- B
bis

*christi.9. bis & meo spiritu, cum virtute Domini no-
stri Iesu, *tradere huiusmodi satanæ in inte-
ritum carnis, vt spiritus saluus sit in die Do-
▷.1. mini ▷nostri' Iesu ▷ Christi'. Non est bona
Galat.5.b. gloriatio vestra. ‖Nescitis quia modicum fer-
C mentum, totam massam corrumpit? Expur-
*igitur.4. gate *vetus fermentum, vt sitis noua con-
spersio, sicut estis azymi. Etenim Pascha no-
strum immolatus est Christus. Itaq; epule-
mur: non in fermento veteri, neque in fer-
mento malitiæ & nequitiæ, sed in azymis
D syncceritatis & veritatis. Scripsi vobis in epi-
stola, Ne commisceamini fornicarijs. non
vtique fornicarijs huius mundi, aut auaris,
aut rapacibus, aut idôlis seruientibus: alio-
quin debueratis de hoc mundo exisse, Nunc
autem scripsi vobis non commisceri, si is qui
frater nominatur est fornicator, aut auarus,
aut idôlis seruiens, aut maledicus, aut ebrio-
sus, aut rapax: cũ eiusmodi nec cibum sumere.
Quid enim mihi de ijs qui foris sunt iudica-
re? Nónne de ijs qui intus sunt vos iudicatis?
nam eos qui foris sunt, Deus iudicabit. Au-
ferte malum ex vobisipsis.

S. Corripit eos quòd iudicio contenderent coram Iudice ethnico: enumerans quædam peccata, quibus inuoluti regnum Dei non possidebunt: quædam licere dicit quæ non expediant: & varias ob causas ostendit vitandam fornicationem. CAP. VI.

A AVdet aliquis vestrum habens negotium aduersus alterum, iudicari apud
iniquos, & non apud sanctos? An ne-
*hoc scitis quoniam sancti de *mũdo iudicabunt?
Et si in vobis iudicabitur mundus: indigni e-
stis qui de minimis iudicetis? Nescitis quo-
niam angelos iudicabimus? quanto magis
secularia? Secularia igitur iudicia si habueri-
tis: contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos
constituite ad iudicandum. Ad verecun-
diam vestram dico. Sic non est inter vos
sapiens quisquam, qui possit iudicare inter
B fratrem suum? Sed frater cum fratre iudicio
Matth.5.f. Luc.6.e. contendit: & hoc apud infideles? ‖ Iam qui-
dem omnino delictum est in vobis, quod iu-
dicia habetis inter vos. Quare non magis in-
iuriam accipitis? quare non magis fraudem
Rom.12.d. 1.Thes.4.a. patimini? ‖Sed vos iniuriam facitis & frauda
tis: & hoc fratribus. An nescitis quia iniqui
regnum Dei non possidebunt? Nolite errare.
Neq; fornicarij, neq; idôlis seruientes, neq;
C adulteri, neq; molles, neq; masculorum con-
cubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi,
*quidam.1. neque maledici, neque rapaces regnum Dei
possidebunt. Et hæc *quidem fuistis: sed ablu
ti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati e-
stis in nomine Domini nostri Iesu Christi,
& in Spiritu Dei nostri. Omnia mihi licẽt: sed
non omnia expediunt. Omnia mihi licent:
sed ego sub nullius redigar potestate. Esca
ventri, & venter escis: Deus autem & hunc
*has' destruet. ‖ Corpus autem non forni- *hanc
cationi, sed Domino: & Dominus corpori. *hæc.4.
Deus verò & Dominum suscitauit: & nos su Infra.10.e3
scitabit per virtutem suam. Nescitis quoniam Eccle.37.d
corpora vestra, membra sunt Christi? Tollẽs D
ergo membra Christi, faciam membra mere-
tricis? Absit. An nescitis. quoniam qui adhæ-
ret meretrici, vnum corpus efficitur? ‖ Erũt e- Genes.2.d.
nim (inquit) duo in carne vna. Qui aũt adhæ- Matt.19.a.
ret Domino: vnus spiritus est. Fugite forni- Marc.10.a.
cationem. Omne *peccatum quodcunque fe Ephes.5.g.
cerit homo, extra corpus est: qui autem for- Supra.3.d.
nicatur, in corpus suum peccat. An nescitis *enim
quoniam membra vestra, templum sunt Spi-
ritus sancti qui in vobis est, quem habetis à
Deo, & non estis vestri? ‖ Empti enim estis 2.Cor.6.e
pretio magno. Glorificate, & portate Deum Infra.7.d.
in corpore vestro. 1.Pet.1.d.

S. Corinthios instruit de matrimonio, eiusq; vsu & indissolubili vinculo, innuptis commendãs cælibatum: & quomodo fidelis cum cõiuge infideli se habere debeat: quodq; vnusquisque in quo vitæ statu ad fidem vocatus est, permaneat: virginitatem matrimonio præfert, vxorem mortuo marito liberam dicens, vt cui velit in Domino nubat.

CAP. VII.

DE quibus autem scripsistis mihi, Bo- A
num est homini mulierem non tan-
gere. propter fornicationem autem
vnusquisq; suam vxorẽ habeat, & vnaquæq;
suum virũ habeat. ‖Vxori vir debitum reddat: 1.Pet.3.b.
similiter aũt & vxor viro. Mulier, sui corporis
potestatem nõ habet: sed vir. Similiter autem
& vir, sui corporis potestatem non habet: sed
mulier. Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex
consensu ad tempus, vt vacetis *orationi, & *ieiunio et.8
iterum reuertimini in idipsum, ne tentet vos
satanas propter incontinentiam vestram.
Hoc autem dico secundum indulgentiam,
non secundum imperium. Volo autem om-
nes homines esse sicut meipsum: sed vnus-
quisq; proprium donum habet ex Deo: alius
quidem sic, alius verò sic. Dico autem non
nuptis & viduis: bonũ est illis, si sic *perma- *maneant.12
neant' sicut & ego. Quòd si non se cõtinent, B
nubãt. melius est enim nubere, quàm vri. Ijs
aũtem qui matrimonio iuncti sunt, præcipio
non ego, sed Dominus, ‖Vxorem à viro non Matth.5.c.
discedere: quòd si discesserit, manere innu- 19.b.
ptam, aut viro suo reconciliari. Et vir vxo- Marc.10.b
rem non dimittat. Nam cæteris, ego dico, Luc.16.d
non Dominus, Siquis frater vxorem habet
infidelem, & hæc cõsentit habitare cum illo:
nõ dimittat illam. Et siqua mulier habet vi-
rum,

Universidad de Deusto Biblioteca

C rum infidelem, & hic cõſentit habitare cum
illa: non dimittat virum. ſanctificatus eſt e-
nim vir infidelis per mulierẽ fidelem: & ſan-
ctificata eſt mulier infidelis per virum fide-
lem. alioquin filij veſtri immũdi eſſent: nũc
autem ſancti ſunt. Quòd ſi infidelis diſcedit:
diſcedat. nõ enim ſeruituti ſubiectus eſt fra-
ter aut ſoror in huiuſmodi. in pace autem vo
cauit nos Deus. Vnde enim ſcis mulier, ſi vi-
rum ſaluũ facies? aut vnde ſcis vir, ſi mulierẽ
D ſaluam facies? niſi vnicuiq; ſicut diuiſit Do-
minus, vnumquemque ſicut vocauit Deus,
ita ambulet, & ſicut in omnibus eccleſijs do-
ceo. Circunciſus aliquis vocatus eſt? nõ ad-
ducat præputiũ. In præputio aliquis vocatus
eſt? nõ circuncidatur. Circunciſio nihil eſt,
& præputium nihil eſt: ſed obſeruatio man-
Epheſ.4.a. datorum Dei. ‖Vnuſquiſque in qua vocatio-
ne vocatus eſt: in ea permaneat. Seruus voca
tus es? non ſit tibi curæ. ſed & ſi potes fieri li-
ber: magis vtere. Qui enim in Domino voca
tus eſt ſeruus, libertus eſt Domini: ſimiliter
Supra.6.d. qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti. ‖Pre
1.Pet.1.d. E tio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum.
Vnuſquiſque in quo vocatus eſt, "frater' in
"fratres.2. "mancant. hoc "permaneat' apud Deum. De virginibus
autem præceptum Domini non habeo: con-
ſilium aũt do, tanquam miſericordiã conſe-
"enim. cutus à Domino vt ſim fidelis. Exiſtimo "er-
"autem.6. go' hoc bonum eſſe propter inſtantem ne-
ceſſitatem, quoniam bonum eſt homini ſic
eſſe. Alligatus es vxori? noli quærere ſolutio-
nem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxo-
rem. Si autem acceperis vxorem: non pecca-
ſti. Et ſi nupſerit virgo: non peccauit. tribula
tionem tamen carnis habebunt huiuſmodi.
Ego autem vobis parco. Hoc itaque dico fra
tres, tempus breue eſt: reliquum eſt vt & qui
habent vxores, tanquam non habentes ſint:
& qui flent, tanquam nõ flentes: & qui gau-
dent, tanquam non gaudentes: & qui emunt,
F tanquam nõ poſſidentes: & qui vtuntur hoc
mundo, tanquam nõ vtantur. præterit enim
figura huius mundi. Volo autem vos ſine ſo-
licitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt: ſolicitus
eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo.
Qui autem cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ
ſunt mundi, quomodo placeat vxori: & diui-
ſus eſt. Et mulier innupta & virgo, cogitat
quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore &
ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ
ſunt mundi: quomodo placeat viro. Porrò
hoc ad vtilitatem veſtrã dico: nõ vt laqueum
vobis inijciam, ſed ad id quod honeſtum eſt,
& quod facultatem præbeat ſine impedimen
"obſecrandi. to Dominum "obſeruandi'. Siquis autem tur
pẽ ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quòd
ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri: quod vult
faciat non peccat, ▷ſi' nubat. Nam qui ſtatuit ▷.1. G
in corde ſuo firmus, non habens neceſſita-
tem, poteſtatem autem habens ſuæ volunta-
tis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare vir-
ginem ſuam, bene facit: Igitur & qui matri-
monio iungit virginem ſuam, bene facit: &
qui non iungit, melius facit. ‖Mulier alligata Rom.7.a.
eſt legi quanto tempore vir eius viuit. quòd
ſi dormierit vir eius, liberata eſt*: cui vult nu *à lege.
bat: tantùm in Domino. Beatior autem erit
ſi ſic permanſerit ſecundùm meum cõſilium.
Puto aũt quòd & ego Spiritum Dei habeam.

S. *Quanquam idolothytis veſci non ſit ex ſe illicitum, quum idolum nullius ſit efficaciæ aut poteſtatis, non ſunt tamen illa edenda aut repugnante conſciẽtia, aut cum infirmorum offendiculo: neque ea edere aut non edere hominem efficit meliorem.*

CAP. VIII.

DE ijs autem quæ idôlis ſacrificantur, A
ſcimus quia omnes ſcientiã habemus.
Scientia inflat: charitas verò ædificat.
Siquis autem ſe exiſtimat ſcire aliquid, non-
dum cognouit queadmodum oporteat eum
ſcire. Siquis autem diligit Deum: hic cogni-
tus eſt ab eo. De eſcis autem quæ idôlis im-
molantur, ſcimus quia nihil eſt idôlum in B
mundo, & quòd nullus eſt Deus niſi vnus.
Nam & ſi ſunt qui dicantur dij, ſiue in cœlo,
ſiue in terra (ſiquidem ſunt dij multi, & do-
mini multi) nobis tamen vnus Deus, Pater,
ex quo omnia & nos in "illum': & vnus Do- "illo.
minus, Ieſus Chriſtus per quem omnia, &
nos per ipſum. Sed non in omnibus eſt ſcien C
tia. Quidam autem* conſcientia vſque nunc *cum.
idôli, quaſi idolothytum manducat: & con-
ſcientia ipſorum cùm ſit infirma, polluitur.
Eſca autem nos non commendat Deo. Ne-
que enim ſi mãducauerimus, abundabimus:
neque ſi non manducauerimus, deficiemus.
Videte autem ne fortè hæc licentia veſtra,
offendiculum fiat infirmis. Si enim quis vide
rit eum qui habet ſcientiam, in idôlo recum-
bentem: nónne cõſcientia eius cùm ſit infir D
ma ædificabitur ad manducandum idolothy Rom.14.c
ta? ‖Et peribit infirmus in tua "ſcientia' fra- "conſcientia.
ter, propter quem Chriſtus mortuus eſt? Sic
autem peccantes in fratres, & percutientes
conſcientiam eorum infirmam: in Chriſtum
peccatis. ‖Quapropter ſi eſca ſcandalizat fra- Rom.14.d
trem meum: non manducabo carnem in æ-
ternum, ne fratrem meum ſcandalizem.

S. *Non accipiebat Paulus victum à Corinthijs quibus concionabatur, vt omnem amputaret offendiculi occaſionẽ, licet hoc ſibi fuiſſe licitũ multis probet argumentis: ſed in omnẽ formã ſe vertit, quo plures ad Dei cultum adducat: Corinthios exhortando ad imitationem eorum qui in ſtadio currunt aut in agone certant, ſuum quoque ait ſe domare corpus.*

CAP. IX.

A NOn ſum liber? Non ſum Apoſtolus?
nónne Chriſtum Ieſum Dominum
noſtrum vidi? Nónne opus meum
▷.1. vos eſtis in Domino? ▷Et' ſi alijs non ſum
Apoſtolus: ſed tamen vobis ſum. nam ſigna-
culũ apoſtolatus mei vos eſtis in Domino.
mea defenſio apud eos qui me interrogant,
hæc eſt, Nunquid non habemus poteſtatem
manducandi & bibendi? Nunquid non habe-
mus poteſtatem mulierem ſororem circun-
ducẽdi, ſicut & cæteri Apoſtoli & fratres Do
mini, & Cephas? Aut ego ſolus & Barnabas,
non habemus poteſtatẽ hoc operandi? Quis
militat ſuis ſtipendijs vnquam? Quis plantat
vineam: & de fructu eius nõ edit? Quis paſcit
gregem: & de lacte gregis non manducat?
Nunquid ſecundum hominem hæc dico? An
& lex hæc non dicit? Scriptum eſt enim in
B Lege Moyſi. ‖Non alligabis os boui trituran
Deut.25.a 1.Tim.5.c. ti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? an pro
*hoc pter nos vtiq; *dicit? Nam propter nos ſcripta
ſunt. quoniam debet in ſpe qui arat, arare: &
Rom.15.f. qui triturat, in ſe fructus percipiendi. ‖Si nos
vobis ſpiritualia ſeminauimus: magnum eſt
ſi nos carnalia veſtra metamus? Si alij pote-
ſtatis veſtræ participes ſunt: quare nõ potius
nos? Sed non vſi ſumus hac poteſtate: ſed om
nia ſuſtinemus, ne quod offendiculum de-
Deut.18.a mus Euangelio Chriſti. ‖ Neſcitis quoniam
qui in ſacrario operantur: quæ de ſacrario
▷.8. ſunt edunt: ▷ &' qui altari deſeruiunt, cum
altari participant? Ita & Dominus ordinauit
ijs qui Euangelium annuntiant, de Euange-
lio viuere. Ego autem nullo horũ vſus ſum.
Non autem ſcripſi hæc, vt ita fiant in me: bo
num eſt enim mihi magis mori: quam vt glo
C riam meam quis euacuet. Nam & ſi euange-
lizauero, non eſt mihi gloria: neceſſitas enim
mihi incumbit: væ enim mihi eſt ſi non euã-
gelizauero. Si enim volens hoc ago: mercedẽ
habeo. ſi autem inuitus: diſpẽſatio mihi cre-
dita eſt. Quæ eſt ergo merces mea? Vt Euan-
gelium prædicans, ſine ſumptu ponam Euã-
gelium, vt non abutar poteſtate mea in Euã-
gelio. Nam cùm liber eſſem ex omnibus, om-
nium me ſeruum feci: vt plures lucrifacerẽ.
Et factus ſum Iudæis tanquam Iudæus: vt Iu
dæos lucrarer. ijs qui ſub lege ſunt: quaſi ſub
lege eſſem (cũ ipſe non eſſem ſub lege) vt eos
D qui ſub lege erant, lucrifacerem. ijs qui ſine
lege erant tanquam ſine lege eſſem (cum ſi-
ne lege Dei nõ eſſem: ſed in lege eſſem Chri
ſti) vt lucrifacerem eos qui ſine lege erant.
Factus ſum infirmis infirmus: vt infirmos
lucrifacerem. Omnibus omnia factus ſum: vt
omnes facerem ſaluos. Omnia autem facio
propter Euangelium: vt particeps eius effi-
ciar. Neſcitis quòd ij, qui in ſtadio currunt,
omnes quidem currunt: ſed vnus accipit bra-
uîum? Sic currite vt comprehendatis. Omnis
autem qui in agône contendit: ab ominibus
ſe abſtinet. & illi quidem vt corruptibilem
coronam accipiant: nos autem incorruptã.
Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum:
ſic pugno, non quaſi aerem verberans, ſed ca
ſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo,
ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe repro-
bus efficiar.

S. *Commemoratione ingratorum Iudæorum frequenter ob varia peccata à Deo punitorũ, hos à ſimilibus abſterret: de tẽtatione humana, & Dei in tentationibus auxilio: non ſolum idololatria fugienda eſt, ſed & menſa eorum qui idolothytis veſcuntur: tum quòd per hoc videantur aliquid idôlis deferre: tum quod ſcandalo ſint infirmioribus.*

CAP. X.

NOlo enim vos ignorare fratres quo- A
niam patres noſtri omnes ‖ ſub nube Num.9.d.
fuerunt, & omnes ‖mare tranſierunt, Exod.13.d Exod.14.e
&‖omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube Exod.16.d
& in mari. & omnes eandem eſcam ſpirita- Exod.17.d
lem manducauerunt, & ‖omnes eundem po Num.20.b
tum ſpiritalem biberunt (bibebant autem
de ſpiritali, conſequente eos, petra autem
erat Chriſtus) ſed non in pluribus eorum be B
neplacitum eſt Deo. nã proſtrati ſunt in de-
ſerto. Hæc autem in figura facta ſunt noſtri,
vt non ſimus concupiſcentes malorum, ‖ſi- Num.26.g
cut & illi concupierunt. Neque idololatræ ef
ficiamini, ſicut quidam ex ipſis: quemadmo-
dum ſcriptum eſt, ‖Sedit populus manducare Exod.32.b
& bibere, & ſurrexerunt ludere. Neque forni
cemur: ‖ſicut quidam ex ipſis fornicati ſunt, Num.25.b
& ceciderunt vna die vigintitria millia. ‖Neq; Num.21.b
tentemus Chriſtum: ſicut quidam eorum tẽ- C
tauerunt, & à ſerpentibus perierunt. ‖Neque Num.14.f
murmurauerіtis: ſicut quidam eorum mur- Iudi.8.c.
murauerunt, & perierunt ab exterminatore.
Hæc autem omnia in figura contingebant il
lis: ſcripta ſunt autem ad correptionem no-
ſtram, in quos, fines ſeculorum deuenerunt.
Itaque qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.
Tentatio vos non "apprehendat', niſi huma- "apprehẽdit.
na. fidelis autem Deus eſt, qui non patietur
vos tentari ſupra id quod poteſtis: ſed fa- D
ciet etiam cum tentatione prouentum, vt
poſſitis ſuſtinere. Propter quod chariſſimi
mihi, fugite ab idôlorum cultura. Vt pruden
tibus loquor: vos ipſi iudicate quod dico.
Calix benedictionis cui benedicimus: nónne
communicatio ſanguinis Chriſti eſt? & pa-
nis quem frangimus, nónne participatio cor-

Universidad de Deusto
Biblioteca

poris Domini est? Quoniam vnus panis, vnum corpus multi sumus. omnes qui de vno pane participamus. Videte Israel secundum carnem: nónne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Quid ergo? dico quòd idôlis immolatum, sit aliquid? aut quòd idôlũ sit aliquid? Sed quæ immolãt Gentes dæmonijs immolant, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicẽ Domini bibere, & calicem dæmoniorum: nõ potestis mẽsæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorum. An æmulamur Dominum? Nunquid fortiores illo sumus? ‖Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Omnia mihi licent, sed non omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat: sed quod alterius. Omne quod in macello vænit, manducate: nihil interrogantes propter conscientiam. ‖Domini est terra, & plenitudo eius. Siquis vocat vos infidelium, & vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Siquis autem dixerit, Hoc 'immolatum' est idôlis: nolite manducare propter illum qui indicauit, & propter conscientiam: conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab 'aliena' conscientia? Si ego cũ gratia participo: quid blasphemor pro eo quod gratias ago? ‖Siue ergo manducatis, siue bibitis, siue aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote Iudæis & Gentibus, & ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant.

S. Vir aperto, mulier autem velato debet orare capite. Corinthios reprehendit quod ad celebrandam cœnam dominicam inuicem nõ expectarent, sed inter se dissiderent, referens interim sacramenti Eucharistiæ à Christo institutionem, & scelus ac pœnam indigne ad illum accedentium.

CAP. XI.

IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autem vos fratres, quod per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Volo autem vos scire, ‖quod omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi: Deus, Omnis vir orans aut prophetans velato capite: deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite: deturpat caput suum. vnum enim est ac si decaluetur. Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decaluari: velet caput suum. Vir quidem non debet velare caput suum: quoniam imago & gloria Dei est, mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est, sed mulier ex viro. ‖ Etenim non est creatus vir propter mulierem: sed mulier propter virum. (Ideo debet mulier potestatem habere supra caput propter ‖angelos.) Verum tamen neque vir sine muliere: neque mulier sine viro in Domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierem: omnia autem ex Deo. Vosipsi iudicate: decet mulierem non velatam orare Deum? Nec ipsa natura docet vos, quod vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi: mulier verò si comã nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt? Siquis autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neque 'ecclesia' Dei. Hoc autem præcipio: non laudans quòd non in melius, sed in deterius conuenitis. Primùm quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse: vt & qui probati sunt manifesti fiãt in vobis. Cõuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisque enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandũ & bibendũ? aut ecclesiam Dei contemnitis: & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos in hoc? non laudo. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis: quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur: accepit panem: & gratias agens fregit, & dixit, ‖Accipite & manducate, hoc est corpus meum quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens, Hic calix, nouum testamentum est in meo sanguine. hoc facite, quotiescunque bibetis, in meam commemorationem. Quotiescunque enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. ‖ Itaque quicunque manducauerit panem hunc vel biberit calicẽ Domini indignè: reus erit corporis & sanguinis Domini. ‖Probet autem seipsum homo: & sic, de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indignè: iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles, & dormiunt multi. Quod si nosmetipsos dijudicaremus: non vtique iudicaremur. Dum iudicamur autem à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicẽ expectate. Siquis esurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis. Cætera aũt, cum venero disponam.

S. Varijs

S. Varijs dantur varia eiusdem Spiritus sancti charismata, vt in modum humani corporis quisq; suo fungatur officio, & mutua se opera omnes indigere cognoscentes, mutuò se foueant: & ita Christus suæ prouidit ecclesiæ de varijs hominum statibus.

CAP. XII.

DE spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis quoniam cum Gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini, euntes. Ideo notum vobis facio, quòd ‖nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema 'Iesu'. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus: nisi in Spiritu sancto. Diuisiones vero gratiarum sunt: idem autem Spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem Dominus. Et diuisiones operationũ sunt, idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vnicuique autem datur manifestatio Spiritus, ad vtilitatem. Alij quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ: alij autem sermo scientiæ, secundum eundem Spiritum: alteri fides in eodem Spiritu: alij gratia sanitatem, in vno Spiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarum, alij interpretatio sermonum. ‖Hæc autem omnia operatur vnus atque idem Spiritus, diuidens singulis prout vult. Sicut enim corpus vnum est, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, vnum tamẽ corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno Spiritu omnes nos in vnum baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gentiles, siue serui, siue liberi: & omnes in vno Spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnum membrum, sed multa. Si dixerit pes, Quoniam non sum manus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Et si dixerit auris, Quoniam non sum oculus, non sum de corpore: num ideo non est de corpore? Si totum corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus? Nunc autem posuit Deus membra, vnumquodque eorum in corpore sicut voluit. Quòd si essent omnia vnum membrũ, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra: vnum autem corpus. Non potest autem oculus dicere manui, Opera tua non indigeo. aut iterum caput pedibus, Non estis mihi necessarij. Sed multo magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt: & quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus: & quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Honesta autẽ nostra, nullius egent: sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat abundãtiorem tribuendo honorem: vt non sit schisma in corpore, sed idipsum pro inuicem solicita sint membra. Et siquid patitur: vnum membrum: compatiuntur omnia membra. siue gloriatur vnum membrum: congaudent omnia membra. ‖Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdam quidem posuit Deus in ecclesia primùm Apostolos, secundò prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationum, opitulationes, gubernationes, genera linguarum. Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetæ? nunquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiã habent curationum? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretantur? Aemulamini autem charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

S. Ostendit charitatis necessitatem, ipsius officia, perpetuitatem, ac præcellentiam supra fidem & spem, reliquaq; Dei dona.

CAP. XIII.

SI linguis hominum loquar & angelorũ, charitatem autem non habeam: factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem ita vt montes transferam, charitatem autem non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero: nihil mihi prodest. Charitas patiẽs est, benigna est: Charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum: non gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati: omnia sufert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectũ est, euacuabitur quod ex parte est. Cum essem paruulus: loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabã vt paruulus. Quando autem factus sum vir: euacuaui quæ erant paruuli. Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autẽ facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte: tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Nunc autem manent, fides, spes, charitas, tria hæc: maior autem horum est charitas.

S. Donum linguarum inferius esse dicit dono prophetiæ, imo inutile si desit qui interpretetur tradit ergo eis normam qua his donis ordinatè vtantur: & mulieres in ecclesijs silere

Universidad de Deusto
Biblioteca

iubet. CAP. XIIII.

A SEctamini charitatem, æmulamini spiritalia: magis autem vt propheretis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus
a Spiritus loquitur, sed Deo: nemo enim audit. ᵃSpiritu' autem loquitur mysteria. nam qui prophe
▷.2. tat: hominibus loquitur ▷ad' ædificationem, & exhortationem, & consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat: qui autē prophetat, ecclesiam ædificat. Volo autem omnes vos loqui linguis. magis autem pro-
B phetare. Nam maior est qui prophetat, quàm qui loquitur linguis: nisi fortè interpretetur, vt ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres, si venero ad vos linguis loquens: quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione, aut in scientia, aut in prophetia, aut in doctrina? Tamen quæ sine anima sunt vocem dantia, siue tibia, siue cithara: nisi distinctionē sonituū dederint, quomodo scietur id quod canitur, aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocē det tuba: quis parabit se ad bellum? Ita & vos per linguam nisi manifestum sermonem dederitis: quomodo
C scietur id quod dicitur? eritis enim in aera lo-
▷.2. quentes. Tam multa, vt puta genera linguarum sunt in ▷hoc' mundo: & nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis, ero ei cui loquor barbarus: & qui loquitur, mihi barbarus. Sic & vos, quoniam æmulatores estis spirituum: ad ædificationem ecclesiæ quærite vt abundetis. Et ideo qui loquitur lingua: oret vt interpretetur. Nam si orē lingua, spiritus meus orat, mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente: psallam spiritu, psallā & mente. Cæ
ᵃquis supplet locū idiotæ? terum si benedixeris spiritu: ᵃqui supplet locum idóte', quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? quoniam quid dicas,
D nescit. nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur. Gratias ago Deo meo, quòd omnium vestrum lingua loquor. Sed in ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui, vt & alios instruam: quàm decem millia verborum in lingua. Fratres, nolite pueri effici sensibus, sed malitia paruuli estote, sen
ᵃenim. sibus autem perfecti estote. In lege ᵃscriptum
Isaię.28.c. est, ‖ Quoniam in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic: & nec sic exaudient me
E dicit Dominus. Itaque linguæ in signum
ᵃprophetia. sunt non fidelibus, sed infidelibus: ᵃprophetiæ' autem, non infidelibus, sed fidelibus. Si ergo conueniat vniuersa ecclesia in vnum, & omnes linguis loquantur, intrent autem idió
ᵃquid tæ, aut infideles, nónne dicent ᵃquòd' insanitis? Si autem omnes prophetent, intret autem quis infidelis vel idióta: conuincitur ab omnibus, dijudicatur ab omnibus. occulta cordis eius manifesta fiunt: & ita cadens in faciem adorabit Deum, pronuntiās quòd verè Deus in vobis sit. Quid ergo est fratres? Cū conuenitis, vnusquisq; vestrū psalmū habet, doctrinā habet, apocalypsin habet, linguā habet interpretationē habet: omnia ad ædificationē fiant. Siue lingua quis loquitur: secundum duos, aut vt multum tres, & per partes, & vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpres: taceat in ecclesia, sibi autem loquatur & Deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant, & cæteri dijudicent. Quòd si alij reuelatum fuerit sedēti, prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare: vt omnes discant, & omnes exhortentur. & spiritus prophetarum, prophetis ᵃsubiecti sunt'. Nō enim
ᵃsubiectus est
est dissensionis Deus, sed pacis: sicut & in o-
▷.1. mnibus ecclesijs sanctorum ▷doceo'. Mulieres in ecclesijs taceant. non enim permittitur G
Genes.3.c. eis loqui, ‖sed subditas esse, sicut & lex dicit.
1.Tim.2.d. ‖Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri loqui in ecclesia. An à vobis verbum Dei processit? aut in vos solos peruēnit? Siquis videtur propheta esse, aut spiritualis, cognoscat quæ scribo vobis, quia Domini sunt mandata. Siquis autem ignorat, ignorabitur. Itaque fratres æmulamini prophetare: & loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honestè & secundum ordinem fiant in vobis.

S. Christum docet à mortuis resurrexisse, multisque ac demum Paulo qui se minimum dicit Apostolorum aperuisse: ac nostram hic astruit resurrectionem, & ordinem ac modum eius, vnà cum diuersa resuscitatorum gloria, non in anima solum, sed etiam in corpore: mors autem in resurrectione absorbebitur.

CAP. XV.

NOtum autem vobis facio fratres E- A
uangelium quod prædicaui vobis, Galat.1.b.
quod & accepistis, in quo & statis,
per quod & saluamini, qua ratione prædicauerim vobis si tenetis, nisi frustra credidistis.
Tradidi enim vobis in primis quod & accepi:
quoniam Christus mortuus est pro peccatis
nostris ‖secundum scripturas: & ‖quia sepul- Isaiæ.53.b
tus est, & quia resurrexit tertia die, ‖secundū Ionæ.2.a
scripturas, & ‖quia visus est Cephæ: & post Ioan.20.c.
hoc vndecim. Deinde visus est plus quàm
quingentis fratribus simul: ex quibus multi
manent vsque adhuc, quidam autem dormierunt. Deinde visus est Iacóbo. deinde Apostolis omnibus. Nouissimè autem omnium B
tanquam abortiuo, visus est & mihi. ‖Ego e- Actu.19.a
nim sum minimus Apostolorū: qui non sum Ephe.3.b.
dignus vocari Apostolus, quoniam persecutus sum ecclesiā Dei. Gratia aūt Dei sum id quod

quod sum: & gratia eius in me vacua nō fuit, sed abundantius illis omnibus laborauī: non ego autem, sed gratia Dei mecum. Siue enim ego, siue illi: sic prædicamus & sic credidistis.
Si aūt Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis: quomodo quidam dicunt in vobis quoniam resurrectio mortuorum nō est? Si autem resurrectio mortuorum non est: neq; Christus resurrexit. Si autem Christus non resurrexit, inanis est ergo prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. inuenimur autem
C & falsi testes Dei: quoniam testimonium diximus aduersus Deū, quòd suscitauerit Christum, quem non suscitauit si mortui non resurgunt. Nam si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit. Quod si Christus non resurrexit: vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo, perierunt. Si in hac vita tantum, in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus resurrexit à mortuis, primi-
Colos.1.c. tiæ dormientium, ‖quoniam ᵃquidem' per ho-
Apoc.1.b. *ᵃenim.5.* minem mors: & per hominem resurrectio mortuorum. Et sicut in Adam omnes moriuntur: ita & in Christo omnes viuificabuntur. ‖ Vnusquisque autem in suo ordine, pri-
1.The.4.d mitiæ Christus: deinde ij qui sunt Christi,
▷.2. ▷.2. ▷qui' in aduentum eius ▷crediderunt'. Dein-
D de finis: cum tradiderit regnum Deo & Patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem. Oportet autem
Psal.109.a illum regnare: ‖donec ponat omnes inimicos
Hebr.1.d. sub pedibus eius. ᵃNouissima' autem inimica
10.c. *ᵃNouissime* destruetur mors. ‖Omnia enim subiecit sub
Psalm.8.c. pedibus eius. Cum autem dicat, Omnia sub-
Hebr.2.d. iecta sunt ei: sine dubio, præter eū qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia: tunc & ipse Filius subiectus erit ei qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Alioquin quid facient qui baptizantur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? vt quid & baptizantur pro illis? vt quid & nos periclitamur omni hora? Quo-
ᵃpropter tidie morior ᵃper' vestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. Si (secundum hominem) ad bestias pug-
Isaiæ.22.a. naui Epheſi, quid mihi prodest, si mortui
Sapien.2.b non resurgunt? ‖ manducemus & bibamus,
cras enim moriemur. Nolite seduci, ‖ Cor-
E rumpunt mores bonos colloquia mala. E-
ᵃiuste.4. uigilate ᵃiusti': & nolite peccare. ignorantiam enim Dei quidam habent. ad reuerentiam
ᵃdicet.4. vobis loquor. Sed ᵃdicit' aliquis, Quomodo re-
ᵃveniunt.8 surgunt mortui? quali autem corpore ᵃvenient'? Insipiens, tu quod seminas non viuificatur, nisi prius moriatur. Et quod seminas, non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granum, vt puta, tritici, aut alicuius cæterorum. Deus autem dat illi corpus sicut
ᵃvolait. 8. ᵃvult': & vnicuique seminum proprium corpus. Non omnis caro, eadem caro: sed alia hominum, alia pecorum, alia volucrum, alia piscium. Et corpora cœlestia, & corpora terrestria: sed alia quidem cœlestium gloria, alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum. Stella enim à stella differt in claritate: sic & resurrectio mortuorum. Seminatur in corruptione: surget in incorruptione. Seminatur in ignobi F
litate: surget in gloria. Seminatur in infirmitate: surget in virtute. Seminatur corpus animale: surget corpus spiritale. Si est corpus
animale, est & spiritale, sicut scriptū est, ‖Fa- Gene,2.b.
ctus est primus homo Adam in animam viuentem: nouissimus Adam in spiritum viuificantem. Sed nō prius quod spiritale est, sed quod animale: deinde quod spiritale. Primus homo de terra, terrenus: secundus homo de cœlo, cœlestis. Qualis terrenus: tales & terreni. & qualis cœlestis: tales & cœlestes. Igitur sicut portauimus imaginem terreni: portemus & imaginem cœlestis. Hoc autem dico fratres. quia caro & sanguis regnum Dei possidere non possunt, neque corruptio, incorruptelam possidebit. Ecce mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non o- G
nes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nouissima tuba (canet enim ▷tuba') & ▷.8.
mortui resurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem & mortale hoc induere immortalitatem. Cum autem ᵃmortale
ᵃcorruptū hoc induerit incorruptionem, &c.1. hoc induerit immortalitatem: tunc fiet ser-
Osee.13.d mo qui scriptus est. ‖Absorpta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? vbi est mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est: virtus verò peccati, lex. ‖Deo au- Hebr.2.d.
tem gratias qui dedit nobis victoriam per Iohan.5.a.
Dominum nostrum Iesum Christum. Itaque fratres mei dilecti, stabiles estote & immobiles: abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino.

S. Vbi de colligenda pro Christianis qui Ierosolymis agebant eleemosyna hortatus esset, commendat eis Timotheum ac Stephanæ familiam: deinde salutationes subiungit.

CAP. XVI.

DE collectis autē quæ fiunt in sanctos, A
sicut ordinaui ecclesijs Galatiæ, ita
& vos facite. Per vnam sabbathi vnusquisque vestrum apud se seponat, recondens
quod ei bene placuerit: vt non cum venero,
tunc collectæ fiāt. Cum autem præsens fue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro quos probaueritis per epistolas, hos mittam perferre gratiam vestram in Ierusalem.
Quod si dignum fuerit vt & ego eam: mecum ibunt. Veniam aũt ad vos, cum Macedoniam pertransiero. nam Macedoniam pertransibo.
B Apud vos autem forsitan manebo, vel etiam hyemabo: vt vos me deducatis quocunque iero. Nolo enim vos modo in transitu videre. spero enim me aliquantulum temporis manere apud vos, si Dominus permiserit. Permanebo autem Epheſi vsq; ad Pentecosten.
Ostium enim mihi apertum est magnum & euidens: & aduersarij multi. Si autem venerit Timotheus, videte vt sine timore sit apud vos. opus enim Domini operatur, sicut & ego. Nequis ergo illum spernat. deducite autem illum in pace: vt veniat ad me. expecto
C enim illum cum fratribus. De Apollo autem
▷.3. fratre, ▷vobis notum facio quoniam', multum rogaui eum vt veniret ad vos cum fratribus: & vtiq; non fuit voluntas eius vt nunc veniret. veniet autem cum ei vacuum fuerit. Vigilate, state in fide, viriliter agite, & confortamini. omnia vestra in charitate fiãt.
Obsecro autem vos fratres, nostis domum Stéphanæ & Fortunati *quoniam sunt primitiæ Achaiæ, & in ministerium sanctorum ordinauerunt seipsos: vt & vos subditi sitis eiusmodi, & omni cooperanti & laboranti. Gaudeo autẽ in præsentia Stéphanæ & Fortunati & Achaici, quoniam id quod vobis deerat, ipsi suppleuerunt. refecerunt enim & meum spiritum & vestrum. Cognoscite ergo qui huiusmodi sunt. Salutant vos *ecclesiæ Asiæ. Salutant vos in Domino multum, Aquila & Priscilla cum domestica sua ecclesia *. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutatio, mea manu Pauli. Siquis non amat Dominum nostrum Iesum Christum, sit anathema, Maran atha. Gratia Domini nostri Iesu ▷Christi' vobiscum. Charitas mea cum omnibus vobis in Christo Iesu. Amen.

*& Achaici

D

*omnes

*apud quos & hospitor

▷.3.

Argumentum in Secundam epistolam Pauli ad Corinthios.

Post actam à Corinthijs pœnitentiam, consolatoriam scribit eis epistolam Apostolus à Troade per Titum, Et collaudans eos, hortatur ad meliora: contristatos quidem eos, sed emendatos ostendens.

Epistola Pauli ad Corinthios *secunda.*

S. Ostendit Apostolus ex quantis in Asia ortis aduersitatibus eripuerit eum Dominus, vt & ipse alios consolaretur: deinde manifestans cordis sui ac doctrinæ synceritatem, ostendit quod licet iuxta id quod proposuerat, ad eos nõ venerit, nulla ipsius id actum est leuitate: asserens firmam esse suæ prædicationis veritatem.

CAP. I.

A PAVLVS Apostolus Iesu christi per voluntatem Dei, & Timótheus frater: ecclesiæ Dei quæ est Corinthi, cũ omnibus sanctis qui sunt in vniuersa Achaia. Gratia vobis & pax à Deo Pa-
Ephes.1.2. 1.Petr.1.2. tre nostro, & Domino Iesu Christo. ‖ Benedictus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione nostra: vt possimus & ipsi cõsolari eos qui in omni pressura sunt, per exhortationem qua exhortamur & ipsi à Deo. quoniam sicut abundant passiones Christi in nobis: ita & per Christum abundat consolatio nostra. Siue autem tribulamur, pro
B vestra exhortatione & salute: *siue exhortamur, pro vestra exhortatione ▷ & salute' quæ operatur 'tolerantiam' earundem possionum quas & nos patimur: '& spes nostra firma est' pro vobis: scientes quod sicut socij passionum estis, sic eritis & consolationis.
Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione nostra, quæ facta est in Asia, quoniam supra modum grauati sumus supra virtutem, ita vt tæderet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobismetipsis responsum mortis habuimus, vt non simus fidentes in nobis,
C sed in Deo qui suscitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem speramus quoniam & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarum personis facierum, eius quæ in nobis est donationis, per multos gratiæ agantur pro nobis. Nam gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ, quòd in simplicitate & synceritate Dei, & non in sapientia carnali, sed in gratia Dei conuersati sumus, in ▷hoc' mundo: abundantius autem ad vos. Non enim alia scribimus vobis,
▷.1. 'cognouistis quàm quæ legistis & 'cognoscitis'. Spero autem quòd vsque in finem cognoscetis: sicut & cognouistis nos ex parte, quòd gloria vestra sumus, sicut & vos nostra in die Domini nostri Iesu Christi. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt secundam gratiam haberetis: & per vos transire in Macedoniã,
D & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Cum ergo voluissem, nunquid leuitate vsus sum? Aut quæ cogito, secũdum carnem cogito, vt sit apud me Est, & Non? Fidelis autem Deus, quia sermo noster qui 'fuit' apud vos, non est in illo Est &
1.Cor.1.19. Non. Dei enim filius Iesus Christus, qui in vobis per nos prædicatus est, per me & Syluanum & Timótheum, non fuit Est & Nõ, sed Est in illo fuit. Quotquot enim promissiones Dei sunt, in illo Est: ideo & per ipsum, Amen Deo, ad gloriam nostram. Qui autem confirmat nos vobiscum in Christo, & qui vnxit nos, Deus: qui & signauit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.
Ego autem testem Deum inuoco in animam meam, quod parcens vobis, nõ veni vltra Corinthum. non quia dominamur fidei vestræ: sed adiutores sumus gaudij vestri. nam fide statis.

S. Ostendit quod ad ipsos non venerit ne maioris esset causa tristitiæ, exhortans vt fornicarium illum recipiant in gratiam: simul indicans quòd magno quidem labore, magno tamen etiam fructu prædicauerit, licet prædicationis suæ fragrantia quibusdam mortis occasio fuerit.

CAP. II.

A STatui autem hoc ipsum apud me ne iterum in tristitia venirem ad vos. Si enim ego cõtristo vos: & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis: vt nõ cum venero, tristitiã super tristitiam habeam, de quibus oportuerat me gaudere: confidens in omnibus vobis, quia meum gaudium, omnium vestrum est. Nã ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt contristemini, sed vt sciatis quam charitatem habeam abundantius in vobis. Si quis
B autem contristauit, non me contristauit: sed ex parte, vt non onerem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita vt econtrario magis donetis & consolemini, ne fortè abundantiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos vt confirmetis in illum charitatem. Ideo enim & scripsi, vt cognoscam experimentum vestrum an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid 'donastis': & ego. Nam & ego quod donaui, si quid donaui,
C 'donatis.2. propter vos, in persona Christi, vt non circumueniamur à satana. nõ enim ignoramus cogitationes eius. Cum venissem autẽ Troadem propter Euangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino: non habui requiẽ spiritui meo, eo quòd non inuenerim Titum fratrem meum, sed valefaciens eis, profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat
D per nos, in omni loco. quia Christi bonus odor sumus Deo, in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt. alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autẽ odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus sicut plurimi, adulterantes verbum Dei, sed ex synceritate, sed sicut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur.

S. Non eget Apostolus hominum cõmendatione, cùm fructus suæ prædicationis eum cõmendet: multo enim maiori in honore esse debent ministri noui testamenti ac spiritus quàm veteris testamenti ac literæ: & quòd Iudæi velamen adhuc habebant super cor suum in lectione scripturarum, quod fide in Christum aufertur.

CAP. III.

INcipimus iterum nosmetipsos commendare? aut nunquid egemus (sicut quidam)
A commendatitijs epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus: manifestati quod epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento, sed Spiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autẽ talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis, sed sufficiẽ-
B tia nostra ex Deo est. qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non 'litera, sed Spiritu'. litera enim occidit: Spiritus autem viuificat. Quod si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius, quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio Spi-
C ritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis, ▷in' gloria est: multo magis abundat ▷.8. ministerium iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod euacuatur per gloriam est: multo magis quod manet, in gloria est. Habẽtes igitur talem spem, multa fiducia vtimur: & non ‖ sicut Moyses Exo.34.d.

*& hospitor

*fine consolamur pro vestra consolatione. ▷.6.

*in tolerantiam. 4. *vt spes nostra firma sit

'litera, sed Spiritus

ponebat velamen super faciem suam: vt non intenderent filij Israel in faciem eius quod
D euacuatur, sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum (*quoniam* in Christo
*quod.6. euacuatur) sed vsque in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad Dominum: auferetur velamen.
Ioan. 4.c. ‖ Dominus autem, Spiritus est. Vbi autem Spiritus Domini: ibi libertas. Nos vero omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes: in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini Spiritu.

S. Quod syncera Apostolorum prædicatione verbum Dei omnibus manifestatum est, præterquam ijs, quorum mentes excæcatæ sunt: quod multa aduersa patiantur Apostoli nunquam tamen succumbant: momentanea autem tribulatio parit magnam æternámque gloriam.

CAP. IIII.

A IDeo habentes hanc ministrationem: iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neque adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendantes nosmetipsos ad omnem conscientiam hominum coram Deo. Quod si etiam opertum est Euangelium nostrum: in ijs qui pereunt est opertum, in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infidelium, vt non fulgeat
*eis.2. *illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui
B est imago Dei. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum
D.2. ▷nostrum': nos autem, seruos vestros per Iesum. quoniam Deus qui dixit de tene-
D.11. bris lucem splendescere. ▷'ipse' illuxit in cor
*qui.3. dibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurum istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationem patimur, sed non angustiamur: aporiamur, sed non de-
C stituimur: persecutionem patimur: sed non
*humiliamur, sed non confundimur derelinquimur: *deijcimur, sed non perimus: semper mortificationem Iesu in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur, vita autem in vobis. Habêtes autem
Psalm.115. eundem spiritum fidei, sicut scriptũ est, ‖Credidi, propter quod locutus sum: & nos credimus propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos: vt gratia abundans, per multos in gratiarum actione, abundet in gloriam Dei. Propter quod non deficimus: sed licet D
is qui foris est noster homo corrumpitur, tamen is qui intus est renouatur de die in diẽ. Id enim quod in præsenti est momentaneũ & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operatur ▷in'nobis, non contemplantibus nobis D.2. quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur temporalia sunt: quæ autem non videntur æterna sunt.

S. Ex certa spe futuræ gloriæ desyderãt Apostoli absolui à corpore, cum aliter illa frui non possint semper autem cupiẽtes Christo omnium iusto iudici placere, dant suis discipulis occasionem de ipsis gloriãdi coram aduersarijs: & legatione pro Christo fungentes, ne ipsum quidem Christum, quem prædicant, & cuius morte reconciliatus est Deo mundus, iam secundum carnem nouerunt.

CAP. V.

SCimus enim quoniam si terrestris do- A
mus nostra huius habitationis dissoluatur, quod ædificationem ex Deo habemus, domum non manufactam æternam in cœlis. Nã & in hoc ingemiscimus, habitationem nostram quæ de cœlo est, superindui cupientes: si tamen vestiti, non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, Apoc.16.e
ingemiscimus grauati: eo quod nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quod mortale est, à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit nobis pignus Spiritus. Audentes igitur semper, & scientes quoniam dum sumus in corpore, peregrinamur à Domino (per fidem enim ambulamus & nõ per speciẽ) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à B
corpore, & præsentes esse, ad Dominum. Et ideo contendimus, siue absentes, siue præsen Rom.14.b
tes placere illi. ‖Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gesit, siue bonum siue malũ. Scientes ergo timorẽ Domini hominibus suademus: Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs vestris manifestos nos esse. Nõ iterum cõ mẽdamus nos vobis, sed occasionẽ damus vobis gloriãdi pro nobis: vt habeatis ad eos qui C
in facie gloriãtur, & non in corde. Siue enim *excidimur mente 'excedimus', Deo: siue sobrij sumus, vobis Charitas enim Christi vrget nos: æstimãtes hoc, quoniã si vnus pro omnibus mortuus

tuus est, ergo omnes mortui sunt. & pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuũt, iam nõ sibi viuãt, sed ei qui pro ipsis mortuus est & resurrexit. Itaque nos, ex hoc neminẽ nouimus secundum carnem. Et si cognouimus secundum carnẽ Christum: sed nũc iam non nouimus. Siqua ergo in Christo noua
Isaiæ.43.e creatura: ‖Vetera transierunt, ecce facta sunt
Apoc.21.b omnia noua. Omnia autem ex Deo qui nos
D reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium recõciliationis. quoniã quidem Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi, non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum qui non nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

S. Exhortatur ne acceptam negligant gratiam, ostendens quantum laborauerit vt probatum se Dei ministrum exhiberet, & admonens vt à conuictu & consortio infidelium separentur.

CAP. VI.

A ADiuuantes autem *exhortamur, ne
*&.7. Isai.49.c. in vacuum gratiam Dei recipiatis. (Ait enim, ‖Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nunc dies salutis.)
1Co.4.a. ‖nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministeriũ nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patiẽtia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in
B longanimitate, in suauitate, in Spiritu sancto, in charitate non ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris, & à sinistris, per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bonam famam: vt seductores & veraces: sicut qui ignoti & cogniti: quasi morientes, & ecce viuimus: vt castigati, & nõ mortificati: quasi tristes, semper autem gaudentes: sicut egentes, multos autem locupletantes: tanquam nihil habentes, & omnia possidentes. Os nostrum patet
C ad vos ô Corinthij, cor nostrum dilatatũ est. Nõ angustiamini in nobis: angustiamini autem in visceribus vestris. Eandem autem habentes remunerationem (tãquam filijs dico) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autẽ conuentio Christi ad Be-
D lial? Aut quæ pars fideli cum infideli? Qui au
1Cor.3.d. 6.d. tem consensus templo Dei cum idôlis? ‖Vos enim estis templum Dei viui: sicut dicit Deus, ‖Quoniam inhabitabo in illis: & inambu Leui.26.b
labo. & ero illorum Deus: & ipsi erunt mihi populus. ‖Propter quod exite de medio eorũ, Isaiæ.52.e
& separamini, dicit Dominus: & immũdum ne tetigeritis: & ego recipiam vos. ‖& ero vo Iere.31.a.
bis in patrem: & vos eritis mihi in filios & filias dicit Dominus omnipotens.

S. Ostendit Apostolus quãto amore Corinthios prosequatur, & quantum de correcta ipsorum vita in magnis suis tribulationibus gaudium acceperit, quãtumue bonum, pepererit tristitia, quam ex sua acceperant epistola.

CAP. VII.

HAs ergo habentes promissiones cha- A
rissimi, mũdemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficientes sanctificationẽ in timore Dei. Capite nos. Neminem læsimus, neminẽ corrupimus, neminem circumuẽnimus. Non ad condemnationẽ *dico. prædixi enim quòd in cordibus *vestram. nostris estis ad commoriendum & ad conuiuendũ. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: repletus sum consolatione: superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nã & cùm venissemus in Ma B
cedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus: foris, pugnæ: intus, timores. Sed qui consolatur humiles, consolatus est nos Deus, in aduentu Titi. Non solùm autem in aduentu eius, sed etiam in consolatione, qua consolatus est in vobis, referens nobis vestrum desyderium, vestrum fletum, vestram æmulationẽ pro me, ita magis vt gauderem. Quoniam C
& si cõtristaui vos in epistola, nõ me pœnitet: & si pœniteret, videns quòd epistola illa (& si ad horã) vos contristauit. nunc gaudeo: non quia contristati estis, sed quia contristati estis ad pœnitentiam. Cõtristati enim estis secundum Deum, vt in nullo detrimentum patiamini ex nobis. ‖Quæ enim secun- 1.Pet.2.e.
dum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autem tristitia, mortem operatur. Ecce enim hoc ipsum, secundum Deum contristari vos, quantam in vobis operatur solicitudinem. sed defensionem, sed indignationem, sed timorem, sed desyderium, sed æmulationem, sed vindictam. in omnibus exhibuistis vos, in contaminatos esse negotio. Igitur & si scripsi vobis, non propter eum qui fecit iniuriam, nec propter eum qui passus est: sed ad manifestandam solicitudinem nostram quam habemus pro vobis *coram Deo, ideo con- *ad vos.6.
solati sumus. In consolatione autem no- D
stra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab om-

ab omnibus vobis. Et siquid apud illū de vobis gloriatus sum, non sum cōfusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus, ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titum, veritas facta est, & viscera eius abundantius in vobis sunt: reminiscentis omnium vestrū obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

S. Hortatur eos ad eleemosynam pauperibus qui Ierosolymis agebant prompto animo tribuendam, tum Macedonum commendatione, tum Christi exemplo: admonens vt quod iam dudum facere proposuerant, id nunc pro cuiusque facultate præstent: & ministros collaudat quos ad eam mittit colligendā, gaudens quòd Titus humanè fuerit ab eis acceptus.

CAP. VIII.

A NOtum autem facimus vobis fratres gratiam Dei quæ data est in ecclesijs Macedoniæ, quòd in multo experimento tribulationis abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorum. quia secundùm virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutē voluntarij fuerunt, cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiam & communicationē ministerij quod fit in Sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederūt, primùm Domino, deinde nobis per voluntatem Dei: ita vt rogaremus Titum, vt quēadmodum cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiam istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide & sermone, & scientia, & omv.6. ni solicitudine, ▷insuper' & charitate vestra
B in nos, vt & in hac gratia abundetis. Nō quasi imperans dico: sed per aliorum solicitudinem etiā vestræ charitatis ingenium bonum comprobans. Scitis enim gratiam Domini nostri Iesu Christi, quoniam propter vos egenus factus est, cùm esset dives: vt illius inopia vos diuites essetis. Et cōsilium in hoc do: hoc enim vobis vtile est, qui non solùm facere, sed & velle cœpistis ab anno priore: nūc verò & facto perficite: vt quēadmodum prōptus est animus voluntatis: ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est: secundùm id quod habet, accepta est, non secundum id quod non habet.
C Non enim vt alijs sit remissio, vobis autem tribulatio: sed ex æqualitate. In præsenti tempore, vestra abundantia, illorum inopiā supleat: vt & illorum abundātia vestræ inopiæ sit supplementum, vt fiat æqualitas, sicut scri
Exod.16.d *habuit .11. ptum est, ‖Qui multùm *non abundauit: & qui modicū, non minorauit. Gratias autem Deo, qui dedit eandem solicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniam exhortationē quidem suscepit: sed cùm solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos. Misimus etiam cum illo fratrem, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias: non solùm autem, sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiam quæ ministratur à nobis ad Domini gloriam, & destinatam D
voluntatem nostram. deuitātes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine quæ ministratur à nobis. ‖Prouidemus enim bona non Roma. 12.d
solùm coram Deo, sed etiam coram hominibus. Misimus autem cum illis & fratrem nostrum, quem probauimus in multis sæpe solicitum esse: nunc autē multò solicitiorem, confidentia multa in vos, siue pro Tito qui
*in vobis. est socius meus & *in vos' adiutor, siue fratres
*gloria.2. nostri Apostoli ecclesiarum, *gloriæ' Christi. Ostensionem ergò quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum.

S. Prosequitur hortando ad eleemosynam promptè & abundanter tribuendam: admonens ne ex hoc inopiam metuant, sed diuinæ fidant prouidentiæ: variosque recenset illius eleemosynæ fructus.

CAP. IX.

NAm de ministerio quod fit in sanctos: A
ex abundanti est mihi scribere vobis. Scio enim promptum animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Macedones, Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito, & vestra æmulatio prouocauit plurimos. Misi autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte, vt (quemadmodum dixi) parati sitis: ne cùm venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erubescamus nos, vt non dicamus vos in hac substantia. Necessarium ergo exi- B
stimaui rogare fratres vt perueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionē hāc paratam esse sic, quasi benedictionem, non tanquam auaritiam. Hoc autē dico, Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisque prout destinauit in corde C
suo: non ex tristitia aut ex necessitate. ‖Hila- Eccle.35.b
rem enim datorem diligit Deus. Potens est autem Deus omnem gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum, sicut scriptum est, ‖Dispersit Psal.3.h.
dedit pauperibus: iustitia eius manet in *æternum'. Qui autem administrat semen seminā- *seculum seculi. D
ti: & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & augebit incrementa frugum iustitiæ vestræ: vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatē, quæ operatur per nos gratiarum actionem

nem Deo. Quoniam ministerium huius officij, non solùm supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in Domino, per probationem ministerij huius glorificātes Deum in obedientia confessionis vestræ in Euangelium Christi, & simplicitate communicationis in illos, & in omnes, & in ipsorum obsecratione pro vobis, desyderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. Gratias Deo super inenarrabili dono eius.

S. Incipit suam aperire potestatem & exantlatos pro Christo labores propter pseudapostolos, qui ipsum deprimentes & abiectum prædicantes, fructum prædicationis eius impediebant.

CAP. X.

A IPse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiam Christi, qui in facie quidem humilis sum inter vos, absens autem confido in vobis. Rogo autem, ne præsens audeam per eam confidentiam qua existimor audere in quosdam: qui arbitrātur nos tanquam secundum carnem ambulemus. In carne enim ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt: sed potentia Deo ad destructionem munitionum, consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam
B Dei, & in captiuitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, & in prōptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cùm impleta fuerit vestra obedientia. Quæ secundum faciem sunt videte. Si quis cōfidit sibi, Christi se esse: hoc cogitet iterum apud se, quia sicut ipse Christi est: ita & nos. Nam & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra, quam dedit nobis Dominus in ædificationem, & non in destructionem ve-
C stram: non erubescam. Vt autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas (quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes: præsentia autem corporis infirma, & sermo contemptibilis) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Non enim audemus inserere aut comparare nos quibusdam, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Nos autem
Ephes.4.d non in immensum gloriabimur: ‖sed secundum mensuram regulæ, qua mensus est nobis Deus, mensuram pertingendi vsque ad
D vos. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. Vsque ad vos enim peruēnimus in Euangelio Christi: non in immensum gloriātes in alienis laboribus: spem autem habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundum regulam nostram in abundantiam, etiam in illa quæ vltra vos sunt euangelizare, non in aliena regula, in ijs quæ præparata sunt gloriari. ‖Qui 1.Cor.1.d.
autem gloriatur: in Domino glorietur. Non Ierem.9.g
enim qui seipsum commendat, ille probatus est: sed quem *Deus' commendat. *Dominus.3

S. Propter pseudapostolos peruertentes Pauli prædicationem metuens Corinthijs, ostēdit quare nihil subsidij ab eis acceperit: deinde vt ostē dat plus fidei sibi tribuendum esse quàm illis, sua recenset encomia: & primum aduersa quæ perpessus est prædicando Christi fidem, & labores ac solicitudines.

CAP. XI.

VTinam sustineretis modicum quid A
insipientiæ meæ: sed & supportate me. Aemulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vniviro, virginem castam exhibere Christo. Timeo autem ne
‖sicut serpens Heuam seduxit astutia sua: ita Gene.3.a2
corrumpātur sensus vestri, & excidant à simplicitate quæ est in Christo. Nam si is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicauimus, aut alium spiritum accipitis quē non accepistis: aut aliud Euangelium quod non recepistis: rectè pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. Nam etsi imperitus sermone, sed non sci- B
entia. in omnibus autem manifestati sumus vobis. Aut nunquid peccatum feci, meipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis Euangelium Dei euangelizaui vobis? Alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendium ad ministerium vestrum. Et cum essem apud vos, & egerem: nulli onerosus fui. nam quod mihi deerat, suppleuerunt fratres qui venerunt à Macedonia: & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo. Est veritas Chri C
sti in me, quoniam hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio: & faciam, vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniantur sicut & nos. Nam eiusmodi pseudapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim satanas transfigurat se in angelum lucis. non est ergo magnū si mi- D
nistri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundum opera ipsorū. Iterum dico, (nequis me putet insipiētē esse: alioquin velut insipientē accipite me, vt & ego modicū quid glorier) quod loquor, nō loquor secundū *Deum', sed quasi in in- *Dominū.1.
sipientia, in hac substantia gloriæ. Quoniam E
multi gloriātur secundū carnē: & ego gloriabor. Libēter enim suffertis insipiētes: cū sitis ipsi

ipsi sapientes . Sustinetis enim siquis vos in seruitutem redigit, siquis deuorat, siquis accipit, siquis extollitur, siquis in faciē vos cædit. Secundum ignobilitatem dico, quasi nos
▷.11. infirmi fuerimus ▷in hac parte.' In quo quis audet (in insipientia dico) audeo & ego. Hebræi sunt: & ego. Israelitæ sunt: & ego. Semen Abrahæ sunt: & ego. Ministri Christi
▷.12. sunt, ▷& ego' (vt minus sapiens dico) plus ego: in laboribus plurimis, in carceribus a-
F bundantius, in plagis supra modum, in mor-
Deut.25.a. tibus frequenter. A Iudæis quinquies, ‖qua-
Acto.16.c. dragenas, vna minus, accepi. ‖Ter virgis cæ-
Acto.14.c. sus sum, ‖semel lapidatus sum, ‖ter naufra-
Acto.27.a. gium feci, nocte & die in profundum maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis latronum, periculis ex genere, periculis ex Gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame & siti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate. præter illa quæ extrinsecus sunt: instantia mea quotidiana, so-
G licitudo omnium ecclesiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet: quæ infirmitatis meæ sunt gloriabor. Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in secula, scit quòd non mentior.
Acto.9.d. ‖Damasci præpositus gentis Aretæ regis, custodiebat ciuitatem Damascenorum, vt me comprehenderet: & per fenestram in sporta demissus sum per murum, &▷sic' ef-
▷.14. fugi manus eius.

S. Narrat factas sibi ante annos. 14.. diuinas visiones, & de dato sibi carnis stimulo, ostendēs quòd eum cōpulerint vt se laudaret quum ab illis potius debuisset commendari propter accepta ab ipso beneficia, pro quorum salute adhuc immolari paratus est: sed metuit ne ad eos veniens inueniat aliquos dissensionibus aliisque vitijs adhuc inuolutos.

CAP. XII.

A SI gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad visiones & reuelatio-
Acto.9.a. nes Domini. ‖Scio hominem in Christo ante annos quatuordecim (siue in corpore, nescio: siue extra corpus, nescio: Deus scit) raptum huiusmodi vsque ad tertium cœlum. Et scio huiusmodi hominem (siue in corpore, siue extra corpus, nescio: Deus scit) quoniam raptus est in Paradisum: & audiuit arcana verba, quæ non licet homini lo-
B qui. Pro huiusmodi gloriabor: pro me autem nihil gloriabor, nisi in infirmitatibus meis. Nam & si voluero gloriari, non ero insipiens: veritatem enim dicam. parco au-
*in.1. tem: ne quis *me existimet supra id quod videt ▷in'me, aut aliquid audit ex me. Et ne ma-
▷.5. gnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis meæ angelus satanæ, vt
C me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogaui, vt discederet à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. nā virtus, in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virtus Christi. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus, in contumelijs, in necessitatibus, in persecutionibus, in angustijs pro Christo. Cū enim infirmor: tunc potens sum.

Factus sum insipiēs: vos me coegistis. Ego D
enim à vobis debui cōmendari. Nihil enim
e*feci minus' fui' ab alijs qui sunt supra modum A-
e*Apostoli.S postoli: tametsi nihil sum. Signa tamen' Apostolatus mei' facta sunt super vos in omni patientia, in signis & prodigijs & virtutibus. Quid est enim quod minus habuistis præ cæteris ecclesijs: nisi quod ego ipse non grauaui vos? Donate mihi hanc iniuriam. Ecce ter E
tio hoc paratus sum venire ad vos: & nō ero grauis vobis. Non enim quæro quæ vestra sunt: sed vos. Nec enim debēt filij parentibus thesaurizare: sed parentes filijs. Ego autem libentissimè impendam & superimpendar ipse pro animabus vestris: licet plus vos diligens minus diligar. Sed esto. ego vos non grauaui: sed eum essem astutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos misi ad vos, circunueni vos? Rogaui Titum: & misi cum F
illo fratrem. Nunquid Titus vos circumuenit? nónne eodē Spiritu ambulauimus? nónne ijsdem vestigijs? Olim putatis quod excusemus nos apud vos? Coram Deo, in Christo loquimur: omnia autē charissimi propter ædificationem vestram. Timeo enim ne forte cū venero, nō quales volo inueniā vos: & ego inueniar à vobis, qualē nō vultis. ne fortè G
contentiones, æmulationes, animositates, dissentiones, detractiones, susurrationes, inflationes, seditiones sint inter vos. ne iterum cū venero, humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex ijs qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitentiā super immunditia & fornicatione & impudicitia quā gesserūt.

S. Comminatur ijs qui peccauerunt, quo ad pœnitentiam prouocet, ne adipsos veniens cogatur seuerè eos castigare data sibi à Christo potestate, cuius virtutem merito deberent in seipsis agnoscere. addit, generalem exhortationem, & salutationes. CAP. XIII.

ECce tertio hoc venio ad vos: In ore A
duorum vel trium testium stabit omne verbum. Prædixi & prædico vt præ-
Deut.19.b Matt.18.b. Iohan.8.c. Heb.10.c.
sens *, & nunc absens ijs qui ante peccauerunt & cæteris omnibus, quoniam si venero iterum, nō parcam. An experimentum quæritis

ritis eius qui in me loquitur Christus: qui
B in vobis non infirmatur, sed potens est in vobis? Nam & si crucifixus est ex infirmitate: sed viuit ex virtute Dei. Nam &
*viuimus.9 1.Cor.11.f. nos infirmi sumus in illo: sed *viuemus' cum eo ex virtute Dei in vobis. ‖Vosmetipsos tentate si estis in fide: ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos quia Christus Iesus in vobis est? nisi fortè repro-
*cognoscetis.8. bi estis. Spero autem quòd *cognoscitis' quia
C nos non sumus reprobi. Oramus autem Deum vt nihil mali faciatis: non vt nos probati appareamus, sed vt vos quod bonum est faciatis, nos autem vt reprobi simus. Non enim possumus aliquid aduersus veritatem: sed pro veritate. Gaudemus enim quoniam. nos infirmi sumus, vos autem potentes estis. Hoc & oramus, vestram consummationem. Ideò hæc absens scribo: vt non præsens durius agam secundum potestatem quam Do-
D minus dedit mihi in ædificationem, & non in destructionem. De cætero fratres, gaudete: perfecti estote: exhortamini, idem sapite: pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum. Salutate inuicē in osculo sancto. Salutant vos omnes sancti. Gratia Domini nostri Iesu Christi, & charitas Dei, & communicatio sancti Spiritus sit cum omnibus vobis. Amen.

Argumentum in epistolam Pauli ad Galatas.

GALATÆ, sunt Græci. Hi verbum veritatis primùm ab Apostolo acceperunt, sed post discessum eius, tentati sunt à falsis apostolis vt in legem & circuncisionem verterentur. Hos Apostolus reuocat ad fidem veritatis: scribens eis ab Epheso.

Epistola Pauli ad Galatas.

S. Reprehendit Galatas Apostolus quòd abduci se permiserint à veritate quam ab ipso acceperant, quum sola hæc tenenda sit, eamque nō ab homine sed per Christi reuelationem ipse dicerit: & tanta solertia postea illam docuerit, quanta ipsam antea impugnabat. addēs quomodo ipsum Deus ad euangelizandum segregauerit.

CAP. I.

A PAVLVS Apostolus non ab hominibus neque per hominem, sed per Iesum Christū, & Deum patrē qui suscitauit eum à mortuis, & qui mecum sunt omnes fratres: Ecclesijs Galatiæ. Gratia vobis & pax à Deo patre & Domino nostro Iesu Christo, qui dedit semetipsum pro peccatis nostris vt eriperet nos de præsenti seculo nequam, secundum voluntatem Dei & Patris nostri: cui est gloria in secula seculorum. Amen.

Miror quòd sic tam citò transferimini ab
B eo qui vos vocauit in gratiam Christi, in aliud Euangeliū: quod non est aliud, nisi sunt aliqui qui vos conturbant, & volunt cōuertere Euangelium Christi. Sed licet nos, aut angelus de cœlo euangelizet vobis præterquam quod euangelizauimus vobis, anāthema sit. Sicut prædiximus, & nunc iterum dico. Siquis vobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anāthema sit. Modò enim hominibus suadeo, an Deo? An quæro hominibus placere. Si adhuc hominibus placerem, Christi seruus non essem. Notum enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum est à me, quia non est secundum hominem. ‖neque enim ego ab 1.Cor.15.a
homine accepi illud, neque didici: sed per reuelationem Iesu Christi. Audistis enim C
conuersationem meam aliquando in Iudaismo, quoniam supra modum persequebar ecclesiam Dei, & expugnabam illam, & proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionum. Cùm autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret Filium suum in me, vt euangelizarem illum in Gentibus, continuò, non acquieui carni & sanguini, neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos. sed abij in Arabiam, D
& iterum reuersus sum Damascum. Deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum. & mansi apud eum diebus quindecim. Alium autem Apostolorum vidi neminem: nisi Iacōbum fratrem Domini. Quæ autem scribo vobis: ecce coram Deo, quia non mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesijs Iudææ, quæ erant in Christo. tantùm autem auditum habebant, Quoniam qui per-

Universidad de Deusto
Biblioteca

perſequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat.& in me clarificabant Deum.

S. *Paulus euangelij veritatem liberè ſemper docuit inter Gentes, approbãtibus id primis Apoſtolis, & nihil ad illud addentibus, ſed Paulum in ſocium recipientibus: qui etiã palàm reprehendit Cepham, oſtendens quòd non ex legis operibus quiſquam iuſtificetur, ſed per fidem in Chriſtum.*

CAP. II.

A DEinde poſt annos quatuordecim, iterum aſcendi Ieroſolymam cum Barnaba, aſſumpto & Tito. Aſcendi autem ſecundum reuelationem:& contuli cum illis Euangelium quod prædico in Gentibus, ſeorſum autem ijs qui videbãtur▷ 'aliquid eſſe: 'ne fortè in vacuum currerem aut cucurriſſem. Sed neq; Titus qui mecum erat, cùm eſſet Gentilis, cõpulſus eſt circuncidi:▷ ſed' propter ſubintroductos falſos fratres qui ſub introierunt explorare libertatem noſtram, quã habemus in Chriſto Ieſu, vt nos in ſeruitutem redigerent. Quibus neq; ad horam ceſſimus 'ſubiectioni:' vt veritas Euangelij permaneat apud vos. Ab ijs autem qui videbantur eſſe aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea intereſt. ‖Deus perſonã hominis nõ accipit) mihi enim qui videbantur eſſe▷ aliquid', nihil contulerunt. Sed econtrà cùm vidiſſent quòd creditum eſt mihi Euangelium præputij, ſicut Petro circũciſionis (qui enim operatus eſt Petro in Apoſtolatum circunciſionis: operatus eſt & mihi inter Gentes) & cùm cognouiſſent gratiam quæ data eſt mihi, Iacôbus & Cephas, & Iohãnes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ, ſocietatis: vt nos in Gentes, ipſi autem in circunciſionem: tantùm vt pauperum memores eſſemus. quod etiam ſolicitus fui hoc ipſum facere. Cùm autẽ veniſſet 'Cephas' Antiochiam: in faciẽ ei reſtiti, quia reprehẽſibilis erat. Prius enim quàm venirẽt C quidam à Iacôbo, cum Gentibus edebat: cùm aũt veniſſent, ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timens eos qui ex circunciſione erant. Et ſimulationi eius conſenſerunt cæteri Iudæi: ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illam ſimulationem. Sed cùm vidiſſem quòd nõ rectè ambularent ad veritatem Euangelij, dixi Cephæ coràm omnibus, Si tu cùm Iudæus ſis, gentiliter viuis, & non iudaicè? quomodo Gentes cogis Iudaizare? Nos natura Iudæi, & nõ ex Gentibus peccatores. Scientes autem quòd nõ iuſtificatur homo ex operibus legis niſi per fidem Ieſu Chriſti: & nos in Chriſto Ieſu 'credimus', vt iuſtificemur ex fide D Chriſti, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro. ‖Quòd ſi quærentes iuſtificari in Chriſto, inuenti ſumus & ipſi peccatores: nunquid Chriſtus peccati miniſter eſt? Abſit. Si enim quæ deſtruxi, iterum hæc ædifico: præuaricatorem me conſtituo. Ego enim per legem, legi mortuus ſum, vt Deo viuã: Chriſto confixus ſum cruci. Viuo autem, iam nõ ego: viuit verò in me Chriſtus. Quòd autem nunc viuo in carne: in fide viuo filij Dei, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Non abijcio gratiam Dei. Si enim per legem iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

S. *Sicut Abrahæ ita & poſteris, non ex legis operibus, ſed ex fide in Chriſtum datus eſt Spiritus ſanctus: ſubditi autem legi, quum nemo præſtet legem, maledicti ſunt: ſed hanc maledictionem Chriſtus in ſe ſuſcipiens, nos ab ea liberauit: promiſſiones verò factæ Abrahæ per fidem complentur, licet interim lex tanquam pædagogus data fuerit, quæ non poterat iuſtificare.*

CAP. III.

O Inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit non 'obedire' veritati, ante quorum oculos Ieſus Chriſtus proſcriptus eſt, in vobis crucifixus? Hoc ſolùm à vobis volo diſcere, Ex operibus legis Spiritũ accepiſtis, an ex auditu fidei? Sic ſtulti eſtis, vt cũ ſpiritu cœperitis, nunc carne conſummemini? Tanta paſsi eſtis ſine cauſa? ſi tamen ſine cauſa. Qui ergo tribuit vobis Spiritum, & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut*, ‖Abraham credidit Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. 'Cognoſcite' ergo quia qui ex fide ſunt, ij ſunt filij Abrahæ. Prouidens autem ſcriptura quia ex fide iuſtificat Gentes Deus: prænuntiauit Abrahæ, ‖Quia benedicẽtur in te omnes Gẽtes. Igitur qui ex fide ſunt, benedicentur cum fideli Abraham. Quicunq; enim ex operibus legis ſunt: ſub maledicto ſunt. Scriptum eſt enim, ‖Maledictus omnis qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in libro legis, vt faciat ea. Quoniam autem in lege nemo iuſtificatur apud Deum, manifeſtum eſt: ‖quia iuſtus ex fide 'viuit'. Lex autẽ non eſt ex fide: ſed ‖Qui fecerit ea, viuet in illis. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia ſcriptũ eſt, ‖Maledictus omnis qui pendet in ligno) vt in Gẽtibus benedictio Abrahæ fieret in Chriſto Ieſu: vt pollicitationem Spiritus accipiamus per fidẽ. Fratres (ſecundum hominem dico) ‖tamen hominis cõfirmatum teſtamẽtũ nemo ſpernit, aut ſuperordinat. Abrahæ dictæ ſunt promiſsiones: & ſemini eius. Non dicit, Et ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in vno in vno, Et ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico, teſtamentum confirmatũ à Deo: quæ poſt quadringẽtos & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad euacuãdam promiſsionem. Nam ſi ex lege hæreditas, iam nõ ex promiſsione. Abrahæ autem per repromiſsionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter 'trangreſsiones' poſita eſt, donec veniret ſemen cui promiſerat: ordinata per angelos in manu mediatoris. Mediator autem, vnius non eſt. Deus autem vnus eſt. Lex ergo aduerſus promiſſa Dei? Abſit. Si enim data eſſet lex quæ poſſet viuificare: verè ex lege eſſet iuſtitia. Sed ‖cõcluſit ſcriptura omnia ſub peccato: vt promiſsio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Prius autem quàm veniret fides: ſub lege cuſtodiebamur concluſi, in eam fidem quæ reuelanda erat. Itaque lex, pædagôgus noſter fuit in Chriſto: vt ex fide iuſtificemur. At vbi venit fides: iam non ſumus ſub pædagôgo. Omnes enim filij Dei eſtis per fidem in Chriſto Ieſu. ‖Quicunq; enim in Chriſto baptizati eſtis: Chriſtum induiſtis. Non eſt Iudæus neque Græcus, non eſt ſeruus neque liber, non eſt maſculus neque fœmina. Omnes enim vos vnum eſtis in Chriſto Ieſu. Si autem vos Chriſti: ergo ſemen Abrahæ eſtis, ſecundum promiſsionem hæredes.

S. *Ante Chriſtum natum Iudæi, in modũ hæredis adhuc paruuli, ſub lege continebantur, tanquam ſub tutore: conatur autem eos à legis ſeruitute reuocare, quum fide acceperint filiorum adoptionẽ, commemorans quanto feruore ipſum ac prædicationem ipſius antea acceperant: & ſimul ad hoc typum adferens de duobus Abrahæ filijs, duo teſtamenta deſignantibus: per quod docet legis æmulatores à Chriſti hæreditate eijciendos.*

CAP. IIII.

A DIco autem, quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo, cùm ſit dominus omnium, ſed ſub tutoribus & actoribus eſt vſque ad præfinitum tempus à patre: ita & nos, cùm eſſemus paruuli, ſub elementis mundi eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege: vt eos qui ſub lege erant redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij*: miſit Deus Spiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba, Pater. Itaque iam non eſt ſeruus, ſed filius. Quòd ſi filius: & hæres per Deum. Sed tunc quidem ignorantes Deum, ijs qui natura nõ ſunt dij, ſeruiebatis. Nunc autem cùm cognoB ueritis Deum, imo cogniti ſitis à Deo: quomodo conuertimini iterũ ad infirma & egena elementa, quibus denuo ſeruire vultis? Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. Timeo vos, ne fortè ſine cauſa laborauerim in vobis. Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos: fratres, obſecro vos. Nihil me læſiſtis. Scitis autem quia per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampridem: & tentationem 'veſtram' in carne mea, non ſpreuiſtis neque reſpuiſtis, ſed ſicut angelum Dei excepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum. Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? Teſtimonium enim perhibeo vobis quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. Ergo inimicus vobis factus ſum verum dicens vobis? Aemu C lantur vos non bene: ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono ſemper: & non tantum cum præſens ſum apud vos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Vellem aũt eſſe apud vos modò, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis. Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, legem non legiſtis? Scriptum eſt enim quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. ‖Sed qui de ancil- Gene.16.d la, ſecundum carnem natus eſt: ‖qui autem Gene.21.a de libera, per repromiſsionem. quæ ſunt per allegoriam dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem 'à' monte Sina, in ſer- 'in uitutem generans: quæ eſt Agar (Sina enim, D mons eſt in Arabia: qui coniunctus eſt ei, quæ nunc eſt Ieruſalem) & ſeruit cum filijs ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt: quæ eſt mater noſtra. Scriptum eſt enim, ‖Lætare ſterilis: quæ non paris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij deſertæ, magis quàm eius quæ habet virum. Iſaiæ.54.a ‖Nos autem fratres ſecundum Iſaac promiſ- Rom.9.b. ſionis filij ſumus. Sed quomodo tũc is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum: ita & nunc. Sed quid dicit ſcriptura? ‖Eijce ancillam & filium Gene.21.a. eius. non enim hæres erit filius ancillæ cum filio liberæ. Itaque fratres, non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: quia libertate Chriſtus nos liberauit.

S. *Qui legis operibus iuſtificari cupit expers eſt fructus Chriſti, in quo nec proderit circunciſio nec præputium, ſed fides viua: hortatur ergo vt caueant à ſeductoribus, ſtudeantq; mutuæ dilectioni: caro autem ſemper repugnans ſpiritui trahit ad carnis opera, quæ ſeparant à regno cœlorum: ſpiritus verò adfert fructus quibus illud conſequimur, etiam ſi legis opera non præſtemus.*

CAP. V.

STate: & nolite iterum iugo ſeruitutis A contineri. ‖Ecce ego Paulus dico vobis Acto.15.a. quoniam ſi circuncidamini, Chriſtus vobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

vobis nihil proderit. Testificor autem rursus omni homini circuncidenti se, quoniam debitor est vniuersæ legis faciendæ. Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: à gratia excidistis. Nos enim spiritu, ex fide, spem iustitiæ expectamus. Nam in Christo Iesu neque circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides quæ per charitatem operatur. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? *Persuasio, *nō est ex eo qui vocat vos. ‖Modicum fermentum totam massam corrumpit. Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud sapietis: qui autē conturbat vos, portabit iudicium, quicunq; est ille. Ego autē fratres, si circuncisionē adhuc prædico: quid adhuc persecutionem patior? Ergo euacuatum est scandalum crucis. Vtinā & abscindātur qui vos cōturbant. Vos enim in libertatem vocati estis fratres: tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis, sed per charitatem *seruite inuicem. Omnis enim lex in vno sermone impletur, ‖Diliges proximum tuum sicut teipsum. Quòd si inuicem mordetis & comeditis: videte ne ab inuicem consummamini. Dico aūt: ‖Spiritu ambulate, & desyderia carnis non perficietis. Caro enim concupiscit aduersus spiritum: spiritus autem aduersus carnem. hæc enim sibi inuicem aduersantur: vt non quæcunq; vultis, illa faciatis. Quòd si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta sunt autē opera carnis, quæ sunt fornicatio, immundi- >9. tia, >impudicitia, 'luxuria, idolorū seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissentiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, commessationes, & his D similia. quæ prædico vobis, sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Fructus autē Spiritus est: charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, modestia, continentia, castitas. Aduersus huiusmodi non est lex. Qui autē sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Si viuimus spiritu: spiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicē prouocantes, inuicem inuidentes.

*Nemini cō senseritis.
*hæc
1.Cor.5.b.
*spiritus.
Leuit.19.d
Matt.22.d.
Mar.12.c.
Roma.13.c
Iacob.2.b.
Rom.13.d.
1.Pet.2.c.

S. *Cum humilitate iuuandus est proximus, nec aliorum laudes curandæ: semperque benè operandum est, vt tempore suo metamus vitam æternam. Rursum monet vt caueant à seductoribus, qui cùm legem suadeant, ipsi illam non obseruant: Paulus autem in solo Christo crucifixo gloriatur, ad quem nec circuncisio nec præputium quicquam faciunt.*

CAP. VI.

A FRatres & si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis, cōsyderans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legē Christi. Nam siquis existimat se aliquid esse, cum nihil sit: ipse se seducit. Opus aūt suū probet vnusquisq;, & sic in semetipso tantùm gloriam habebit, & nō in altero. ‖Vnusquisq; B enim onus suum portabit. Communicet autem is qui catechizatur *verbo, 'ei qui se catechizat, in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Quæ enim seminauerit homo: hæc & metet. Quoniam qui seminat in carne sua: de carne & metet corruptionē. qui aūt seminat in spiritu: de spiritu metet vitam æternam. ‖Bonum autem facientes, non deficiamus. tempore enim suo metemus non deficientes. Ergo dum tempus habemus, ope C remur bonum ad omnes, maximè autem ad domesticos fidei. Videte qualibus literis scripsi vobis mea manu. Quicunq; *volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi, tantū vt crucis Christi persecutionem non patiantur. Neq; enim qui circunciduntur, legem custodiunt. sed volunt vos circuncidi: vt in carne vestra glorientur. Mihi aūt absit gloriari, D nisi in cruce Domini nostri Iesu Christi: per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo. In Christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet, neq; præputium: sed noua creatura. Et quicunque hanc regulam secuti fuerint, pax super illos, & misericordia, & super Israel Dei. De cætero nemo mihi molestus sit. ego enim stigmata Domini Iesu in corpore meo porto. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres. Amen.*

1.Cor.3.b.
*verbum.5.
2.Thes.3.c
*cuius

Argumentum in epistolam Pauli ad Ephesios.

EPHESII, sunt Asiani. Hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide. Hos collaudat Apostolus, scribens eis à Roma, de carcere, per Tychicum diaconum.

Epistola

Epistola Pauli ad Ephesios.

S. *Deum benedicit Apostolus, qui prædestinatos plurimis, ipsique maximis per Christum filium affecit beneficijs: agitque Deo gratias ob fidem ac dilectionem Ephesiorum erga proximos, orans vt perfectam adipiscantur sapientiam: ostendens etiam Christi à mortuis suscitati exaltationem, qui constitutus est caput super omnem ecclesiam.*

CAP. I.

A PAVLVS Apostolus Iesu christi per voluntatem Dei: omnibus sanctis qui sunt Ephesi & fidelibus in Christo Iesu Gratia vobis & pax à Deo patre 1.Cor.1.a. nostro, & Domino Iesu Christo. ‖Benedi- 1.Petr.1.a. ctus Deus & Pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali, in cœlestibus, in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionem, vt essemus sancti & immaculati in cōspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionē filiorum, per Iesum Christū, in ipsum: secundum propositū voluntatis suæ, in laB dem gloriæ gratiæ suæ, in qua gratificauit nos >1. in dilecto >filio suo. 'In quo habemus redemptionem per sanguinem eius (remissionem peccatorum) secundum diuitias gratiæ eius, quæ superabūdauit in nobis in omni sapientia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo, *in dispen- *in dispensasationem 'plenitudinis temporū, instaurare o- tionem.1. mnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terC ra sunt, in ipso. In quo etiam nos sorte vocati sumus: prædestinati secundū propositum eius qui operatur omnia, secundum consilium voluntatis suæ: vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui antè sperauimus in Christo: in quo & vos, cùm audissetis verbum veritatis, (Euangelium salutis vestræ:) in quo & credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est dignus hæreditatis nostræ, in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius. Propterea & ego audiens fidem ve- *Christo. stram quæ est in 'Domino 'Iesu, & dilectionem in omnes sanctos: non cessō gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus, Domini nostri Iesu Christi pater, gloriæ, det vobis spiritum *agnitionē sapientiæ & reuelationis, in 'agnitione 'eius, D illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit supereminēs magnitudo virtutis eius in nos, qui credimus secundum operationem potentiæ virtutis eius, quam operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in cœlestibus, supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomen quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiā in futuro. ‖Et omnia subiecit sub pedibus eius: Psal.8.c. & ipsum dedit caput *supra omnem ecclesiā, 'quæ est corpus ipsius, *plenitudo eius, qui o- *super omnia, ipsi ecclesiæ.5. mnia in omnibus adimpletur. *&

S. *Peccatis antea mortui, per Christum viuificati sunt, non suis operibus, sed gratis per fidem. Ostendit Gentes quæ prius alienæ erant à Dei promissionibus, iam per Christum & fidem, quæ Dei donum est, factas esse sanctorum cōciues, idemque habere fundamentū cum Patriarchis ac Prophetis.* CAP. II.

ET vos *cùm essetis mortui delictis & A Coloss. 2.d peccatis vestris, 'in quibus aliquando *conuiuificambulastis secundum seculum mundi cauit. huius, secundum principem potestatis aëris huius, spiritus, qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desyderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ sicut & cæteri:) Deus autem (qui diues est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos, & cùm essemus mortui peccatis,) conuiuificauit nos Christo, (cuius gratia estis saluati,) & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, vt ostē B deret in seculis superuenientibus abundantes diuitias gratiæ suæ, in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim estis saluati per fidem (& hoc nō ex vobis, Dei enim donum est) non ex operibus, vt nequis glorietur. Ipsius enim sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Propter quod memores estote quòd aliquando vos *eratis Gen- *qui tes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circuncisio in carne, manu fa- C cta: 'qui eratis illo in tempore sine Christo, *quod.8. alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem nō habentes, & sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquādo eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtraq; vnum, & medium parietem maceriæ soluens, 'inimici- *inimicitias, in carne sua: legem mandatorū decretis tiam.4. euacuans: vt duos cōdat in semetipso in vnū

Universidad de Deusto
Biblioteca

*we no uum hominem, faciens pacem, *&'reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucem, interficiens *inimicitias'in semetipso.
*inimicitiã. 8
D Et veniens euangelizauit pacem vobis qui
Roma. 5.a. longè fuistis, & pacem ijs qui propè.‖quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno Spiritu ad Patrem. Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & Prophetarum, ipso summo angulari lapide Iesu Christo:in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in Spiritu sancto.

S. Paulus docuit hoc mysterium, Prophetis & Apostolis reuelatum, quod Gentes essent per Christum participes promissionum Dei: quem orat vt spiritu corroborentur, & in charitate radicati, ad plenum in diuinis mysterijs edoceantur. CAP. III.

A HVius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro vobis Gentibus: si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vobis, quoniam secundum reuelationem notum mihi factũ est sacramentum, sicut suprà scripsi in breui: prout potestis legentes intelligere prudentiam meam in mysterio Christi, quod alijs generationibus non est agnitum filijs homi
num, sicuti nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & Prophetis in Spiritu, Gẽtes esse cohæredes & concorporales & cõparticipes
B promissionis eius in Christo Iesu per Euan
1.Cor.15.b gelium, ‖Cuius factus sum minister secundum donum gratiæ Dei, quæ data est mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi om
nium sanctorum minimo, data est gratia hæc, In Gentibus euangelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti absconditi à seculis in Deo, qui omnia creauit: vt innotescat
*nunc.1. *'principibus'& potestatibus, in cœlestibus,
*principatibus.3. per ecclesiam, multiformis sapientia Dei, se
C cũdum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro, In quo habemus fiduciam & accessum in confidentia, per fidem eius. Propter quod peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad Patrẽ Domini nostri Iesu Chri
*in cælo. 9. sti, ex quo omnis paternitas in*cœlis'& in ter
ra nominatur, vt det vobis secũdum diuitias
*virtute. 3. gloriæ suæ, *'virtutem'corroborari per Spiri
D tum eius in interiori homine: Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati, vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & lõgitudo, & sublimitas, & profundum, scire etiam supereminentẽ scientiæ charitatẽ Christi, vt impleamini in omnẽ plenitudinẽ Dei. ‖Ei aũt qui potens est omnia facere su- Rom.16.d
perabundãter quã petimus aut intelligimus, secundũ virtutem quæ operatur in nobis: ip si gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in om nes generationes seculi seculorum Amen.

S. Ad vnitatẽ spiritus hortatur, ostendens Christum diuersa diuersis dedisse charismata, & ad sui corporis ædificationem varios in ecclesia instituisse ordines ad finẽ vsque mundi. monet igitur vt exuto veteri homine nouum induãt, vtriusque partes explicans: rursumque monet vt in hoc corpore manentes, separentur ab ijs qui mente excæcati sequuntur effrænæ carnis desyderia, & nouos induant mores damnatis prioribus. CAP. IIII.

A OBsecro itaq; vos ego vinctus in Domino, vt dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cũ omni humilitate & mansuetudine, cum patiẽtia, supportantes inuicẽ in charitate, ‖solliciti seruare vnitatẽ 1.Cor.7.do
spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & v- *&c.
nus spiritus: sicut*vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, v Roma.12.e
num baptisma.‖Vnus Deus & Pater omniũ, qui est super omnes, & per omnia, & in omnibus nobis. Vnicuiq; aũt nostrũ data est gra
B tia secundum mensuram donationis Christi. 1.Cor.12.b
‖Propter quòd dicit, ‖Ascẽdens in altũ, captiMala.12.b.e
uã duxit captiuitatẽ: dedit dona hominibus.) Roma.12.a
Quòd aũt ascẽdit'quid est, nisi quia & descen 1.Cor.12.b.
dit primũ in inferiores partes terræ? Qui desc
cẽdit, ipse est & qui ascẽdit supra omnes cœ
los, vt impleret omnia.) Et ipse dedit quosdã
quidẽ‖Apostolos, quosdam aũt Prophetas, a 2.Co.10.d
lios verò Euãgelistas, alios aũt pastores & do Psal.67.d.
ctores ad cõsummationẽ sanctorũ in opus mi 1.Cor.12.d
C nisterij, in ædificationẽ corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatẽ fidei & agnitionis filij Dei, in virũ perfectũ, in mensu
rã ætatis plenitudinis Christi: vt iam nõ si
mus paruuli fluctuantes, & circũferamur o
mni vẽto doctrinæ in nequitia hominũ, in astutia ad circunuentionẽ erroris: veritatẽ aũt facientes in charitate, crescamus in illo per o
mnia, qui est caput, Christus: ex quo totum
corpus cõpactum & connexum per omnem D
iuncturam subministrationis, secundum ope
rationem in mensuram vniuscuiusq; membri, augumentum corporis facit in ædificatio
nem sui in charitate. ‖Hoc igitur dico & testi Roman.1.e
ficor in Domino: vt iam non ambuletis sicut & Gẽtes ambulant in vanitate sensus sui, tenebris obscuratum habentes intellectũ, alienati à vita Dei per ignorantiam quæ est in il
lis, propter cæcitatẽ cordis ipsorũ, qui desperantes

rantes, semetipsos tradiderunt impudicitiæ,
E in operationem immunditiæ omnis, in auaritiam. Vos autem non ita didicistis Christum: si tamen illum audistis, & in ipso edocti estis, (sicut est veritas in Iesu,) ‖ *'Deponi-
*deponere. Colos.3.b. Roma.6.a. te'vos, secundum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desyderia erroris. ‖Renouamini autem
Colos.3.b. Hebr.12.a. 1.Petr.2.a. 4.a. Zach.8.c. spiritu mentis vestræ: & induite nouum hominem qui secundum Deum creatus est in
F iustitia, & sanctitate veritatis. Propter quod
Psal.4.b. Iacob.4.d. deponentes mendacium, loquimini veritatem vnusquisque cum proximo suo: quoniã sumus inuicem membra. Irascimini, & nolite peccare. sol non òccidat super iracundiam ve
stram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur, iam non furetur: magis autem laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatem patienti.
Omnis sermo malus ex ore vestro non pro
*opportunitatis.1. cedat: sed siquis bonus ad ædificationem*fi
G dei,'vt det gratiam audientibus. Et nolite cõtristare Spiritum sanctum Dei: in quo signa
*in diem. 8. ti estis*in die'redemptionis. Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphe
Colos.3.g. mia tollatur à vobis cum omni malitia. ‖Estote autem inuicem benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & Deus in Christo donauit vobis.

S. Hortatur vt Christum imitentur, longè separati ab omni vitio ac scelerato: & redimentes tempus, assumant spiritualia, quæ tradit, exercitia: vxores vult subditas esse viris, viros autem diligere vxores, sicut Christus dilexit Ecclesiam.

CAP. V.

A ESTote ergo imitatores Dei, sicut filij
Ioha.13.d. &.15.b. charissimi: ‖& ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblationem & ho
1.Ioha.4.d Colos.3.a. stiam Deo in odorem suauitatis. ‖Fornicatio autem & omnis immunditia, aut auaritia, nec nominetur in vobis, sicut decet sanctos:
*pertinent.2 aut turpitudo, aut stultiloquium, aut scur
B rilitas, quæ ad rem non*pertinet: 'sed magis gratiarum actio. Hoc enim scitote intelligentes, quòd omnis fornicator, aut immundus,
*qui est idolorum seruus.1. 2.Thes.2.a Matt.24.a. Marc.13.a. Luc.21.b. aut auarus ('quod est idólorum seruitus') nõ habet hæreditatem in regno Christi & Dei.
‖Nemo vos seducat inanibus verbis. propter hæc enim venit ira Dei in filios diffidentiæ.
Nolite ergo effici participes eorum. Eratis e
nim aliquando tenebræ: nunc autem lux in
C Domino. Vt filij lucis ambulate (fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & veritate) probãtes quid sit beneplacitũ Deo:
& nolite communicare operibus infructuo
*&. 4. sis tenebrarum, magis autẽ*redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpè est dicere. Omnia aũt quæ arguuntur: à lumine manifestãtur. omne enim quod manifestatur, lu
mẽ est. Propter quod dicit, Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Chri
stus. Videte itaq; fratres quomodo cautè am D
buletis. ‖non quasi insipientes: sed vt sapiẽtes Colos.4.a
redimẽtes tẽpus, quoniã dies mali sunt. ‖Pro- Rom.12.a. 1.The.4.a
pterea nolite fieri imprudẽtes: sed intelligentes quæ sit volũtas Dei. Et nolite inebriari vi
no in quo est luxuria, sed implemini Spiritu
*loquentes vobismetipsis in psalmis, & hym *sanctæ
nis, & canticis spiritualibus, cantantes & psalentes in cordibus vestris Domino: gratias a- E
gẽtes semper pro omnibus in nomine Domini nostri Iesu Christi Deo & Patri. Subiecti
1.Cor.12.a Colos.3.c. 1.Petr.3.a. inuicẽ: in timore Christi. ‖Mulieres viris suis subditæ sint, sicut Domino: quoniã vir, caput
▷.7. est mulieris: sicut Christus caput est ecclesiæ. Ipse, saluator corporis▷eius. 'Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres vi
ris suis in omnibus. ‖Viri, diligite vxores ve- F
Colos.3.c. stras, sicut, & Christus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret,
vitæ mundans eam lauacro aquæ in verbo, vt ex
*ipsam.2. hiberet*ipse'sibi glorioſam ecclesiam, nõ habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita &
viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit: seipsum diligit.
Nemo enim vnquam carnem suam odio ha- G
buit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiã. quia membra sumus corporis eius, de
Gene.2.d. Matt.19.a Marc.10.a 1.Cor.6.d carne eius & de ossibus eius. ‖Propter hoc re linquet homo patrem & matrem suam: & adhærebit vxori suæ. & erunt duo in carne vna.
Sacramentum hoc magnum est. ego autem dico in Christo & in ecclesia. Veruntamen & vos singuli, vnusquisq; vxorẽ suam sicut
*vt.7. ▷.7. seipsum diligat: vxor aũt *timeat virũ ▷suũ'.

S. Filij parentibus, seruiq; dominis obediant rursumq; parentes erga filios, & domini erga seruos sui memores sint officij: monet Dei armaturam, cuius partes explicat, induendam, ad resistendum spiritualibus inimicis, petens etiã vt pro se orent. CAP. VI.

A FIlij, obedite parentibus vestris in Do-
mino. hoc enim iustum est. Honora pa
Colos.3.d Exo.20.c. Deut.5.c. Eccle.3.b. Matt.15.a. Marc.7.d. Colos.3.d. Tit.2.c. 1.Pet.2.c. trẽ tuum & matrem tuã: (‖quod est mã datum primum in promissione,) vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram. Et vos patres, nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correptione Domini. Serui obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo, non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, faciẽtes voluntatem Dei

Universidad de Deusto
Biblioteca

ex animo, cum bona voluntate seruientes, sicut Domino & non hominibus. sciētes quoniam vnusquisq; quodcunq; fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber. Et vos domini eadē facite illis, remittētes minas: scientes quia & illorū & vester Dominus, est in cœlis: & ‖ personarum acceptio nō est apud eum. De cætero fratres, cōfortamini in Domino: & in potētia virtutis eius. Induite vos armaturā Dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli. quoniā non est nobis colluctatio aduersus carnē & sanguinem: sed aduersus principes & potēstates, aduersus mūdi rectores tenebrarum harum, cōtra spiritualia nequitiæ, in cœlestibus. Propterea accipite armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo, 'et in omnibus perfecti' stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricā iustitiæ, & calceati pedes in præparationem Euangelij pacis: in omnibus sumē tes scutū fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. & ‖ galeā salutis assumite: & gladium spiritus, (quod est verbum Dei) per omnem orationem & obsecrationē orantes omni tēpore in spiritu: & in ipso ‖ vigilātes in omni instātia, & obsecratione pro omnibus sanctis: ‖ & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita vt in ipso audeam, prout oportet me, loqui. Vt autem & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychicus, charissimus frater & fidelis minister in Domino: quē misi ad vos in hoc ipsum, vt cognoscatis quæ circa nos sunt, & cōsoletur corda vestra. Pax fratribus & charitas cum fide à Deo Patre*, & Domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.

1.Thes.5.b Isaiæ.59.c

Coloss.4.a

2.Thes.3.a

Deut.10.d Paral.2.19.c. Iob.34.b. Sapi.6.b. Eccl.35.b. Rom.2.b. Galat.2.b. Coloss.3.d. Act.10.e. 1.Petr.1.c.

*& omnibus perfectis 1.

*nostro

Argumentum in epistolam Pauli ad Philippenses.

PHILIPPENSES sunt Macedones. Hi accepto verbo veritatis, perstiterunt in fide, nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat Apostolus, scribēs eis à Roma de carcere, per Epaphroditum.

Epistola Pauli ad Philippenses.

S. Ex magno affectu quē habet erga Philippenses, manifestat eis quòd pressuræ suæ in maiorem Euangelij fructum cesserint: quam vtilitatem si non spectaret, omnino dissolui cuperet & esse cum Christo: eosque adhortatur vt dignè ad Christi euangeliū conuersentur, dicēs quòd pro ipso iam afflictiones sustinuerint.

CAP. I.

A PAVLVS & Thimótheus serui Iesu Christi: omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episcopis & diaconibus. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri (semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis, cum gaudio deprecationem faciens) super communicatione vestra in Euāgelio Christi à prima die vsque nunc. C confidens hoc ipsum quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet vsque in diē Christi Iesu. sicut est mihi iustū, hoc sentire pro omnibus vobis: eo quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & cō firmatione Euangelij, socios gaudij mei omnes vos esse. Testis enim mihi est Deus quomodo cupiam omnes vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abūdet in scientia & in omni sensu: vt probetis potiora, vt sitis synceres & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriā & laudē Dei. Scire aūt vos volo fratres, quia quæ circa me sunt, magis ad profectū venerunt Euangelij: ita vt vincula mea manifesta fierēt in christo in omni prætorio, & in cæteris omnibus, vt plures è fratribus in Domino, cōfidentes in vinculis meis, abundātius auderēt sine timore verbū Dei loqui. Quidā quidē & propter inuidiā & cōtentionem: quidā aūt & propter bonā voluntatē Christum prædicant. Quidā C ex charitate: sciētes quoniā in defensionē Euangelij positus sum. Quidā aūt ex contētione Christum annuntiant nō syncerè: existimantes præssuram se susciture vinculis meis. Quid enim? Dum omni modo, siue per occasionem, siue per veritatem Christus annuntietur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestram orationem & subministrationem Spiritus Iesu Christi, secundum expectationem & spem meam, quia in nullo cō fundar, sed in omni fiducia sicut semper, & nunc magnificabitur Christus in corpore meo,

meo, siue per vitā, siue per mortem. Mihi enim viuere Christus est: & mori lucrum. D Quòd si viuere in carne, 'hic' mihi fructus operis est, & quid eligam ignoro. Coarctor autem è duobus: desyderium habens dissolui & esse cum Christo, multò magis melius: permanere autem in carne, *necessarium propter vos. Et hoc confidens, scio quia manebo & permanebo omnibus vobis, ad profectum vestrum & gaudium fidei: vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tātum dignè Euangelio Christi conuersamini: vt siue cùm venero, & videro vos, siue absens, audiam de vobis quia statis in vno spiritu, vnanimes, collaborantes fidei Euangelij. Et in nullo terreamini ab aduersarijs, quæ illis est causa perditionis: vobis autem salutis, & hoc à Deo: quia vobis donatum est pro Christo, non solùm vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale & vidistis in me, & nūc 'audiitis. 1. 'audistis' de me.

'hoc.1.

*magis. 4.

S. Ad mutuam dilectionem & concordiam animique modestiam miro affectu eos hortatur, exemplo Christi, in cuius nomine omne genu nunc flectitur, vtque suam in timore operentur salutem: congratulatur tum illis quòd inter malos sanctè viuant, tum sibi quòd tales habeat discipulos. Timótheū laudat à syncera Euangelij prædicatione & obedientia, similiter & Epaphroditum, quem ad eos mittit postquam ab ægritudine conualuit.

CAP. II.

A SIqua ergo consolatio in Christo, siquod solatium charitatis, siqua societas spiritus, siqua viscera *miserationis: 'implete gaudium meum, vt idem sapiatis, eandem charitatem habētes, vnanimes, idipsum sentientes. nihil per contentionem neque per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicem arbitrātes: non quæ sua sunt singuli consyderantes, sed ea quæ aliorum. Hoc enim sentite in vobis quòd & in Christo Iesu, qui cùm in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, Hebr.2.b. & habitu inuentus vt homo. ‖ Humiliauit semetipsum, factus obediens vsq; ad mortem: B mortem autem crucis. Propter quod & Deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod Rom.14.b Isaiæ45.d. est super omne nomen: ‖ vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terrestriū, & infernorum: & omnis lingua cōfiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Itaque charissimi mei, (sicut semper obedistis:) non vt in præsentia mei tantùm, sed multo magis nunc in absentia mea, cum metu & tremore vestrā salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate. ‖ Omnia autem facite sine murmurationibus & hæsitationibus: vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehēsione in medio nationis prauæ & peruersæ. inter quos lucetis sicut luminaria in mundo: verbum vitæ continentes ad gloriam meam in die Christi, quia non C in vacuum cucurri, neque in vacuum laborauī. Sed & si immolor, supra sacrificium & obsequium fidei vestræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis. Idipsum autē & vos gaudete, & congratulamini mihi. Spero autem in Domino Iesu, ‖ Thimótheum me citò mit Act.16.a. tere ad vos: vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminē enim habeo tam vnanimē, qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. ‖ Omnes enim quæ sua sunt 1.Cor.13.b quærunt: non quæ sunt Iesu Christi. Experimentum autē eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecum seruiuit in Euangelio. Hūc igitur spero me mittere ad vos, mox vt videro quæ circa me sunt. Confido autem in Domino quoniam & ipse veniam ad vos citò. Necessarium autem existimaui, Epaphroditum fratrem & cooperatorem & commilitonem meum, vestrum autem Apostolum, & ministrū necessitatis meæ, mittere ad vos quoniam quidem omnes vos desyderabat: & mœstus erat, propterea quòd audieratis illum infirmatum. Nam & infirmatus est vsq; ad mortem: sed Deus misertus est eius: non solùm autem eius, verum etiā & mei, ne tristitiam super tristitiam haberem. Festinantius ergo misi illum: vt viso eo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaq; illum cum omni gaudio in Domino: & eiusmodi cum honore habetote. quoniam propter opus Christi, vsque ad mortem accessit: tradens animā suam, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meum obsequium.

D

*ac miserationes. 7.

S. Nemo in legalibus gloriari potest, alioqui Paulo id maximè conueniret: qui tamen omnia hæc detrimētum arbitratus est, quo Dei iustitiam ex fide in Christum adipisceretur, semper proficiens vt tandem perfectionem consequeretur: quapropter Philippenses hortatur vt ipsum, & non dyscolos, crucis Christi inimicos, imitentur. CAP. III.

DE cætero fratres mei, gaudete in Domino. Eadē vobis scribere, mihi quidem non pigrum, vobis autem necessariū. Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus Deo: & gloriamur in Christo Iesu, & nō in carne fiduciam habentes

A

bentes, quanquam & ego habeam confidentiam in carne. Si quis alius videtur confidere in carne: ego magis, circuncisus octauo die, ex genere Israel, de tribu Bē-iamin, Hebræus
Acto.23.b. ex Hebræis, ‖ secundum legem Pharisæus, secundum æmulationem persequens ecclesiam Dei, secundum iustitiā quæ in lege est conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt
B lucra, hæc arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiā Iesu Christi Domini mei: propter quem omnia detrimētum feci, & arbitror vt stercora, vt Christum lucrifaciam: & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est,
Iesu. sed illā quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est iustitia in fide: ad cognoscendum illum,
passionis. & virtutem resurrectionis eius, & societatē passionum' illius: configuratus morti eius, si
C quo modo occurram ad resurrectionem quæ est ex mortuis. Non quod iam acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autem, si comprehendā in quo & cōprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me non arbitror comprehēdisse. Vnum autem: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea vero quæ sunt priora extendens meipsum, ad destinatum persequor, ad brauiū supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis
*reuelabit. Deus *reuelauit. 'Verūtamen ad quod peruēnimus, vt idem sapiamus, in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres:
D & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam *nostram.' ‖ Multi enim ambulāt,
*nos.1. Rom.16.c. quos sæpe dicebam vobis (nunc autem & flens dico) inimicos crucis Christi: quorum finis interitus: quorum Deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem cōuersatio in cœlis est: vnde etiam Saluatorem expectamus, Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ, secundum operationem qua etiā posit subijcere sibi omnia.

S. Ad perseueranciam & spirituale gaudium, modestiam, preces & gratiarum actiones eos componit, pacem Dei ipsis exoptans: vtque mordicus teneant quæcunque Dei sunt: laudans ipsos quòd per Epaphroditum necessaria ad ipsum miserint.

CAP. IIII.

ITaq; fratres mei charissimi & desyderatissimi, gaudiū ▷meū & corona mea: sic state in Domino Charissimi. *Euodiam & *Euodiam. rogo & Synthychē deprecor, idipsum sapere in Domino. Etiam rogo & te germane compar, adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorū nomina sunt in libro vitæ. Gaudete in Domino semper: iterum dico gaudete. Modestia vestra nota sit omni- B
bus hominibus. Dominus propè est. Nihil soliciti sitis: sed in omni, oratione & obsecratione cum gratiarū actione petitiones vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum: custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu. De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunque pudica, quæcunque iusta, quæcunque sancta, quæcunque amabilia, quæcunque bonæ famæ, siqua virtus, siqua laus ▷disciplinæ', hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum. Gaudiosus C
sum autem in Domino vehementer, quoniam tandem aliquando resloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis: occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico. ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse. Scio & humiliari, scio & abundare: (vbique & in omnibus institutus sum) & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati. omnia possum in eo qui me cōfortat. Veruntamen benè fecistis communicantes tribulationi meæ. Scitis autem & vos Philippenses, quòd in principio Euangelij, quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia communicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli, quia & Thessalonicam, semel & bis in vsum mihi misistis. Non quia quæro datum: D
*in rationē *vestram. sed requiro fructum abundantem* in ratione vestra'. Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, odorem suauitatis, hostiā acceptam, placentem Deo. ‖ Deus autem meus impleat Roma.12.a
omne desyderium vestrum secundum diuitias suas, in gloria, in Christo Iesu. Deo autem & Patri nostro gloria in secula seculorum. Amen. Salutate omnem sanctum in Christo Iesu. Salutant vos qui mecum sunt, fratres. Salutāt vos omnes sancti: maximè aūt qui de Cæsaris domo sunt. Gratia Domini nostri Iesu Christi cū spiritu vestro. Amen.

Argumentum in epistolam Pauli ad Colossenses.

COLOSSENSES, & hi, sicut Laodicēses, sunt Asiani. Et ipsi præuenti erant à pseudapostolis. Nec ad hos accesit ipse Apostolus: sed & hos per epistolam corrigit. Audierant enim verbum ab Archippo: qui & ministerium in eos accepit. Ergo Apostolus iam ligatus, scribit eis ab Epheso per Tychicum diaco- ▷.9.
▷.7' num, ▷ & Onesimum ▷ acolūthum'.

Epistola

Epistola Pauli ad Colossenses.

S. Audita fide, charitate ac spe Colossensium, orat pro ipsis Apostolus, quò in scientia Dei honisque operibus perficiantur. Christum Dei imaginem dicit, per quem omnia creata sunt, & qui caput est ecclesiæ, quo omnia pacificata sunt: hortatur ergo vt immobiles in fide permaneant, seque dicit effectum Christi ministrum, ad prædicandum mysterium à seculis absconditum, & nunc manifestatum.

CAP. I.

A PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Timotheus frater: ijs qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu. Gratia vobis & pax à Deo Patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agimus Deo & Patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis, orantes: audiētes fidē vestrā in Christo Iesu, & dilectionē quā habetis in sanctos omnes, propter spē quæ reposita est vobis in cœlis, quam audistis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso mūdo est, & fructificat, & crescit, sicut in vobis, ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo cōseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiā manifestauit nobis dilectionē vestrā in spiritu. ideo & nos ex qua die audiuimus, non cessamus pro vobis orātes & postulātes, vt impleamini agnitione voluntatis eius, in omni sapientia & intellectu spiritali: vt ambuletis dignè Deo, per omnia placētes in omni opere bono fructificātes, & crescētes in scientia Dei: in omni virtute cōfortati secundū potentiā claritatis eius, in omni patiētia & lōganimitate cū gaudio gratias agentes 'Deo & Patri' qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum, in lumine qui eripuit nos de potestate tenebrarū, & transtulit in regnum Filij dilectionis suæ, in quo habemus redēptionem, *remisionē peccatorū, qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ: quoniā ‖ in ipso cōditasunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus, siue potestates: omnia per ipsum, & in ipso creata sunt: & ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. & ipse est caput corporis ecclesiæ, qui est principium, ‖ primogenitus ex mortuis: vt sit in omnibus ipse primatum tenēs. quia in ipso complacuit, omnem plenitudinem inhabitare: & per eum recōciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinē crucis eius, siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis, nunc autem reconciliauit in corpore carnis eius per mortē, exhibere vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles corā ipso: si tamen permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles à spe Euangelij quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura quæ sub cœlo est, cuius factus sum ego Paulus minister. Qui nunc gaudeo D
in passionibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius, quod est ecclesia: cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei, quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbum Dei, mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in Gentibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ, quem nos annūtiamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnem hominem perfectū in Christo Iesu. in quo & laboro, certādo secundū operationem eius quam operatur in me in virtute.

S. Hortatur vt caueāt ne vllis aut persuasionibus aut imposturis philosophorū, seu legē inducere volētium seducātur à Christi fide: per quem à peccatis, à potestate diaboli, & ab aduerso ipsis chirographo liberati sunt, vt nūc legalia decreta nullo in pretio sint habenda. CAP. II.

VOlo enim vos scire qualem solicitudinem habeam pro vobis & pro ijs A
qui sunt Laodiciæ, & quicunq; non viderunt faciem meā in carne: vt cōsolentur corda ipsorū, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem mysterij Dei *Patris* Christi Iesu, in *cr.3. *cr.7.
quo sunt omnes thesauri sapiētiæ & scientiæ absconditi. Hoc autē dico, vt nemo vos decipiat in sublimitate sermonum. ‖ Nam etsi cor- 1.Cor.5.b.
pore absens sum, sed spiritu vobiscum sum: gaudens, & videns ordinem vestrum, & firmamentum eius quæ in Christo est, fidei vestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum B
Dominum*, in ipso ambulate, radicati & superædificati in ipso, & confirmati fide sicut *nostrum
& didicistis, abundantes ▷ in illo' in gratiarū ▷.4.
actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciā: secundū traditionem hominum, secundum elemēta mundi, & non secundum Christum. quia in ipso

inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti, qui est caput
omnis principatus & potestatis: in quo & circumcisi estis circumcisione nō manu facta in ex
*sed. poliatione corporis carnis, *in circumcisione
Christi, consepulti ei in baptismo. in quo &
resurrexistis per fidem operationis Dei; qui
C suscitauit illum à mortuis. ‖Et vos cùm mor
Ephes.2.a. tui essetis in delictis & præputio carnis ve-
stræ, conuiuificauit cum illo: donans vobis
omnia delicta, delens quod aduersus nos e-
*decretis.3. rat, chirographum 'decreti', quod erat con-
trarium nobis. & ipsum tulit de medio, affi-
gens illud cruci: & expolians principatus &
potestates traduxit confidenter palàm, trium
phans illos in semetipso. Nemo ergo vos iu-
▷.5. dicet in cibo aut in potu, aut in parte dici▷fe
sti', aut neomeniæ, aut sabbathorū: quæ sunt
vmbra futurorum, corpus autem Christi.
Matt.24.2 ‖Nemo vos seducat, volens in humilitate &
religione angelorum, quæ non vidit ambu-
lans, frustra inflatus sensu carnis suæ, & non
tenens caput, ex quo totum corpus per ne-
D xus & coniunctiones subministratum & con
structum, crescit in augmentum Dei. Si ergo
▷.12. mortui estis cum Christo, ab elementis▷hu-
ius' mundi: quid adhuc tanquam viuentes in
mundo decernitis? 'Ne tetigeritis, neque gu-
Ne tetigeris, neq; gustaueris, neq; contrectaueris staueritis, neque contrectaueritis': quæ sunt
omnia in interitum ipso vsu, secundum præ-
cepta & doctrinas hominum. quæ sunt ratio
num quidem habentia sapientiæ in superstiti-
one & humilitate, & nō ad parcendū corpo
ri, non in honore aliquo ad saturitatē carnis.

S. *In moribus eos informat, vt exuto veteri homine cum actibus suis, quos hîc explicat, nouum induant: in quo nō est distinctio nationis aut conditionis: assumántque virtutes, ac variis modis Deum laudent, cuncta ad ipsum referentes. Docet deinde quomodo se habere debeant vxores & mariti, filij & patres, serui ac Domini.* CAP. III.

A IGitur si consurrexistis cum Christo:
quæ sursum sunt quærite: vbi Christus
est in dextera Dei sedens. quæ sursum
sunt sapite: non quæ super terram. Mortui e-
nim estis: & vita vestra est abscondita cum
*autem. Christo in Deo. Cùm *Christus apparuerit,
*enim.12. vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso
Ephe.7.a. in gloria. ‖Mortificate ergo membra vestra
quæ sunt super terram, fornicationem, im-
munditiam, libidinem, concupiscentiam ma
lam, & auaritiam, quæ est simulachrorum
B seruitus propter quæ venit ira Dei super fi-
Roma.6.a. lios incredulitatis. in quibus & vos ambula-
Ephe.4.c. stis aliquando, cum viueretis in illis. ‖Nunc
Hebr.12.a. aūt deponite & vos omnia: iram, indignatio-
1.Pet.2.4. nem, malitiam, blasphemiam, turpem sermo-
4.a. nem de ore vestro. Nolite mentiri inuicem:
expoliantes vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouum eum qui renouatur in agnitionem, secūdum imaginem e-
masculus & femina. ius qui creauit illum. vbi non est *, Gentilis
& Iudæus, circumcisio & præputium, barba-
rus & Scytha, seruus & liber: sed omnia, & in
Ephe.6.b. omnibus Christus. ‖Induite vos ergo sicut
electi Dei, sancti, & dilecti, viscera misericor-
diæ, Benignitatem, humilitatem, modestiā,
patientiam, supportantes inuicē: & donantes
vobismetipsis siquis aduersus aliquem habet
querelam: sicut & Dominus donauit vobis: C
ita & vos. Super omnia autem hæc, charitatē
▷habete', quod est vinculum perfectionis. & ▷.14.
pax Christi exultet in cordibus vestris, in
qua & vocati estis in vno corpore: & grati e-
stote. Verbum Christi habitet in vobis abun
danter, in omni sapientia. docentes & com-
monentes vosmetipsos, *psalmis, hymnis, & *in
canticis, spiritualibus, in gratia cantantes in
1.cor.10.g cordibus vestris Deo. ‖Omne quodcunque
facitis in verbo aut in opere, omnia in nomi
*facite.9. ne Domini Iesu Christi, *gratias agētes Deo
D & Patri per ipsum. ‖Mulieres, subditæ estote
Ephes.5.e. viris, sicut oportet in Domino. ‖Viri, diligi-
1.Petr.3.a. *vestras. te vxores *: & nolite amari esse ad illas. ‖Filij,
Ephes.6.a. obedite parentibus per omnia. hoc enim pla
▷.4. Ephes.6.a. citum est▷in' Domino. ‖Patres, nolite ad in-
Tit.2.c. dignationē prouocare filios vestros: vt non
1.Pet.2.c. pusillo animo fiant. ‖Serui, obedite per om-
nia dominis carnalibus, non ad oculum ser-
uientes, quasi hominibus placentes, sed in
simplicitate cordis, timentes Deum. Quod-
cunq; facitis, ex animo operamini sicut Do-
mino, & nō hominibus: scientes quòd à Do-
mino accipietis retributionem hæreditatis.
Domino Christo seruite. ‖qui enim iniuriā Sapien.6.b
facit, recipiet id quod iniquè gesit: & non Rom.2.b.
▷.11. est personarum acceptio▷apud Deum'.

S. *Pro se cupit ipsos precari, & cautè ac discretè cum infidelibus conuersari: mittitq; qui manifestent eis quæ apud ipsum agantur, & variorum salutationes adscribit, cupiens vt hæc & similiter Laodicensium epistola apud vtramque legantur ecclesiam.*

CAP. IIII.

DOmini, quod iustum est & æquum, A
seruis præstate: scientes quòd & vos
Dominum habetis in cœlo. ‖Oratio- Lucæ.18.a
ni instate: vigilantes in ea in gratiarū actio- 1.Thes.5.d
Ephes.6.e ne. ‖orātes simul & pro nobis, vt Deus aperiat 2.Thes.3.a
nobis ostium sermonis ad loquendum my-
sterium Christi (propter quod etiam vinctus
sum) vt manifestem illud it a vt oportet me lo
qui. ‖In sapientia ambulate ad eos qui foris Ephes.5.d.
sunt: tempus redimentes. Sermo vester sem-
per, in gratia sale sit conditus: vt sciatis quo-

quomodo oporteat vos vnicuique respon-
B dere. Quæ circa me sunt, omnia vobis nota
faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis
minister, & cōseruus in Domino: quem mi-
si ad vos ad hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra, cum
Onesimo charissimo & fideli fratre qui ex
*qui omnia. vobis est. *Omnia 'quæ hic aguntur, nota fa-
cient vobis. Salutat vos Aristarchus cōcap-
tiuus meus, & Marcus consobrinus Barnabæ
C (de quo accepistis mādata, Si venerit ad vos,
excipite illūm,) & Iesus qui dicitur Iustus:
qui sunt ex circuncisione. hi soli sunt adiu-
tores mei in regno Dei: qui mihi fuerunt so-
latio. Salutat vos Epaphras qui ex vobis est,
seruus Christi Iesu, semper solicitus pro vo-
bis in orationibus, vt stetis perfecti & pleni
in omni volūtate Dei. Testimoniū enim illi
perhibeo quod habet multū laborem pro vo
bis, & pro ijs qui sunt Laodiciæ, & qui Hiera
poli. Salutat vos ‖Lucas medicus charissimus, 2.Tim.4.c
& Demas. Salutate fratres qui sunt Laodiciæ: D
& Nympham, & quæ in domo eius est eccle-
siam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola,
facite vt & in Laodicensium ecclesia legatur
& 'eam quæ Laodicensium est, vos legatis.' *ea quæ Laodicensium est vobis legatur.*
Et dicite Archippo, Vide ministerium quod
accepisti in Domino, vt illud impleas. Saluta
tio: mea manu Pauli. Memores estote vincu-
lorum meorum, Gratia *vobiscum. Amen. *Domino nostri Iesu Christi.*

Argumentum in primam epistolam Pauli ad Thessalonicenses.

THessalonicenses sunt Macedones. qui accepto verbo veritatis, perstiterunt in fide: etiam in persecutione ciuium suorum. Præterea nec receperunt falsos apostolos, nec ea quæ à falsis apostolis dicebantur. Hos collaudat Apostolus: scribens eis ab Athenis per Tychicum diaconum, & Onesimum▷acolutum'. ▷.4.

Epistola Pauli ad Thessalonicenses prima.

S. *Thessalonicenses commendat, actis Deo gratijs, quod susceptam semel fidem seruauerint, Pauli imò ipsius Domini imitatores effecti, ac forma reliquis credentibus: palam ostendentes quem apud ipsos fructum Pauli prædicatio habuerit.* CAP. I.

A PAVLVS & Siluanus & Timó
theus ecclesiæ Thessalonicensium in Deo patre & Domino Iesu Christo. Gratia vo
bis & pax*. Gratias agimus
à Deo patre nostro, et Domino Iesu Christo.2. Deo semper pro omnibus vobis: memoriam
vestri facientes in orationibus nostris sine
intermissione, memores operis fidei vestræ
B & laboris, & charitatis, & sustinētiæ spei Do
mini nostri Iesu Christi, ante Deum & Pa-
trem nostrum: scientes fratres dilecti à Deo,
electionem vestram: quia Euangelium no-
strum non fuit ad vos in sermone tantū, sed
C in virtute & in Spiritu sancto, & in plenitu-
dine multa, sicut scitis quales fuerimus in
vobis propter vos. Et vos imitatores nostri
facti estis, & Domini: excipientes verbum in
tribulatione multa, cum gaudio Spiritu san-
cti: ita vt facti sitis forma omnibus credenti-
D bus in Macedonia & in Achaia. A vobis enim
diffamatus est sermo Domini: non solum in
Macedonia & in Achaia sed * in omni loco,
*&.1. fides vestra quæ est ad Deum, profecta est, ita
vt non sit nobis necesse quicquam loqui. Ip
si enim de nobis annuntiant qualem introi-
tum habuerimus ad vos: & quomodo con-
uersi estis ad Deum à simulachris, seruire
Deo viuo & vero, & expectare Filium eius
de cœlis (quem suscitauit ex mortuis) Iesum,
qui eripuit nos ab ira ventura.

S. *Ostendit quā syncerū se exhibuerit in prædicādo ipsis Euangelio, gratias Deo agēs quòd susceptum Dei verbum sedulò seruauerint, passi multa à cōtribulibus, sicut ecclesiæ Iudææ à Iudæis, qui vnà cum Christo etiā pios oēs persequūtur. declarat etiam quā ardentem gerat erga ipsos affectū.* CAP. II.

NAm ipsi scitis fratres introitum no-
strum ad vos quia non inanis fuit: sed A
antè passi & cōtumelijs affecti (sicut
scitis) in ‖Philippis, fiduciā habuimus in Deo Acto.16.b.
nostro, loqui ad vos Euangeliū Dei in mul-
ta solicitudine. Exhortatio enim nostra nō
de errore, neq; de immunditia, neq; in dolo:
sed sicut probati sumus à Deo vt crederetur
nobis Euangeliū, ita loquimur. nō quasi ho
minibus placētes, sed Deo qui probat corda
nostra. Neq; enim aliquādo fuimus in sermo
ne adulationis, sicut scitis: neq; in occasione
auaritiæ Deus testis est: nec quærentes ab
hominibus gloriam, neq; à vobis, neq; ab a-
lijs. Cum possemus vobis oneri esse, vt Chri
sti Apostoli: sed facti sumus 'paruuli' in me- 'Ieuen.a.
dio

dio vestrum,tanquam si nutrix foueat filios suos:Ita desyderantes vos,cupidè volebamus tradere vobis non solum Euangelium Dei, sed etiam animas nostras:quoniam Charissimi nobis facti estis.Memores enim estis fratres laboris nostri & fatigationis. ‖nocte & die operantes,ne quem vestrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangeliũ Dei. Vos testes estis & Deus, quàm sanctè & iustè, & sine querela,vobis qui credidistis fuimus,sicut scitis qualiter vnumquéque vestrum (sicut pater filios suos)deprecantes vos & consolantes, testificati sumus vt ambularetis dignè Deo, qui vocauit vos in suum regnũ & gloriam.Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione: quoniam cum accepissetis à nobis verbũ auditus Dei,accepistis▷illud' nõ vt verbum hominum,sed(sicut est verè) verbum Dei,qui operatur in vobis qui credidistis. vos enim imitatores facti estis fratres ecclesiarum Dei quæ sunt in Iudæa,in Christo Iesu:quia eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & Dominum occiderunt Iesum,& Prophetas, & nos persecuti sunt,& Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur,prohibentes nos Gentibus loqui vt saluæ fiant,vt impleant peccata sua semper.'præuênit 'enim' ira Dei super illos vsq; in finem. Nos autem fratres desolati à vobis ad tempus horæ,aspectu,non corde:abundantius festinauimus faciem vestram videre cum multo desyderio. quoniam voluimus venire ad vos,ego quidẽ Paulus,& semel & iterum:sed impediuit nos satanas. Quæ est enim nostra spes, aut gaudiũ,aut corona gloriæ?Nónne vos ante Dominum nostrum Iesum Christum estis, in aduentu eius?vos enim estis gloria nostra & gaudium.

Acto.20.g 1.Cor.4.c 2.The.3.b

*perũenit *antem.8.

S. Metuens ne propter suas afflictiones à fide mouerentur,misit ad eos Timótheum qui ipsos roboraret: illo autem reuerso gratias Deo agit quod in fide ac dilectiõe firmi permãserint:ostẽdens quantum cupiat illos inuisere,vt suppleat quod deest fidei ipsorum.

CAP. III.

PRopter quod non sustinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, solis. &‖misimus Timótheum fratrem nostrũ, & ministrum Dei in Euãgelio Christi, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide vestra:vt nemo moueatur in tribulationibus istis.ipsi enim scitis quod in hoc positi sumus.Nam & cum apud vos essemus,prædicebamus vobis passuros nos tribulationes,sicut & factum est,& scitis. Propterea & ego amplius non sustinens, misi ad cognoscendam fidem vestram:ne forte tentauerit vos is qui tentat:& inanis fiat labor noster.Nunc autem veniente Timótheo ad nos à vobis,& annuntiante nobis fidem & charitatem vestram, & quia memoriam nostri habetis bonam semper,desyderãtes nos videre,sicut nos quoque vos:ideo consolati sumus fratres, in vobis,in omni necessitate & tribulatione nostra per fidem vestram.quoniam nunc viuimus,si vos statis in Domino. Quã enim gratiarum actionem possumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum nostrum, nocte ac die abundantius orantes vt videamus faciem vestram,& compleamus ea quæ desunt fidei vestræ?Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus noster Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos.Vos autem Dominus multiplicet,& abundare faciat charitatem *in inuicem, & in omnes: quemadmodum & nos in vobis,ad confirmanda corda vestra sine querela,in sanctitate,ante Deum & Patrem nostrum,in aduentu Domini nostri Iesu Christi cum omnibus sanctis eius.Amen.

Actu.16.a.

*vestram

S. Hortatur vt tradita sibi præcepta obseruent, abstinentes à fornicatione,ac se mutuo diligẽtes,manibusq; operantes,quo nullius quicquam desyderare cogantur. docet modum nostræ resurrectionis,ne inordinata tristitia se cruciẽt propter eos qui moriuntur.

CAP. IIII.

DE cætero ergo fratres,rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu:vt quẽadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo *sicut & ambulatis,'vt abundetis magis. Scitis enim quæ præcepta *dederim 'vobis per Dominum Iesum. ‖ Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione,vt sciat vnusquisque vestrũ vas suum possidere in sanctificatione & honore: non in passione desiderij, sicut & Gẽtes quæ ignorant Deum,& nequis supergrediatur neque circunueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus,sicut *prædiximus vobis,& testificati sumus. nõ enim vocauit nos Deus in immunditiam:sed in sanctificationẽ.Itaq; qui▷hæc' ▷spernit,non hominem spernit,sed Deũ, qui etiam dedit Spiritum suum sanctum in nobis.De charitate autem fraternitatis non necesse habemus scribere vobis: ‖ipsi enim vos à Deo didicistis vt diligatis inuicem.Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia.Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis:& operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris,sicut præcepimus vobis : & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt:& nullius aliquid desyderetis. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt nõ contristemini, sicut & cæteri qui spem non habẽt. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & resurrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, ‖ quia nos qui viuimus, qui residui sumus 'in aduentu' Domini non præueniemus eos qui dormierunt.Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce archangeli & in tuba Dei descendet de cœlo:& mortui qui in Christo sunt,resurgẽt primi. Deinde nos qui viuimus,qui relinquimur:simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam'Christo'in aera,& sic semper cum Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

Ioan.13.d 15.b. 1.Ioan.2.b 4.d.

Roma.12.a Ephe.5.d.

*sic & ambuletis.8. *dederimus. 2.

S. Diem iudicij dicit insperatũ ad futurum, qui tamen ipsos non potes‹ incautos opprimere, quum semper ad illum se præparent, ad quod illos etiam hortatur:monet quoque de obedientia erga suos præfectos, & quomodo erga inuicem & erga Deum se habere debeant:orat pro ipsis,vt‹ pro se orent precatur.

CAP. V.

DE temporibus autem & momentis fratres,nõ indigetis vt scribamus vobis. ‖Ipsi enim diligenter scitis quia dies Domini,sicut fur in nocte,ita veniet.cũ enim dixerint, pax & securitas:tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor'in vtero 'habenti',& nõ effugient. Vos autẽ fratres,non estis in tenebris:vt vos dies illa tanquã fur cõprehendat. omnes enim vos, filij lucis estis,& filij diei:non sumus noctis neq; tenebrarũ. Igitur nõ dormiamus sicut & cæteri: sed vigilemus & sobrij simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt:& qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt,Nos autem qui diei sumus,sobrij simus,‖induti loricam fidei & charitatis, & galeam spem salutis. quoniam non posuit nos Deus in iram,sed in acquisitionẽ salutis per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis:vt siue vigilemus, siue dormiamus,simul cũ illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem: & ædificate alterutrum,sicut & facitis. Rogamus autem vos fratres vt noueritis eos qui laborant inter vos,& præsunt vobis in Domino, & monẽt vos:vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum. pacem habete cum eis.Rogamus autem vos fratres,corripite inquietos,consolamini pusillanimes, suscipite infirmos,patientes estote ad omnes. ‖Videte nequis malum pro malo alicui reddat : sed semper quod bonum est sectamini inuicem, & in omnes.Semper gaudete.‖Sine intermissione orate.In omnibus gratias agite. hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis.Spiritum nolite extinguere. Prophetias nolite spernere.

1.Cor.15.d *in aduentũ 6.

*Domino. 4

Isaiæ.59.c Ephe.6.c.

Prou.17.c. 21.d. Rom.12.d 1.Petr.3.b. Eccle.18.c Lucę.18.a Colos.4.a

Omnia autem probate: quod bonũ est tenete.Abomni specie mala abstinete vos.Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester,& anima, & corpus sine querela, in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur.‖Fidelis est qui vocauit vos qui etiam faciet.Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per Dominum vt legatur epistola ▷hæc'omnibus sanctis fratribus. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum.Amen. ▷.f.

1.Cor.1.b.

Argumentum in epistolam secundam ad Thessalonicenses.

AD THESSALONICENSES, secundam scribit epistolam Apostolus:& notum facit eis de temporibus nouissimis,& de aduersarij deiectione.Scribit hãc epistolam ab Athenis per Titum diaconum, & Onesimum acolúthum.

Episto

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistola Pauli ad Thessalonicenses, secunda.

S. Gratias Deo agit pro fide ac tolerantia Thessalonicensium in persecutionibus, propter quas dicit illos gloriam, aduersarios vero vltionem in die iudicij recepturos: orans vt digni habeantur vocatione Dei. CAP. I.

A PAVLVS & Siluanus & Timótheus: eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo Patre noſtro & Domino Ieſu chriſto.
Gratia vobis & pax à deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Gratias agere debemus ſemper Deo pro vobis fratres, ita vt dignum eſt, quoniã ſupercreſcit fides
B veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum in inuicem: ita vt & noſipſi in vobis gloriemur in eccleſijs Dei, pro patientia veſtra, & fide in omnibus perſecutionibus veſtris & tribulationibus, quas ſuſtinetis in exemplũ iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini
in ||retributionem *regno Dei pro quo & patimini. ſi tamen iuſtũ eſt apud Deũ retribuere 'tribulationẽ' ijs
C qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini requiem nobiſcũ, in reuelatione Domini Ieſu de cœlo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam ijs qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Do-
D mini noſtri Ieſu Chriſti. qui pœnas dabũt in interitu æternas à facie Domini & à gloria virtutis eius: cum venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderunt quia creditum eſt teſtimonium noſtrũ ſuper vos in die illo. In quo etiam oramus ſemper pro vobis, vt dignetur vos vocatione ſua Deus noſter, & impleat omnem
ſuæ voluntatem bonitatis * & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in illo, ſecundũ gratiam Dei noſtri, & Domini Ieſu Chriſti.

S. De die Domini monet ne credant ſeductoribus, oſtendens venturum prius filium perditionis, qui varia edet prodigia fallacia, quibus reprobi ſeducentur: de electione & fide Theſſalonicenſiũ gratias agit monẽs vt ſeruent acceptas ab ipſo traditiones, & pro eorũ conſolatione ac confirmatione orat. CAP. II.

A ROgamus autem vos fratres per aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum: vt nõ citò moueamini à veſtro ſenſu, neq; terreamini, neq; per ſpiritum, neq; per ſermonem, neque per epiſtolam tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini ||Nequis vos ſe- Ephe.5.b.
ducat vllo modo quoniam niſi venerit diſceſsio primũ, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduerſatur & extollitur ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat oſtẽdens
B ſe tanquam ſit Deus. Num retinetis quòd cũ adhuc eſſem apud vos, hæc dicebã vobis? Et nunc quid detineat ſcitis: vt reuelẽtur in ſuo tempore. (Nam myſterium iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat.) Et tunc reuelabitur ille
iniquus: ||quẽ Dominus Ieſus interficiet ſpi- Iſaiæ. 11.a.
ritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduẽtus ſui eum, cuius eſt aduentus ſecundum operationem ſatanæ, in omni virtute & ſignis &
C prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis ijs qui pereũt, eo quód charitatem veritatis non receperunt vt ſalui fierent. Ideo mittet illis Deus operationẽ erroris, vt credant mẽdacio, vt iudicẽtur omnes qui nõ crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere Deo
nos ſemper pro vobis fratres dilecti à Deo, quòd
ad quod.2a elegerit 'vos' Deus primitias in ſalutẽ, in ſanctificatione Spiritus & fide veritatis: 'in quã'
D & vocauit vos per Euangelium noſtrum, in acquiſitionẽ gloriæ Domini noſtri Ieſu chriſti. Itaque fratres ſtate: & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonẽ, ſiue per epiſtolam noſtram. Ipſe autẽ Dominus noſter Ieſus chriſtus & Deus & Pater noſter qui dilexit nos, & dedit conſolationẽ æternã, & ſpẽ bonam in gratia: exhortetur corda veſtra, &
confirmet in omni opere & ſermone bono.

S. Cupit vt pro ſe præcentur, confidens quod ſeruaturi ſint ipſius præcepta: monetq; vt ſubtrahãt ſe à Chriſtianis nolentibus ſeruare quæ ipſe inſtituerat, nec manibus laborare, quod tamẽ ipſemet Paulus apud eos fecerat: cauet tamen ne tales vt inimicos exiſtiment, ſed vt fratres corripiant. CAP. III.

DE cætero fratres, orate pro nobis, vt A Epheſ.6.c
ſermo Dei currat & clarificetur, ſicut Coloſ.4.a
& apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus. non enim omniũ eſt fides. Fidelis autem Dominus eſt, qui cõfirmabit vos & cuſtodiet à malo. Confidimus autem de vobis in Domino, quoniam
præcipimus quæ 'præcipimus', & facitis & facietis. Domi-
nus autem dirigat corda veſtra in charitate Dei, & patientia Chriſti. Denuntiamus autẽ vobis

vobis fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecundum traditionem quam acceperũt à nobis. Ipſi enim
Acto.20.g ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos:
1.Cor.4.c quoniam nõ inquieti fuimus inter vos, ||neq;
1.Theſ.2.b gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus. Non quaſi non habuerimus poteſtatẽ: ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imitan-
C dum nos. Nam & cum eſſemus apud vos, hoc
Audimus.1 denuntiabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet, 'Audiuimus' enim inter vos quoſdam ambulantes inquietè, nihil operantes, ſed curioſè agentes. Ijs autem qui eiuſmodi ſunt denuntiamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent.
||Vos autem fratres nolite deficere benefaci- Galat.6.c
entes. Quòd ſiquis nõ obedit verbo noſtro, D
per epiſtolam hunc notate: & ne commiſceamini cum illo, vt cõfundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. Ipſe autem Dominus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco. Dominus ſit cum omnibus vobis. Salutatio, mea manu Pauli: quod eſt ſignum in omni epiſtola. ita ſcribo. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen.

Argumentum in primam epiſtolam ad Timótheum.

TIMOTHEVM inſtruit & docet de ordinatione epiſcopatus & diaconij, ac eccleſiaſticæ diſcipline, ſcribens ei à Laodicia per Tychicum diaconum.

Epiſtola Pauli ad Timótheum, prima.

S. Præceptum reuocat quod Timótheo tradiderat, de retrahendis quibuſdam à peruerſa doctrina, & tradenda ſana: lex ob iniuſtos poſita eſt: Deo gratias agit, quòd eum ab eccleſiæ perſecutione ad Apoſtolatum vocauerit: qui miſericordiam conſecutus eſt, vt oſtendatur Dei longanimitas ad peccatorum informationem: Timótheum monet vt ſtrennuum agat militem. CAP. I.

A PAVLVS Apoſtolus Ieſu chriſti ſecundum imperium Dei ſaluatoris noſtri, & Chriſti Ieſu, ſpei noſtræ: ||Timótheo di-
Acto.16.a. lecto filio in fide. Gratia miſe-
▷.4. ricordia, ▷ &' pax à Deo patre, & Chriſto Ieſu Domino noſtro.
Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi cum irem in Macedoniam, vt denuntiares quibuſdam ne aliter docerent, neq; intenderent
B fabulis & genealogijs interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis quàm ædificationem Dei, quæ eſt in fide. Finis autem præcepti, eſt charitas de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta. A quibus quidam aberrãtes, conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe
Roma.7.c. legiſdoctores, non intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant. ||Scimus
ſcientes autẽ quia bona eſt lex, ſiquis ea legitimè vtatur: 'ſciẽs' hoc, quia lex iuſto nõ eſt poſita, ſed iniuſtis, & non ſubditis, impijs & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, patricidis, &
matricidis, homicidis, fornicarijs, maſculorũ concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, per- C
iuris, & ſiquid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euangelium gloriæ beati Dei, quod creditum eſt mihi. Gratias ago ei qui me confortauit *Chriſto Ieſu Do- *in
mino noſtro quia fidelẽ me exiſtimauit, ponens in miniſterio, qui prius blaſphemus fui & perſecutor & contumelioſus. ſed miſericordiam Dei conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia Domini noſtri cum fide & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Fidelis ſermo, & om-
ni acceptione dignus: quòd|| Chriſtus Ieſus Matt.9.b.
venit in ▷ hũc' mundũ peccatores ſaluos face- Marci.2.c.d
re, quorum primus ego ſum. Sed ideo miſeri ▷.1.
cordiã cõſecutus ſum: vt in me primo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad D
deformatio 'informationem' eorum qui crediturí ſunt illi in vitam æternam. Regi autem ſeculorum
immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Hoc præceptum commendo tibi filij Timóthee: ſecundum præcedentes in te prophetias vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes circa fidem naufragauerunt. ex quibus eſt Hymenæus & Alexander: quos tradidi ſatanæ, vt diſcant non blaſphemare.

S. Vult

S. Vult pro regibus & magiſtratibus fieri orationes ac gratiarum actiones, vnumq; dicit eſſe Deum, & vnum mediatorem: quomodo orare debeant vir ac mulier, & quomodo, hæc ornari debeat, cuius non eſt docere, ſed in ſilentio diſcere.

CAP. II.

A OBſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate ſunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate. hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſal-
B uatore noſtro Deo: qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionẽ veritatis venire. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: qui dedit
▷▷.7. redemptionẽ ſemetipſum pro omnibus: ▷cuius' teſtimonium temporibus ſuis▷confirma
2.Tim.1.c. tum eſt': ‖in quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſtolus (veritatem dico, non men-
C tior) doctor Gẽtium in fide & veritate. Volo ergo viros orare in omni loco: leuãtes puras
1.Pet.3.a. manus ſine ira, & diſceptatione. ‖Similiter & mulieres in habitu ornato: cum verecũdia & ſobrietate ornantes ſe, nõ in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte prætioſa, ſed quod decet mulieres promittẽtes pietatẽ
D per opera bona. Mulier in ſilentio diſcat, cum
1.Cor.14.f omni ſubiectione. ‖ Docere autem, mulieri non permitto, neque dominari in virum: ſed
Geneſ.1.d. eſſe in ſilentio. ‖ Adam enim primus forma-
Gene.3.b. tus eſt: deinde Heua. ‖& Adam non eſt ſeductus: mulier autem ſeducta, in præuaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum genera-
*permãſerit tionem: ſi "permanſerint' in fide & dilectione & ſanctificatione cum ſobrietate.

S. Docet Timótheũ quales eſſe debeant epiſcopi, diacones ac mulieres: vt ſciat quomodo cõuerſari debeat in eccleſia quæ eſt columna veritatis, ſimulq; commendat dominicæ incarnationis ſacramentum.

CAP. III.

A FIdelis ſermo. ‖Siquis epiſcopatum de-
Tit.1.b. ſyderat, bonum opus deſyderat. Oportet "ergo' epiſcopum irreprehenſibilem
*enim eſſe: vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem
▷.5. ornatum, ▷pudicum,'hoſpitalem, doctorem, non vinolentũ, non percuſſorẽ: ſed modeſtũ,
*ſed non litigioſum, non cupidum, *ſuæ domui bene præpoſitũ, filios habentem ſubditos cũ omni caſtitate. Siquis autẽ domui ſuæ præ-
B eſſe neſcit. quomodo eccleſiæ Dei diligentiã habebit? Non neophytum: ne in ſuperbiam elatus, in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & teſtimonium habere bonum ab ijs qui foris ſunt: vt nõ in opprobriũ incidat & laqueum diaboli. Diaconos ſimiliter C
pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum ſectantes: habentes myſterium fidei in cõſcientia pura. Et hi autem probentur primùm: & ſic miniſtrẽt, nullum crimen habentes. Mulieres ſimiliter pudicas, non detrahentes, ſobrias, fideles in omnibus. Diaconi ſint vnius vxoris viri: qui filijs ſuis bene præſint, & ſuis domibus. Qui enim bene miniſtrauerint gradum bonum ſibi acquirent, & multam fiduciam in fide quæ
eſt in Chriſto Ieſu. Hæc tibi ſcribo*: ſperans *fili Timothee
me ad te venire cito. ſi autem tardauero: vt D
ſcias quomodo oporteat te in domo Dei cõuerſari, quæ eſt eccleſia Dei viui, columna & firmamentum veritatis. Et manifeſtè magnũ eſt pietatis ſacramentum, quod manifeſtatũ eſt in carne, iuſtificatum eſt in ſpiritu, apparuit angelis, prædicatum eſt Gentibus, creditum eſt in mundo, aſſumptum eſt in gloria.

S. Prædicit quoſdam falſam tradituros doctrinam, potiſſimùm de nuptijs ac cibis: diſcipulũ autem monet vt ſpreta vana doctrina, exerceat ſe ad pietatem, quæ corporali exercitationi præfertur: & quanquam ſit adoleſcens, præbeat ſe reliquis exemplum.

CAP. IIII.

SPiritus autem manifeſtè dicit quia in A 1.Tim.4.a. 2.Petr.3.a. Iudæ.1.f.
nouiſſimis temporibus diſcedent quidã à fide, attendẽtes ſpiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocriſi loquentiũ mendacium: & cauteriatam habentium ſuam conſcientiam, prohibentium nubere, abſtinere à cibis quos Deus creauit ad percipiẽdum cum gratiarum actione fidelibus & ijs qui co B
gnouerunt veritatem. Quia omnis creatura Dei bona eſt, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur. ſanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris miniſter Chriſti Ieſu, enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ
quam aſſecutus es. ‖ Ineptas autem & aniles 2.Tim.3.b Tit.3.c.
fabulas deuita: exercẽ▷autem' teipſum ad pie ▷.13.
tatem. Nam▷corporalis exercitatio, ad modi- C
cũ vtilis eſt: pietas autẽ, ad omnia vtilis eſt, promiſsionem habens vitæ quæ nunc eſt, & futuræ. Fidelis ſermo. & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledici-
mur, "quia ſperamus' in Deum viuum qui eſt "quod ſperauimus.1.
ſaluator omnium hominum, maximè fide-
lium. Præcipe hæc & doce. Nemo adoleſcen- D
tiam tuam contemnat: ſed exemplum eſto fidelium in verbo, in conuerſatione, in charitate, in fide, in caſtitate. Dum venio, attende
lectioni, exhortationi*doctrinæ. Noli negli- *&
gere gratiã quæ in te eſt: quæ data eſt tibi per prophetiã, cum impoſitione manuum preſbyterij. Hæc meditare, in his eſto: vt profe-
ctus tuus manifeſtus ſit omnibus. Attẽde tibi & doctrinæ: inſta in illis. Hoc enim faciẽs, & teipſum ſaluum facies, & eos qui te audiunt.

S. Docet quomodo ſeniores, anus, ac iuuenculas gubernare debeat, rurſum ſeniores ac iuniores viduas: & de conditionibus in eligenda vidua requiſitis: presbyteri probè ſuo fungentes munere dupliciter honorentur: nec facile aduerſus presbyterum accuſationem ſuſcipiat, ſed peccantes publicè arguat: hæc mandata ſeruet, nemini cito manus imponens: modico vino vtatur: & de varijs hominum peccatis.

CAP. V.

A SEniorem nẽ increpaueris: ſed obſecra vt patrem: iuuenes, vt fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt ſorores in omni caſtitate. Viduas honora: quæ verè viduæ ſunt. Siqua autem vidua filios aut nepotes habet:
*diſcant.1. "diſcat' primùm domum ſuam regere, & mutuam vicem reddere parentibus. hoc enim acceptum eſt coram Deo. Quæ autem verè
*ſperat.10. *inſtat.10. vidua eſt & deſolata: "ſperet' in Deum, & "inſtet' obſecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in dilitijs eſt: viuẽs mortua eſt.
*Siquis, pro ſiqua Et hoc præcipe vt irreprehenſibiles ſint. "Siquis' autem ſuorũ, & maxime domeſticorum curam non habet: fidem negauit, & eſt infide
B li deterior. Vidua eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educauit, ſi hoſpitio recepit, ſi ſanctorũ pedes lauit, ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit, ſi omne opus bonum ſubſecuta eſt. Adoleſcentiores aũt viduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Chriſto, nubere volunt: habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. ſimul autem & otioſæ diſcunt circuire domos: non ſolum otioſæ, ſed & verboſæ & curioſæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo iuniores nubere: filios procreare, matresfamiliâs eſſe: nullam occaſionem dare aduerſario maledicti gratia.
*poſt Iam enim quædam conuerſæ ſunt retro *ſa-
C tanam. Siquis fidelis habet viduas, ſubmini-
*vt. ſtret illis, "&' non grauetur eccleſia: vt ijs quæ verè viduæ ſunt, ſufficiat. Qui bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur: maximè qui laborant in verbo & doctrina.
Deut.25.a. 1.Cor.9.a. Dicit enim ſcriptura, ‖Nõ "infrænabis' os bo-
*alligabis ui trituranti. &, ‖Dignus eſt operarius mer-
Matt.10.b Luc.10.b cede ſua. Aduerſus bresbyterum accuſationem noli recipere: niſi ſub duobus aut tribus
D teſtibus. Peccantes, coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeant. Teſtor coram Deo & Chriſto Ieſu & electis angelis: vt hæc cuſtodias ſine præiudicio, nihil faciens in aliam partem declinando. Manus cito nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis: Teipſum caſtum cuſtodi. Noli adhuc aquam bibere: ſed modico vino vtere propter ſtomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifeſta ſunt, præcedentia ad iudicium: quoſdam autem ſubſequuntur: Similiter & facta bona, manifeſta ſunt: & quæ aliter ſe habent, abſcondi non poſſunt.

S. Serui dominis ſuis obſequantur, ſiue fidelibus ſiue infidelibus. fugiendi ſunt qui his relictis vana docẽt: quantum mali inducat auaritia, qua deuitata hortatur Timótheum ad virtutes amplectendas, ſeruata fide quam in baptiſmo confeſſus eſt, vtq; in finem vſque ſeruet hæc mandata: diuites autem reprimat à ſuperbia inducens ad eleemoſynas.

CA.P. VI.

QVicunque ſunt ſub iugo ſerui, domi- A
nos ſuos omni honore dignos, arbitrentur: ne nomen Domini & doctrina blaſphemetur. Qui autem fideles habẽt dominos, non cõtemnant quia fratres ſunt, ſed magis ſeruiant quia fideles ſunt & dilecti, qui beneficij participes ſunt. Hæc doce, & exhortare, Siquis aliter docet, & non acquieſcit ſanis ſermonibus Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ei quæ ſecundum pietatem eſt, doctrinæ:
ſuperbus eſt, nihil ſciens, ſed languens circa B
quæſtiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blaſphemiæ, ſuſpiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum, & qui veritate priuati ſunt exiſtimantium quæſtum eſſe pietatem. Eſt autem quæſtus magnus, pietas cum ſuf-
ficientia. ‖Nihil enim intulimus in ▷hunc' Iob.1.d.
mundum: haud dubium, quòd nec auferre Eccle.5.c. ▷.1.
quid poſſumus. Habentes autem alimenta & quibus tegamur, his contenti ſimus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tenta-
tionem & laqueum ▷diaboli,' & deſyderia ▷.1.
multa*inutilia, & nociua, quæ mergunt ho- *&
mines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſe-
ruerunt ſe doloribus multis. Tu autem ô ho- C
mo Dei, hæc fuge: ſectare verò iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam, manſuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprehende vitam æternam, in qua vocatus es & confeſſus bonam confeſsionem coram multis teſtibus. Præcipio tibi coram Deo qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu qui teſtimo-
nium reddidit‖ſub Pontio Pilato bonam con Ioan.18.g.
feſsionem: vt ſerues mandatum ſine macula, Matt.27.b
irreprehenſibile vſq; in aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti. quem ſuis temporibus o-
ſtẽdet‖beatus & ſolus potẽs, Rex regũ & Do- Apo.17.d. 19.c.
minus

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

minus dominantium, qui solus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inaccessibilem,
Iohan.1.b. quem nullus hominum vidit, sed nec videre
1.Ioan.1.c. potest. cui honor & imperium *sempiternum
*in Amen.

D Diuitibus huius seculi præcipe non sublime sapere, neque sperare in incerto diuiLucæ.12.b tiarum, sed in Deo viuo (qui præstat nobis
Iohan.1.b. omnia abunde ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentũ bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. O Timóthee, depositum custodi: deuitans prophanas vocum nouitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen.

Argumentum in epistolam Pauli secundam ad Timótheum.

ITEM Timótheo scribit de exhortatione martyrij, & omni regula veritatis, & quid futurum sit temporibus nouissimis, & de sua passione: scribens ei ab vrbe Roma.

Epistola Pauli ad Timótheum *secunda.*

S. *Gratias Deo agit ob fidem Timóthei, quam intrepida prædicatione iubet exeri: Christus mortem destruxit, & Palum in Gentium doctorem elegit. seruans ei debitum ipsius laboribus præmium. dicit quod omnes Asiani ipsum reliquerint, laudans Onesiphori familiã quod inde multa receperit obsequia.*

CAP. I.

A PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatẽ Dei, secũdum promissionem vitæ quæ est in Christo Iesu: Timótheo charis*& simo filio, gratia, misericordia, *pax à Deo patre, & Christo Iesu Domino nostro.

*meo *meis Gratias ago Deo *, cui seruio à progenitoribus *in conscientia pura, quod sine intermissione habeam tui memoriam in orationibus meis, nocte ac die desyderans te videre, memor lachrimarum tuarum, vt gaudio implear, recordationem accipiens eius fidei quæ est in te non ficta, quæ & habitauit primum
B in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus sum autem quòd & in te. Propter quam causam admoneo te vt resuscites gratiam Dei, quæ est in te per impositionem manuũ mearum. Rom.8.c. ‖Non enim dedit nobis Deus spiritum timoris: sed virtutis, & dilectionis, & sobrietatis. Noli itaque erubescere testimonium Domini nostri, neq; me vinctũ eius: sed collabora Euangelio secundum virtutem Dei
▷.4. qui nos liberauit & vocauit vocatione ▷sua'
Tit.3.b. C sancta, ‖non secundum opera nostra, sed secũdum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ‖ ante tẽpora seculария. Manifestata est autem nunc per illuminationem saluatoris nostri Iesu Christi, Tit.1.a. qui destruxit quidem mortem, illuminauit autem vitam & incorruptionem per Euangelium: in quo ‖ positus sum ego prædicator 1. Tim.2.b & Apostolus & magister Gentium. Ob quã causam etiam hæc patior: sed non cõfundor. Scio enim cui credidi, & certus sum quia potens est depositum meum seruare in illum diem. Formam habe sanorũ verborum, quæ D à me audisti in fide & in dilectione in Christo Iesu. Bonum depositum custodi per spiritum sanctum, qui habitat in nobis.

Scis * hoc, quod auersi sunt à me omnes *enim ℞philetus qui in Asia sunt: ex quibus est ℞Phigelus' & Hermogenes. Det misericordiam Dominus Onesiphori domui: quia sæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit. sed cum Romam venisset: solicitè me quæsiuit, & inuenit. Det illi Dominus inuenire misericordiam à Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministrauit, tu melius nosti.

S. *Hortatur Timótheum ad alios syncerè docendum & patiendum pro Christo, facta mentione futuri præmij ac resurrectionis Christi, vtque contentiones & prophana vaniloquia deuitet, stultásque legis quæstiones: de magna domo varia habente vasa, & quas virtutes seruus Dei sectari debeat.*

CAP. II.

TV ergo fili mi, cõfortare in gratia quæ A est in Christo Iesu: & quæ audisti à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erũt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans ▷Deo' implicat se negotijs ▷.1. secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Nã ℞coronabi& qui certat in agõne: non ℞coronatur' nisi legitimè certauerit. Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus percipere. Intelli
B ge quæ dico: dabit enim tibi Dominus in om
▷.6. nibus intellectum. Memor esto, ▷Dominũ, Iesum Christum resurrexisse à mortuis, ex semine Dauid, secundum Euangelium meum, in quo laboro vsque ad vincula, quasi male operans: sed verbum Dei non est alligatum. Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salutem consequantur, quæ est in Christo Iesu, cum gloria cœlesti. Fidelis sermo. Nam si commortui sumus: & conuiuemus. si sustiMatt.10.d. nebimus: & conregnabimus. ‖Si negaueriMarc.8.c. mus: & ille negabit nos. ‖Si nõ credimus: ille
Rom.3.a. fidelis permanet, negare seipsum nõ potest.

C Hæc commone: testificans coram ℞Domi℞Deo ▷.1. no'. Noli contendere verbis (ad nihil enim vtile est) ▷nisi' ad subuersionem audientium. Solicitè cura teipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractãtem verbum veritatis. Prophana autem & i℞proficiet.7. naniloquia deuita. multum enim ℞proficiunt' ℞serpet.7. ad impietatem: & sermo eorum vt cancer ℞serpit.' ex quibus est Hymenæus & Philetus: qui à veritate exciderunt, dicentes resurrectionẽ esse iam factam, & subuerterunt quorundam fidem. Sed firmum fundamentum Dei stat,
D habẽs signaculum hoc, Cognouit Dominus qui sunt eius. &, discedat ab iniquitate omnis qui nominat nomẽ Domini. In magna autem domo, non solum sunt vasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: & quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Si quis ergo emundauerit se ab istis: erit vas in honorẽ sanctificatum & vtile Domino, ad omne opus bonũ paratũ. Iuuenilia aũt desyderia fuge: sectare vero iustitiã, Timo.1.c. fidem, charitatem, & pacem cum ijs qui inuo Tit.3.c. cant Dominum de corde puro. ‖Stultas autẽ & sine disciplina quæstiones deuita: sciens quia generant lites. Seruum autem Domini non oportet litigare: sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt ▷veritati': ne▷.1. quando Deus det illis pœnitentiam ad cognoscendam veritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipsius voluntatem.

S. *Prædicit homines futuros varijs inuolutos peccatis, qui mulierculas seducentes veritati resistãt, Timótheum autem hortatur vt suo exemplo virtutes amplectatur, ac tolerantiam in persecutionibus: & de sacrarũ literarum utilitate.* CAP. III.

A HOc autem scito, quod in nouissimis 1.Tim.4.a diebus instabunt tempora periculosa: 2.Petr.3.a. & erunt homines seipsos amantes, cu Iudę.1.f. pidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus nõ obedientes ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum amatores magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita. ex his enim sunt qui penetrant domos:
B & captiuas ducunt mulierculas oneratas pec catis, quæ ducuntur varijs desyderijs semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodum autem ‖Iannes & Mambres restiterunt Moysi: Exod.7.b. ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem. sed vltrà non proficient: insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut & illorum fuit. Tu autem C assecutus es meam doctrinam, institutionem propositum, fidem, longanimitatem, dilectionem, patientiã, persecutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Iconij, Lystris: quales persecutiones sustinui. & ex omnibus eripuit me Dominus. Et omnes qui piè volũt viuere in Christo Iesu, persecutionem patientur. Mali autẽ homines & seductores proficient in peius: errantes, & in errorem mitD tentes. Tu verò permane in ijs quæ didicisti, & credita sunt tibi: sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in Christo Iesu. ‖Omnis scriptura diuini- 2.Pet.1.d. tus inspirata, vtilis est ad docendum, ad arguendum, ad ℞corrigendum', ad erudiendum in ℞corripiendũ iustitia: vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus.

S. *Timótheum per Christum iudicem obtestatur vt aduersus falsos doctores, & eos qui tales sibi coaceruant, constanter prædicet, tolerando quæcunque infligentur aduersa: prædicitq; suã passionem & futurum præmium: aduocans Timótheum, eo quod à multis desertus sit, & ab Alexandro multa passus. In prima sui defensione ab omnibus desertus fuit, sed à Domino liberatus.*

CAP. IIII.

TEstificor coram Deo & Iesu Christo A qui iudicaturus est viuos & mortuos, & per aduentum ipsius, & regnum eius: prædica verbum. insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt: sed ad sua desyderia coaceruabunt sibi magistros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila, in omnibus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuũ imple. ▷ Sobrius e- ▷.1.
B sto. 'Ego enim iam delibor: & tempus resolutionis meæ instat. Bonum certamen certaui,

cursum cõsummaui, fidẽ seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non solum autẽ mihi, sed & ijs qui diligunt aduentũ eius. Festina ad me venire citò. Demas enim me reliquit, diligens hoc seculum, & abijt Thessalonicam: Crescens in Galátiã,
Coloſ. 4 d Titus in Dalmátiam. ‖Lucas est mecum solus. Marcum assume, & adduc tecũ: est enim
*ministerio mihi vtilis in 'ministerium.' Tychicum autẽ
C misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, & libros, maxime autem membranas. Alexander
*reddat. 6. ærarius multa mala mihi ostẽdit. 'redder' illi Dominus secundum opera eius: quem & tu deuita, valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis imputetur. Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt per me prædicatio 'impleatur', & audiant omnes Gentes, & liberatus sum de ore leonis. 'Liberauit' me Dominus ab omni opere malo: & saluum faciet in regnum suũ cœleste. cui gloria in secula seculorum. Amen. Saluta 'Priscam' & Aquilam, ‖& Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hyemem venire. Salutant te Eubûlus & Pudens & Linus & Claudia, & fratres omnes. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Gratia vobiscum. Amen.

'impleretur 6.

'Liberabit autem. 3.

D *'Priscillam Supra. 1. d.*

Argumentum in epistolam Pauli ad Titum.

TItum commonefacit & instruit de constitutione presbyterij, & de spirituali conuersatione, & hæreticis vitandis qui in traditionibus Iudaicis credunt: scribens ei à Nicopoli.

Epistola Pauli ad Titum.

S. Facta in salutatione mentione spei vitæ æternæ quæ iam manifestata est, ostendit quales debeat ordinare presbyteros ac episcopos: & de quibusdam qui ob varia vitia durè sunt increpandi: mundis omnia mũda: quidam facto Deum negant. CAP. I.

A PAVLVS seruus Dei, Apostolus autem Iesu Christi secundum fidem electorum Dei & agnitionem veritatis: quæ secundum pietatem est in spem vitæ æternæ, quam promisit qui non menti-
2. Tim. 1. c. tur Deus, ‖ante tempora secularia: manifestauit autem temporibus suis verbum suum in prædicatione, quæ credita est mihi secundũ præceptum saluatoris nostri Dei: Tito dilecto filio secundum communem fidem, gratia & pax à Deo patre, & Christo Iesu saluatore nostro.

B Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi, ‖Si-
1. Tim. 3. 2. quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri
*prudentem 6. cupidum: sed hospitalẽ, benignum, *sobriũ,
C iustum, sanctum, continentem: amplectentem eum qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit *exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Sunt enim multi inobedientes, vaniloqui & seductores, maximè qui de circuncisione sunt: quos oportet redargui. qui vniuersas domos subuertunt, docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius ipsorum propheta, Cretenses semper D
mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantium se à veritate. ‖ Omnia Rom. 14. d
munda mundis: coinquinatis autem & infidelibus nihil est mundũ, sed inquinatæ sunt eorum & mens & conscientia. Confitentur se nosse Deum factis autem negant, cum sint abominati & incredibiles, & ad omne opus bonum reprobi.

6. 4.

S. Quomodo docere debeat senes, anus, adolescentulas ac iuuenes, præbẽdo se omnibus vitæ exemplum: & in quibus nos eruditat gratia Dei quæ apparuit: beneficia etiam per Christũ nobis exhibita ostendit. CAP. II.

TV autem loquere quæ decent sanam A
doctrinã. Senes, vt sobrij sint, pudici, prudentes, sani in fide, in dilectione, in patientia. Anus similiter, in habitu sancto, non criminatrices, non multo vino seruientes: bene docentes, vt prudentiam doceant ado-

adolescentulas, vt viros suos ament, filios
p. 1. suos diligant, prudentes, castas, *sobrias', domus curam habentes, benignas, subditas viris
B suis, vt non blasphemetur verbum Dei. Iuuenes similiter hortare vt sobrij sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bonorum ope-
'integritatẽ, grauitatem. 1. rum, in doctrina, 'in integritate, in grauitate', verbum sanum, irreprehensibile: vt is qui ex aduerso est vereatur, nihil habens malum
Ephes. 6. a. dicere de nobis. ‖Seruos dominis suis subdi-
Coloſ. 3. d. tos esse, in omnibus placentes. non contra-
1. Peta. 2. e. dicentes: non fraudantes, sed in omnibus fi-
C dem bonam ostendentes: vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus. Appa-
'salutaris. 1 ruit enim gratia Dei 'saluatoris nostri' omnibus hominibus: erudiens nos vt abnegantes impietatem & secularia desyderia, sobriè,
D & iustè, & piè viuamus in hoc seculo, expectantes beatam spem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris nostri Iesu christi, qui dedit semetipsum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate, & mundaret sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. Hæc loquere, & exhortare: & argue cum omni imperio. Nemo te contemnat.

S. Ad quas virtutes suos debeat adhortari, & à quibus vitijs dehortari: & quod à peccatis prioribus sola Dei benignitate saluati simus per lauacrum regenerationis, facti in spe hæredes vitæ æternæ: monet q; vt hæc docens vanã deuitet doctrinam, similiter & hæreticos. CAP. III.

A ADmone illos principibus & potestatibus subditos esse, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos esse, neminem blasphemare, non litigiosos esse, sed modestos: omnem ostendentes mansuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos insipiẽtes, increduli, errantes, seruiẽtes desyderijs & voluptatibus varijs, in malitia & inuidia agentes, odibiles, odientes inuicem. Cum aũt benignitas & humanitas B
apparuit saluatoris nostri Dei: ‖nõ ex operi- 2. Tim. 1. c.
bus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrũ regenerationis & renouationis Spiritus sancti, quem effudit in nos abundè per Iesum Christum saluatorem nostrum: vt iustificati gratia ipsius, hæredes simus secundũ spem vitæ æternæ. Fidelis sermo est: & de his volo te confirmare: vt curent bonis operibus præesse qui credunt Deo. Hæc sunt bona & C
vtilia hominibus. ‖Stultas autem quæstio- 1. Tim. 1. b.
nes, & genealogias, & contentiones, & pu- 2. Tim. 2. d
gnas legis deuita. sunt enim inutiles & vanæ. Hæreticum hominem post vnam & secundam correptionem deuita: sciens quia subuersus est qui eiusmodi est, & delinquit, cum sit proprio iudicio condemnatus. Cum misero D
ad te Arteman aut Tychicum, festina ad me venire Nicopolim. ibi enim statui hyemare. Zenam legisperitum & Apollo solicite præmittæ, vt nihil illis desit. Discant autem & nostri bonis operibus præesse ad vsus necessarios: vt non sint infructuosi. Salutant te qui mecum sunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia Dei cum omnibus vobis. AMEN.

Argumentum in epistolam Pauli ad Philemonem.

PHILEMONI familiares literas facit pro Onesimo seruo eius: scribens ei ab vrbe Roma de carcere, per ipsum Onesimum.

Epistola Pauli ad Philémonem.

S. Philémoni, cuius charitatem ac fidẽ collaudat Onesimum seruum ipsius remittit, quem illi commendat, & eius culpam in se recipit: indicans se cupere ipsum habere, vt sibi ministret in Euangelij prædicatione.'

A PAVLVS vinctus Christi Iesu, & Timótheus frater: Philémoni dilecto & adiutori nostro, & Appiæ sorori charissimæ, & Archippo commilitoni nostro, & B
eccleſiæ quæ in domo tua est. Gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias ago Deo meo, semper memoriam tui faciens in orationibus meis, audiens charitatem tuam & fidem quam habes in Domino Iesu, & in omnes sanctos: vt cõmunicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis boni quod est in vobis in Christo Iesu. Gaudium enim magnum habui & con- B
solationem in Charitate tua, quia viscera sanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habens in Christo Iesu imperãdi tibi quod ad rem pertinet: propter charitatem magis obsecro, cum sis talis, vt Paulus senex, nunc autem & vinctus Iesu Christi. Obsecro te pro meo filio quem genui in vinculis, Onesimo: qui tibi aliquan-

do inutilis fuit, nunc autem & mihi & tibi
vtilis, quem remisi tibi. Tu autem illū vt
C mea viscera, suscipe. quem ego volueram me-
cum detinere, vt pro te mihi ministraret in
vinculis Euangelij: sine consilio autem tuo
nihil volui facere, vti ne velut ex necessitate
bonum tuum esset, sed voluntarium. Forsitā
enim ideo discessit ad horam à te, vt æternū
illum reciperes, iam non vt seruum, sed pro
seruo charissimum fratrem, maximè mihi,
quātò autem magis tibi & in carne & in Do
D mino? Si ergo habes me socium: suscipe illū
sicut me. Si autem aliquid nocuit tibi aut de-
bet: hoc mihi imputa. Ego Paulus scripsi
mea manu: ego reddam: vt non dicam tibi,
quòd & teipsum mihi debes. ita frater. Ego
te fruar in Domino. Refice viscera mea in
Christo 'Domino'. Confidens in obedientia tua scri-
psi tibi: sciens quoniam & super id quod di-
co facies. Simul autem & para mihi hospi-
tium. nam spero per orationes vestras dona-
ri me vobis. Salutat te Epaphras concapti-
uus meus in Christo Iesu, Marcus, Aristar-
chus, Demas & Lucas adiutores mei. Gratia
Domini nostri Iesu Christi cum spiritu ve-
stro. AMEN.

Epistola Pauli Apostoli ad Hebræos.

S. Tantum veteri testamento per angelos dato nouum per Christum datum præfertur, quantum Christus angelis dignior est, quos origine, dominio, potentia, & honore antecellit.

CAP. I.

A MVLTIPHARIAM multisq; modis olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in Filio, quem constituit
Sapi.7.d. hæredem vniuersorum, per quem fecit & secula. qui cum sit splendor gloriæ, & ‖figura
substantiæ eius, portansq; omnia verbo virtutis suæ, purgationem peccatorum faciens,
sedet ad dexteram maiestatis in excelsis: tantò melior angelis effectus, quantò differen-
B tius præ illis nomē hæreditauit. Cui enim di-
Psalm.2.b. xit aliquādo angelorum, ‖Filius meus es tu,
2.Reg.7.b ego hodie genui te? Et rursum, ‖Ego ero illi
in patrem: & ipse erit mihi in filium? Et cum
iterum introducit primogenitum in orbem
Psal.96.c. terræ dicit, ‖Et adorent eum omnes angeli
Psa.103.a. Dei. Et ad angelos quidem dicit, ‖ Qui facit
angelos suos spiritus: & ministros suos, flam
C mam ignis. Ad filium autem, ‖Thronus tuus
Psal.44.b Deus in seculū seculi: virga æquitatis, virga
regni tui. Dilexisti iustitiā, & odisti iniqui-
tatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus
oleo exultationis præ participibus tuis. Et,
Psal.101.d ‖Tu in principio Domine terram fundasti:
D & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi pe-
ribunt, tu autem permanebis: & omnes vt
vestimentum veterascent. Et velut amictum
*inuolues.t 'mutabis' eos, & mutabuntur: tu autem idem
ipse es, & anni tui non deficient. Ad quem au
Psal.109.a tem angelorum dixit aliquando, ‖ Sede à de-
1.Cor.15.d xtris meis, quoadusq; ponam inimicos tuos
scabellum pedū tuorum? Nónne omnes, sunt
administratorij spiritus: in ministerū missi
propter eos qui hæreditatem 'capiēt' salutis? *capiunt

S. Quum angelicorum præceptorum trāsgressio dignam acceperit vltionem, multo magis ea sequetur transgressores præceptorum Christi: qui per susceptam humanitatem & crucem minoratus est ab angelis, & ex eo factus author salutis in ipsum credentium.

CAP. II.

PRopterea abundantius oportet obser- A
uare nos ea quæ audiuimus: ne fortè
pereffluamus. Si enim qui per angelos
dictus est sermo, factus est firmus, & omnis
præuaricatio & inobedientia accepit iustam
mercedis retributionem: quomodo nos effu-
giemus si tantam neglexerimus salutem: quæ
cum initium accepisset enarrari per Domi-
num: ab eis qui audierunt, in nos confirmata
est, cōtestante Deo signis & portentis, & va-
rijs virtutibus, & Spiritus sancti distributio-
nibus secundum suam voluntatem. Non e-
nim angelis subiecit ▷Deus' orbem terræ fu- ▷i.
turum de quo loquimur. Testatus est autē in B
quodam loco quis dicens, ‖ Quid est homo Psal.8.c.
quòd memor es eius: aut filius hominis quo-
niam visitas eum? Minuisti eū paulominus
ab angelis: gloria & honore coronasti eū, &
constituisti eum super opera manuum tua- 1.Cor.15.d
rum. ‖Omnia subiecisti sub pedibus eius. In Mat.28.d.
eo enim quòd omnia ei subiecit: nihil dimi-
sit non subiectum ei. Nunc autem necdum
videmus omnia subiecta ei. ‖Eum autem qui Philip.2.b.
modico quàm angeli, minoratus est, vide- C
mus Iesum propter passionem mortis, gloria
& honore coronatum: vt gratia Dei, pro om
nibus gustaret mortem. Dicebat enim eum
propter quem omnia, & per quem omnia,
qui multos filios in gloriam adduxerat, au-
thorem salutis eorum, per 'passionem' 'con- *'passiões.& *'cōsummari
summare'. Qui enim sanctificat & qui sancti-
ficantur: ex vno omnes. Propter quam cau-
sam non confunditur fratres eos vocare: di-
Psalm.21.c cens, Nuntiabo nomen tuum fratribus meis:
Psalm.17.a in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum, ‖E-
Isaiæ.8.d. go ero fidens in eum. Et iterum, ‖Ecce ego
D & pueri mei: quos dedit mihi Deus. Quia er-
go pueri communicauerunt carni & sangui
Osee.13.d. ni: & ipse similiter participauit eisdē. ‖vt per
1.Cor.15.g mortē destrueret eū qui habebat mortis im-
perium, id est diabolū: & liberaret eos qui ti-
more mortis per totam vitam obnoxij erant
seruituti. Nusquam enim angelos apprehen-
dit: sed semen Abrahæ apprehendit. Vnde de-
buit per omnia fratribus similari: vt misericors
fieret & fidelis pōtifex ad Deū, vt repro
pitiaret delicta populi. In eo enim in quo
passus est ipse & tentatus: potens est & eis
qui tentantur auxiliari.

S. Longè excellentior est Christus, vtpote filius quàm Moyses, qui famulus fidelis erat in domo Dei: curandum igitur vt huic in omnibus optemperemus, ne in modū incredulorum Iudæorum ab eius requie repellamur.

CAP. III.

A VNde fratres sancti, vocationis cœle-
stis participes, consyderate Apostolum & pontificem confessionis no-
Christū.6. Num.12. b stræ Iesum: qui fidelis est ei qui fecit illū, si-
cut & ‖Moyses in omni domo eius. Amplio-
ris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est ha
bitus, quantò ampliorem honorem habet do
mus qui fabricauit illam. Omnis namq; do-
mus fabricatur ab aliquo. qui autem omnia
creauit, Deus est. Et Moyses quidem fidelis
erat in tota domo eius tanquam famulus, in
testimonium eorum quæ dicēda erant: Chri
stus verò tanquam filius in domo sua: quæ
domus sumus nos, si fiduciam & gloriā spei
B vsq; ad finem, firmam retineamus. Qua pro-
Psal. 94.c pter sicut dicit spiritus sanctus, ‖Hodie si vo
cem eius audieritis, nolite obdurare corda ve
stra sicut in exacerbatione secundum diem
tentationis in deserto, Vbi tētauerunt me pa
tres vestri: probauerunt & viderunt opera
mea quadraginta annis. Propter quod infen-
sus fui generationi huic: & dixi, Semper er-
C rant corde. Ipsi autem nō cognouerunt vias
meas. quibus iuraui in ira mea. Si introibunt
in requiem meam. Videte fratres, ne fortè
sit in aliquo vestrum cor malum, incredulita-
tis, discedēdi à Deo viuo: sed adhortamini
vosmetipsos per singulos dies, donec hodie
cognominatur, vt nō obduretur quis ex vo-
bis fallacia peccati. Participes enim Christi
effecti sumus: si tamen initium substantiæ e-
D ius vsque ad finem firmum retineamus. Dū
dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, noli-
te obdurare corda vestra quemadmodum in
illa exacerbatione. Quidam enim audientes,
exacerbauerunt: sed non vniuersi qui profe-
cti sunt ex Aegypto per Moysen. Quibus au-
tem infensus est quadraginta annis? Nónne
illis qui peccauerunt, ‖quorū cadauera pro- Num.14.f
strata sunt in deserto? Quibus autem iurauit
non introire in requiem ipsius: nisi illis qui
increduli fuerunt? Et videmus quia nō po-
tuerunt introire* propter incredulitatem. *in requiem ipsius

S. Quandoquidem Iudæi ob incredulitatem nō introierunt in promißam requiem, & reliquū est vt alij ingrediantur, curandū est ne ea frustremur. sed credentes, in ipsam admittamur. De viuo & efficaci Dei verbo quod omnia conspicit, deq; eius infirmitate vt nostris compateretur infirmitatibus.

CAP. IIII.

TImeamus ergo ne fortè relicta polli- A
citatione introeundi in requiem e-
ius, existimetur aliquis ex vobis deesse. Etenim & nobis nuntiatum est, quemad-
modum & illis. sed non profuit illis sermo
auditus, non admistus fidæi ex ijs quæ audie
runt. Ingrediemur enim in requiem qui cre-
didimus: quemadmodum dixit, ‖Sicut iura- Psal.94.d
ui in ira mea, si introibunt in requiem meā:
& quidem operibus ab institutione mundi
perfectis. Dixit enim quodam loco de die se- B
ptima sic, ‖Et requieuit Deus die septima ab Gene.2.a.
omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si
introibūt in requiem meam. Quoniam ergo
supereſt introire quosdā in illā, & ij quibus
prioribus annuntiatum est non introierunt
propter incredulitatem: iterum terminat diē
quendam, Hodie, in Dauid dicendo, post tā-
tum temporis, sicut supradictum est, ‖Hodie Supr.3.b.
si vocem eius audieritis: nolite obdurare cor
da vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitis-
set: nūquam de alia loqueretur post hac die.
Itaq; relinquitur sabbathismus populo Dei.
Qui enim ingressus est in requiem eius: etiā C
ipse requieuit ab operibus suis, sicut* à suis *ꝺo.
Deus. Festinemus ergo ingredi in illam re-
quiem: vt ne in idipsum quis incidat incre-
dulitatis exemplum. Viuus est enim sermo
Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio
ancipiti: & pertingens vsque ad diuisionem
animæ ac spiritus, cōpagum quoque ac me-
dullarum, & discretor cogitationū & inten-
tionum cordis. ‖Et non est vlla creatura in- Eccle.15.d
uisibilis in conspectu eius. omnia autem nu- Psal.33.c.
da & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis
sermo. Habentes ergo pontificem magnum
qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei: te-
neamus* confessionem. Non enim habemus *spei nostræ
pōtificem qui non possit cōpati infirmitati-
bus nostris: tentatū aūt per omnia pro simi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

litudine absq; peccato. Adeamus ergo cum
*eius fiducia ad thronum gratiæ *vt misericordiam
consequamur, & gratiam inueniamus in au-
xilio opportuno.

S. Christus debito ordine factus noster pontifex,
precesq; patri offerens, exauditus est: & discens
ex ijs quæ passus est obedientiam, factus est
obtemperantibus causa salutis æternæ: sed re-
conditorum de ipso mysteriorum capaces non
erant ij ad quos hæc scribebat Apostolus.

CAP. V.

A OMnis nanque pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constitui tur in ijs quæ sunt ad Deum: vt offe rat dona & sacrificia pro peccatis. qui cõdolere possit ijs qui ignorant & errãt: quoniam & ipse circundatus est infirmitate. & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita e-
2. Par. 3. b. tiã pro semetipso offerre pro peccatis. ‖Nec
B quisquam sumit sibi honorem: sed qui voca-
tur à Deo, tanquam Aaron. Sic & Christus
non semetipsum clarificauit vt pontifex fie-
Psalm. 2. b. ret: sed qui locutus est ad eum, ‖Filius meus
es tu: ego hodie genui te. Quemadmodum &
Psa. 109. b in alio loco dicit, ‖Tu es sacerdos in æternũ,
secundũ ordinẽ Melchi-sedec. Qui in diebus
carnis suæ, præces, supplicationesq; ad eum
qui posit illum saluum facere à morte cum
*&. 10. clamore valido & lachrymis offerẽs, *exaudi
C tus est pro sua reuerentia, Et quidem cum es-
*Dei set filius, *didicit ex ijs quæ passus est obedi-
entiam: & consummatus, factus est omnibus
obtemperantibus sibi, causa salutis æternæ,
appellatus à Deo pontifex iuxta ordinem
Melchi-sedec. De quo nobis grandis sermo
*ininterpre tabilis. 7. &*interpretabilis' ad dicendum: quoniam im
D becilles facti estis ad audiendum. Etenim cũ
deberetis magistri esse propter tempus: rur-
sum indigetis vt vos doceamini quæ sint ele
menta exordij sermonum Dei: & facti estis
quibus lacte opus sit non solido cibo. Omnis enim qui lactis est particeps, expers est
sermonis iustitiæ: paruulus enim est. Perfectorum autem est solidus cibus: eorum qui
pro consuetudine exercitatos habent sensus
ad discretionem boni ac mali.

S. Non intendit de primis fidei initijs tractare,
quandoquidẽ rebaptizari nequeunt qui post
susceptum baptismum rursum in peccata rela
buntur, imo timẽda illis est æterna maledictio:
consolando autem Hebræos hortatur vt A-
brahæ longanimitatem imitantes, reddant se
participes eorũ quæ iureiurando promisit illi
Deus. CAP. VI.

A QVapropter intermittentes inchoatio-
nis Christi sermonem, ad perfectionẽ
feramur, nõ rursum iacientes fun
damentum pœnitẽtiæ ab operibus mortuis,
& fidei ad Deum, baptismatum doctrinæ, im
positionis quoque manuum, ac resurrectio-
nis mortuorum, & iudicij æterni. Et hoc fa-
ciemus, si quidẽ permiserit Deus. ‖Impossibi Matt. 12. d.
le enim est eos qui semel sunt illuminati, gu 2. Pet. 2. d.
stauerunt etiam donum cœleste, & partici-
pes facti sunt Spiritus sancti, gustauerunt ni
hilominus bonum Dei verbum, virtutes que
seculi venturi, & prolapsi sunt: rursus reno-
uari ad pœnitentiam rursum crucifigentes
sibimetipsis filium Dei, & ostentui haben- B
tes. Terra enim sæpe venientem super se bi-
bens imbrem, & generans herbam opportu-
nam illis à quibus colitur: accipit benedictionem à Deo. proferens autem spinas ac
tribulos reproba est, & maledicto proxima,
cuius consummatio in combustionem. Con
fidimus autem de vobis dilectissimi meliora
& viciniora saluti: tametsi ita loquimur. Nõ
enim iniustus Deus, vt obliuiscatur operis
vestri & dilectionis quam ostendistis in no-
mine ipsius, qui ministrastis sanctis & mini-
stratis. Cupimus autem vnumquenque ve- C
strum eandem ostentare solicitudinem, ad
expletionem spei vsque in finem: vt non se-
gnes efficiamini, verùm imitatores eorum
qui fide & patientia hæreditabunt promissio
nes. Abrahæ nanque promittens Deus, quo-
niam neminem habuit per quem iuraret ma
iorem, iurauit per semetipsum, dicens, ‖Nisi Gene. 22. c
benedicens benedicã te, & multiplicãs mul-
tiplicabo te. Et sic longanimiter ferens, ade-
ptus est repromisionem. Homines enim per
maiorem sui iurant: & omnis controuersiæ
eorum finis, ad confirmationem, est iuramẽ-
tum. In quo abundantius volens Deus ostẽ D
dere pollicitationis hæredibus immobilita-
tem consilij sui: interposuit iusiurandum. vt
per duas res immobiles, quibus impossibile
est mentiri Deum, fortissimum solatium ha
beamus, qui confugimus ad tenendam pro-
positam spem, quam sicut ancorã habemus
animæ tutam ac firmam, & incedentem vsq;
ad interiora velaminis, vbi præcursor pro no
bis introijt Iesus, secundum ordinem Mel-
chi-sedec pontifex factus in æternum.

S. Quum Melchi-sedei sacerdotium, ex deci-
marum acceptione & benedictione Leuiticum
excelleret, Christi sacerdotium necessitate qua-
dam secundum ordinem Melchi-sedec in per-
petuum institutum, ac iuramento firmatum,
præcellit Leuiticum, & ipsum vnà cum lege
euacuat. CAP. VII.

HIc enim Melchi-sedec, rex Salem, sa- A
cerdos Dei summi, qui obuiauit A- Gen. 14. d.
brahæ regresso à cæde regum, & bene
dixit ei: cui & decimus omnium diui sit A-
braham. primùm quidẽ qui interpretatur rex
iustitiæ

iustitiæ: deinde autem & rex Salem, quod est
rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealo-
gia, neq; initium dierum neq; finem vitæ ha
bens, assimilatus autẽ filio Dei, manet sacer-
dos in perpetuum. Intuemini autem quantus
sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis A-
braham patriarcha. Et quidem de filijs Leui
Deut. 18. a. sacerdotium accipientes, ‖mandatum habent
Iosue. 14. a decimas sumere à populo secũdum legem, id
est à fratribus suis: quanquam & ipsi exie-
B rint de lumbis Abrahæ. Cuius autem genera-
tio non annumeratur in eis, decimas sumpsit
ab Abraham, & hunc qui habebat repromis-
siones benedixit. Sine vlla autem contradi-
ctione, quod minus est, à meliore benedicitur. Et hîc quidem, decimas moriẽtes homines accipiunt: ibi autem contestatur quia vi
*accipit. 7. uit. Et (vt ita dictum sit per Abraham, & Le-
ui qui decimas *accepit' decimatus est. adhuc
enim in lumbis patris erat, quando obuiauit
ei Melchi-sedec, Si ergo consummatio per
sacerdotium Leuiticum erat (populus enim
sub ipso legem accepit) quid adhuc necessa-
rium fuit secundum ordinem Melchi-sedec,
C alium surgere sacerdotem, & non secundum
ordinem Aaron dici? Translato enim sacer-
dotio, necesse est vt & legis translatio fiat. In
quo enim hæc dicuntur de alia tribu est, de
qua nullus altari præsto fuit. Manifestũ est
enim quòd ex Iuda ortus sit Dominus no-
*sacerdotio. ster: in qua tribu nihil de *sacerdotibus' Moy
1. ses locutus est. Et amplius adhuc manifestũ
est: si secũdum similitudinem Melchi-sedec
exurgat alius sacerdos, qui non secundum le
gem mandati carnalis factus est, sed secundũ
virtutem vitæ insolubilis. Contestatur enim
Psal. 109. c ‖Quoniam tu es sacerdos in æternum, secun
dum ordinem Melchi-sedec. Reprobatio
quidem fit præcedentis mandati: propter in-
firmitatem eius & inutilitatem. nihil enim
ad perfectum adduxit lex: introductio vero
melioris spei, per quam proximamus ad De-
um. Et quantũ est non sine iureiurando (alij
quidẽ, sine iureiurando sacerdotes facti sunt:
hic autem cum iureiurando per eum qui di-
Psa. 109. b xit ad illum, ‖Iurauit Dominus, & non pœ-
nitebit eum: tu es sacerdos in æternum) in
tantum melioris testamenti sponsor factus
D est Iesus. Et alij quidem plures facti sunt sa-
cerdotes, idcirco quod morte prohiberentur
permanere: hic autem eo quod maneat in æ-
ternũ, sempiternum habet sacerdotiũ. Vnde
*accedẽtes. 8 & saluare in perpetuum potest *accedens' per
semetipsum ad Deum: semper viuens ad in-
*eis. 7. terpellãdum pro *nobis.' Talis enim decebat
vt nobis esset pontifex, sanctus, innocens, im
pollutus, segregatus à peccatoribus, & excel
sior cœlis factus. qui non habet necessitatem
quotidie (quemadmodum sacerdotes) ‖prius Leuit. 16. a
pro suis delictis hostias offerre, deinde pro
populi. hoc enim fecit semel, se offerendo.
Lex enim homines constituit sacerdotes in-
firmitatem habẽtes: sermo autem iurisiurãdi
qui post legẽ est, Filium in æternũ perfectũ.

S. Excellentius est Christi sacerdotium Leuiti-
co, quum ipse in dextera Patris sedeat in cœ-
lis, & maiorum sacramentorum minister fue
rit quam sacerdotes veteris legis: ostendit etiã
noui testamenti necessitatem ex imperfectione
veteris, & ex promissione Dei per Ieremiã.

CAP. VIII.

CApitulum autem super ea quæ dicun- A
tur, Talem habemus pontificem, qui
consedit in dextera sedis magnitudi-
nis in cœlis: sanctorum minister, & taberna-
culi veri, quod fixit 'Dominus', & non ho- *Deus
mo. Omnis enim pontifex, ad offerendum
munera & hostias constituitur vnde ne-
cesse est & hũc habere aliquid quod offerat:
si ergo esset super terram, nec esset sacerdos:
cum essent qui offerrent secundum legẽ mu
nera, qui exemplari & vmbræ deseruiunt cœ
lestium. Sicut responsum est Moysi, cum cõ
summaret tabernaculum, ‖Vide (inquit) om- Exo. 25. d.
nia facito secundum exemplar quod tibi o- Actuũ. 7. c.
B stensum est in monte. Nunc autem melius
sortitus est ministerium quanto & melioris
testamenti mediator est, quod in melioribus
repromisionibus sancitum est. Nam si illud
prius culpa vacasset: non vtiq; secundi locus
inquireretur. Vituperans enim eos dicit, ‖Ec Ierem. 23. c
ce dies venient, Dicit Dominus: & consum
mabo super domum Israel & super domum
Iuda testamentum nouum, non secundum
testamẽtum quod feci patribus eorum in die C
qua apprehendi manum eorum vt educerem
illos de Terra-Aegypti. quoniam ipsi non
permanserunt in testamento meo: & ego ne-
glexi eos, dicit Dominus. Quia hoc est testa
mentum quod disponam domui Israel post
dies illos, dicit Dominus: Dando leges meas
in mentem eorum, & in corde eorum super-
scribam eas: & ero eis in Deum, & ipsi erunt
mihi in populum. & non docebit vnusquis-
que proximum suum, & vnusquisq; fratrem
suum, dicens, Cognosce Dominum: quoniã D
omnes scient me à minore vsque ad maiorẽ
eorum. quia propitius ero iniquitatibus eo-
rum: & peccatorum eorum iam non memo-
rabor. Dicendo autem nouũ: veterauit prius.
Quod autem antiquatur & senescit: prope
interitum est.

S. Ex his quæ in veteri erãt testamẽto & imper
fectione illarũ hostiarum, ostendit noui perfe-
ctionem, in quo Christus pontifex & hostia,
semel oblata emundat conscientiam à peccatis:

quem ad testamenti sui confirmationem mori fuit necesse. CAP. IX.

A HAbuit quidem & prius, iustificationes culturæ, & sanctum seculare. Tabernaculum enim factū est primum, Exod. 26. a. 36. a. in quo erant, candelabra, & mensa, & propositio panum, quæ dicitur Sancta. Post velamentum autem secundum, tabernaculum quod dicitur Sancta sanctorum: aureum habēs thuribulum, & arcam testamenti circuntectam ex omni parte auro, in qua vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, ‖ & tabulæ testamenti. 3. Reg. 8. b 2. Par. 5. b. Exod. 25. b superq; eam erāt Cherūbim gloriæ obumbrantia propitiatorium. de quibus non est modò dicendum per singula. His verò ita cōpositis, in priori quidem tabernaculo semper introibant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes. in secundo autem, ‖ semel in anno solus pontifex: non sine sanguine quem 'offert' pro sua & populi ignorantia: hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorū viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. quæ parabola est temporis instantis: iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quæ non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientem, solummodo in cibis, & in potibus, & varijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsq; ad tēpus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorū bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est nō huius creationis: neq; per sanguinem hircorum "aut' vitulorum, sed per proprium sanguinem introiuit semel in Sancta, æterna redemptione inuēta. ‖ Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: ‖ quātò magis sanguis Christi qui per Spiritum sanctū semetipsum ‖ obtulit immaculatum Deo, 'emundauit' conscientiam "nostram' ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? Et ideò noui testamenti mediator est, vt morte intercedente, in redemptionem earum præuaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiāt qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. ‖ Vbi enim testamentum est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamētum enim, in mortuis confirmatū est: alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est, lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo: accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo, ipsum quoque librum & omnem populum aspersit, dicens, ‖ Hic sanguis testamenti, quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit. Et omnia penè in sanguine secundū legem mundantur: & sine sanguinis effusione nō fit remissio. Necesse est ergo exēplaria quidem cœlestium, his mundari: ipsa autem cœlestia, melioribus hostijs quàm istis. Non enim in manufacta Sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cœlum, vt appareat nunc vultui dei pro nobis. Neque vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in Sancta per singulos annos in sanguine alieno: alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi: nunc autem semel "in cōsummatione' seculorum, ad 'destitutionem' peccati, per hostiam suam apparuit: Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudiciū ‖ sic & Christus semel oblatus est ad multorū exhaurienda peccata. secundò sine peccato apparebit expectantibus se, in salutem.

"in cōsummationem. 2. "destructionem. 5.

Rom. 5. b. 1. Petr. 3. c.

S. Propter imperfectionem hostiarum veteris testamenti necessarium fuit nouum induci, cuius vnica hostia auferrentur vniuersa peccata: cui nisi fide, spe, charitate ac bonis operibus adhæserimus, acerbius puniemur quàm veteris testamenti transgressores: laudat interim Hebræos quod & multa passi sint, & patientibus astiterint. CAP. X.

Leuit. 16. c

VMbram enim habens lex, futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostijs quas offerunt indesinēter, nunquam potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offerri, ideò quòd nullam haberent vltrà conscientiam peccati, cultores semel mundati. sed in ipsis commemoratio peccatorum per singulos annos fit. impossibile enim est, sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideo ingrediens mūdum dicit, ‖ Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi, holocautomata: & pro peccato, non tibi placuerunt, Tunc dixi, Ecce venio: ‖ in capite libri scriptum est de me: Vt faciam Deus voluntatem tuam. Superius dicens, Quia hostias, & oblationes, & holocautomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi, quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi, Ecce venio vt faciam Deus voluntatem tuam: aufert primum, vt sequens statuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et omnis quidē sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerens hostias, quæ nunquam possunt auferre peccata: hic autē vnam pro peccatis offerens hostiā, in sempiternum sedet in dextera Dei, de cætero expectans, ‖ donec ponātur inimici eius scabellū pedum eius. Vna enim

Psal. 39. b. Psalm. 1. Psa. 109. a. 1. Co. 15. d

nim oblatione, consummauit in sempiternū sanctificatos. Contestatur aūt nos & Spiritus sanctus. Postquàm enim dixit, ‖ Hoc autem testamētum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, 'Dādo' leges meas in cordibus eorum, & in mētibus eorum superscribam eas: & peccatorum & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio: iam non est oblatio pro peccato. Habentes itaque fratres fiduciam in introitu sanctorū in sanguine Christi: quam initiauit nobis viam nouam & viuentem per velamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionē indeclinabilem (fidelis enim est qui repromisit,) & consyderemus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum: non deserentes collectionē nostram, sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tantò magis quantò videritis appropinquātem diem. ‖ Voluntariè enim peccātibus nobis post acceptam notitiā veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis aūt quædā expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ cōsumptura est aduersarios. Irritā quis faciens legē Moysi: sine vlla miseratione, ‖ duobus vel tribus testibus moritur. quantò magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei cōculcauerit, & sanguinē testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit, ‖ Mihi "vindictam:' ego retribuā. Et iterum, ▷Quia' ▷5. ‖ Iudicabit Dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Rememoramini autē pristinos dies: in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum. & in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socij taliter conuersantium effecti. Nam & vinctis compassi estis: & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere cōfidentiam vestram: quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionē. ‖ Adhuc enim modicùm aliquātulum q̄;, qui vēturus est veniet, & non tardabit. iustus autem meus, ex fide "viuit'. quòd si subtraxerit se: non placebit animæ meæ. Nos autem nō sumus subtractionis ▷filij' in perditionem: sed fidei in acquisitionem animæ.

Jeremi. 1. f. Supra. 8. c *"Dabo.* Deut. 17. b Matt. 18. b Iohan. 8. c 2. Cor. 13. a Deut. 22. e *"vindicta. 1* Rom. 12. d Abacu. 2. a Roma. 1. b. Galat. 3. b. 1. Pet. 3. d. *"viuet. 1.* ▷6.

S. Fidem magnificè commendat ex actis patrū, à mundi exordio vsque ad Dauid ac prophetas: & in vniuersum quanta patrarint ac passi sint per fidem: nec tamen plenam adhuc acceperunt retributionem.

CAP. XI.

EST autem fides, sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium. In hac enim testimonium consecuti sunt senes. Fide, ‖ intelligimus aptata esse secula verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierēt. Fide, ‖ plurimā hostiam Abel quàm Cain, obtulit Deo: ‖ per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibēte muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide, ‖ Henoch, translatus est ne videret mortem, & non inueniebatur: quia transtulit illum Deus. ante translationem enim, testimonium habuit placuisse Deo. Sine fide autem impossibile est placere▷ Deo. 'Credere enim oportet accedentem ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Fide, ‖ Noe responso accepto de ijs quæ adhuc non videbantur: metuens, aptauit arcā in salutē domus suæ, per quam damnauit mundum: & iustitiæ quæ per fidē est, hæres est institutus. Fide, ‖ qui vocatur Abrahā obediuit in locum exire quem accepturus erat in hæreditatem: & exijt, nesciens quò iret. Fide, demoratus est in Terra-repromissionis tanquā in aliena, in casulis habitādo cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdē. Expectabat enim fundamenta habentē ciuitatem: cuius artifex & conditor, Deus. Fide, ‖ & ipsa Sara sterilis virtutem in conceptione seminis accepit, etiam præter tempus ætatis: quoniam fidelem credidit esse eum qui repromiserat. ‖ Propter quod & ab vno orti sunt (& hoc emortuo) tanquā sydera cœli in multitudine, & sicut arena quæ est ad oram maris, innumerabilis. Iuxta fidē defuncti sunt omnes isti, nō acceptis repromissionibus: sed à longè eas aspicientes & salutantes, & cōfitentes quia peregrini & hospites sunt super terrā. Qui enim hæc dicunt: significant se patriam inquirere. Et si quidē ipsius meminissent de qua exierunt: habebāt itaque tempus reuertendi. nunc autem meliorem appetunt, id est cœlestem. Ideo non confunditur Deus vocari Deus eorum. parauit enim illis ciuitatem. Fide, ‖ obtulit Abraham Isaac, cùm tentaretur: & vnigenitum offerebat "qui' susceperat repromissiones. (ad quem dictum est, ‖ Quia in Isaac vocabitur tibi semen.) arbitrās quia & à mortuis suscitare potens est Deus. vnde eum & in parabolam accepit. Fide, ‖ & de futuris benedixit Isaac, Iacob, & Esau. Fide, ‖ Iacob moriens, singulos filiorum Ioseph benedixit: ‖ & adora-

Gene. 1. a. Gene. 4. a. Matt. 23. d. Gene. 5. c. Eccl. 44. c Gene. 6. c. Eccl. 44. c Gene. 12. a Gene. 18. a. Gene. 17. c. Gene. 22. a. Eccl. 44. d *"in quo* Gene. 21. b Roma. 9. b Ge. 27. d. f Gen. 48. c. Gen. 47. g

Universidad de Deusto Biblioteca

Gen.50.d adorauit,fastigium virgæ eius.Fide,‖Ioseph moriens, de profectione filiorum Israel memoratus est: & de ossibus suis mandauit.Fide, ‖Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis: eo quòd vidissent elegantem infantem, & non timuerunt ‖regis edictum. Fide,‖Moyses grandis factus negauit se esse filium filiæ Pharaonis: magis eligens affligi cum populo Dei, quàm temporalis peccati habere iucunditatem, maiores diuitias æstimans,thesauro Aegyptiorum,improperium Christi. aspiciebat enim in remunerationem. Fide, reliquit Aegyptum: non veritus animositatem regis.inuisibilem enim tanquam videns sustinuit. Fide, ‖celebrauit Pascha,& sanguinis effusionem:ne qui vastabat primitiua,tangeret eos.Fide,‖transierunt Mare-rubrum tanquam per aridam terram quod experti Aegyptij, deuorati sunt. Fide, ‖muri Iericho corruerunt, circuitu dierũ septem.Fide,‖Rahab meretrix nõ perijt cum incredulis: ‖excipiẽs exploratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tempus enarrantem de Gedeon, Barac, Samson, Iepthe, Dauid, Samúel,& Prophetis:qui per fidẽ,deuicerunt regna,operati sunt iustitiam adepti sunt repromissiones, obturauerunt ora leonum, extinxerunt impetum ignis, "effugauerunt'aciem gladij, conualuerunt de infirmitate,fortes facti sunt in bello,castra verterunt exterorum. acceperunt mulieres de resurrectione mortuos suos. alij autem distenti sunt, non susceptes redemptionẽ,vt meliorem inuenirent resurrectionem, Alij verò ludibria & verba experti, insuper & vincula & carceres:lapidati sunt, secti sunt, tentati sunt,in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in melótis, in pellibus caprinis,egentes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mundus.in solitudinibus errantes,in montibus & speluncis,& in cauernis terræ.Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionem,Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consummarentur.

Exod.2.a. Exod.1.c. Exod.2.b. F Exo.12.d. Exo.14.c. Iosue.5.c. Iosue.6.d Iosue.2.a. "effugerunt 4. G

S. Priscorum imò Christi exemplo inducit ad tolerandas viriliter afflictiones,reuocans à peccatis: & ex noui testamenti super vetus excellentia deterret ab inobedientia, ne maiora quã Iudæi pati cogamur supplicia.

CAP. XII.

A Roma. 6.a Colos. 3.b Ephe. 4.c. ▷.7. 1.Pet. 2.a. 4.a. IDeoque & nos tantam habentes imposi tam nubẽ testium :deponẽtes omne pondus & circunstans nos peccatum,per patientiam curramus ▷ad' propositum nobis certamen, aspicientes in authorem fidei, & consummatorem Iesum, qui proposito sibi gaudio sustinuit crucẽ, confusione cõtemptq; in dextera sedis Dei sedet. Recogitate enim eum qui talem sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum cõtradictionem: vt ne fatigemini, animis vestris deficientes. B Nondum ▷enim' vsque ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnãtes: & obliti estis consolationis,quæ vobis tanquam filijs loquitur,dicens,‖Fili mi, noli negligere disciplinam Domini:neque fatigẽris dum abeoargúeris. Quẽ enim diligit Dominus,castigat: flagellat aũt omnem filium quem recipit. In disciplina perseuerate. Tanquam filijs, vobis offert se Deus. quis enim filius, quẽ non corripit pater? Quòd si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt omnes;ergo adulteri, & non filij estis. Deinde patres quidem C carnis nostræ, eruditores habuimus,& reuerebamur eos. num multò magis obtemperabimus Patri spirituũ,& viuemus? Et illi quidem in tempore paucorum dierum, secundum voluntatem. suam eruditebant nos: hic autem ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationem eius. Omnis aũt disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij,sed mœroris: postea autẽ fructum pacatissimum D exercitatis per eam,"reddet'iustitiæ. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite:& gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret, magis autem sanetur.‖Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimoniam: sine qua nemo videbit Deum. contemplantes nequis desit gratiæ Dei: nequa radix amaritudinis sursum germinãs impediat, & per illam inquinentur multi. Nequis fornicator aut prophanus‖vt Esau: qui propter vnam escam vendidit primitiua sua scitote enim quoniam & ‖postea cupiens. hæreditare benedictionem, reprobatus est: E non enim inuênit pœnitentiæ locum, quanquam cum lachrymis inquisisset eam. ‖Non enim accessistis ad tractabilem montem& "accessibilem 'ignem, & turbinem, & caliginem, & procellam, & tubæ sonum,& vocem verborum, quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. (Non enim portabant quod dicebatur,‖Et si bestia tetigerit montem, lapidabitur. Et ita terrible erat quod videbatur, Moyses dixit, Exterritus sum & tremebundus) sed F accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalem cœlestem, & multorum millium angelorum frequentiam, & ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium Deum, & "spiritus 'iustorum perfectorum, & testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionẽ melius loquentem quàm Abel. Videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non effugerunt, recusantes eum qui super terram loquebatur:multò magis nos, qui de cœlis loquentem nobis,auertimus.cuius vox mouet terram tunc: nunc autem repromittit,dicẽs, Aggæ. 2.b ‖Adhuc semel:& ego mouebo nõ solùm terram,sed & cœlum. quòd autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneant ea quæ sunt immobilia. Itaque regnum immobile suscipientes, habemus gratiam: per quam seruiamus placentes Deo, cum metu & reuerentia.‖Etenim Deus noster,ignis consumens est. Deut.4.d.

Gene.25.d Gene.26.d Exo.19.b. 20.c. "accessibilem.4. Exo.19.c. "spiritum. "spirituũ.7 G

S. Ad varias hortatur virtutes, iubens cauere ab extranea doctrina, ac memoriam refricãs altaris & hostiarum veteris nouique testamẽti, & subinde monens vt præpositis obtemperent, orat vt pro se præcentur,idem viciſsim pro illis agens,additis mutuis salutationibus.

CAP. XIII.

A Roma. 12.c. 1.Petr. 4.c Gene. 19.a "latuerũt.1. CHaritas fraternitatis maneat ▷in vobis.'‖Et hospitalitatem nolite obliuisci. per hãc enim "placuerunt'quidam angelis hospitio receptis. Memẽtote vinctorum,tanquã simul vincti:& laborantiũ: tanquam & ipsi in corpore morantes. Honorabile cõnubium in omnibus, & thorus immaculatus. fornicatores enim& adulteros iudicabit Deus. sint mores sine auaritia:contenti præsentibus.ipse enim dixit,‖Non te deseram, neq; derelinquam. ita vt cõfidenter dicamus,‖Dominus mihi adiutor:non timebo quid faciat mihi homo. Mementote præpositorum vestrorũ, qui vobis locuti sunt ver- B bum Dei: quorum intuentes exitum conuersationis,imitamini fidem.Iesus Christus heri & hodie: ipse & in secula. Doctrinis varijs & peregrinis nolite abduci. Optimum est enim, gratia stabiliri cor, non escis quæ non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare: de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deseruiunt. ‖Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem, horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus, vt sanctificaret per suum sanguinem populum,extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improperiũ eius portantes. ‖Non enim habemus hîc manentẽ ciuitatẽm: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficentiæ autem & communionis nolite obliuisci. talibus enim hostijs promeretur Deus. Obedite præpositis vestris & subiacete eis. Ipsi enim peruigilãt quasi rationem pro animabus vestris redditurι: vt cum gaudio hoc faciant, & nõ gemẽtes.hoc enim non expedit vobis. Orate pro nobis. D confidimus enim quia bonam conscientiam habemus:in omnibus bene volentes conuersari. Amplius autem deprecor vos hoc facere, quo celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum: aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem, faciens in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum: cui est gloria in secula seculorum. Amen. Rogo autem vos fratres vt sufferatis verbum solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognoscite fratrem nostrũ Timótheum dimissum: cum quo (si celerius venerit) videbo vos. Salutate omnes præpositos vestros, & omnes sanctos. Salutant vos de Italia▷fratres'. Gratia cum omnibus vo- ▷.8. bis. Amen. Iosue. 1.a. Pſal. 117.a. Leuit.16.§ C Mich.2.e.

Hieronymus in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum▷.

IACOBVS, qui appellatur frater Domini,cognomento Iustus, vt nonnulli existimant, Ioseph,ex alia vxore: vt autem mihi videtur, Mariæ sororis matris Domini,cuius Iohannes in libro suo meminit,filius: post passionem Domini, statim ab Apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus, vnam tantùm scripsit epistolam, quæ de septẽ catholicis est: quę & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur, licet paulatim tempore procedente obtinuerit authoritatem. Egisippus vicinus Apostolicorum tẽporum in quinto commentariorum libro de Iacóbo narrans ait, Suscepit ecclesiam Ierosolymę, post Apostolos frater Domini Iacóbus,cognomento Iustus. Multi siquidem Iacóbi vocabantur. Hic de vtero matris sanctus fuit, vinum & siceram non bibit,carnem nullã comedit, nunquã attonsus est, nec vnctus vnguento, nec vsus balneo. Huic soli licitũ erat ingredi Sancta sanctorũ. Siquidem vestibus laneis non vtebatur, sed lineis: solusq; ingrediebatur templum: & fixis genibus,pro populo deprecabatur,in tantum, vt camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa, quæ enumerare lõgum est. Sed & Iosephus in vicesimo libro Antiquitatũ refert,(& Clemens in septimo ὑποτυπώσεων,)mortuo Festo,qui Iudæam regebat, missum à Nerõne esse successorem eius Albinum: qui cùm necdum ad prouinciam peruenisset, Ananus,inquit,pontifex adolescens, Anani filius,de genere sacerdotali,accepta occasione ἀναρχίας, concilium congregauit, & cõpellens publicè Iacóbum vt Christum Dei filium denegaret, contradicentem lapidari iussit. qui cùm præcipitatus de pinna templi, confractis cruribus adhuc semiuiuus tendens ad cœlum manus diceret, Domine ignosce eis, quod enim faciunt, nesciunt: fullonis fuste, quo rudia vestimenta extorqueri solent, in cerebro percussus interijt. Tradit item Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse, & celebritatis in populo, vt propter eius necem, creditum sit subuersam esse Ierosolymam. Hic est de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas, Alium autem Apostolorum vidi neminem, nisi Iacóbum fratrẽ Domini. Et Apostolorum super hoc crebrius

crebrius Acta testantur. Euangelium quoque quod appellatur Secundum Hebræos, & à me nuper in Græcum. Latinumq; sermonem trãslatum est, quo & Origenes sepè vtitur, post resurrectionem Saluatoris refert, Dominus autem cùm dedisset sindonem seruo sacerdotis iuit ad Iacobum, & apparuit ei. Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora qua bauerat calicem Domini, donec videret eum resurgentem à mortuis. Rursusq; post paululum, Afferte, ait Dominus, mensam & panẽ. Statimq; additur, Tulit panẽ, & benedixit, ac fregit, & dedit Iacobo iusto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum, quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaq; annos Ierosolymis rexit ecclesiam, id est vsq; ad septimum Neronis annum, & iuxta templum vbi & præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum vsq; ad obsidionem Titi & vltimam Hadriani notissimum habuit. Quidam è nostris in Monte Oliueti eum putauerunt conditum: sed falsa eorum opinio est.

Argumentum in epistolam catholicam Iacobi Apostoli.

IACOBVS Apostolus sanctum instruit clerum de cultura cœlestium præceptorum, & regula catholicæ obseruantiæ, & de inuictæ patientiæ maiestate, & de reuelatione plurimorum, & de mendacio magistrorum.

Epistola catholica Iacobi Apostoli.

S. Docet tentationum vtilitatem, & sapientiam à Deo cum confidentia postulandam: Deus tentator non est & aut author peccati, sed ab eo procedit omnis bona donatio: hortatur vt ad audiendũ veloces, ad loquendũ verò & ad irã tardi sint: nec satis est veritatem audire nisi illa opere compleatur: subdit etiam quæ nam sit vera & immaculata religio. CAP. I.

A IACOBVS Dei & Domini nostri Iesu Christi seruus, duodecim tribubus quæ sunt in dispersione, salutem.

Omne gaudium existimate fratres mei, cùm in tentationes varias inciderit is: scientes quòd probatio fidei vestræ patientiã operatur. Patientia autem opus perfectũ habeat: vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Siquis autem vestrum indiget sapiẽtia, postulet à Deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & dabitur ei. Roma. 5. a.

Matt. 7. a. 21. e. Marc. 11. c. Lucæ. 11. b ‖Postulet autem in fide, nihil hæsitans. qui enim hæsitat, similis est fluctui maris, qui à vẽto mouetur & circunfertur. nõ ergo æstimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino. Vir duplex animo, inconstans est in omnibus vijs suis. Glorietur autem frater humilis, in exaltatione sua: diues autem, in humilitate sua, ‖quoniã sicut flos fœni transibit: exortus est enim sol cũ ardore, & arefecit fœnum, & flos eius decidit, & decor vultus eius deperijt: ita & diues in itineribus suis marcescet. ‖Beatus vir qui suffert tentationem: quoniã cùm probatus fuerit, accipiet coronam vitæ, quam repromisit Deus diligentibus se. Nemo cùm tẽtatur, dicat quoniã à Deo tentatur. Deus enim intentator malorum est: ipse autem neminem tentat. Vnusquisq; verò tentatur, à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde concupiscentia cùm conceperit, parit peccatum. peccatum verò cum consummatum fuerit, generat mortem. Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi. Omne datum optimum, & omne donum perfectũ, desursum est, descendens à Patre luminum, apud quem nõ est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntariè *genuit nos verbo veritatis, vt simus initium aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei dilectissimi. Sit autem omnis homo velox ad audiẽdum: tardus aũt ad loquendum, ‖& tardus ad irã. Ira enim viri iustitiam Dei non operatur. Propter quod abijcientes omnem immunditiam & abundantiam malitiæ, in mansuetudine suscipite insitum verbum, quod potest saluare animas vestras. ‖Estote autem factores verbi, & non auditores tantum: fallentes vosmet ipsos. Quia siquis auditor est verbi, & non factor: hic comparabitur viro consyderanti vultum natiuitatis suæ in speculo. consyderauit enim se, & abijt, & statim oblitus est qualis fuerit. Qui autem perspexerit ᶠin lege perfectæ libertatis, & permãserit in ea, nõ auditor obliuiosus factus, sed factor operis: hic beatus in facto suo erit. Siquis autem putat se religiosum esse, non refrænans linguam suã, sed seducens cor suum: huius vana est religio. Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem, hæc est, visitare pupillos & viduas in tribulatione eorum: & immaculatũ se custodire ab hoc seculo.

Matt. 7. a. 21. e. Marc. 11. c. Lucæ. 11. b

Ioha. 14. b. 16. e. f.

Ecclc. 14. c Isai. 40. b.

1. Petr. 1. d. Iacob. 5. d

*enim

Prou. 17. d.

Matt. 7. d. Roma. 2. b

ᶠin legem perfectã. 1.

S. Monet ne personarum respectu moueantur: qui enim vnicum legis præceptum transgreditur, legis transgressor est: hortatur vt operibus misericordiæ incumbant, ostendens quòd homo per opera iustificetur: nam fides sine operibus mortua est.

CAP. II.

A FRatres mei, nolite ‖ in personarum acceptione habere fidẽ Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Etenim si introierit in

Leuit. 19. c Deutr. 1. c. 16. d. Prou. 24. c Eccl. 42. 8.

in conuentum vestrum vir aureum annulum habens, in veste candida, introieritautem & pauper in sordido habitu, & intendatis in eum qui indutus est veste præclara, & dixeritis ei, Tu sede hîc benè: pauperi autem dicatis, Tu sta illic, aut sede sub scabello pedum meorum: nónne iudicatis apud vosmet ipsos, & facti estis iudices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissimi: nõne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide, & hæredes regni quod repromisit Deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem. Nónne diuites per potentiam opprimunt vos: & ipsi trahunt vos ad iudicia? Nónne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est super vos? Si tamen legem perficitis regalem secundum ᶠscripturas, 'Diliges proximum tuum sicut teipsum: bene facitis. si autem personas accipitis, peccatum operamini, redarguti à lege quasi transgressores. ‖Quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno: factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit, & Nõ occides. Quòd si non mœchaberis, occides autem: factus es transgressor legis. Sic loquimini, & sic facite sicut per legẽ libertatis incipientes iudicari. Iudicium enim sine misericordia illi qui nõ fecit misericordiam. Superexaltat aũt misericordia iudicium. Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere: opera autem non habeat? Nunquid poterit fides saluare eum? Si autem frater aut soror ‖ nudi sint, & indigeant victu quotidiano: dicat autem aliquis ex vobis, illis, Ite in pace, calefacimini & saturamini: non dederitis autem eis quæ necessaria sunt corpori: quid proderit? Sic & fides, si non habeat opera, mortua est insemetipsa. Sed dicit quis, Tu fidem habes, & ego opera habeo. ostende mihi fidem tuam sine operibus: & ego ostendam tibi ex operibus fidẽ meam. Tu credis quoniã vnus est Deus. Bene facis: & dæmones credunt, & contremiscunt. Vis aũt scire ô homo inanis, quoniam fides sine operibus ᵒotiosa est? Abraham pater noster nónne ex operibus iustificatus est, ‖offerens Isaac filium suum super altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides consummata est? Et suppleta est scriptura, dicẽs, ‖Credidit Abraham Deo, & reputatũ est illi ad iustitiam, & amicus Dei appellatus est. Videtis quoniam ex operibus iustificatur homo: & non ex fide tantùm? Similiter autẽ & ‖Rahab meretrix, nónne ex operibus iustificata est, suscipiens nuntios, & alia via eijciens? Sicut enim corpus sine spiritu mortuũ est: ita & fides sine operibus mortua est.

ᶠscripturã. 1

Leui. 19. d. Matt. 22. d Marc. 12. c. Roma. 13. c Gala. 5. c. Leuit. 19. c Deut. 1. c. 16. d.

Matth. 5. c.

1. Ioan. 3. c.

ᵒmortua. 5.

Gene. 22. b

Gene. 15. b Roma. 4. 2

Galat. 31. a. Iosue. 2. a.

S. Linguæ mala retensét, quam difficillimum est & rectè gubernare, subditque differentiam inter sapientiam terrenam & cœlestem.

CAP. III.

NOlite ‖ plures magistri fieri fratres mei, scientes quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim offendimus omnes. Siquis in verbo non offendit: hic perfectus est vir. ᵖ'potest' etiam fræno circũducere totum corpus. Si autem equis fræna in ora mittimus ad consentiendum nobis, etiam omne corpus illorum circunferimus. Et ecce, naues, cùm magnæ sint, & à ventis validis minentur: circunferuntur ▷ autem à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit. Ita & lingua modicùm qui dem membrum est, & magna exaltat. Ecce quantus ignis quàm magnam syluam incendit? Et lingua, ignis est, vniuersitas iniquitatis. Lingua constituitur in membris nostris, quæ maculat totum corpus, & inflammat rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehenna. Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpentium & cæterorum domantur, & domita sunt à natura humana: linguam autem nullus hominum domare potest, inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum & patrem: & in ipsa maledicimus homines qui ad similitudinem Dei facti sunt. Ex ipso ore procedit benedictio & maledictio. Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem, & amaram aquam? Nunquid potest fratres mei, ficus vuas facere: aut vitis, ficus? Sic neque ᶠsalsa, 'dulcem potest facere aquam. Quis sapiens & disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quòd si zelum amarum habetis, & contensiones ▷ sint', in cordibus vestris: nolite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem. non est enim ista sapientia desursum descendens: sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio: ibi inconstantia, & omne opus prauum. Quæ autem desursum est sapientia, primùm quidem pudica est: deinde pacifica, modesta, suadibilis, ▷ bonis consentiens 'plena misericordia & fructibus bonis, non iudicans, sine simulatione. Fructus autem iustitiæ, in pace seminatur, facientibus pacem.

Matt. 23. a.

ᵖpotens. 1.

ᶠtamen. 46 ▷. 3.

ᶠsalsam. 1.

▷ 7.

▷ 4.

S. Concupiscentijs non est & obsequendum, sed diabolo resistendum & Deo appropinquandum, mutuæque dilectioni studendum, rebus incertis diuinæ prouidentiæ commissis.

CAP. IIII.

Vnde

Universidad de Deusto
Biblioteca

A VNde bella & lites in vobis? Nónne hinc? ex concupiscentijs vestris quæ militant in membris vestris? Concupiscitis: & non habetis. occiditis, & zelatis: & non potestis adipisci. litigatis & belligeratis: & non habetis, propter quod non postulatis. Petitis, & non accipitis, eo quòd malè petatis: vt in concupiscentijs vestris insumatis. Gene. 6.a. 8.d. 1. Petri. 5.b ‖Adulteri, *nescitis quia amicitia huis mũdi, B inimica est Dei? Quicunque ergo voluerit amicus esse seculi huius: inimicus Dei constituitur. An putatis quia inaniter scriptura dicat, Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat in 'vobis?' Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit, ‖Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. ‖Subditi ergo estote Deo: resistite autem diabolo, & fugiet à vobis. Appropinquate Deo: & appropinquabit vobis. Emundate manus, peccatores: & purificate corda, duplices animo. Miseri estote, & lugete, & plorate: risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorem. C ‖Humiliamini in conspectu Domini: & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum fratres▷mei. 'Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum: detrahit legi, & iudicat legem. Si autem iudicas legem: non es factor legis, sed iudex. Vnus est▷enim 'legislator, & iudex qui potest perdere & liberare. ‖Tu autẽ quis es qui iudicas proximũ? Ecce nunc qui dicitis, Hodie aut crastino ibimus in illam ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur, & lucrum faciemus (qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? Vapor est*, ad modicum, parens, & deinceps exterminabitur) pro eo vt dicatis, Si Dominus voluerit: &, Si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbijs vestris. Omnis exultatio talis, maligna est, Scienti igitur bonum facere, & non facienti: peccatum est illi.

*nobis. 8. Proue. 3. d secundum 70. Ephes. 4. f. 1. Petr. 5. ▷. 6. ▷. 1. Roma. 14. a *enim. 1.

S. Diuitibus pauperum oppressoribus grauem comminatur vltionem, pauperes verò ad longanimitatem hortatur: iuramentum fugiendum, & infirmi à presbyteris oleo vngendi, ac peccata inuicem confitenda: quàm efficax sit iusti oratio: errantes ad veritatem sunt reducendi. CAP. V.

A AGite nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs vestris quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum æruginauit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & manducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis▷vobis iram 'in nouissimis diebus. ▷. 7. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor eorum, in aures Domini sabbaoth introiuit. Epulati estis super terram: B & in luxurijs enutristis corda vestra in die occisionis. 'Adduxistis' & occidistis iustum: & non 'restitit' vobis. Patientes igitur estote fratres, vsque ad aduentum Domini. Ecce, Agricola expectat pretiosum fructum terræ: patienter ferens donec accipiat tẽporaneum & serotinum. Patientes estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus Domini 'appropinquabit'. Nolite ingemiscere C fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce, iudex ante ianuam assistit. Exemplum accipite fratres *laboris & patiẽtiæ, Prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finem Domini vidistis, quoniam misericors Dominus est & miserator. Matth. 5. f. ‖Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per cœlum, neque per terram, neque aliud quodcunque iuramentum. Sit autem sermo vester, est, est, non, non: vt non sub iudicio decidatis. Tristatur *aliquis vestrum? oret. Aequo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, ‖vngentes eum oleo in nomine Domini. & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Marci. 6. b D

'addixistis. 5. 'resistit. 4. 'appropinquauit. 5. *exitus mali & longanimitatis, &c. *autem

Confitemini ergo alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicẽ vt saluemini. multum enim valet deprecatio iusti assidua. ‖Elias, homo erat similis nobis passibilis & oratione orauit vt nõ plueret super terram, & nõ pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit: & cœlum dedit pluuiam & terra dedit fructum suum. Fratres mei, siquis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte, & 'operit' multitudinem peccatorum. 3. Reg. 17. a. b. Lucæ. 4. d 'operit. 3.

Hieronymus in catalogo scriptorum Ecclesiasticorum.

Simon Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galilææ, vico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli, & princeps Apostolorum, post episcopatum Antiochensis ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum qui de circuncisione crediderant in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia & Bithynia, secundo Claudij anno, ad expugnandum Simõnem Magum Romam pergit, ibique viginti quinque annis cathedram sacerdotalẽ tenuit, vsque ad vltimum annum Neronis, id est decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terrã versõ, & in sublime pedibus eleuatis, asserens se indignũ vt sic crucifigeretur vt Dominus suus. Scripsit

psit duas epistolas, quæ catholicæ nominantur: quarum sec unda, à plerisque, eius esse negatur, propter stylicum priore dissonantiam. Sed & Euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius è quibus vnus actorum eius inscribitur, alius Euãgelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicij, inter apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta viam triumphalem, totius vrbis veneratione celebratur.

Argumentum in epistolam catholicam Petri primam.

Discipulos Saluatoris inuicti, toto orbe diffusos & peregrinos in hoc seculo monstrat: & præteritæ vitæ pœnitere suadet, & in nouam vitam proficere, tota cum solicitudine exhortatur Simõ Petrus filius Ionæ prouinciæ Galilææ, è vico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli.

Epistola Petri Apostoli prima.

S. Gratias Deo agit de vocatione ad fidem & vitam æternam, quæ tamen per multas tribulationes acquiritur, de qua Prophetæ vaticinati sunt: hortatur eos ad vitæ mundiciem, vt qui Christi sanguine redempti sunt.

CAP. I.

A PETRVS Apostolus Iesu christi, electis aduenis dispersionis Ponti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, secundũ præscientiam Dei patris, in sanctificationem Spiritus, in obedientiam & aspersionem sanguinis Iesu Christi. Gratia vobis & pax multiplicetur.

2. Cor. 1. a. Ephes. 1. a. ‖Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui secundũ misericordiam suam magnam regenerauit nos in spem viuam, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incontaminatam, & immarcesibilem, cõseruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem, paratam reB uelare in tempore nouissimo. In quo 'exultabitis', modicum nunc si oportet contristari in varijs tentationibus: vt probatio vestræ fidei multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniatur in laudem & gloriam & honorẽ in 'reuelatione' Iesu Christi, quem cùm nõ videritis, diligitis: in quẽ nunc quo- ▷. 1. que nõ videntes▷creditis: 'credentes aũt exultatis lætitia inenarrabili & glorificata, re- 'vestrarum portantes finẽ fidei vestræ, salutẽ animarũ*. De qua salute exquisierunt atq; scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerũt, scrutãtes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: præC nũtians eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias: quibus reuelatum est quia non sibimetipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per 'quæ. 2. eos qui euangelizauerunt vobis, Spiritu sancto misso de cœlo in 'quem' desyderant angeli prospicere. Propter quòd succincti lum- 'perfecti bos mentis vestræ, sobrij, 'perfectè 'sperate in eam quæ offertur vobis gratiam, in 'reuelatione' Iesu Christi, quasi filij obediẽtiæ, nõ configurati prioribus ignorantiæ vestræ desyderijs: sed secundum eum qui vocauit vos, Sanctũ, *& ipsi in omni cõuersatione sancti sitis: quoniã scriptum est, ‖Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si Patrem inuocatis eum ‖qui sine acceptione personarum iudicat secundum vniuscuiusque opus: in timore, incolatus vestri tempore conuersamini. Scientes quòd non corruptibilibus auro vel argẽto redempti estis de vana vestra conuersatione paternæ traditionis: ‖sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati, præcogniti quidem ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides vestra & spes esset in Deo. Animas vestras castificãtes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius: renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui & permanentis in æternum. ‖quia omnis caro Isai. 40. b. vt fœnum: & omnis gloria eius tãquam flos Eccle. 41. c fœni. exaruit fœnum: & flos eius decidit. Ver Iaco. 1. b. bum autem Domini manet in æternum. hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vobis.

'reuelationẽ *vt Leuit. 11. g 19. a. 20. b. Deut. 10. d Rom. 2. b. Galat. 2. b. 1. Cori. 6. & 7. d. Hebr. 9. d. 1. Iohan. 1. d Apoca. 1. b. D

S. Exclusa omni fictione, regenerati ad Christum lapidem viuum accedant credentes, qui sunt genus electum, quum prius essent populus abiectus: hortatur vt tanquam peregrini ab omnibus mundanis abstineant, superioribus obtemperent, afflictionesq; ad Christi imitationem ferant. CAP. II.

D EPonentes igitur omnem malitiã, & A omnẽ dolum, & simulationes, & inui Roma. 6. a. dias, & omnes detractiones, sicut mo Ephe. 4. c. do geniti infantes, 'rationabiles', sine dolo Colos. 3. b. lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutẽ. si Hebr. 12. a. ▷tamen' gustastis quoniam dulcis est Domi- 'rationabile 4. nus. Ad quem accedentes, lapidem viuum, ▷. 3.

ab ho-

ab hominibus quidem reprobatum, à Deo autem electum & honorificatum: & ipsi tanquam lapides viui superædificamini, "domos spirituales' sacerdotium sanctum: offerre spiritales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christum. Propter quod continet scriptura, ‖Ecce pono in Sion lapidem summum angularem electum, prætiosum. & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus. non credentibus autem, ‖lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis, & petra scandali, his qui offendũt verbo, nec credũt in "quo' & positi sunt. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annuntietis eius qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus: nunc autem populus Dei. qui nõ consecuti misericordiam: nunc autem misericordiã consecuti. ‖Charissimi obsecro ▷vos' tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desiderijs quæ militant aduersus animam, conuersationem vestram inter Gentes habentes bonam, vt in eo quod detrectãt de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos consyderantes, glorificent Deum in die visitationis. ‖Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deũ: siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictã malefactorũ, laudem verò bonorum: quia sic est voluntas Dei, vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentium hominum ignorantiam: quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatem, sed sicut serui Dei. Omnes honorate. ‖Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorificate. ‖Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. ‖Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniustè. Quæ enim est "gloria:' si peccãtes, & colaphizati "patientes.3 suffertis? Sed si benefacientes 'patienter' sustinetis: hæc est gratia apud Deũ. In hoc enim vocati estis: quia & Christus passus est pro "nobis, vobis' relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius. ‖qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. qui cum malediceretur, non maledicebat: cum paterer tur, non comminabatur: tradebat autem iudi canti se iniustè. ‖qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus. cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopatum animarum vestrarum.

"domus spiritualis.3.

Isaiæ.28.d Rom.9.g. Psal.117.d.

Matt.21.d. Acto.4.b. Isaiæ.8.c.

"quod.1.

Exod.19.a Osee.2.d. Roma.9.e.

Galat.5.c. Rom.13.d. ▷.2

Rom.13.a.

Isaiæ.53.b.

S. De mutua inter coniuges conuersatione, & mulierum ornatu: hortatur ad varias virtutes, vtq; Christi exẽplo ferant aduersa: & quod per baptismum saluamur in similitudinem eorum qui in arca Noë saluabantur.

CAP. III.

SImiliter & mulieres subditæ sint viris suis: vt & siqui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant, consyderantes in timore "castam' conuersationem vestram. ‖Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, "qui est' in cõspectu Dei locuples. Sic enim aliquãdo & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabãt se, subiectæ proprijs viris. ‖Sicut Sara obediebat Abrahæ, Dominum eum vocans: cuius estis filiæ, bene facientes, & non pertimentes vllam perturbationem. ‖Viri similiter, cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartientes honorem, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ: vt non impediantur orationes vestræ. "In fide' autẽ: oẽs vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles. ‖nõ reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, sed econtrario, benedicentes: quia in hoc vocati estis, vt benedictionem hæreditate possideatis. ‖Qui enim vult vitã diligere, & dies videre bonos. Coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. ‖Declinet "à malo, & faciat bonũ: inquirat pacem, & sequatur eam: Quia oculi Domini super iustos, & aures eius in præces eorum: Vultus autem Domini super faciẽtes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? ‖Sed & siquid patimini propter iustitiã: beati. Timorem autẽ eorum ne timueritis, "&' non conturbemini: Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionem omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe" ‖sed cũ modestia & timore, cõscientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis confundantur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem. Melius est enim vt bene facientes (si voluntas Dei velit) pati, quàm malè facientes. ‖quia & Christus semel pro peccatis ▷nostris' mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo, "mortificatos quidem carne viuificatos' autẽ spiritu. In quo & his qui in carcere erant "spiritu' veniens prædicauit: qui in creduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noë, cum fabricaretur arca: in qua pauci, id est octo animæ saluæ factæ sunt per aquã. Quod &' vos' nunc

A Colos.3.c. Ephes.5.c.

"sanctam

1.Tim.2.c.

"quod est.13

Gen.18.b.

B 1.Cor.7.2.

"In fine.3.

Prouer.17.c &.21.d.

Rom.12.d. 1.Thes.5.d

Psal.33.c. Isaiæ.1.c. *autem

C

Matth.5.a.

"vt

*& fide Supra.3.c.

D

Hebr.9.d. Roma.5.b. ▷.5.

"mortificatus quidem carne, viuificatus.4. "spiritibus.3

Gene.6.b. Matt.24.d Lucæ.17.c

"nos. 3.

nũc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed cõscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionẽ Iesu Christi, qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes effice remur: profectus in cœlum, subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus.

S. Christi morte redemptos hortatur vt pergãt præterita deuitare peccata: incumbentes orationibus ac mutuæ dilectioni, semper omnia in Dei gloriam referentes, & gaudentes si propter Christum pati oporteat.

CAP. IIII.

A CHristo igitur passo in carne, & vos eadem cogitatione armamini. quia qui passus est in carne, desijt à peccatis: vt iam non desyderijs hominum, sed voluntati Dei quod reliquum est in carne viuat temporis. ‖Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem Gentium consummandam, his qui ambulauerunt in luxurijs, desyderijs, vinolentijs, comessationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus. "in quo" admirantur' non cõcurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem, blasphemantes. qui reddent rationem ei, qui paratus est iudicare viuos & mortuos. Propter hoc enim & mortuis euangelizatum est: vt iudicentur quidem secundum homines in carne, viuant autem secundum Deum ▷in' Spiritu. Omnium autem finis "appropinquabit. 'Estote itaque prudentes: & vigilate in orationibus. ‖Ante omnia autem, mutuam in "vobismet ipsis' charitatem continuam habentes: quia charitas operit multitudinem peccatorum. Hospitales inuicem sine murmuratione. ‖Vnusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrãtes: sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Siquis loquitur: quasi sermones Dei. siquis ministrat: tanquam ex virtute, quam administrat Deus. vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christũ: cui est gloria & imperiũ in secula seculorũ. Amẽ. Charissimi, nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem vobis fit, quasi noui aliquid vobis contingat: sed communicantes Christi passionibus, gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultantes. Si exprobramini in nomine Christi, beati eritis: quoniam "quod est honoris, gloriæ, & virtutis Dei, & qui est eius Spiritus:

Ephe.4.c.

"in quibus nunc obstupescunt.13. "peregrinãtur.3.

B

▷1.

C

"appropinquauit.8. Prou.10.b "vosmetipsos.3.

Roma.12.c Hebr.13.a. Philip.2.b

D

"gloriæ & Dei Spiritus in vobis requiescit.3

Ezechielis.9.c.

Proue.11.d "quidem "saluatur.1

S. Seniores orat vt verbo & exemplo pascant gregem Dei, iuniores autem illis subditi sint: hortatur omnes vt sese demittant, diuinæ curæ totos se tradẽtes, & in sobrietate ac fide diabolo resistentes.

CAP. V.

SEniores ergo qui in vobis sunt obsecro, consenior & testis Christi passionum, ▷qui' & eius quæ in futuro reuelãda est, gloriæ cõmunicator: pascite qui in vobis est gregẽ Dei, prouidentes non coacte, sed spontaneè secundum Deum: neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè: neq; vt dominantes in cleris, sed "formæ facti gregi' ex animo. Et cum apparuerit princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriæ coronam. Similiter adolescentes subditi estote senioribus. ‖Omnes autem inuicem humilitatem insinuate. quia Deus ‖superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Humiliamini igitur sub potenti manu Dei, vt vos exaltet in tempore visitationis: ‖omnem solicitudinem vestram proijcientes in eum, quoniam ipsi cura est de vobis. Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiẽs circuit, quærens quem deuoret. Cui resistite fortes in fide: scientes eandem passionem ei quæ in mundo est, vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ, qui vocauit nos in æternã suam gloriam in Christo Iesu, modicum passos ipse perficiet, confirmabit, solidabitq;. Ipsi gloria, & imperium in secula seculorum. Amen. Per Syluanum fidelem fratrem vobis, vt arbitror, breuiter scripsi: obsecrans & contestans hanc esse veram gratiam Dei, in qua statis. Salutat vos ecclesia, quæ est in Babylone, 'cœlecta': & Marcus filius meus. Salutate inuicem in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amen.

"gloria Dei "Spiritus in "vobis requiescit.1.

D

A ▷.1.

Iacob.4.c.

C

Matt.6.c. Lucæ.12.c Psal.54.d.

"collecta

Argumentum in epistolam secundam beati Petri Apostoli.

SIMON Petrus, per fidem, huic mundo sapientes mortuos esse declarat: eisdémque pietatis quanta sit magnitudo, luce ipsa clarius manifestat.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistola Petri Apostoli secunda.

S. *Hortatur vt memores maximorum quæ à Deo acceperũt donorum, per varias scandant virtutes, vt sic introitus in regnum Dominiillis ministretur: dicitq́, se breui moriturum, et suæ doctrinæ certitudinem ostendit ex Christo doctore, quem & vox Patris & prophetæ cõmendarunt.*

CAP. I.

A SIMON' Petrus, seruus & Apostolus Iesu Christi, ijs qui coæqualem nobiscum sortiti sunt fidẽ in iustitia Dei nostri & Saluatoris Iesu Christi. Gratia vobis & pax adimpleatur in
>.10. cognitione>Dei', & Christi Iesu Domini
'donata est. 7. nostri: quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ quæ ad vitam & pietatẽ, 'donata sunt',
'quæ.7. 'quam.8. per cognitionem eius qui vocauit nos propria gloria & virtute, per 'quem' maxima & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ consortes naturæ, fugiẽtes eius quæ in mundo est, cõcupiscentiæ corruptionẽ. Vos aũt curã omnem subinferentes,
B ministrate in fide vestra virtutẽ, in virtute autem scientiam, in scientia autem abstinentiã, in abstinentia autẽ patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorẽ fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc enim 'si vobiscum assint,' & supe-
'vobis quũ adsint. 5. rent: non vacuos, nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitione. Cui enim non præstò sunt hæc: cæcus est, & manu tẽtans, obliuionẽ accipiens purgationis veterum suorum delictorũ. Qua propter fratres magis satagite vt per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. hæc enim facientes, non pecca-
C bitis aliquando. Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternũ regnum Domini nostri & saluatoris Iesu Christi. Propter quod incipiam vos semper commonere de his: & quidem scientes & confirmatos vos in præsenti veritate. Iustum autẽ arbitror quãdiu sum in hoc tabernaculo, suscitare vos in cõmonitione: certus quòd velox est depositio tabernaculi mei secundũ quod
Ioan. 21. 1. & Dominus noster Iesus Christus ‖ significa-
1. Cor. 1. c. 2. a. uit mihi. Dabo autem operam & frequenter habere vos post obitum meum, vt horũ memoriam faciatis. Non enim 'indoctas' fabulas
'doctas. 3. secuti, notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem &, 'præscientiam.' sed
'præscientiam. 5. speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorẽ & gloriã, vo-
Matt. 17. a. ce delapsa ad eũ huiuscemodi à magnifica gloria, ‖ Hic est filius meus dilectus in quo mihi
D cõplacui, ipsum audite. Et hanc vocẽ nos audiuimus de cœlo allatam, cùm essemus cum ipso in mõte sancto. Et habemus firmiorem propheticũ sermonẽ: cui benefacitis attendẽtes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cor-
2. Tim. 3. d dibus vestris, ‖ hoc primũ intelligentes quòd omnis prophetia scripturæ propria interpretatione nõ fit. Nõ enim voluntate humana allata est aliquando prophetia: Sed Spiritu sancto inspirati, locuti sunt sancti Dei homines.

S. *Pseudoprophetæ multos seducent, verùm acriter punientur. sicut de malis actum est, tempore diluuij & de Sodomitis: prosequitur autem prauos mores horum, quos admodum effusos dicit in libidinem.* CAP. II.

A FUerunt verò & pseudoprophetæ in populo, sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit eos, Dominum negant: superducentes sibi celerem perditionem. Et multi sequẽtur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: & in auaritia fictis verbis de vobis negotiabũtur. quibus iudicium iam olim non cessat: & perditio eorum non dormitat. ‖ Si enim Deus an-
Iob. 4. d. gelis peccantibus non pepercit, sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciãdos, in iudiciũ reseruari: Et originali mũdo non pepercit, sed ‖ octauum Noe iustitiæ
Genes. 7. a præconem custodiuit, diluuium mundo impiorum inducens: ‖ Et ciuitates Sodomorum
Gene. 19. b & Gomorrhæorum in cinerem redigẽs, euersione damnauit, exemplum eorum qui impiè acturi sunt ponens: & iustum Lot oppressum à nefandorum>iniuria ac' luxuriosa cõ-
>.1. uersatione eripuit. aspectu enim & auditu iustus erat: habitãs apud eos qui de die in diem animam iustam iniquis operibus cruciabãt.
'Deus. 'Nouit Dominus' pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reseruare cruciandos: magis autem eos qui post carnem in cõcupiscentia immunditiæ ambulant, dominationẽq́; contemnunt, audaces, sibi placẽtes: sectas nõ metuũt>introducere' blasphe
>.6. C mãtes: Vbi angeli, fortitudine & virtute cùm
à Domino. 10. 1. sint maiores, non portant aduersum se execrabile iudicium. Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionem & in perniciem, in his quæ ignorant blasphemantes

'coinquinationes. 1 mantes in corruptione sua peribunt, percipiẽtes mercedem iniustitiæ, voluptatem existimantes diei delitias 'coinquinationis' & maculæ: delicijs affluentes, in conuiuijs suis luxuriantes vobiscum: oculos habentes plenos adulterij, & incessabilis delicti. Pellicientes animas instabiles, cor exercitat auaritia habentes, maledictionis filij: derelinquentes
Num. 22. d rectam viam errauerunt, ‖ secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem verò habuit suæ vesaniæ.
>4. subiugale mutum>animal, 'hominis voce loquens, prohibuit prophetæ insipientiam.
Iudæ. 1. d. ‖ Hi sunt fontes sine aqua, & nebulæ turbini
D bus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reseruatur. 'Superba' enim vanitatis loquentes,
'superbia. pelliciunt in desyderijs carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuersantur, libertatem illis promittentes, cùm
Iohan. 8. d ipsi serui sint corruptionis. ‖ à quo enim quis
Roma. 6. c Hebr. 6. a superatus est: huius & seruus est. ‖ Si enim re
Matt. 12. d. fugientes coinquinationes mundi in cognitione Domini nostri & saluatoris Iesu Christi, his rursus implicati superãtur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem, retrorsum conuerti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contingit enim eis illud veri prouerbij,
Prou. 26. b ‖ Canis reuersus ad suum vomitum: &, Sus lota in volutabro luti.

S. *Propter quosdam illusores secundum Domini aduentum negantes, astruit futuram mundi renouationem, quum breui & insperatò Dominus aduenier: ad cuius aduentum monet vt se præparent, laudans Pauli scripta, quæ indocti depravant.* CAP. III.

A HAnc ecce vobis charissimi secundam scribo epistolam, in quibus vestram excito in commonitione, synceram mentem: vt memores sitis eorum quæ prædixi verborum à sanctis prophetis, & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini &
1. Tim. 4. a Saluatoris: ‖ hoc primùm scientes, quòd venient in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias cõcupiscentias ambulãtes, dicentes, ‖ Vbi est promissio aut aduen-
2. Tim. 3. a Iudæ. 1. f. Ezech. 12. f tus eius? ex quo enim patres dormierunt, om
B nia sic perseuerant ab initio creaturæ. Latet enim eos hoc volentes, quòd cœli erãt prius, & terra, de aqua & per aquam, consistens Dei verbo: per quæ, ille tunc mundus aqua inundatus perijt. Cœli autem qui nunc sunt, & terra eodem verbo repositi sunt, igni reseruati in diẽ iudicij & perditionis impiorũ hominum. Vnum verò hoc nõ lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Nõ tardat Dominus 'promissionem suam,' sicut 'promissionem. 4 'promissis. 9. quidam existimant: sed patiẽter agit propter
C vos, nolens aliquos perire: sed omnes ad pœnitentiam reuerti. ‖ Aduenier autem dies Do
1. The. 5. a Apoca. 3. a & 16. c. mini vt fur: in quo cœli, magno impetu transiẽt, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ipsa sunt opera, exurentur. Cùm igitur hæc omnia dissoluenda sint: quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus & pietatibus, expectantes & properantes in aduentum diei 'Domini,' per quem cœ
'Dei. 1. li ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? ‖ Nouos verò cœlos & nouam
Apoc. 21. e. Isai. 65. c. 66. g. terram 'secundum promissa' ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Propter quod
'& promissa. charissimi hæc expectantes, satagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace: ‖ & Do
Roma. 2. a. *Iesu Christi. mini nostri *longanimitatem, salutem arbi-
D tremini, sicut & charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiã ‖ scri-
Hebr. 10. g psit vobis: sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles deprauãt, sicut & cetæras scripturas, ad suam ipsorum perditionẽ. Vos igitur fratres, præscientes, custodite ne insipientium errore traducti excidatis à propria firmitate: crescite verò in gratia & in cognitione Domini nostri & Saluatoris Iesu Christi. Ipsi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.

Argumentum in epistolam primam Iohannis Apostoli.

Rationem verbi, & quòd Deus ipse sit charitas, manifestat. & susurrones fratrum nec Deum scire, nec pios fieri posse eousque dissertat, vt esse comprobet homicidas: eo quòd odium sit interfectionis occasio.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Epistola Iohannis Apostoli prima.

S. *Iohānes quod de Christo vidit & audiuit aliis annuntiat, vt vna cum ipso societur Deo & Christo eius filio, cuius sanguine homi num peccata mundantur: porrò qui se peccasse negat, Deum mendacem facit.*

CAP. I.

A QVod fuit ab initio, quod audi uimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus: & manus nostræ contrectauerunt de verbo vitæ: (& vita manifestata est: & vidimus, & testamur, & annuntiamus vobis vitam æternā quæ erat
B apud Patrem, & apparuit nobis:) quod vidimus & audiuimus, annuntiamus vobis, vt & vos societatem habeatis nobiscum, & societas nostra sit cum Patre & cum Filio eius Ie
▷.2. su Christo: Et hæc scribimus vobis vt▷ gaudeatis, &'gaudium vestrum sit plenum. Et hæc est annuntiatio quam audiuimus ab eo,
C & annūtiamus vobis, ‖ Quoniā Deus lux est:
Iohan.8.b. & tenebræ in eo non sunt vllæ. Si dixerimus quoniam societatem habemus cum eo, & in tenebris ambulamus: mētimur, & veritatem non facimus. Si autem in luce ambulamus, sicut & ispe est in luce: societatem habemus
Hebrę.9.d adinuicē, ‖ & sanguis Iesu Christi filij eius e-
1.Petr.1.d. mundat nos ab omni peccato. ‖ Si dixerimus
D quoniam peccatum non habemus: ipsi nos
Apoca.1.b. seducimus, & veritas in nobis non est. Si cō-
3.Reg.8.c. fiteamur peccata nostra: fidelis est & iustus,
2.Para.9.g vt remittat nobis peccata nostra, & emūdet
1.Pro.20.b nos omni iniquitate. Si dixerimus quoniam
Eccle.7.c. non peccauimus: mendacem facimus eum & verbum eius non est in nobis.

S. *Iesus Christus aduocatus noster est apud patrē, & propitiatio pro peccatis totius mūdi: obseruatione autem mandatorum Dei comprobatur vera Dei notitia ac dilectio: quod sit vetus ac nouum mandatū: quis sit in luce & in tenebris: varijs scribit ætatibus: reuocās à mūdi dilectione & ab hæreticis, ac monens vt semel acceptæ fidei adhæreant, sequentes ductū Spiritus sancti.*

CAP. II.

A FIlioli mei, hæc scribo vobis, vt non peccetis. Sed & siquis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrē Iesum Chri-
C stū iustū. & ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris aūt tantùm, sed etiā pro totius mūdi. Et in hoc scimus quoniā cognouimus eum, si mādata eius obseruemus.
*Deum Qui dicit se nosse 'eum,' & mandata eius nō custodit: mendax est, & in hoc veritas non est. Qui autē seruat verbū eius verè in hoc charitas Dei perfecta est, in hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere: debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Charissimi, nō mandatum nouum scribo vobis, sed mandatum vetus quod habuistis ab initio. Mandatum vetus est verbum
Ioan.13.d. quod audistis. ‖ Iterum mandatum nouum
&.15.b. scribo vobis, quod verum est▷ &'in ipso, & in
▷.1. vobis: quia tenebræ transierunt & verum
B lumen iam lucet. Qui dicit se in luce esse,
& fratrem suum odit: in tenebris est vsque
Infra.3.c. adhuc. ‖ Qui diligit fratrem suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum: in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat: quia tenebræ obcœcauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli quoniam remittuntur vobis pecca
ta propter nomen eius.

Scribo vobis patres quoniam cognouistis
*Scripsi.1.: eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescētes quoniā vicistis malignum. *'Scribo' vobis infantes quoniam cognouistis patrem.
*Scripsi vobis adolescentes.3. 'Scribo vobis iuuenes' quoniam fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis ma
C lignum. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Siquis diligit mundum, non est charitas Patris in eo. quoniam omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quæ non est ex Patre, sed ex mundo
*extribit.16 est. Et mundus 'transit', & concupiscentia eius. Qui autem facit voluntatem Dei, manet in æternum. Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis quia Antichristus venit: nūc antichristi multi facti sunt. vnde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierūt sed non erant ex nobis. nam si fuissent ex no bis, permansissent itaque nobiscum: sed vt manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis. Sed vos vnctionem habetis à Sancto,
D & nostis omnia. Nō scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem, sed quasi sciētibus eam: & quoniam omne mendacium ex veritate non est. Quis est mendax, nisi is qui negat quoniam Iesus▷ non' est Christus? Hic est ▷.5. antichristus qui negat Patrē & Filium. Omnis qui negat Filium: nec Patrem habet. qui cōfitetur Filium: & Patrem habet. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: Si in vobis permanserit quod audistis ab initio, & vos in Filio & Patre manebitis. Et hæc est repromissio quā ipse pollicitus est nobis, vitam æternam. Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. Et vos vnctionē quam accepistis ab eo*

ab eo, maneat in vobis. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus &, verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo: vt cùm apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduentu eius. Si scitis quoniam iustus est: scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

S. *De Dei erga nos charitate, & quomodo distinguantur qui ex Deo sunt & qui ex diabolo: de dilectione & odio fratrum: qui mentis puritate & fide in Christum quippiam à Deo petit, impetrat.*

CAP. III.

A VIdete qualem charitatem dedit nobis Pater, vt filij Dei nominemur & simus. Propter hoc, mundus non nouit nos: quia non nouit eum. Charissimi, nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniā cùm apparuerit similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. Om
Iſai. 53. c. nis qui facit peccatum, & iniquitatem facit:
1.Pet. 2.d. & peccatum est iniquitas. ‖ Et scitis quia ille apparuit vt peccata nostra tolleret: & peccatū in eo nō est. Omnis qui in eo manet, non peccat. & omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eū. Filioli, nemo vos seducat.
Iohan.8.f. Qui facit iustitiā, iustus est, sicut & ille iu-
B stus est ‖ Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniā ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatū non facit: quoniā semen ipsius in eo manet, & non potest peccare quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli.
*nō facit iustitiam.1. Omnis qui 'non est iustus,' nō est ex Deo, & qui nō diligit fratrē suum. quoniā hæc est an
Ioha.13.d. 15.b. nūtiatio, quā audistis ab initio, ‖ Vt diligatis
Gene. 4.b alterutrum. Non sicut ‖ Cain qui ex maligno
C erat: & occidit fratrē suum. Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius, maligna erant: fratris autem eius, iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam trāslati sumus de morte ad vitam,
Supra. 2.b quoniam diligimus fratres. ‖ Qui non dili-
Leui. 19.d gitmanet in morte. omnis qui odit fratrem suum: homicida est. Et scitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in
Iohan.15.b semetipso manentem. ‖ In hoc cognouimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit: & nos debemus pro fratri-
Iacob.2.c. bus animas ponere. ‖ Qui habuerit substan-
*huius. tiam *mundi, & viderit fratrem suum necessē habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomo-
D do charitas Dei manet in eo? Filioli mei, nō diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. in hoc cognoscimus quoniā ex ve- D
ritate sumus: & in cōspectu eius suadebimus corda nostra. Quoniam si reprehēderit nos cor nostrum: maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad Deum. ‖ & quicquid petierimus, accipie- Iohan.6.d. 17.a.
mus ab eo: quoniam mandata eius custodi- Matt.21.c.
mus, & ea quæ sunt placita corā eo, facimus. Inan.15.a.
‖ Et hoc est mādatum eius, Vt credamus in 16.c.
nomine filij eius Iesu Christi: & diligamus
alterutrum, sicut dedit mādatum nobis. ‖ Et Ioan. 13. d
qui seruat mandata eius: in illo manet, & ip- 15.b.
se in eo. & in hoc scimus quoniam manet in nobis, de Spiritu quem dedit nobis.

S. *Qui spiritus ex Deo sint & qui non. quum Deus sua nos dilectione præuenerit, dato pro nobis filio suo, debemus & nos Deū ac proximum diligere: perfecta autem charitas foras mittit timorem.*

CAP. IIII.

CHarissimi, nolite omni spiritui crede A
re, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniā multi pseudoprophetæ exierunt in mundū. In hoc cognoscitur Spiritus Dei: omnis spiritus qui cōfitetur Iesum Christū in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo nō est, & hic est antichristus de quo audistis quoniā venit & nunc iam in mundo est. Vos ex
*eos.4. Deo estis filioli, & vicistis 'eum'. quoniā ma-
Iohan.8.f. ior est qui in vobis est, quā qui in mūdo. ‖ Ipsi de mundo sunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum: audit nos. qui non est ex Deo: non audit nos. in hoc cognoscimus spiritum veritatis & spiritum erroris. Charissimi, dili- B
gamus nos inuicē: quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, nō nouit
Iohan.3.b. Deum: quoniam Deus charitas est. ‖ In hoc apparuit charitas Dei in nobis quoniam Filium suum vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eū. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quo-
*prior niam ipse *dilexit nos, & misit filium suum propitiationē pro peccatis nostris, Charissimi, si sic Deus dilexit nos: & nos debemus
Iohan.1.b. alterutrum diligere. ‖ Deum nemo vidit vn-
1.Tim.6.b quam. Si diligamus inuicem: Deus in nobis manet, & charitas eius in nobis perfecta est. C
In hoc cognoscimus quoniā in eo manemus & ipse in nobis: quoniā de Spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus, & testificamur quo-
▷.1. niā Pater misit filium▷ suum' Saluatorē mundi. Quisquis cōfessus fuerit quoniā Iesus est filius Dei: Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati

quã habet Deus in nobis. Deus charitas est:
D & qui manet in charitate, in Deo manet, &
*Dei. Deus in eo. In hoc perfecta est charitas *nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas, foras mittit timorem, quoniã timor pœnam habet. qui autem timet: non est perfectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum: quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, Quoniã diligo Deum: & fratrẽ suum oderit, mendax est. Qui enim nõ diligit fratrẽ
*vidit. 4. Iohan. 13. d 15. b. Ephes. 5. a. *ab eo. 5. suum quem *videt: 'Deum quem non *videt', quomodo potest diligere? ‖Et hoc mandatum habemus *à Deo: 'vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

S. De natis ex Deo, verãque erga ipsum charitate: fides mundum vincit: tres in terra testantur Christũ verum hominẽ, & tres in cœlo verum Dei filium, in quem credens habet vitam æternam: de peccato ad mortem & non ad mortem. CAP. V.

A OMnis qui credit quoniam Iesus, est Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit: diligit & eũ qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniam diligimus natos Dei: cùm Deũ diligamus, & mandata eius faciamus. Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus: ‖& mandata eius grauia non sunt. Quoniam omne quod natum est ex Deo: vincit mũdum. & hæc est victoria quæ vincit mundum: fides nostra. ‖Quis est *qui vincit mundũ, nisi qui credit quoniã Iesus est filius Dei? hîc est qui venit per aquam & sanguinem Iesus Christus. non in aqua solùm: sed in aqua
Matt. 11. d. 1. Cor. 15. g *autem
B & sanguine. Et Spiritus est qui testificatur quoniã Christus est veritas. Quoniam tres
▷.5. sunt qui testimoniũ dãt ▷ in cœlo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus. & hi tres, vnũ sunt. Et tres sunt qui testimoniũ dãt in terra: Spiritus, aqua, & sanguis. ▷ & hi tres, vnum sunt. ' ▷.15. Si testimonium hominum accipimus: testimonium Dei maius est. quoniam hoc est testimonium Dei quod maius est, quoniam testificatus est de filio suo. Qui credit in filium Dei: habet testimonium Dei in se. ‖Qui C
Iohan. 3. d. non credit Filio, mendacẽ facit eum: quia nõ credit in testimonium quod testificatus est Deus de filio suo. Et hoc est testimonium, Quoniam vitam æternam dedit nobis Deus. Et hæc vita, in filio eius est. Qui habet filium *Deũ habet vitam. qui non habet filium Dei, vitam non habet. Hæc *scribo 'vobis: vt sciatis quoniam vitam habetis æternam qui creditis in nomine filij Dei. Et hæc est fiducia quam habemus ad 'eum, 'Quia quodcunquæ petierimus secundum voluntatem eius, audit nos. Et scimus quia audit nos quicquid petierimus: scimus quoniam habemus petitiones quas 'postulamus' ab eo. Qui scit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem 'petat, & dabitur ei vita, peccanti' non ad mortem. Est peccatum ad mortem: non pro illo dico vt roget quis. Omnis iniquitas, peccatum est: & est peccatum ad mortem. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, nõ peccat: sed generatio Dei conseruat eum, & malignus non tangit eum. Scimus quoniam ex Deo sumus: & mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius Dei venit: ‖& dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus: & vita æterna. Filioli, custodite vos à simulachris.
Amen.
*scripsi. 7. *Deum *postulauimus. 1. D *petet, & dabit in vitã, peccãtibus. 6. a Luc. 24. b

Argumentum in epistolam secundam Iohannis Apostoli.

VSqueadeo ad sanctam fœminam scribit, vt eandem dominam non dubitet literis appellare: eiusdémq; filijs testimonium quod ambulent in veritate, perhibeat.

Epistola

Epistola Iohannis Apostoli *secunda.*

S. Electam hanc eiusque filios in charitate & fide confirmat, ne ab hæreticis seducantur: idque paucis, cætera seruãs donec ad eos veniat.

A SENIOR, Electæ dominæ & natis eius, quos ego diligo in veritate, & nõ ego solus, sed & omnes qui cognouerunt veritatẽ, propter veritatem quæ permanet in nobis, & nobiscũ erit in æternum. Sit vobiscũ gratia, misericordia, pax à Deo patre, & à Christo
B Iesu filio Patris in veritate, & charitate. Gauisus sum valdè quoniam inueni de filijs tuis ambulantes in veritate, sicut mandatũ accepimus à Patre. Et nunc rogo te domina, nõ tanquam mandatum nouum scribens tibi, sed
Iohan. 15. b quod habuimus ab initio, ‖vt diligamus alter utrũ. Et hæc est charitas, vt ambulemus secundum mandata eius. Hoc est enim mandatum, vt quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis: quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem. hic est seduC ctor & antichristus. Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis: sed vt mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit & non permanet in doctrina Christi: Deum non habet. Qui permanet in doctrina: hic & Patrem & Filium habet. Siquis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Aue: communicat operibus eius maligD nis. *Plura habens vobis scribere: nolui per chartam & atramentum. spero enim me futurum apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit. Salutant te filij sororis tuæ electæ.

*Ecce prædixi vobis, vt in die domini non confundamini.

Argumentum in epistolam tertiam Iohannis Apostoli.

GAium pietatis causa extollit: atque vt in ipsa pietate maneat, exhortatur, Diotrepen impietatis & superbiæ causa obiurgat. Demetrio autem bonum testimonium perhibet, cum fratribus vniuersis.

Epistola Iohannis Apostoli tertia.

S. Gaium collaudat quòd in veritate ambulet & peregrinos humanè excipiat, subdẽs de Diotrepes calumnijs & inhumanitate, ac Demetrio optimum perhibens testimonium, subiungens se illum breui inuisurum.

A SENIOR Gaio charissimo, quem ego diligo in veritate. Charissime de omnibus orationem facio prosperè te ingredi & valere, sicut prosperè agit anima tua. Gauisus sum valdè veniẽtibus fratribus, & testimoniũ perhibentibus veritati tuæ, sicut tu in veritate ambulas.
*Maius horũ, nũ habeo gaudium. 1. *Maiorẽ, horum, non habeo gratiã 'quàm vt audiã filios meos in veritate ambulare. Cha-
B rissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos testimoniũ reddiderunt charitati tuæ in cõspectu ecclesiæ: quos *benefacies deducens ' dignè Deo. Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil acci-
*benefaciẽs, deduces. pientes à Gentibus. Nos ergo debemus suscipere huiusmodi: vt cooperatores simus veritatis. Scripsissem forsitan ecclesiæ: sed is C qui amat primatum gerere in eis, Diotrepes, non recipit nos. Propter hoc si venero, commoneam eius opera quæ facit: verbis malignis garriens in nos. & quasi non ei ista sufficiant: neq; ipse suscipit fratres, & eos qui suscipiũt, prohibet, & de ecclesia eijcit. Charissime, noli imitari malum, sed quod bonũ est. Qui benè facit, ex Deo est: qui malè facit, nõ D vidit *Deum '. Demetrio testimoniũ redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate, sed & nos testimonium perhibemus: & nosti quoniam testimonium nostrum verum est. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre: & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutant te amici. Saluta amicos nominatim.
*eum. 7.

Hieronimus in catalogo scriptorum ecclesiasticorum.

IVDAS frater Iacobi paruam quidem, quæ de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisque reijcitur: tamen authoritatem vetustate iam & vsu meruit, & inter sanctas scripturas computatur.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Argumentum in epistolam Iudæ Apostoli.

IVDAS Apostolus fratres de corruptoribus viæ veritatis ita informat, vt illicitum esse dissertet de sub iugo semelerutos seruitutis, denuò operam suam officijs nauare seruilibus.

Iudæ Apostoli Epistola catholica.

S. *Monet vt firmi sint in tradita semel fide aduersus insurgentes impios ac lasciuos, subdens de horum supplicio in modum Iudæorum ac Sodomorũ: Nam & hi nullum veriti, effrænè feruntur in omnem carnis concupiscentiũ, quos diuersis rebus comparat: & istos ad Enoch ac Apostolorũ de illis vaticinia reuocat.*

A IVDAS Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi: his qui sunt in Deo patre dilectis, & Christo Iesu conseruatis, & vocatis. Misericordia vobis, & pax & charitas adimpleatur. Charissimi, omnem solicitudinem faciens scribendi vobis de communi vestra salute, necesse habui
a supercertare.2. scribere vobis: deprecans 'supercertari' semel traditæ sanctis fidei. Subintroierũt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impij, Dei nostri gratiam trãsferentes in luxuriã, & solum Dominatorem, & Dominum nostrum Iesum Christum ne-
B gantes. Commonere autem vos volo, scientes semel omnia, quoniam Iesus, populum de
Nume.14.f Terra-Aegypti saluans, ‖secundò eos qui nõ crediderunt, perdidit. Angelos verò qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit.
Gene.19.e. ‖Sicut Sodoma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnem alteram, factæ sunt exemplum, ignis æterni pœnam sustinentes. Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem spernunt, maiestatem autem blasphemant. ‖Cùm Michael archangelus, cum diaZacha.3.c. Eccle.21.d. bolo disputans altercaretur de Moysi corpore: non est ausus iudicium inferre blasphemiæ, sed dixit, Imperet tibi Dominus. Hi au-
C tem quæcunque quidem ignorant, blasphe*a quia.3.* mant: quæcunque autem naturaliter, tanquã muta animalia, norunt, in his corrumpun-
Gene.4.b. Num.24.d tur. Væ illis, 'qui'▷'in' via Cain abierunt:
Num.16.a. a.Petr.2.d. &‖errore Balaam, mercede effusi sunt, & in contradictione Core perierunt. Hi sunt in epulis suis, maculæ, conuiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quæ à ventis circunferuntur, arbores autumnales, infructosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumantes suas confusiones, sydera errantia: quibus procella tenebrarum seruata est in æternum. ‖Prophetauit autem de his Apoc. 1. b septimus ab Adam, Enoch, dicens, Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes, & arguere omnes impios, de omnibus operibus impietatis eorum quibus impiè egerunt, & de omnibus du
b Deum. ris quæ locuti sunt contra 'eum' peccatores impij. Hi sunt murmuratores, querulosi, se*Psalm .16.* cundum desyderia sua ambulantes, &‖os eo*c superba.4.* rum loquitur 'superbiã', mirantes personas
D quæstus causa. Vos autem charissimi, memo*1.Tim.4.a.* res estote verborum ‖quæ prædicta sunt ab *2.Tim.3.a.* Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui *2.Petri.3.a* dicebant vobis, quoniã 'in nouissimo tempo*d in nouissimis temporibus.* re' venient illusores, secundum desyderia sua *e impietatum.4.* ambulantes 'in impietatibus'. Hi sunt qui se*f in impietate.8.* gregant semetipsos, animales. Spiritum non habentes. Vos autem charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ 'nostræ' fidei, *g vestræ.5.* in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei seruate, expectantes misericordiam Domini nostri Iesu Christi in vitam æternã. Et hos quidẽ arguite iudicatos: illos verò saluate, de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore: odientes & eam quæ carnalis est, maculatã tunicam. Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectum gloriæ suæ im▷6. maculatos▷'in exultatione'▷in aduentu Do ▷3. mini nostri Iesu Christi', soli Deo Salua tori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omne seculum, & nunc & in omnia secula seculorum. Amen.

Apoca-

Apocalypsis Iohannis Apostoli.

S. *Iohannes in Patmos insula relegatus iubetur scribere quæ viderit septem Asiæ ecclesijs, per septem candelabra designatis, quæ vidit in circuitu filij hominis, modum describens quo hic ipsi demonstratus sit.*

CAP. I.

A APOCALYPSIS Iesu Christi quam dedit illi Deus, palàm facere seruis suis quæ oportet fieri citò: & significauit, mittens per angelũ suum seruo suo Iohanni, qui testimonium perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunque vidit. Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius: & seruat ea quæ in ea scripta sunt. tempus enim propè est. Io*Exod. 3.d* hannes septẽ ecclesijs quæ sunt in Asia. Gra
B tia vobis & pax ab eo‖qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem spiritibus quiin consp*Coloss.1.c. 2.Co.15.c. Hebr.9.d. 1.Pet.1.d. 1.Ioha.1.d Isaig.3.c.* ectu throni eius sunt, & à Iesu Christo qui est testis fidelis, ‖primogenitus mortuorũ, & princeps regũ terræ, qui dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris‖in sanguine suo, & fecit nos regnum & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & imperium in secula secu*Matt.24.c Iadæ.1.c.* lorum. Amen. ‖Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tri*Infra.21.b. 22.c.* bus terræ. etiam, amen. ‖Ego sum alpha & ω, principium & finis, dicit Dominus Deus, qui est, & qui erat, & qui venturus est, omni potens. Ego Iohannes frater vester & particeps in tribulatione, & regno: & patientia in Christo Iesu, fui in insula, quæ appellatur Patmos, propter verbũ Dei & testimoniũ Ie
C su. Fui in spiritu in dominica die, & audiui post me vocem magnã tanquã tubæ dicentis, Quod vides, scribe in libro: & mitte septem ecclesijs quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ. Et conuersus sum vt viderem vocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus vidi septem candelabra aurea:
▷.1 & in medio septem candelabrorum ▷ aureo▷'similem filio hominis, vestitum podere, & præcinctum ad mamillas zona aurea. caput autem eius & capilli erant candidi, tanquam lana alba, & tanquam nix. & oculi eius tanquam flamma ignis: & pedes eius similes aurichalco, sicut in camino ardenti. & vox illius tanquam vox aquarum mulD tarum: & habebat in dextera sua stellas septem. & de ore eius gladius vtraque parte acutus exibat: & facies eius, sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum, cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et posuit dexteram suam super me, dicens, Noli timere: ‖ego sum primus & nouissimus, & viuus, & Isa.41.b.& 44.a fui mortuus, & ecce sum viuens in secula seculorum, & habeo claues mortis & inferni. Scribe ergo quæ vidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc. Sacramentum septem stellarum, quas vidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. septem stellæ: angeli sunt septem ecclesiarum. & candelabra septem: septem ecclesiæ sunt.

S. *Iubetur Iohannes varia scribere ecclesijs Ephesi Smyrnæ, Pergami & Thyatiræ: collaudans eos qui Nicolaitarum doctrinã nõ admiserant, alios autem minis ad pœnitentiam reuocans: trepidũ quoque detestans: & vincenti præmium pollicens.* CAP. II.

▷ ET'angelo Ephesi ecclesiæ scribe, Hæc A
▷.7. dicit qui tenet septẽ stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum, Scio opera tua & laborem, & patientiã tuam: & quia non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt Apostolos esse, & non sunt, & inuenisti eos mendaces: & patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meũ, & non defeci▷.9. sti. Sed habeo aduersum te▷pauca', quod cha
B ritatem tuã primam reliquisti. Memor esto itaque vnde excideris: & age pœnitentiam, & prima opera fac. sinautem: venio tibi, & mouebo cãdelabrum tuum de loco suo, nisi pœnitentiam egeris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi. Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat ecclesijs, Vincenti dabo edere de ligno vitæ, quod est in Paradiso Dei mei. Et angelo Smyrnæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus, & viuit, Scio tribulationem tuã & paupertatẽ tuam, sed diueses: & blasphemaris ab his qui se dicũt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagõga satanæ. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce C
missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem. Esto fidelis vsq; ad mortem: & dabo tibi coronam vitæ. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesijs, Qui vicerit, non lædetur à morte secunda. Et angelo Pergami ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui habet romphæam vtraq; parte acutam, Scio vbi habitas, vbi sedes est satanæ: & tenens nomen meum, & non negasti fidem meam. Et in diebus illis Antipas testis meus

Universidad de Deusto Biblioteca

fidelis,est qui occisus apud vos , vbi satanas
habitat. Sed habeo aduersus te pauca: quia ha
Nu. 24. c. bes illic tenentes doctrinam Balaam , ||qui
docebat Balac mittere scandalum, coram fi-
lijs Israel, edere & fornicari: ita habes & tu te
nētes doctrinā Nicolaitarum. Similiter pœni
tentiam age. siquo minus: veniam tibi citò,
E & pugnabo cum illis in gladio oris mei. Qui
habet aurem, audiat quid Spiritus dicat eccle
sijs, Vincenti dabo manna absconditum , &
dabo illi calculum candidum: & in calculo,
nomen nouum scriptum , quod nemo scit,
nisi qui accipit.

Et angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe, Hæc
dicit Filius Dei , qui habet oculos tanquam
flammā ignis, & pedes eius similes aurichal-
co. Noui opera tua, & fidem , & charitatem
▷.1. ▷tuam, '& ministerium , & patiētiam tuam,
& opera tua nouissima plura prioribus. Sed
habeo aduersus te pauca: quia permittis mu-
lierem Iezabel, quæ se dicit prophêten, doce
re, & seducere seruos meos, fornicari, & man
F ducare de idolothytis, Et dedi illi tempus vt
pœnitentiam ageret: & non vult pœnitere à
fornicatione sua. Ecce mittā eam in lectum:
& qui mœchantur cum ea , in tribulatione
maxima erunt, nisi pœnitentiam ab operibus
"in morte.8 suis egerint: & filios eius interficiā "in mor-
1.Re.16. b tem,'& scient omnes ecclesiæ quia||ego sum
Psal.7.c. Iere.17.b. scrutans renes & corda: & dabo vnicuique
vestrum secundum opera sua. Vobis autem
*& dico *cæteris qui Thyatiræ estis, Quicunq;
G non habent doctrinā hanc, qui non cogno-
altitudines 5. uerunt 'altitudinē' satanæ, quēadmodum di-
cunt: non mittā super vos aliud pondus. ta-
men id quod habetis, tenete donec veniā. Et
qui vicerit & custodierit vsq; in finē opera
Psalm. 2. c. mea: ||dabo illi potestatē super Gentes, & re
▷.1. get eas in virga ferrea, ▷&'tanquā vas figuli
confringentur, sicut & ego accepi à patre
meo: & dabo illi stellā matutinā. Qui habet
aurem , audiat quid Spiritus dicat ecclesijs.

S. *Iubetur scribere ecclesijs Sardis , Philadelphiæ & Laodiceæ: errātes ad pœnitentiā minis reuocans, sed alios collaudās, & vincenti præmium pollicens: Deum dicens ad ostium pulsare, vt ingrediatur ad illū qui aperuerit.*

CAP III.

A ET angelo ecclesiæ Sardis, scribe, Hæc
dicit qui habet septē Spiritus Dei, &
septem stellas, Scio opera tua, quia no
mē habes quòd viuas, & mortuus es. Esto vi
gilans, & cōfirma cætera quæ moritura erāt.
"inueni.3. Nō enim 'inuenio' opera tua plena corā Deo
meo. In mente ergo habe qualiter acceperis
Infra.16.c 1.Tes.5.a. 2.Petr.3.c. & audieris: & serua, & pœnitentiam age. ||Si
ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam
fur, & nescies qua hora veniam ad te. Sed
habes pauca nomina in Sardis, qui non in-
quinauerunt vestimenta sua: & ambulabunt
mecum in albis, quia digni sunt. Qui vicerit, B
sic vestietur vestimentis albis, & non dele-
bo nomen eius de libro vitæ; & confitebor
nomen eius corā patre meo, & coram ange-
lis eius. Qui habet aurem, audiat quid Spiri-
tus dicat ecclesijs . Et angelo Philadelphiæ
ecclesiæ scribe, Hæc dicit Sanctus & Verus, Isaiæ.22.f.
||qui habet clauem Dauid: qui aperit, & ne- Iob.12.d.
mo claudit: claudit & nemo aperit. Scio ope-
ra tua. Ecce dedi coram te ostium apertum
quod nemo potest claudere: quia modicam
habes virtutē, & seruasti verbum meum, &
nō negasti nomen meum. Ecce dabo de syna
gôga satanæ, qui dicūt se Iudæos esse, & non
sunt, sed mentiuntur. Ecce faciā illos vt ve-
niant , & adorent ante pedes tuos: & scient
quia ego dilexi te. quoniam seruasti verbum C
patientiæ meæ, & ego seruabo te ab hora ten
tationis , quæ ventura est in orbem vniuer-
sum tentare habitātes in terra. Ecce venio ci
tò: tene quod habes, vt nemo accipiat coro-
nam tuam. Qui vicerit, faciam illum colum-
nam in templo Dei mei: & foras non egre-
dietur amplius: & scribam super eum nomē
Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ
Ierusalē, quæ descendit de cœlo à Deo meo,
& nomen meum nouum. Qui habet aurem,
audiat quid Spiritus dicat ecclesijs. Et ange-
gelo Laodiciæ ecclesiæ scribe, Hæc dicit, ||A- Ioan.14.b.
men, testis fidelis & verus, qui est principiū
creaturæ Dei. Scio opera tua, quia neque fri-
gidus es, neq; calidus. vtinam frigidus esses, D
aut calidus. sed quia tepidus es, & nec frigi-
dus, nec calidus, incipiam te euomere ex o-
re meo: quia dicis, Quòd diues sum, & locu
pletatus, & nullius egeo: & nescis quia tu es
miser, & miserabilis, & pauper, & cæcus, &
nudus. Suadeo tibi emere à me aurum igni-
tum probatum, vt locuples fias: & vestimen
tis albis induaris, vt non appareat confusio
nuditatis tuæ: & collyrio inūge oculos tuos
vt videas. ||Ego quos amo, arguo & castigo. Proue.3.b Hebr.12.b
Aemulare ergo, & pœnitentiā age. Ecce sto
ad ostium & pulso. siquis audierit vocē meā,
& aperuerit *ianuam, intrabo ad illun, & cœ- *mihi
nabo cum illo, & ipse mecum. Qui vicerit,
dabo ei sedere mecum in throno meo: sicut
& ego vici, & sedi cum Patre meo in throno
eius. Qui habet aurem, audiat quid Spiritus
dicat ecclesijs.

S. *Aperto in cœlo ostio videt sedentem in throno, & in huius circuitu vigintiquatuor seniores sedentes: &, quæ hîc describit, quatuor animalia, quæ sedentem in throno assiduè vnà cum vigintiquatuor senioribus glorificabāt.*

CAP. IIII.

Post

A POst hæc vidi: & ecce ostium apertum
in cœlo, & vox prima quā audiui tan-
quam tubæ loquentis mecum, dicens,
Ascende huc , & ostendam tibi quæ oportet
▷.7. fieri▷citò'"post hæc. "Statim'fui in spiritu: &
"Post hæc statim.3. ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem
"Et.5. sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectu, la
pidis iaspidis, & sardini: & iris erat in circui-
tu sedis, similis visioni smaragdinæ. Et in cir
cuitu sedis, sedilia vigintiquatuor: & super
thronos, vigintiquatuor seniores sedentes,
circumamicti vestimentis albis, & in capiti-
B bus eorū coronæ aureæ. Et de throno proce-
debāt fulgura, & voces, & tonitrua: & septē
lāpades ardentes ante thronū, qui sunt sep-
tem Spiritus Dei. Et in conspectu sedis tan-
quā mare vitreū simile crystallo: & in me-
dio sedis & in circuitu sedis quatuor anima-
lia plena oculis antè & retrò. Et animal pri-
mū, simile leoni: & secundū animal, simile
C vitulo: & tertiū animal, habēs faciē quasi ho
minis: & quartū animal, simile aquilæ volā-
ti. Et quatuor animalia, singula eorum, ha-
bebant alas senas in circuitu: & intus plena
sunt oculis. & requiē non habebāt die ac no
Isaiæ.6.a. cte, dicentia, ||Sanctus, sanctus, sanctus Do-
minus Deus omnipotēs, qui erat, & qui est,
& qui venturus est. Et cū darent illa anima-
lia gloriā & honorē & benedictionem seden
ti super thronū, viuenti in secula seculorū,
D procidebāt vigintiquatuor seniores ante se-
dentē in throno, & adorabāt viuentē in secu
cula secuolrū, & mittebāt coronas suas ante
thronum dicentes, Dignus es Domine De-
us noster accipere gloriam & honorem &
virtutem: quia tu creasti omnia, & propter
voluntatem tuam erant & creata sunt.

S. *Flente Iohanne quòd librum septem sigillis signatū nemo posset aperire, agnus primùm occisus illum aperuit, quo facto, quatuor animalia & vigintiquatuor seniores, cum innumera angelorum multitudine omniq́ue creatura illū maximè glorificarūt.*

CAP. V.

A ET vidi in dextera sedentis supra thro-
num, librum scriptū intus & foris, sig-
natum sigillis septem. Et vidi angelum
fortem, prædicantem voce magna. Quis est
dignus aperire librum, & soluere signacula
eius? Et nemo poterat neque in cœlo, neque
in terra, neq; subtus terram aperire librum,
neque respicere illum. Et ego flebā multùm
"Dicit.6. quoniā nemo dignus inuentus est aperire li
brū, nec videre eū. Et vnus de senioribus 'di
xit' mihi, Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu
Iuda, radix Dauid, aperire librum, & soluere
B septem signacula eius. Et vidi, & ecce in me
dio throni & quatuor animaliū, & in medio
seniorum, agnum stantem tanquā occisum,
habentem cornua septem & oculos septem.
qui sunt septem spiritus Dei , missi in om-
nem terram. Et venit, & accepit de dextera
sedentis in throno librum. Et cùm aperuisset
librum, quatuor animalia & vigintiquatuor
seniores ceciderunt coram agno , habentes
singuli citharas , & phialas aureas plenas o-
doramentorum, quæ sunt orationes sancto-
rum: & cantabant canticum nouum, dicen- C
tes, Dignus es▷Domine'accipere librum, & ▷.3.
aperire signacula eius: quoniam occisus es, &
redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni
tribu & lingua & populo & natione, & feci-
sti nos Deo nostro regnū & sacerdotes, & "re "regnabūt.8.
gnabimus' super terrā. Et vidi, & audiui vo-
cem angelorum multorum in circuitu thro-
ni, & animalium & seniorū: & erat numerus
eorum millia millium: dicentium voce ma-
na, ||Dignus est Agnus qui occisus est, acci- Dani. 7.c
pere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, D
& fortitudinem, & honorem, & gloriam, &
benedictionem . Et omnem creaturam quæ
in cœlo est, & super terram , & sub terra, &
quæ sunt in mari, & quæ in eo: omnes audi-
ui dicētes, Sedenti in throno, & Agno, bene
dictio & honor & gloria & potestas in secu-
la seculorum. Et quatuor animalia dicebant,
Amen . Et vigintiquatuor seniores cecide-
runt in facies suas: & adorauerunt ▷viuen- ▷.7.
tem in secula seculorum'.

S. *Apertis quatuor sigillis varij aduersus terram sequuntur effectus: quinto verò aperto animæ martyrum petunt accelerari iudiciū: ad sexti autem apertionem ostenduntur signa futuri iudicij.*

CAP. VI.

ET vidi quòd aperuisset Agnus vnum A
de septem sigillis, & audiui vnum de
quatuor animalibus, dicens, tanquam
vocem tonitrui, Veni, & vide. Et vidi: & ec-
ce equus albus, & qui sedebat super illum ha
bebat arcum , & data est ei corona, & exiuit
vincens vt vinceret. Et cùm aperuisset sigil-
lum secundum, audiui secundum animal, di-
cens, Veni, & vide. Et exiuit alius equus ru-
fus: & qui sedebat super illum, datum est ei
vt sumeret pacem de terra , & vt inuicem se
interficiant, & datus est ei gladius magnus.
Et cùm aperuisset sigillum tertium , audiui
tertium animal, dicens, Veni, & vide. Et ec-
ce equus niger: & qui sedebat super illum,
habebat statêram in manu sua . Et audiui B
tanquam vocem in medio quatuor anima-
lium 'dicentium, 'Bilibris tritici denario, & 'dicentē.6.
tres bilibres hordei denario, & vinum &
oleum ne læseris. Et cùm aperuisset sigil-
lum quartum , audiui vocem quarti anima-
lis dicentis, Veni, & vide. Et ecce equus pal-
lidus: & qui sedebat super eum , nomen illi

Mors,

Mors,& infernus sequebatur eũ.& data est illi potestas super quatuor partes terræ:interficere gladio fame,& morte,& bestijs terræ.Et
C cum aperuisset sigillum quintum:vidi subtus altare animas interfectorum propter verbum Dei,& propter testimonium quod habebant.
& clamabant voce magna dicentes, Vsquequo Domine,(sanctus,& verus,) nõ iudicas & non vindicas sanguinem nostrum de ijs qui habitãt in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ:& dictũ est illis vt requiescerẽt adhuc tempus modicum, donec compleatur conserui eorum, & fratres eorum qui inter-
D ficiẽdi sunt sicut & illi.Et vidi,cum aperuisset sigillum sextum: & ecce terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquam saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis:& stellæ:de cœlo ceciderunt super terram,sicut ficus emittit grossos suos cũ à vento magno mouetur : & cœlum recessit sicut liber inuolutus:& omnis mons,& insulæ de locis suis motæ sunt, & reges terræ,& principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus:& liber absconderunt se in speluncis & in petris montium.& dicunt montibus & petris,‖Cadite super nos,& abscondite nos à facie sedentis super thronum , & ab ira Agni. quoniam vẽnit dies magnus iræ ipsorum.& quis poterit stare?

Isaiæ.2.d. Osee.10.b Luc.23.di

S. Dum punienda est terra,iubentur absque nocumento seruari signum in fronte gerẽtes:qui describuntur tam ex Iudæis quam ex gentibus,benedicentes Deum: & de his qui amicti erant stolis albis. CAP. VII.

A POst hæc vidi quatuor angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ'ne flarent' super terram,neque super mare,neque in vllam arborem. Et vidi alterum angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui:& clamauit voce magna quatuor angelis, quibus datum est nocere terræ & mari,dicẽs, Nolite nocere terræ'&'mari,neq; arboribus, quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus eorum.Et audiui numerum signatorum, centũ quadragintaquatuor millia signati ex omni tribu filiorum Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben , duodecim millia signati. Ex tribu Gad,duodecim millia signati.Ex tribu Aser, duodecim millia signati.Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeon, duodecim millia signati.Ex tribu Leui,duodecim millia signati. Ex tribu Issachar,duodecim millia signati. Ex tribu Zabũlõ, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph , duodecim millia signati.Ex tribu Ben-iamin,duo-

'ne flaret ventus.4.

'neque.4.

B

decim millia signati . Post hæc vidi turbam C magnam quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus,& tribubus,& populis, & linguis:stantes ante thronum , & in conspectu Agni, amicti stolis albis,& palmæ in manibus eorũ,& clamabãt voce magna,dicẽtes , Salus Deo nostro qui sedet super thronum, & Agno . Et omnes angeli stabant in circuitu throni & seniorum & quatuor animalium : & ceciderunt in conspectu throni in facies suas,& adorauerunt Deum,dicẽtes, Amen.Benedictio,& claritas,& sapientia,& gratiarum actio,honor & virtus , & fortitudo Deo nostro in secula seculorum . Amen. Et respondit vnus de senioribus: & dixit mi D hi,Hi qui amicti sunt stolis albis,qui sunt?& vnde venerunt ?Et dixi illi, Domine mi , tu scis. Et dixit mihi, Hi sunt qui venerunt de tribulatione magna,& lauerũt stolas suas,& dealbauerũt eas in sanguine Agni. ideo sunt ante thronũ Dei, & seruiũt ei die ac nocte in tẽplo eius,& qui sedet in throno,habitabit super illos.‖nõ esurient neq; sitiẽt amplius,nec cadet super illos sol,neq; vllus æstus:quoniã Agnus qui in medio throni est,reget illos,& deducet eos ad vitæ fontes aquarũ,& ‖absterget Deus omnẽ lachrimã ab oculis eorum.

Isaiæ.49.c

Isaiæ.25.c. Infra.21.b.

S. Aperto septimo sigillo septẽ angeli cum tubis ostenduntur,effusoq; in terram igne altaris ab alio angelo fiunt variæ tempestates : similiter quatuor angelis tuba canentibus producuntur variæ plagæ aduersus homines. CAP. VIII.

ET cum aperuisset sigillum septimum, A factum est silentiũ in cœlo, quasi media hora.Et vidi septem angelos stantes in conspectu Dei : & datæ sunt illis septẽ tubæ.Et alius angelus venit,& stetit ante altare,habens thuribulum aureum:& data sunt illi incensa multa , vt daret de' orationibus ▷.2. sanctorum omnium super altare aureum , quod est ante thronum Dei'. Et ascendit fu ▷.7. mus incensorum de orationibus sanctorum de manu angeli coram Deo.Et accepit angelus thuribulum, & impleuit illud de igne al- *aureum. taris,& misit in terram,& facta sunt tonitrua B & voces & fulgura , & terræmotus magnus. Et septem angeli qui habebant septem tubas præparauerunt se vt tuba canerẽt.Et primus angelus tuba cecinit, & facta est grando & ignis,mista in sanguine,& missum est in terram,& tertia pars terræ combusta est, & tertia pars arborum cõcremata est, & omne fœnum viride cõbustum est.Et secundus ange C lus tuba cecinit:& tanquã mõs magnus igne ardens, missus est in mare, & facta est tertia pars maris,sanguis, & mortua est tertia pars creaturæ eorũ quæ habebãt animas in mari,& tertia

tertia pars nauium interijt.Et tertius angelus tuba cecinit, & cécidit de cœlo stella magna ardens tanquam facula, & cécidit in tertiam partem fluminum,& in fontes aquarum : &
D nomen stellæ,dicitur Absinthium . & facta est tertia pars aquarum in Absinthium: & multi hominum mortui sunt de aquis, quia amaræ factæ sunt.Et quartus angelus tuba cecinit:& percussa est tertia pars solis, & tertia pars lunæ,& tertia pars stellarum, ita vt obscuraretur tertia pars eorum,& diei non luce
'nox.3. 'noctis.5. ret pars tertia,& 'noctis'similiter.Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cœli,dicẽtis voce magna.Væ,væ,væ ha
*tubæ.2. bitantibus in terra: de cæteris vocibus *trium angelorum qui erant tuba canituri.

S. Quinto angelo tuba canente stella cadit,& lo custæ à fumo putei egressæ describũtur,quæ homines cruciẽt.sexto verò angelo canẽte soluuntur quatuor angeli,qui ingẽti equestri exercitu tertiã hominũ partem occidant. CAP. IX.

A ET quintus angelus tuba cecinit, & vidi stellam de cœlo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi.Et aperuit puteum abyssi: & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magnæ : & obscuratus est sol & aer de fumo putei.Et de fumo putei exierunt locustæ in terram:& data est illis potestas,sicut habent potestatẽ scorpiones terræ: & præceptũ est illis ne læderẽt fœnũ terræ,neq; omne viride,neq; omnem arborem: nisi tantum homines qui nõ habent signum
*dictum.10. Dei in frõtibus suis.& 'datũ'est illis ne occiderent eos: sed vt cruciarentur mẽsibus quin
B que.& cruciatus eorum, vt cruciatus scorpij
Isaiæ.2.d. Osee.10.b Lucæ.23.d cum percutit hominem . Et ‖ in diebus illis quærent homines mortem, & non inueniẽt eam: & desyderabũt mori , & fugiet mors ab
Sapi.16.b. eis.‖Et similitudines locustarũ,similes equis paratis in prælium:& super capita earum tanquã coronæ, similes auro:& facies earũ tanquam facies hominum.Et habebant capillos sicut capillos mulierum: & dentes earum,si-
*dentes cut *leonum erant. & habebant loricas sicut loricas ferreas , & vox alarum earũ sicut vox curruum equorum multorum currẽtium in bellum.& habebant caudas similes scorpionum:& aculei erant in caudis earum: & potestas earum nocere hominibus mensibus quinq;.& habebant super se regem angelum
C abyssi,cui nomen Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon. Latinè: habens nomen Exterminans.Væ vnum abijt.Et ecce veniũt adhuc duo væ post hæc.Et sextus angelus tuba cecinit : & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei quod est ante oculos Dei dicentem sexto angelo qui habebat tubam,Solue quatuor angelos, qui alligati sunt in flumine magno Euphrate.Et soluti sunt quatuor angeli, qui parati erant in horam & diem & mensem & annum, vt occiderent tertiam partem hominum. Et numerus equestris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerum eorum.Et ita vidi equos in visione:& qui sedebãt super eos, habebant loricas igneas , & hyacinthinas & sulphureas.& capita equorum erant tanquã capita leonum : & de ore eorum procedit ignis,& fumus,& sulphur. Et ab his tribus pla D gis occisa est tertia pars hominum , de igne & ex fumo & sulphure, quæ procedebant de ore ipsorum. Potestas enim equorum in ore eorum est,& in caudis eorum.nam caudæ eorum,similes serpentibus, habentes capita: & in his nocent.Et cæteri homines qui non sunt occisi in his plagis,neque pœnitentiam egerunt de operibus manuum suarum, vt nõ adorarent dæmonia & simulachra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea,quæ neque videre possunt,neque audire,neque ambulare, & non egerunt pœnitentiam ab homicidijs suis,neque à veneficijs suis, neque à fornicatione sua,neque à furtis suis.

S. Clamante alio forti angelo loquuntur septem tonitrua,porrò angelus iurat non amplius fore tempus, sed consummandum ad vocem septimi angeli mysterium:datq; librum Iohanni deuorandum. CAP. X.

ET vidi alium angelum fortem descen- A dentem de cœlo,amictum nube,& iris in capite eius, & facies eius erat vt sol, & pedes eius tanquam *columna'ignis.& ha- *columnæ.1. bebat in manu sua libellum apertũ: & posuit pedem suum dexterum supermare,sinistrum autem super terrã , & clamauit voce magna: quemadmodum cum leo rugit. Et cum clamassent,locuta sunt septẽ tonitrua voces suas. Et cum locuta fuissent septem tonitrua vo- B ces suas,ego scripturus eram :& audiui vocẽ de cœlo dicentem mihi , Signa quæ locuta sunt septem tonitrua:& noli ea scribere. ‖Et Dani.12.c. angelus quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manum suam ad cœlum. & iurauit per viuentem in secula seculorum, qui creauit cœlum & ea quæ in eo sunt:& terram,& ea quæ in ea sunt:& mare , & ea quæ in eo sunt,Quia tempus nõ erit amplius,sed C in diebus vocis septimi angeli , cum cœperit tuba canere, cõsummabitur mysterium Dei, sicut euãgelizauit per seruos suos Prophetas.

Et audiui vocẽ de cœlo iterum loquentem mecum,& dicentem, Vade,& accipe librũ apertum de manu angeli stãtis super mare & super terrã. Et abij ad angelum , dicens ei vt D daret mihi librum . Et dixit mihi, ‖ Accipe li- Ezech.3.a brũ,‖& deuora illum:& faciet amaricari ventrem

Universidad de Deusto
Biblioteca

trem tuum, sed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi librum de manu angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquã mel, dulce. & cum deuorassem eum, amaricatus est venter meus, & dixit mihi, Oportet te iterum prophetare Gentibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

S. Iohannes templum metiens audit prædicaturos duos testes, quos bestia à mari ascendens occidet: at illi resurgentes in cœlum ascendunt, ac terræmotu occiduntur. 7000. hominum, & ad cantum septimi angeli. 24. seniores Deo gratias agunt.

CAP. XI.

A ET datus est mihi calamus similis virgæ: & dictũ est mihi, Surge, & metire templũ Dei: & altare, & adorãtes in eo. atrium aũt quod est foris tẽplum, eijce foras, & ne metiaris illud quoniam datũ est Gentibus, & ciuitatem sanctã calcabunt mensibus quadraginta duobus: & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ & duo cãdelabra in cõspectu Domini terræ stãtes. Et siquis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorũ, & deuorabit inimicos eorum. & siquis voluerit eos lædere: sic oportet eum
B occidi. Hi habent potestatem claudendi cœlum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum: & potestatẽ habent super aquas cõuertendi eas in sanguinem, & percutere terram omni plaga quotiescunq; voluerint. Et cum finierint testimonium suum: bestia quæ ascendit de abysso, faciet aduersum eos bellum, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Aegyptus, vbi & Dominus eorum crucifixus est. Et videbunt de tribubus, & populis, & linguis, & Gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorũ non sinent poni in monumen
C tis. & inhabitantes terram gaudebunt super illos, & iocundabuntur: & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos qui habitabant super terram. Et post dies tres & dimidium, spiritus vitæ à Deo intrauit in eos. Et steterunt super pedes suos, & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnam de cœlo, dicentem eis, Ascendite huc. Et ascẽderunt in cœlum in nube: & viderunt illos ‖inimici eorum. Et in illa hora factus est terræmotus magnus: & decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terræmotu nomina hominum septem millia: & reliqui in timorem sunt missi, & dederunt gloriam Deo cœli. Væ secundum abijt: & ecce væ tertium veniet cito. Et septimus angelus tuba cecinit: & factæ sunt voces magnæ in cœlo dicentes, Factum D est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius, & regnabit in secula seculorum ▷.6. ▷Amen'. Et viginti quatuor seniores qui in conspectu Dei sedent in sedibus suis, ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deũ, dicẽtes, Gratias agimus tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam, & regnasti. Et iratæ sunt Gentes, & aduênit ira tua, & tempus mortuorũ, iudicari, & reddere mercedem seruis tuis prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuũ pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruperunt terram. Et apertum est templum Dei in cœlo: & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta sunt fulgura, & voces & terræmotus, & grando magna.

S. Quum mulier cernẽte dracone filium peperisset, raptus est ab ea filius eius ad Deum: tunc facto in cœlo prælio, lapsus draco cœpit mulieris semen persequi.

CAP. XII.

ET signum magnum apparuit in cœlo: A Mulier amicta sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim: & in vtero habens ▷ & ᵛclamabat' parturiens, & cruciatur vt pariat. Et visum est aliud signum in cœlo, & ecce draco magnus rufus, habens capita septem, & cornua decem: & in capitibus eius diademata septẽ, & cauda eius trahebat tertiam partẽ stellarum cœli, & misit eas in terram, & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cũ peperisset, filiũ eius deuoraret. Et peperit fi- B lium masculum, qui recturus erat omnes Gẽtes in virga ferrea: & raptus est filius eius ad Deum, & ad thronum eius, & mulier fugit in solitudinem vbi habebat locum paratum ᵘpascat' à Deo, vt ibi pascant' eam diebus mille ducẽ- ▷.5. tis sexaginta. Et factum est prælium ▷ magnum' in cœlo, Michael & angeli eius prælia bantur cum dracone, & draco pugnabat & angeli eius: & non valuerunt, neq; locus inuentus est eorum amplius in cœlo. Et proiectus est draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, qui seducit vniuersum orbem: & proiectus est in terram, & angeli eius cum illo missi sunt. Et audiui C vocem magnam in cœlo dicentem, Nunc facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. propterea lætamini cœli, & qui habitatis

bitatis in eis. Væ terræ & mari: quia descẽdit diabolus ad vos habens iram magnam, sciens
D quòd modicum tempus habet. Et postquam vidit draco quod proiectus esset in terram, persecutus est mulierem quæ peperit masculum: & datæ sunt mulieri alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suum, vbi alitur per tempus & tempora & dimidiũ temporis à facie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierem, aquam tanquam flumẽ: vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit terra mulierem, & aperuit terra os suum, & absorbuit flumen quod misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierem: & abijt facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt mandata Dei, & habẽt testimonium Iesu Christi. Et stetit supra arenam maris.

S. Bestia de mari ascendens septem capitum & decem cornuum decemq; diadematum cuius plagæ curatur, Deum blasphemat, & sanctos debellat: alteraq; bestia duorum cornuum de terra ascendens illi maxime fauet, cogens fieri & adorari eius imaginem, habẽriq; characterem nominis eius. CAP. XIII.

A ET vidi de mari bestiam ascendentem, habẽtem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius nomina blasphemiæ. Et bestia quã vidi, similis erat pardo, & ᵘpedes pedes eius sicut ᵘvrsi, & os eius sicut os leonis. Et dedit illi draco virtutem suã & potestatem magnam. Et vidi vnum de capitibus suis quasi occisum in mortẽ: & plaga mortis eius curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt draconẽ qui dedit potestatẽ bestiæ: & adorauerunt bestiã
B dicentes, Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cum ea? Et datũ est ei os loquẽs magna & blasphemias: & data est ei potestas facere menses quadraginta duos. Et aperuit os suum in blasphemias ad Deũ, blasphemare nomẽ eius, & tabernaculũ eius, & eos qui in cœlo habitant. Et est datũ illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi potestas in omnẽ tribum, & populum, & linguã & gentẽ, & adorauerunt eã omnes qui inhabitant terrã, quorum nõ sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, qui occisus est ab origine
C mundi. Siquis habet aurem, audiat. Qui in ca- ᵘvadet ptiuitatẽ duxerit, in captiuitatem ᵘvadit': ‖qui Gene. 9. a. in gladio occiderit, oportet eũ gladio occidi. Matt. 26. b Hic est patientia & fides sanctorum. Et vidi aliã bestiã ascendentem de terra: & habebat cornua duo, similia Agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatẽ prioris bestiæ omnẽ faciebat in cõspectu eius: & fecit terrã & habitãtes in ea, adorare bestiã primã, cuius curata est plaga mortis. Et fecit signa magna, vt etiã ignẽ faceret de cœlo descendere in terram in cõspectu hominũ. Et seducit habitãtes in terra propter signa quæ data sunt illi facere in cõspectu bestiæ, dicẽs habitãtibus in terra vt faciant imaginem bestiæ quæ habet plagam gladij, & vixit. Et datũ est illi vt daret spiritũ D imagini bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ: & ᵗfaciat' vt quicunq; nõ adorauerint imagi ᵗfaciet nẽ bestiæ, occidãtur. Et faciet oẽs pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & seruos habere characterem in dextera manu sua, aut in frõtibus suis. & nequis possit eme re aut vendere, nisi qui habet characterẽ, aut nomẽ bestiæ, aut numerũ nominis eius. Hic sapientia est. Qui habet intellectum, compu tet numerum bestiæ. Numerus enim hominis est: & numerus eius sexcẽti sexaginta sex.

S. Virgines cum agno cantantes ambulant, angelo vno Euangeliũ annuntiante, altero Babylonis lapsum, tertio vero cruciatũ eorũ qui bestiã adorarunt prædicante: porrò duo habẽtes falces iubentur, ille messem, hic autem vineam terræ demetere.

CAP. XIIII.

ET vidi, & ecce Agnus stabat supra mõ A tem Siõ, & cum eo centum quadraginta quatuor milla habentes nomen eius, & nomen Patris eius scriptum in frontibus suis. Et audiui vocem de cœlo, tanquam vocẽ aquarum multarum, & tanquã vocem tonitrui magni: & vocẽ quã audiui, sicut citharœdorum citharizantium in citharis suis. Et cantabãt quasi cãticum nouum ante sedem & ante quatuor animalia, & seniores, & nemo poterat dicere canticum, nisi illa centum quadragintaquatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui cum mulieribus nõ sunt coinquinati. Virgines enim sunt. Hi sequuntur Agnum quocunq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus primitiæ Deo & Agno: & in ore eorum non est inuentum mendacium. sine B macula enim sunt ▷ ante thronum Dei'. Et ▷.4. vidi alterum angelum volãtem per medium cœli habentem Euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terrã, & super omnem gentem, & tribum, & linguam, & populũ: dicens magna voce, ‖Timete Dominũ, Psa. 145. e & date illi honorẽ, quia venit hora iudicij eius, & adorate eum ‖qui fecit cœlum & terrã, Actu. 14. e ᵘmare & omnia quæ in eis sunt' & fontes a- ᵘe mare quarum. Et alius angelus secutus est, dicens, ‖Cecidit cecidit Babylõ illa magna: quæ à vi Isa. 21. e. no iræ fornicationis suæ potauit omnes gẽ- Iere. 15. a2 tes. Et tertius angelus secutus est illos, dicens voce magna, Siquis adorauerit bestiã & imaginẽ eius, & acceperit characterem in fronte sua, aut in manu sua, & hic bibet de vino iræ

Dei,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Dei, quod mistum est mero in calice iræ ipsius, & cruciabitur igne & sulphure in conspectu angelorum sanctorum, & ante conspectum Agni. & fumus tormentorum eorum ascendit in secula seculorum: nec habent requiem die ac nocte, qui adorauerunt bestiam & imaginem eius, & siquis acceperit characterem nominis eius. Hic patientia sanctorũ est, qui custodiunt mandata Dei & fidem Iesu. Et audiui vocem de cœlo dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui in domino moriuntur. Amodo iam dicit Spiritus, vt requiescant à laboribus suis. opera enim illorum sequuntur illos. Et vidi, & ecce nubem candidam: & super nubem sedentem similem Filio hominis, habentem in capite suo coronam aureã, & in manu sua falcem acutam. ‖ Et alius angelus exiuit de templo, clamans voce magna ad sedentem super nubem, ‖ Mitte falcem tuam & mete, quia venit hora vt metatur, quoniam aruit messis terræ. Et misit qui sedebat super nubem, falcem suam in terrã: & demessa est terra. Et alius angelus exiuit de templo quod est in cœlo, habens & ipse falcem acutam. Et alius angelus exiuit de altari, qui habebat potestatem supra ignem: & clamauit voce magna ad eum qui habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, & vindemia botros vineæ terræ: quoniã maturæ sunt vuæ eius. Et misit angelus falcem suam acutam in terram, & vindemiauit vineam terræ, & misit in lacum iræ Dei magnum: & calcatus est lacus extra ciuitatem, & exiuit sanguis de lacu vsque ad frænos equorum per stadia mille sexcenta.

S. Qui bestiam vicerant & eius imaginem ac numerum nominis eius Deum glorificant, & septem angelis habentibus septem plagas nouissimas dantur septem phialæ iræ Dei plenæ.

CAP. XV.

ET vidi aliud signum in cœlo magnũ & mirabile. angelos septem, habentes plagas septem nouissimas. Quoniã in illis consummata est ira Dei. Et vidi tanquã mare vitreum mistum igne, & eos qui vicerunt bestiam & imaginem eius & numerum nominis eius stantes super mare vitreum, habentes citharas Dei: & cantantes canticum Moysi serui Dei, & canticum Agni, dicẽtes, Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens: iustæ & veræ sunt viæ tuæ rex seculorum. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quia solus pius es, quoniam omnes gentes venient, & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. Et post hæc vidi, & ecce apertum est templum tabernaculi testimonij in cœlo: & exierunt septem angeli, habentes septem plagas, de templo: vestiti 'lapide' mundo & candido, & præcincti circa pectora zonis aureis. Et vnum de quatuor animalibus, dedit septẽ angelis septẽ phialas aureas, plenas iracundiæ Dei viuentis in secula seculorum. Et impletum est templum fumo à maiestate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in templum donec consummarentur septẽ plagæ septem angelorũ.

S. Ad septem phialarũ effusionẽ in terrã, mare, fontes, solem, bestiæ sedem, Euphratẽ & aërẽ, multæ in terra plagæ oriũtur. CAP. XVI.

ET audiui vocem magnam de templo, dicentem septem angelis, ite, & effundite septem phialas iræ Dei in terram. Et abijt primus, * & effudit phialam suam in terram, & factum est vulnus sæuum & pessimum in homines qui habebant characterem bestiæ: & in eos qui adorauerunt imaginẽ eius. Et secũdus ▷angelus' effudit phialam suã in mare, & factus est sanguis tanquã mortui: & omnis anima viuẽs, mortua est in mari. Et tertius effudit phialam suã super flumina & super fontes aquarum: & factus est sanguis. Et audiui angelũ 'aquarum' dicentẽ, Iustus es Domine, qui es, & qui eras, sanctus, 'quia' hæc iudicasti: quia sanguinẽ sanctorũ & Prophetarum effuderunt, & sanguinem eis dedisti bibere. digni enim sunt. Et audiui alterum dicentẽ, Etiã Domine Deus omnipotens vera & iusta iudicia tua. Et quartus ▷angelus' effudit phialam suã in solẽ, & datum est illi æstu affligere homines & igni: & æstuauerunt homines æstu magno, & blasphemauerunt nomen Dei habẽtis potestatẽ super has plagas, neq; egerunt pœnitentiã vt darẽt illi gloriã. Et quintus ▷angelus' effudit phialã suã super sedẽ bestiæ: & factũ est regnum eius tenebrosum & commanducauerunt linguas suas præ dolore: & blasphemauerunt Deum cœli præ doloribus & vulneribus suis, & non egerunt pœnitentiã ex operibus suis. Et sextus ▷angelus' effudit phialam suam in flumen illud magnum Euphráten: & siccauit aquam eius, vt præpararetur via regibus ab ortu solis. Et vidi de ore draconis, & de ore bestiæ, & de ore pseudoprophetæ * spiritus tres immundos in modum ranarum. Sunt enim spiritus dæmoniorum facientes signa & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnum omnipotentis Dei. ‖ Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat, & custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet, & videãt turpitudinem eius. Et congregabit illos in locum qui vocatur Hebraice Armagedon. Et septimus ▷angelus' effudit phialam suam in aerem: & exiuit vox magna de templo à throno, dicens, Factum est. Et facta sunt fulgura, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus est magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super terram, talis terræmotus, sic magnus. Et facta est ciuitas magna in tres partes: & ciuitates Gentium ceciderũt. Et Babylon magna venit in memoriam ante Deum, dare illi calicem vini indignationis iræ eius. Et omnis insula fugit, & montes non sunt inuenti. Et grando magna sicut talentum descendit de cœlo in homines: & blasphemauerunt Deum homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta est vehementer.

S. Mulier fornicaria siue Babylon variis induta ornamentis, & ebria martyrum sanguine, sedet super bestiam septem capitum & decẽ cornuum: quæ omnia hîc declarat angelus.

CAP. XVII.

ET venit vnus de septem angelis qui habebant septẽ phialas, & locutus est mecum, dicens, Veni, ostendam tibi damnationem meretricis magnæ, quæ sedet super aquas multas, cũ qua fornicati sunt reges terræ, & inebriati sunt qui inhabitant terram de vino prostitutionis eius. Et abstulit me in spiritu in desertum. Et vidi mulierẽ sedentem super bestiã coccineam, plenã nominibus blasphemiæ, habentẽ capita septẽ & cornua decẽ. Et mulier erat circundata purpura & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis, habens poculum aureũ in manu sua, plenum 'abominatione' & immunditia fornicationis eius. Et in fronte eius nomen scriptum. Mysterium: Babylon magna, mater fornicationum & abominationum terræ. Et vidi mulierẽ ebriã de sanguine sanctorum, & de sanguine martyrum Iesu. Et miratus sum cum vidissem illam, admiratione magna. Et dixit mihi angelus, Quare miraris? Ego dicã tibi sacramẽtum mulieris, & bestiæ quæ portat eã, quæ habet capita septẽ & cornua decẽ. Bestia quam vidisti fuit, & non est, & ascensura est de abysso, & in interitum ibit: & mirabuntur inhabitãtes terram (quorum nõ sunt scripta nomina in libro vitæ à constitutione mundi) videntes bestiam quæ erat & nõ est. Et hîc est sensus, qui habet sapientiam. Septẽ capita: septem mõtes sunt, super quos mulier sedet, & reges septem sunt. Quinq; ceciderũt, vnus est, ▷ & 'alius nondum venit: & cum venerit, oportet illum breue tempus manere. Et bestia quæ erat & nõ est: & ipsa octaua est, & de septem est, & in interitum vadit. Et decem cornua quæ vidisti: decem reges sunt, qui regnum nondum acceperunt sed potestatẽ tanquam reges vna hora 'accipiẽt' post bestiam. Hi vnum consilium habent & virtutem: & potestatem suam bestiæ tradent. Hi cum Agno pugnabunt, & Agnus vincet illos, ‖ quoniam Dominus dominorum est, & rex regũ. & qui cum illo sunt: vocati, & electi, & fideles. Et dixit mihi, Aquæ quas vidisti vbi meretrix sedet populi sunt, & gentes, & linguæ. Et decem cornua quæ vidisti in bestia: hi odient fornicariam, & desolatam facient illam & nudã, & carnes eius mãducabunt, & ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum vt faciant quod placitum est illi: vt dent regnum suum bestiæ, donec consummentur verba Dei. Et mulier quam vidisti: est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

S. Babylonis lapsus, iudiciũ, plagæ & vltiones: propter quas reges ac negotiatores terræ olim ipsi adhærentes amarè lugebunt: cœlum verò, Apostoli ac Prophetæ exultabunt.

CAP. XVIII.

ET post hæc vidi alium angelum descẽdentem de cœlo, habentem potestatem magnam: & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit in 'fortitudine' dicẽs, ‖ Cécidit cécidit Babylon magna: & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immũdi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis. quia de vino iræ fornicationis eius biberunt omnes gentes: & reges terræ cũ illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute diliciarũ eius diuites facti sunt. Et audiui aliã vocem de cœlo, dicentem, Exite de illa populus meus: vt ne participes sitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vsq; ad cœlum, & recordatus est 'Deus' iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius, In populo quo miscuit, miscete illi duplum. Quantum glorificauit se, & in delicijs fuit: tãtum date illi tormẽtum & luctum: quia in corde suo dicit, ‖ Sedeo regina, & vidua nõ sum, & luctum nõ videbo. Ideo in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus & fames, & igne cõburetur: quia fortis est * Deus qui iudicabit illã. Et flebunt, & plangent se super illã reges terræ, qui cum illa fornicati sunt, & in delicijs vixerunt, cum viderint fumum incendij eius: longe stantes propter timorem tormentorũ eius, dicentes, Væ, væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quoniam vna hora venit iudicium tuum. Et negotiatores terræ flebunt, & lugebunt super illam: quoniã merces eorũ nemo emet amplius, merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omne lignũ thyinũ, & omnia vasa eboris, & omne lignũ pretiosissimum, & æs, & ferro, & marmore, & cinamõmũ, * & odoramẽtorum, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ólei,& similæ, & tritici,& iumentorum, & ouium, & equorum, & rhedarum, & mancipiorum,& animarum hominum. Et poma desyderij animæ tuæ discesserunt à te: & omnia pinguia & præclara perierunt à te,& amplius illa iam non inuenient. Mercatores "hominum horum qui diuites facti sunt, ab ea longè stabūt propter timorem tormētorum eius, flentes, ac lugentes,& dicētes, Væ, væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byssо,& purpura,& coccо,& deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniam vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ: & omnis gubernator, & omnis qui in lacum nauigat, & nautæ,& qui in mari operantur, longe steterunt,& clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes, Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua: & clamauerunt flentes,& lugentes, dicētes, Væ, væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius: quoniā vna hora desolata est. "exultate super eā cœli. 7 'Exulta super eam cœlum' & sancti Apostoli & Prophetæ: quoniam iudicauit Deus iudicium vestrū de illa. Et sustulit vnus angelus fortis lapidē quasi molarē magnum,& misit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: & vltrà iam non inuenietur. Et vox citharœdum & muſicorum & tibia canentium & tuba, non audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te amplius; & lux lucernæ non lucebit in te amplius,& vox sponsi & sponsæ nō audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficijs tuis errauerūt omnes gentes. Et in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est, & omnium qui interfecti sunt in terra.

S. Sanctis de iudicio meretricis Deum glorificantibus, parantur nuptiæ Agni, & angelus à Iohanne adorari recusat: apparens autem quidam equo insidens cum exercitu, qui est verbum Dei & rex regum ac Dominus dominantium, pugnat aduersus bestiam & reges terræ ac eorum exercitus, vocatis interim auibus cœli ad edendas eorum carnes.

CAP. XIX.

POst hæc audiui quasi vocem "turbarū' multarum in cœlo dicentium, Alleluia! Laus & gloria,& virtus Deo nostro "turbarum est: quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna, quæ corripit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, Allelu-Ia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderunt seniores viginti quatuor, & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedentē super thronum, dicentes, Amen, Allelu-Ia. Et vox de throno exiuit, dicens, Laudem dicite Deo nostro omnes serui eius: & qui timetis eum pusilli & magni. Et audiui quasi vocem "turbæ' magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium, Allelu-Ia: quoniam regnauit Dominus Deus noster omnipotens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ Agni, & vxor eius præparauit se. Et datum est illi vt cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim: iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi Scribe, ‖Beati qui ad cœnam nuptiarum Agni vocati sunt. Et dicit mihi, Hæc verba Dei, vera sunt. ‖Et cecidi ante pedes eius, vt adorarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: cōseruus tuus sum, & fratrum tuorū habentiū testimonium Iesu. Deum adora. Testimoniū enim Iesu, est spiritus prophetiæ. Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat super eū, vocabatur Fidelis & Verax, & cum iustitia iudicat & pugnat. Oculi autē eius sicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa. habens nomen scriptū, quod nemo nouit nisi ipse. ‖Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & "vocatur' nomē eius, Verbū Dei. Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in equis albis, vestiti byssino albo & mundo. Et de ore eius procedit gladius *acutus: vt in ipso percutiat Gentes. ‖Et ipse reget eas in virga ferrea: & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotētis. Et habet in vestimento & in femore suo scriptum, ‖Rex regum & Dominus dominantiū. Et vidi vnū angelum stantem in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ volabāt per medium cœli, Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei vt manducetis carnes regum,& carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum & seruorum,& pusillorum & magnorum. Et vidi bestiam & reges terræ,& exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cum illo qui sedebat in equo & cū exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta: qui fecit signa corā ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestiæ, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardētis & sulphure: & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius: & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

S. Ligatum draconem siue diabolū mittit angelus in abyssum ad mille annos, quibus animæ martyrum in resurrectione prima regnabunt

bunt cum Christo: post quos solutus satanas excitabit Gog & Magog innumerum exercitum aduersus ciuitatem dilectam, sed igni cœlesti deuorabuntur: deinde apertis libris, à sedente super thronum iudicabuntur omnes mortui secundum opera ipsorum. CAP. XX.

ET vidi angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenā magnam in manu sua. Et apprehendit draconem serpentem antiquum, qui est diabolus & satanas,& ligauit eū per annos mille,& misit eū in abyssum,& clausit,& signauit super illum, vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. & post hæc oportet illum solui modico tempore. Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudicium datum est illis. & animas decollatorum propter testimonium Iesu,& propter verbum Dei,& qui non adorauerunt bestiam neq; imaginē eius, nec acceperunt characterem "eius' in frontibus aut in manibus suis, & vixerunt & regnauerunt cum Christo mille annis. Cæteri mortuorum non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui habet partem in resurrectione prima. in his secunda mors nō habet potestatem: sed erunt sacerdotes Dei & Christi: & regnabunt cum illo mille annis. ‖Et cū consummati fuerint mille anni, soluetur satanas de carcere suo, & exibit, & seducet Gentes quæ sunt super quatuor angelos terræ, Gog & Magog, & cōgregabit eos in prælium, quorum numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorum & ciuitatem dilectam. Et descendit ignis à Deo de cœlo, & deuorauit eos: & diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnum ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudopropheta cruciabuntur die ac nocte in secula seculorum. Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cœlum, & locus non est inuentus "eis'. Et vidi mortuos magnos, & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum. & dedit mare mortuos qui in eo erāt, & mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui nō inuentus est in libro vitæ scriptus: missus est in stagnum ignis.

S. Cælo ac terra renouatis, noua ciuitas Ierusalē in Agni sponsam à Deo parata ostenditur, iustis glorificatis, impijsq; in stagnū ignis detrusis: cuius ciuitatis murus & portæ ac fundamenta describuntur & mensurantur, quæ vniuersa sunt aurum ac vitrum mundum, lapides pretiosi ac margaritæ.

CAP. XXI.

ET ‖vidi cœlum nouum, & terram nouam. ‖Primum enim cœlum, & prima terra abijt, & mare iam non est. Et ego Iohannes vidi sanctam ciuitatem Ierusalem nouam, descendentem de cœlo, à Deo, paratam, sicut sponsam ornatam viro suo. Et audiui vocem magnam de throno dicentē. Ecce tabernaculum Dei cum hominibus: & habitabit cū eis. & ipsi populus eius erunt: & ipse Deus cum eis erit eorū Deus. ‖& absterget Deus omnem lachrymā ab oculis eorum & mors vltra non erit, neq; luctus, neq; clamor, neque dolor erit vltrà, "quæ' prima abierunt. Et dixit qui sedebat in throno, ‖Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi, Scribe, quia hæc verba fidelissima sunt & vera. Et dixit mihi, Factum est. Ego sum alpha & ω: initiū & finis. Ego sitienti dabo de fonte aquæ vitæ, gratis. Qui vicerit, possidebit hæc. & ero illi Deus: & ille erit mihi filius. Timidis autē & incredulis, & execratis,& homicidis,& fornicatoribus, & veneficis,& idololatris, & omnibus mēdacibus, pars illorum erit in stagno ardenti igne & sulphure, quod est mors secūda. Et venit vnus de septē angelis habētibus phialas plenas septem plagis nouissimis, & locutus est mecum, dicens, Veni, & ostēdam tibi sponsam, vxorem Agni. Et sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & ostēdit mihi ciuitatem sanctam Ierusalem descēdentem de cœlo à Deo, habentem claritatem Dei, & lumen eius simile lapidi pretioso tāquam lapidi iaspidis, sicut crystallum. Et habebat murum magnum & altum, habentem portas duodecim, & in portis, "angelos' duodecim, & nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuum filiorū Israel. Ab oriētē, portæ tres: & ab aquilone, portæ tres: & ab austro, portæ tres: & ab occasu, portæ tres. Et murus ciuitatis habens fundamenta duodecim: & in ipsis duodecim nomina, duodecim Apostolorū Agni. Et qui loquebatur mecū, habebat mensurā "arundineam' aureā, vt metiretur ciuitatem & portas eius, & murū. Et ciuitas in quadro posita est, & longitudo eius tanta est quanta & latitudo: & mensus est ciuitatem de arundine "per stadia duodecim millia, & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est murum eius centum quadraginta quatuor cubitorum, mē sura hominis quæ est angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide: ipsa vero ciuitas aurum mundum, simile vitro mundo.

Et

Universidad de Deusto
Biblioteca

F Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Fundamentum primum, iaspis: secundum, sapphîrus: tertium, calcedonius: quartum, smaragdus: quintum, sardonix: sextum, sardius: septimum, chrysolitus: octauum, beryllus: nonum, topazius: decimũ, chrisoprasus: vndecimum, hyacinthus: duodecimum, amethystus. Et duodecim portæ, duodecim margaritæ sunt, per singulas: & singulæ portæ, erant ex singulis margaritis: & platea ciuitatis aurum mundum, tanquam vitrum perlucidum. Et templum nõ vidi in ea.
G Dominus enim Deus omnipotens templũ
Isaiæ. 60. d illius est & Agnus. ‖ Et ciuitas non eget sole neque luna, vt luceant in ea, nã claritas Dei
*illuminabit illuminauit eam, & lucerna eius est Agnus.
Et ambulabunt Gentes in lumine eius: & reges terræ afferent gloriam suam & honorem
Isai. 60. b. in illam. ‖ Et portæ eius non claudentur per diem. nox enim nõ erit illic. Et afferent gloriam & honorem Gentium in illam. Non introibit in eam aliquod coinquinatum, aut abominationem faciens & mendacium: nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

S. *Lignum vitæ fluuio aquæ viuæ irrigatũ singulis mensibus reddit fructum suum: nec male dictum nec vlla nox est in ciuitate: angelus autem qui hæc cito ventura Iohanni ostendebat non vult ab eo adorari, dicitq; iustos in ciuitatem intraturos, impios autem foras eijciendos: contestatur etiam de non addendo aut minuendo ad hanc prophetiam.*

CAP. XXII.

A Et ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splendidum tanquam crystallum, procedentẽ de sede Dei & Agni. In medio plateæ eius, & ex vtraq; parte fluminis lignũ vitæ, afferens fructus duodecim, per menses singulos reddens fructum suum, & folia ligni ad sanitatem Gentium. Et omne maledictũ non erit amplius: & sedes Dei & Agni in illa erunt, & serui eius seruiẽt illi. Et videbũt
Isai. 60. d. faciem eius: & nomen eius in frontibus eorũ. ‖ Et nox vltra non erit, & non egebunt lumine lucernæ, neq; lumine solis, quoniam Dominus Deus *illuminabit illos, & regnabunt *illuminabit
B in secula seculorum. Et dixit mihi. Hæc verba fidelissima sunt, & vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarũ misit angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet fieri citò. Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Iohánes qui audiui, & vidi hæc. ‖ Et postquá audissem, & vidissem, cécidi vt adorarẽ ante pedes Supr. 19. b.
angeli, qui mihi hæc ostẽdebat: & dixit mihi, Vide ne feceris: conseruus enim tuus sum, & fratrum tuorum prophetarum, & eorũ qui seruant verba *libri huius. Deum adora. Et *prophetiæ
dicit mihi, Ne signaueris verba prophetiæ libri huius. tempus enim prope est. Qui noC cet, noceat adhuc: & qui in sordibus est, sordescat adhuc: & qui iustus est, *iustificetur *iustitiam
adhuc: & sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce faciat. 9.
venio cito: & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. ‖ Ego sum Isaiæ. 41. b
Alpha & ω, primus & nouissimus, principiũ 44. a.
& finis. Beati qui lauant stolas suas*: vt sit Supra. 1. b. 21. b.
potestas eorum in ligno vitæ & per portas *in sanguine Agni
intrent in ciuitatem. Foris canes & venefici, & impudici, & homicidæ, & idólis seruiẽtes, & omnis qui amat & facit mendacium. Ego
D Iesus misi angelum meum, testificari vobis hæc in ecclesijs. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. Et Spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit, dicat,
Isaiæ. 55. Veni. Et qui sitit, veniat ‖: & qui vult, accipiat aquam vitæ, gratis. Cõtestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius, Siquis apposuerit ad hæc: apponet Deus super illũ plagas scriptas in libro isto. Et siquis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius: auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto.

dicit qui testimonium perhibet istorum. Etiam venio citò. Amen.
Veni Domine Iesu. Gratia
Domini nostri Iesu
Christi cum omnibus vobis.

AMEN.

Hebręa, Chaldæa, Greca & Latina nomina Virorum, Mulierum, Populorum, Idôlorum, Vrbium, Fluuiorum, Montium, cæterorumque locorum quæ in Biblijs sparsa leguntur, suis quæque characteribus restituta, cum latina interpretatione: additis etiam Biblijorum locis in quibus ita scripta leguntur: qua in re interpretationem quæ in Biblijs complu ti excusis erat, ferè secuti sumus: adiecta nominibus, quorum proprij characteres ignorabantur, D litera, quæ dubiam esse interpretationem significet: Græcis verò G litera, quæ petitam esse à Græcis interpretationem admoneat.

A A

אהרן Aaron, Mons siue montanus: aut docens, siue concipiens. Filius Amran, exod. 4. d. 1 Par. 6. a.

Aaronitæ, Idem, pluralis numeri.

אסחבי Aáshai, Cõfidens in me, vel frater circundans: aut ex Hebræo & Syro, frater senectutis. Filius Machati, 2. regum. 23. d. Heb. Aháshai. per ח in secunda.

A B

אבא Abba, Pater. Syrum est. mar. 14. d. rom. 8. c. gal. 4. a.

אבדון Abádon, Exterminans, vel perditio. Abyssus, apoca. 9. c.

אבנה Abana, Lapideus, vel ædificatio: siue pater obscero nunc. Nomen fluuij Damasci, 4. reg. 5. d.

עבריים Abarim, Transitus, p.n. siue transeuntes: aut furores, vel prægnantes: aut Syriacè, frumenta. Mons est Moabitarum contra Iericho, supra Iordanem, idem ille cum montanis Arabię, in quorũ vertice est mõs Nemo in summitate Phasga, vbi Israelitæ castra fixerant. XLI. mansione Eremi, num. 21. & 33. f. morte Moysis notus, nume. 27. c. deut. 32. Testatur Hieronymus in locis Hebr. ostendi Abarim ascendẽtibus de Libyade in Hesebõ antiquo vocabulo iuxta mõtem Phogor nomen pristinũ retinentem, à quo circa eum regio vsque nunc appellatur Phasga.

Abaron, Idem, singularis numeri: vel robur, aut fortitudo. D. Filius Matathiæ filij Iogannis, 1. macha. 2. a.

עברא Abda, Seruus, aut seruitus: vel ex Hebręo & Syro, nubes ista. Pater Adoniram, 3. reg. 4. a, 2. esd. 11. c.

עברי Abdai, Seruus, aut seruitus: vel nubes abundans Pater Cis Leuitę, 2. paral. 29. c.

עבראל Abdeel, Seruus Dei, vel nubes abundantię Dei. Pater Selemiæ, iere. 36. f.

עבדמלך Abdemélech, Seruus regis, vel seruus consilij Nomen Æthiopis cuiusdam eunuchi, ierem. 38. b.

עבדנגו Abdenago, Seruus claritatis, vel seruus anxius. Nomen viri qui & Azarias dicitur, dan. 1. b.

עבדי Abdi, Seruus aut seruitus, vel nubes abundans. Filius Maloch filij Azabiæ, 1. paral. 6. d

עבדיה Abdias, Seruus Domini. Dispensator domus regis Achab, 3. reg. 18. a. Propheta idem, abd. 1. a

עבדיאל Abdiel, Seruus dei, aut nubes abũdantiæ Dei. Filius Guni è tribu Gad, 1. paral. 6

עבדון Abdon, Seruus, aut nubes iudicij. Filius Michai siue Micha, 2. par. 34. c, qui 4. reg. 22. c. Achobor dicitur. Nomen item ciuitatis, Iosue, 21. c. 1. para. 6. g. Fuit & nomen iudicis in Israel, iudic. 12. d

עבד Abed, Seruus vel operarius. Nomẽ viri, 1. esd. 8. a.

אבל Abel per א, Luctus. Ciuitas, quæ (vt Hier. inquit) duodecim à Gadaris miliaria, orientem versus distat, 1. reg. 6. d 3. reg. 15. d. 4. reg. 15. f. Est & villa in septimo Philadelphiæ lapide, vbi Iepthe cum Ammonitis manum conseruit.

הבל Abel per ה in principio, Vanitas, siue anhelitus: aut Syriacè, vapor. Filius Adam, gen. 4. a

אבלה Abela, Luctus. Nomen vrbis, 2. reg. 20. e: quæ & אבל Abel ibidem vocatur.

אבל-מים Abel-máim, Luctus aquarum. Ciuitas, quam, vt narrat historia Paralipomenon (2. para. 16. b.) rex Asa per Benhadat Syrum expugnauit. 3. regum. 15.

אבל-מחולה Abel-mehula, Luctus infirmitatis, aut luctus chori, vel tympani: siue ex Hebræo & Syro, luctus veniæ. Nomen loci, Iudic. 7. f. 3. reg. 4. b. 19 c. Hieronymus in locis Hebraicis ait vicum esse in Aulone.

אבלת שטים Abmel-satim, Luctus spinarũ, luctus declinationum, aut præuaricationum: vel vallis aut planities cedrorum imputribilium. Non procul à Iordane locus in deserto ad meridiem Moabitarum, à spinarum copia habens nomen, numeri. 33. f. Ioel. 3. Illic fuit. XLII. mansio Iudæorum.

אבן-בוהן Aben-bóen, Lapis pollicis, aut pollex, vel lapis in eis. Nomen loci, Iosue. 18. c.

אבץ Abes, Ouum, siue cœnosus, aut lineus. Nomen ciuitatis in tribu Issachar. Iosue. 19. b.

אבצן Abesan, Pater scuti, aut patris scutum vel arma aut pater frigiditatis. Nomen iudicis in Israel de Bethlehem, Iudic. 12. c.

אבשלם Abessalom, Pater pacis, siue pater consummationis, siue pater retributionis, aut patris pax, siue patris consummatio, siue patris retributio. Pater Maacha, siue Michai matris Abiam, 3. reg. 15. a: qui 2. para. 13. a. dicitur Vriel.

אבגתא Abgatha, Pater torcularis, vel patris torcular. Eunuchus Assueri regis Persarum, Ester. 1. b.

אבי Abi, Pater meus, Mater Ezechiæ regis, 4. reg. 18. a quæ. 2. para. 29. a, dicitur Abia.

אביה Abia, Pater domini, aut voluntas domini. Mater Ezechiæ. regis, 2. par. 29. a. quæ. 4. reg. 18. a. dicitur Abi. Filius Samuelis prophetæ, 1. reg. 8. a. 1. par. 6. b. Filius item Roboam, 1. para. 3. b: qui. 3. reg. 14. g. dicitur Abiam. Vxor Esron filij Phares, 1. par. 2. c. Filius item Ieroboam. 3. reg. 14. a

אבי-על בון Abi-albon, pater superintelligens, aut pater superædificans, aut ex Hebræo & Syro, pater iniuriæ. Nomen viri, 2. reg. 23. d. qui 1. para. 11. f. dicitur Abiel.

אביסף Abiasaph, siue Abisaph. pater congregans, siue pater consummans vel finiens. Filius Core, 1. paralip. 6 c. 9. c. exod. 6. d. Filius Elcanæ, 1. para. 6. b. 9. c.

אבים Abiam, pater maris. Filius Roboam, 3. reg. 14. g, & 15. a: qui Abia, 1. para. 3. b. dicitur.

אביתר Abiathar, Pater excellens, aut pater residui vel remanentis, siue pater explorationis vel contemplationis, aut pater funiculi. Filius Achimêlech sacerdotis. 1. reg. 22. d. mar. 2. d.

אביעע Abida, Pater scientiæ, vel scientia patris. Filius Madian filij Abrahæ, gene. 25. a.

אבידן Abidan, Pater iudicij: aut ex Hebræo & Syro, pater meus iste. Filius Gedeonis, nume. 1. a.

אביאל Abiel, Pater meus deus. Filius Seror, 1. reg. 9. a. Pater Ner, 1. reg. 14. g. Nomen item cuiusdam alterius, 1. paral. 11. f. qui. 2. reg. 23. d. dicitur Abi[illegible]

אביעזר Abiézer, Pater adiutorij. siue patris adiutorij, vel pater atrij, aut patris atrium. Filius Manasse, ios. 17. a vnus ex fortibus Dauid, 2. regum. 23. d. 1. paral. 7. d.

אבי-גבעון Abiga-baon, Pater collis, siue pater calicis, vel scyphi aut pater dorsi peccati. Pater Gabanon, cuius vxor Maacha. 1. paral. 8. c.

אביגיל Abigáil, Pater exultationis, vel patris exultatio. Nomen vxoris Nabal, 1. reg. 25. a. 30. a. Vxor Dauid mortuo Nabal, 1. parali. 3. a. Est & filia Naas, soror

Universidad de Deusto
Biblioteca

Saruiæ, mater Ioab,2.reg.17.g.1.paralip.2.b

אביחיל Abihail,per ח in penultima, Pater fortitudinis,aut pater exercitus, siue pater diuitiarũ, aut pater antemuralis, vel pater doloris. Pater Suriel principis Mobolitarum,nume.3.e.vbi corruptè legitur Abihaiel Vxor item Roboam filij Salomonis,2.para.11.d

אביהיל Abihail per ה in penultima, Pater luminis, vel laudis,vxor Abisur filij Semei filij Onam,1.paralip.2.b

Abilina, Lugens vel plorans, siue pater mansionis vel murmurationis. D. Nomen regionis,cui præerat Lysias à Romanis constitutus, Lucæ,3.a

אבימאל Abimael, Pater à deo vel de deo. Filius Iectan, genes.10.d

אבי-מלך Abimélech, Pater meus rex, aut pater regis vel consilij. Generale nomen est Palæsthinorum regum, perinde atq; Cæsar Romanorum imperatorũ. Rex igitur fuit Geraræ, Genes.20.a. Filius item Gedeonis, Iudic 8.g. Filius etiam Ierobéseth, 2.regum.11.c

אבי-נדב Abinadab, Pater spontaneus, aut pater vouentis vel voti:siue pater principis. Filius Isai patris Dauid, 1.regum,16.b. Filius Saul, 1.paralip. 8.d. Vide etiam 1.regum,7.a,2.regum.6.a.1.paralip.2.b,9.g.10.a.13.c

אבינעם Abinóem, Pater pulchritudinis vel iucunditatis, aut pater motionis eorum. Pater Barac ducis exercitus populi Iudæorum, iudicum,4.a

אבירם Abiram, Pater celsitudinis vel electionis, aut pater fraudis, vel proiectionis. Primogenitus Hiel reædificatoris Iericho,3.regum.16.g

אבירם Abiron, Idem. Heb. Abiram. Filius Eliab, numeri.16.a.deuteronom.11.a

אבישג Abisag, Patris ignorantia, vel patris error: siue pater apprehendens vel attingens :aut pater multiplicans. Virgo adolescentula quæ calefaciebat regem Dauid senio confectum,3.regum.1.a

אבישי Abisai, Patris munus, vel pater muneris. Filius Saruiæ sororis Abigail, frater Ioab,1. regum.26.a,2. regum. 10.c, 1. paralipomenon.2.b,11.e

אבי-שוע Abisue, Pater salutis vel exclamationis: aut pater respiciens, siue pater magnificus vel potens: Filius Phinees filij Eleazar filij Aaron.1. para. 6.a. Filius item Bela filij Beniamin filij Iacob,1.para.8.a

אבישור Abisur, Pater muri, aut pater bouis, siue pater cantantis, vel pater aspicientis, aut pater rectitudinis. Filius Semei filij Onam filij Ierameel, 1. paralipo. 2.d

אביטל Abital, Pater roris : vel ex Hebræo & Syro, pater vmbræ. Mater Sauatiæ filij Dauid,2.reg.3.a,1.par.3.a

אביטוב Abitob, Pater bonitatis. Filius Mehusim,1.pa.8.b

אביהו Abiu, Pater ipse, vel pater est. Filius Aaron filij Amram filij Caath filij Leui, exodi.6.d,1.para.6.a

אביהוד Abiud, Pater laudis vel confessionis. Filius Bela filij Beniamin filij Iacob,1.paralipome.8.a

אבינר Abner, Patris lucerna, vel patris nouale. Nomen principis militiæ Saul, filius Ner patruelis Saul, 1.regum.14.g

Abobi, Pater incantationis vel absconsionis. D. Nomen viri,1.machabæo.16.c

ἄβρα Abra, Ancilla vel famula. G.iudith.8.d

אברם Abram, Pater excelsus. Filius Chare Chaldæus. gene.11.d

אברהם Abraham, Pater multitudinis. Filius Thare, sic nominatus à Deo, cùm prius Abram diceretur, Genesis.17.a

עברון Abran, Transitus aut ira, siue imprægnatio, vel nubes ca[illegible]tici:aut Syriacè, frumentum. Nomen ciuitatis, Iosu[illegible],19.b

אבשלם [illegible]om, Pater pacis, siue pater cõsummationis, siue pater retributionis:aut patris pax, siue patris cõsummatio, aut patris retributio. Filius Dauid de Maacha,2.regum.3.a.1.paralipomenon,3.a

Absolomi, Pater pacis, siue pater consummationis vel retributionis. D. Nomen viri,1.Machab.11.g

A C

עכן Acan Tribulatio, vel stridor, aut antemurale. Filius Eser filij Seir Horræi. Gene.36.c

עקר Achar, Sterilis, siue eneruãs, aut euellens, vel truncus, Filius Ram primogeniti Ierameel, 1. parali.2.d

חסין Accain, Possessio, siue emptio, aut nidus. Nomen ciuitatis, Iosue,15.g.

עקרון Accaron, Sterilitas, siue enaruatio, aut euulsio, vel truncus. Nomen vrbis, ierem.25.e, iosue.15.f,1 regum.17.g

עקרוני Accaronitę, Steriles, siue eneruati, aut euulsi, vel trunci. Populi,1.regum.5.d

עקש Acces, Peruersus aut prauus. Pater Hira, 2.regum. 23.d,1.paralipomenon.11.f

עכו Accho, Compressus, vel confractus. Nomen vrbis. Iudicum.1.f

חקוץ Accos, Spina, vel æstas, aut tædium, seu vigilia, vel finis. Nomen viri,1. paralipomenon, 24. b,1. Esdræ.2.c

עקוב Accub, Vestigium vel supplantatio :aut prauitas, vel calcaneum, siue retributio. Filius Elioenai filij Naariæ,1.Paralimenon.3.d.9.c.2.Esdræ.8.b

אחאב Achab, Frater patris, vel fratris pater, siue arula patris, Filius Amri regis Israel,3.regum.16.f

אכד Achad, Amphora, vel hydria, aut scintilla. Ciuitas in qua regnauit Nemrod, genesis. 10. b, quę nunc dicitur Nisibis.

ἀχαΐα Achaia, interpretatur dolor vel tristitia. G. Græciæ regio & penè insula. ipsa enim Ægeo & Ionio cingitur equore, ab Isthmo incipit, de qua lege Plinium lib.4.cap.5. naturalis historiæ: Strabonem in octauo. Ptolomæum libro, 3. cap.15. Romanorum, 15.f,1, Corinthiorum,16.c

ἀχαϊκός Acgaicus, dolẽs siue tristis. G. Nomen viri,1. Corinthiorum,16.c

עכן Achan, Conterens, siue conturbans. Filius Charmi filij Zabdi filij Zaræ.Iosue.7.a.2. d:qui, 1. Paralipomenon.2.a, dicitur Achar.

עכר Achar, Conturbans. Filius Charmi filij Zabdi filij Zarę, filij Iudæ,1. paralipomenon.2.a:qui Iosue,7.a. dicitur Acham.

אחז Achaz, Apprehendens, siue possidens, aut videns. Filius Ioathan regis Iuda.4. regum, 16.a.1. paral.3.c. Qui alias Eliesér Lucæ,3.dicitur.

אכזיב Achazib, Mendax, mendacium, aut cessans, siue fluens vtique. Nomen vrbis tribus Aser, iudic,1.f: quæ Achzib iosue.19.b. dicitur.

אחיה Achia, siue Achias, frater domini. Filius Achitob fratris Ichabod, 1.regum. 14. a. Filius item Ierameel filij Esron,1.paralipemenon,2.d

Achim, Resurgens, vel confirmans, aut vindicans, vel frater eorum. D

אחימעץ Achimáas, Frater consilij, vel frater consiliarius, aut frater ex ligno. Pater Achinoã vxoris regis Saul, 1.regum.14. g. Filius item Sadoc sacerdotis, 2.reg.15.f.1.paralipomenon.6.a

אחימן Achimam, Frater præparatus, vel frater dexteræ, aut frater quid? Filius Enac, numeri,13.c

אחימלך Achimélech, Frater meus rex, aut frater regis vel consilij. Nomen viri sacerdotis, 1. regum. 21.a. Item filius Abiathar.2.regum,8.d: qui.1.paralipomenon, 18.d, Abimélech dicitur.

אחימות Achimoth, Frater mortis, vel frater mortuus, vel frater dierum. Filius Elcana,1. paral.6.b

אחינעם Achinóam, Fratris pulchritudo vel iucunditas, aut frater motionis. Nomen vxoris regis Saul,1.reg.14.g. Vxor item Dauid Iexraelitis,1.re.25.g.1.Par.3.a

Achior, Fratris lumen, aut frater ignis. D. dux filiorum Ammon, iudith.5.a

אחירם Achiram, Fratris celsitudo vel elatio, aut fratris dolus vel proiectio. Filius Beniamin, nume.26.c

Achiramitæ, Idem.p.n.nume.26.c

אכיש Achis, Vtique est, vel sic est. Rex Geth,1.reg.21.c. Filius Maoch,1.reg.27.a

אחיסמך Achisamec, Frater sustentationis vel firmitatis: aut frater coniungens. Pater Ooliab, de tribu Dan, exod.31.a

אחיטוב Achitob, Frater bonitatis. Pater Achias,1.regũ.14.a. Pater Achimélech sacerdotis,1.reg.22.b. Pater item Sadoc,2.reg.8.d,1.para.6.a.9.b

אחיתפל Achitophel, Frater ruinæ. vel frater defectus, aut

aut frater insipiditatis, id est rei insulsę. Consiliarius regis Dauid,2.regum.15.b. Pater Eliam,2.re.23.d.1.para.27.d

עכבור Achobor, Mus, vel conterens siue comprimens puteum. Filius Michai,4.reg.22.c. Pater item Bálanan septimi regis in Edom,gen.36.d

עכור Achor, Turbatio. Vallis in tribu Iuda. Iosue.15. ad septẽtrionem Iericho haud procul à Galgal. à tumultu & turbatione Israelitici populi appellationem habens, & nõ ab Achan sacrilego, qui illic lapidatus est propter anathematis furtum, Ios.7.d

עכסה Achsa, cõposita vel adornata, aut lasciuiens:siue confractio vel diruptio velaminis. Filia Caleb,1.paral.2.f. quæ ios. 15.d, & iud.1.c. Axa scribitur.

אכשף Achsaph, Veneficus, siue conterẽs vtique, aut labium vtique. Nomen vrbis in tribu Aser, Ios, 11.a. Hæc Hieronymo Chasalus dicitur in octauo lapide Diocesarię ad radicem montis Thabor in campestribus sita.

אכזיב Achzib, siue Achziba, Mendax, siue cessans, aut fluens vtique. Nomen ciuitatis in tribu Iudæ ios. 15. f.19.b, in primo capite Micheæ, d. legitur, Domos mendacij in deceptionem regibus Israel. Vbi legendum, Domos Achzib in deceptionem siue in mendacium regibus Israel.

עקרון Acron, Sterilitas, siue eneruatio, aut euulsio, vel truncus. Nomen loci, iosuæ.13.a.19.c.

A D

עדה Ada, cœtus, vel congregatio:siue ornata, vel testificans, aut transiens, vel præda:aut Syriacè, ablata. Altera vxor Lamech, gene.4.d. Vxor etiã Esau, filia Elõ, ge.36.a

אדד Adad per א, interitus, aut nubes, vel vapor, seu fons. Nomen viri,3.reg.11.c

הדד Adad per ה Sonitus aut clamor. siue celeusm a: seu mammilla vel dilectio. Filius Badad, rex Edõ quartus, genes.36.d

עדעדה Adada, Testimoniũ cœtus vel congregationis, aut testimonio ornata: vel testis trãsitus, siue prędę eius, genere fœminino: aut præda suæ prędę, vel eternitas sui testimonij. Nomen ciuitatis, ios.15.d

הדדרמון Adadremmon, Celeusma mali granati, siue altitudinis. Vrbs iuxta Iezrahelem, quę hodie vocatur Maximiano polis, zach.12.d.

עדיה Adaia siue Adaias, Testis domini, siue ornatus vel præda domini, aut transitus vel æternitas domini. Filius Ethan filij Zamma.1.para.6.c.8.b,1.esdr.10.d. Filius item Ieroham.1.para.9.d. Pater Idida matris Iosię,4.reg.22.a

אדליא Adalia, Hauriẽs siue paupertas:aut nubes vel interitus laboris. Filius Aman filij Amadatha, esther. 9.b.

אדם Adam, Homo, siue terrenus, aut rufus vel sanguineus. Nomen primi hominis creati à deo, gene.2.d, luce.3.g. Nomen etiam comune quo vocauit deus hominem & mulierem, ge.5.a. Est & nomen vrbis, ios.3.d.

אדמה Adama, Terra, aut rufa, aut sanguinea. Vrbs Pentapoleos, gene.10.c

אדמי Adami, Homo vel humanus, siue terrenus, aut rufus, vel sanguineus :aut nubes vel vapor, siue interitus aquarum. Nomen ciuitatis, quæ & Neceb dicitur, ios.19.c

הדר Adar, Pulchritudo, siue habitaculum, aut generatio. Octauus rex in Edom, ge.36.d: qui,1. par.1.d. dicitur Adad.

הדר-עזר Adar-ézer, Decor aut pulchritudo auxilij, siue habitaculum aut generatio auxilij: aut atrium pulchritudinis siue habitaculi vel generationis. Filius Rohob, rex Soba,2.reg.8.a,1.para.18.a

Adarsa, testificans solem vel surdum, aut testimonium arantis. D. Nomen loci,1.mach.7.f

Adazer, Testis vel testimonium auxilij. D. Nomẽ vrbis,1.mach.7.g

אדבאל Adbeel, Vapor vel nubes apud deũ vel cum deo: siue contristari faciens Deus. Filius Ismaelis, genes. 25.b,1.para.1.b

אדרה Addar, siue Addara, Pallium, siue potentia, aut magnitudo. Nomen ciuitatis, ios.15. a. Nomen item mensis, siue lunationis duodecimæ, quandoque integrè, & aliquando pro parte nostro respondentis Februario,1.esdr.6.c. Postremo filius Balæ filij Beniamin,1.par.8.a

Addi, Testis, vel testimonium, siue ornatus, vel transitus, aut præda. Pater Melchi patris Neri, luce. 3.f

עדו Addo, Testis, siue ornatus, aut transitus, vel præda. Filius Ioach,1.para.6.b. Pater item Barachiæ, patris Zachariæ, zach.1.a. Nomen prophetæ,2,par.9.g. Vide nehe.12.a

אדון Addon, Dominus, aut basis : vel Syriacè, auris. Nomen loci,2.esdre.7.f. qui Adon.1.esdr. 2.c. scribitur.

Addus, Nouitas, vel mensis, aut trituratio. D. Nomẽ loci,1.mach.13.b

אלחנן Adeodatus, Quod latinum est, in hebræo dicitur Elhanam, & interpretatur à deo, datus, siue gratia dei, aut misericordia vel donum dei, Filius Saltus,2. regum.21.d,1.para.20.c

Adiada, Testimonium manus, siue testimonium testimonij, aut præda manus. D.

עדיאל Adiel, Testimonium dei, siue ornatus, vel transitus dei, aut præda vel æternitas dei. Nomen principis.1.para.4. f. Filius Iezra.1.para.9.b,27.c

עדין Adin. Deliciosus, siue voluptuosus, aut ornatus: vel Syriacè, temporalis. Nomen viri, 1.esdre, 2.a. 8.a

עדינא Adina, Idem. Filius Siza,1.para.11.g

עדיתים Adithaim, Cœtus siue congregationes, aut testimonia. Nomen vrbis, ios.15.e

עדלי Adli, Testis mihi, siue ornatus mihi, aut transitus, vel præda, vel æternitas mihi. Nomen viri, 1.parali. 27.d.

אדמתא Admátha, Nubes vel vapor mortis, siue interitus mortis, vel terrestris, aut rubens. Principis nomen, esther,1.c

אדמים Adommim, Terreni, vel rufi, aut sanguinei. Nomen loci, ios.15.b,18.c

אדון Adon, Dominus, aut basis: vel Syriacè, auris Nomen loci,1.esd.2. c:qui Addon,2.esdr.7. f. scribitur.

יהוה Adonai, Beatus Hieronymus, Exod.6. pro nomine dei tetragrammaton, id est quatuor literarum, Adonai trãstulit:in alijs autem locis semper interpretatus est dominus. Notandum autem est quòd quatuor istæ literæ huius nominis, scilicet יהוה nõ sunt compactæ ad hoc vt ex eis dictio aliqua formetur, & idcirco nomen est in effabile. Licet Hebræis ineffabile reuera dici putem, quòd tunc reuelatum eis non fuerit trinitatis sacramentum, etsi literis fuerit adumbratum. Hinc exod.5.dicit deus, Et nomen meum יהוה non indicaui eis, Quod si in syllabas cogeretur, pronuntiaretúrq;, esse vel essentiam, aut generationem significaret. Nec ignorandum etiam quòd אדני adonai, domini mei numero multitudinis significat, quando scribitur eisdẽ literis & punctis quibus pronuntiatur אדני. Præterea in translatione Ghaldaica pro hoc nomine dei quod est nomẽ illud tetragrãmaton, semper ponitur triplex iod ייי quod non vacat mysterio.

אדניה Adonia, siue Adonias, Dominator dominus : aut basis domini:vel ex Syro & Hebræo, auris domini Filius Dauid ex Aggith,2.regum,3. a,1. paralipo.3.a

אדני-בזק Adoni-bézec, Domini fulgur, siue dominus fulguris, aut dominus in cõpedibus. Nomen viri, iu.1.a

אדניקם Adonicam, Dominus surrexit. Nomen viri, 1. esdr.2.a

אדנירם Adoniram, Dominus excelsus, siue dominus celsitudinis, vel elationis. Filius Abda qui erat super tributa Salomonis,3.reg.4.a

תמוז Adonis, in Hebræo est Thamuz, id est cõsumptus siue incendium, Syrum est. Nomen idóli, ezech. 8. f.

אדני-צדק Adoni-sédec, Domini iustitia, siue Dominus iustitiæ. Rex Ierusalem, ios.10.a

Ador, Generatio, vel habitatio, aut testimonium lucis vel ignis. D. Nomen loci, 1. mach. 13. c.

חרם Adoram, Decor eorum, aut laus vel confessio sublimis, siue clamor excelsus. Filius Iectã, gen. 10. d, 1. par. 18 c. 2. par. 10. d

אדרמלך Adramélech, Pallium regis, siue magnitudo vel potentia regis vel consilij. Filius Sennacherib regis, 4. reg. 19. 8, Isa. 37. g. Deus item Sepharuaim, 4. regum, 17. f

ἀδρία Adria, Nomen maris contra Rauennam, quod per ostia Padi fluuij intratur, sumpto vocabulo ab Adria proxima ciuitate, quæ idem mari nomen Adriatici dedit Strabóni in. 5. Hoc pelagus Paulus emensus est, act. 27. e

ἀδραμυτηνή Adrumetina. In Græco, Adramytena: & interpretatur sodalitas munda vel tersa. Adrumetum siue Adrumetium ciuitas est Mysiæ. Est & Adramitis insula Lyciæ, & Adrumes Adrumetis ciuitas Aphricæ. Hieronymus autem, aut siquis alius fuit author, in Catalo. locorum Acto. Apostolicorum indicat Adrumetum esse ciuitatem in Bazatio regione Aphricæ. Plinius Adrumetum vocat neutri generis. act. 27. a

עדלם Adullam, Testimonium siue ornamentum illis, aut testimonium siue ornamentum suæ miseriæ: vel translitus aut præda suæ miserię. Nomen ciuitatis, ios. 12. d. 15. e

אדרם Aduram, Pallium eorum, siue potẽtia vel magnitudo eorum: aut vapor excelsus, siue nubes excelsa: aut dolor siue interitus sublimitatis. Nomen viri qui erat super tributa regis Dauid, 2. reg. 20 g, 3. regum, 12. e

אדורים Aduram, in Hebræo Adoraim, Fortitudo vel potentia maris, aut vapor siue interitus eleuatus, vel nubes eleuata. Nomen ciuitatis ædificatæ à Roboam, 2. para. 11. b

A E

עין Aen, Oculus siue fons. Nomen ciuitatis, Iosue 15. e. 1. paralip. 4. f.

מצרים Ægyptia, Angustians, siue tribulans, gene. 16. a

מצרי מצרים Ægyptij, Angustiantes, siue tribulantes. Nume. 14. b

מצרי מצרים Ægyptius, idem. s. n. Exod. 2. b

Ægyptus, Angustię, siue tribulationes. Ægyptus, ad Occidentem Iudææ sita, Aphricæ regio est. Plinius tamen lib. 5. cap. 9. naturalis historiæ, & Pomponius Mela in primo, Asiæ attribuunt proxime Aphricam: hęc ab Oriente iungitur Assyriæ & mari rubro: ab Occidente habet Lybiam, atque Cyrenen: à meridie limitem qui Sienem ab Æthiopia dirimit, atque Oceanum: à Septentrione mare magnum, Sinúmque Arabicum & terrã ad Syriam vsque, irrigatur Nilo. authores sunt Iosephus libr. 5 cap. 11. de bel. Iudaico. Egesippus lib. 4. Inferiorem eius partem Nilus dextrã leuáq; diuisus, amplexu suo determinat. Ideóque insulam quidam dixerunt Ægyptum, ita se findente Nilo, vt triquetram terræ figuram efficiat. Ideo multi Græcæ literæ Δ vocabulo deltam appellauere Ægyptum. ita Plinius libro. 5. cap. 9. & Strabo lib. 17. Promemæus lib. 4. ca. 6. Ammia. Marcel. lib. 22. Oppida insignia. Saijs, Memphis, Siene, Bubastis, Elephantis, Thebæ, Alexandria Pelusium: testis Mela in 1. Canopus, Bolbis, Sebennis, Pathmis, Mendes, Tanis. Vide Raph. Volater. lib. 12. Geographiæ. Non est autem negligendum Ægyptum prophetis appellatam Misraim à Mesraim filio Cham, eiusdẽ appellationis. Iosephus li. 1. c. 12. antiquit. Iudaicarum Mesrim & Mesraim nomi, atim refert. Hæc quondam Aeria dicta [illegible] Eusebius in Chronicis annotauit. Adde quòd psal. 78. & 105. dicitur Ægyptus Cham, quòd eius filius Mesraim occupauerit Ægyptum.

עילם Ælam adolescens vel virgo m. g. siue occultus, aut seculum. Filius Sem, genesis. 10. c. filius item Sesac, 1. paralip. 8. c. 1. esdre. 2. a. Est & nomen regionis, Media aliás, siue Bactriana dicta. Isa. 11. c. A quo Ælamitę, principes Persidis.

Ælamitæ, Idem. p. n. gene. 14. a, act. 2. b.

Æneas, Laudatus. G. Nomen viri, act. 9. f

ἐνώς Ænon, vide Enon.

בוש Æthiopia, In Hebræo dicitur Cus: & interpretatur nigra vel nigredo. αἰθιοπία autem Græcè ardorem siue incendium significat. Æthiopum regio ab Indo flumine consurgens, iuxta Ægyptum, inter Nilum & Oceanum, & in meridie sub ipsa solis vicinitate iacet. Gẽs ipsa vniuersa primum Etheria appellata est: deinde Atlantia: mox à Vulcani filio Æthiopiæ, Æthiopia: author est Plin. historiæ mundi lib. 6. ca. 30. Multa de hac congesit Raphael Volater. li. 12. Geographię, quem consule: Similiter Ptolemæum lib. 4, cap. 7. Plinium in 5. cap. 8. vbi quoque de duabus Æthiopijs clarissimè legis. Ezech. 29. & 30. Amos 9. Nahum 3. Sophoniæ 2. Isaiæ 11. c

כושי Æthiops, Hebraicè Cusi, id est niger. αἰθίοψ, ardens siue incensus. act. 8. e. 2. para. 14. c

כושים Æthiopes, Idem. p. n. 2. para, 12. a

ציים Æthiopes, Psal. 71. b. 73. b. In Hebræo est Sijm, & interpretatur siccitates, aut naues siue trieres, siue dæmones.

כשית Æthiopissa, In Hebręo dicitur Cusith, & interpretatur nigra. αἰθιόπισσα verò, ardentem vel incensam significat. Nume. 12. a

A G

אגג Agabus, Locusta vel festiuitas patris. D. Nomen prophetæ, Act. 11. d. 21. b

אגר Agag. Tectum, vel solarium, quod scilicet est in superiori parte domus. Nomen regis Amalec. 1. reg. 15. b. esth. 3. a

אגגי Agagites, Idem. de stirpe Agag. esth. 3. a

הגר Agar, Aduena, siue peregrina, aut ruminans vel timens. Ancilla Abraham, gene. 16. a

הגרי Agarai, Aduena siue peregrinus, aut ruminans, vel timens. Nomen viri, 1. para. 11. g

הגראים Agareni, Idem. Nomen populi, 1. par. 5. b

אגא Agarenus, Idem, 1. par. 27. d

הגי Age, Vallis siue profunditas. Pater Semma, 2. reg. 23. b

חגי Aggæus, Festiuus, siue solennis, vel gyrans, Nomẽ prophetæ, agg. 1. a. Heb. Haggæus.

חגי Aggi, Idem. Filius Gad filij Iacob, gen. 46. b. Heb. Haggi.

חגית Aggitæ, Festiuitates, vel solennitates, vel gyrantes nume. 26 b. familiæ nomen, ab Aggi filio Gad.

חגית Aggith, Festiua, vel solennis, vel gyrans. Mater Adoniæ filij Dauid, 2. reg. 3. a, 1. para. 3. a. Heb. Haggith.

Agrippa, Latinum est, dictum ab eo quod ægros, id est difficiles partus faciat: vel dicitur ille qui in nascendo prius emittit pedes. Filius Herodis Agrippæ filius, inter Herodes tertij, qui occidit Iacobum, & in carcerem coniecit Petrum. act. 12. c

A H

אחלב Ahalab, Frater cordis, siue lacteus, vel lanctans, aut adeps. Nomen vrbis, iud. 1. f

אהרה Ahara, Frater redolens, aut pratum odoris. Filius Beniamin, 1. par. 8. a: qui gene. 46. c, Gera dicitur.

אהרחל Aharehel, Alter exercitus, siue nouissimus exercitus: aut alter dolor, siue nouissimus dolor: aut ouis fratris. Filius Arum, 1. par. 4. b

אחסבי Ahasbai, Confidens in me, vel frater circundans: aut ex Hebræo & Syro, frater senectutis. Filius Machati, 2. reg. 23. d

אחשתרי Ahasthari, Cursor, vel veredarius, siue festinatio turturis, aut festinatio exploratoris: siue frater qui explorat: vel ex Syro & Hebræo, princeps turturis, vel princeps explorationis. Filius Asur ex Maara, 1. paralip. 4. a

אהוא Ahaua, Essentia, sine generatio. Fluuij nomen. 1. esd. 8. f

אחז Ahaz, Apprehendens, siue possidens, aut videns. Filius Micha filij Meribbaal, 1. para. 8. d

אחזי Ahazi, Videns, siue apprehendens. Nomen viri, nehe. 11. b

אהלי Aher, Alter siue posterior, aut nouissimus. Nomẽ viri, 1. para. 7. c

Ahi

אחי Ahi Frater meus, vel fratres mei. Filius Somer, filij Heber filij Bariæ, 1. par. 7. g

אחיה Ahia siue Ahias, Frater domini. Filius Sisa, princeps exercitus Salomonis, 3. reg. 4. a, 1. par. 11. g. Pater Baasa, 4. reg. 9. b. Fuit & propheta quidam Silonites, 3. reg. 12. c

אחיאם Ahiam, Frater matris, aut frater gentis. Filius Sarar. 2. reg. 23. d: qui 1. par. 11. g, dicitur filius Sachar.

אחיקם Ahicam, Frater resurgens, vel frater vindicans. Filius Saphan, 4. reg. 22. c

אחי-עזר Ahiézer, Frater adiutorij, vel fratris adiutorium, aut fratris atriũ. Filius Ammisaddai, princeps tribus suæ Dan, nume. 1. a. 2. d. 7. e. 10. c. & 1. para. 12. a

אחילוד Ahilud, Frater natus, vel frater genitus. Pater Iosaphat illius qui erat à commẽtarijs Dauid. 2. regum 8. d

אחימן Ahiman, Frater præparatus, siue frater dexteræ, aut frater meus quid? Nomen viri. 1. Par. 9. c. 18. d. Filius Enac, Iosue 15. c, iudicum 1. b

אחי-מלך Ahi-mélech, Frater meus rex, vel frater regis siue consilij. Nomen viri de filijs Ithamar, 1. para. 24. a

אחין Ahin, Frater vini, vel fatres. Filius Semidæ filij Galaad, 1. para. 7. d. Heb. Ahian.

אחינדב Ahinadab, frater spontaneus, aut frater vouentis vel voti: siue frater principis. Filius Addo, 3. regum 4. b

אחיו Ahio, Frater eius, vel fratres eius. Filius Abigabaon, 1. para. 8. c. Filius item Iehiel, 1. para. 9. f. Filius Abinadab. 2. reg. 6. a. 1. paral. 8. b

עיון Ahion, Intuitus, aut fons, vel oculus. Nomen vrbis, 3. reg. 15. d. 4. reg. 15. f. 2. para. 16. b

אחירע Ahira, frater iniquitatis, siue frater socij, aut frater pastoris, vel fratrem confringens. Filius Enan, princeps tribus suæ Nephthali, numeri. 1. b

אחיהוד Ahiud, Frater laudis vel confessionis. Filius Salomi, princeps tribus Aser, nume. 34. d

אחיהוד Ahihud, Frater vnitatis, siue frater acuminis, aut frater ænigmatis vel gaudij. Nomen viri, 1. paralipo. 8. a

אחישר Ahisar, Frater principis, siue frater directionis vel cantici, aut frater infidians. Præpositus domus Salomonis, 3. Reg. 4. a

אחישחר Ahisahar, Frater auroræ, siue frater matutinus, aut frater niger vel nigredinis. Filius Balam filij Iadihel filij Beniamin, 1. para. 7. c

אחבן Ahobban, Frater filij, vel fratris filius siue frater intelligentiæ, aut frater ædificans, vel absconditus. Filius Abisur filij Semei filij Onam, 1. para. 2. d

אחר Ahod, Laudans siue confitens. Filius Simeonis filij Iacob, ge. 46. Heb. Ohad, qui. 1. par. 4. d dicitur Iarib.

אחוד Ahod, Idem. Filius Balan filij Iadihel filij Beniamin, 1. paral. 7. c

אחוד Ahod, Vnitas, siue gaudium, aut ænigma, vel acumen. Nomen viri, 1. para. 8. a

אחנת Ahoe, Tribulus vel spina, siue fraternitas, aut hamus. Filius Bela filij Beniamin filij Iacob, 1. para. 8. a

אחהי Ahohites, frater viuus, aut tribulus vel spina mea, 2. reg, 23. b, 1. para. 27. a

אחומי Ahumai, Pratum aquilarum, vel frater aquarum. Filius Iahath filij Subal, 1. para. 4. a

A I

איה Aia, per א, Vultur, vel heu, siue vbi est? aut insula eius. Filius Sebeõ filij Seir Horræi, gen. 36. c. 1. par. 1. c Item pater Respha concubinæ Saulis, 2. regum 3. b, 21. b

עיא Aia per ע, Aceruus. Ciuitas tribus Ephraim. 1. paralip. 7. f.

אילון Aialon, Ilex vel quercus, aut fortitudo, siue cerruus. Nomen ciuitatis constructæ à Roboam, 2. para. 11. b, 1. parali. 8. b, 2. para. 28. c. Vallis nomen, Iosue. 10. c, iudicum 1. g. Ciuitas de tribu Dan data Leuitis, iosue 21. b. Ciuitas refugij. 1. par. 6. f. Filius Sellũ filij Sadoc, 1. para. 6. a. Filius Amasai, filij Bori, 1. paral. 6. d. Fuit & altera ciuitas in tribu Zabûlon, vt iudicum 12. d. legimus iuxta Hebræum, Mortuúsque est ac sepultus in Aialon in terra Zabûlon.

Aiath, Hora, siue coaceruatio. Est ea vrbs quæ Hebræis vocatur Hai, Meminit Isaias cap. 10. g. per quã Sennacherib transijt oppugnaturus Ierusalẽ. Nehem. 7. fit eiusdem mentio.

עיא Aila, Vrbs quę Elath dicitur. Vide Elath.

עילם Ailam. Occultus, aut iuuenis, vel seculum. Filius Sesac, 1. para. 8. c

אילות Ailath siue Ailoth, Ilices, vel quercus, aut ceruæ, vel fortitudines. Nomen ciuitatis ab Ozia ædificatę, 3. reg. 9. d, 2. parali. 8. d. 26. a

עין Ain. Oculus siue fons. Ciuitas est in termino Iudæ ad Orientem, numeri, 34. quam tribus Iuda, atque Simeonis sorte accepit, Ios. 15. & 19. a, 1. paralip. 5. quæ deinceps Leuitis est tradita. Ios. 21. b. Iuxta hanc Saul produxit exercitum contra Philisthijm, 3. re. 29 Hieronymo Bedhennim dicta.

A L

אלמות Alámath siue Alámeth, Occultatio, siue iuuentus aut secula: vel super mortem. Filius Becor filij Beniamin filij Iacob, 1. para. 7. b. Filius item Iare, 1. para. 8. d. 9. f. Vide Almath.

אלקימוס Alcimus, Fortis. G. Nomen sacerdotis impij, 1. machab. 7. a

אלέξανδρος Alexander, Adiutor virorum vel auxiliator virilis, vel fortissimus. G. Nomen regis Macedonum, 1. mach. 1. a, Item alius de quo marc. 15. c. Fuit & vir qui dam qui recessit à fide, quem Paulus satanæ tradidit, 1. timoth. 1. d.

גא Alexandria, Hebraicè dicitur No, & interpretatur crudum siue irritatio, aut prohibitio. At Alexandria Græcè Latinè dicitur adiutorium virorum, siue auxilium virile vel fortissimum. iere. 46. f. Inter Ægyptum, Africam, & mare quasi clausträ posita, ab Alexandro magno condita in parte Africę, teste Plinio libr. 5. cap. 10.

אלέξανδρεῖς Alexandrini, Adiutores virorum siue auxiliatores viriles, vel fortissimi. G. act. 6. c

אלέξανδρεύς Alexandrinus, Idem. G. act. 11. f. 27. a

עלין Alian, Folia vel excelsus. Filius Sobal, 1. paral. 1. c: qui gene. 36. c, Aluan dicitur.

אλικαρνασσόν Alicarnassum, Caput maritimæ habitationis. G. Alicarnassus, Idem. G. Nomen loci, 1, mach. 15. d

Alimis, Vestibulum, vel porticus, aut fortitudo. D. Nomen ciuitatis, 1. mach, 5. c

אלון Allon, Quercus vel fortis. Pater Sephei patris Ziza, 1, para. 4. f

עלמות Almath, Occultatio, siue iuuentus, aut secula, vel super mortem. Nomen ciuitatis, 1. paralip. 6. e. Filius item Bechor filij Beniamin, 1. paralip. 7. b. Heb. Alémeth. Vide Alámath.

עלמון Almon, Occultum, aut iuuentus, vel seculum ipsius. Ciuitas tribus Beniamin, Iosue, 21. b

חלוש Alohes, Incantator, aut tacens. Nomen viri, 2. esdræ 3. e

Alphæus, Millesimus, vel doctus, aut dux. D. Pater Iacobi apostoli, matth. 10. a. marc. 2. b. luc. 6. c

עלוה Alua Ascensus eius, siue prævaricatio ipsius. Ciuitas Idumæorum, gen. 36. d.

עלון Aluan, Superior, vel excelsus: aut Syraicè, peruersus. Filius Sobal, gen. 36. c

אלוש Alus, Commissio siue consperfio. Nomẽ loci, ad quẽ descenderunt filij Israel à Daphca, ascendentes in terram Chanáan, nume. 33. b

A M

עמעד Amaad, Populus testimonij, aut populi transitus: vel præda, siue populus æternitatis. Ciuitę tribus Aser, Ios. 19. b

חמרתא Amadathi, Conturbans legem, vel mensura. Ammadátha. Pater Aman, esth. 3. a

עמל Amal, Labor, aut iniquitas. Filius Helem, 1. paralipom. 7. g

עמלק Amalec, Populus lambẽs: vel ex Hebræo & Syro, populus percutiens. Filius Eliphaz ex Thamna concubina, gene. 36. b. A quo Amalecitæ.

עמלקי Amalecitæ, Populi lãbentes: vel ex Hebræo & Sydo, populi percutientes Nomen populi, gene. 14. a. 1. reg. 30. a

aa 3 Ama-

Universidad de Deusto
Biblioteca

אמם Amalecites, Idem. ſ.n.1.regum,27.c

Amam, Mater ſiue timor eorum, aut vlna ſiue cubitus eorũ. Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda, Ioſ.15.d

חמן Aman, Conturbans, aut tumultuans, ſiue præparans. Nomen principis, eſther.3.a

אמנה Amana, Fides, ſiue veritas, aut credulitas, vel nutrix. Fluius Damaſci, qui & Abana dicitur, 4.reg.5.d. Eſt & mõs Cilicię, qui & Amanus dicitur, in quo oppidum Bonite eſt. hic à Syris (vt Plinius inquit libro.5.cap.22.) Ciliciam ſeparat. Huius mentio fit Cantic.4.c

אמריו Amaria ſiue Amarias, Dicit Dominus, aut celſitudo domini: vel ex Syro & Hebræo, Agnus domini. Pater Godoliæ patris Chuſi patris Sophoniæ prophetæ, Sopho.1.a, Filius item Meraioth filij Zaraiæ, 1.paralip.6.2.a.para.31.c

עמשא Amaſa, Populus parcens, ſiue populum tollens, vel populum eleuans. Filius Abigail ſororis Dauid, Cuius Amaſæ pater, Iether dicebatur, 2.reg.17.f.1. para.2.b. Filius item Hadali, 2.paralip.28.b

אמציו Amaſai, per א in prima, Fortis vel robuſtis. Filius Bani filij Somer, 1.para.6.d.

עמשי Amaſai per ע in prima, populi munus, vel cum munere. Filius Elcana filij Ioel filij Azariæ, 1.para.6.c.12.c.15.c. Pater item Mahath, 2.para.29.d

אמציה Amaſia, ſiue Amaſias, Fortitudo domini. Pater Ioſa principis, 1.paralip.4.f. Filius Elciæ filij Amaſai, 1.paralip.6.d. Nomen item ſacerdotis, amos,7.c. Deniq; rex Iuda filius Ioas filij Ochoziæ filij Ioram filij Achab, 4.reg.14.a,1.paralip.3.c

עמסיה Amaſias, Onus domini. Filius Zechri, 2.parali.17.d

עמשסי Amaſſai, Populi conculcatio. Nomen viri, 2. eſdræ. 11.b

אמיתי Amathi, verax, ſiue timens, aut cubitus, vel famulatus. Pater Ionæ prophetæ, 4.reg.14.f

Amathitis, Idem. D.

חמלך Amélech, Rex, ſiue conſiliarius. Pater Ioas, 3.reg. 22.d.2. parali.18.f. Fuit & alter quidam, de quo Ieremiæ.36.f.38.b

אמן Amen, Fiat, efficiatur, vel firmum ſit. deut.27.c,1. corint.14.c

אמי Ami, Mater, aut timor, ſiue cubitus: vel Syriacé, gens. Nomen viri, 1.eſd.2.c

אמינדב Aminadab, Populus ſpontaneus, ſiue populus voluens, aut populi princeps. Filius Ram, filij Eſron filij Phares, 1. par.2.b. Pater item Nahaſſon principis tribus Iuda, Num.1.a.1.para.2.b.ruth.4. d.

המוטל Amital, Calor roris, aut indignatio roris: vel ex Hebræo & Syro, caloris ſui vmbra. Mater Ioachaz filij Ioſiæ, 4.reg.23.f. Mater item Sedeciæ fratris Ioachaz, 4.reg.24.d

עמיזבד Amizabad, populi dos vel dotatio. Nomen viri, 1. para.27.a

עמה Amma, Obſcurata ſiue cooperta: aut populus eius, ſiue cum ea Ciuitas in tribu Aſer, Ioſue, 19.b

עמונים Ammanitæ, Populares.

עמונית Ammanites, Idem. ſ.n.2.eſd.a.b.2.mach.5.a

Ammanitis, Popularis. f.g.3.reg.14.f

הממת Ammath, ciuitas quæ & Emath. Vide Emath. Ioſue, 19.c

עמיאל Ammaum, Populus, abiectus, ſiue populus obſcuratus. D. Nomen ciuitatis, 1.mach.9.c

Ammiel, Populus dei, ſiue mecum deus. Pater Bethſua matris Salomonis, 1.para.3.b: quæ & Bethſabee dicta eſt. Filius item Gemalli, numeri, 13.a. Pater Mach[illegible] de Lodabar, 2.regum, 9.a.1. paralipomenon, 26.a.

עמישדי [illegible]dai, Populus omnipotentis, ſiue mecum omnipotens, aut mecum deuaſtator. Pater Ahiézer principis tribus Dan, nume.1,a

עמיהוד Ammiud, Populus laudis vel confeſsionis, ſiue mecum laus vel cõfeſsio. Pater Eliſama principis tribus Ephraim, nume.1.a. Pater item Samuil principis tribus Simeon, nume. 34.d. Pater item Tholomai, 2.reg.13.g.1.para.9.a

עמיהור Ammiur, populus libertatis vel foraminis, ſiue populus albedinis.

עמון Ammon, Populus eius. Viri nomen, 1.reg.11.c. & 14.g. Iſaiæ, 11.d

בן עמי Ammon, in 19.g, geneſeos, legendum Ben-ammi: quod interpretatur filius populi mei. Filius Lot ex filia ſua minore.

עמוני Ammoni, Popularis. Ciuitatis nomen, 2.regum, 23.d

Ammonitæ, Idem. p.n.

מעונים Ammonitę, 2. paralipomenon, 26. a. vbi dicitur, Et contra Ammonitas: interpretatur habitacula, ſiue afflicti, aut delinquentes, vel reſpondentes. Heb. Meonitæ.

עמי Ammonites, Popularis.

עמונית Ammonitides, Populares, f.g.3.reg.11.a.

עמנית Amonitis. Popularis, f.g.2.para.24.g

אמנון Amnon, Fidelis aut verax, ſiue nutritius, vel pædagogus, aut matris filius. Primogenitus Dauid, ex Achinoam vxore, 2.reg.3.a.1. paral.3.a. Filius Simonis, 1.para.4.c

עמוק Amoc, Vallis, aut profunditas. Nomen viri, 2. Eſdræ.12.a

אמון Amon, Fidelis, aut verax, ſeu artifex, vel nutritius, aut pædagogus. Filius Manaſſe, rex Iuda, 4. reg.21.d. 1.paralipomenon, 3.c.2.paralip.33.d, Ierem.1.a, 25.a, ſopho.1.a. matth.1.b. Princeps item Samariæ ciuitatis, 3.regum, 22.d, 2.par.18.f. Tertius quidam, de quo nehem.7.f

חמונה Amona, Numerans ſiue præparãs, aut multitudo eius ſiue tumultus eius: vel Syriacè, veritas. Vrbs in terra Iſrael verſus mare mortuum, quod eſt in parte orientali Iudææ, iuxta quam Gog ſepultus iacet. Ezechie, 39.d

אמורי Amorrhæi, Amari, aut rebelles, vel loquaces. Nomen popoputi, trans Iordanem habitantis ad orientem Iudææ, gen.15.d.

Amorrhæus, Idem ſ.n. Filius Chanáan, geneſis, 10.c

אמוץ Amos, per א in principio, Fortis vel robuſtus Pater. Iſaię prophetæ, iſa.1.a

עמוס Amos, per ע in principio, Oneratus, vel onerans. Propheta vnus ex duodecim, amos, 1.a

המצה Amoſa, Iurgium, vel adinuentio, ſiue azymum aut compreſsio. Nomen ciuitatis, Ioſue, 18.d

Amphipolis, Vallata vel circundata ciuitas. G. Ciuitas Macedoniæ, per quam etiam Paulus profectus eſt, de qua Volaterranus libro. 8. Geographiæ: primum Nouenuiæ appellata. Stephanus Cradennã & Ariadraonum antiquitus vocatam dicit. Alia eiuſdem nominis in Syria apud Euphratem à Seleuco condita, quam Turmedam Syri vocant. Hæc Raphael Volaterran. lib.8. titulo De Macedonia. Act. 17.a

ἀμφίπολις

Ampliatus, Latinum eſt, à verbo amplio ampliaſ Paulo amiciſsimus hic fuit, rom.16.b

עמרם Amram, Populus excelſus, vel manipulus eorum aut cum excelſo. Filius Caath filij Leui, exod.6.c,1. para.6.a,23.b.

Amramitæ, Idem. p.n.1.para.26.c.

אמרי Amri per א Amarus, vel loquens, ſiue exaltatio: aut Syriacè, aries. Pater Zacchur, nehem.3.a

עמרי Amri, per ע Manipulus, vel dominium, ſiue populus rebellis vel amarus. Princeps miliciæ ſuper Iſrael, rex tandem conſtitutus, 3.reg.16.d, mich.6.d. Pater Athaliæ matris Ochoziæ filij Ioram, 4. reg.8.g. Filius Bechor filij Beniamin filij Iacob, 1.para.7.b

אמרפל Amraphel, Loquens ruinam, aut loquens occultũ, vel loquens iudicium. Rex Sennaar, gene.14.a

אמצי Amſi, Fortis vel robuſtus. Nomen viri, 2.eſdr.11.b

המתאל Amthar, Species, ſiue forma, vel figuratus, vel depictus, ſiue mortẽ maledicens. Nomen loci, ioſ.19.a

A N

ענה Ana reſpondens vel cantans, ſiue affligens, vel pauper. Pater Oolibama vxoris Eſau, gene.36.a. Filius item Sebeon filij Seir Horræi, Gen.36.c.1. para.1.c

ענה Ana, Commotio vel motus. Nomen idoli, 4.reg. 18.g.19.c.iſa.37.c

ענב Anab, Vua: aut Syriacè, nodus. Nomen ciuitatis ſiue

ſiue montis, Ioſue, 11.d, 15.f

אנחרת Anaharath, Ariditas, aut incenſio, vel ira, ſiue hinnitus, aut raucedo: vel Syriacè, ſuffocatio. Ciuitas in tribu Iſſachar, ioſue, 19.b

עגמלך Anamélech, Reſponſio aut canticum regis, ſiue afflictio vel paupertas regis vel cõſiliarij. Deus Sepharuaim, 4.reg.17.f

עגמים Anamim, Fons ſiue oculus aquarum: aut reſponſio vel afflictio, ſeu canticum aquarum. Filius Meſraim, gene.10.b

ענן Anan, Nubes, ſiue augurium, aut diuinatio. Nomen viri, nehem.10.a

ענני Anani, nubes, ſiue auguratio aut diuinatio. Filius Elioenai filij Naariæ, 1.para.3.d

ענניה Anania, ſiue Ananias, Nubes domini, aut diuinatio domini. Nomen vnius dncis regis Oziæ, 2. paralipomen. 26.b. Nomen etiam ciuitatis, in qua filij Beniamin habitarunt poſt Babylonicam captiuitatem, 2.eſdr.11.d. Nomen item viri cuiuſdam, de quo actorum, 5.a

ענת Anath, reſponſio, ſiue canticum, aut afflictio, ſiue paupertas. Pater Samgar iudicis Iſrael, iudicum 3.d

ענתיה Anathoth, Idem. p.n. Ciuitas quæ tribus miliaribus diſtat à Ieruſalem, iſa.10,g ioſue 21.b. Item filius Bechor filii Beniamin filii Iacob, 1.para.7.c

Iuxta. 11. d.

ענתתיה Anathothia, Reſponſiones, vel cantica domini, aut afflictiones, vel inopiæ domini. Filius Seſac, 1. paralipomen, 8.c

ענתתי Anathothites, Reſponſio, ſiue canticum: aut afflictio ſiue paupertas. Iere.29.f.

ἀνδρέας Andreas, Virilis, vel fortiſsimus. G. Nomen Apoſtoli, matth.4.c.10.a. qui ante vocationem ſuam diſcipulus erat Iohannis Baptiſtæ, iohan.1.f.

ἀνδρόνικος Andronicus, Vir victorioſus. G. Nomen viri, 2.macchab.4.e, rom.16.a

ענם Anem, Reſponſio aut canticum eorum, ſiue afflictio vel paupertas eorum: aut Syriacè, ouis eorum. Nomen ciuitatis, 1.para.6.g

ענר Aner Reſponſio aut canticum lucernę, ſiue affligẽs lucernam. Frater Mambræ, gene.14.b. Nomen item ciuitatis in tribu Manaſſe, 1. paral.6.f

Ange, Gratiæ, ſiue miſericordiæ vallis. D.

עני Ani, Reſpõſio ſiue canticum, ſiue afflictus vel pauper. Nomen ſacerdotis, 1.paral.15.b

עניה Ania, Reſponſio aut canticum domini, ſiue afflictus vel pauper domini. Nomen viri, 2.eſdr.8.a

אניעם Aniam, Ego populi, ſiue nauis populi, aut dolor, ſiue fortitudo populi. Filius Samidæ filij Galaad filij Machir filij Manaſſe. 2.paral.7.d

ענים Anim, Reſpondentes ſiue cantantes, aut afflicti ſiue pauperes. Nomen ciuitatis, ioſue, 15.f

חנה Anna, Gratioſa, ſiue miſericors, aut requieſcens, vel donans. Altera vxor Elcanę, 1. regum. 1.a Heb. Hanna. Nomen item prophetiſſæ cuiuſdam filiæ Phanuel, de qua Luc.2.e

Annas. Affligens, vel humilians, aut reſpondens. D. Nomen pontificis Iudæorum ſoceri Caiphæ etiam pontificis, iohan.18.c, lucæ.3.a, act.4.a

ענוב Anob, Vua: aut Syriacè, nodus. Filius Cos, 1.paralipomenon, 4.b

Antilibanus. Exceſſus mons ad ſeptentrionem Iudææ ex aduerſo Libani. de quo Plinius lib.5.cap.20. à quo omnis regio ſupra Libanum ad orientalẽ plagam reſpiciens, Antilibanus appellatur, citra regionem Damaſci quæ cecidit in ſortem tribus Manaſſe. quibuſdam videtur non eſſe montem proprium à Libano, ſed iugum aut cornu in occaſum Brumalem protenſum, iunctũ huic circa Cæſaream Philippi: tanta verò magnitudine, vt mons proprius iuſtè appellari poſsit.

ἀντιοχεῖα Antiochia, Pro vehiculo, vel curru, id eſt loco currus: ſiue contra vehiculum vel currum. G. Antiochiæ, duę ſunt clariſsimæ ciuitates: altera Syriæ Cœles, aliàs Emat, zac.9.a, dicta. in hac diſcipuli primum cœperunt dici Chriſtiani, act.11. in qua Barnabas & Paulus ſunt ordinati, act.3. De hac multa Procopius libro.1.de bello Perſico, Strabo in. 15. Altera Piſidæ prouinciæ, de qua Plin. in. 5. cap. 27. Strabo libr. 12. in hac Paulus & Bernabas prædicarunt, act. 13. gal. 2

ἀντιοχεύς Antiocheni, Idem. p.n. G.

ἀντιοχεύς Antiochenus, Idem, ſ.n. G. act.6.b

ἀντιοχος Antiochus. Idem quod Antiochia. G.

ἀντιπᾶς Antipas, Pro omnibus, vel contra omnes. G. apo. 2.d

ἀντίπατρος Antipater, Pro patre, vel contra patrem. G. Filius Iaſonis, 1.mach.12.c

Antipatris, Palæſthinæ ciuitas nunc diruta, quam Herodes rex Iudææ ex patris ſui Antipatris nomine vocauerat. de hac Raphael Volater. libro. 11. Geographiæ, ad hanc Paulus ductus eſt captiuus. act.23.g

A O

אהו Aod, Laudans, ſiue confitens. Filius Gera filij Iemini, Iudicum 3.b

A P

ἀπάμεια Apamea ſiue Apamia, Expellens vel abigens, G.

אפרנו Apedno, Ornamentum eius, ſiue ira iudicij eius. Nomen loci, Dani.11.g

ἀπελλῆς Apelles, Expellens vel abigens. G. Vir commendatus à Paulo, Rom.16.b

חפרה Aphara. Vacca, ſiue frugifera, aut accreſcens, ſiue irritans. Vrbs tribus Beniamin, ioſue 18.d

אפר Apharſathachæi, diuidentes, ſiue dilacerantes pauones. Populi nomen, 1.eſd.4.b

סתבריא Apharſachęi, Diuidentes, ſiue dilacerantes, 1.eſdr. 5.b.6.b

אפרסבריא Apharſæi, Idem. Populi, 1.eſd.4.d

אפרסיא

אפק Aphec, ſiue Apheca, Pelagus vel fortitudo, aut vigor: vel Syriacè, exitus. Vrbs in tribu Iuda, ioſue.12. d. Terminus Amorrhæorum ſupra Iordanem in ſorte tribus Ruben, ioſ.13.f. Hieronymo in locis Hebraicis vſque ad ſuam ætatem, Caſtellum grande Apheca nomine, iuxta oppidum Palæſthinæ. Vrbs prętera in tribu Aſer, ioſue 19.b. iudicum 1.f. iuxta vicum Eſron ciuitatis Iezrael. vbi dimicauit Saul in ſorte Aſer: & vbi Philiſthijm contra Iſrael poſuerunt caſtra, 1.regum. 4.a. & 29.a. eo loci Benadab rex Syriæ vincitur, 3.regum. 20.d

אפיח Aphia, Flans, vel exufflans, ſiue loquens, aut illaqueans. Filius viri gemini, 1.reg.9.a

Aphrica iuxta Geographos, maxime Plinium in prologo tertii, tertia orbis pars eſt inter Aſiam & Europam ad Auſtrum ſita, incipiens ab Ægypto, & in Gaditano freto definit, in qua populi habitant Mauri, Getuli, Numidæ, Garamantes, & Carthago vrbs. Mare quo cingitur Aphrica, à Septentrione Libicum à meridie Æthiopicum, ab Occidente Atlanticum dicimus: teſtis Pompo. Mela lib.2. vide Plinium lib. 5. cap.4. hiſtoriæ mundi. Strabo libro. 2. geographiæ. Hęc Aphrica eadem quoque Libya dicitur, Plinio teſte in prologo quinti. Cuius regionis Nahum. 3. fit mentio, & alibi ſæpe in ſcripturis.

פול Aphrica, iſa.66.f. in Hebræo dicitur Pul: & interpretatur caſus vel ruina, aut faba.

פוט Aphrica, nahum.3. in Hebræo eſt Put: & interpretatur craſſa vel pinguis. Syrum eſt.

חפצץ Aphſes, Comminuens, vel eripiens, aut aperiens, aut deſtruens. Nomen viri. 1. Paralipomenon, 24.b

ἀποκάλυψις Apocalypſis, Reuelatio. G. Apoc.1.a

ἀπολλῶς Apollo, Perdens, vel deſtruens. G. Vir quidam Alexandrinus, act.18.f

ἀπολλοφανης Apollóphanes, Perditionem, vel deſtructionem oſtendens. G. Nomen viri, 2.mach.12.g

ἀπολλωνία Apollonia, Perditio vel deſtructio. G. Ciuitas Macedoniæ, per quam Paulus profectus eſt, act.17. a. Achedoro tãtum fluuio à Theſſalonica diuiſa. Volater. lib.8. geograph. Eſt & altera in pronincia Aphricæ quæ dicitur Pentapolis.

ἀπολλώνιος Apollonius, Perdens vel deſtruens. G. Nomen viri quem occidit Iudas Machabæus, 1.Machab.3.a

ἀπολλύων Apollyon, Exterminans, vel perdens, aut deſtruens. G. Apoc.9.c

Universidad de Deusto
Biblioteca

ἀπόστολος Apoſtolus, Miſſus. G. Sic vocauit illos Chriſtus quos miſit ad prædicandum euangelium ſuum. luc. 6. c

אפים Apphaim, Vultus vel facies. aut furores, ſiue nares, vel piſtores. Filius Nadab filij gemei filii Onam, 1. paralipomen. 2. d.

ἀπφία Apphia, Producens vel pullulans. G. Nomen fœminæ, ad Phile. a

Apphus, Indignationis conſilium, aut volans conſilium, vel ſcrutator. D. Filius Matathię filii Iohannis, 1. Machab. 2. a

Appij forum, Hieronymus putat fuiſſe nomen fori Romani ab Appio quondam conſule appellatum: à quo & via Appia cognominata fuerit. Verum Appij forum oppidum fuit longius à Roma quàm Aricia diſtans. quod Horatius lib. 1. Serm. Saty. 5. oſtendit his verbis,

Egreſſum magna me excepit Aricia Roma
Hoſpitio modico, rhetor comes Heliodorus,
Græcorum linguæ doctiſsimus, inde forum Appi
Differtum nautis, cauponibus atque malignis. Ad

hanc vrbem Paulus venit, quum duceretur Romã, act. 28. d

A Q

אבות Aquæ ductus, Heb. Amma, Collis in tribu Beniamin, iuxta Giath & Gabaon, vbi Aſael frater Ioab conſoſſus fuit ab Abner. 2. regum. 2. f

Aquila, Latinum eſt, Vir Iudæus ex Ponto, act. 18. a

A R

ער Ar, Suſcitatio, ſiue vigilia: aut euacuatio, vel denudatio, ſeu ciuitas, aut æmulus. Principalis vrbs Moabitarum, ad Arnon ſita, deut. 2. b. d. f. iſa. 15. a. nume. 21. d. & f.

הרא Ara, Mons, aut Prægnans, ſiue demonſtratio. Vrbs Aſſyriorum, cuius meminit liber primus paral. 5. d. Hieronymus in quæſt. Heb. ipſam Rages eſſe ſcribit Medorum ciuitatem, de qua Tobiæ. 1.

ארא Ara, Maledicens, aut videns. Filius Iether. 1. paralipomen. 7. g

הרחס Araas, Ira vel calor confidentiæ ſiue protectionis. Pater Thecue patris Sellum mariti Oldæ prophetidis, 4. regum. 22. c. Heb. Harehas, qui 2. Paralipome. 34. c. dicitur Haſra.

ארב Araba, Inſidians, vel multiplicans: aut feneſtra ſiue locuſta, Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ. 15. f

Araba, Idem. D. Nomen viri, 1. mach. 15. d

Arabathane, Inſidiatio ſortis, aut feneſtræ vel locuſtæ fortitudo vel donum: aut multiplicatio fortitudinis vel doni. D. Nomen ciuitatis, 1. mach. 5. a

ערבים Arabes, Veſpertini, aut fideiuſſores, ſiue ſuaues, aut campeſtres, vel corui, aut ſalices, vel miſtiones, 2. par. 26. a

שבא Arabes, pſal. 71. In Hebræo eſt Saba, id eſt conuerſio. ſiue captiuitas, aut canities, vel ſeſsio, act. 2. b

ערב Arábia, Veſpera, aut veſpertina, vel fideiuſsio, ſiue ſuauitas: aut coruus, ſiue coruina, ſeu deſertum, vel ſalix, aut commiſtæ. Regio Aſiæ maioris inter Iudeã & Ægyptum, Caſsio monte nobilis, quem Sinam eſſe affirmant. De hac plura Plinius libro. 5. capite. 11. & libro. 6. capite 28. Ptolemæus li. 5. cap. 17. Strabo li. 16. Pomponius Mela in 2. Hæc Hieronymo authore gentes habet multas, Moabitas, Ammonitas, Idumeos, Sarracenos, aliósq; quam plurimos. Ezechiel. 27. huius fit mentio. Arabum regionem triplicem fecit Ptolemæus, Petreã Arabiam eam nominat, quæ ſupra Palæſthinam ad Caſſum montem & mare rubrum accurrit. Nomen habet à Petra vetuſtiſsimo oppido. Hanc Arabiam Strabo in. 16. Nabatheam vocat. Altera Arabia deſerta, quæ Fœlici à meridie, à Septẽtrione Syria & Meſopotamiæ parte finitur, vt Ptolemæus libro. 5. capite. 19. ſcribit. hanc Sceniten, & Arabas illic Scenitas, id eſt vagos Nomades, & in tabernaculis habitantes nominant. Plinius lib. 5. cap. 11. & 24. & Strabo libro. 16. Tertiam Ptolemæus libro. 6. cap. 8. Fœlicem nominat, diuitem & beatæ cognomine inclytam, quę peninſulę forma inter Perſicum & Arabicum ſinum in meridiem tenditur. de qua plura Pomponius Mela lib. 3. Geograph. Græcis (vt habet ille) εὐδαίμων appellatur, id eſt fœlix, quòd ſit thurifera, odores creans: hæc aliâs Sabea dicta eſt, iob. 1. pſal. 72. In hac Paulus prædicauit, galat. 1.

שבא Arábia, pſal. 71. in Hebræo eſt Saba, id eſt conuerſio, ſiue captiuitas, aut canities, vel ſeſsio.

עבות Araboth, Cataractæ ſiue feneſtræ, aut inſidiæ, vel locuſtæ. Nomen ciuitatis, 3. reg. 4. a, 2. par. 9. d

ערבי Arabs, Veſpertinus, aut fideiuſſor, vel ſuauis, ſiue campeſtris, aut coruus, vel ſalix, ſeu myſtio. 2. eſdr. 2. d

עקי Aracæus, Neruus: aut Syriacè, fugitiuus. Filius Ghanáan, gene. 10. c. qui Arcas oppidum condidit, cõtra Tripolim in radicibus Libani ſitum.

ארך Arach, Longitudo, ſiue medicina, vel ſanitas. Ciuitas in qua regnauit Nemrod, geneſ. 10. b. Hanc & Edeſſam vocari teſtatur Hieronymus.

ארבי Arachites, Longus vel procerus: ſiue ſanans, aut medicina, 2. reg. 15. g

ערי Arad, Onager: aut Syriacè, draco. Ciuitas Amorrhęorum ad ſortem Iuda pertinens, ad auſtrum ſolitudini Cades vicina, in qua habitauerunt filij Obab ſoceri Moyſi in medio Iſraelis. Refert Hieronymus in locis Hebraicis vſque ad ſuam ætatem oſtendi villam ab oppido Malatis, quarto lapide, ab Hebron. 20. nume. 21. a. iud. 1. d

ארדי Aradius, Maledictionis abundantia, aut deſcendẽs vel imperans. Filius Chanáan, gene. 10. c

ארוד Aradius Ezech. 27. b, Imperans, aut deſcendens

Arado, Stupor, aut tremor, ſiue deſcenſio, vel dominium. D. Nomen loci, 1. mach. 15. d

ארם Aram, Celſitudo, aut ſublimitas, ſeu decipiens, aut maledictio eorum. Filius Sem, geneſis, 10. d. à quo Armenij ſiue Syri Græcis, geneſis, 22. d. nume. 23. a, 1. par. 2. c. Vide Syria. Filius item Somer filij Heber, 1. para. 7. g

רם Aram, In Hebræo Ram, filius Eſron filii Phares. ruth, 4. d. matth. 1. a. & luc. 3. g. interpretatur excelſus, vel ſublimus, aut proijciens.

ארמה Arama, Excelſa. ſiue ſublimis: aut vermis, ſiue proijciens. Ciuitas tribus Nephthali, ioſ. 19. c

חרן Aran, Mons, ſiue montanus, aut prægnãs, ſiue concipiens, vel cantans, aut præco. Filius Thare patris Abraham, gene 11. d, 1. par. 23. a

ארן Aran, Arca, ſiue exultans, aut maledictio eorum. Filius Diſon filij Seir, & filius Ieramеel primogeniti Eſron, geneſis, 36. c, 1. para. 1. c. 2. c, vbi dicitur, Et Buna & Aran.

תרפה Arapha, Medecina, ſiue relaxatio, aut gigantiſſa, vel montis os, ſ. ab ore, aut mons hic. 1. in hoc loco. Nomen viri, 2. reg. 21. c

ארט Ararat, Maledictio tremoris: aut ex Hebræo & Syro, maledictio ſiue lux currentis. Eſt regio armeniæ, aut ipſa Armenia, 4. reg. 19. ge. iſa. 37. ge. Mons eſt iuxta Boccatium maioris Armeniæ.

הרדי Arari, ſiue Ararites, Montanus.

ארדי Ararites, Maledictus, ſiue maledicens, 2. reg. 23. d

Arbattis, Fideiuſſor, vel ſuauis, aut miſtus, vel veſpertinus, ſiue planities. D. 1. macha. 5. c. ſcribe Arbathis.

Arbathites, Idem, 2. reg. 23. d

ערבתי ארבע Arbee, Quatuor, ſiue accubatio. Nomen ciuitatis, quæ & Hebron & Mambre dicitur, gene. 23. a. 35. d

Arbella, Suſcitatio vetuſtatis, ſiue inſidians ei, vel multiplicans eam, ſiue locuſta eius. D. Terminus Iudæ, ortum ſolis aſpiciens, de quo Hieronymus in locis Hebraicis, Eſt vſque hodie vicus Arbel trans Iordanem in finibus Pellæ ciuitatis Palæſthinæ. Et alius hoc vocabulo in campo prægnandi diſtans ab oppido legionis millibus nouem. Hæc Hieronymus. Strabo lib. 16.

ארבי Arbi, Locuſta, vel feneſtra: ſiue inſidiator, aut multiplicans. Nomen loci, 2. reg. 23. d

ἀρχέλαος Archelaus, Princeps populi. G. Filius Herodis illius qui innocentes occidit, rex Iudææ, matth. 2. d

עטרות Archi-ataroth, Longitudo coronarum vel circulorum, aut ſanitas vel cicatrix coronarum vel circulorum. Nomen loci, Ioſ. 16. a. limes terrę Ioſeph.

ἀρχίππος Archippus, Princeps, vel præfectus equorum. G. Nomen viri, coloſ. 4. d. ad philem. a

ἀρχιτρίκλινος Architriclinus, Princeps triclinij, id eſt trium menſarum. G. iohan. 2. b

ארדון Ardon, Imperans, ſiue deſcendens, aut maledictionis iudicium. Filius Caleb ex Azuba vxore, 1. paralipomenon, 2. c

ארה Area, Via, ſiue ſemita, aut viator vel odorans, ſiue annona, id eſt diurna portio. Nomen viri, 1. eſdr. 2. a 2. eſdr. 6. d

חרבת Arebba, Magna, ſiue multa, aut proijciens, vel litigioſa, ſiue mons in ea. Nomen ciuitatis, ioſ. 15. g.

חרסיו Arecon, Vacuus ſiue mons lamentationis: vel mõs poſſeſsionis. Nomen ciuitatis, ioſ. 19. c

ארך Ared, Imperans, ſiue deſcendens. Filius Beniamin. geneſis. 46. c

ארה Aree, Via, ſiue ſemita, aut viator, vel odorans, ſiue annona, id eſt diurna portio. Filius Olla, 1. paralipomenon. 7. g

אראלי Areli, altare, ſiue lux dei, aut viſio dei. Filius Gad filij Iacob, gene. 46. b. qui & Ariel dicitur.

ἀρεοπαγίτης Areopagita. De colle Martis. G. act. 17. g

ἄρειος πάγος Areopagus, Collis Martis. G. Authore Stephano de vrbibus promontorium Athenis clariſsima Græciæ vrbe fuit, in quo iudicia necis ferro factæ exercebantur: ſic appellatus, quaſi dicas vicum Martis. nam & Iuuenalis Curiam Martis apella. qua de re Auguſtinus lib. 8. de ciuitate dei, cap. 10. Valerius Max. lib. 2. cap. 1. de inſtitutis antiquis. Vnde & Areopogitæ iudices ſeueriſsimi ac innocentiſsimi dicti ſunt.

ἄρετας Aretas, Virtuoſus, aut placidus. G. Socer Herodis Tetrarchæ, Arabiæ Petreæ & Damaſcenæ ciuitatis dominus. 2. mach. 5. b, 2. corint. 11. g.

ארונה Aréuna, Arca, vel canticum, ſiue exultatio: aut lux noſtra, ſiue maledictio nunc. Viri nomen, 2. reg. 24. c. qui, 1. par. 21. c. dicitur Ornan.

ארגב Argob, Gleba, vel glarea, aut maledictio putei vel dorſi, ſiue lux altetudinis. Nomen regionis Baſanitidis, deutro. 3. b. 3. regum, 4. b. 4. regum, 15. e, quæ in ſortem dimidiæ tribus Manaſſæ cecidit. vocata terra Raphaim.

ארדי Aridái, Leo abundans, aut maledictionis abundantia. Filius Aman filij Amadatha, eſth. 9. b

אריהא Aridátha, Leonis lex, ſiue maledictionis lex vel ritus. Filius Aman filij Amadatha, eſth. 9. b

אריה Arie, Leo, ſiue lux domini. Nomen loci, 4. reg. 15. e

Ariel, Altare, ſiue leo dei, aut lux dei. Cap. 29. a. Iſaiæ, accipitur pro ciuitate Ieruſalem, in qua erat altare holocauſti. In 43. e, vero Ezechielis, altare holocauſti ſignificat. Et item nomen viri, 1. paralipomenon, 11. c

אריאל Ariel, Altare, ſiue lux dei, aut viſio dei. Nomen viri, nume. 26. b

ארילי Arielitæ, Idem. p. n. nume. 26. b

Arimathæa, Leo mortuus domino, vel lux mortis domini. D. Nomen ciuitatis, matt. 27. g. Vide Ruma.

אריוך Arioch, Longus vel procerus, ſiue ſatietas vel ebrietas tua, aut leo tuus. Rex ponti, gene. 14. a

אריסי Ariſai, Sponſus: aut Syriacè, colonus, ſiue venenum. Filius Aman filij Amadatha, eſther, 9. b

ἀριστάρχος Ariſtarchus, Optimus princeps. G. Nomen viri. Macedonis Theſſalonicenſis, act. 19. f. 27. a. coloſſen. 4. b

ἀριστόβουλος Ariſtobolus, Optimus conſultor, vel optimum conſilium. Magiſter Ptolemæi, 2. mach. 1. b. Roma. 16. b

Armageddon, Mons euangelij vel euangelizationis, aut mons pomorum, vel fructuum, ſ. electorum D. Nomen loci, apoca. 16. d

ארוס Armenia, Hebraicè dicitur Ararat: & interpretatur maledictio tremoris: aut ex Hebræo & Syro, maledictio ſiue lux currentis. Nomen regionis, ſuper cuius montes requieuit arca Noe. gene. 8. a. Dicitur & Aram, ab Aram filio Sem.

Armenij, Idem.

ארמוז Armon, Malum granatum, vel mõs numerationis, aut mons prępparationis, ſiue mons doni ſiue muneris. Nomen montis, amos, 4. a

ארמוני Armoni, Aula, ſiue palatium, aut maledictio numerationis, vel præparationis, aut luminis munus. Filius Saul ex Reſpha, 2. regum. 21. b.

ארנז Arnan, Exultans, ſiue arca eorum, aut lux filij: vel lux aut maledictio permanens vel æterna. Filius Raphaię filij Ieſeiæ filij Phaltiæ, 1. para. 3. d.

ארנון Arnon, Idem Fluuius eſt Moabitarum, qui Ioſepho lib. 4. antiquit. Iudaic. cap. 4. de montibus Arabiæ fluit, ac per totam ſolitudinem labens in Aſphaltiten lacum erumpit, ſe iungens Moabitidem & Ammonitida. Hieronymo verò eſt rupes excelſa in limite Amorrhæorum & Moabitarum. Num. 21. c. deut. 2, e. g. Ioſue, 12. & 13. c. Iudicum. 11. c. Ieremiæ, 46. Eſt etiam Arnon ciuitas Moabitarum & deinceps Seon regis Amorrhęorum. Numeri, 12. Ioſue, 12.

ארוד Arod, Imperans ſiue deſcendens. Filius Gad filij Iacob, nume. 26. b

ערד Arod, Onager: aut Syriacè, draco. Filius Beriæ, 1. paralip. 8. b

הרודי Arodi, Imperantes ſiue deſcendentes. Filius Gad filij Iacob, gene. 46. b

Aroditæ, Idem. nume. 26. b

Arodites, Idem. 2. regum, 23. d. vbi nunc Arietes legimus iuxta quorũdam exemplarium hebraicorum lectionem.

ערש Aroer, Myrica, ſiue ſuſcitatio vigiliæ aut vigilia vigilię, vel denudatio pellis, aut denudatio æmuli. Vrbs Moabitarum ſita ſuper ripam torrentis Arnon, extructa à filijs Gad. Deu. 2. Ioſ. 12. & 13. c. Ier. 46. Eſt cõtra Rabbath, Ioſue. 13. c. ceſsit tribu Gad, Iudic. 11. fit eius mentio, 1. Reg. 30. g. 2. regum, 24. Nume. 21. 32. 33. 4. Reg. 10. Alia eſt in agro Damaſceno, cuius meminit Iſaias cap. 17. a

Arorites, Montanus. 1. para. 11. f

הדד Arphad, Lux redemptionis, aut ſternens, ſcilicet aliquid ad reclinandum. Nomen inſulæ in Phœnicia ſita non longe à Damaſco, Plinius lib. 5. cap. 31. Pompo Mela libr. 1. Ezech. 27. Iſaiæ, 10. b: 4. Regum. 18. g. & 19. Iere. 49.

ארפכשד Arphaxad, Sanans vel laxans quaſi deprædationem aut quaſi mammillam: vel laxans aut ſanans ſicut dæmon. Filius Sem, geneſ. 10. c, Lucæ, 3. g. á quo Chaldæi.

ארצא Arſa, Terra, ſiue voluntas, aut curſus, ſiue maledictionis exitus. Nomen præfecti ciuitatis Tharſæ, 3. regum, 16. c

ἀρσάκης Arſaces, Eleuans ſcutum, aut eleuatio ſcuti. G. Nomen viri, 1. Mach. 15. d

ארתחשש שתא Artaba, Genus eſt menſuræ, Danie. 14. a. D.

Artaxérxes, Lumen ſiue maledictio, ſilẽtium vel feſtinationem ponens, aut feruor lætitiæ. Generale nomen eſt (vt Lyrano, & Metaſtreni Perſæ placet) regum Perſarum, quemadmodum Cæſar, Romanorũ imperatorum, 1. eſd. 4. b

ארתחשש סתא Artaxérxes, Luminis ſiue maledictionis ſilentium vel feſtinationem perſuadens, aut feruor direptionis eſd. 4. d. 7. & 8. nehem. 25. & 13.

ἀρτεμᾶς Arteman, Integer, vel incolumis, aut ſanuſtus. G. Nomen viri, tit. 3. c

הרום Arum, Excelſus ſiue ſublimis, aut ſ[illegible] proijciens. Pater Aharehel, 1. para. 4. b

A S

אסא Aſa Medicus aut ſanans, Syrum eſt. Filius Abiam regis, 3. reg. 15. b. 1. paralipome. 3. c. Filius item Helcana, 1. para. 9. c

עשהאל Aſael, Fecit deus, ſiue factura dei. Filius Saruiæ, 2. regum, 2. d. Frater item Ioab, 2. regum. 23. d. 1. para. 2. paralip. 31. c

Aſaia,

Universidad de Deusto
Biblioteca

עשיה Asala, Fecit dominus, siue factura domini. Seruus Iosiæ regis, 4.reg. 22.c. Nomen item principis, 1.par. 4.f.6.c.9.a.15.a

חצללפוני Asalelphuni, Vmbra vel submersio vultus, aut sonitus vel tinnitus vultus. Filia Etam, 1. paralipomenon, 4.a

אצליהו Asalia, Prope dominum, siue ablatio vel separatio domini. Pater Saphan scribæ, 4.reg. 22.a

עשן Asan, Fumus, aut fumigans. Nomen ciuitatis, iosue, 15.f.19.a.1.reg.30.g.1.para.4.e.f.& 6.e

חסנאה Asana, Rubus: aut Syriacè, inimicus. Pater Oduia, 1.para.9.b.

אסה Asaph, Congregans, siue colligens, aut finiens. Filius Barachiæ filij Samua. 1.para.6.c. Pater item Zechri. 1.para.9.c

אסר-חדן Asar-haddon, Ligans acumen, vel lætitiam: aut Syriacè, prohibens nouitatem vel vnitatem. Filius Sennacherib, qui post eum regnauit, 4.regum, 19.g. isa.37.g

Asaramel, Beatitudo populi dei, aut vestigium circuncisionis. D. Nomen loci, 1.mach.14.d

אשראלה Asarela, Beatitudo dei, aut intuens fortem vel quercum, siue gressus dei. nomen viri, 1.para.25.a

חצבים Asbaim, Damulę, vel pulchritudines, siue militię. Nomen viri, 2.esd.7.e

אשבל Asbel, Ignis vetustatis, aut ignis defluens vel decidens. Filius Beniamin, gen.46.c. qui 1.para.7. b. Iadiel dicitur.

אשבלי Asbelitæ. Idem.p.n. Nume.26.e.

אשקלון Ascalon, Appensio vel statera, siue ignis infamiæ. Ciuitas ampla Palęsthinæ, siue vt Iosephus habet. lib.5.cap.3. Iud. antiquit. superioris Idumææ quã Iudas expugnauit, Iudic. 1. Vbi Sãson triginta viros percussit, Iud.14. quæ à conditore Ascalo Hymenei filio id nominis Stephano teste, inuenit. Hæc secundum Egesippum libro.3. cap. 4. septingentis viginti stadijs ab Ierosolyma distat. De qua Volater. libr.11. Geog. Ios.13. Ierem.25. Amos, 1. Soph. 2. Zach.9. Ab hac reguli Philisthinorum Ascalonitæ appellantur, Iudic.3.

Ascalona, Idem. D.1.mach.10.g

אשקלני Ascalonitæ, Idem.p.n. Populi nomen, iosue, 13.a

אשבנז Ascenez, Ignis quasi distillans, vel quasi aspergens Filius Gomor, gene.10. a. Populi item quos Græci Rheginos vocant, iere.51.c, secundum Iosephum. Eusebio autem, gentes sunt Gothicæ.

מעלה-עקרבים Ascensus scorpionis, Heb. Maale-acerabbim, Locus tribus Iudæ, iosue, 15. a. Iud.1. de quo Hieronymus in locis Hebraicis: qui confinium Amorrhæorũ Acrabitenen dictum refert.

הצבים Asebaim, Damulę, siue pulchritudines, aut militiæ. Nomen viri, 1.esd.2.c

אשרות Asedoth, Effusiones, siue decliuia, aut campestria, vel deprædationes. Nomen regionis, & ciuitatis in tribu Ruben, vrbs Amorrhæorum. Iosue. 10. g.12. a.13.c

אצל Asel, Prope, aut iuxta, siue ablatio vel separatio. Filius Elasa, filii Rapha, 1.para.8.d.9.g

עצם Asem, Os ab osse: aut fortitudo: aut clausura, scilicet oculorum: vel lignum eorum. Nomen ciuitatis, iosue.19.a

עצמנה Asemona, Os nunc, ab osse: siue fortitudo nostra, vel clausura nostra, siue lignum vel consilium numerantis vel præparantis. Vrbs tribus Iudę, ios, 15.a

אסנה Asena, periculum, siue infortunium, vel rubus. Nomen viri, 1.esd.2.c

אשנה Asena, Mutatio, vel duplicitas, aut dormitatio, signis [illegible]. Nomen vrbis in tribu Iuda, Ios. 15.e

אסנפר Asenaphar, Periculum siue infortunium tauri, aut periculi incrementum. Nomen viri, 1.esd.4.b

אסנת Asneth, Periculum siue infortunium. Filia Phutipharis vxor Iosęph, gene.41.f.46.c

אסיר Asir, Vinctus, siue incarceratus: aut Syriacè, prohibitus. Filius Iechoniæ filij Ioacim filij Iosiæ, 1.para. 3.c. Filius item Core, 1.para.6.b

Asmodæus, Destructor, vel dissipator, aut delicti abundantia, vel peccatum abundans, siue ignem mę surans, D. Nomen dęmonij, Tob.3.b

אסנאה Asnaa, Rubus, aut Syriacè, inimicus. Nomen viri, 2.esd.3.a

Asphar, Plasmatio onagri, aut festinatio tauri. D. Nomen loci, 1.mach.9.d

אשפנז Asphenez, Pharetra asperfionis vel distillationis, siue magus aspersus. Præpositus eunuchorum regis Nabuchodonosor, Danie.1.a

אצ Asom, Festinatio eorum, siue ieiunans. Sextus filius Isai, 1.paral.2.b. Filius item Ierameel primogeniti Esron, 1.paral.2.d

עם Asom, Os, ab osse, vel fortitudo: siu e clausura, scilicet oculorum: aut lignum eorum. Nomen ciuitatis 1.para.4.e

Asor, Vide Hasor.

אסרחדן Asorhaddan, Ligans acumen vel lętitiam: aut Syriacè, prohibens vnitatem vel nouitatem. Rex Assur, 1.esd.4.a

עשת Asoth, Faciens, vel factura, aut tineæ. s. vestimentorum. Filius Iephlat filij Heber, 1.para.7.g

אשראל Asrael, Beatitudo dei, vel intuitus fortis, aut gressus dei. Filius Ialeleel, 1.para.4.c

אזראל Asriel, Idem. Filius Galaad filii Machir filii Manasse, nume.26.d. qui Ios.17.a Esriel dicitur.

אחשורש Asrielitę, Idem.p.nume.26.d

חצרים Assem, Nomen, vel nominatus, siue positio vel positus. Nomen viri, 1.para.11.g

Assedim, Venationes, aut insidię, vel latera: aut Syriacè destructiões. ciuitas in tribu Nephthali, ios.19.c

Assidæi, Milui, vel herodii, aut venantes, vel insidiantes, D. Genus hominum inter Iudęos, 1. macha. 7.b, 2.mach.14.a

Asson, Appropinquatio vel approximatio. G. Cõ- ἄσσον plures sunt huius nominis vrbes. Vna Lyciæ ciuitas maritima in edito sita promontorio, adeo vt parum tutum sit accedere. Vnde iocus Nicostrati citharœdi, Asson eas vt citius ad exitii terminos peruenias. Altera in Æolide. Tertia in mysia. Quarta in Lydia. Quinta in Epiro minore, Cleantis philosophi patria quæ eadem & Apollonia sit dicta, suffragante & Plinio in.5.cap.30. hanc postremam Paulus adnauigauit, act.20.c, &.27.c

חשם Assuerus, Princeps & caput. Pater Darii regis Medorum

dorum. dan.9.a,1. esdre. 4. b. Heb. Ahassuerus. Hic à Metasthene Persa Artaxerxes Assuerus vocatur.

אשור Assur, Insidians, siue beatus, aut aspiciens, vel gradiẽs. Filius Sem, gene.10.c. de terra Sennaar egressus. gene.10.b. isa.7.c

אשורי Assuri, Beatitudo aut intuitus, vel gressus. Ciuitas in tribu Aser, 2.reg.2.b

אשורים Assurim, Insidiantes, siue beati: aut aspicientes, vel gradientes. Filius Dedan filij Iecsan, gene.25.a

Assyrij, Idem. Heb. Assurim Assyrii post Euphratem loca tenẽt, amne tantum à Babylonijs diuisi. Herodotus eosdem populos cum Syris esse dicit. sed à Græcis Syros, à Barbaris Assyrios vocari. In Assyria autem fuerunt X V I I I regna, tam ampla & potens regio fuit. Lege Raphalem Volater. lib.11. Geograph. Strabonem lib.16. Geographiæ.

אשרי עשחורת Assyrius, Idem. s.n.

Astaroth. Greges, siue diuitiæ: aut faciens explorationem, seu tinea legis. Vrbs in campestribus Moab in dimidia tribu Manasse, Og regis Basan regia. deut. 11.os.9.& 12.& 13. gigantum terra quos Chodorlaho mor interfecit, gen.14.a. in supercilio Sodomorum sita, postremo Leuitis concessa, 1.para.6.f. Fuit & Deus Palæsthinorum, Iosephus lib.6.ca.14. Iudaic. antique testis, quem sustulerunt Iudæi. Samuelis iussu, 1. regum.7.a. Est & alius quem adorauit Salomon, 4. regum.25. vbi עשחרת legitur: à Græcis ἀστάρτη dictum. Vide Astarte.

עשתרתי Astarothites, Greges, siue diuitiæ, aut faciens explorationem, siue tinea legis. 1.para.11.g.

עשתרת Astarte, Idem. Nomen deæ Sidoniorum, quam colebat Salomon, 3.regum.11.a. De qua & 4.regum.23. c. fit mentio, quo in loco Astarte legendum esset pro Astaroth.

ἀστυάγης Astyages, Ciuitatis ductor, vel dux. G. Rex Persarum Dani.13.g.

ἀσύγκριτος Asyncritus, Incomparabilis. G. Viri nomen, rom. 16.b

A T

אטד Atad, Ramnus, siue spinetum. Locus trans Iordanem, vbi exequias atque planctus peregerunt filij Israel super morte Iacob, tertio ab Iericho lapide, duobus milibus à Iordane, qui locus dictus est postea Plãctus Ægypti, genes. 50.b. Nunc Beth-hagla, quod interpretatur locus gyri, eo quòd ibi more plangentium circuieruut in tunere Iacob. Hieronymus in locis Hebraicis.

עטרות Ataroth, Coronæ siue calamus inebritationis, vel saturitas: aut ex Syro & Hebræo, consilium inebritationis vel saturitatis. Ciuitas in tribu Gad, numeri.32.a.g. Est & altera Ataroth-sophan. Vide Roth.

עטרות-אדר Ataroth-addar, Coronæ siue calamus inebritationis vel saturitatis pallii siue potentiæ aut magnitudinis. Ciuitas in tribu Ephraim. iosue 16. b. 18.b.

עטרה Atara Corona. Altera vxor Ierameel primogeniti Esron filij Phares filij Iudæ, 1.para.2.d

אטר Ater, Sinister, vel clausulus. Nomen viri, 1. esdre. 2.b.

עתר Athach, Hora tua, siue tempus tuum. Nomen ciuitatis, 1.reg.30.g

אתר Athach, Percutiens, vel humilians, aut subijciens. Nomen eunuchi, esther 4.b

עתיה Ataaias, Hora vel tempus domini. Nomen viri, 2.esd.11.a

עתלי Athali, Hora mea, siue tempus meum vel mihi. Nomen viri, 1, esd.10.d

עתליהו Athalia, Hora vel tempus domino. Mater Ochoziæ filij Ioram regis Iudæ, filia Amri regis Israel, 4. regum.8.f.g.

אתני Athanai, Fortis siue Asininus, aut donans. Filius Zara filij Adaia, 1.para.6.c

עתר Athar, Oratio, aut deprecatio. Nomen ciuitatis, iosue, 19.a

Ἄθηναι Athenæ, Sine cumulo: vel ab Athena, id est Minerua, Mineruales. G. Ciuitas Achaiæ, philosophiæ dicata studijs & idolorum cultui, vbi Paulus etiã Christum prædicauit, act.17.d. huius vrbis Piræus portus (cuius Terentius in Eunucho meminit) septemplici muro quondam communitus fuisse describitur. Athenæ hodie sub Turcæ imperio sunt, à Barbaris corrupto vocabulo. Sethniæ vocantur, Raphaele Volate. lib.38. Paralipomenon authore.

Athenienses, Idem. G. act.17.f. Ἀθηναῖοι

Athenobius, Mineruæ arcus. G. Nomen viri, 1.machab.15.e Ἀθηνόβιος

אתרשתא Athárfatha, dissoluens fundamentum, vel cõtemplans fundamentum vel potum: siue turturis fundamentum: aut ex Hebræo & Syro, contemplans annum vel tempus. Filius Achelai, 2.esd. 10. a. de quo & 1.esd.2.d.8.b

חמטא Atmatha, Lacerta vel stellio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, Iosue, 15.f. Heb. Humeta.

Attalia, Augens, vel nutriens. G. Ciuitas Pamphyliæ maritima à Ptolemæo Philadelpho ædificata, iuxta Raphaelem Volater. lib.10. Geograph. quam Paulus & Barnabas pertransierunt, act.14.d Ἀτταλεία

Attalus, Auctus siue nutritus. G. Nomen viri, 1. machab.15.d Ἄτταλος

A V

עוה Aua, Iniquitas. Nomen idoli, 4.regum.18.g.19.c. isa.37.e.

Augustus, Latinum est, vel ab augurio dictus, vel (vt alij volunt) ab augendo. Romanorum Imperator secundus, patre Octauio senatore genitus, Cæsaris nepos, imperauit annos.56. Hic cum quadragesimo secundo anno imperij sui firmissimam verissimámque pacem composuisset, Christus Dominus in Bethlehem natus est: cuius aduentui pax ista famulata est, quemadmodum scribit Eutropius rerum Romanarum lib.7.cap.2. Et lucas Euangelista cap.2. a. refert ab hoc edictum exisse, vt censeretur orbis vniuersus.

עוים Auim, Iniqui, siue peruersi. Nomen ciuitatis, ios. 18.d.

עוית Auith. Iniqua, siue peruersa, aut temporalis. Nomen ciuitatis, in qua regnauit Adad quartus rex in Edom, genesis.36.d

עבוז השרים Aulon, authore Hieronymo in Heb. locis, nõ Grę cum, vt quidam putant, sed Hebræum vocabulum est. Appellatur autem vallis grandis atque campestris in immensam longitudinem se extendens. quæ circũ datur ex vtraque parte montibus sibi inuicem succedentibus & cohærentibus, qui incipientes à Libano & vltra, vsque ad desertũ Pharan perueniunt. Sũtque in ipso Aulone, id est valle campestri vrbes nobiles, Scytopolis, Tyberias, stagnúmque prope eam: sed & Iericho, mare mortuum & regiones in circuitu, per quas medius Iordanis fluit.

חור Auran, Foramen, siue libertas, aut albedo. Oppidum Damasci in solitudine, ezech. 47.c. Heb. Hauran.

עוץ Ausitis, Hebraicè dicitur Hus & interpretatur cõsilium aut lignum: aut Syriacè, affixus aut affixio. Nomen loci, iere.25.e

A. X

עכסה Axa, Composita vel adornata, aut lasciuiens, siue confractio vel diruptio velaminis. Filia Caleb, iosue. 15.d, iudic, 1.c: quæ, paralipomenon, 2. f. Acha scribitur.

אבשה Axaph, Veneficus, siue vtique conteres. Nomen ciuitatis, ios. 19.b

A Z

עזא Aza, Fortitudo, aut capra. Nomen viri, 1.esd.2.c

אזניא Azanias, Auris domini, siue auscultatio domini, vel arma domini. Nomen viri, 2.esd. 11.c

אזנת-תבור Azanoth-thabor, Aures electionis siue puritatis: aut ex Hebræo & Syro, aures contritionis aut confractionis. Ciuitas, tribus Nephthali, iosue. 19.c

עזראל Azareel, Adiutorium Dei, siue Atrium Dei. Nomen viri, 1.para.12.a.25.c

Azarias

Universidad de Deusto
Biblioteca

עזריה Azarias, Auxilium domini, siue Atrium domini. Filius Amasiæ regis Iuda, 4. regum, 14. e: qui. 2. para. 26. a. Ozias dicitur. Est & nomen sacerdotis, 2. para. 26. c. Filius Iohanan, 2. paralipomenon, 28. b. Filius item Ethan filij Zaræ filij Iuda, 1. para. 2. a. Vide &, 1. para. 6. a. &. c

עזריקם Azaricā, siue Azricam, Auxilium resurgentis vel vindicantis: aut fortitudo vacua. Nomen viri, 2. esd. 11. c.

חזו Azau, Videns, aut prophetans. Filius Nachor ex Melcha, gene. 22. d. Heb. Hazo.

עזז Azaz, Fortis. Pater Bala, 1. para. 5. a

עזזיהו Azazias, Fortitudo domini. Nomen viri, 1. paralipomenon, 13. c

אזבי Azbai, Hyssopus mea. Nomen viri, 2. paralipomenon, 11. g

עזבי Azbi, Derelictio siue dimissio, vel nundinatio mea.

עזבוק Azboc, Hircus vel fortitudo vacuitatis, aut fortis dissipatio. Nomen viri, 2. esd. 3. d

עזקה Azeca, Fortitudo, siue murata vel septa aut Syriacè, anulus. Ciuitas Amorrhæorum, quæ forte cessit tribu Iuda, iosu. 15. e. nehem. 11. Hieronymo inter Eleutheropolim & Æliam sita: quo loci deus grādine & lapidibus gentes perdidit, iosu, 10. c. Philisthijm illic castra contra Israel habuerunt, 1. regum, 17. Hanc reparauit Roboam rex Iuda, 2. paralipomenon, 11. b. & rex Babylonis eandem debellauit, Ieremiæ, 34.

עזר Azer, Adiutorium, siue atrium. Nomē viri, 2. esd. 3. c.

עזגד Azgad, Fortis exercitus, aut fortitudo fœlicitatis: vel ex Hebræo & Syro, fortis scissura. Viri nomen, 1. esd. 2. a. 8. b

עזיה Azia, Fortitudo domini, siue hircus domini. Nomen viri, 2. esd. 11. a

עזיזא Aziza, Fortitudo, aut fortis. Nomen viri, 1. esdr. 10. d

עזמות Azmáueth, Fortis mors, siue hircus, aut fortitudo mortis. Nomen viri cuiusdam, 2. reg. 23. d: qui 1. par. 11. f, dicitur Azmoth, ijsdem consonantibus & punctis, 1. esd. 2. b

עזמות Azmoth, Idem. Filius Ioada filij Achaz, 1. Paralipomenon, 8. d. 12. a. 27. c. Filius item Iore, 1. paralipomenon, 9. f. Nomen præterea cuiusdam alterius, 1. para. 11. f. qui 2. reg. 23. d dicitur Azmáueth, ijsdem cōsonantibus & punctis.

Azor, Adiutor, vel accinctus: aut Syriacæ conuersus. D. filius Eliacim filij Abiud, matth. 1. b

אשדי Azotidæ, Hebraicè dicitur Asdodioth, & interpretatur deprædatrices, siue ignis dilectionum, 2. esdræ, 13. d

דיוה אשדרים Azotij. In Hebræo dicitur Asdodim, id est, deprædantes, siue ignis dilectorum vel patruorum. Genus populi in terra Chanáan contra aquilonem, iosue, 13. a

אשדי Azotus, Hebraicè dicitur Asdod, id est, deprædatio, siue ignis dilecti, aut ignis patrui. Insignis Palesthinę vrbs int er Ascalonem & Ioppen, in qua gigantes habitarunt, capta à Iosue duce, ios. 11. Sorte cessit tribu Iudæ iosu. 15. f. Hæc vna è quinque ciuitatibus Allophylorum templo dagon idoli nobilitata, 1. reg. 6. Quam vt ait Stephanus, condidit quidam è mari rurbro profugus, ex nomine vxoris suæ Azes. Volaterr. li. 11. Geograph. cuius in scripturis multa est mētio, ier. 25. amos 1. & 2. soph. 2. zach. 9. isa. 20. a. 2. paralipomenon. 26. a. In hac Philippus prædicauit Christum, act. 8.

עזריאל Azriell, Adiutorium dei, siue atrium dei. Nomen viri, 1. par. 12. a

עזובה Azuba, Derelicta, siue deserta, aut fortitudo eius in ea. Mater Iosaphat filia Salai, 3. regum. 22. f. Vxor item Caleb filij Esrom filij Iuda, 1. para. 2. b. 2. paralipomenon. 20. g

עזור Asur, Adiutus, siue adiutor. Pater Ananię prophetæ, iere. 28. a. Pater item Iezoniæ. ezech. 11. a

ἄζυμος Azymus. Infermentatus. G. act. 12. a, 1. corint. 5. c

עזי Azzi, fortitudo mea, siue hircus meus. Nomen viri, 2. esd. 11. c

B

בעל Baal, Idōlum, aut dominans, vel subijciés aut possidens. Nomen idōli in Samaria, & Moabitarum. Græci Martem putant, nume. 22. g. quod destruxit Gedeō, Iud. 6. e. Est & nomen loci, 1. para. 4. e. 5. d. Filius item Ioel, 1. para. 5. a. Filius Abigabaō, 1. par. 8. e. Postremo filius Iahiel, 1. paralipomenon, 9. f

ארבל Baal, In Osee. 10. d. legitur, Vindicauit Baal: cum legendum sit, Vindicauit Arbel: & interpretatur Pugnauit deus, siue vindicauit deus, aut vltus est pro deo.

בעלה Baala, Idōlum eius, aut dominans ei, vel subiecta, aut possessa, siue in ascensione, vel in eleuatione. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Iosue. 15. b. quæ & Cariath-iarim & Cariath-baal dicitur.

בעלת Baalath, Subiecta, siue possessa: aut in exaltatione, vel ascensione. Nomen ciuitatis in tribu Dan, iosue 19. a. c. Ciuitas à Salomone condita. 3. reg. 9. c

בעל-ברית Baal-berith, Idōlum fœderis vel pacti, aut subijciens vel possidens fœdus vel pactum. Nomen idōli. iudicum. 9. a

בעל-גד Baal-gad, Idōlum fortunæ vel fœlicitatis, seu exercitus: aut subijciens siue possidens fœlicitatem vel exercitum: aut ex Hebræo & Syro, idōlum scissuræ. Vrbs in terra Chanáan sub monte Hermon, Iosue 11. c. 13. a

בעל-חצר Baal-hasor, Idōli atrium vel fœnum, aut possessor gratię vel domi. Locus est infra Ephraim vrbem Beniamin, 2. regum, 13. d

בעל-הרמון Baal-hermō, Idolum aut author siue possessor destructionis siue anathematis, vel retis, siue retiaculi, aut dedicati vel consecrati, deo scilicet. Mons circa Libanum, in palæsthinæ finibus. iudic. 3. a

בעלי Baali, Idolum meum, siue dominans mihi, aut subijciens vel possidens me. osee. 2. c

בעלית Baalia, Idoli dominus, id est deus idoli, vel subijciens aut possidens dominus, siue in ascensu vel in cœnaculo. Nomen viri. 1. para. 12. a

בעל-יקע Baal-iada, Idolum apertum vel manifestatum, siue possessor scientię. Filius Dauid, 1. paralipomenō, 14. b

בעלים Baalim, Idola, siue dominantes, aut subijcientes vel possidentes. Nomen idoli, 1. reg, 7. a. 2. paralipomenon, 28. a. iere. 2. c. Rex item filiorum Ammon, ierem. 40. d

בעל-מעון Baal-meon, Idolum habitaculi, vel idolum ex peccato, aut subijciens, siue possidens habitaculum, siue dominium ex peccato. Ciuitas Amorrhæorum, quæ forte obtigit filijs Ruben, nume. 32. g. ios. 13. c.

בעל-פרצים Baal-pharasim, Idolum diuisionum, aut subijciēs siue possidens diuisiones. Nomen loci in terra Chanáan, 2. regum, 5. d, 1. para. 14. b.

בעל-תמר Baal-thamar, idolum palmæ, aut subijciens, vel possidens palmam arborem, aut idolum commutationis, siue subijciens aut possidens commutationem. Vicus iuxta Gabaa, in tribu Beniamin, iudic. 20. e

בענא Baana, in responsione, siue in afflictone, aut in cāntico: vel Syriacè, deprecatio, filius Remmon Berothitæ, 2. regum. 4. a. Pater item Eled, 2. regum. 23. d. Filius item Ahilud. 3. regum, 4. b

בעשא Basa, In factura, siue in tinea, aut in compressione, vel scrutationem tollens. Nomen regis Israel, 3. regum, 15. c. 2. paralipomenon, 16. a. Filius Ahia. 4. reg. 9. b.

בבל Babel, Confusio siue commistio. Nomen ciuitatis, gene. 11. b: quæ Stephano Seleucia quoque dicta est.

Babylonem esse duplicem Cosmographorum cōsensus est: Vna in Assyria, siue Chaldæa in campo Senaar, caput regni Chaldæorum, regia Nemrod, sita ad Orientem terrę Iudæ, quę à confusis labijs nomen habet, testes Moyses, genesis 10. & 11. Iosephus libr. 1. cap. 9. antiquit. Iudaic. Augustinus libro. 16. cap. 4. de ciuitate dei. Plura de hac Babylone lege apud Plinium in. 6 naturalis hist. cap. 26. Strabonem lib. 15. & 16. Herodotum lib. 1. Pompo. Melam lib. 1. Ptolemæ. libr. 5. cap. 20. & 6. cap. 26. Ab hac & regio circumposita Babylonia vocatur. In hac populus Iudæorum LXX. annis captiuus retentus fuit, iuxta prophetiam Ieremiæ. ca. 25. per Nabuchodonosor regem Babyloniorum trāsmigrare coactus, 4. regum, 25. & 2. Paralipomenon, 36. Nunc Seleucia vocata Straboni libr. 16. Geograph. & Stephano de vrbibus. Ipsa Babylonia Mesopotamiæ coniuncta est inter Euphratis ipsius conuersiones: australior est: Syriam tamen Ptolemæo, Plinióque non excedit. author Raphael Volater. libr. 11. Geograph. Plinius libr. 6. cap. 26. natur. histo. Strabo in 16. refert eam Tigri & Euphrate irrigari. Altera in Ægypto sita, vel Ægypto proxima in finibus Arabiæ iuxta Heliopolin & Aphrosiopolin: Arabum lingua Chayrum illam vocant, nunc Alcayr dicitur, Soltani sedes. Ex hac vrbe diuus Petrus priorem suam scripsit epistolam, ad Christi fideles sparsos per Pontum, Galatiā, Cappadociam, Asyam, & Bythiniam. Hæc à Ptolemæo tabul. 3. Aphricę. cap. 5. Babylis appellatur. De hac Raphael Volater. lib. 12. Et Iosephus lib. 2. cap. 13. antiquit. Iudaic.

Babylonia, Idem.

Babylonij, confusi, siue commisti, 1. esdræ, 4. b.

Bacchenor, Ebrius, vel vinosus. G.

Bacchides, Idem. G. Nomen viri, 1. mach. 7. a

Bacenor, Puto idem esse nomen cum Bacchenor, & istud esse corruptum. Nomen viri, 2. Machabæorum, 12. f

בקבקר Bacbacar, Vacua, vel inanis visitatio, aut matutinatio, vel vapulatio, aut inanis vacca. Viri nomen, 1. para. 9. c

ברקד Badacer, In compunctione, siue in transfixione, aut in confessione, siue vectis frigiditatis, vel sola frigiditas. Nomen ducis exercitus Iehu, 4. regum, 9. e

בדד Badad, Solitarius, siue in mamilla, vel in dilectione. Pater Adad regis quarti in Edom, genesis, 36. d

בריה Badaias, Solus dominus, vel vectis domini. Nomen viri. 1. esdræ, 10. d

בדן Badan, Vectis, vel solus, aut in iudicio. Nomen viri, 1. regum, 12. b. Filius Vlam filij Sares. 1. paralipomenon, 7. d

בגתה Bagatha, In torculari. Nomen Eunuchi, esth. 1. b

בגתן Bagathan, In torculari, aut cibum tribuens. Nomen eunuchi, esth. 2. d

בעליס Bahalis, In lætitia, siue in arrogantia.

בהריס Bahem, In eis, vel cum eis. D. 1. mach. 13. e

בלח vel בלהה Bahurim, Electi, siue iuuenes, aut in foraminibus siue in libertatibus. Nomen ciuitatis in tribu Beniamin, 2. regum, 3. c

Bala, Inuererata, siue turbata, aut defluens. Nomē ciuitatis in tribu Simeon, iosue 19. a, 1 para. 4. e. Ancilla item Rachel vxoris Iacob. gene. 29. f. Vxor item Nephthali, 1. paralip. 7. c. quę Hebraicè dicitur Hiha, vrbs verò Bala dicitur.

בלע Bála, Deglutiens, siue destruens. Nomē vrbis, quæ Segor, item Salissa, siue Vitula conterens in sacris literis dicitur, gene. 14. b. Est & filius Azaz filij Semma filij Iohel, 1. para. 5. a

בלעם Balaam, Vetustas populi, vel absque populo, siue deuoratio aut destructio eorum. Filius Beor ariolus, nume. 22. a. iosue, 13. c. Est & nomen ciuitatis, 1. paralipo. 6. f

בלהן Balaan, Inueteratus siue turbatus. Filius Eser filij Seir Horræi, gene. 36. c.

בלס Balac, Inuoluens, aut destruens, vel cum lambente: aut Syriacè, cū percutiente. Filius Sephor, nume. 22. a

בלאדן Baladan, Absque imperio, vel absque iudicio, aut vetustas imperantis, vel iudicij. Nomen viri, 4. reg. 20. c. isa. 39. a

בלהן Balan, Inueteratus, siue turbatus. Filius Iadihel filij Beniamin, 1. paralipomenon, 7. c

בעליחנן Bálanan, Idōli gratia vel donum, aut possessor gratiæ vel doni. Filius Achobor, septimus rex Edom, gene. 36. d. 1. para. 27. d. Heb. Baal-hanan.

בלהה Baldad, Vetusta dilectio vel mamilla, siue inuetera tus motus, aut absque motu, siue absque dilectione vel mammilla. Nomen viri, Iob 8. a

בלוט Baloth, Subiectæ siue possessæ, aut in ascensione. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, iosue, 15. d

בעל-שלישה Bal-salisa, Idōlum tertium, aut idōlum ducis vel principis, siue possessor trium, aut possessor ducatus vel principatus. Nomen loci, 4. reg. 4. g.

בלשאצר Balsasar, Non portans angustiam, vel non thesaurizans: aut ex Syro & Hebræo, scrutator thesauri. Filius Nabuchodonosor, Daniel, 5. a. f. g. 7. a. 8. a. Secundum Iosephum filius fuit Euilmerodach.

בלטשאצר Baltassar, Absconditè thesaurizans, siue in malleatore thesaurizans, vel occulte portans angustiam. Nomen prophetæ, qui & Daniel dicebatur, dan. 1. b. 5. c

במהל Bamaal, In circumcisione, aut in mistione. Filius Iosaphat filij Heber filij Bariæ, 1. para. 7. g

במות Bamoth, Altaria vel excelsa, siue in morte. Nomen vallis, nume. 21. e

במות-בעל Bamoth-báal, Altaria siue excelsa idōli, aut in morte idōli. Nomen ciuitatis in tribu Dan, iosue, 13. c

בנעא Banaa, In motu. Filius Mosa filij Zamri, 1. para. 8. d. 9. f

בניהו Banaia, siue Banaias, Filius domini, aut intelligentia domini, siue ædificatio domini. Nomen viri, 2. regum. 23. d. Nomen principes cuiusdam, 1. paralipomenon, 4. f. 15. b. 2. paral. 31. c. Pater item Pheltiæ, ezech. 11. a. Filius Ioiadæ, 2. regum. 8. d

בני Bane, filij, aut ædificantes, siue intelligentes. Nomen ciuitatis in tribu Dan, iosue, 19. c. Quanuis putē legendum Bani-barac, vt vnius ciuitatis nomen sit, non duarum, quum Hebræis iungantur.

בניה Banea, siue Baneas, Filius domini, aut intelligentia vel ædificatio domini. Nomen viri, 1. esd. 10. d

בני Bani, Filius meus, aut ædificatio vel intelligentia mea. Nomen viri, 1. esd. 10. d. 2. esd. 9. a

Banni, Idem. Nomen viri, 2, reg. 23. d. Filius Somer filij Moholi, 1. para. 6. d

בנינו Baninu, Filij nostri, aut ædificatores nostri, siue intelligentes nos. Nomen viri, 2. esd. 10. a

בעשא Bara, Incendium, siue expurgatio, aut pastus, vel iumentum, siue insipientia, vel in vigilia. Nomen alterius vxoris Saharaim, 1. para. 8. a

ברע Bara, In malo, siue in socio; aut in clamore, vel in pastu, siue in constructione. Rex Sodomæ, genesis 14. a

ברעת Baria, In societate, siue in malitia, aut in vlulatione, vel in pastu. Nomen viri, 1. para. 8. b

Barabbas, Filius patris vel magistri, aut filius confusionis vel ignominię. D. Nomen insignis cuiusdam latronis, matth. 27. b

ברק Barac. Fulgur, siue in vanum, vel in vacuum. Nomē ciuitatis in tribu Dan, iosue 19. c. Vide Bane, Filius Abinoem, iudic. 4. a

ברכה Baracha, Benedictio, aut genu flexio. Nomen viri, 1. para. 12. a

ברכאל Baracel, Benedicēs deum, aut genu flectens deo. Nomen viri, iob 32. a

ברכיה Barachia, siue Barachias, Benedicens dominum, aut genu flectens domino. Pater Zacharię prophetæ, Zach. 1. a, Filius Mosollamoth, 2. para. 28. b. Filius Zorobabel filij Phadaiæ. 1. para. 3. d

ברד Barad, Grando, siue in descensu, aut in imperio. Nomen loci in deserto Sur, gene. 16. d.

ברואי Baraia, Creatura domini, siue impinguatio aut electio domini, siue in visione. Filius Semei, 1. paralipomenon, 8. b

Barasa, In egestate, aut filij plasmatio, siue in cursu, vel in beneplacito. D. Nomen ciuitatis, 1. machabeorum. 5. c

ברד Bared, Grādo, siue in descēsu, aut in imperio. Filius Sutha-

Universidad de Deusto Biblioteca

Suthalæ filij Ephráim.1.patal.7.d.

בריח Baria, Sera, vel vectis, siue fugitiuus, aut in odore. Filius Semeiæ filij Secheniæ,1.para.3.d

בריעה Baria, In malo, siue in clamore, aut in vlulatione, vel in pastu. Filius Aser filij Iacob,1.par.7.f.8.b.23.b: qui Beria gen.46.b.dicitur, ijsdem consonantibus & punctis.

Barieu, Maleficus, vel magus siue in nequitia. D. Cognomen pseudoprophetæ, act.13.a.

Bar-iona, Filius columbæ, ex Syro & Hebręo. D. matth.16.c.

Bernabas, Filius prophetæ, vel filius cõsolationis. D. Nomen viri, act.4.g.

Barsabas, filius reuersionis, vel conuersionis, aut filius quietis, vel filius iuramenti. D. Nomen viri, act.1.d

Barthimæus, Beatus Hieronymus dicit quod corrupte legitur, scribi autem debere Barsemæus: quod Syriacè interpretatur filius cęcus, vel filius cæcitatis. D. Nomen cæci cuiusdam à natiuitate, quem IESVS sanauit, marc.10.f

Bartholomæus, filius suspendentis aquas. D. Nomen apostoli: matt.10.a.luc.6.c

ברוך Baruch, Benedictus, vel genuflexus. Filius Neriæ, iere.32.c

ברזוית Barzaith, Filius anguli, aut puritas anguli, siue frumentum anguli. Filius Melchiel filij Barec filij Aser filij Iacob,1.para.7.f

בעשיה Basaia, In factura domini. Filius Melchiæ filiæ Athanai,1.pa.6.c.

בשן Basan, In dente, siue in ebore, aut in mutatione, vel in somno, seu in dormitatione: aut confusio vel ignominia. Regio Og regis, quæ pascuis ac nemoribus abundans, cecidit in sortem dimidiæ tribus Manasse, isa,2.c.nume.21.g. quæ & Hauoth iair deutero.3.c.dicitur & Terra Raphaim.

בצקת Bascath, Massa, siue inflatio, aut in augustia, vel in effusione. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, iosue.15.e

Baschama, Confusio, vel erubescentia iræ vel caloris. D. Nomen loci, 1.mach.13.d

בשמת Básemath, Aromata, vel confusio mortis, aut in desolatione, siue in positione, aut in nominibus. Altera vxor Esau, gene.26.g. Filia item Salomonis, 3.reg.4.b

בתואל Bathuel, Filiatio dei, aut mensura dei, vel desertũ dei. Filius Nachor ex Melcha, gene.22.d. Nomen ciuitis,1.para.4.e

בת Beatus, Genus mensuræ liquidorum. ezech.45.d

בוי Bauai, In væ, id est in luctu, vel in miseria. Syrum est. Nomen viri,2.esd.3.d.

בהרומי Bauramites, Eligens aquas, aut eligens quis?1.paralip.11.f: qui,2.reg.23.d.dicitur Beromi. Heb. Baharumi.

בזתא Bazata, Contemptus, vel despectus, siue deprædatio, aut inoliua. Nomen eunuchi cuiusdam esther.1.b

בזיותיה Baziothia, Contemptus vel despectiones eius, siue prædæ eius: aut in oliua domini. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, Iosue,15.d

B E

בען Bean, In afflictione, vel in responsione, aut scrutatio earum: vel Syriacè, deprecatio.

בבי Bebai, Pupilla, siue concauus aut vacuus. Nomẽ viri,1.esd.2.a

בקבקיה Bechecia, Euacuatio vel dissipatio domini, siue lagunc[u]la domini.

בקבוק Bac[illegible]c, Vacuitas, aut euacuatio, vel dissipatio, siue laguncula. Nomen viri,1.esd.2.c

בכר Becher, Primogenitus, aut primitiæ, siue in ariete. Filius Ephràim, nume.26.d

Becheritæ, Idem plurale, Nume.26.d

Bechor, Idem quod Becher, ijsdem consonantibus & vocalibus scriptum. Filius Ben-iamin, gene.46.c

בכורת Bechorath, Primogenitura, vel primitiæ Filius Aphia,1.regum.9.a.

בדן Bedan, Vectis, vel solus, siue in iudicio, Vide dictionem Badan.

בעל-פעור Beel-phegor, Idôlum hiatus vel aperturæ. Nomen idóli Moabitarum, osee 9.c.numeri.25.a deut.4.a

פעור Beel-phegor, A pertura siue hiatus. Nomen idoli, iosue.22.d.Heb.Phegor.

בעל-מעון Beel-meon, siue Baal-meon, Idôli habitaculum, vel idôlum de peccato, aut possessio habitaculi, vel possessio ex peccato. Nomen ciuitatis, ezech.25.b,1.paralip.5.a

בעל-צפון Beel-sephon, Idôlum aquilonis, vel idôlum occultum aut idôlum speculæ, vel possessor aquilonis vel speculationis aut secreti. Nomen loci siue vrbis in Ægypto, exod.14.a. nume.33.a. Iosephus libr.2. cap.13.

בעל-טעם Béel-teem, Idôlum siue possessor saporis vel gustus, aut rationis vel eloquij, Nomen viri, 1.esdr.4.b

בעל-זבוב Béel-zebub, Idôlum muscæ, vel possessor muscæ. Nomen idôli Accaronitarum,4.regum.1.a.lucę.11.b. Aliâs Bee-phegor appellabatur: à gentibus Priapus.

בארה Beera, Puteus, siue explanatio vel declaratio, aut in luce eius. Filius Ioel,1.para.5.a

בארי Beeri, Puteus, siue explanans, aut declarans, vel in luce, siue in leone. Pater Iudith vxoris Esau, gen.16.g. Pater item Osee prophetæ, osee.1.a

באר-ראמת Beer-ramath, Puteus, vel declaratio celsitudinis, aut iaculationis, siue in luce excelsa. Vrbs tribus Simeon, ios.19.a

בגוי Begoai, In corpore meo, siue in gente: aut Syriacè, intrinsecus,2.esd.7.b.

Beguai, Idem. Nomen viri,1.esd.2.a

Begui, Idem. Nomen viri,1.esd.8.b

בהמות Behemoth, Multitudinem animalium terrestriũ significat. Vnde plerunque pro Satanæ potentia accipitur.iob.40.a

בל Bel, Vetustus, aut nihil, siue defluens. Nomen idôli Babyloniorum, isa.46.a

בלע Béla, Deglutiens, siue destruens. Filius Beniamin, gene.46.c.1.para.7.b.8.a.numeri.26.c. Nomen item vrbis, quæ aliâs Segor, gen.14.a, dicitur, & Soar, & Salissa, teste Hieronymo. Filius item Beor, rex Edõ, gene.36.c.

Belaitæ, Idem.p.n.nume.26.c

בלגה Belga, Refrigerium, vel confortatio, aut vetustas vultus. Nomen viri,1.para.24.b.2.esdr.12.a

בלגי Belgai, Refrigerium, siue confortatio, aut vetus vallis. Nomen viri, nehem.10.a

בליעל Belial. Peruersus, vel absque iugo siue non ascendens. Iudicum 19.f.1.reg.10.d.nahum 1.d.2.cori.6.c pro diabolo sumitur.

Belma, Nihilum aut vetustas nimia. D. Nomen loci, iudith.7.a

בלשן Belsan, In lingua, aut in detractione, siue vetustas dentis, aut vetus ebur: aut Syriacè, scrutans. Nomen viri,1.esd.2.a.

בן Ben, Filius, vel ædificans, aut intelligens, 1. para.15.b

בן-אבינדב Ben-abinadab, Filius patris spontanei, aut filius patris vouentis vel principis. Vnus præfectorum annonæ Salomonis.3.reg.4.b.

בן-הדד Ben-adad, Filius sonitus vel clamoris, aut filius dilecti aut patrui, siue mãmillæ. Rex Syrię.3.regum.15.d.iere.49.e. Filius Tabremon.3.reg.15.d.2.parali.16.a

בן-דקר Ben-décar, Filius compunctionis, vel trãsfixionis. Præfectus annonæ domus Salomonis in Macces.3.regum.4.a

בני-יעקן Bene-iaacan, Filij tribulationis vel laboris, aut ædificatores tribulationis vel laboris, aut intelligentes laborem vel tribulationem. Nomen loci in quo castrametati sunt filij Israel profecti de Moseroth, numeri.33.d

בן-הנם Ben-ennom, Filius diuitiarum suarum, aut filius decipientis vel contristantis eos. Nomen vallis in tribu

tribu Beniamin quę aliâs Tophet dicitur,2.paral.28.a.33.a

בן-גבר Ben-gáber, Filius viri, aut filius robusti, vel potentis. Nomen præfecti annonę Salomonis in Ramoth-galaad,3.reg.4.b

בן-חיל Ben-háil, Filius fortitudinis vel exercitus, aut filius diuitiarum, vel antemuralis siue doloris. Nomẽ viri,2.para.17.b

בן-חסד Ben-hesed, Filius misericordiæ, vel opprobrij. Nomen præfecti annonæ Salomonis in Aruboth.3.regum,4.a

בן-חור Ben-hur, Filius libertatis vel foraminis, aut albedinis. Præfectus annonæ regis Salomonis in monte Ephráim,3.regum,4.a

בני Beni, Filius meus, aut intelligentia, siue ædificatio mea.

Benni, Idem. Nomen viri,2.esd.3.d

בנימין Beniamin, Filius dexteræ. Filius duodecimus Iacob ex Rachel vxore, ab ipsa matre Ben-oni vocatus, genes.35.c. Est & nomen loci,3.regum,4.b

מנימין Beniamin.2.para.31.c. vbi dicitur, Eden & Beniamin: legendum ex Hebræo Miniamin, & interpretatur de dextera, siue præparatio dexteræ. Nomen viri.

בנוי Bennoi, Ædificatio, aut filiatio, siue in habitaculo meo, aut in pulchritudine. Nomen viri, 1. esdrę, 8.g

בני Benno, Filius eius, aut ædificatio vel intelligentia eius. Nomen viri,1.parali.24.d

בן-אוני Ben-oni, Filius doloris mei. Filius duodecimus Iacob ex Rachel, qui & Beniamin, genes.35.c. dicitur.

בנות Benoth, Filiæ, siue intelligentię, vel ędificationes. Nomen idoli Babyloniorum,4.regum.17.f

בנוי Bennui, Ædificatio, vel filiatio: siue in habitaculo meo, aut in pulchritudine. Nomen viri,1. esdr.10.d

בן-זוחת Ben-zoheth, Filius separationis, aut filius istius formidinis vel cõtritionis. Filius Iesi, 1. paralipomenon,4.d

בען Beon, In afflictione, vel in responsione, aut in cantico, vel scrutatio earum: aut Syriacè, deprecatio. Ciuitas Amorrhæorum vltra Iordanem, numer.32.a

בעור Beor incendium, vel expurgatio aut incipiens, siue iumentum, vel pastus. Pater Bela regis Edom, Genesis, 36. c. Pater item Balaam arioli, numer.22.a

בארה Bera, Puteus, siue explanatio, vel declaratio, aut in luce eius. Nomen loci, iudicum,9.c. Filius Supha filij Helem,1.para.7.g.

ברקוס Bercos, Filius concisionis, vel separationis. Nomen viri,1.esd.2.c

Berea, Puteus eius, vel filia eius, aut declaratio eius. D. Nomen vrbis,1.Mach.9.a

בראשית Beresit. Primus liber legis sic vocatur, id est In principio: more Hebræorum, qui libros ab eorum principijs vt plurimum denominare solent. Græcè vero appellatur γένεσις, id est generatio, quod ibi generationes cœli & terræ continentur.

ברי Beri, filius meus, siue purus, vel electus, aut frumentum meum. Filius Supha filij Helem, 1.paralip.7.g

בריעה Beria. In malo, siue in clamore, aut in vlulatione, vel in pastu. Filius Aser filij Iacob, genes.46.b: qui, 1. paralip.7.f. Baria dicitur. Filius item Ephráim,1. paralip.7.c

ברית Berith, Pactum siue fœdus. Nomen idoli Sichimorum, iudicum,9.f

Βερνίκη Bernice, Grauis victoria, vel pondus victoriæ G. Nomen viri, act.25.c.

בראדך Berodach, Creans contritionem, vel electio interitus, aut filius interitus, vel vaporis tui, siue frumentum vel puritas nubis vel vaporis tui. Rex Babyloniorum,4.regum,20.c: qui isa.39.a, dicitur Merodach.

ברהמי Beromi, filius Caloris vel indignationis, aut puritas siue frumentum indignationis, vel fugiens aquam. Nomen ciuitatis,2.regum, 23.d: quæ 1.parali.11.f, dicitur Bauramites.

בארות Beroth, siue Beeroth, Putei, siue explanationes vel declarationes, aut in luminibus. Ciuitas Heuæorũ, iosue.9.c.non longe ab Hai, spatio trium dierum in tribu Beniamin, ios.18.d.2.reg.4.a. Inde Beerothites,2.reg.23.1.esd.2.b

ברתי Berot, Putei, siue pacta, vel puritas, aut cupressus Nomen vrbis,2.reg.8.b.Heb.Berothai.

Berotha, Idem.s.n. Terminus terræ Israeliticæ, ezechielis,47.c

בארתים Berothitæ, Putei, siue explanationes, vel declarationes, aut in luminibus,2.reg.4.a

ברתי Berothites, Idem.s.n.

Berothites,1.para.11.g. interpretatur Puteus siue pactum, vel puritas, aut cupressus.

Βεῤῥοία Berrhœa, Grauis vel ponderosa. G. Ciuitas Macedoniæ ad Citarum montem, act.17.b

Βεῤῥοιαῖος Berrhœensis, Grauis vel ponderosus. G. act.20.a

ברשא Bersa, In malo, vel iniquitate, siue in condemnatione, aut filius respiciens. Rex Gomorrhæ, genesis,14.a

באר-שבע Ber-sabee, Puteus fõns siue iuramẽti, siue puteus saturitatis, aut puteus septimus. Locus tribus Iudæ in terra Idumæorum, quæ est Palesthina, ios.15. c. iud.19. Iosephus libro,8. capit.13. Iudaicarum antiquit. finis atq; terminus terræ Israelis ab Austro, 1.regum 3.& 2.regum,24.3,regum,19.4. regum,23. b. Hæc & in sortem filiorũ Simeonis cecidit, ios.19.a.1.paralipomenon, 5.e. A iuramento & percusso fœdere Abrahæ cum Abimelech rege Gerar, genesis, 21. similiter Isaac cum eodem Abimelech, genes.26. nomen habens. Beer enim fontem significat, Saba iusiurãdum, vel septem, quod septem agnas Abimelech de manu Abrahæ acceperit, gene.21.b.d. 26. g. Illic iudicabant Ioel & Abia filij Samuelis sinistrè, 1. reg. 8.a. Hanc nunc Barbari Gibelinam nominant authore Volaterr.lib. 11. Eodem loci habitauit aliquandiu Isaac, gene.28. Hanc Ptolemæus Bersanam appellat. Vide Hironymum in locis Hebr. Est in finibus Iudææ & Ægypti, amos.5.nehe.11.

ברזלי Berzellái, Ferreus: aut ex Syro & Hebræo, filius contemptus, vel despectus. Nomen viri,2.regum,17.g: qui regem Dauid traduxit Iordanem,2.regum,19.f. Pater item Hadrielis generi Saul sic vocabatur, 2. regum.21.b

בסי Besai, nehem.7.e. Conculcatio, siue contemptio, vel despectus. Nomen viri.

בצי Besai, Oua, siue cœnosus, vel humidus, aut in naui. Nomen viri,1.esdr.2 b.2.esd.7.c

בצקת Besecat, Massa, siue inflatio aut in angustia, vel in effusione. Nomen loci,4.reg.22.a

בסי Besee, Conculcatio, siue cõtemptio, vel despectus Nomen viri,1.esdr.2.c

בשלם Beselam, In pace, vel in retributione, siue decoctio eorum. Nomen viri,1.esdr.4.b

בצלאל Beseleel, In vmbra Dei. Filius Vri filij Hur filij Caleb ex Ephrata vxore, exod.31.a.1.paralipomenon,2.c.

בצלות Besluth, In vmbris, aut in assatione: vel Syriacè, in oratione. Nomen viri,1.esdr.2.c

בסודיה Besodia, In secreto domini, siue in consilio domini. Nomen viri,2.esdr.3.b.

בשור Besor, Euangelizatio, siue incarnatio, aut in boue vel in muro. Nomen torrentis, in regione Palæsthinorum.1.regum 20.b

בטח Bete, Fiducia, vel confidentia, aut in l[illegible]itione. Ciuitatis nomen.2.reg.8.b

בטן Beten, Venter, siue terebinthus. Nomen ciuitatis in tribu Aser, Iosue 19.b

Beth-abara, Domus transitus aut iræ: vel Syriacè, frumenti. D. Nomen loci trans Iordanem, iohannis 1.d

בית-הכרם Beth-acharem, Domus vineæ, siue domus cognitionis eorum. Nomen vici, iere.6.a.2.esd.3.c

בית-הגלה Beth-hagla, Domus festiuitatis, vel, reuolutionis eius,

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, iosue. 15.a. & in tribu Beniamin, iosue. 18.d

בית-ענת Beth-anath, Domus cantici, vel responsionis, aut domus afflictionis. Nomen ciuitatis in tribu Nephthali, iosue. 19.c. iudic. 1. g

Beth-ania: Domus obedientię vel afflictionis, aut domus cantici, siue domus gratiæ domini. D. Villa in látere montis Oliueti, matth. 21.b. Luc. 19.e. Vbi saluator noster Lazarum suscitauit, distans ab Ierosolymis stadijs quasi quindecim, iohan. 11.a.c

ביתעגת Beth-anithæ, Domus cantici, vel responsionis, aut domus afflictionis. Dicebantur populi qui habitabant in Beth-anath, iudic. 1.g

בית-ענרת Beth-anoth, Idem. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, iosue. 15.g

בית-הפרמה Beth-thaphua, Domus pomi, vel domus inflationis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, iosue. 15.f

בית-חערבת Beth-araba, Domus planitiei, siue domus suauitatis, aut domus fideiussionis, vel domus vespertina, aut domus salicis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, iosue. 15.b.g. Est & nomen ciuitatis in tribu Beniamin, iosue. 18.d

בית-הרם Beth-aram, Domus celsitudinis, aut domus prægnantium, vel montium eorum. Ciuitas in tribu Gad. iosue. 13.d

בית-הרן Beth-aran, Domus montis vel prægnantis, siue domus cantantis, vel prœconizantis. Nomen vrbis quam ædificauerunt filij Gad, numer. 32.g. Antea ciuitas Amorrhæorum

בית-און Beth-áuen, Domus vanitatis vel doloris, aut domus fortitudinis vel iniquitatis. Vrbs Chananæ terrę in tribu Ephráim, item in tribu Beniamin, osee. 4.d. 1. reg. 13.b

בית-עזמות Beth-azmoth, Domus fortitudis mortis. Nomen ciuitatis, 2, esd. 7.c

בית-ברה Beth-bera, Domus filij eius, siue domus electa, aut domus puritatis vel frumenti eius. Nomen ciuitatis à Gedeone expugnatæ. iud. 7.g

בית-בראי Beth-berai, Domus creatoris mei, aut domus sanitatis, vel pinguedinis, vel electionis meæ. Nomen ciuitatis, 1. paral. 4.e, quam inhabitauerunt posteri Simeonis.

Beth-bessę, Domus confusionis, vel domus erubescentię. D. Nomen vrbis, 1. mach. 9.g

בית-בר Beth-char, domus agni, siue domus cognitionis, aut domus fodiens. Vrbs iuxta quam filij Israel percusserunt Philisthæos, 1. reg. 7.c

בית-דגון Beth-dagon, domus frumenti, vel domus piscis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, Iosue. 15. e. 19.b, 1. machabæorum, 10. g

בית-אל Bet-hel, Domus Dei. Nomen vrbis in tribu Beniamin, sic primùm cognominatæ à Iacob, gene. 12.b. 28.d. 1. para. 7.f. iud. 4.a. Eadem & Luza dicta Iudicum. 1.e. Est & nomen montis, 1. reg. 13.a

בית-עמק Beth-émec, Domus vallis vel profunditatis. Nomen ciuitatis in tribu Aser, iosue. 19.b

בתר Bether, Diuisio, siue in turture, aut in exploratione, vel contemplatione: aut Syriacè, posterior. Nomen montis, cantic. 2.d

Beth-esda, Domus effusionis, id est locus ad quem aquæ pluuiales confluebant. D. iohan. 5.a

בית-גדר Beth-gader, Domus muri, vel maceriæ. Nomen loci, 1. paral. 2.g

בית-גמול Beth-gamul, Domus retributionis, siue domus abladationis, aut domus cameli. Nomen ciuitatis in terra Moab, iere. 48.d

בית-חנן Beth-hanan, Domus gratiæ siue misericordiæ, vel domus. Nomen ciuitatis. 3. reg. 4.a

בית-חרן Beth-horon, Domus iræ, siue domus libertatis, aut foraminis, vel albedinis. Ciuitas est terræ Chanaan quæ ducta sorte, tribui Ephraim obtigit, quem admodum legis Iosue. 16. 1. paral. 7. Hæc leuitis concessa est, iosue. 21.a. Sara filia Ephraim ædificata, 1. para. 7.e. Ipsam Salomon reparauit. 3. reg. 9.c. 2. para. 8.a. Est superioris simul & inferioris Beth-horon pássim in scripturis mentio iosue. 16. 18. & alias nō raro.

בתיח Bethia, Filia domini, vel mensura domini. Filia Pharaonis vxor Mered, 1. paral. 4.c

בית-ישימות Beth-iesimoth, Domus desolationum, aut domus repositionum, vel nominationum. Vrbs in cam pestribus Moabitarum quæ sorte cessit filijs Ruben, iosue. 13.c. ezechiel. 25.b

בית-לבאות Beth-lebaoth, Domus leenarum, aut domus cordis literæ, vel signi, siue domus venientibus. Nomen ciuitatis in tribu Simeonis, iosue. 19.a.

בית-לחם Beth-lehem, Domus panis, siue domus belli. Beth-lehem duæ sunt: vna in tribu filiorum Zabulon, de qua iosi. 19. Ex hac erat Abessan iudex populi Israelitici, iudic. 12. Alia est in tribu Iuda, ciuitas Dauid, è qua fuit Leuita: cuius vxorem illicito concubitu necarunt Gabaonitæ, iud. 19. vbi rex Dauid habitabat, 1. reg. 16. Hæc fuit patria Iesu Christo, Michææ. 5. Matth. 2. Olim dicta Ephrata, gen. 35.c. & 48. hanc Roboam ædificijs muniuit. 2. paral. 11. Vide multa de hac apud Hieronymum locis Heb. esd. 2. vocatur & ciuitas Dauid, luc. 2.a. iohan. 7.g.

Beth-lehemites, Idem. 1. reg. 16.a

בית-חלחמי Beth-maacha, Domus compressa vel contrita, aut domus fixa. Ciuitas est Chananææ regionis, ad quam vsque persecutus est Ioab perduellem Seba, 2. regum. 20.e

בית-מעכה Beth-maon, Domus habitaculi, vel domus ex peccato. Nomen ciuitatis in terra Moab, iere. 48. d

בית-מעון Beth-marchaboth, Domus quadrigarum, siue domus amaritudinis extinctæ. Nomen ciuitatis in tribu Simeonis, iosue. 19.a. 1. paral. 4.c

בית-מרכבת Beth-nemra, Domus pardi, siue domus rebellionis, vel amaritudinis, aut domus commutationis. Nomen ciuitatis quam ædificauerunt filij Gad, numeri 32.g. quæ aliàs fuerat Amorrhæorum.

בית-נמרה Bethoron, Diuisio, siue in exploratione ipsius, aut filia cantici: vel Syriace, posterius. Nomen ciuitatis, 2. regum 12.g

בתרון Beth-phage, Domus oris vallium, vel domus buccæ vallis, siue domus ficuum, scilicet præcoquarum. D. Villula in mōte Olietti, ad quam venit IESVS saluator noster, luc. 19.c

בית-פגי Beth-phalet, siue Beth-phelet, Domus, liberationis siue expulsionis: aut ex Hebræo & Syro, domus vomitus Nomen ciuitatis in tribu Iuda, iosue. 15.d. 2. esd. 11.d.

בית-פלט Beth-phelet, Domus diuisionis vel confractionis. Nomen ciuitatis in tribu Issachar, iosue. 19.b

בתפצץ Beth-phogor, Domus hiatus, siue domus apertura. Ciuitatis nomen in tribu Ruben, iosue. 13.c

בית-פעור Beth-rapha, Domus sanitatis, vel medicinæ, aut domus laxationis. Filius Esthon, 1. paral. 4.b.

בית-רפא Beth-sabe, filia iuramenti, vel saturitatis, aut filia septima. Filia Eliam, vxor Uriæ, 2. reg. 11.a. 12. f: quæ & mater Salomonis, 3. reg. 1. b. 2.c. psal. 50. in titulo

בת-שבע Beth-sabee, Domus iuramenti, vel saturitatis, aut domus septima. Nomen ciuitatis, iosue. 15.d.

בית-שבע Beth-saida, Domus frugum, vel cibariorum, aut domus venatorum, vel insidiantium. D. Ciuitas Galilææ, ex qua Betrus & Andreas & Philippus Apostoli, Iohan. 1.g. matth. 11.c

בית-שמש Beth-sames, siue Beth-semes, Domus solis: vel ex Hebræo & Syro, domus seruitij vel ministerij. Ante Abèl dicta, Hieronymo teste in quæstionib. Heb. 2. paral. 28.c. Iosephus. lib. 6. cap. 1. Vrbs ad tribum Iuda, iosue. 15, pertinens: quę postea filijs Aaronis, Leuitis scilicet, est assignata, iosue. 21.b: 1. reg. 6. 1. paral. 6.c. 4. reg. 14.c. Est alia in tribu Nephthali, iosue. 19.c é qua pristinos habitatores non potuit expellere tribus Nephthali, iudic. 1. g. Numeratur præterea & alia Bethsemes, in sorte filiorum Issachar Iosue. 19 b.

Beth-samitæ, Idem. 1. reg. 6.c.

בית-שמשי Beth-samites, Idem. 1. reg. 6.c

בית-שן Beth-san, Domus dētis vel eboris, aut domus mutationis vel dormitionis. vel Bethsean, id est domus tumultus, aut domus opulētiæ. Vrbs tribus Manasse in Issachar & Aser, iosue. 17.c. 18. iudic. 1. cuius situm habes. 3. reg. 4. b. &. 1. Paral. 8. f. quæ Stephano & Iosepho. lib. 5. ca. 14. antiquit. Scythopolis appellatur

בית-שאן

latur. In hac corpus Saulis suspenderunt Philisthini, 1. reg. 31. d. Hieronymus in quęst. Heb. duas. Beth-san fuisse scribit. 2. reg. 21.c

בית-השטה Beth-seta, Domus deuiationis, aut dumus extensionis, siue domus spinæ, Locus Palæsthinę, iudi. 7.f

Beth-semes, vide Beth-sames.

Beth-semitæ, Idem, iudicum. 1.f.

בית-הישימה Beth-simoth, domus desolationum, siue domus repositionum, vel nominationum. Nomen ciuitatis, iosue. 12.a. nume. 33.f

בית-צור Beth-sor, Domus rupis vel fortitudinis, siue domus plasmationis, aut domus obsidionis vel vinculi. Vide Beth-sur.

בת-שוע Beth-sua, filia salutationis, vel exclamationis. Mater Salomonis, 1. paral. 3. b: quę. 2. regum, 1. b. dicitur Beth-sabee, siue corrupte Barsabee.

בית-צור Beth-sur, Idem quod Beth-sor. Nomen ciuitatis in montanis locis sitæ in tribu Iuda, iosue. 15.g: constructæ à Roboam, 2. paral. 11.b

Beth-sura, Idem. D. nomen ciuitatis, 1. Macha. 4.g

בהל Bethul, Virgo. Ciuitatis nomen in tribu Simeonis, iosue. 19.a

Bethulia, Virgo domini, aut domus parturiens dominum. D. Nomen vrbis, iudith. 6.b

Beth-zachara, Domus memoriæ vel recordationis. D. Nomen ciuitatis, 1. mach. 6.d

Beth-zecha, Domus tribulationis, siue domus compedum, aut domus conflationis: vel ex Hebræo & Syro, domus vtris. D.

בטנים Betonim, Ventres, vel terebinthi. Ciuitas in Tribu Gad, iosue. 13.c

בזק Bezec, Fulgur, siue in compedibus. Chananęæ vrbs regia, iudicum. 1.a

B I

βιθυνία Bithynia, Violenta properatio. G. Prouincia Asiæ minoris, quæ & quondā Bebrycia Solonio, & deinde Mygdonia dicta est, & maior Phrygia, Iera flumine à Galatia disterminata: habet ciuitatem eiusdē nominis. Hæc ab Heraclea. Ponti vsq; ad os protēditur, quo ex occidentis parte terminatur, ex oriente Sangario flumine, ab austro Epicteto, Ponto verò ab aquilone. Hæc Raphael Volater. lib. 10. Geogra. Vide Plinium lib. 5. cap. 32. Ptolemæum lib. 5. cap. 1. Strabonem lib. 12. Huius mentio est. 1. Petri. 1.

B L

βλαστός Blastus, Germinans vel producens. G. Nomen viri, act. 12.d

B O

Boanerges. Beatus Hieronymus docet debere scribi Banereem, quod interpretatur filij tonitrui. Sic à Christo cognominati fuerunt Iacobus & Iohannes filij Zebedæi, marc. 3.c

בכי Bocci, Vacuus, aut dissipatio, siue in vomitu. Filius Ioglı princeps tribus filiorum Dan, nume. 34.d. Filius Abisue filij Phinees. 1. para. 6.a

בקיהו Bocciáu, euacuatio vel dissipatio domini. Nomen viri. 1. paral. 25.a

בכרי Bochri, Primogenitus, vel primitiæ, siue in ariete. Pater Sebe. 2. reg. 20.a

Bochru, Idem. Filius Asel filij Eliasa. 1. para. 8. d. 9.g

בחן Boén, Pollex, siue in eis. Lapis in tribu Iuda à filio Ruben sic appellatus, Iosue. 15.b. 18. Hebræis dicitur abenboen, id est lapis Bóen. terminus est tribus Iudæ. iosue. 15.

בכרי Boni. Filius meus, aut ædificans, siue intelligens. Filius Somer. 1. paral. 6.d

καλὸς λιμένας Boni portus, p.n. Latinæ dictiones sunt. Ciuitas, opinor, Cretensium, cui nomen καλοὶ λιμένες, id est pulchrum litus: cuius meminit B. Lucas. act. 27.b

בכרי Bonni. Ædificans me, siue adoptans aut intelligens me. Pater Omrai. 1. paral. 9. a. 2. esd. 9.a

בעז Booz, In fortitudine, aut in hirco. Filius Salmon, filij Nahassón, consanguineus Elimélech Beth-lehemitæ, ruth. 2. a. 4. d. 1. paral. 2. b. Nomen item secūdæ columnæ in porticu Salomonis. 3. reg. 7. c. 2. para. 3. d

בורית Borith, Herba in quæ est acrimonia saponis, ier. 2. d

Boses, Cœnum, aut in ipso fios, siue in ipso respiciens Nomen scopuli, 1, reg. 14. a

בוצץ
בפוך

Bosphorus, Hebraice dicitur Sepharad, & interpretatur liber siue codex descendens vel imperans: aut finis vel consummatio descensionis vel imperij, abdiæ. 1. d

בצר Bosor, Munitio, vel vindemia, siue ablatio vel prohibitio: aut in angustia, vel in tribulatione. Filius Supha filij Helem. 1. paral. 7. g. Nomen item ciuitatis Moabitarum trans Iordanem orientē versus, ad solitudinem nonnihil vergentis. 1. mach. 5. c. deut. 4. g. ios. 20. ca. 1. para. 6. g. De tribu Ruben Leuitis data.

בצרה Bosra, Idem. Ciuitas in Edom, gene. 36. c. isa. 34. b

בעשתרה Bosra, In grege eius, aut in diuitijs, siue in tinea legis, vel in tinea explorationis. Heb. Beasthara. Ciuitas de media tribu Manasse data Leuitis, iosue. 21.c

B R

בריעה Brie, In malitia, vel in societate, aut in clamore, siue in vlulatiōe, vel in pastu. Filiꝰ Aser filij Iacob, nu. 26.e

בריעי Brieitæ, Idem. p.n. nume. 26.c

B V

βύγαιος Bugæus, Iactator. G. esth. 12.d

בול Bul, Germen, siue vetustas, aut defluens. Nomen mēsis octaui, nostro octobri respondentis, 3. reg. 6.d

בונה Buna, Ædificās, siue intelligens, aut adoptās. Filius Ierameel primogeniti Efron filij Phares, 1. para. 2. d

בוז Buz, Contemptus, siue depræcatus. Nomen loci in terra Cedar, iere. 25.e. Filius item Nachor ex Melcha, genesis, 22.d. Pater Ieddo, 1. para. 5.b

בוזי Buzi, Idē. Pater Ezechielis prophetę, ezechielis, 1. 2

בוזיי Buzites, Idem. iob. 32.a

C

סחת Caath, Congregatio, siue ruga, aut obtusio. Filius Leui, filij Iacob, genes. 46.b. 1. par. 6.a

סחתי Caathitæ, Congregationes, siue rugæ, aut obtusiones, nume. 26.f. 1. para. 6.d

קבצאל Cabseel, Congregatio dei. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, Iosue, 15.d. 2. reg. 23.c. 1. para. 11.e

כבול Cabul. Competitus, vel quasi germē, aut quasi defluens, vel quasi veterascens. Regio Galilææ est, quæ Iosepho li. 8. ca. 5. antiquit. Iudaic. lingua Phœnicum à displicendo, alijs à terra tenaci, ob copiam argillæ qua figuli vtuntur, nomen accepit. Hanc Salomon Hiram regi Tyri dedit, 3. Reg. 9. c. Est quoque ciuitas tribus Aser, iosue. 19.b

קרמות Cademoth, Antiquiores, vel priores: siue oriētales: aut incendium, vel incuruatio mortis. Nomen solitudinis, deutro. 2. e. siue nomen oppidi in possessione tribus Ruben, quod iosue, 13.c. Cedimoth dicitur.

קדש Cades, Sanctitas. Ciuitas regionis Moabitarū, vicina terræ siue tribui Iuda, versus austrū, hoc est meridiem, ad mōtem Amorrhæorum limes terræ, quæ aliâs Fons misphat, id est iudicij dicitur, genes. 14.a. Nomen item solitudinis, genes. 30.a: quæ nume. 13.c. Desertum Pharan dicitur, & nume. 33. d, Desertum Sin per ץ dicitur. Quod legitur in fine primi capitis Deuteronomij, Sedistis ergo in Cadesbarne, &cæt. legendum tantum in Cades

קדש-ברנע Cadesbarne, Sanctitas filj instabilis, aut sanctitas frumenti, vel puritatis commotæ vel instabilis. Terminus est tribus Iudæ ad meridionalē plagā, deu. 1.a

קדמים Cadumim, Antiqui, vel priores, siue oriētales: aut antiquum siue orientale mare: aut incendium vel humiliatio aquarum. Nomen torrentis, iudic. 5.c

Cæsar, A cæso matris vtero dictus est: vel à cæsarie, id est coma vel capillatura, cum qua ortus est: vel quòd cæsios, id est glaucos habuerit oculos, vt quidam volunt. Latinum est, matth. 22.b

Cæsarea, Idem. Maritima vrbs Palæsthinæ [illegible] manni maris sita, quā Herodes Ascalonita pater Herodis tetrachæ Traconitides instaurauit in honorem Augusti Cæsaris quæ prius πύργος siue turris Stratonis vocabatur: de qua Iosephus lib. 1. bel. Iudaic. ca. 3. & cap. 16. Plin. lib. 1. cap. 13. Egesippus lib. 1. cap. 18. de excidio Ierosolymorum: & lib. 3. cap. 19. Similiter li. 15. cap. 10. antiquit. Iudaic. Huius fit mentio act. 9. 10,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quòd in ea Cornelius Centurio baptizatus sit: & act.21.b. quòd Philippus Euangelista domum in ea habuerit. In hac Cæsarea Herodes etiam templum albo marmore extruxit Augusto Cæsari. author Iosephus lib.15.cap.12. antiquit. in qua nepos eius Herodes Agrippa ab angelo percussus est, act.12.de hac Raphael Volater. lib.11. Geographiæ. Alia Cæsarea, ciuitas est ad radices Libani sita, iuxta Iordanis fontē, à Philippo tetrarcha Ituriæ & Traconitidis, luc.3. filio Herodis maioris, & fratre tetrarchæ, qui Iohannem decollauit, ampliata, & in Tiberij Cęsaris honorem Cæsarea appellata: quæ mutato nomine deinceps Paneas dicta est in prouincia Phœnices, vbi Iordanis è duobus oritur fontibus, Ior & Dan. author Hieronymus. Quâ magis postea exornans Agrippa in Honorem Neronis, Neroneam appellauit, velut scribit idem Iosephus lib.18.cap.3.antiquit.Iudaic.& lib.20.cap.16.antiquit: Huius fit mentio matth.16.b. marc.8.Raphael Volater.lib.12. hanc primum Leser, deinde Dan, postremò Cæsaream, nunc Belinam vocitatam scribit. Est etiam tertia Cæsarea, Cappadociæ metropolis, cuius similiter in actis apostol. cap. 18.b.fit mentio, Profectus ab Epheso, & descendens Cæsaream, ascendit & salutauit ecclesiam. Hebraicè dicitur דאר Vide Dor.

Caiphas, Inuestigator, vel sagax, seu vomens ore aut vomitus oris. D. Princeps quidâ sacerdotū inter Iudæos qui fuit tempore Christi matt.26.f. Ioh.10.f

קין קינן — Cáin, Possessio, vel possessus. Filius Adam, gen.4.a Cainan, possessor, vel emptor, aut lamentator, vel nidus. Filius Enos, gene.5.b.luc.3.g

Caius, Lingua Latina prisca interpretatur dominus. Latinum est. Nomen viri Macedonien sis, act.19. f. hospes Pauli, rom.16.d

כלנו — Calano, Consummatio eius, vel totus ipse. Ciuitas Babyloniæ, isa.10.b

כלב — Caleb, Quasi cor, aut canis, siue canistrum. Filius Iephone, numeri, 13.a. iosue, 14.a.1. regum, 25.a: qui 1. paralipomenon, 2.a, dicitur Calubai, filius Esron filij Phares filij Iuda.

Calphi, Vox oris, vel consummatum aut perfectum os. D. Nomen viri, 2. mach. 11.g

καλλίστης — Calisthénes, Pulchrū robur, siue pulchra potētia. G

קליטא — Calita, Refugium, siue contractio, aut vox declinans. Nomen viri, 1. esd. 10.c

כליבי — Calubai, Caninus aut canistrum meum, siue totus ipse in me. Filius Esron filij Phares, 1. paral. 2.a: qui ibidem f. dicitur Caleb, vt & in alijs locis.

שמוע — Camon, resurrectio, siue confirmatio eius. Nomen ciuitatis, iudicum 10.b

שמואל — Camuel, Surrexit deus, vel suscitauit aut cōfirma uit eū deus. Filius Nachor ex Melcha, pater Syrorū, gen.22.d.1.par.27.c. Filius item Sephtan, num.34.d

קנה — Cana, Zelus, vel æmulatio, siue possessio, aut lamentatio, vel nidus eius: aut canna, id est arundo. Nomen ciuitatis in tribu Manasse, in Galilæa, iosue, 19.b. Iohan.2.a.4.f

Cananæus, Sic vocabatur Simon qui fuit vnus ex duodecim Apostolis, & interpretatur Zelotes, aut æmulator, vt habetur luc.6.c. Non enim erat ex Chanáan, sed ex Cana vico Galilææ, quæ in Zelum, vel æmulationem conuertitur. D.

קנת — Canath, Emptio, siue possessio, aut lamētatio. Nomen vrbis in tribu Manasse, quæ & Nobe dicitur, nume.32.g.

Candace, Possidens contritionem: aut ex Hebręo & Syro, possessio munda vel purissima. D. Nomen commune omnibus reginis Æthiopum, act.8.e

בתירה — Capharа, Leuncula, aut propitiatio, siue linitio, vel villa, aut oppidum, siue glacies: aut Syriacè, negatio. Nomen ciuitatis in tribu Beniamin, ios.18.d

Capharnaum, Ager pœnitentiæ, vel villa consolationis, aut propitiatio pœnitentis. D. Iuxta stagnum Genezareth vsque hodie oppidum in Galilæa gentium situm in finibus Zabulon & Nephthali, math. 4.c, luc.4. in quo Christus Centurionis filiū sanum fecit, math.8. In hac Christus versatus est multum, & plurima miracula edidit, vnde & sua ciuitas appellata est, matth.9.& 11. Egesippo in 3.ca.26.e fons in regione Genezaris Capharnaum nomine. st

Capharsalama, ager vel villa pacis vel retributionis. D. Nomen vrbis quæ Antipatrida, 1. mach.7.e

Capheretha, Manus doni: aut Syriacè, vinculum vel colligatio. D. Nomen muri, 1. Mach.12.e

בפירה — Caphira, Leuncula, aut propitiatio, siue linitio, vel villa aut oppidum, siue glacies: aut Syriacè, negatio. Nomen ciuitatis, ios.9.c

בפתרים — Caphtorim, Sphærulæ vel poma, aut vola vel palma turturum vel exploratorum. Nomen populi, qui Cappadoces dicuntur, gene.10.b

בפתרים — Cappadoces, In Hebræo est Caphtorim, & interpretatur sphærulæ, siue poma, aut vola vel palma turturum vel exploratorum. deut.2.e

פתחר — Cappadocia, Idem. s.n. Asiæ regio Pontica est, Armeniæ confinis, quam ab oriente claudit, ab septentrione longo littore in Euxinum expanditur, sicut angusto excursu à meridie Ciliciam attingit, ab occasu Galatia & Paphlagonia reliqua terminata, vt Pto. lib.5. cap.6. Nomen habet à Cappadoce amne: eius populi Cappadoces antea Leucosyri dicti. author Plinius lib.6.cap.3. Strabo lib.12.à principio. Plura Pomp.Mela lib.1

קרסעה — Carcaa, Pauimentum siue frigiditatem dissoluens, Vrbs in tribu Iuda, ios.15.a

קרח קרחים — Caree, Caluus, siue glacies. Pater Iohanan, 4. regum, 25.f

Carehim, Idem.p.n.Nomen loci, 1.para.12.2

χαρία — Caria, Capitalis. G. Nomen loci, 1. mach.15.d

קריה — Cariath, Ciuitas, vel vocatio: aut lectio, vel occursus. Nomen ciuitatis, ios.18.d

קריתים — Cariathaim, Ciuitates, aut vocationes, siue lectiones, vel occursus. Vrbs in tribu Ruben, ios.13.c. etiam Moabitarum ciuitas, num.32.g. iere. 48.a. ezech.25. Vbi olim Emim gigantes habitarunt, ge.14.a.1.para. 6.g. Inter vrbes Nephthali Leuitis concessa censetur. Hieron. in ecloga scribit eam iuxta Medabam vrbem Arabiæ, & appellari Coraiatha.

קרית-ארבע — Cariath-arbe, Ciuitas quatuor. Ciuitas in tribu Iuda, sic dicta ab Arbea conditore, non autem à quatuor, patriarcharum Adam, Abrahā, Isaac, & Iacob, qui ibi sepulti sunt, sepulchris, vt quidam interpretantur. ios.15.c: quæ & Hebron dicitur, ios.20.c

קרית-ערים — Cariath-arim, Ciuitas ciuitatum vel oppidorum, aut ciuitas vigilantium: vel ex Hebræo & Syro, ciuitas inimicorum. Nomen viri. 2. esd. 2.b

קרית-בעל — Cariath-báal, Ciuitas idóli, vel imperātis aut possidentis, Nomen ciuitatis in tribu Iuda, quæ & Cariath-iarim dicitur, iosue, 15.g.18.c. iere. 26.f. Dicitur & Baala.

קריית-ערים — Cariath-iarim, Ciuitas syluarum. Ciuitas Heuæorum in tribu Iuda, iosue, 15. b.26.f: quæ & Cariath-baal, & Baala dicitur, ios.15.g.18.c. Vno tantum miliario ab Ælia, qua pergimus Diospolim, distat.

קריית-ספר — Cariath-sépher, Ciuitas literarum. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, quę & Dabir dicitur, iosue, 15.c.& Cariath-senna, iósue, 15.f

קריית-סנה — Cariath-senna, Ciuitas rubi: velex Hebręo & Syro, ciuitas inimicitię. Nomē ciuitatis in tribu Iuda, quæ & Dabir dicitur, ios.15.f.& Cariath-sépher, ios.15.c

קריות — Carioth, Ciuitates, aut vocationes, siue lectiones, vel occursus. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ios.15.d

קרית — Carith, Cōcisio siue confessio, aut exterminatio. Nomen torrentis qui est contra Iordanem. 3. reg. 17.a

כרמל — Carmel, Cognitio circuncisionis, vel agnus circuncisus, aut teneritudo, s. illa quę est segetum: vel coccinus. Ciuitas. Vide Charmel.

Carmelites, Idem.

Carmelitis, Idem, fœ.g.1.para.3.a

גרמלית — Carmelus, Idem. Carmeli duo sunt mōtes: vnus Tyriorum frugifer maxime vini, excelsus valde in Galilæa, haud ita procul à Ierusalem in tribu Aser, iosue,

Ios.19.b. iuxta Ptolemaidē ciuitatē & mare, In quo Elias Videns frequenter versabatur. 3. reg. 18. In hoc etiā Nabal habitauit, 1. reg. 25. Huius plurima fit mentio sparsim in prophetis, 1. reg. 15. e. isa. 33. 1er. 36. amos 1.& 9. micheæ: 7. nah. 1. cantic. 7. Vide quoq; Iosephū li. 3. ca. 2. de bel. Iudaic. Alius in Iudæa qua itur Ægyptum ad meridionalē plagam, de quo Isa. 23.& ios. 15. in quo ciuitas eiusdem nominis extructa videtur.

Carmon, Quasi malum granatum, vel vinea doloris siue fortitudinis. D.

קרנים — Carnáim, Cornua. Populi sunt ciuitatis Astaroth, genes. 14. a. Est & nomen ciuitatis, 1. mach. 5. c

καρνίον — Carnion, Cornu. Nomē prę sidij, 2. mach. 12. d

καρπόν — Carpum, Fructus, vel fructuosus. G. Nomen viri, 2. tim. 4. c

καρπός — Carpus, Idem.

קרתה — Cartha, Ciuitas. siue vocatio, aut lectio, vel occursus. Ciuitas Leuitarum in Zabulonia tribu, ios. 21. c

הדשיש — Carthaginenses. In Hebræo est Tharsis: & interpretatur cōtemplatio gaudij, vel exploratio marmoris, aut turtur gaudij, siue chrysolithus lapis, s. pretiosus, aut mare, ezech. 27. c

קרתן — Carthan, Ciuitas, vel vocatio, aut lectio, vel occursus, siue frigiditatem dans. Ciuitas refugij atq; sacerdotum in tribu Nephthali, iosue. 20. c

בסנות — Casaloth, Temeritates, siue fiduciæ, aut ilia. Nomen ciuitatis, ios. 19. b

Casbon, Numeratio, vel cogitatio, aut festinans filius. D. Nomen ciuitatis, 1. Machab. 5. c

בשר — Cased, Quasi dæmon: aut quasi deprædator, vel quasi mamilla, aut quasi ager. Filius Nachor ex Melcha, genes. 22. d, à quo Chasdim, id est Chaldæi.

Casphin, Argentaria, siue cupiditas: aut Syriacè, verecundia. D. Nomen ciuitatis, 2. mach. 12. c

Casphor, Argenteus, aut desyderabilis mons. D. Nomen ciuitatis, 1. mach. 5. c

קושיחו — Casaia, Duritia aut grauitas eius, siue scandalum ipsius. Pater Ethan, 1. paral. 15. b

קציעה — Casia, Species aromatica, vel angelus, exod. 30. c. psal. 44. b

קציץ — Casis, Concisio, aut finis. Nomen ciuitatis, ios. 18. d

בכלו — Casleu, Spes, aut temeritas eius, siue thronus vel calix illius, aut ilia eius. Decimus mensis nostro Decembri qnandoque respondens, zach. 7. a

קטה — Cateth, Tædium siue contentio. Terminus Zabuloniæ tribus, iosue, 19. b

C E

קדר — Cedar, nigredo, aut tristitia. Filius Ismahelis, gene. 25. b. Arabię itē regio est Hieronymo in Agarenorum id est Saracenorū solitudine, à Cedar filio Ismaelis, 1. para. 1. gen. 25. ita cognominata. Fuerunt quidā Cedar esse ciuitatem, quæ Iosepho Camala vocatur. Meminit Isaias cap. 60. ezech. 27. psalm. 120. iere. 2.

קדש — Cedes, Sanctitas. Vrbs in tribu Iudæ, velut ios. 15. d. indicat. Alia vrbs Galilæę in montanis Nephthali, iosue, 10. deputata fugitiuis, qui nescij homicidium perpetrauerant, iosue, 20. c.& Leuitis quoque attributa, iosue, 21. 1. para. 6. g

קדמות — Cedimoth, Antiquiores, vel priores, aut orientales: siue incendium, vel incuruatio mortis. Nomen oppidi in possessione tribus Ruben, iosue 13. c. quod solitudo Cademoth in Deut. 2. e dicitur.

קדמה — Cedma, Antiquus vel prior, aut orientalis: Filius Ismahelis, gene. 25. b

קדמיאל — Cedmiel, Antiquitatis vel prioritatis Deus, aut orientis Deus. Nomen viri, 2. esdre. 3. c

קדמני — Cedmonæi, Antiquiores, vel priores, aut orientales. Nomen populi. gene. 15. d

קדרון — Cedron, Denigratus, aut tristis. Nomen vallis & fluuij in eadem valle, quæ inter Ierosolymā & montem oliuarum est, 4. reg. 23. a. Siue torrentis nomen, 2. reg. 15. e. iohan. 18. a

קהלתה — Ceelatha, Cœtus vel congregatio, siue ecclesia. Nomen loci ad quē venerunt filij Israel profecti de Ressa, num. 33. c

קעילה — Ceila, Dissoluens eam, siue diuidens, aut scindens eam, vel fixio eius, Nomen ciuitatis in tribu Iuda, iosue. 15. f. 1. reg. 23. a. 1. paral. 4. c. 2. esdre. 3. d

קלית — Celaia, vox domini, aut alleuiatio domini, siue torrefactio. Nomen viri, 1. esd. 10. d

קלי — Celai, Leuis siue torrefactus, aut vox mea. Nomen viri, nehem. 12. a

קלוסא — Celita, Refugium vel contractio, aut vocis declinatio. Nomen viri, 2. esd. 8. b

κεγχρέας — Cenchreis, Milium, legumen. G. Portus Corinthiorum, ab vrbe stadia ad, LXX. longinquus, Straboni lib. 8. rom. 16. a

Cendebæus, Zelus, vel possessio doloris, aut zeli emanatio. D. Nomen ducis, 1. mach. 15. g

בנרת — Cenereth, Cithara, vel quasi lucerna. Ad orientem Iudææ mare in tribu Nephthali, nu. 34. deut 3 c. ios. 11. 12. 13. d. 19. c Alias mare Tiberiadis, & lacus Genezareticus, seu Galilææ dicitur, XL. stadijs in latitudine diffunditur, centúmq; in longitudine extenditur, teste Iosepho lib. 3. bel. Iud. ca. 18. per hunc medium, Iordanis Iudææ amnis profluit. Porrò Ptolemæus cur ex hoc duos faciat non video.

בנרות — Ceneroth, Idē. p.n. Vrbs in tribu Nephthali, ios. 11. a. 19. iuxta lacum Genezareth, quā Herodes magnificis ornauit ædificijs, atq; in honorem Tiberij Cęsaris, Tiberiaden nominauit: à qua & lacus & regio circumiacens nomē inuenerunt. Hæc Iosephus li. 18. ca. 4. antiquitatū. Ben-adad Syrię rex hāc cepit, 3 re. 15. g

קנז — Cenez, Nidus iste, aut lamētatio hæc, siue possessio vel emptio hæc. Filius Eliphaz, filij Esau ex Ada vxore, gen. 36. b. Ciuitas principū Idumęorum, gene. 36. d

Cenezei, Idem. p.n. Nomen populi, gene. 15. d

קניזי — Cenezæus, Idem. num. 32. b

קני — Ceni, Possessio, vel emptio siue nidus, aut lamentatio. Regio Philisthinorum, 1. reg. 27. d

Cephas, Petrus à petra. Syrum est. Sic dictus fuit Simon Petrus frater Andreæ, iohan. 1. f. 1. corint. 15. a

בפירה — Cephjra, Leūcula, aut propitiatio, siue linitio, aut villa vel oppidum, siue glacies: aut Syriacè negatio. Nomen viri, 1. esd. 2. b. Est & nomen vrbis, 2. esd. 7. d

בהרי — Cerethi, Concisio, siue transfosio, vel exterminatio. Populi & Philisthijm, vt Lyra ait in libro differētiarum: siue nomen ligionum aut bellatorum Dauid, 1. reg. 30. d. 2. reg. 8. d. 15. d. 20. g. 1. para. 18. d

ברי — Cerethi, 4. reg. 11. d. Milites siue cursores aut arietes. Heb. Cari.

קרס — Ceros, Vncinus, aut incuruatio nomē viri, 1. esd. 2. c

בסיל — Cesil, Arcturus, nomen stellę, siue stultitia, aut ilia. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ios. 15. e

קשיון — Cesion, Duritia, siue stipula, aut cucumerarium. Ciuitas Leuitarum in tribu Issachar, ios. 19. b

בתים — Cethim, Conterentes, siue contritio maris, aut diadema, siue aurum, vel tinctura: aut ex Syro & Hebræo, coaceruatio maris. Filius Iauan, gene. 10. a. Ab hoc, Berosus dicit Italos esse appellatos. Interpres nostri: dan. 11. e. transtulit Romanos. Vide Italia & Romani. Sunt & Græcorum insulani, Macedones, isa. 23. a. Cyprus quæ & Citium dicitur.

בתליש — Cethlis, Paries est: aut ex Syro & Hebręo caterua lenę: vel Syriacè, quasi euulsus. Nomē ciuitatis, ios. 15. e

קטורת — Cetura, Aromatizans, vel fumigans, siue ligata. Altera vxor Abrahæ, gene. 25. a C H

Chabri, Socius, aut particeps, siue incantator, aut liuor. D. Nomen ciuitatis, iudith. 8. b

כבול — Chabul, Compeditus, vel quasi germinans: aut quasi defluens, vel quasi veterascens. Nomen ciuitatum earum quas Salomon dedit Hiram regi Tyri in terra Galilææ. 3. reg. 9. c.

χαιρέας — Chęreas, Gaudēs vel lętus. G. Nomē viri,

כלל — Chalal, Cōsummatio, vel totalitas, aut quasi nox: vel Syriacè, corona. Nomen viri, 1. esd. 10. d

בלנה — Chalanne, Oēs nos, siue omnia hæc, aut cōsummatio nostra, vel sicut manens, aut quasi murmurans. Ciuitas in qua regnauit Nemrod, gen. 10. b: quæ nūc Selucia à Seluco rege, siue Ctesiphon dicitur, am. 6. a

Chalannus, Idem.

בלבל — Chalcol, Nutriens, siue consummans omnia, aut

ſuſtinens omnia. Filius Maol,3. reg.4.d. Filius item Zaræ filij Iudæ,1.paral.2.a

כשדים Chaldæa, Quaſi dæmones, aut quaſi deprædatores, vel quaſi mãmillę, aut quaſi agri. Regio ad Orientem Iudææ inter Babyloniã & Arabiam, Tigrim & Euphraté, de qua Pli.li.6.ca.28. Strab.lib.16. Volaterranus lib.11. Geograph.iere.50.b.51.d.Heb. Chaſdim.

Chaldæi, Idem. Populi, iſa.13.d.Heb. Chaſdim.

Chaldæus, Idem.ſ.n.

Chaldæi, 2.para.36.a. Vide quid ſignificet Babel.

כלח Chale, Oportunitas, vel quaſi viriditas, vel quaſi humiditas, aut quaſi tabula. Ciuitas quam ędificauit Aſur, gene.10.b

חלי Chali, Infirmitas, ſiue deprecatio, aut expectatio, vel principium, aut gemma vel monile. Ciuitas quæ terminus Aſer eſt, ioſ.19.b

חם Cham, Calidus, vel calor, aut niger. Filius Noë, gene.5.d. Ab hoc ſæpe in ſacris literis Ægyptus terra Cham dicitur, vt pſalm.105. teſtis eſt Hieron. in quęſtionibus Hebraicis.

כמהם Chamaam, Sicut illi, aut ſimiles eis, vel quaſi turbatio. Nomen vrbis iuxta Beth-lehem, ierem.41.d. Proprium item nomen viri.2.reg.19.g

כמוש Chamos, Quaſi palpans, aut quaſi recedens, vel quaſi auferens. Nomen idoli Moabitarum, nume.21.f.3.regum 11.b. 4.reg.23.c.iere.48.g

כנען Chanáan, Mercator, vel negotiator, ſiue cõtritus, vel confractus, aut rectè reſpondens, vel rectè affligens. Filius Chã, gene.10.a. In 10.cap. iudicum iuxta literam c. legitur Amalec & Chanáan: cum legendum ſit, Amalec, & Maon, quod ſignificat habitaculum, ſiue delictum, aut ex peccato.

כנענת Chanáana, Mercatrix, vel negotiatrix, ſiue contrita, vel confracta, aut rectè reſpondens, vel rectè affligens. Pater Sedeciæ prophetæ,3. reg. 22.d. Filius Balan filij Iadihel filij Beniamin,1.para.7.c

Chananęa, Idem, matth.15.c

Chananęę verò, ſeu terrę ſanctæ limites ſunt, Ad orientem eſt Iordanis fluuius & magnus Euphrates. Ad occidétem eſt Ægyptus, & mare magnum, quod mediterraneum dicitur. Ad auſtrum, hoc eſt meridiem, iacet deſertum Arabiæ. Ad aquilonem ſiue ſeptentrionem mons Libanus eminet.

כנענים Chananæi, Mercatores ſiue negotiatores, aut contriti vel confracti, ſiue rectè reſpondentes, vel rectè affligentes. Nomen populi, gene.15.d

Chananæus, Idem.ſ.n.nume 12.a

כנענית Chananitis, Idem.f.g.gene.46.b

כנני Chanani, Præparatio, vel baſis mea: Nomen viri, 2.eſdre,9.a

Characa, Inuolutio, aut indumentum, ſiue pallium. D. Nomen loci,2 mach.12.c

כרן Charan. Quaſi cantans, aut quaſi clamans, ſiue agnus, vel cognitio eorum. Filius Diſan filij Seir Horræi, gene.36.c

Charan, Tob.11.a.iudith.5.b.act.7.a. Ira, ſiue iraſcens: vel Syriacè, libertas. Meſopotamiæ ciuitas ad quam Abraham conceſsit, vbi & Thare pater eius mortuus eſt, gene.11.act.7.a

Charra Syriæ fluuio nomen inuenit Stephano. Ibi. Romanus cæſus eſt exercitus, & Craſſus dux captus. Lucanus, Aſſyrias Latio maculauit ſanguine Carras. Eadem eſt Carræ & Hara.

כרכמיש Charcamis, Agnus quaſi ablatus, aut agnus quaſi palpans: vel ex Syro & Hebræo, ciuitas ablata. Nomen ciuitatis iuxta fluuium Euphráten, iſa.10.b

כרכס Charchas, Agni cooperimẽtum, aut agni thronus vel calix, vel quaſi tortuoſum, ſcilicet non planum. Nomen eunuchi, eſther.1.c

כרמל Charmel, Cognitio circuncifionis, vel agnus circũciſus, aut teneritudo, ſcilicet illa quę eſt ſegetũ, vel coccinus. Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15 g.iſ.29.f

כרמי Charmi. Vinea, ſiue cognitio aquarum, vel agnus aquarum, aut quaſi celſitudo. Filius Ruben, gene.46. a.1.para.5.a. Filius item Iuda,1.paral.4. a: qui geneſ. 49.b. dicitur. Her. Filius præterea Zabdi, filij Zaræ, filij Iuda, pater Achar ſiue Achan, ioſ.7.a

Charmitæ. Idem.nume.26.a

כרשנא Charſena, Agnus anniculus, ſiue agnus dormiens vel mutatus. Nomen viri, eſther.1.c

כסלון Chaſelon, Fiducia vel temeritas eius, ſiue ilia eius, aut thronus manſionis, vel calix ſiue tegumentum manſionis. Pater Elidad principis tribus Beniamin, nume.34.d

כסלחים Chaſluim, Tegumentum tabularum, vel ſedes tabularum, aut ſpes vel temeritas vitę. Filius Meſraim, gene.10.b. Heb. Chaſluhim. Populi nomen qui & Philiſthijm, ſiue corrupte Paleſthini.

כספיא Chaſphia, Argentaria ſiue cupiditas: aut Syriacè, verecundia. Nomé regionis, quę à Chaſphio mari vocabulum ſumpſit, vt quidam putant. Nicolaus Lyra in Babylonis regione locum eſſe putat, vbi plures Leuitarum poſt captiuitatem manſerint,1.eſd.8.c

כבון Chebbon, Extinguens vel extinctus, aut quaſi intelligens, vel quaſi ędificans. Ciuitas in tribu Iuda, ioſue,15.e

Chebron, Societas, ſiue participatio, aut adhæſio, ſiue incantatio, vel liuor. D.1.macha.5.g

Chellõ, Conſummatio, vel perfectio, aut alleuiãs dolorem, vel triſtitiam. D. Nomen terræ, iudith.2.c

כלאב Cheleab, Totus vel omnis pater, ſiue conſummatio vel prohibitio patris. Secundus filius Dauid de Abigail vxore Nabal Carmeli,2.reg.3.a

כלוהו Chelliáu, Omnis vel totus ipſe, aut cõſummatio eius, ſiue prohibens eum. Nomen viri,1.eſd.10.d

כליון Chelion, cõſummatus, ſiue perfectus, aut totus columbinus. Filius Elimélech Beth-lehemitæ, ruth,1.a

כלמד Chelmad, Quaſi docens, aut totus menſurans, ſiue omne indumentum, conſummatio vel ceſſatio menſuræ vel indumenti. Nomen vrbis, ezech.27.e

Chelmon, Exercitus præparatio vel numeratio, aut ſomnium eius. D. Nomen loci, iudith.8.a

כלוב Chelub, Caniſtrũ, vel caninus. Nomẽ viri,1.pa.27.d

כנה Chenne, Baſis aut rectitudo, ſiue præparatio. Nomen regionis, ezech.27.e

כרוב Cherub, quaſi magiſter, vel quaſi multiplicans, aut quaſi pugnans, vel cognitionis aut ſcientiæ multitudo. Nomen viri,1.eſdr.2.c. In 2.reg.22.b. debet legi Cherub, non Cherubin.

כרובים Cherubim, Idem.p n.

כסלות Cheſeleth, Temeritates, ſiue fiduciæ, aut ilia. Nomen ciuitatis in tribu Iſſachar, ioſue,19.a

כסלון Cheſlon, Fiducia aut temeritas eius, ſiue ilia eius, aut thronus mãſionis, vel calix ſeu tegumentũ manſionis. Nomen villæ in Ieroſolymæ finibus, ioſ.15.c

חתה Chetæa, Confracta, ſiue formidoloſa: aut Syriacè, deſcendens, ezech.16.a

חתיות Chetææ, Idem.p.n.3.reg.11.a

כידן Chidon, Iaculum, vel infortunium, ſiue quaſi iudicans. Nomen loci,1.para.13.c

χίος Chium, Aperta, vel apertura. G. Inſula inter Cycladas atque Bythiniam: cuius nomen Syra lingua maſticem deſignat, eo quòd ibi maſtix gignatur. hanc aliqui Chiam appellauere à Chione Nympha Coos, act.20.c

χλόη Chloe, Familiæ Corinthiorum nomen,1.corinthiorum,1.b

כבר Chobar, Fortitudo vel potentia, aut quaſi filius, ſiue quaſi puritas, vel quaſi frumentum, aut iam, id eſt quod iam præterijt. Flumen eſt in terra Chaldęorum, apud quod Ezechiel viſionem vidit, ezech.1.a. Hoc quidem Euphraté interpretantur: alij Aborram putant. de quo Ptolemæus & Strabo.

כדכד Chodchod. Iaſpis, aut hydria hydriæ, ezech.27.c

כדרלעמר Chodorlahomor, Quaſi generatio ſeruitutis, aut quaſi habitatio ſeruitutis. ſiue ſphærula vel rotunditas manipuli. Rex Ælamitarum, gene.14.a

כל-חזה Cholhoza, Omnis propheta, ſiue omnis videns, aut omne pectus. Nomen viri, Pater Sellon,2. eſd.3. c.11.a

כוננידו Chonenias, Præparatio, aut firmitas, vel rectitudo domini. Frater Semei,2.para.31.c

Chor-

קרח Choræi, Furores aut libertates, ſeu foramina. Populi gigantes, expulſi à filijs Edom ex monte Seir, gene.14.a: qui & Horræi, deut.2.c. dicuntur.

χριςός Chriſtus, Vnctus, G.

כוב Chub, Extinguens. Nomen gentis, ezech.30.a

כון Chun, Præparatio, ſiue placenta: aut Syriacè, feneſtra. Nomen vrbis,1.para.18.b

כוש Chus, Æthiops, aut niger. Filius Cham, gene. 10. a. à quo deſcenderunt Æthiopes.

כושן-רשעתים Chuſan-raſatháim, Æthiops vel nigredo iniquitatum. Nomen regis Meſopotamiæ, iudicum,3.a

חושי Chuſai, Senſus, aut feſtinans, vel ſilens. Amicus Dauid,2.reg.15.g.16.c.17.a, & 1.para.27.d

כושי Chuſi, Æthiops, aut niger. Pater Selemiæ patris Nathanię patris Iudi, filius Iemini,2.reg.18.c.ier.36 d Legitur pſal.7. in titulo, Chuſi, cũ legendũ ſit Chus.

Chuſa, videns, aut prophetans. D.

C I

קבצים Cibſáim, Congregationes, Ciuitas ex tribu Ephráim data Leuitis, ioſue,21.b

κιλικία Cilicia, Voluens, vel reuoluta, G. Regio maritima Aſiæ in ſinu Iſsico, vbi porticus in Tharſo celebris ad ſeptentrioné Iudææ, de qua multa Strabo lib.14. Mela in 1. Plin.li.5.cap.27. Ptolem. in 5.cap.8. quã Cydnus amnis interſecat, & mons Amanus (ita Hieronymus) à Syria cœle ſeparat. Vide Volater.li.11. Geograph. Ex hac Paulus apoſtolus fuit oriundus, act.23. g. & Chriſtum in ea prædicauit, galat.1.d

קין Cin, Poſſeſsio, vel emptio, ſiue nidus, aut lamentatio. Nomen viri, à quo Cinæi, nume.24.d

קינה Cina, Idẽ, Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.d

קיני Cinæi, Idem.p.n. Nomen populi, gene.15.d

Cinæus, Idem.ſ.n.nume.24.d.1.regum,15.a.1.paralipomenon,2.g

קינות Cinoth, Lamentationes, quæ & Græcè θρῆνοι dicuntur.

קיש Cis, Durus, aut ſtipula, vel cucumerarium. Filius Abiel, pater Saul regis.1. reg.9.a.1.parali.23.c. Filius item Abigabaon,1.paral.8.c. & vocabatur filius Abdai Leuitæ,2.para.29.c

קישון Ciſon, Idem. Terrens Galilææ iuxta montem Tabor. Hic è monte Tabirio in mare cadit, iudic.4.a.3. reg.18.g.pſalm.82.c

קטרון Citron. Aromatizans, vel fumigans, aut colligatio, vel vinculum, ſiue attediati canticum: aut Syriacè, nodus. Ciuitas in tribu Zabũlon, iudicum.1.f

C L

κλαύδη Clauda, Vox fracta, vox flebilis. G. Inſula ſpectans Cretam inter meridiem & occidentem, act.27.c

Claudia, Latinum eſt,2.timoth.4.d

Claudius, Idem. Nomen imperatoris Romanorum, act.11.d.18.a

Clemens, Latinum eſt, ſignificátque mitem, vel modeſtum, philip.4.b

κλεόπας Cleophas, In Greco Cleopas, & interpretatur gloria omnis vel omnimoda gloria. G. Nomen alterius viri, qui proficiſcens Emmaunta, Chriſtum alloquebatur in itinere, luc.24.c.iohan.19.e

κλεοπατρα Cleopatra, Gloria patriæ vel patris. G. Filia Ptolemæi, vxor Alexandri,1.mach.10.e

C N

κνίδος Cnidus, Atriplex, genus herbæ purgatiuæ vel laxatiuę. Inſula oppoſita Aſiæ,1.mach.15.d.act.27.b

C O

קוה Coa, Spes vel congregatio, ſiue linea, aut regula. Nomẽ inſulę,3.re.10.d.2.para.1.d. Fortaſſe ea eſt quæ κῶς, ſiue Coo dicitur, act.21.a

κοιλησυρία Cœleſyria, ſiue Cœles ſyria, Curua ſiue depreſſa Syria. G 1.machab.3.a.10.f.

קהלת Coheleth, Eccleſiaſtes, vel concionator.

קוליה Colaia, Vox domini, aut alleuiatio domini, ſiue torrefactio. Nomen viri,2.eſd.11.b

Colia, Idem. Pater Achab, iere.29.e

Colonia. Latinũ eſt, à colẽdo, id eſt habitãdo dicta.

κολασσαεῖς Colloſſenſes, Puniti, vel ſupplicio affecti. G.

κολασσαῖς Coloſsis, Punitio vel ſuppliciũ: G. Ciuitas Phrygiæ, quæ eſt in Aſia minore, coloſſ.1.a

κῶο Coo, Vertex vel ſummitas. Nomen inſulæ,1. machab.15.d. Eam puto Hebraicè dici קוה Dicitur & Græcè κῶς & κίως quondam, vnde & Plinius admonet dictam fuiſſe Ceam & κόον.

Corban. ſiue Corbana. D. Donum vel oblatio, mar.7.b

קרח Core, Caluus, vel caluitiũ, ſiue glacies vel gelu. Filius Iſaar filij Caath filij Leui, exod.6.c.1. parali.6.c. in eodem cap.b, dicitur filius Caath. Filius item Hebron ſic vocabatur,1.paralip.2.f. Sic & filius Eſau ex Oolibama vxore, gene.36.a

קרא Cor,1. para.9.c. Vbi dicitur, Sellum verò filius Core, & 26.a & 2.para.31.c: interpretatur vocans, vel legens, aut perdix Filius Iemna.

קרחים Coritæ, Idem ſignificat quod, קרח, p.n.1.par.9.c Hebr. Corihæ.

Corites, Idem.ſ.n.1.para.9.d

κόρινθος Corinthus, Saturitas, vel ſacietas, aut ornamentum. G. Ciuitas Achaiæ maritima, quæ & Ephyra dicebatur, act.18.a

κορινθίοι Corinthij, Saturati vel ſatiati, aut ornati. G. act.18.c

Cornelius, Latinũ eſt, à cornu. Nomẽ viri, act.10.a

Corozaim, Hoc ſecretum, vel hic eſt myſterium. D. Galilææ oppidum eſt nunc deſertum inquit Hieronymus in ecloga, in ſecundo lapide à Capharnao, luc.10.matth.11.c

קוץ Cos, Spina, aut æſtas, ſiue tædium, vel vigilia, aut finis. Pater Anob & Soboba,1.para.4.b

Coſam, Diuinans. D. Pater Addi, patris Melchi, luc.3.f

כזבי Cozbi, Mendax, aut ceſſans, ſiue quaſi fluens, aut quaſi fluxus. Filia Suri, illa quæ cum Zambri occiſa eſt, Madianitis. nume.25.d

C R

Creſcens, Latinum eſt, à creſcendo. Nomen viri, 2.Timo.4.c

κρήτη Creta, Carnea, vel carnalis. G. Græciæ inſula inter Cyrenæam & Græciam: ab ſeptentrione, Ægęo perfunditur pelago, ſimul & Cretico: ab auſtro autem, Aphricano alluitur, Ægyptium attingente pelagus. Hæc dicta eſt ἑκατόμπολις, id eſt centum vrbibus inſtructa: hodie Candia vocatur. ditionis Venetorum eſt. de hac lege Strabonem lib.10. Ptolemæum lib.3. cap.19. Plinium in 4.cap.12. Vergil.3. Æneid. Pomp. Melam lib.2. Meminit Lucas actorum 2. Paulus ad ad Titum 1. Hieronymus refert hanc famigeratam diuitijs, maxime æris, quòd prima illic eius metalli inuentio & vtilitas fuerit,1.machab.10.f.act.27.b

κρῆτες Cretenſes. Idem p.n. G. tit.1.c

κρῆτες Cretes, Idem. G. Populi, act.2.b

Criſpus, Latinum eſt. Princeps ſynagógæ Iudæorum, act.18.c.1.corinth.1.b

C V

קישי Cuſi, Durus, ſiue ſtipula, aut cucumerarium. Filius Abdi filij Maloch,1.para.6.d

כותה Cutha, Combuſtio, ſiue contuſio. Regio eſt Perſidis, à flumine Cutha, ſicuti Ioſephus lib.9 cap.15 antiquit. Iud. ſcriptum reliquit, vocata. Inde Cuthęi, de quibus idem li.11.cap.2. antiquit. in hunc modũ ſcribit, Salmanaſar etenim tranſmigrãs Iſraelitas, in eorum regione cõſtituit Cuthæorũ genté, quæ prius in interiore parte Perſidis & Medię morabatur,4.re.17.f

C Y

κυπριάρχης Cypriarches, Princeps Cypri, vel princeps pulchritudinis. G.2.mach.12.a

κύπριοι Cyprij, Pulchri. G. act.11.c

κύπριος Cyprius, Idem.ſ.n. G. act.4.g

κύπρος Cyprus, Pulchra, vel pulchritudo. G. Nomen inſulæ,1.mach.15.d.act.11.c.27.a

כפר Cyprus, Cantic.1.c.4.d. Cãphora interpretantur nonnulli, aroma quoddã ſic vocatum. Heb. copher.

κυρίνιος Cyrinus, In Græco Cyrinius, quod interpretatur dominans. Præſes Syriæ, luc,2.a

כורש Cyrus, Quaſi miſer, vel quaſi hæres, aut venter. Rex Perſarum,1.eſd.1.a.act.13.a

Universidad de Deusto Biblioteca

Universidad de Deusto Biblioteca

סירה Cyrene, Paries, siue trabes, aut frigiditas, vel occursus. Numen ciuitatis Aphricæ, 4.reg.16.b. quæ & Pentapolis dicitur à quinque vrbibus quibus fulget: hæ sunt, Hesperia, aliâs Berenice dicta, Plinio authore lib.5.cap.5. Apollonia. Ptolemais antiquo nomine Barce appellata. Arsinoe, aliquando Teuchira vocitata: atque vnde terris nomen est, ipsa Cyrene, omnium harum clarissima. Vide plura in Pompo. Mela lib.1. Plin.lib.5. cap.5. Strabone in 17. Ammiano Marcellino lib.22. huius mentio fit act.2.b

Cyrenæi, Idem.p.n.

Cyrenenses, Idem.act.6.c. è synagoga Iudæorum priuatæ sectæ homines.

Cyrenenses, Idem.f.n.act.13.a

Cyrenæus, Idem.2.mach.2.e.matth.27.d

D

דבי Dabai, Detrahens, siue loquens, aut senectus: vel Syriacè, fluens.

דברת Dabereth, verbum, siue res, aut apes, vel subiectio aut Syriacè, ductrix. Ciuitas quæ de tribu Issachar data fuit Leuitis, ios.19.a.21.c. Ciuitas item refugij, 1.para.6.g

דביר Dabir, Oratoriū, siue verbū, aut res, vel subiectio: aut Syriacè, ductor. Rex Eglō, ios.10.a. Nomē vrbis in tribu Iuda & Simeonis, ios.11.d.21.b. Est & altera in tribu Gad, quæ & Cariath-sepher dicitur, ios.15.c: & Cariath-senna, iosu. 15.f. iudic,1.b. Inquam confugiebant qui homicidium perpetrarant.1.para.6.e

דברי Dabri, Oratorium siue verbum meum: aut res vel apes, siue subiectio mea: aut Syriacè, ductor meus.

דדן Dadan, Mamilla, vel dilectio, aut patruus, vel iudicans. Filius Regma, Gene.10.a. Filius Iecsan, gene. 25.a. Gens Æthiopiæ in occidente.

דגון Dagon, Frumentum vel piscis. Nomen idóli Philisthinorum, iudic.16.f.1.mach.10.g

דליה Dalaia siue Dalaias, Pauper domini siue exhaustio aut ramus domini, vel macilentus. Filius Eloenai filij Naariæ, 1 para.3.d. Filius Semeiæ, iere.36.c

דלילה Dalila, Paupertas vel situla eius, aut ramus eius, siue exhauriens, aut macilenta. Nomen mulieris quam amauit Samson, iudic.16.a

Dalmanutha, Situla pręparata, vel exhaustio numerata, siue macies vel ramus præparatus vel numeratus. D. Nomen regionis, marc.1.b

Δαλματία Dalmatia, Lampas frustratoria, aut fulgur vanitatis. G. Pannoniæ ad Hadriaticum mare regio. De qua plura Plinius lib.3. naturalis hist.cap. 22. & 25. in quam Titus ad prædicandum euangelium profectus est.2.timoth.4.

Δάμαρις Damaris, Vxorcula, id est parua vxor. G. Mulier quæ ad prędicationē Pauli, Christo credidit, act.17.g

Damasceni. Sanguinis sacci, vel sanguinis pocula, aut sanguis femorum vel incendiorum vel procuratoris. Dicuntur à Damascene, quę est regio Syriæ inter Libanum & antelibanum montes ad Septētrionem Iudææ, vnde describitur terra à Dan vsque Bersabeæ.1.reg.3.2.regum,24.in hac est Damascus: à qua tota regio appellationem sumpsit. De hac Mela lib.1. Plin.in lib.5.cap.12.

דמשק Damáscus, Idem. Filius procuratoris domus Abraham, gen.15.a. Est & Damascus potens & insignis Phœnices ciuitas, quæ quondam in omni Syria tenuit principatum, terminus Iudææ ad septentrionem, ezech.47. isa.7.b.10. b.2.reg.8.3.reg.11.e.1.para. 18. quæ Stephano à conditore Damasco Mercurij & Alimedes filio: Iustino li.36, à Damasco rege: Hyeronymo in Heb. quest. verò à Damasce Eliezer, cuius in lib.1. Moysis fit mentio, nomen accepit, gene.15.de ... ezech.27. amos,1.cantic.7. iere.49. nunc Saracenorum metropolis. Tertul. li.3. aduersus Marcionem Damascum ciuitatem Syrophœnices scribit, quæ quondam Arabię deputabatur inter Libanum & Antilibanum sita, è qua Paulus per murum demissus fuit, act.9.2.para.12

דומשק Damascus, 4.reg.16.b. Similitudo incendij, aut osculi vel poculi, siue sacci, aut similis femori, vel tacitum osculum aut poculum. Heb. Duméséc. Licet exemplaria quædē Hebraica legant דומשק Duméséc.

דמנה Danina, Sterquilinium, aut cruentatio, vel taciturnitas, aut similitudo nostra. Ciuitas in terra Zabûlon data Leuitis, ios.21.c

דן Dan, Iudicans, siue iudicium. Nomen loci, gen.14. c. Filius item quintus Iacob ex Bala ancilla Rachel vxoris suæ, gene.30.a. est & ciuitas Phœnices ad fontes Iordanis sita, in qua tribus Dan habitauit, & nomen imposuit: ante hæc Lesem appellata, iosu.19.& Lais, iu.18.c. siue Laisa, is.10. Ipsa fuit terminus terrę Israel ab Aquilone, 1.re.3.ezec.27. In qua Ieroboā rex Israel vitulum adorandum erexit, 3.reg. 12, amos,8. Hieronymus in Heb. traditionibus Paneas vocatam putat, quæ aliâs Cæsarea Philippi.

דניאל Daniel, Iudicium Dei. Nomen prophetæ, quem præpositus eunuchorum Nabuchodonosor, vocauit Baltasar, danie.1.b. Filius item secundus Dauid ex Abigáil Carmelitide, 1.para.3.a

דנה Danna, Iudicium, vel iudicans: aut Syriacè, ista. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ios.15.f

דפקה Daphca, Pulsatio, siue impulsio. Nomen loci in quem venerunt filij Israel à deserto Sin, nume.33.b

Δάφνη Daphne, Laurus. G.

Daphnin, nume.34.c. vbi dicitur, fontem Daphnin.non est in Hebræo

דרע Dara, Generatio, siue habitatio pastoris aut societatis siue iniquitatis: vel Syriacè, brachium. Filius Zaræ filij Iudæ, 1.para 2.a

דרקון Darcon, Generationis vel habitationis possessio vel emptio: aut Syriacè, draco. Nomen viri, 1.esd.2.c

דריוש Darius, Requirens, aut inquirens. Rex Medorum, danie.5.g.1.esd.4.b

דרמשק Darmascus, Generationis aut habitationis procuratio, aut generatio vel habitatio incendij vel procuratoris. Vide Damascus, 1.parali.18.b.2. para.16.a.24. f.28.a

דתן Dathan, Ritus, aut lex. Filius Eliab, nume.16.a. deut.11.a

Datheman, Legis pręparatio, vel legis munus. D. Nomen vrbis, 1.mach.5.a

דוד Dauid, Dilectus. Filius Isai, 1.reg.17.b.1.para.2.b

D E

דבשת Debbaseth, Melliflua, aut infamiam apponens. Nomen ciuitatis, terminus Zabulonię tribus, ios.19.a

דבלים Debeláim, Palatæ, id est massę ex ficibus compactæ, massæ ficuum siccarum, caricæ. Osee, 1.a

דבורה Debera, Oratoriū, siue verbū, aut res, vel apes, aut subiectio: vel Syriace, ductrix. Nomen loci, iosu.15.b

דבלתה Deblátha, Palata, id est massa ficuum siccarum, aut massa de ficibus compacta. Ciuitas est apud Ezechielem quam ego plane רבלתה esse credo. nam similitudo literarum ד & ר sæpenumero multis imponit, propterea quod hæ paruo admodum apice inter se distent.

Deblathaim, Idem. p.n. Nomen ciuitatis in terra Moab, iere. 48. d

דבורה Debora, Apes, vel verbum, aut res, siue subiectio: vel Syriacè, ductrix. Nutrix Rebeccæ, gen.35.b. Vxor item Lapidoth prophetæ, iudic.4. a

Δεκάπολις Decapolis, Decem ciuitatū, f. regio. G, Regio est decem vrbium vltra Iordanē ad orientem Iudæę sita, cuius fit mentio matt.4.mar.5.b. & 8. de qua Pli.li. 5.ca.18. naturalis historię, & Hyeronymus in ecloga.

דקלה Decla, Comminutio eius: vel Syriace palma, illa scilicet quæ est arbor, Filius Iectan, gene.10.d

דדן Dedan Mamilla, vel dilectio earum: aut patruus, vel iudicans. Nomen vrbis, iere.25.e

דדנים Dedanim, Idem.p.n. Filij Dedan, isa.21.d

דלען Delean, Pauper afflictus, siue pauperis responsio vel canticum, aut exhausta siue macilenta afflictio vel respōsio: vel ex Hebræo & Syro, Pauper ouis Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ios.15.e

דלפון Delphon, Stillicideum, aut pauperem respiciens, siue exhaustum vel macilentum respiciens. Filius Aman filij Amadátha, esth.9.b

Δῆλος Delos, Manifestata, vel ostensa. G. Nomen insulæ 1.mach.15.d

Δημᾶς Demas, Popularis, vel plebeius, aut pinguis. G. Nomen viri, coloss.4.d.2.timoth.4.c

Δημήτριος Demetrius, Cerealis à Cerere, quam gentiles deam frumenti putabant. Seleuci filius, 1.mach.7.a Nomen etiam argentarij cuiusdam, act.19.e

Δημοφῶν Demophon, Populi interfector, aut populi cædes. G. Nomen viri, 2.macha.12.a

דנהבה Denába, Iudicium eius in ea, aut iudicium præbens, Vrbs est in Edom, in qua regnauit Bela, genesis, 36.c

Δέρβην Derben, Circūsepta, vel vallata. G. Nomē ciuitatis Lycaoniæ, siue Isauriæ, vt Strabo ait.li.12.act.14.a

Δερβαῖος Derbeus, Circunseptus, vel Vallatus. G.act.20.a

Dessau, Pinguedo, aut cinis. D. Nomen castilli, 2. machab,14.c

D I

Διάβολος Diabolus, Criminator siue Calumniator, aut accusator. G.1.mach.1.e.luc.8.b.iohan.6.g

רשת Diabolus, Habacuc, 3.a. in Hebræo est Réseph, & interpretatur, volucris siue flamma, vel lampas, vel sagitta.

Diana, Latinum est: & dicta est à die, eò quòd habeat lucem æmulam diei. Nam luna hoc nomine appellatur. Nomen deę quā colebant Ephesij, act.19.e.g

דיבון Dibon, Abundans filius, aut abundantia intelligentiæ vel ædificationis: aut Syriacè, fluxus. Nomen excelsi Moabitarum, vbi colebantur idôla, isa.15.a. num.21.f.iere.48.d. Est & vrbs Moabitarum primo, & postea Sehon regis Amorrhæorum, in tribu Ruben vltra Iordanem ad orientem posita, ios 13.

דימון Dibon, isa.15.d: vbi legitur, Quia aquæ Dibon repletę sunt sanguine. Ponam enim super Dibon, &c. in Hebræo habetur Dimon, & interpretatur sanguinolenta, siue sterquiliniū. Ciuitas in tribu Gad sita.

דיבון-גד Dibon-gad, abundantia filij fœlicis, aut abundantia intellectus vel ædificationis fœlicis, siue abundantia filij accincti. Nomen loci, in quo filij Israel fixêre tentoria profecti de Oboth, nume.33.f.c

דברי-הימים Dibre-haiamim, Verba dierum. Græce autem vocatur hic liber παραλειπομένων, id est relictorū, quòd in eo libro ea maxime tractentur, quæ in libris regum relicta sunt.

Δίδυμος Didymus, Geminus, vel gemellus, ille scilicet qui cum alio, vno & eodem partu nascitur. G. Sic dicebatur Thomas Apostolus, iohan.11.b.20.f

דהוא Dieui, De generatione, aut existentes. Syrum est.

דליהו Dilaiáu, Pauper domini, siue exhaustio, vel ramus domini, aut macilentus. Nomen viri, 1.paralipomenon, 24.c

דימונה Dimona, Sterquilinium, siue coaceruatio, aut abundans numerus vel munus. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, iosue, 15.d

דינה Dina, Iudicium, vel iudicans: aut Syriacè, ista. Filia Iacob ex Lia vxore, gene.30.c

דינאיא Dinæi, Iudices, siue iudicia. Nomen populi, 1.esdræ, 4.b

Διονύσιος Dionysius, Diuinitus stimulatus vel compunctus. G. Vir Atheniensis, prędicante Paulo ad fidem Christi conuersus, act.17.g

Διόσκορος Dioscorus, Diuina saturitas, vel diuinum ornamentum. G. Nomen mensis, 2.mach.11.d

Διοτρεφής Diotrephes, A Ioue nutritus. G. Vir pessimus, vt testatur Iohannes in tertia sua epistola.

דישן Disan, Trituratio, siue pinguedo, vel cinus, aut abundans dens vel ebur. Filius Seir Horræi, genesis, 36.c

דישון Dison, Trituratio, siue pinguedo, vel cinus, Filius Seir Horræi. gene.36.c. Filius item Anæ filij Sebeon, ibidem.

Διθάλασσον Ditalassum, Duo maria, siue bimaris, qui vtrinq; mari alluitur. quod in nauigatione vix sine periculo euenire solet. G.act.27.g

D O

Doch, Commotus, siue impulsus, aut comminutus. D.

דודוהו Dodau, Dilectio, aut mamilla eius, vel patruus eius. Nomen viri, 2.para.20.g

דדנים Dodanim, Dilecti vel patruelis somnus, aut mamilla dormientis. Filius Iauan, genesis, 10.a. à quo Rhodij.

רודנים Dodanim, 1.paralipo.1.a, Imperantes siue descendentes: aut imperantes vel descendentes somnus. Hebræ. Rodanim. Filius Iauan, qui genesis, 10.a. dicitur Dodanim.

דואג Doeg, Solicitus, siue anxius, aut piscator. Vnus ex pastoribus Saulis, 1.reg.21.b

דמים Dommim, Sanguinei, aut silentes, vel similes: vel Syriacè pecuniæ. Nomen regionis, 1.reg.17.a

דור vel דאר Dor, Generatio, vel habitatio. Nomen prouinciæ, ios.11.a. iudic.1.f, Est & nomen ciuitatis in tribu Manasse, ios.17. c.1. par.7.f. Maritima ciuitas, quæ deinceps ab Herode instaurata, Cæsarea in honorem Cæsaris appellata est.

Doram, Generatio, vel habitatio populi. D. Nomen loci, 1.mach.15.e

Δορκάς Dorcas, Caprea, vel damula. G. Nomen mulieris quæ & Tabita Syriacè dicebatur, act.9.g

דרדע Dorda, Habitaculum scientiæ vel generatio scientiæ. Filius Maol, 3.reg.4.d

Dorimini, Generatio, vel habitatio dexteræ. D.

Dorix, Rapidus, aut velox. D. ecclesiastici, 24.d

Δοσίθεος Dositheus, Deodatus. G. Nomē ducis, 2.mac.12.c

דתין vel דתן Dothain, siue Dothan, Ritus aut lex. Locus est vbi Ioseph reperit fratres suos pecora pascentes. gene. 37.d, qui etiam temporibus Hieronymi supererat in duodecimo à Sebaste miliario contra aquilonis plagam.4.reg.6.c

D R

Δρουσίλλα Drusilla, Rore conspersa. G. Vxor Felicis præsidis Iudææ, act.24.f

D V

דודי Dudia, Dilectus aut patruus meus. Nomen viri, 1.paral.27.a

דעואל Duel, Cognoscite Deum, aut scientia dei. Pater Eliasaph principis tribus Gad, nume.1.b

דומה Duma, Silentium, vel similitudo. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, isa.21.c. Filius Ismahelis, gene.25.b

דורא Dura, Generatio, vel habitatio, aut pyrasci licet ignis. Vallis prouinciæ Babylonis, dani.3.a

E

עיבל Ebal, Aceruus vetustatis, aut aceruus defluēs, Filius Sobal filij Seir, gene.36.c. Est & mons vltra Iordanem in Terra Chanaan, non longe ab Ierichonte, in quo altari constructo posuit Mose maledictiones, deut.11.& 27. iosue, 8. Iosephus lib.4.cap.6.antiq.Iud.

E C

חסטן Eccetan, Paruus, siue minimus. Nomen viri, 1.esd. 8.b

Ἐκκλησιαστής Ecclesiastes, Cōcionator, vel congregans, Hebrice קהלת Coheleth, id est concionator.

Ecbathana, Frater mortis. D. Nomen regionis, 2. machab.9.a

אחמתא Ecbathanis, Idem. Heb. Echmatha. Metropolis maioris Mediæ. à Seleuco, vt inquit Volaterranus li. XII, seu vt authori historiæ Iudith.1.a. placet, ab Arphaxato Medo condita, vbi reges eo quod frigida sit, æstiuare solent. Hæc Ptolemæo li 6. dicitur ἀχβάτανα Stephano vero interdum ἀγβάτανα, interdum ἐχβάτανα dicitur, 1.esd. 6.a

אחיה Echaia, Frater domini. Nomen viri, 1.esd.10.a

אחי Echi, Frater meus. Filius Beniamin, ... qui, 1.paral.8.a. Rapha dicitur.

E D

אדו Eddo, Vapor, aut nubes, vel interitus eius. Nomen viri, 1.esd.8.c

אדמה Edema, Terra, aut rufa, siue sanguinea. Ciuitas in tribu Nepthali, iosue, 19.c

עדן Eden, Voluptas siue diliciæ: aut Syriacè, tempus. Orien-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Orientalis regio, isai.37.c.4.reg. 19.c. Est & nomen proprium viri, 2.para.29.c

עדר Eder, Grex, siue defectio, vel priuatio. Filius Musi filij Merari, 1. para.23. Vrbs item in tribu Iuda, ios. 15.d.& 19. Est quoque turris nomen vbi filij Iacob tabernaculum fixerunt, gene.35.d. vbi legitur, Fixit tabernaculũ trans turrẽ gregis, Hebraice, turrim Eder, Item Micheę, 4.c. Et tu turris gregis: Hebraice, Et tu turri Eder.

חדסה Edissa, Myrtus: aut Syriace, lætitia. Nomẽ mulieris, quæ & Esther, esth.2.b

ערבא Edna, siue Ednas, Voluptas: aut Syriacè, tempus Nomen viri, 1.esd.10.d

ערנה Edna, 1.paral.12.d, Æterna requies, siue testimonium quietis. Princeps militum in Manasse.

אדום Edom, Rufus, siue terrenus, aut sanguineus. Sic cognominatus fuit Esau, gen.25.d.36.a. Nomen regionis, quę & Idumæa, reg.11. c.isa.34.b. Hęc in Syria ad meridiem Iudææ sita, habet Arabiã ab Austro, Phœniciam à Borea. Aliâs porro Gabalene, item & Amalechitis ab Amalech vocitatur: velut Iosephus lib.2. ca.1. indicat. Veruntamen idem Iosephus lib.5.cap.3. antiq. duplicem Idumeam ponit, Superiorem & inferiorem. Superiorem elegit tribus Iudæ, quæ in longum quidem extenditur vsque ad Ierosolymam: latitudine vero vsque ad paludem Sodomæ constituta est. In hac autem sorte ciuitates erant Ascalon & Gaza: istam, Palæsthinam aliás dicunt. Inferior Idumæa sorte cesit Simeonis tribui, Hæc circa Ægyptũ est, & Arabiæ montem. Hæc ille. Edomitę noluerunt filijs Israel transitum permittere per terram ipsorum, numeri, 20. Saul istos expugnauit, 1. reg.14. Dauid ipsos sibi seruire fecit, 2.reg.8.1.paral.19

אדם Edom, ios.3.d. Homo, siue rufus, aut terrenus, vel sanguineus. Heb. Adam, & est nomen vrbis.

ארעי Edrái, Fortitudinis vel magnitudinis aceruus: aut nubes siue interitus iniqui aut socij vel pastoris siue confractionis. In regione Amorrhæorum vrbs regis Og, vbi ipse contra Israel pugnauit & cæsus est, deut. 1.& 3. numeri 21. iosue, 12. Est & alia in tribu Nepthali, iosue, 19. c

E G

חגא Egeus, Meditatio, siue loquela, vel gemitus, aut ablactatio. Eunuchus Persarum regis, esther, 2.a

עגלה Egla, Vitula, aut currus, siue rotunda. Vxor, Dauid, 2.reg.3.a.1.para.3.a

עגלון Eglon, Vitulus, aut currus, siue rotundus. Nomen vrbis, cuius rex fuit Dabir, ios.10.a,15.c. Nomen regis Moab, iudicum.3.b

E L

vel אלה אלא Ela, Ilex vel quercus, siue fortitudo: aut maledictio, vel iuramentum, scilicet imprecationis: aut Syriacè, deus. Ciuitas Idumæorum, genesis, 36.d. Pater Osee prophetæ, 4.reg.15.f. Filius Caleb filij Iephone, 1.para.4.c. Pater Semei præfecti in Beniamin, 3. reg. 4.b. Filius Ozi, 1.paral.9. b. Filius Baasa regis Israel, 3.reg.16.b.c

אלעד Elad, Dei æternitas, vel dei testimonium, aut dei præda. Filius Suthalæ filij Zabad, 1. paralipomenon, 7. d

אלעדה Elada, Dei cœtus vel congregatio, aut dei æternitas siue testimonium, vel dei præda. Filius Tahath, filij Bared filij Sathalæ filij Ephráim, 1. paralipomenon, 7. d

Elai, Fortis, vel deus meus. D. Iudith.8.a

אלעשה Elasa, Dei factura. Filius Helles filij Azariæ filij Iehu, 1.para.2.e. Filius Rapha filij Banaa, 1.para.8.d. Filius Sa[illegible]an, iere.29.a.1.esd.10.c

אילת Elath, Cerua, siue fortitudo: aut ilex vel quærcus. Nomen ciuitatis regni Edom ad mare rubrum, vnde ex Ægypto Indiam versus, & inde ad Ægyptum nauigatur, deut.2.b. Hæc dicitur Alia in 4.reg.14.f. 16.a. eámque ædificauit Azarias.

אלקנה Elcana, Deus zelotes, aut dei possessio, vel dei clamus, siue deus nidus eius. Filius Core filij Isaar, filij Caath, exod.6.d. Filius Item Ieroboam, 1.reg.1.a. 1.para.12.a. Filius Asir, 2.para.6.b.28.a

אלעשר Elcesæus, Dei durities, vel serotinus. Viculi nomen in Galilęa, vnde Nahum propheta, nahum, 1.a

אלדעה Eldaa, Dei scientia, aut dei cognitio. Filius Madian filij Abrahæ, gene.25.a

אלדד Eldad, Dei dilectio aut dilectus. Nomen viri, super quem requieuit spiritus Domini in castris, num.11.f

אלעלה Eleale, Dei ascensio, siue dei holocaustum. Ciuitas Amorrhæorum in Galaaditide regione, tribui Iudæ adscripta, isa.15. b. quam ædificauerunt filij Ruben, num.32.g

אלעזר Eleazar, Dei adiutorium, siue dei atrium. Filius Aaron filij Amram filij Caath, filij Leui, exod, 6.d.1. para.6.a

Eleazarus, Idem. Filius Mathathiæ, filij Ioannis, 1.mach.2.a. Pater item Phinees filius Mosollamiæ, 1. para.9.d

Electa, Latinum est, & Græce idem significat. Mulier ad quam scribit Iohannes, 2.iohan.

אלחנן Elehanan, Dei gratia, siue dei misericordia, aut dei donum. Nomen viri, 2. regum, 23. d.1. paralipomenon, 11.f

אלת Eleph., Mille, siue doctrina, aut bos, vel dux. Vrbs in tribu Beniamin, ios.18.d

ἐλεύθερος Eleutherus, Liber, vel ingenuus. G. Nomen fluuij, 1.mach.11.a

אלי Eli, Deus meus, matth.27.c

אליה Elia, Deus dominus, aut fortis dominus. Filius Ieroam, 1.para.8.c.1.esd.10.d

אליאב Eliab, Deus meus pater, siue deus patris. Filius Phallu filij Ruben, nume.26.a. Primogenitus filiorum Isai patris Dauid, 1. regum, 17.b.1. paralipomenon, 2.b. Filius etiam Helon, princeps tribus suę Zabulon, nume.1.a

אליקם Eliacim, Dei resurrectio aut affirmatio, siue deus resurrectionis vel firmitatis: aut deus vindicans. Filius Helciæ, isa.22.f.4.reg.18.d, prępositus domus regis Ezechiæ. Filius item Iosiæ regis, à Pharaone Nechao Ioacim appellatus, 4. regum, 23.g. Pater Iona, luc. 3. f

אליוד Eliada, Dei scientia, vel dei cognitio. Pater Razon, 3.reg.11.c. Filius Dauid, 2.reg.5.c, 1.par.3.b

אליעם Eliam, Dei populus, aut deus populi. Filius Achitophel, 2.reg.23.d

אליהו Elias, Deus dominus, aut fortis dominus. Nomen prophetæ, 3.reg.17.a

אליסף Eliasaph, Deus augens, vel deus augmentationis, aut deus finiens. Filius Duel, princeps tribus suæ Gad, nume.1.b

אלישיב Eliasib, Deus conuersionis, aut dei sessio vel habitatio, siue dei insufflatio. Filius Elioenai filij Naariæ, 1.para.3.d.24.b.2.esd.10.a

אליאב Eliatha, Deus meus tu, aut deus meus venit. Nomen viri, 1.para.25.b

אליקא Elica, Dei Pelicanus, aut fortis vomitus. Nomen viri, 2.reg.23.d

ἐλικοι Elici, Nigri, aut circunuoluti, vel retorti. G.

אלידד Elidad, Dei dilectus, vel dei dilectio. Filius Chaselon, princeps tribus Beniamin, nume.34.d

אליאל Eliel, Deus meus deus, vel dei fortitudo, siue dei potentia. Filius Thohu, 1. para.6.c.8.b. Mahumites, 1.para.11.g.2.para.31.c

אליעזר Eliézer, Dei adiutorium, siue dei atrium. Nomen filij procuratoris domus Abraham, gene. 15.a. Filius item Moysis, exod.18.a.1.para.23.b. Filius etiam Bechor filij Beniamin filij Iacob, 1.para.7.b. Filius Iorim, luc.3. f

אלהרת Elihoreph, Dei hyems, aut Deus iuuentutis, siue forte opprobrium, aut ex Hebræo & Syro, deus acuminis. Filius Sisa princeps exercitus Salomonis, 3. reg.4.a

אלים Elim, Arietes aut fortes, vel cerui, siue valles. Nomen ciuitatis Moabitarum non procul à limite. ad quam peruenerunt filij Israel profecti de Mara, exod. 16.d. nume.33.b. Est & nomen putei, isa.15.d, aut nomen ciuitatis, & debet legi Beerelim.

Elimé-

אלימלך Elimélech, Deus meus, rex aut dei consilium. Nomen Beth-lehemitę cuiusdam, Maritus, Noemi, ruth.1.a

אליועני Elioenái ad ipsum oculi mei, siue ad ipsum fontes mei, aut ad ipsum afflictio vel paupertas. Filius Naariæ filij Semeiæ filij Secheniæ, 1.para.3.d.4.f. Filius item Bechor filij Beniamin filij Iacob, 1. paralipomenon.7.b.8.b.

אליחדעיני Elioenái, 1.para.26.a.esd.8.a. Ad dominum oculi mei, aut deus ipse oculorum meorum.

אליפז Eliphal, Dei miraculum, vel dei iudicium. Filius Vr, 1.para.11.g

אליפלט Eliphálet, Deus liberationis, siue deus expellens. Filius Dauid.2.re.5.c: qui 1.par.3.b.14.b. dicitur Eliphelet. Est & Filius Esec.1.para.8.d

אליפלהו Eliphalu, Deus mirabilis, siue deus iudicij. Nomẽ sacerdotis, 1.para.15.b.

אליפז Eliphaz, Dei nisus vel conatus, aut dei obrizum. Filius Esau ex Ada vxore, gene.36.a

אליפלט Eliphélet, Deus liberationis, siue deus meus expellens. Filius Asbai, 2.reg.23.d. Filius item Dauid, 1.para. 3.b: qui 2.reg.5.c. dicitur Eliphalet.

אלישה Elisa Deus est aut dei agnus, siue deus commodãs Filius Iauan, genesis, 10. a. Ab hoc Æoles siue insulę Ionij maris ezech.27.a

אלישבע Elisábeth, Deus iuramenti, vel saturitatis, siue dei septenarium. Vxor Aaron filia Aminadab, exodi. 6.d. Vxor itẽ Zachariæ mater Ioannis Baptistæ Iu.1.a

אליצפן Elisaphan, Deus aquilonis, siue deus absconditus, aut deus speculator. Filius Osiel filij Caath filij Leui, exod.6.c. Filius item Pharnach, num. 34.d

אלישפט Elisaphat, Deus iudicans

אלישמע Elisama, Deus exauditionis, siue dei exauditio, Filius Ammiud, princeps tribus suę Ephraim, nu. 1.a. 1.par.7.f, Filius item Dauid, 1.par.3.b.14.b: qui 2.re. 5.c. dicitur Elisua. Pater Nathaniæ, 4.reg.25.g. Sicno minabatur filiº Icania filij Sellũ filij Sisamoi, 1.pa.2.c

אלישע Elisęus, Dei, salus, vel deus saluans. Nomen prophetæ filij Saphat, 3.reg.19.c.4.reg.3.b.luc.4.e

אלושע Elisúa, Idem. Filius Dauid, 2.reg.5.c: qui Elisama. 1.para.3.b, dicitur.

אליצור Elisur, Dei fortitudo, siue dei petra aut dei plasmatio vel colligatio. Filius Sedeur, princeps tribus suę Ruben, num.1.a

אליהוא Eliu, Deus meus ipse, aut fortitudo ipsius. Filius Ieroham patris Elcana, 1.re.1.a. Nomen principis militię, 1.para.12.d.26.a.27.c

Eliud, Deus laudis, siue deus confessionis, aut dei laus. vel cõfessio. D. Filius Achim filij Sadoc, mat.1.b

ἑλλάς Ellada, Græcia. G. Hellada.

הרברים אלה- Elle-haddebarim, Hęc sunt verba. sic incipit quintus liber legis, qui Græce δευτερονόμιον, id est secundaria lex dicitur etiam ab ipso Moyse, deutero. 17. d

שנהחתורת. Non quod alia sit quam ea qua in mõte Sinai data est, sed quod denuo repetita sit nouo pacto per ministerium Moysi, coram ijs qui priorem in monte Sinai non audierant,

חלל Elsel, laudans siue lucifer, aut stultitia. Pater Abdõ iudicis in Israel, iudic.12.d

Elmadan, Deus mensuræ eorum, vel deus inducmenti eorum. D.

אלמלך Elmelech, Dei regnum, vel dei consilium. Nomen ciuitatis in tribu Aser, ios.19.g

אלמודד Elmodad, Dei mensura, aut atrium dilecti. Filius Iectan, gen.10.d

אלעם Elnaę, Dei pulchritudo siue deus monens eos. Pater Iosaia & Ieribai, 1.para.11.b.

אלנתן Elnathan, Deus dedit, siue dei donum. Filius Achobor, ierem.26.g. Pater Noesta matris Ioachin filij Ioacim, 4.reg.24.b

אלון Elon, Ilex, vel quercus aut fortis. Filius Zabulõ. gene.46.b. Iudex Israelitici populi, iudic, 12.d. Nomẽ ciuitatis in tribu Nephthali, iosu.19.c.3. regum.4.a. Tale fuit nomen patri Basemath & Ada vxorum Esau, gene.26.g.36.a

Elonitę, Idem. p.n. num.26.c

Elphaal, Dei opus, vel dei operatio. Filius Mehusim, 1.para.8.b.

אלתקה Elthece, Ex Hebræo & Syro, dei theca vel capsa. Nomen ciuitatis in tribu Dã, ios.19.c: quæ ios. 21.b. Eltheco dicitur.

Eltheco, Idem. Nomen ciuitatis ios.21.b. quæ ios. 19.c. dicitur Elthęce.

אלתכון Elthecon, Dei correctio siue dei præparatio. Nomẽ ciuitatis in tribu Iuda, ios.15.g

אלתולד Eltholad, Dei generatio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ios.15.e in tribu Simon, ios.19.a

אלול Elul, Vlulatus, siue pernoctatio. Nomen sextæ lunationis, partim Augusto, partim Septembri respondentis, 1.mach.14.d.

אלעזי Elusai, Dei fortitudo. Nomen viri, 1. paralipomenon, 12.a

ἐλυμαΐς Elymaida, Panicea, à panico, quod est genus semi nis. G. Nomen ciuitatis, 1.mach. 6.a

ἐλύμας Elymas, Magus, siue corruptor, vel pernicios us. G. Nomen magi, act. 13 b

אלזבד Elzabad, Dei dotatio. Nomen principis 1.par.12.b. 26.a

E M

חימן Emalchuel, Rex deus, aut regnũ dei, vel nuntius dei. D. Nomen viri, 1.mach.11.d

המת Eman, Multus, aut tumultuans, vel Syriacè, fidelis. Filius Zare filij Iuda, 1.para.2.a

Emath, Ira vel indignatio, aut calor, siue murus, aut vter, vel lagena. Vrbs Syriæ Damasci, ierem. 49. Vbi hostes Israelis remanserunt, iud.3. Hæc Eusebio Epiphania, alijs antiochia dicitur. Ciuitas est munitissima tribus Nephthali, ios.13.19.1.para.14.19. Vide Hieronymum in locis Heb. Ipsa est terminus Chanaęorum à Sydone, ios.13.à qua vrbę accepit nomẽ circumiacens regio, cuius mentionem habes, 4. reg. 14.g.25. isa.10.b.11, c. zach. 9. Repete quæ suprà in Amath habes.

מאר Emath, Nehem.12.c. interpretatur centum. Heb. Meach. Nomen turris.

אמר Emer, Dicens, vel loquens, siue exaltatio: aut Syriace agnomen loci. 1.esd.2.c

אמים Emim, Timores, aut terribiles, vel populi, siue insula aquarum. Gigantes quos expulerunt Moabitæ à terra ipsorum, deut.2.c. In gene.14.a, non est propriũ nomen sed vertendũ terribiles vel horrendos. quod fecit Chaldaicus interpres: sic etiam transferendum esse dicit Hieronymus in quæstionibus suis Hebraicis in Genesin: licet LXX ἑρμαῖτω trâstulerint. Puto tamen populos esse Raphaim, A Moabitis Emim dictos: ab Ammonitis vero, Zomzommim. deutero. 2.c.d

עמנואל Emmanuel, Nobiscum deus, isaiæ.7. b. matthæi. 1.c

אמו Emmaus, Timens consilium, vel matris augentis consilium, seu populus abiectus. D. Nomen castelli distantis ab Ierusalem stadijs 60. luc.24.b

Emmer, Dicens, siue loquens, vel exaltatio: aut Syriace, agnus. Pater Phashur sacerdotis, ierem.20.a. 1.esdræ, 2.b. Pater item Mosollamith, 1.paralipomenon, 9.b.24.b

E N

ענק Enac, Gigas, aut torques, vel monile, siue onerat⁹. Gigãtes, nu.12.d. quos expulerũt Chananęi, deu.2.b

עין-עגלים Enacim, Idem. p.n.

En-agallim, Fons siue oculus vitulorum, vel curruum aut rotunditatum. Nomen vici in principio maris mortui, ezec.47.b

עינם Enaim, Fõs vel oculus eorũ. Locus in tribu Iuda, iosue, 15.e. Hodiéque villa est Bethemin [illegible] binthum. Hieronymus in locis Hebracis. Hebr. Enam.

עינו Enan, Nubes, vel augurium, siue fons, aut oculus earum. Nomen villæ siue viculi, nu.34.b. ezech. 48.a Pater item Ahira principis in tribu Nephthali, nu. 1.b

ἐγκαίνια Encænia Renouatio, vel dedicatio, id est festum pro

Universidad de Deusto
Biblioteca

pro renouatione vel dedicatione templi. G. Iohan. 10.c

עין-דור En-dor, Fons siue oculus generationis vel habitationis. Vrbis tribus Manasse in Iezrael iuxta Naim vrbem sita ios. 17.c.1. reg. 28.a. psal. 82.c

עין-גדי En-gaddi, Fons siue oculus hœdi vel fœlicitatis: aut ex Hebræo & Syro, fons siue oculus incisionis, vel scissuræ. Vrbs in tribu Iuda iuxta mare mortuũ contra occidentem. Dicitur & Hasason-thamar, 1. re. 24.a. ezech. 47.b. cantic. 1.d

עין-גנים En-gannim, Fõs hortorum siue oculus protectionum. Locus tribus Iudæ, ios. 15.c. Et Hyeronimo in locis Heb. est vicus iuxta Bethel. Alia ciuitas sacerdotum in tribu Issachar, ios. 19.b

עין-חדה En-hadda, Oculus acutus vel lætus: aut fons acuminis vel lætitiæ, siue ex Syro & Hebræo, fons vel oculus vnus siue nouus. Nomen ciuitatis, ios. 19.b

עין-חצור Enhasor, fons siue oculus atrij vel vestibuli, aut fontis fœnum vel herba. Ciuitas tribus Nephthali, ios. 19.c

חנם Ennom, Ecce illi, siue diuitiæ eorum: aut decipiẽs vel contristans eos. Nomen viri, iere. 7.g

עינן Enon, Nubes, vel obnubilatio, siue fons aut oculus eius, vel augurium Terminus Dasmaci. Ezech. 47.d. Est & Enon iuxta Salim oppidum haud longe à Iordane, vbi baptizabat Iohannes, sicut iohan. 3. e. scriptum est. Hieronymus in locis Hebraicis ad suam ætatem locum in octauo lapide Scytopoleos ad meridiem iuxta Salim & Iordanem esse memorat.

אנוש Enos, Homo vel vir, siue oblitus aut desperatus. Filius Set, gen. 4.d. luc. 3.g

עין-שמש En-sẽmes, fons siue oculus solis: aut ex Hebræo & Siro, fons siue oculus ministerij vel famulatus. Nomen loci, ios. 18.c

E P

ἐπαφρᾶς Epaphras, Spumans. G. Viri fidelis nomen, col. 4.c

ἐπαφρόδιτος Epaphronitus, Venustus, siue iocundus. G. philip. 2.d

ἐπαινετός Epænetus, Laudabilis. G. Amicus, Pauli, roma. 16.a

עיפה Epha, Lassus, aut volans: vel Syriace, plicatus vel complicatus. Filius Madian filij Abrahæ, genes. 25.a. Ab eo, Arabia fœlix, deserta, siue petrea, dicta est Epha, isa, 60.a. Fuit & nomen concubinæ Caleb, 1. para. 2.f. Filius Iahaddai, 1. para. 2.f

עפר Epher, Puluis, siue hinnulus, aut plumbum. Filius Madian filij Abrahæ, gen. 25.a. 1. para. 1. c. Filius Ezra, 1. para. 4.c. 5.d

ἔφεσιοι Ephesij, Desyderabiles. G. act. 19.g

ἔφεσος Ephesus, Idem. f. n. G. Minoris Asiæ metropolis, & emporium celeberrimum, Amazonũ opus, Ionicarum clarissima, à nomine & ipsa Amazonis appellata, pluribus ante nominibus dicta, Vrychia, Ortygia, Ptelis, Arsinoe ab vxore Lysimachi. In hac templum Dianæ celeberrimum, à tota Asia annos CC. ædificatum. Hæc Raphael Volaterr. libr. 10. Geographiæ. In Epheso etiam Paulus prædicauit, act. 18. Huius meminit Apostolus, 1. cor. 16. apo. 1. & 2. Extat & Pauli epistola ad Ephes.

Ephi, Genus est mensuræ, ezech. 45.d

איפה Ephod, Superhumerale, aut ornamentum iudic. 7.f. 8.f. 17.b. 1. reg. 2.d. 1. para. 15.d. Sic vocabatur pater Hamiel, Nume. 34.d

אפנך Ephra, Puluerulenta, siue plumbea, aut damula. Ciuitas Gedeonis, iudic. 6.b. 8.f. 1. reg. 13.d

עפרה Epraim Frugifer, aut crescens. Filius secundus Ioseph, gen. 41.g. 1. par. 6.f. Ab hoc tribus Ephraim nomenclaturam habet, quę à Iordane flumine vsq; ad Gazer lõgitudinem habuit: latitudinem verò, quæcunq; à Bethel vsq; ad campum maximum terminatur, Iosepho li. 5. ca. 3. Iudaic. antiq. Vide Ezechielem 48. Est etiam mõs in terra Iuda ad aquilonem, quem possederunt filij Ioseph, ios. 13. & 17. Dictæ sunt quoque decem tribus Israel, siue regnum Israel, Ephraim: velut isai. 7. & 9. ose, 5. legis, & psal. 59. Ephraim fortitudo capitis mei. Et psal. 78. Tribum Ephraim non elegit. Similiter psal. 108.

אפרתה Ephrátha, Vbertas, siue frugifera, vel crescens, aut incinerata. Vxor fuit Caleb filij Hesron post defunctam priorem vxorẽ Azubam. Ipsa peperit ipsi Caleb Hur filiũ, 1. par. 2. Ab hac Calebis vxore Ephratha vrbs nomen clauram accepit, quę est in tribu Iudæ, gene. 35.c. Aliàs Bethlehem dicta, gene. 48.b. 1. para. 2. & 4. videtur eadem esse quæ Caleb Ephratha appellatur, 1. par. 2. vbi mortuus est Hesron. Vide dehac re etiam Hieronymum in traditionibus Hebraicis.

אפרתים Ephrathæi, Vbertates, siue frugiferi, aut crescẽtes, vel incinerati.

אפרתי Ephrathæus Idem. s. n. iudicum, 12.b. 3. reg. 11.e

חפרי Ephree, Cooperimentum iniqui vel socij aut confracti, siue portus iniqui vel socij aut confracti. Rex Ægypti, iere. 44.g. Heb. Hephree.

אפרים Ephrem, Frugifer, aut crescens. Nomen ciuitatis, psal. 77.a. iohan. 11.g. Heb. Ephráim,

עפרון Ephron, Puluis, siue hinnulus, aut plumbeus Filius Seor, gen. 23.b: à quo ciuitas in tribu Iuda, 2. par. 13.d. 1. mach. 5.e

ἐπικουρέοι Epicurei, Adiutores, siue auxiliatores. G. 18.d.

ἐπινίκιον Epinicium, Canticum victoriæ. G.

E R

ἔραστος Erastus, Amabilis. G. Minister Pauli, act. 19.c. roma. 16.d. 2. tim. 4.d

ארכוריא Erchueni, Longi, aut sanantes, siue maledictio combustionis. Populi, 1, esd. 4.b

Erioch. Lõgus, aut procerus, siue satietas vel ebrietas tua, aut leo tuus. D. Rex Elicorum, iudit. 1.c

E S

אשעו Esaan, Innixus, vel sustentatus, siue ignis afflictionis vel responsionis. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ios. 15.f.

עשי Esaias, Vbique scribe Isaias, aut si mauis ex Hebræo Iesaias, Vide interpretationem in dict one Isaias.

עשו Esau, faciens, vel operãs, aut tinea eius. Filius Isaac, gene. 25.c: qui & Edom gen. 36.a, dicitur.

אשבעל Esbáal, Ignis idóli, siue ignis dominantis aut subijcientis vel posidentis. Filius Saul, 1. paralipomenon, 8.d. 9.f

Esbon, Festinans intelligere, siue festinans ædificare. Filius Bale filij Beniamin, 1. para. 7.b

אשכל Eschol, Botrus, siue orbatio, aut ignis omnis. Frater Mambre, gene. 14 b. Est & vallis & torrens terrę Chanaan.

אזרא Esdras, Adiutor, siue atrium. Nomen prophetæ sacerdotis, 1. esd. 7.a

Esdrelon, Adiutorium, fortitudinis, vel quercus auxilij. D. Nomen ciuitatis, iudith, 1.d

Esdrin, Adiutorium, D. Nomen viri, 2. mach. 12.f

אשבן Eseban, ignis filij vel ædificantis aut intelligentis. Filius Dison Horræi, gene. 36.c.

אבן Esebon, Festinatio filij, aut festinatio intelligentis vel ædificantis. Filius Gad filij Iacob, gene. 46.b. Filius item Bela filij Beniamin filij Iacob, 1. paralipomenon, 7.b

עשק Esec, Violentia, siue calumnia. Frater Aser filij Ilasa, 1. para. 8.d

אלישחר Esẽlias, Liberans vel reseruans dominus, aut prope dominum. Pater Saphan, 2. para. 34. b: qui 4. reg. 22.a. Asalias dicitur.

עצם Esem. Os ab osse, siue fortitudo, aut lignum eorum vel consilium eorũ, aut clausura, s. oculorum. Ciuitas in tribu Iuda, ios. 15.e

אצר Eser, Cellarium, siu thesaurus, aut angustias. Filius Seir Horræi, gen. 36.c

אסתאא Esphátha. Congregatio siue collectio, aut consummans vel finiens. Filius Aman filij Amadátha, esth. 9.b

אשנה Esna, Mutatio, vel dormitatio, aut iteratio, vel secundatio. Nomen ciuitatis, ios. 15.f

אשריאל Esriel, Beatitudo dei, aut intuitus fortis, vel gressus dei. Filius Galaad filij Machir, ios. 17.a. 1. para. 7.c: qui

num. 26.d. dicitur Asriel.

חצרון Esron, Sagitta exultationis, siue diuisio cantici: aut atrium vel fœnum. Filius Ruben, gene. 46. b. Filius item Iuda, 1. para. 4.a: qui gene. 46.a. Zara dicitur. Filius item Phares filij Iuda, gen. 46.b. Nomen prætera loci, ios. 15.a. Heb. Hesron.

Esronitæ, Idem. p. n. nume. 26.a.c

אשתאול Esthaol, Postulans, aut mulier fortis, vel mulier stulta, siue ignis laboris. Vrbs in tribus Iudæ inter Asdod & Ascalonem in Palæsthina, ios. 15.e. Alia in tribu Dan, iosue, 19.c. vbi filij Israel posuerat castra contra Philisthijm, iudic. 13. d. iuxta quam sepultus erat Samson, iudic. 16. Hieronymo villula Asco dicta.

Esthaolitæ, Idem. p. n. 1. para 2.g

אשתמע Esthamo, Exauditio vel mulieris vterus. Nomen ciuitatis, 1. reg. 30.g. 1. para. 4.c

Esthemõ, siue Esthemoa, Idem. Ciuitas quæ Aaronis nepotibus è tribu Iudæ est assignata, iosu. 21.b. 1. paralipo. 6.e

אסתר Esther, Occulta, siue abscondita, vel demoliens: aut ex Syro & Hebræo, medicinæ exploratio vel cõtemplatio, aut medicina turturis. Nomen mulieris, quæ & Edissa filia Abiháil dicta est, esth. 2.b

אשתון Esthon, Vxor eius, aut ignis donum. Filius Mahir, 1. para. 4. a

E T

עיטם Etam, Auis, eorum, siue inuolutio eorum, vel calamus eorum: aut Syriacè, consilium eorum. Nomẽ viri, 1, parali. 4.a. Est & petra munita quæ in tribu Iuda erat, vbi Samson aliquãdo habitauerat, iuxta torrentem, iudic. 15. b. Iosephus lib antiq. 5. capite. 13. Est quoque ciuitas Iudæ à Roboam ædificijs munita, 1. para. 4.f. & 11.b

אתי Ethai, Robustus, siue signum meum, aut vomer siue aduentus. Nomen viri, 2. reg. 15.d. qui & Ithai, 2. regum, 23.d

עתי Ethai, Hora, vel tempus, siue paratus. Filius Roboam ex maacha. 2. para. 11.d

אתם Etham, Fortitudo eorum, aut vomer vel aduentus eorum siue signum eorum. Nomen loci, ad quẽ venerunt filij Israel profecti de Socoth, Exodi. 13. d. nume. 33.a

אתן Ethan, Fortitudo siue vomer earum, aut insulæ donum. Vir quidam sapiens, filius Maol, 3. reg. 4. d. Filius Zaræ filij Iuda. 1. par. 2.a. Filius Cazaiæ, 1. par. 15.b. Filius Zamma filij Semei, 1. par. 6.c. Filius Cusi filij Abdi, 1. para. 6.d

אתנים Ethanim, Robusti, vel fortes, aut munera, siue fortitudo maris. Nomen mensis septimi, qui nostro Septembri respondet. 3. reg. 8.a

אתבעל Ethbáal. Ad idõlum, siue ad dominantem, vel ad subijcientem, siue ad posidentem, aut signum idóli vel dominantis aut subijcientis vel posidentis. Nomen regis Sidoniorum, 3. reg. 16.g

אתיסיתא Ethecæ, p. n. ezech. 41.c. Ædificia quædam in atrio templi fundata, seu muro templi iuncta. Iudæi angulos vocãt & statuas. Beatus Hieronymus in 42. cap. ezech. transtulit porticus. Kimhi dicit esse generale vocabulum ad cameram & gazophylacium.

אתיאל Etheel, Mecum deus, siue signum dei, aut aduẽtus vel vomer dei. Nomen viri, esd. 11.b

עתי Ethei, Hora mea, vel tempus meum. Filius filiæ Sesan ex seruo Ægyptio, 1. para. 2.e

עתר Ether, Oratio siue deprecatio. Nomen ciuitatis, ios. 15.f

עתי Ethi, Hora vel tempus meum. Nomen viri, 1. paralipomenon, 12.b

אתנז Ethan, Donum, aut merces vel signum filij, aut aduentus filij. Filius Ashur ex vxore Halaa, 1. paralipomenon, 4.b

E V

ἐὐβουλος Eubuluz, Prudens aut bene consulens. G. Nomen viri, 2. tim. 4.d

עוים Euæi, Iniqui, siue peruersi. Populi habitantes ad meridiem, quos expulerunt Cappadoces, deut. 2. e. ios. 13. a. 4: reg. 17.f

Euergetes, Benefactor, siue beneficus. G. ἐὐεργέτης

אוי Eui, Væ, aut desyderans, vel desyderium meum. Rex Madianitarum, num. 31.a

אויל-מרודך Euil-merodach, Stulti amaritudinem conterens, aut stultus amarè contritus, Rex Babylonis, 4. reg. 25.g

Eumenis, Mitis siue beneuolus. G. εὐμενὴς

Eunice, bona victoria. G. Mater Timot. 2. tim. 1.b εὐνίκη

Euodia, Bonus odor, siue bene olens. G. phili. 4.a. εὐωδία mulieris nomen.

Eupater, Bonus pater. G. εὔπατερ

Eupator, Idem. G. Filius Antiochi, 1. mach. 6.b εὔπατερ

פרת Euphátes, Frugifer siue fructificans, aut crescens. Magnus fluuius Syriæ Mesopotamię è paradiso promanans Moysi, genesi. 2.c. Ptolemæo vero in Armenia maiore oritur in monte Periardæ ad orientem, in septentrionem flexus, terrę Chananæ terminus deut. 1.b. ios, 1. Iosephus lib. 1. cap. 2. Iudaic. antiquit. Vide Plinium lib. 5. cap. 24. Strabonem li. 16. Volaterranum lib. 11. Geograph. in fine. Vltra hunc Assyriorum sita est terra.

Eupolemus, Bene pugnãs, vel bon⁹ pugnator. G. εὐπόλεμος

Eutychus, Felix aut bene fortunatus. G. Nomen adolescentis, quem suscitauit Paulus, act. 20.b εὔτυχος

E Z

חזקיה Ezechias, fortitudo domini, siue apprehensio domini. Rex Iuda filius Achaz, 4. reg. 18.a. 1. parali. 3.c. Heb. Hezecias.

יחזקאל Ezechiel, Fortitudo dei, siue apprehensio dei. Nomen prophetæ, 1. para. 24. ezec. 1.a.

יחזראל Ezechiel, esd. 8.a. Videns deum. Nomen viri. Heb. Iahaziel.

אזל Ezel, Ambulatio, siue vilificatio, aut stillatio. Nomen lapidis, 1. reg. 20.d

עזר Ezer, Adiutorium, siue atrium. Filius Hur primo geniti Euphráta, 1. para. 4.a. Filius item Suthalæ filij Zabad, 1. para. 7.d. 12.b

עזיאל Eziel, Fortitudo dei, siue hircus dei. Filius Haraia. 2. esd. 3.b

עזרא Ezra, Adiutorium siue atrium. Nomen viri, 1. paralipomen, 4.c

אזרחי Ezrahites, Indigena, siue orientalis, 3. reg. 4.d

עזראל Ezrel, Adiutorium dei, siue atrium dei. Nomen viri, 1. esd. 10.d

עזרי Ezri, Adiutorium siue atrium meum. Nomen viri, iudic. 6.b. 1. para. 27.d

עזריקם Esricam, Auxilium resurgentis vel vindicantis, siue atrium resurgentis vel vindicantis. Dux domus Achaz, 2. para. 28.a. Filius Naariæ filij Semeie, 1. para. 3.d. Filius Hasel filij Elasa. 1. para. 8.d

עזריאל Ezriel, Auxilium Dei, siue atrium dei Pater Saraiæ, iere. 36.f. 1. para. 5.d

F

FElix, Latinum est. Præses fuit iudææ, act. 24.f

Festus, Latinum est. Nomen Portii præsidis Palæsthinæ & Iudææ, act. 24.g. 25.a

Fortunatus, Latinum est. Nomen viri, 1. cor. 16.c

G

GAal, Abiectio, siue abominatio Filius Obed, iudic. 9.g

געש Gaas, Tempestas, vel commotio. Nomen montis, ios. 24.g. iu. 2.b. Torrentis nomen, 2. reg. 23.d, in monte Ephráim.

גבע Gaba, Collis, siue calix. Nomen ciuitatis, isaiæ, 10.g

גבעה Gabaa, Idem. Nomen ciuitatis, ios. 15. 18.a. reg. 11.b. quam ædificauit Asa rex Iuda, 3. reg. 15.d. 4. reg. 23.b. 1. para. 2.f. 2. para. 16.c

Gabaa, 1. regum, 14.a. vbi dicitur, Sub malo granato quę erat in agra Gabaa. In Hebræo est Migron, & interpretatur. De gutture, aut timor, siue horreũ eius.

מגרון

גבעת Gabaath, Collis, aut calix, siue excelsa hora. Nomen oppidi in tribu Beniamin. isa. 10.g. ios. 18.d. 2. regum 23.d

Gabaa-

Universidad de Deusto Biblioteca

גבעתי Gabaathites, Idem.1.para.12.a

גבע Gabae, Collis, aut calix. Nomen ciuitatis, ioſ.21.b

גבעון Gabaon, Collis, vel calix, aut deorſum, vel eleuatio iniquitatis. Metropolis Heucorum, ab Ieroſolymis. L. ſtadijs diſtans, ioſ. 18.d. iere. 18.a. Hæc è tribu Beniamin filijs Aaron eſt adſcripta, ioſ.21.b

גבעונים Gabaonitæ, Idem.p.n.

Gabaonites, Idem.ſ.n.2.reg.21.a

Gabatha, Eminens, vel excelſum. Græcè dicitur λιθόστρωτος, id eſt lapidibus ſtratus, & erat locus editior, vel ſtratum lapideum eminens, Ieroſolymis, iudicio accommodatum, Iohan. 19.c

גבתון Gabathō, Dorſum vel eleuatio eius, aut palpebræ eius, ſiue excelſum donum. Nomen ciuitatis, ioſ.21. b. quæ in 19.c. dicitur Gebbethon.

גבע Gábee, Collis, aut calix, Nomen ciuitatis in tribu Beniamin, ioſ.18.d.1.par.6.e

Gabelus, Terminus, vel limes, aut confinium. D. Nomen viri, tob,1.c

גבר Gaber, Vir, aut virilis vel fortis: aut Syriacè, gallus gallinaceus. Filius Suri, 3.reg.4.b

גבים Gabim, Ciſternæ, aut locuſtę, ſiue altitudines. Nomen ciuitatis, iſa.10.g

גבריאל Gabriel, Vir deus vel dei, aut fortitudo dei, vel fortis meus deus, Nomen angeli, dan.8.e. luc.1.b

גד Gad, Felix, vel accinctus. Filius Iacob ſeptimus, ex Zelpha ancilla Liæ vxoris eius, gene.30.b.1. para. 5.c. Nomen item prophetæ, 1.reg.22.a

גדל Gaddel, Magnus, ſiue magnitudo, aut fimbria. Nomen viri, 1.eſd.2.c

גדי Gaddi, Hœdus, ſiue fœlix, aut accinctus: vel Syriacè, inciſus. Filius Suſi, princeps tribus Ioſeph, nume. 13.a. Nomen populi.1.para.12.b.

Gaddis, Aceruus, vel congeries, ſiue fœlix vel accinctus vir. D. Filius Mathathiæ, 1.mach.2.a

גדי Gadditæ De Gad, quod interpretatur hœdus ſiue fœlix vel accinctus, ioſ.1.c

גדר Gader, Murus ſiue maceria, vel ſepes. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.12.d: quæ ioſ.15.e, dicitur Gedera, & à Stephano antiochia, item & Seleucia

גדרות Gaderoth, Idem.p.n. Nomen vrbis in tribu iuda, 2.para.28.c

גדרותי Gaderothites, Idem.ſ.n.1.para.12.a.

גדגד Gadgad, Fœlicitas fœlicitatis, aut accinctus exercitus. Nomen loci in quo aliquãdo caſtrametati ſunt filij Iſrael, num.33.d. Quæ dictio, deut.10.b. Hebraice ſcribitur גדגדה, eadémque eſt interpretatio.

גדי Gadi, Hœdus ſiue fœlix, aut accinctus: vel Syriacè, inciſus. Pater Manahem, 4.reg.15.c. Eſt & nomen loci, 2.reg.23.d

גדר Gador, Murus, ſiue Maceria, aut ſepes. Nomen loci, 1.para.4.f

גחם Gaham, Educens eos, ſiue exitus eorum, aut exitus caloris. Filius Nachor ex Roma concubina, gen. 22.d

גחר Gáher, Exitus caloris vel iræ. Nomen viri, 1.eſdræ 2.c

גלעד Galaad, Aceruus teſtimonij. Filius Machir filij Manaſſe filij Ioſeph, num.26.d. Pater Iara patris Hari, 1. para.5.b. Regio item Galilææ ad orientem vltra Iordanem, gen.32. vbi & dimidia tribus Manaſſe accepit poſſeſsionem cum tribubus Ruben & Gad, num.32. deut.3. ioſ.13. Eſt autem ad tergum Phœnices & Arabię, collibus Libani copulatus, extenditur per deſertum ad Regionem Amorrhęorum vbi Sehon regnauit, plaſ.60.108. mons item in ſorte tribus Gad vltra Iordanem in terra Baſan, 1.parali.6. vt Euſebius memorat: ad [illegible]orſum Phœnices & Arabię ſitus, collibus Libani iun[illegible]tis.

Galaadit[æ], Idem.p.num.26.d

Galaadites, Idem.ſ.n.iudic.12.c

Galaaditim, Idem.1.mach.5.b

Galaaditis, Idem.

גלל Galal, Rota, ſiue reuolutio, aut confinium, vel marmor. Nomen viri, 1.para, 9.c

Galalai, Idem, 2.eſd.12.c

γαλάται Galatæ, Lactantes, vel lactei. G.

γαλατία Galatia, Lactans, vel lactea. G. Aliâs Gallogræcia Aſiæ minoris prouincia Bithyniæ contermina, à Gallis vocabulum trahẽs, qui in auxilium à rege Bithyniæ euocati, regnum cum eo, facta victoria, diuiſerunt: ſicque deinde Græcis admixti Gallogræci, deinde Galatæ appellati ſunt. Vide Plinium lib.5. cap.32. Ptolemæum in.5.cap.4.& Strabonem in,4.

גלגל Galgal, Rota, ſiue reuolutio, vel ablatio, aut aceruus acerui, vel reuolutio acerui. Nomen ciuitatis vltra Iordanem, non procul ab Iericho, oſee.9.d.2.eſd. 12.b

Galgala. Idem, Nomen loci, ioſ.15.c.1.reg.10.b

Galgalis, Idem.ioſ.4.d.5.c

גלילה Galilæa, Volubilis, ſiue volutabilis, aut rota. Syriæ regio ad ſeptentrionem Iudææ ſita, quæ ab ſolis occaſu Ptolemaide ciuitate & carmelo monte diſterminatur. Ab oriente eam Hippene ſiue Ioppe & Gadara ſuis finibus reſecant. A meridiano latere Scythopolis & Samaria ſuis vtraque excipiuntur regionibus: nec vltra fluenta Iordanis patiuntur extendi. Septentrionalia eius à dextro latere Tyrus claudit, ſicut ſcribit Egeſippus lib.3.cap.6. de Ieroſolymorum excidio, & Ioſephus cap.2.lib.3. belli Iudaici. Tradũt verò hiſtorici duplicem eſſe Galilæam, ſuperiorem ſcilicet & inferiorem. Superior iuxta Tyrum, Sydonem & Cæſaream Philippi ſita eſt, qua gentes attingit ad aquilonem. Iſta, Galilæa gentiũ. Iſa.9.& math. 4. appellatur. Vel quia illic gentes vſq; ad Salomonis tempora habitarint, vel quòd Hiram regi Tyriorum oblata ſit, 3.reg.9. Hæc in tribu Nephthali ſita eſt. Inferior Galilæa circa Tyberiadem & ſtagnum Genezareth in tribu Zabûlon poſita eſt. De qua matth. 3. &.4. Chriſtus frequenter verſatus eſt in Galilæa, iohan.4. Vnde etiam Galilæus vocatus eſt, matth.26. aut propter Nazareth & Capharnaum, in quibus habitabat, luc.2.&.4. Quapropter etiam Iulianus imperator Chriſtianos ſolebat Galilæos nuncupare, quod Euſebius lib.10.capite.35. eccleſiaſticæ hiſtoriæ & aliâs ſæpe memorat. Galilæi verò dicti ſunt, quod vicini ſunt gentibus: & Galilæa interpretatur confinium, ſicut ioſ.13. Galilæa Philiſthijm dicitur. Vide Ioſephum libro.3.cap.2. de bello Iudaico Egeſippum lib.3.cap.6.

גלילות Galilæa, ioſ.13:a. Idem.p.n. Heb. Galiloth.

Galilęi, Volubiles, ſiue voluptabiles, aut rotantes, luc.13.a.

Galilæus, Idem.ſ.n.

גלים Gallim, Coaceruantes, ſiue tranſmigrantes, vel reuoluentes, aut diſcooperientes. Nomen, viri, 1.reg. 25.g. Iſa.10.g

אגלים Gallim, iſa.15.d. Guttæ, aut gutta mari, ſiue coaceruantes, vel tranſmigrantes, aut reuoluentes. Heb. Agallim. Ciuitas non procul à limitæ Moabitarum.

γαλλίων Gallion, Lactans, vel lacteus, G. Proconſul Achaiæ acto.18.c

גמליאל Gamaliel, Retributio dei, aut camelus, dei ſiue ablactatus dei filius. Phadaſſur, princeps tribus ſuæ Manaſſe, numeri, 1.a. actu.5.f. Præceptor Pauli, actuum, 22.a

גמריה Gamarias, Cõſummatio domini, ſiue conſumptio domini. Filius Helciæ, iere.29.a. Filius item Saphan ſcribæ, Iere.36.c

גמול Gamul, Retributio, ſiue ablactatio.

גמזו Gamzo, Etiam iſte, aut ſcirpus vel iuncus iſte. Nomen vrbis.2.para.28.c

גרב Gareb, Scabies: aut Syriacè, hydria. Nomen collis Ieremię, 31.g. Nomen item viri, 2.reg.23.d.1.paralipomenon, 11.g

גרזים Garizim, Secures, vel ſciſſores. Nomen montis Samariæ iuxta Galgal, vltra Iordanem, Sichimorum imminens ciuitati, iudic.9.a: deut.11.d.2. Macha. 6.a

גרמי Garmi, Oſſeus, vel oſſa, aut peregrinationis aquæ: vel Syriacè, cauſa mea.1.parali.4.c

גשפא Gaſpha, Appropinquatio oris, ſiue accedens huc. Nomen loci, 2. Eſdræ, 11.c

געתם Gatham, Tactus eorum, vel mugitus eorum, aut mugitus perfecti vel ſimplicis. Filius Eliphaz filij Eſau, ex Ada vxore, gene.36.b

גולן Gaulon, Tranſmigratio eorum, vel reuolutio eorum: aut ex Syro & Hebręo, intus manens. Nomen ciuitatis refugi in Baſan, ioſ.20.c.1.para.6.f

עזה Gaza, Fortis, aut capra. Nomen vrbis Palæſthinæ, gen.10.c.1.reg.6.d.act.8.e.

גזבר Gazabar, Theſaurarius. Pater. Mitridatis, 1.eſd.1.d

גזם Gazam, Æruca, vel vellus eorum, aut tranſitus eorum, ſiue tondens eos. Nomen viri, 1.eſd.2.c

עזתים Gazęi, Fortes aut caprę, vel hirci. Nomen populi, ioſ.13.a

Gazenſes, Fortes, aut caprę, vel hirci. D

גזר Gazer, ſiue Gazera, Præſciſsio, aut diuiſio, vel ſententia, Nomen ciuitatis à Salomone ędificatę, 3.re.9. c.ioſ.10.f.16.a. quæ ex tribu Ephráim data fuit Leuitis, ioſ.21.b.1.para.6.7.f.14.d

Gazaris. Idem. D.1. macha.13.g.

Gazophylacium, Vbi gaza, id eſt theſauri templi ſeruabantur, ex Perſico & Gręco, luc.21.a

G E

גבע Geba, Collis, aut calix, ſiue vas. Nomen ciuitatis, de tribu Beniamin, poſteris Aaron datæ, 2.eſdræ, 7.d 11.d

גבל Gebal, Terminus vel limes. Nomen ciuitatis Syriæ, pſalm.82.b. quæ nunc Gibel dicitur teſte Volaterrano.

גבי Gebbai, Dorſum, ſiue eleuatio, aut ciſterna, vel locuſta: vel Syriacè, exactor. Nomen viri, 2.eſdr.11.b

גבר Gebbar, Vir, aut virilis, ſiue fortis: vel Syriacè, gallus gallinaceus. Nomen viri, 1.eſd.2.b

גבתון Gebbethon, Dorſum, ſiue eleuatio eius, aut palpebræ eius, ſiue excelſum donum. Nomen ciuitatis Leuitis datæ ex tribu Dan, Ioſ.13.c: quæ in 21.b. dicitur Gabbathon. Vrbs Philiſtinorum, 3.reg.15.f

גדל Geddel, Magnus, ſiue Magnitudo, aut fimbria. Nomen viri, 1.eſd.2.c

גדיאל Geddiel, Hœdus dei, ſiue fœlicitatis deus, aut accinctionis. vel expeditionis deus. Filius Sodi, nume. 13.a.

גדליהו Gedelias, Magnitudo domini, aut fimbria domini. Filius Phaſſur, ier.38.a

גדעון Gedeon, Conterens vel confringens: aut ex Syro & Hebræo, abſciſsio iniquitatis, Pater Abidan principis tribus Beniamin, nume.1.a. Filius Ioas, iudex in Iſrael, iudic.6.b. quæ & Ierobaal dictus eſt iudic.6.f

גדרה Gedera, Murus, ſiue maceria, aut ſepes. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.e: quę à Stephano Antiochia, item & Seleucia vocatur.

גדרי Gederithes, Idem.1.para.27.d

גדרתים Gederotháim, Idem.p.n. Nomen vrbis in tribu Iud, ioſ.15.e

גדלתי Gedlethi, Magnitudo, aut fimbria. Nomen viri, 1. para.25.b

גדר Gedor, Murus, ſiue maceria, aut ſpes. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ.15.g.1.paralipomenon, 4.c. 12.a, Filius Phanuel, 1.para.4.a. Filius Abigabaon, 1. para.8.c.

Gehenna, Vallis deceptionis vel triſtitiæ ſiue diuitiarum: aut Syriacè, infernus. D. Nomen loci, matth. 18.b

גיא-הנם Gehennom, Vallis decipiens vel contriſtans eos, ſiue vallis diuitiarum ſuarum: aut Syriacé, infernus. Nomen vallis, ioſue.15.b. tribui Beniamin datę, 18.c. Interdum ſcriptum reperias Ge-ennom.

גיחון Gehon, Pectus ſiue eductio, aut exitus, ſiue vallis gratię vel manſionis. Fluuius qui è paradiſo terreſtri labitur. gene.2.c. Ioſephus. Nilum vocat.

גלבוע Gelbóe, Reuolutio inueſtigationis vel ſcrutationis, aut aceruus tumoris vel inflationis: aut ex Hebræo & Syro, reuoluens deprecationem. Nomen ciuitatis, 1.re.18.a.31,a. Nomen montis Palæſthinę, 1. para.10.a

לווני Gelonites, Exultans, ſiue reuoluens, aut tranſmigrans: aut reuelans vel detegens.2.reg.23.d

גמלי Gemalli, Retributio, vel merces, aut ablactatus, vel camelus. Pater Amiel, nume.13 a

גיא-מלח Gemelli, Vallis ſalinarum, aut nautarum. Sic interpretatur. Hieronymus, 2.reg. 8. d. Nomen vallis.

Genezar. Hortus principis, vel protectio principis. D. Nomen aquæ, 1 mach.11.g.

Genezar, matt.14.d. In Græco Genezareth: & Hebraicè interpretatur hortus aut protectio principis, ſiue hortus vel protectio miniſtrantis. D.

Genezareth, Idem. D. Nomen loci, marc.6.g. Stagnum Galilææ, iuxta quod Chriſtus apoſtolos vocauit, luc.5. aliâs mare Galilęæ & Cinnereth appellatum. Habes eligantiſsimam huius lacus, ſimul etiam regionis vicinæ deſcriptionem in Egeſippo lib.3.cap. 26. de excidio Ieroſolymorum.

γενναῖος Gennæus, Generoſus. G. Nomen viri.2. mac.12.a

גנתון Genthon, Hortus vel viridarium aut protectio, eius. Nomen viri, 2.eſd.10.a

גנבת Genubath, Furtiua vel furtum, aut protectio, vel hortus filiæ. Filius Addad Idumæi aduerſarij Salomonis.3.reg.11.d

גרא Gera, Ruminatio ſiue peregrinatio, aut certatio, vel conflictus. Filius Beniamin, gene.46.c. qui, 1. paralip.8.a. Ahara dicitur. In, 1.parali.8. a. dicitur filius Bela filij Beniamin. Pater item Aaod, iud.3.b. Pater itẽ Semei viri de cognatione domus Saul, 2.reg.16.b

גררה Gerara, Peregrinatio, vel certatio, aut conflictus. Metropolis terræ Palæſthinæ, in qua natus eſt Iſaac, gene.10.c.20.26. Ab hac Geraritica regio nomenclaturam ſumpſit 2.para.14.d. quæ olim terminus Chananæorum fuit ad auſtralem plagam, & ciuitas metropolis Palæſthinę. Scriptura ſacra commmemorat fuiſſe eam inter Gades & Sur, hoc eſt inter duas ſolitudines: quarum vna Ægypto iungitur, ad quam populus transfretum rubri maris áduenit. Altera verò Cades vſq; ad Saracęnorum eremum extenditur.

Geraris, Idem. Gene. 20.a.

Geraſeni, In græco Gerſeni: & Hebraicè interpretatur peregrinationi ſiue conflictui aut ruminationi appropinquantes. D. Nomen ciuitatis quę eſt vltra Galilęam, matt. 8.d

Geraſeni, mar.5.luc.8. d. In Græco Gadareni: & Hebraice interpretatur ſepti vel murati. D.

גרגשי Gergeſæi, Peregrinationi vel conflictui aut ruminationi appropinquantes. Populi, gene.15.d

Gerſæus. Idem.ſ.n. Filius Chanáan, gene.10.c

Gerreni, Incolæ, ſiue peregrini, aut certantes, vel confligentes. D. Populi, 2.mach.13.e

גרשם Gerſam, Aduena ibi, ſiue peregrinus nominatus. Filius Moyſis, exod.2.d. Heb. Gerſom.

גרשם Gerſom, Idem filius Moyſis, 1.paralipo. 6.e.f.15.a. 23.b: qui exod. 2.d. Hebbraice dicitur Gerſom: licet ibi & alijs aliquot locis corrupte impreſſum ſit Gerſam. Eſt & alius Gerſom de filijs Phinees, 1.eſdr.8.a.

גרשון Gerſon, Exiliũ eius, vel peregrini mutatio. Filius Leui filij Iacob, geneſ.46.b.1.paralipo.6.a. vbi & per ן, & per ם ſcriptum reperitur.

גרשני Gerſon, Exul, vel peregrini mutatio. Nomen viri, 1.para.26.c

Gerſonitæ, Idem.num.26.f

Gerſonites, Idem.

גוזי Gerze, Securis, ſiue ſciſſor. Nomen pagi, 1.regum 27.c

גישן Geſan, Appropinquans, aut vallis mutationis ſiue eboris vel ſomni. Filius Iehabdai, 1.para.2.f

גשן Géſſen, Appropinquatio, vel approximatio. Regio Ægypti, vbi Iacob patriarcha cum ſ[u]is habitauit liberis, quã nonnulli (vt Hierony. in he[illegible] quæſtionibus author eſt) Thebaidem vocant, geneſis, 46.c.

גשור Geſſur, Vallis aſpectus, aut vallis bouis, ſiue vallis murus, aut pons. Nomen regionis Syriæ, 2. reg. 3.a.1.para.2.c.3.a

גשורי Geſſuri, Idem. Regio Syrię, quæ & Geſſur, deu.3. b.ioſ.13.a.1.reg.27. c

Geth,

גת Geth, Torcular. Nomen ciuitatis Palæſthinæ à Roboam conſtructę, 2. poralipomenon, 11. b. Vnde Ionas propheta, 1.re.6.d.17.g.4.regum, 14. f. Quę aliàs & Anthedon, item & Agrippia, authore Volaterrano lib. 11. dicitur

גתחפר גתרמון Gethàim. Idem. p.n. Nomen ciuitatis, 2. regũ. 4.a

Geth-hépher, Torcular fodiẽs vel explorans, ſiue torcular confundens aut exprobrãs. Nomen loci, ioſ. 19. a

גתי Gethæus, Torcular, 2.reg.6.b

גתים Gethæi, Torcularia. Nomen populi, Ioſue, 13.a.2. regum.15.d

גתר Gether, Vallis explorationis vel contemplationis, ſiue torcular explorationis, aut vallis turturis. Filius Aram, gene.10.d. Ab hoc Acarnanij ſiue Carij (vt refert Hierony. in quæſt. Heb.) originem traxere.

Gether, 1.reg.30.g. ſcribe Iether, & vide

Geth-remmon, Torcular mali punici, aut torcular exceſſum. Nomen ciuitatis. Duæ aũt fuerunt: altera data tribui Dan inpoſſeſsionem, Ioſ.19. c. altera tribui Manaſſe. Ambæ autem Lęuitis poſtea aſsignatæ ioſ.21.b.c

Gethſemani, Vallis pinguiſsima, ſiue vallis olei. Scribi debet Geſemani. D. Nomen vallis quæ eſt ad radices montis Olueti, matth.26.d. marc.14.d.

גזר Gézer, Præſciſsio, ſiue diuiſio, aut ſententia. Nomen ciuitatis, 2.reg.5.d

Geſeron, Preſciſsio doloris ſiue fortitudinis, aut diuiſio vel ſententia doloris ſiue fortitudinis. D. Nomen ciuitatis, 1.mach. 4.b

גזרני Gezonites, Tondens, ſiue transiens, 1.para.11.g.

גזז Gezez, Tondens, aut vellus ſiue tranſitum. Filius Caleb, 1.para.2.f

G I

גיא Giath, Eductio, extractio, deriuatio, eruptio, aut genitus, ſiue ſuſpirium. Nomen loci. 2.re. 2.f, in tribu Beniamin: pro quo interpres vertit vallis.

גבלים Giblij, Termini vel confinia, aut terminus maris. Populi ciuitatem Gebal in Syria habitantes: de qua pſal. 82. ezech. 27.b.3.reg.5.d

גדרות Gideroht, Muri, ſiue macerię aut ſepes. Nomen ciuitatis in tribu Iuda. Ioſ. 15.e

גיהזי Giezi, Vallis viſionis, aut vallis pectoris. Famulus Eliſei. 4.reg. 4.b

גחון Gihon, Pectus, aut eductio, vel exitus, ſiue vallis gratiæ vel manſionis. Fons in occidentali Dauidicæ ciuitatis parte, 3.reg.1.e.2.para.32.f.

גלו Gilo, Exultatio, ſiue reuolutio, vel tranſmigratio aut reuelatio vel detectio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ. 15.f.2.reg.15.b

הגלגלי Gilonites, Exultans ſiue reuoluens, vel tranſmigrans, aut reuelans, vel detegens. 2.reg.15.b

גינת Ginet, hortus vel protectio. Pater Thebni, 3.reg. 16.e

G O

געתם Goátha, Tactus eius aut mugitus eius. Nomen loci non procul à Ieroſolyma diſtantis, iere. 31.g. Hunc Lyranus Golgoltha eſſe putat.

גוב Gob, Ciſterna, vel locuſta, veſt altitudo, Nomen loci, 2.reg.21.d

גדליהו Godolias, Magnitudo domini, aut fimbria domini. Filius Ahicam filij Saphan, 4. re. 25.f. Filius item Amariæ, ſopho. 1.a

גוג Gog, Tectum vel ſolarium, ſiue tegulatum. Nomẽ gentis, ezech. 38.a. apoca. 20.c. Filius Iohel, 1.para. 5.a

גולן Golan, Tranſmigratio, ſiue reuolutio: aut ex Syro & Hebræo, intus manes. Nomẽ ciuitatis in Baſan, deut. 4.g: de quæ ioſ. 20.c. dicitur Gaulon, licet Hebraicè Golan legatur ſicut & hic.

Golgoitha, Caluaria, ſcilicet vbi ſunt capita mortuorum. Syrum ſiue Chaldaicum vocabulum. Locus in quo crucifixus fuit Chriſtus dominus noſter, iohan. 16.d

גלית Goliath, Tranſmigratio, aut accumulatio, ſiue reuolutio, vel detectio. Nomen gigantis, quem expugnauit Dauid, 1.reg. 17.a

Gomer, Conſummans, vel conſumens, aut deficiens. Filius Iaphet, gen. 10. 2. à quo Gomeritæ, qui nunc Galathæ dicuntur. Hoc nomen habuit & filia Debelaim vxor Oſee, oſee. 1.a.

עמר Gomor, Genus menſuræ. i. decima pars ephi, exo. 16.g

עמרה Gomorrha, Populus rebellis, aut populus timens, ſiue manipulꝰ, vel ſeruitus: aut Syriacè, lana. Ciuitas Pentapoleos, ad orientalem plagam terræ Iudæ ſita, gene. 19.c

Gomorrhæi, Idem.

γοργίας Gorgias. Terribilis, vel velox. G. Nomen viri. 1. mach. 3.e

γορτύνα Gortina, Pharetra. G. Nomen loci, 1. Mach. 15.d

גשן Goſen, Appropinquatio, vel approximatio. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ. 10.g. 15. f. A qua teſte ioſue, circuniacens plaga, terra Goſen nuncupatur.

גשן Goſſem, Pluuia, aut appropinquatio eorum: vel Syriacè corporalis. Nomen viri, 2.eſd. 2.d

עתניאל Gothoniel, Hora ſiue tempus meum deus. Nomẽ viri, 1.para. 27.b

גזן Gozan, Tonſio, aut vellus, ſiue trãſitus, vel corpus nutriẽs: aut ex Syro & Hebręo, intus nutriẽs. Nomẽ fluuij in Meſopotamia, 4.re. 19.c, 1.para. 5.d. iſa 37. c.

G R

יונים Græci Hebraicè dicitur Ieuanim, id eſt deceptores, vel contriſtantes, ſiue cœnoſi, aut columbini. Græcè verò robuſti vel fortes interpretatur. ἕλλανες

יון Græcia, iſaiæ. 66. ſ. ezech. 27. d. In Hebręo eſt Iauã, qui fuit filius Iaphet, à quo denominata eſt Græcia vel Ionia, & interpretatur decipiens, vel contriſtans, ſiue cœnoſa, aut columbina. Græcè verò robuſta vel fortis. act. 20.a

ἕλλας Græcus, Idem. m.g. Grægis Turris, vide Eder.

G V

גאואל Guel, Redemptio dei, ſiue exaltatio dei. Filius Machi, princeps tribus Gad, nume. 13.b

גוני Guni, Hortus, ſiue protegens. Filius Nephthali, geneſ. 46.c.1.para.7.c

גוד Gunitæ, Idem. nume. 26.f

Gur, Catulus ſiue habitatio, aut collectio, vel timor. Nomen ciuitatis iuxta Ieblaam, 4.regum, 9.f

גור-בעל Gur-báal, Catulus idóli vel dominantis, aut ſubijcientis vel poſsidentis: aut peregrinatio ſiue timor aut habitatio idóli vel dominantis aut ſubijcientis vel poſsidentis, Nomen loci, 2.par. 26.a: in quo Arabes habitauerunt.

H

יחבה HAba Abſconſio vel dilectio: aut Syriacè, peccatum vel obligatio. Filius Gomer filij Heber, 1.parali. 7.g

חבקוק Habacuc, Luctator, vel amplexans. Nomen prohetæ, habac. 1.a.

חבר Háber, Socius aut particeps, ſiue incantator, aut liuor filius Baria, filij Aſer, filij Iacob, 1.para. 7.f. iudic. 4.b. vir Cinæus.

Haberitę, Idem. p.n.

חביה Habia, Abſconſio domini, aut delectio domini: vel ex Syro & Hebræo, debitum vel obligatio domini. Nomen viri, 1.eſd. 2.c

חבור Habor, Socij, aut particeps, ſiue incãtatio aut liuor. Nomen vrbis Aſſyriorum, 4.re. 17. a. 18.c. 1. para. 5.d

חבצניה Habſanias, Debitum clypei domini, ſiue dilectio, vel abſconſio clypei domini. Pater Ieremiæ filij Iezoniæ, ierem. 35.a

חקל-דמא Hacel-dema, Ager ſanguinis. Syrum eſt. Nomen agri pecunijs illis quibus Chriſtum vẽdiderat Iudas proditor empti in ſepulturã peregrinorũ. Qui hodie mõſtratur in Ælia ad auſtralẽ plagã montis Sion, teſte Hieronymo in locis Hebraicis, matt. 27. a. act. 1.c

חכמוני Hachamoni, Sapiens vel ſapientiſsimus, aut hamus numerationis vel muneris, ſiue expectatio muneris. Pater Lesbaã, 1.par. 11.b. Pater Iahiel, 1.para. 27.d

חגלית Hachelai, Expectans dominum, ſiue hamus domini. Pater Atherſa, 2.eſd. 10.a

חכליה Achila, Spes in ipſa, aut hamus in ipſa, ſiue palatũ vel

vel dulcedo in ipſa. Collis eſt in ſorte in tribus Iudę, ad deſertũ Ziph, in quo latuit Dauid, 1.re. 23. & 26. ar cẽ habẽs natura munitiſsimã, olim ab Herode extructã Meſida nomine, id eſt munitionẽ, 1.reg. 23.c. 26.a

חוקס Hacoc, Sculptor, aut ſcriba, ſiue legiſlator. Nomen ciuitatis, 1.para. 6.g. in tribu Aſer.

חקמא Hacupha, Præceptum oris, aut ſculptura oris. Nomen viri, 1.eſd. 2.c

חקוץ Hacus, Spina ſiuæ æſtas, aut tædium ſiue vigilia, vel finis. Nomen, viri, 2.eſd. 3.e

חדד Hadad, Acutus vel gaudẽs aut Syriacè, nouus vel vnitas. Filius Iſmahelis, gen. 25. b. 1. para 1. b

חדלי Hadali, Ceſſatio, vel vetatio, aut defectus. Pater Amaſa, 2.para. 28.b

חדשה Hadaſſa, Nouitas, aut mẽſis: vel ex Syro & Hebręo, vnus aries. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſue. 15.e

חדיד Hadid, Acutus, ſiue gaudens aut Syriacè, nouitas: vel Syro & Hebræa, vna manus. Ciuitas, 2.eſdr. 11.d

ערדיאל Hadriel, Grex dei, aut ablatio dei ſiue priuatio dei, Gener Saulis, maritus Merob, 1.reg. 18.c

חדרך Hadrach, Acumẽ ſiue gaudium teneritudinis, vel cubiculum tuum: aut ex Syro & Hebræo, vnitas vel nouitas teneritudinis. Ciuitatis nomen, zacha. 9.a. Quidam Syriam fuiſſe putant. Hieronymus in locis Heb. terram Damaſci credidit.

חדשי Hadſi, Nouitas, aut mẽſis: aut ex Syro & Hebręo, vnius munꝰ, aut nouũ munus. Nomẽ loci, 2. re. 24.a

חגב Hagab, ſiue Hagaba, Locuſta. Nomẽ viri, 1.eſd. 2.c

חגי Haggia, Feſtiuitas domini, vel ſolẽnitas domini, aut gyrus domini. Filius Merari, 1.par. 6.c

עי Hai, Aceruus, vel coaceruatio. Ciuitas Amorrhęorum trãs Iordanem ſupra Iericho ſita, iuxta Bethauen ad orientalem plagam oppidi Bethel non longè ab eo diſtans. Altera quæ à filijs Iſrael duce Ioſua expugnata eſt poſt Iordanis tranſitum. ioſ. 7.a. & 12. Cuius regẽ ſuſpenderunt filij Iſrael, 8.f. Hæc iſa. 10.f. Aiath appellatur. Hieronymus in locis Hebraicis Agai quoque appellat. Huius mentio habetur etiam gene. 12.b. iere. 46. Ioſue, 12.1. eſd. 2.b

עיה Hai. Idem. Nomen etiam vrbis, Nehem. 11.d

חלח Hala Dolor ſiue infirmitas maxillæ, ſiue principium humilitatis vel teneritudinis. Nomen loci, 4. reg. 17.a. 18.c

חלאה Halaa, Infirmitas, ſiue rubigo. Altera. vxor Ashur, 1.paralip. 4.a

חלקת Halcat, Portio ſiue diuiſio, aut lenitas, vel lubricatio, Ciuitas in tribu Aſer, data Leuitis, ioſ. 19.b.

הלהול Halhul, Dolor ſiue principiũ doloris vel immũditię: aut expectatio doloris vel prophanatiõis, ſiue obſtetricatio doloris. Nomen ciuitatis in tribu Iuda,

הללו-יה Hallelu-ia, Laudate dominũ, pſal. 104.a (ioſ. 15.g

המתי Hamatheus. Indignatio, ſiue calor aut murus, ſiue vter vel lagena. Filius Chanáan, gene. 10.c.1.para. 1.b à quo Hamath vrbs, quam Macedones Epiphaniam nuncupauerunt: alij Antiochiam

חמוד Hãdan, Cupiditas, aut calor iudicij. Filiꝰ Diſan filij Seir Horræi, gen. 36.c: qui, 1.par. 1.c. dicitur Hamran.

חמת Hammath, Ira, vel indignatio, ſiue calefactio, aut vter. Nomẽ ciuitatis in tribu Nephthali, ioſ. 19.c. Quę Euſebio Epiphania, alijs vero Antiochia dicitur.

חמת-דאר Hammoth-dor, Indignatio vel calor generationis aut pilæ vel ſphæræ ſiue habitationis. Ciuitas, ioſ. 21. c. quæ de tribu Nephthali non ſolũ Leuitis, imo etiã profugis homicidis pro tutiſsmo aſylo eſt aſsignata.

חמון Hamon, Calor, aut ſol, ſiue ira eius. Nomen ciuitatis. ioſ. 19.b. 1. para. 6.g. in tribu Nephthali.

חמרן Hãran, Aſinus, vel lutũ aut vinoſus. Filiꝰ Diſan filij Seir Horræi, 1.par. 1.c. qui gen. 36.c. dicitur Hamdan.

חמואל Hamuel, Calor, ſiue ira dei: aut ex Syro & Hebræo, viderunt deum. Filius Maſma, 1.para. 4.d

חמול Hamul, Pius, ſiue miſericors. Filius Phares filij Iudæ, gene. 46.b, 1.para. 2.a.

Hamulitæ, Idem. p.n. num. 26, c

חנמאל Hanameel, Gratia ex de, ſiue miſericordia vel donũ à deo. Filius Sellũ patruelis Iere. prophetæ, ie. 32.

חנן Hanã, Gratioſus, vel pius ſiue miſericors aut donans. Filius Maacha, 1.par. 11.g. Filius Sizac, 1.par. 8.c. Filius Aſel filij Elaſa, 1.par. 8.d. 9.g. 2.eſd. 7.c. 8.b. Filius Iegedeliæ, iere. 35.a. 1.para. 4.c

חנאל Hananeel, Gratia dei ſiue miſericordia dei, aut donum dei. Nomen turris Ieroſolymæ, 2.eſ. 3.a. ier. 31.g

חנני Hanani, Gratioſus, aut donãs, vel pius ſiue miſericors. Pater Iehu prophetæ, 3.re. 16.a. 2. pa. 16.c. ne. 12.c

חנניה Hanania ſiue Hananias, Gratiæ domini, ſiue miſericordia domini, aut donum domini. Pater Selemiæ patris Ieriæ, iere. 37.c. Pater item Sedeciæ principis, ieremi. 36.c. Filius Zorobabel filij Phadaia, 1.par. 3.d. 8 c. Nomen prophetæ, iere. 28.a. Etiam hoc nomine vocabatur ille qui cum Daniele propheta à Nabuchodonoſor in captiuitate enutritus fuit, cui præpoſitus eunuchorũ, Sidrach nomen impoſuit, dani. 1.b

חנחן Hanathon, Gratiæ vel miſericordiæ donum. Ciuitas in terra Zabũlon, ioſ. 19.b

חנס Hanes, Gratiæ vexillum, ſiue gratiæ tentatio vel fuga: aut ex Heb. & Syro, gratiæ miraculum, Ciuitas Ægypti, iſa. 30.a

חניאל Haniel, Gratia ſiue miſericordia dei, aut requies vel donum dei. Filius Olla, 1.para. 7.g. Filius Ephod, princeps tribus Manaſſe, num. 34.d

עני Hanni, afflictus vel pauper, ſiue reſpondens. Nomen viri, 2.eſd. 12.a

חנון Hanon, Gratioſus, ſiue miſericors: vel donans, ſiue requieſcens. Filius Naas regis filiorum Ammon, 2.reg. 10.a. 1.para. 19.a

Hanun, Idem, Nomen viri, 2.eſd. 3.c

חפם Hapham, Thalamus eorum, ſiue coopertura eorum, aut litus eorum. Filius Hir, 1.para. 7.c

חפעזבה Haphſiba, Volũtas mea in ea. Mater Manaſſe, 4. regum. 21.a

חפים Happhim, Thalami, ſiue cooperti, aut litus maris. Filius Machir, 1.para. 7.c

חפרים Hapharaim, Fodiens, aut explorantes, ſiue cõfundentes, aut explorans, ſiue confundens mare. Ciuitas in tribu Zabũlon, ioſ. 19.b

חר Harad, ſiue Harada, Stupor aut tremor. Nomen fontis, ſiue loci in quo caſtrametati ſunt filij Iſrael profecti de Sepher, iudic. 7.a. num. 33.c

חרחיה Haraia. Calor aut ira domini. Pater Eziel, 2.eſ. 3.b

חרם Haram, Deſtructus, ſiue anathematizatus: vel rete ſiue retiaculum aut dedicatus ſiue conſecratus, ſcilicet deo. nehem. 10.a. 12.a

Harama, Idem. 1.reg. 30.g. Vide Harma

חרן Haram, Ira, ſiue iraſcẽs aut Syriacè, libertas Charræ, ciuitas Meſopotamiæ, à Charra Syriæ fluuio, in qua habitauit Thare, gene. 11, d. 12. b. 27. g. 28. b. 29. b. De qua & 4. reg. 19. c. Iſai. 37. c. ezech. 27. e. Dicitur & Charan à Græcis, act. 7. a. Eſt & nomen viri, 1. paral. 2. f. vbi dicitur. Peperit Haran.

חרבונה Harbona, deſtructio, ſiue gladius eius nunc, aut ſiccitas eius nunc ſiue ira ędificantis vel intelligentis. Nomen eunuchi, eſthe. 1.b

חריף Hareph, Hyems ſiue opprobriũ, vel adoleſcentia: aut Syriacè, acutus. Nomen viri, 2.eſd. 7.c. nehe. 10.a

חרס Háres, Sol, aut teſta. Nomẽ mõtis, iud. 1.g. 2. ef. 8.b

חרת Hareth, Sculptura, aut libertas Nomen villæ ad occidentem, 1.reg 22.a

חרהור Harhur, Calefactus ſiue arefactus: aut ira ſiue calor albedinis vel foraminis aut libertatis. Nomen viri, 1.eſd, 2.c

חרם Harim, Deſtructꝰ, ſiue anathematizatꝰ, aut rete, vel retiaculum: ſiue dedicatum vel conſecratum, ſcilicet deo. Nomen ſacerdotis, 1.para. 24. b. 1. eſd. 2. b. 10. c

חרת Hariph, Hyems ſiue opprobriũ: vel adoleſcẽtia: aut Syriacè, acutus. Filius Hur, 1.para. 2.g

חרנפר Harnápher, Ira tauri, ſiue ira creſcens ex Syro & Hebræo, libertas tauri, ſiue iraſcens. Filius Supha filij Helem, 1.para. 7.g

חרמה Harma ſiue Harama, Deſtructio ſiue annáthema, aut rete vel retiaculum, ſiue dedicatum vel conſecratum, ſcilicet deo. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ. 15. e. 1. re. 30. g. Etiam in tribu Simeon ciuitas eſt, ioſ. 19. a. Iud. 1. a. dicitur Sephat.

Ha-

Universidad de Deusto
Biblioteca

סרוי Harodi, Tremefactus, siue stupefactus, vel caloris aut iræ abuntia. Nomen ciuitatis, 2. regum, 23. b

חרומת Haromaph, Destructio siue anáthema oris: aut ex Hebræo & Syro, ira cooperimẽti. Filius Iedaia, 2. esd. 3. c

הרשה Haróseth, Artificium, vel aratura siue testa aut silentium, vel surditas: aut Syriacè, sylua. Ciuitas quæ iuxta Iosephum lib. 5. antiquit. Iud. super paludẽ Samachonitidem sita est, iud. 4. a

אשרת Harsá, Artificium, vel aratura, siue testa, aut silentium, vel surditas: aut Syriacæ, sylua. Nomen viri, 1. esdræ, 2. c

חרומי Haraphites, Opprobrium, aut hyems, vel iuuentus: aut Syriacè, acutus, 1. para. 12. a

חרוז Harus, Inciſus, siue aureus, aut solicitus, siue triturarus. Pater Messalemeth matris Amó regis Iuda, 4. regum, 21. d

חשמון Hassemon, Legatio, siue acceleratus numerus, vel festinata portio, aut silentium numeri vel portionis. Ciuitas tribus Iudæ, ioſ. 15. d.

חשוב Hassub, Æstimatus aut numeratus: siue cogitatio vel artificium. Filius Ezricam, 1. para. 9. c

חשבה Hasaba, Numeratio, siue æstimatio, vel cogitatio: aut artificium, vel festinatio, aut silentium in ea. Filius Zorobabel filij Phadaiæ, 1. para. 3. d

חשביה Hasabia, siue Hasabias, Numeratio vel æstimatio, aut cogitatio domini, siue artificiũ domini: aut festinatio vel silentium in domino. Filius Amasię, 1. par. 6. d. Princeps. Leuitarum, 2. para. 35. b. 1. para. 25. a

חסדיה Hasadias, Misericordia domini. Filius Zorobabel filij Phadaiæ, 1. para. 3. d

חצר-מות Hasar-moth, Atrium mortis, vel fœnum mortis. Filius Iectan, gen. 10. d.

חצר-שועל Hasar-suhal, Atrium vel fœnum vulpis, aut fœnũ semitæ. Nomen ciuitatis, 1. para. 4. e

חצר-סוסים Hasar-susim, Atrium equorum, aut fœnũ equorum. Nomen ciuitatis, 1. para. 4. c: quę & Haser-susa.

חצצון-תמר Hasason-thamar, Glarea, vel lapillo cõmutationis: aut diuisio siue sagitta palmæ, id est dactyli. Nomẽ oppidi quod & En-gaddi dicitur, gen. 14. b. 2. para. 20. a

השבדנה Hasbadana, Festinans aut cogitans iudicium suum siue silens aut cõputans iudicium suum. Nomen viri, 2. esd. 8. a

חשביה Hasebia, Numeratio vel æstimatio domini, aut cogitatio domini, siue artificiũ domini, aut festinatio, vel silentium in domino. Filius Merari, 1. para. 9. c

השבנה Hasebna, Numeratio siue festinatio intelligentis, siue ædificantis, Nomen viri, 2. esd. 10. a

חשבניה Hasebnia, Numeratio domini, siue silentium vel festinatio filij domini. Nomen viri, nehem. 9. a

חשביה Hasebonias, Idem. Nomen viri, 2. esdr. 3. c

חשם Hasem, Silentium eorum, siue festinatio eorum. Nomen viri, 2. esd. 7. c

חצר-גבה Haser-gadda, Atriũ hœdi eius vel fœlicitatis eius: aut ex Hebræo & Syro, atriũ incisionis vel scissuræ. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ioſ. 15. d

חצר-כוסח Haser-susa, Atrium equi, aut fœnum equi. Ciuitas in tribu Simonis, ioſ. 19. a: qua & Hasar-susim.

חצרים Haserim, Atria, siue vestibula, aut sagitta excelsa. Ciuitas in dorso montis Seir inter Ægyptũ & Chananæam in qua Hauim, id est Heuæi gigantes habitarunt ab Caphthorim expulsi. deut. 2. c. ioſu. 13. aliàs Haseroth, vt quibusdam videtur, appellata.

חצור Hasor, Atrium, aut fœnum. Ciuitas regni Iabin Chananæorum regis, quæ & Hesron dicitur, quam solam Iosuę incẽdit, ioſ. 11. a. 1. re. 12. b. 4. re. 15. f: quæ principatũ tenuerat inter omnia regna Amorrhæorum. ioſ. 11. 12. Fuit vna in tribu Iuda, ioſu. 15. d. Alia in tribu Naphthali, ioſ. 19. c. Vbi regnauit Iabin, iud. 4. 3. reg. 9. 4. reg. 15.

חצרות Haseroth, Atria, siue vestibula. Nomen eremi, per quam transierunt Israelitę ascendẽtes in terram Chanáan ex Ægypto, deut. 1. a. nume. 13. a. 33. c

חצר-שועל Haser-sual, Atriũ vulpis, vel fœnũ vulpis, aut semitę vel pugilli. ciuitas in tribu Iudę & Simõis, ioſ. 19. a

חשים Hasim, Tacentes, siue festinantes, aut silentiũ vel festinatio maris. Nomen viri, 1. parali. 7. c

חשם Hasom, Silentium, vel festinatio eorum. Nomen viri, 1. esd. 10. d.

חסוה Hasra, Defectus siue deficiens. Pater Thecuę patris Sellum mariti Oldæ prophetidis, 2. para. 34. c: qui 4. reg. 22. c. dicitur Araas.

חשום Hasum, Silentium, aut festinatio eorum. Nomen viri, 1. esd. 2. b. 2. esd. 8. a

חשופא Hasupha, Discooperta, aut exhausta, vel nudata. Nomen viri, 1. esd. 2. c

החת Hathath, Contritio aut timor. Filius Othoniel, 1. paralipomenon, 4. c

חטיל Hatil, Peccati vlulatio. Nomen viri, 1. esd. 2. c

חטיפא Hatipha, Rapina siue peccati coma, aut reliquiæ. Nomen viri, 1. esd. 2. c

חטיטא חטוש Hatita, Peccati declinatio. Nomen viri, 1. esdr. 2. c

Hattus, Peccatum derelinquens. Filius Semeiæ filij Secheniæ, 1. paralipomenon, 3. d. 1. esd. 8. a. nehem. 10. a. 12. a

חוח-יאיר Hauoth-iair, Oppida illuminationis, vel annuntiationis luminis. Ciuitates quas expugnauit Iair filius Segub, num. 32. g. Siue nomen regionis, quæ & Bassan dicitur, deut. 3. c

חואל Hazael, Videns deum. Nomen viri, 3. reg. 19. c. 2. para. 22. b. Successor Ben-adad in regnum Syriæ, 4. reg. 8. d. amos. 1. a

חזיה Hazia, Videns dominum. Nomen viri, 2. esdræ, 11. a

חזיר Hazir, Porcus: aut Syriacè, conuersus vel reuersus. Nomen viri, 2. esd. 10. a

H E

עיבל Hebal, Aceruus vetustatis, siue aceruus defluens. Filius Iectan. gene. 10. d. Est & nomen montis, deut. 11. d

חבר Héber, gen. 46. b. 1. para. 4. c. 7. f. 8. b. vbi dicitur, Et Hezeci, & Heber: interpretatur socius, aut particeps, vel adhærens, siue incantator, aut liuor. Item nume. 26. e, filius Brie.

עבר Heber, Transiens, vel transitus: aut ira, seu prægnans: vel Syriacè, frumentum. Filius Sale, gene. 10. d. luc. 3. g: à quo Hebræi. 1. para. 5. b. Filius item Elphaal filij Mehusim, 1. para. 8. b

עברית עברים Hebræa, Transiens, siue irata, aut prægnans.

Hebręi, transiuntes, siue irati aut prægnantes: vel Syriacè, frumenta. 1. reg. 4. b

עברי Hebręus, Idem. f. n. gene. 41. b

חברון Hebri, Idem. Nomen viri, 1. para. 24. d

Hebron, Societas siue participatio, vel adhæsio, aut incãtatio, vel liuor. Ciuitas in terra Chanáan in montanis Iudææ, ciuitas Amorrhæorum, quondam Philisthinorum metropolis. Hæc dicta est & conuallis Mambre, gene. 13. d. nume. 13. b. 1. paralipomenon, 3. a: & Arbee, genes. 23. a: & Cariath-arbe, iosue, 15. c. Filius item Caath filij Leui, exod. 6. c. 1. paralipome. 2. f. 6. a. c

עברנה Hebróna, Transiens, aut irascens. Nomen loci, in quo castrametati sunt filij Israel, nume. 33. d

חברני Hebroni, Societas, siue participatio, vel adhæsio, aut incantatio, vel liuor. num. 26. g

חבלית Hebronitæ, Idem. p. n. 1. para. 26. c

חרי Hechelias, Expectãs dominum, siue hamus domini. pater Nehemi, 2. esd. 1. a

עדו Heddai, Laudatio, siue confessio, aut clamor. Nomen viri, 2. regum, 23. d. qui Huri, 1. paralipomenon, 11. f. dicitur.

הגלא Héder, Grex, siue defectio, aut priuatio, Filius Berię, 1. paralip. 8. b

חלם vel חלם חלאם Hegla, Festuitas aut giratio eius. Filia Salphaad filij Hepher filij Galaad, num. 26. d

חלבת Helam, Exercitus matris vel gentis siue ancillæ: aut dolor siue expectatio matris vel ancillæ aut gentis, vel somnium. Ciuitas, 2. reg. 10. d, haud procul à Iordane.

Helba, Lac siue adeps, aut mansit in ea: siue principium vel dolor in ea. Nomen ciuitatis, quæ sorte tribu

tribui Aser euẽnit, iudicum, 1. f

חלקת Helcath, Portio siue pars, aut lenitas. Ciuitas quę de tribu Aser data fuit Leuitis, ioſ. 21. c

הלקי Helci, portio siue pars aut lenis. Nomen viri, 2. esdr, 12. a

חלקיהו Helcia, siue Helcias, Portio siue pars domini, aut lenitas domini. Pater Eliacim, 4. reg. 18. d. isaie, 22. f. Est & nomen sacerdotis, 4. regum, 22. a. Pater item Ieremiæ prophetæ, iere. 1. c. 1. para. 6. a. 2. esd. 12. a

חלק Hélec, Portio, siue pars, aut lenitas. Filius Galaad filij Machir filij Manasse filij Ioseph, nu. 26. d, ioſ. 17. a Helecitæ, Idem. p. n. num. 26. d

הלד Héled, Mundus, id est orbis, vel mustela: aut Syriacè, rubigo. Filius Baana, 2. reg. 23. d

חלם Helem, Somnians, aut sanans, siue expectatio eorum, aut dolor eorũ. Nomen viri, zach. 6. d. 1. par. 7. g

חלח Héleph, Mutatio, siue transitus, aut perforatio. Nomen ciuitatis, ioſ. 19. c. Terminus Nephthali.

הלז Heles, Armatus, siue liberatus, aut nudatus. Nomen viri, 2. reg. 23. d

Helles, Idem. Filius Azariæ filij Iehu filii Obed, 1. para. 2. e. 11. f. 27. b

עלי Heli, Eleuatio, siue oblatio, aut eleuans, vel offerens, seu pila. Nomẽ sacerdotis illius qui Samuelem vnxit in prophetam, 1. reg. 1. a. Pater item Ioseph mariti Marię virginis, luc. 3. e: qui mat. 1. c, dicitur Iacob.

ἡλιόδωρος ἡλιόπολις Heliodorus, Solis donum. G. Nomen viri, 2. machab. 3. b

אן Heliopolis, Hebraicè dicitur On: & interpretatur dolor, siue tristitia, aut fortitudo. Græce verò Heliopolis, Solis ciuitas interpretatur. Vrbs Ægypti, quæ Thebæ aliàs dicitur, ezech. 30. e

עלמון-דבלתימה Helmõ-deblathaim, Duo nomina sunt: Helmõ quod interpretatur occultatio, siue adolescentia, aut seculũ, vel contemptus. Deblathaim, palathæ, id est massæ de ficubus cõpactæ. Nomẽ loci, in quo castrametati sunt filii Israel profecti de Dibon-gad, nu. 33. f

חלון Helon, Fenestra, vel prophanatio, siue dolor, vel infirmitas. Nomen ciuitatis in terra Moab, num. 2. a. iere. 48. d. Pater Eliab principis tribus Zabũlon, nu. 1. a. 10. b. Est & nomen vrbis, 1. paral. 6. e: quæ ioſ. 21. d, dicitur Holon.

חימם Hemam, Turbatio eorum, aut tumultus eorum Filius Lotan filij Horræi, gene. 36. c: qui 1. paralip. 1. c dicitur Homam.

חמן Hemã, Multus, aut tumultuãs: vel Syriacè, fidelis. Filius Maol, 3. reg. 4. d. Filius Ioel, 1. par. 6. c. 15. b. 16. d

Hemath, vide Emath.

עמנה Hemona, Popularis, siue populus noster. Nomen ciuitatis in tribu Beniamin, ioſ. 18. d

חמור Hemor, Asinus, siue lutum, aut vinosus: vel Syriacè, grauis aut ponderosus. Pater Sichem, gene. 33. d. 34. a. acto. 7. c

חן Hen, Gratia, siue misericordia, aut mansio, vel requies. Nomen viri, zach. 6. d

הנדד Henadad, Gratia vel misericordia dilecti. Nomen viri, 2. esd. 3. c

חנוך Henoch, Dedicatus, vel disciplinatus aut morigeratus. Filius Cain, gen. 4. c. Filius præterea Iared, gen. 5. c. luc. 3. g. Filius etiam Madian filij Abrahæ. gen. 25. a. Filius item Rubẽ, gen. 46. b. 1. par. 5. a. Ciuitas item quam Cain extruxit, illique filij nomen indidit.

Henochitæ, Idem. p. n. nume. 26. b

Hépher, Fodiens, aut explorans, siue opprobrium vel confusio. Filius Assur ex Naara vxore, 1. parali. 4. a. Portio regni, terræque Chanaán, quam Iosue expugnauit, ioſ. 12. d. 4. regum, 14. f. Vrbs in tribu Zabulon, ioſ. 19

חפרי הפרחה Hepherita, Idem. p. n. num. 26. d

Hephethah, Adaperire: imperatiui modi passiue vocis, marc, 7. d

עיר Her, Vigil, aut denudans, vel effundens, siue æmulus, vel ciuitas. Filius Iudæ ex sue vxore sua, gene. 38. a. 1. para. 4. c. Pater Elmadan, luc. 3. f

ערן Heran, Idẽ. Filius Suthala filij Ephráim, nu. 26. d

Heranitæ, Idem. p. n. num. 26. d

Hercules, Iunonis vel dominatricis gloria. G. machab. 4. c. a ἡρακλῆς

אדר Héred, Imperans, siue descendens. Filius Balæ filij Beniamin, num. 26. e. Heb. Ared.

ערד Hered, ioſ. 12. d, Onager: aut Syriacè, draco. Nomen ciuitatis.

ארדי Hereditæ, Imperantes, siue descendentes, nu. 26. e

ערם Herem, Destructio, siue anáthema, aut rete, vel retiaculum: siue dedicatum aut consecratum, s. deo. Nomen viri, 1. esd. 10. d

ערי Heri, Vigil, seu denudans, aut effundens, vel ciuitas mea: aut Syriacè, inimicus. Filius Gad filii Iacob, gene. 46. b

Heritæ, Idem. p. n.

חרמה Herma, Destructio, siue anáthema, aut rete, vel retiaculum, siue dedicatum vel consecratum, s. deo Ciuitas in tribu Iuda, ioſ. 12. d. Vide Harma.

Herman, Sustentaculum, vel inauris. G. Vir quidam, rom. 16. b ἑρμᾶν

Hermes, Mercurius, aut lucrum, vel refugium. G. Viri nomen, rom. 16. b ἑρμῆς

ἑρμογένης Hermogenes, Mercurio genitus, aut lucri generatio, vel refugium generationis. G. Vir quidam, 2. Timoth. 1. d

חרמון Hermon, Destructio, siue anáthema, vel rete siue retiaculum: aut dedicatum vel consecratum, scilicet deo. Nomen montis, quem Sidonii Sarion, Amorhæi. Sanir vocant, deuter. 3. b. ioſuæ, 13. a. psalm. 88. b. Vide item, 1. paralipome. 5. d. Aliàs dicitur & שיראן Sion, Deut. 4. g. A nõnullis traditur duos esse חרמון nomine montes. vnum non procul à Gelboa iuxta Iordanem: alterum verò multo altiorem altero supra Trachonitidem regionem. Quod equidem haud obscurè etiam Dauid Psalmo XLII. innuere videtur, dum inquit, De terra Iordanis & Hermonym à monte modico.

הרמונים Hermonii, Idem. p. n.

Herodes, Pellis gloria, vel pellibus glorians, aut mons gloriæ vel arrogantiæ: aut Syriacè. draco ignitus. D. Præses siue procurator Galilęæ constitutus à romanis, luc. 3. a. rex Iudææ, luc. 1. a

Herodiani, Idem. p. n. D. matth. 22. b

Herodias, Idem. f. g. D. matth. 14. a

ἡρῳδίων Herodion, Iunonis vel dominatricis cantilena. G. Cognatus Pauli, rom. 16. b

חשבן Hesebon, Numerus, siue cogitatio, aut festinans intelligere vel ædificare. Nomen ciuitatis in Galaad Moabitarum, in qua habitauit Sechon rex Amorrhęorum, Isaię, 15. b. num. 21. f. quam ædificauerunt filii Ruben, num. 32. g, 1. para. 6. g

חצר Heser, Atrium, aut fœnum. Nomen ciuitatis à Salomone ædificatæ, 3. reg. 9. c

Hesli, Prope me, vel iuxta me, siue auferens vel seperans. D. Pater Nahum patris Amos, luc. 3. e

חשמנה Hesmóna, Festinatio numerationis vel muneris, aut festinatio prępparationis, vel legatio. Locus in quo castrametati sunt filii Israel profecti de Mathca, diuidens Ægyptum & sortem tribus Iudæ ad mare vsq; tendentem. num, 33. d

חצרי Hesrái, Atrium, siue fœnum. Nomen viri, 2. reg. 23. d: qui Hesro 1. para. 11. g. dicitur.

חצרו Hesro, Atrium aut fœnum eius. Nomen viri, 1. paral. 11. g: qui 2. reg. 23. d. dicitur Hesrai.

חצרון Hesron, Sagitta exultationis, siue diuisio cantici, aut atrium vel fœnum. Nomẽ ciuitatis, quæ & Asor in tribu Iuda, ioſ. 15. a. d. Filius Rubẽ, gen. 46. b. Item filius Iuda, id est (vt existimo) filius Phares filii Iuda, vt sequitur, 1. para. 4. a. qui gene. 46. a. dicitur Zara. Filius item Phares filii Iuda, gene. 46. b

חת Hesronitæ, Idem. p. n. num. 26. a. c

Heth, Confractio, vel formido, aut stupor: vel Syriacè descensus. Nomen populi, gene. 23. a. b

החלון Hethalon, Contritio mansionis, aut formidabilis mansio, siue inuolutio eius. Nomen vrbis, terminus Iudææ ad Septentrionem, ezech. 47. c

חת Hethæus, Confractus, vel formidans, aut stupens

Universidad de Deusto
Biblioteca

vel Syriacè, descendens. Filius Chanáan, gene. 10. c: à quo Hethæi.

חתי Hethæi, Idem. p. n. Nomen populi, genesis, 15. d. 4. reg. 7. b. Cyprum Hieronymus esse dicit.

החים Hethim, Idem. p. n. Nomen loci, iudic. 1. e

חוה Heua, Viua, vel viuês. Prima mulier creata à Deo, gene. 3. d

חוי Heuei, Viuentes, aut loquentes, vel nuntiantes: aut Syriacè colubri, Populi genus.

Heuæus, Idem, s. n. Filius Chanàan, gene. 10. c

חויל Heuila, Dolens, siue parturiens, aut loquens illi, siue enuntians illi. Nomen regionis, gene. 2. b. 25. b

חוילה Heuila, siue Heuilath, Dolens, siue parturiens, aut loquens illi, siue annuntians illi. Filius Chus, gen. 10. a. Filius item Iectan, gene. 10. d. Nomen item regionis, 1. reg. 15. b. Getuli à Iosepho dicuntur.

חזקי Hezeci, Fortis, siue apprehendens. Filius Elphaal, 1. paralip. 8. b

חזיון Hezion, Visio, vel prophetia. Pater Tabremon patris Ben-adad regis Syriæ, 3. reg. 15. d

חזרך Hezir, Porcus: aut Syriacè, conuersus, vel reuersus. Nomen viri, 1. para. 24. b

H I

יואל Hiel, Viuit Deus, siue vita Dei. Nomen viri illius qui reædificauit Iericho, 3. reg. 16. g

ἱεράπολις Hierapolis, Sacra ciuitas. G. Ciuitas Phrygiæ haud procul à Colossis & Laodicea, colost. 4. c

ἱερώνυμ☉ Hieronymus, Sacrum nomen. G. Nomen viri, 2. Machab. 12. a

הין Hin, Mensura erat liquidorum, Ezech. 4. c

עיר Hir, Ciuitas, aut vigil, siue effundens, vel denudans, aut pullus, scilicet asini. Filius Caleb filij Iephone, 1. paralip. 4. c. Sunt qui dicant hoc loco legendum esse Hirela, nomine compositò, non autem Hir & Ela. tũc lege interpretationem dictionis Ela, & huius dictionis Hir.

עירא Hira, Ciuitas, aut vigil, siue denudatio, aut effusio, vel aceruus visionis Filius Acces, 2. reg. 23. d. 1. parali. 11. g. 27. b

חירם Hiram, Vitæ celsitudo. Rex Tyri, 2. reg. 5. a: qui, 2. para. 2. a. c. 4. c. 8. a, dicitur Huram Hebraicè.

חורם Hiram. 2. para. 2. a. c. 4. c. 8. a. Albedo eorum, siue foramen vel libertas eorum, aut destruens, vel anathematizans. Heb. Huram. Rex Tyri, qui, 2. reg. 5. a. dicitur Hiram.

עירם Hiram, gen. 36. d. 1. par. 1. d, Ciuitas eorum, siue vigilia eorum, aut denudatio vel effusio eorum, siue aceruus excelsus. Ciuitas Idumæorum.

חירח Hiras, libertas, aut ira. Nomen viri Odollamitis, genes. 38. a

עיר-שמש Hir-semes, Ciuitas solis: aut ex Hebræo & Syro, ciuitas seruitij vel ministerij. Ciuitas in tribu Dan, ios. 19. c

Hircanus, Ciuitatis possessor, seu vigilans æmulator. D.

ἱσπανία Hispania, Rara, id est pretiosa. G. Europæ regio latissima, rom. 15. f

H O

חובה Hoba, dilectio vel absconsio: aut Syriacè, obligatio vel peccatum. Nomen loci, gene. 14. c

חבב Hobab, Dilectus. Filius Raguel soceri Moysi, nu. 10. d. iudic. 4. b

חוד Hod, Laus, siue confessio. Filius Supha filij Helem, 1. paralip. 7. g

הרש Hodes, Mensis, aut nouitas. Vxor Saharáim, 1. paralip. 8. a

חדשי Hodsi, Mensis, vel nouitas: aut ex Syro & Hebræo, vnius nouus, aut nouum munus. Ciuitas, 2. re. 24. a

vel חלדי Holda, vel Holdai, Mundus vel orbis, aut mustela: vel Syriacè, rubigo. Nomen viri, 1. paralip. 27. b. & zach. 6. c. Item prophetis vxor Sellum filij Thecue, 4. reg. 22. c

חלדה Holofernes, Fortis dux, ex Hebræo & Syro. D. Princeps militiæ regis Nabuchodonosor, iudit, 2. a

חלון Holon, Fenestra, siue prophanatio, aut dolor. Ciuitas quæ de tribu Iudæ seu Simeonis Leuitis data est, ios. 15. f. 21. b. quę, 1. para. 6. e. dicitur Helon.

Homam, Tumultus siue turbatio eorum. Filius Lotan filij Seir, 1. pa. 1. c: qui ge. 36. c, dicitur Hemam.

חם Hon, Dolor, siue fortitudo, aut iniquitas. Filius Pheleth, num. 16. a

חפה Hoppha, Thalamus siue coopertorium, aut litus vel ripa eius. Nomen viri, 1. para. 24. b

הר Hor, mons siue concipiens, aut demonstrans, siue ostendens. Nomen montis, nume. 20. d. 33. e, in finibus terræ Idumææ prope Petram ciuitatem.

חורם Horam, Mons eorum, siue manifestans eos, aut concipiens eos. Rex Gazer, ios. 10. f

הרב Horeb, Desertum vel solitudo, siue destructio, aut siccitas vel gladius. Nomen montis in regione Madianitarum, exod. 3. a. psalm. 105. Qui סיני Sinai alias dicitur, in quo data fuit lex Moysi. Est & nomen petræ, exod. 17. b

חורי Horræi, Principes, vel liberi, aut ingenui, vel irascentes. Gigantes, quos expulerunt filij Edom à monte Seir, deut. 2. c. d: qui genesis, 14. Chorræi dicuntur ijsdem consonantibus & punctis.

Horrhæus, Idem. s. n.

חרם Horem, Destructio, siue anáthema, aut rete, vel retiaculum, siue dedicatum aut consecratum, s. deo. Ciuitas in tribu Nephthali, ios. 19. c

חרי Hori, Princeps vel liber, aut ingenuus, vel irascens. Filius Lotan filij Seir, gene. 36. c

הרמה Horma, iosue, 19. b. Excelsa siue proiecta, aut vermis. Ciuitas in tribu Aser.

חרמה Horma, destructio, siue anáthema, aut rete vel retiaculum, siue dedicatum aut consecratum, s. deo Ciuitas in tribu tam Iudæ quàm Simeonis, nume. 21. a, quæ cap. 1. d. Iudicum, dicitur & Sephath, 1. para. 4. e. In Iosue, 15. e, scribitur Harma: in Iosue verò 19. a. Bethul-harma, vbi vnica dictio est, cum separatim legendæ sint: duæ enim sunt ciuitates.

חרני Horrónites, Ira vel furor: aut Syriacè libertas, 2. esdræ. 2. b

חסח Hosa, Confidens, vel protegens. Nomen viri, 1. par. 26. b. Nomen itẽ cuiusdam ianitoris. 1. par. 16. d. Ciuitas item quæ tribus Aser terminus est, ios. 19. b

Hosa, 1. paralip. 4. a, Festinans, siue tacens, aut sensualis. Ciuitas.

הושענא Hosanna, Salua obsero, vel salua nunc, matth. 21. a. Heb. Hosiah-na.

להתם Hothã, Sigillum, aut signaculũ siue clausura Filius Heber filij Bariæ filij Aser filij Iacob, 1. para. 7. g. 11. g

להני Hozai, Videns. Nomen prophetæ, 2. para. 33. d

להואל Hoziel, Videns deum. Filius Semei filij Gerson, 1. paralip. 23. a

H V

להסה Hucuca, Sculptura, vel præceptum, aut legislatio. Nomen ciuitatis in tribu Nephthali, ios. 19. c

חל Hul, Dolor, vel infirmitas, siue arena, vel præstolatio aut obstetricatio. Filius Aram, gene. 10. d. Hic à Iosepho lib. 1. antiquitatum Iud. traditur Armeniam instituisse. Quam ego equidem plane arbitror ab eius patre nomen inuenisse.

הופם Hupham, Thalamus eorum, aut operimentum eorum, siue litus vel ripa eorum. Filius Beniamin, nume. 26. e

Huphamitæ, Idem. p. n. nume. 26. e

חור Hur, Libertas, siue albedo, aut foramen. Filius Iuda filij Iacob. 1. para. 4. a: qui gen. 46. b. dicitur Onan. Filius Caleb ex Ephrata vxore, 1. para. 2. c. Rex item Madianitarum, num. 31. a

חורי Hurai, Idem, Nomen viri, 1. para. 11. f: qui 2. reg. 25. d. dicitur Heddai.

חורם Huram, Libertas eorum, siue albedo eorum, aut foramen eorum. Filius Bela filij Beniamin, 1. par. 8. a

חורי Huri, Irascens, vel libertas, siue albedo, aut foramẽ. Pater Saphat, nume. 13. a. Pater Abiháil, 1. para. 5. b

חשי Hus, Consilium, aut lignum: vel Syriacè, fixus. Filius Aram, genes. 10. d. Iuxta Iosephum atq; Hieronymum Trachonitidis & Damasci conditor extitit. Nã principatum tenuit inter Palæstinã & Cœlesyriam.

Huius

Huius regio in Iob, à L X X. interpretibus αὐσίτιδος, quasi Husitidis dicitur. Iob. 1. a. Primogenitus item Nachor, gen. 22. d. Filius etiã Dison filij Seir, gen. 36. c

חשם Husam, Festinatio eorum, aut silentium eorum, vel sensualitas eorum, Rex tertius qui regnauit in Edom, gene. 36. d

חשתי Husathi, Festinans, vel tacens, aut sensualitas. Ciuitatis nomen, 2. reg. 21. c

Husathides, Idem. 1. para. 27. b

חושי Husi, Festinans, vel tacens, aut sensualitas. Pater Baana, 3. reg. 4. b

חשים Husim, Idem. p. n. Altera vxor Saharáim, 1. para. 8. a. Filius Dan filij Iacob, gene. 46. c

H Y

ὑμέναι☉ Hymenæus, Carmen nuptiale. G. Nomẽ viri qui à fide Christi excidit, 2. Timoth. 2. c

I

יבל IAbel defluens, siue apportans, vel inueterascens, aut germinans, siue iubileus, aut buccina. Filius Lamech ex Ada vxore, gene. 4. d

יבש Iabes Siccitas, vel confusio. Pater Sellum, 4. reg. 15. c. A quo Iabes-Galaad ciuitas, iud. 21. f. 1. reg. 11. a

יעבץ Iabes, Tristitia siue dolor. Nomen loci, 1. para. 2. g. Est & nomen viri, 1. paral. 4. b

יבש-גלעד Iabes-Galaad, Siccitas vel confusio acerui testimonij. Nomen ciuitatis, iudic. 21. b. 1. reg. 11. a

יבין Iabin, Intelligens, siue ædificans. Rex Asor, ios. 11. a. iudic. 4. a. psalm. 82. c

יבנה Iabina, Ædificans aut intelligens. Nomen ciuitatis, 2. paralip. 26. a

יבק Iaboc, Euacuatio, vel dissipatio, aut lucta. Nomẽ vadi in Iordanem profluentis, gene. 32. f

יעזו Iacan, Tribulatio vel labor, aut ablatio possessionis vel nidi. Filius Eser filij Seir, 1. para. 1. c: qui in genes. 36. c. dicitur Acan, deut. 10. b. 1. para. 5. b

יקנעם Iacanam, Possidens populum, siue nidificatio populi, Nomen loci in Carmelo, ios. 12. d

יעבז Iachan, Conterens, vel comprimens, siue ablatio basis. Nomen viri, 1, para. 5. c

יבין Iachin, Præparans, siue præparatio, vel firmitas. Filius Simeonis filij Iacob, gene. 46. b. Nomen item columnæ in porticu Salomonis, 3. reg. 7. c. 2. para 3. d Nomen item sacerdotis, 1. para. 9. b

Iachinitæ, Idem. p. n. nume. 26. b

יכים Iachim, Surgens, aut confirmans. Filius Semei, 1. paral. 8. b. 24. b

יעקב Iacob, Supplantator, vel calcaneus: aut planta, id est, vestigium. Filius Isaac, gene. 25. c. 27. f.

יעקבה Iacoba, Idem. Nomen principis, 1. para. 4. f

Iacõbus, Idem. Nomen Apostoli fratris Iohannis euangelistæ, quorum pater Zebedæus dicebatur, matth. 4. d

יהו Iaddo, Manus eius, aut potestas eius, siue confessio eius. Nomen viri, 1. paral. 27. c

ידע Iada, Sciens, vel cognoscens. Filius Onan filij Ierameel ex Atara vxore, 1. para. 2. d

ידעיה Iadaia, Scientia domini, vel cognitio domini. Nomen viri, 1. esd. 2. b

Iadason, Cognitio ouis, vel cognitio mutationis. D. iudith. 1. c

יהריהו Iadias, Simul, vel solus dominus, aut gaudium, siue acumen domini: vel ex Syro & Hebræo, vnus dominus. Nomen viri, 1. para. 27. d

ידיעאל Iadihel, Scientia dei, vel cognitio dei. Filius Beniamin, 1. para. 7. b. 11. g: qui gene. 46. c. dicitur Asbel.

ידון Iadon, Iudicans, aut litigans, vel manus eius. Nomen viri, 2. esd. 3. b

יגור Iagur, Colonus, vel aduena: aut timens siue congregans. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ios. 15. d

יהדי Iahaddái, Simul vel solus ego, aut acutus, vel gaudens: aut Syriacè, vnitas mea. Nomen viri. 1. para. 2. f

יעלא Iahala, Ascendens, aut damula, vel caprea. Nomen viri, 2. esd. 7. c

יהת Iáhath. Confractus, aut formidans, vel stupens: aut Syriacè, descendens. Filius Lobni filij Gerson. 1. paralipo. 6. b. Filius Raia filij Subal, 1. para. 4. a. 24. c.

Præpositus instraurantibus templum, de filijs Merári, 2. para. 34. c

יהזיה Iahazia, Visio domini.

יהואל Iahaziel, Videns deum, vel visio dei. Nomen sacerdotis. 1. para. 16. c. Filius Hebron, 1. para. 23. c. Filius Iahath, 1. para. 24. c. 2. para. 20. c

יעל Iahel, Ascendens, aut damula, vel caprea. Vxor Haber Cinęi, iudic. 4. c

יחלאל Iahelel, Expectans deum, aut orans deum, siue incepit deus. Filius Zabulon. gene. 46. b

יחלאלי Iahelelitæ. Idem. nume. 26. c

יחאל Iahiel. Viuit deus. Nomẽ viri, 1. para. 15. b. 16. a. 23. a. 29. b. 2. para. 21. a. 29. c. 31. c. 35. b. esd. 8. b. 10. a

יאיר Iair. Illuminans, vel illuminatus. Filius Segub filij Esron filij Phares filij Iuda, 1. par. 2. c. Fuit & nomen iudicis in Israel, iud. 10. a. Nomen item loci, ios. 13. d

יאירי Iairi, Lux mea, siue illuminans, aut illuminatus.

חיאירי Iairites, Illuminatus, aut flumen, aut fluuialis, 2. reg. 20. g

יעלא Iairus, Idem. D. Nomen viri, marc 5. b. luc. 8. f

Iala, Ascendens, aut damula, vel caprea. Nomen viri, 1. esd. 2. c

יהללאל Ialaleel, Laudans deum, aut claritas siue illuminatio dei

יהללאל Ialleel, Idem. Nomen viri, 1. para. 4. c

ילון Ialon, Manens siue murmurans. Filius Ezra, 1. para. 4. c

יבין Iambri, Amaricans, siue rebellans, aut commutans. D

Iamin, Dextera vel dexter, aut auster vel australis. Filius Simeonis filij Iacob, gene. 46. b. parali. 4. d. Filius Ram primogeniti Ierameel, 1. para 2. d

Iaminite, Idem. p. n. nume. 26. b. 2. esd. 8. b

Iamnia, Ædificans, aut intelligens. Nomen ciuitatis, 1. machab. 4. b

Iamnitæ, Idem. p. n. D.

Iamnor, Maris lucerna, aut dextera lucis, vel dexteræ lumen. D. Nomen viri, iudith. 8. a

יבנה Iamra, Rebellis aut amaricans, siue commutatio, Filius Supha filij Helem, 1. para. 7. g

יבואל Iamuel, Dies eius deus, aut mare dei. Filius Simeonis filij Iacob, gene. 46: qui 1. parali. 4. d. dicitur Namuel.

יעני Ianái, Respondens, siue affligens, aut depauperans. Filius Gad, 1. para. 5. b

Ianne, Respondens, vel incipiens loqui, aut afflictus, siue humiliatus, vel pauper. D. Pater Melchi patris Leui, Luc. 3. e

Iannes, Idem. D. Nomen incantatoris ex eorum numero qui Moysi restiterunt, cum signa faceret coram Pharaone, 2. timoth. 3. b

יגוהה Ianóe, Requiescens, aut manens, siue deducens. Nomen ciuitatis in tribu Ephráim, ios. 16. c. 4. re. 15. f

יגום Ianum, Dormiens. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, ios. 15. f

יפת Iapheth, Dilatatus, aut pulcher, vel persuadens. Filius Noe, genesis, 5. d. Hic Aphricam tenuit secundum Berosum, à quo Gentiles.

יפיע Iaphia, Illuminans, siue apparens, aut gemens. Filius Dauid, 2. reg. 5. c. 1. para. 3. b. 14. Rex item Lachis, ios. 10. a

Iaphiæ, Idem, Nomen oppidi in tribu Zabulon, iosue, 19. a

יהוה Iara, Odorans, siue aspirans, aut luna, vel mensis. Pater Huri, 1. para. 5. b. Hebraicè Iaroah

יערח Iara, Sylua, aut fauus, siue denudans, vel effundens, aut euigilans. Filius Ahaz, 1. para. 9. f: qui cap. 8. dicitur Ioada.

Iaramoth, Altitudines, siue timens mortem, aut proiectio mortis. Nomen ciuitatis in tribu Issachar, data Leuitis, ios. 21. c

ירח Iare, Luna, vel mensis, siue odorans. Filius Iectan, gene. 10. d

ירד Iared, Imperans, vel descendens. Filius Maalaleel, gene. 5. b. Filius item Ezra, 1. para. 4. c

ירמאל Iarephel, Sanitas Dei, aut medicina dei, siue rela-

Universidad de Deusto
Biblioteca

xans deus. Ciuitas in tribu Manasse, ioſ.18:d

יָרִיב Iarib, pugnans, vel obiurgans, ſiue multiplicans. Filius Simeonis filij Iacob, 1.para.4.d: qui gen.46.b. dicitur Ahod.

יְעָרִים Iarim, Saltus, vel ſyluæ. Ciuitas, ioſ.15.c

יְשֵׁן Iaſſen, Antiquus, ſiue dormiens. Nomen viri, 2. regum 23.d: qui 1.para.11.g. dicitur Aſſem.

יִתְצָה Iaſa, Rixa vel contentio, aut exitus domini. Nomen ciuitatis, quæ de tribu Ruben Merari nepotibus data eſt ioſ.21.d. iuxta Hebręum. num.21.e. deut. 2.g. iudic.11.d.1.para.6.g

יָחֵץ Iaſa, iſa.15.b. Rixa vel contentio Heb. Iáhas.

יֶצֶר Iaſer, Figmentum, ſiue plaſmatio, aut tribulans, vel anguſtians. Vide Ieſer.

יִצְרִי Iaſeritæ, Idem.p.n.

יָשָׁר Iaſer, Rectus, aut cantans, ſiue reſpiciens, aut dominans, vel prævalens. Filius Caleb ex Azuba prima vxore, 1.para.2.c

יִשְׁעִי Iaſi, faciens, vel factor meus. Nomẽ viri, 1.eſd.10.d

יְהִשְׁאֵל Iaſiel, Diuidens deus, vel dimidians deus, aut feſtinatio dei. Filius Nephthali, gene.46.c.1.para.7.c. Hebraicè Iaheſiel.

יאשיאל Iaſiel, 1.paralip.11.g.27.c. Opus dei, vel factura dei. Vir de Maſobia.

ἰάσων Iaſon, Sanans, vel medicans. G. 1.macha.12.c. Nomen viri, act.17.b.rom.16.d

μνάσων Iaſon, act.21.c. Græcè Mnaſon, id eſt indagator, aut ſpondens, vel reminiſcens. G.

יְשׁוּב Iaſub, Conuerſio, aut habitatio, aut ſeſsio. Filius Iſaiæ prophetæ, iſa.7.b. Filius item Iſſachar, 1. parali. 7.a: qui gene.46.b. dicitur Iob.

Iaſubitæ, Idem.p.n.num.26.c

יִטְבָה Iateba, Benefaciens, vel bonitas eius, aut diuertens, vel declinans in ea. Nomen loci, 4.reg.21.d

יְתַנְאֵל Iathaneel, Donum dei. Nomen viri, 1.para.26.a

יָוָן Iauan decipiens, vel contriſtans, aut cœnoſius, vel columbus. Filius Iaphet, gene.10.a. A quo Iones, ſiue Græci, ezec.27.c

יָעוּשׁ Iaus, Tinea corroſus, aut compreſſus, vel congregatus. Nomen viri, 1.para.23.b

יַעְזֵר Iazer, Auxiliator, ſiue adiutor. Vrbs Amorræhorum, ſiue Moab, iſa.16.c.num.21.g. quam conſtruxerunt filij Gad, num.32.g. ioſ.13.c.1.para.6.g. In ioſ.21. d. legendum Iaſa, non Iazer.

יְזִיאֵל Iaziel, Aſperſio dei, vel diſtillatio dei. Filius Azmoth, 1.paral.12.a

יְעוּאֵל Iaziel, Fortitudo dei. Nomen ſacerdotis, 1. para. Iepome.15. b

יִזְרִן Iaziz, Splendor: aut Syriacè, diſceſsio. Nomen proprium viri, 1.para.27.d

I C

יָקְמְעָם Icamia, Reſurrectio domini, aut confirmatio domini, vel vindicans dominus. Filius Sellum filij Siſamoi filij Elaſa, 1.paral.2.e

אִיכָבוֹד Ichabod, Vbi gloria, aut væ gloriæ. Filius Phinees filij Heli ſacerdotis, 1.reg.4.d

ἰκόνιον Iconium, Veniens. G. Celeberrima vrbs Lycaonię eſt, de qua Pli.li.5.cap.27. Strab. li.12. Volaterr.li.10. Geogra. Eſt aliud Iconium Ciliciæ ciuitas, cuius Lucas meminit, act.14.a. In hac Paulus & Barnabas prædicarunt, Huius ſit mentio etiam, 2. timoth.3.

יְקוּתִיאֵל Icutiel, ſiue Iecutiel, Spes dei, aut congregatio dei. Nomen viri, 1.para.4.c

I D

יְדִיעָה Idaia, Manus domini, vel confeſsio domini. Pater Allon patris Sephei, 1.para.4.f

יְדַעְיָה Idaia, nehem.7.d.11.b.zach.6.d. Scientia domini. Nomen viri.

יְדִידָה Idida, Dilecta, ſiue amabilis, vel manus manus eius: aut per tranſlationem, poteſtas manus eius. Mater Ioſię. 4.reg.22.a

יְדוּתוּן Idithun. Lex eius, vel legalis, ſiue laudem vel confeſsionem dans. Pater Galal, 1.para.9.c. pſal.38

Idox, Iucundus, vel lætus, aut triturans. D. iudit.8.a

אֱדֹם Idumæa, Ruffa, vel vel terrena, aut ſanguinea. Regio Syriæ, ſic dicta ab Edom filio Eſau, iſa.11.d.2.reg. 8.d. Heb. Edom. Vide Edom.

Idumæa. idem.p.n.f.g.3.reg.11.a

Idumæi, Ruffi, ſiue terreni, aut ſanguinei, 4.reg.8. f. Idumæi inquit Volaterranus lib.11. Geograph. in litore Palæſthinæ verſus Ægytum & Arabiam ſiti ſunt. Gens ex Nabathæis vicinis Arabię populis profecta. Inter hos ſunt oppida Philiſthinorum ab Hebræis appellatorum, qui idem cum Palæſthinis mutatis literis ſunt.

Idumęus, Idem. ſ.n.1.reg.21.b

I E

עִיֵּי הָעֲבָרִים Ie-abarim, Acerui Hebræorum vel tranſeuntium, aut acerui iraſcentium vel prægriantium: aut ex Hebræo & Syro, acerui frumenti. Trigeſima octaua Iſraelitarum manſio in Moabitarum finibus, num.21. c.33.f

יְבָחָר Iebahar, Electio, ſiue electus. Filius Dauid, 2.reg. 5.c.1.para.3.b.14.b

יִבְנְיָה Iebanias, Ædificatio domini, ſiue filiatio domini, vel intellectus domini. Pater Rahuel, 1.para.9.b

יִבְלְעָם Ieblaam, Inueteratio populi, vel defluens populus, aut germinatio populi, ſiue deglutiens eos. Nomen vrbis in tribu Manaſſe, ioſ.17.c.iudic.1.f.4.reg.9.f

יִבְנְאֵל Iebnael, Ædificatio dei, ſiue intellectus dei. Nomen ciuitatis, terminus tribus Nephthali, ioſ.19.c

Iebneel, Idem. Ciuitas in tribu Iuda, ioſ.15.c. Dicitur aliàs Iamnetorum portus.

יְבוּס Ieboc, Euacuatio, vel diſsipatio, aut lucta. Nomen torrentis, num.21.e.deut.2.g.ioſ.12.a

יְבְשָׁם Iebſem, Aromatizans, vel ſiccitas eorum, aut confuſio, vel erubeſcentia eorum. Filius Thola filij Iſſachar filij Iacob, 1.para.7.a

יְבוּס Iebus, Conculcatio, aut volutatio, vel præſepium Nomen ciuitatis quæ & Ieruſalem dicitur, ioſuæ, 18. d.iud.19.c

יְבוּסִי Iebuſæi, Concultati, vel volutati, aut præſepia, geneſis, 15.d

Iebuſæus, Idem. ſ.n. Filius Chanáan, gene. 10.c.2. reg.4: à quo primùm Ieruſalem, Iebus: & Ieroſolymitæ, Iebuſæi vocati ſunt.

יְבַלְיָהוּ Iechelia, Conſummatio domini, vel poteſtas domini, Mater Azariæ regis Iuda, 4.reg.15.a

יְקַמְיָה Iecemia, Reſurrectio domini, ſiue confirmatio domini, aut vindicta domini. Filius Iechoniæ filij Ioacim, 1.para.3.c

יְקַמְעָם Iecmaam, Reſurrectio populi, ſiue confirmatio vel vindicta populi. Ciuitas in tribu Zabûlon, 3. reg.4. b.1.para.6.f. Item filius Hebron, 1.para.23.c

יָקְנְעָם Iecnam, Poſſeſsio populi, ſiue emptio aut nidificatio populi. Nomen ciuitatis, ioſ.21.c: quæ ioſ.19.a. dicitur Ieconam, ijſdem conſonantibus & punctis.

Ieconam, Idem. Eadem ciuitas, ioſ.19.a, quæ ioſ. 21.c. Iecnam dicitur.

יְכָנְיָה Iechonias, Præparatio domini, aut firmitas domini. Filius Ioacim filij Ioſię, 1.paralipo.3.c. Rex Iuda, eſth.2.b. qui ierem. 22.f. & 37. a, Hebraicè dicitur Chonias.

Iechonias, ierem.22.f.37.a. Præparatus ipſe. Heb. Chonias, qui, 1.para.3.c, dicitur Iechonias.

יְכָסָן Iecſan, Durities, ſiue ſcandalum: aut Syriacè, colliſio. Filius Abrahę ex Cetura. gene.25.a

יָקְטָן Iectan, Paruulus, aut tædium, ſiue contentio. Filius Heber, gene.10.d

יְקְתְאֵל Iecthel, Congregatio dei. Nomen ciuitatis tribus Iudæ, ioſ.15.c.4.reg.14.b. Euſebio Petra, Syris verò רקם dicitur.

יְדַעְיָה Iedaia, Scientia domini, vel cognitio domini. Nomen ſacerdotis, 1.para.9.b.24.b

יְהוּדָה Iedaia, Manus domini ſiue confeſsio domini. Filius Haromaph, 2.eſd.3.c

יְדָלָה Iedala, Manus iuramenti aut maledictionis ſiue execrationis: aut ex Hebræo & Syro, manus dei. Ciuitas in tribu Zabûlon, ioſ.19.b. Quædam exemplaria habent יִרְאֵלָה

Iedda, Scitus, aut cognitus. Nomen viri, 2.eſd.12.a

יָדַע Ieddo, Erigens, ſubleuans, ſuſcipiens, ſuſtentans. Nomen viri, 1.para.5.b

יְהוֹדּוֹ Ieddo, Solus ipſe, vel vnus ipſe, aut lætitia eius, ſiue acumẽ eius: vel Syriacè, nouitas eius. Filius Buz, 1.paral.5.b

יְדוֹעַ Ieddoa, Scitus vel cognitus. Nomen viri, 2.eſdræ, 12.b

יָדִי Ieddu, Manus eius, ſiue confeſsio eius. Nomen viri, 1.eſd.10.d

יְדוּעַ Ieddua, Scitus, aut cognitus. Nomẽ viri, 2.eſd.10.a

יְדַבֵּשׁ Iedebos, Melliſluus, aut manus confuſionis, vel erubeſcentiæ. Filius Etam, 1.para.4.a

יְהוּאֵל Iediel, Vnitas dei, ſiue lætitia Dei, aut acumen dei: vel ex Syro & Hebræo, renouatio dei. Nomen principis, 1.para.5.d

יְדִיעָאֵל Iedihel, Scientia dei, vel cognitio dei Filius Samri, 1.para.11.g. Princeps militum, 1.para.12.d

יִדְלָף Iedlaph, Diſtillatio, vel ſtillicidium: aut ex Hebræo & Syro, manus iuncta. Filius Nachor ex Melcha, gene.22.d

יְגָאֵל Iegaal, Redemptor vel redemptus, ſiue inquinatus. Filius Semeiæ filij Secheniæ, 1.para.3.d

יִגְבְּהָה Iegbaa, exaltatio ſiue altitudo. Ciuitas eſt, nume. 32.g. quam ædificauerunt filij Gad, iud.8.c

יְגַלְיָהוּ Iegedelia, Magnitudo domini. Pater Hanan, ierem.35.a

יְהַדְיָהוּ Iehedeia, Vnus dominus, aut lætitia domini, ſiue acumen domini: aut ex Syro & Hebræo, renouatio domini. Nomini viri, 1.para.24.c

יְהֹת Ieheth, Confractus vel formidans, aut ſtupens: vel Syriacè deſcendens. Nomen viri, 1.para.23.b

יְהַזִּיאֵל Iehezíel, Videns deum, vel viſio dei. Nomen viri, 1.para.12.a

יְהִיָה Iehias, Viuit dominus. Sacerdos quidam, 1.parali. 15.c

יְעִיאֵל Iehiel, Abſtulit deus, aut coaceruans Deus. Nomen ſcribæ, 2.para.26.b. Nomen item cantoris, 1.par. 9.f.11.g.15.c.16.a.2.para.35.b.1.eſd.8.b.10.d. Nomen etiam principis. 1.para.5.a

יְהִיאֵלִי Iehéli, Viuit deus. Nomen viri, 1.para.26.c

יְהוּא Iehu, ipſe, ſiue exiſtens. Filius Ioſaphat, 4.regum, 9.a. Nomen prophetę filij Anani, 3.reg.16.a. Filius Namſi, 3.reg.19.c. Filius Obed filij Ophlal, 1.parali. 2.e. Filius Ioſabiæ, princeps, 1.paral.4.f.12.a

יְהוּאַל Iehuel, Abſtulit deus, aut coaceruans deus. Filius Zara, 1.para.9.a

יְהוּשׁ Iehus, Tinea Corroſus, aut compreſſus. vel congregatus. Filius Eſau ex Oolibama, gene.36.a. Filius Balan filij Iadihel filij Beniamin, 1.para.3.c. Secundus filius Eſec. 1.par.8.d

יְהוּץ Iehus, 1.para.8.a. Conſilians vel ligneus: aut Syriacè, fixus. Filius Saharaim, ex Hodes vxore ſua.

יְהִיאֵלִי Iehieli, Viuit deus, Nomen viri, 1.para.26.c

יְהֻמַי Iemái, Calefaciens, aut calidus. Filius Thola filij Iſſachar filij Iacob, 1.para.7.a. Heb. Iehemái.

יְמִינִי Iemini, Dextera vel dexter. Pater Aphia, 1.reg.9. a.22.b.2.reg.16.c. Pater Chuſi, pſal.7.c

Iemineus, Idem.

יִמְלָה Iemla, Repletio, aut circunciſio. Pater Michææ prophetæ, 3.reg.22.a

יְמְלֵךְ Iemlech, Regnans, aut Syriacè, conſulens. Nomen principis cuiuſdam, 1.para.4.f.

יְמְנָה Iemna, Dextera, aut numerans, ſiue præparans: vel Syriacè, conſtituens. Filius Aſer filij Iacob, gene. 46.b. Pater Core, 1.para.7.f.2.para.31.c

יִמְנָע Iemna, 1.para.7.g. Prohibitio aut impedimentum, ſiue mare commotum. Filius Helem.

יִמְנָה Iamnaitæ, Dexteræ, aut numerantes, ſiue præparantes, vel conſtituentes, nume.26.c

יְעִישׁ Ieus, Tinea corroſus, aut compreſſus ſiue congregatus. Filius Roboam ex Abihail, 2.para.11.d

יִפְדְּיָה Iephdaia, Redemptio domini. Filius Seſac, 1.paralipome.8.c

יִפְלָט Iephlat, Liberatus, aut expulſus. Filius Heber filij Bariæ filij Aſer filij Iacob, 1.para.7.g

יִפְלֶטִי Iephleti, Idem. Terminus filiorum Ioſeph, ioſ.16.a

יִפְתָּח Iephone, Aſpiciẽs, ſiue intuẽs. Pater Caleb, nu.13.a

Iephonne, Idem. Filius Iether, 1.para.7.g

יִפְתָּה Iephta, Aperiens. Ciuitas quæ in ſortem tribus Iudæ ceſsit, ioſ.15.f

יִפְתְּאֵל Iephtahel, Aperiens deus. Nomen vallis, terminus tribus Zabulonis, ioſ.19.b

יִפְתָּח Iephte, Aperiens Filius Galaad ex meretrice, iudex in Iſrael, iud.11.a

יָרְחַע Ieraa, Luna, aut menſis, ſiue odoratio. Seruus Ægyptius Seſan filij Ieſi filij Apphaim, 1.para.2.c

יְרַחְמְאֵל Ierameel, Miſericordia dei: aut ex Syro & Hebręo, dilectio dei. Filius Eſron filij Phares, 1.parali. 2.a. Eſt & regio Philiſthijm, 1.reg.27.d

יִרְקְעָם Iercaam, Extenſio eorum, ſiue viriditas populi, aut ſputum populi, vel armatura aut euacuatio populi. Ciuitas eſt, quæ ſorte miſſa, tribui Dan obtigit ſecundum commentatorem Hebræorum, 1. paralipomenon, 2.f

יִרְסוּ Iercon, Ærugo, aut viriditas, ſiue ſputum, vel armatura, aut euacuatio. Ciuitas in tribu Dan, ioſ.19.c

יִרְמְיָה Ieremia ſiue Ieremias, Celſitudo domini, vel ſublimitas domini, aut exaltans dominum. Nomen principis, 1.para.5.d. Eſt & nomen prophetæ filius Helciæ, ierem.1.a

יְרַחְמְאֵל Ieremiel, Miſericordia dei: aut ex Syro & Hebręo, dilectio dei. Filius Amélech, ierem.36.f

יִרְאִיתִ Ierias, Timor domini, vel viſio domini: aut proiectio domini. Filius Selemię filij Hananiæ, iere.37.c

יִרְיָהוּ Ieriau, Idem. Filius Hebron, 1.para.23.c

יְרִבַי Ieribai, Pugnans, ſiue obiurgans, aut multiplicans. Filius Elnaem, 1.parali.11.g

יְרֵחוֹ Iericho, Luna, vel menſis, aut odor eius. Ciuitas opulentiſsima in Beniamin tribu, ab Ieroſolymis C L, & ab Iordane L X: diſtans ſtadijs, numeri, 22.a. ioſ.2.a. Quam ędificauit Hiel de bethel, 2. reg. 16.g.2. para.28.c. matth.20.d. luc.18.f.19.a. Nobilis palmetis & balſami viri darijs. Vnde etiam ciuitas palmarum appellatur, deut.34.

Ierichontinus, Idem.

יְרִיאֵל Ieriel, Timor dei, aut viſio vel proiectio dei. Filius Thou filij Iſſachar filij Iacob, 1.para.7.a

יְרִמוֹת Ierimoth, Altitudines, ſiue timens mortem, aut videns mortem ſeu proiectio mortis. Filius Bela filij Beniamin filij Iacob. 1.para.7.b. Filius item Beziæ, 1. para.8.b.2, para.31.c. Eſt & nomen ciuitatis cuius rex dicebatur Pharan, ioſ.10.a. Item in tribu Iuda, ioſ.15. e. In tribu item Iſſachar, datæ Leuitis, quæ Iaramoth dicitur, ioſ.21.c

Ieremuth, Idem. Nomen viri, 1.para.12.a

יְרִיעוֹת Ierioth, Cortinæ, ſiue linteamina, aut vlulationes ſiue confractiones. Filius Caleb ex Azuba vxore, 1. paralipo.2.b

יִרְמַי Iermái, Altitudo mea, ſiue timens vel proijciens aquas. Nomen viri, 1.eſd.10.d

יְרֻבְעַל Ierobaal. Impugnans idolum. Nomen iudicis in Iſrael, qui & Gedeon dicebatur, iud.6.f.1.reg.12.b

יְרֻבֶּשֶׁת Ierobéſeth, Impugnans confuſionem vel ignominiam, aut impugnans idolum. Nomen viri, 2.reg.11.c

יָרָבְעָם Ieroboam, Impugnans vel obiurgans populum, vel multiplicans populum. Filius Ioas filij Ioachaz regis Iſrael, 4.reg.14.f. fuit item alius eiuſdem & nominis & regni rex impius, 3.reg.11.c

יְרֻחָם Ieroham, Miſericors: aut Syriacè, dilectus. Filius Elcana filij Caath. 1.parali.6.b.12.a.27.c. Filius Phaſor, 1.para.9.b. Filius Eliu, filij Thau, 1.reg.1.a.2.paralip, 23.a

יָרָאוֹן Ieron, Timor vel viſio: aut proijciẽs dolorem vel fortitudinem. Ciuitas in tribu Nephthali, ioſ.19.c

יְרוּשָׁלַיִם Ieroſolyma, Viſio pacis, aut viſio perfecta vel conſummata, ſiue timor perfectus vel conſummatus. Vide Ieruſalem.

Ieroſolymæ, Idem.

Ieroſolymita, Idem.

Ieroſolymitæ, Idem. p.n.

יִרְשִׁיָּה Ierſia, Lectulus ſiue ſtratum domini, aut abſtulit paupertatem dominus. Filius Ieroham, 1.para.8.c

ירואל Ieruel, Timor dei, aut visio dei. Nomen solitudinis, de quo, 2.para.20.d

ירושא Ierusa, Hæreditas, vel exilium. Mater ioathan filia Sado, 2.para.27.a

ירושלים Ierusalem, Visio pacis, aut visio perfecta vel consummata, siue timor perfectus vel consummatus. iudææ metropolis, à Melchisedec, teste iosepho, condita. aliâs Salem, item & iebus à iebusæo Chananęi filio, ios.18.d. Postremo Helia (vt Volater. lib.11.ait) ab Helio Hadriano dicta est. is enim imperator partem eius extruxit: montem Caluarium, Christi sepulchrum, & Golgoltha, loca extra mœnia antea sita, muro cinxit. Porrò hęc olim vrbs bifariam diuisa est in superiorem scilicet & inferiorem. Superior in vertice Sion, vnà cum templo in eiusdem montis látere sita erat: quæ à conditore interdum ciuitas Dauid nominabatur. Templo autem adhærebat inferior ciuitatis pars, 1.para.3.b

ישי Iessæ, Ens, siue existens, aut munus, vel oblatio. Pater Dauid, isa.11.c: qui & isai dicitur.

יהצה Iessa, Rixa vel contentio, aut domini exitus. Ciuitas in tribu Ruben, ios.13.c

יצהר Iesaar, Claritas, siue oleum, aut meridianus. Filius Caath filij Gerson. num.3.c

Iesaritæ, idem.p.n.

ישעיה Iesaia, siue iesaias, Salus domini. Nomen viri, 1.paralip.25.c.2.esd.11.b

ישמרי Iesamari, Custos, vel custodia. Filius Elphaal, 1.para.8.b

ישנה Iesana, Dormiens, aut antiqua, vel annosa, siue mutatio. Nomen ciuitatis, 2.para.23.d

ישבח Iesba, Laus, siue tranquillitas. Filius Ezra, 1.paralip.4.c

ישבעם Iesbaam, Sedens populus, aut conuersio populi, siue insufflatio aut captiuitas populi. Filius Hachamoni, 1. paralip.11.b.12.a

ישבקשה Iesbacassa, Est requirens vel deprecans, aut sessio dura, vel insufflatio siue conuersio dura. Nomen viri, 1.para.25.b

ישבי-בנוב Iesbi-benob, Sedens in prophetia vel in locutione, vel in germinatione: aut conuersio siue insufflatio in prophetia vel in locutione siue in germinatione: aut captiuans in prophetia vel in locutione siue in germinatione. Gigas quidam de quo, 2.reg.21.c.

ישבעם Iesboam, Conuersio populi, siue sessio populi, aut insufflatio vel captiuitas populi. Nomen principis, 1.paralip.27.a

ישבק Iesboc, Est vacuus vel euacuatus: aut Syriacè, derelictus, vel dereliquens. Filius Abrahæ ex Cetura, gene.25.a

יסכה Iescha, Vngens, siue cooperiens, aut protegens, vel obumbrans: aut Syriacè, speculans. Filia Aran filij Thare, quæ & Sarai dicebatur, gene.11.d

ישעיהו Iescias, Salus domini. Filius Phaltiæ filij Ananiæ filij Zorobabel, 1.para.3.d

ישמא Iesema, Appositus, vel nominatus: aut admiratio, siue desolatio. Filius Etam, 1.para.4.a

יצר Iesèr, Figmentum, siue plasmatio, aut tribulatio, vel angustians. Filius Nephthali, gen.46.c.1.para.7.c

Ieseritæ, Idem.p.n.num.26.f

ישישי Iesesi, Antiquus, siue sexagenarius, aut exultans, vel est munus. Filius Ieddo, 1.para.5.b

ישפה Iespha, Iaspis, lapis scilicet pretiosus: aut est hic, id est in hoc loco, vel labium, siue conterens. Filius Beriæ, 1.para.8.b

ישפן Iesphan, Absconditus, siue confractus, aut cuniculus. Filius Sesac, 1.para.8.b

ישעי Iesi, salus, aut respiciens. Filius Appháim filij Nadab filij Semei filij Onam, 1.para.2.d.4.d. Pater Phaltiæ, 1.para.4.g.5.d.12.a.23.c

ישיה Iesia, siue Iesias, Est dominus. Filius Izrahia filij Ozi filij Thola, 1.para.7.a.24.c.

יחצאל Iesiel, Diuidens deus, vel dimidians deus, aut festinatio dei. Filius Nephthali, num.26.f

Iesielitæ, idem.p.n.num.26.f

ישימון Iesimon, Desolatio, aut solitudo. Nomen loci, 1. regum, 23.d

ישמכיהו Iesmachias, Adhærens vel innitens domino, aut iunctus domino. Nomen viri, 2.para.31.c

ישמעיהו Iesmáias, Audiens dominum, vel obediens domino. Nomen viri, 1.para.27.c

ישראלי Iesraeli, idem quod Israel, quod interpretatur præualens siue dominans cum deo. Nomen loci, 2.regum.17.f

ישוי Iessui, Planus, siue æqualis, aut ponens, siue positus. Filius Aser filij iacob, gene.46.b.1.parali.7.f. Filius Saul, 1.reg.14.g

Iessuitæ, Idem.p.n.num.26.e

Iesu, luc.3.f. in Gręco est iose: & Hebraicè potest interpretari Parcens, vel eleuatus, aut existens.D.

ישוע Iesua, Saluator. Nomen viri, 1 para.24.b

ישוה Iesua, gene.46.b.1.para.7.f. Planities, siue ęqualis, aut ponens, vel positus. Filius Aser filij iacob.

ישוע Iosue, Saluator, 2.para.31.c.1.esd.2.b

ישית Iesue, 1.esd.10.d. Est dominus. Nomen viri. Heb. Iesia.

ישוע Iesus, Saluator. Sic vocatus fuit Christus dominus noster matth.1.c.luc.2.c.act.7.f

יהושע Iesus, zach.1.a.3.a.6.c. Dominus saluator, vel domini salus. Sacerdotis nomen filij Iosedec. De quodam iesu loquitur & Paulus, coloss.4.c

יטה Ieta, Declinans, vel diuertens. Ciuitas quæ Leuitis è tribu Iudæ vel Simeonis est data, ios.21.b

יטבתה Iethebátha, Bonitas sua, siue declinans filia eius, aut declinans desertum. Nomen loci in quo castrametati sunt filij Israel profecti de Gadgad monte, num.33.d

יחת Ieth, Confringens, vel formidans, aut stupens: vel Syriacè, descendens. Filius Gerson filij Leui, 1. para. 6.c. Heb. Iahath.

יתנן Iethnan, Merces siue donum: aut Syriacè, fumigans. Ciuitas tribus Iudæ, ios.15.d

יתלה Iethela, Pendens, vel suspensio, siue coaceruatio. Nomen ciuitatis in tribu Dan, ios.19.c

יתר Iether, Excellens vel residuus, siue remanens, vel explorans, aut funiculus. Ciuitas de tribu iuda, Leuitis data, ios.15.f.21.b. Primogitus Gedeonis, iudic.8.d. Filius Ezra, 1.para.4.c.6.e

יתיר Iether, 1.reg.30.g. Momen ciuitatis: nomen item viri, 1.para.7.g: & interpretatur Excellens, aut residuum, siue remanens, aut explorans, siue funiculus.

יתר Iether, idem.1.para.2.b: ille idem qui & Iethera, 2.reg.17.f. dicitur. Filius item Iada filij Onam filij ierameel, 1.para.2 e

יתת Ietheth, Donans, Ciuitas Idumæorum, genes.36.d.1.para.1.d

יתמה Iethma, Orphanus, siue admiratio, aut consummatio siue perfectio. Vir Moabites, 1.para.11.g

יתרא Iethra, Excellens, siue residuus, vel remanens, aut explorans vel funiculus. Pater Amasa filij Abigáil sororis Dauid, 2.reg.17.f. & israelites erat. in 1.para.2.b, dicitur Iether ismahelites.

יתרעם Iethraham, Excellentia populi, aut residuus populi, siue exploratio vel funiculus populi. Filius Dauid ex Egla, 2.reg.3.a.1.para.3.a

יתרי Iethrái, Excellens, siue residuus, vel remanens, aut explorans, vel funiculus.

יאתרי Iethrai, 1.para.6.b. Explorans: aut Syriacè, locus. Filius Zara.

יתרן Iethran, Excellens, siue residuus, vel remanens, aut explorans, vel funiculus. Filius Supha filij Helem, 1.paral.7.g. Filius item Dison filij Seir Horræi, gene.36.c

Iethræi, idem.

יתרי Iethræus, idem. Filius Sobal filij Hur primogeniti Caleb, 1.para.2.g.11.g

יתרו Iethro, idem, Socer Moyses, exod.3.a: qui exod.2.c. dicitur Raguel.

Iethrites, idem, 2.reg.23.g

קדמות Iethson, ios.21.d. In Hebræo est Cedemoth: quod interpretatur antiquiores vel priores, aut orientales, siue incendium, vel incuruatio mortis. Nomen ciuitatis

tatis Vide Cademoth.

יטור Ietur Custodiens, aut ordo vel series: aut Syriacè, montanus. Filius Ismahelis, gene.25.b.1.para.1.b

יוזבד Iezabad, Dotatus. Vir Gaderothites, 1.para.12.a

איזבל Iezábel, Insula habitaculi, vel væ habitaculo: aut ex Hebræo & Syro, insula sterquilinij, vel væ sterquilinio. Filia regis Sidoniorum, vxor regis Achab, 3.reg.16.g.21.b

יזתא Iezátha, Aspergens thalamum vel cubiculum: aut ex Syro & Hebræo, væ oliuæ. Filius Aman filii Amadátha, esth.9.b

איעזר Iezer, insula adiutorii, siue insula atrii, aut væ adiutorio vel atrio. Filius Gallaad filii Machir filii Manasse, num.26.d. qui ios.17.a. dicitur Abiézer.

יעזר Iezer, 1. paral.6.g. Auxiliator, siue adiutor. Nomen ciuitatis Amorrhæorum, quę Leuitis & homicidis pro asylo è tribu Gad est attributa.

איעזרי Iezeritæ, De iezer, quod interpretatur insula adiutorii, siue insula atrii: aut væ adiutorio vel atrio, nume.26.d

יזרח Iezerites, Oriens, aut clarus.1.para.27.a

יזיה Iezia, Distillatio vel aspersio domini. Nomen viri, 1.esd.10.d

יזליאה Iezlia, Distillatio vel aspersio laboriosa. Filius Elphâal. 1.para.8.b

יאזניהו Iezonias, Auscultatio domini, aut statera domini, vel arma domini. Filius Macchati, 4.reg.25.f

יזניהו Iezonias, ierem.35.a.40.c.42.a. ezech.8.d.1.a, interpretatur Nutrimentum domini, aut auscultatio, vel arma domini.

יחזרה Iezra, Porcinus: aut Syriacè, conuersus. Filius Mosollam, 1.para.9.b

יזרחיה Iezraia, Oriens dominus, aut claritas domini. Nomen viri, 2.esd.12.d

יזרעאל Iezrahel, Semen dei, aut distillans contritionem vel malum deus, siue distillatio amicitiæ dei, vel aspersio pastoris dei. Ciuitas tribus iudæ, ios.15.g.17.d.19.b.iudicum 6.g.1.reg.25.g. Filius item Osee ex Gomer vxore, osee,1.b

Iezrahelites, Idem.1.reg.27.a.3.reg.21.a

Iezrahelitis, Idem.

I G

יגאל Igaal, Redemptus, siue coinquinatus. Filius Nathan de Soba, 2.reg.23.d

Igal, Idem. Filius Ioseph, num.13.a

I H

יעלם Ihelon, Occultus, siue adolescens, aut caprea eorum, vel seculum. Filius Esau ex Oolibama vxore, gene.36.a

I I

עיים Iim, Acerui. Ciuitas tribus Iudæ, ios.15.e

I L

עילי Ilái, Ascendens, vel superior, aut aceruus mihi.

ἰλλυρικόν Illyricum, Exhilaratio, aut lætificatio. G. Regio Epiri contermina, propinqua Italiæ, rom.15.d

I N

הדו Indi, De india, quæ Hebraicè dicitur Hodu, id est laudatio, siue confessio, aut decora vel pulchra.

אפיר India, Idem. Regio latissima ad orientem sita, cuius imperium Assuerus tenuit, esther,1.a. Aliâs Hodu, Heuila & Chus appellata. cuius spatium ex Strabone lib.15. Geograph. & Plinio.lib.6.cap.16. intra Indum ab occasu, à septentrione Tauri iugis, ab ortu Æoo pelago, à meridie suo, hoc est Indico clauditur, spatiosissima ipsa: & non gentium tantum & oppidorum prope innumerorum, sed omnium rerum prouentu, ære tantum & plumbo excepto, fœlix, flumina cum plurima, tum maxima, præcipua tamen Ganges & Indus, quorum irriguo procursu fit vt in vdo solo proximantis solis vis nihil nō magna quantitate gignat. Maxime autem, si reliquas terras cogitas, orienti supposita videtur. Vide etiam Ptolemæum lib.7.cap.1.& 2.Pompo.Melam in 3.

I O

יואב Ioab, Paternitas, vel habens patrem, aut voluntarius. Pater Abisai, 1.reg.26.a. Filius item Saruiæ filiæ Isa.2.reg.2.c.1.par.2.b. Filius etiam Saraiæ.1.par.4.c

יהואחז Ioachaz, Domini apprehensio, siue domini possessio, aut dominus videns. Filius Iosiæ regis Iudæ, 4.reg.33.f.2.parali.35.a. Filius item Iehu regis Israel, 4.reg.10.g.2.paralip.21.d

יואחז Ioachaz, 2. para.34.b. Apprehendens, siue possidens, aut videns. Pater Ioha, qui à commentarijs erat Iosię regi.

יהויכין Ioachin, Domini præparatio, siue domini firmitas. Filius Ioacim, siue Eliacim, 4. reg.24.b. quem Ieremias, 29.a.37.a, vocat Iechoniam.

יהויקים Ioacim, Domini resurrectio, siue domini confirmatio, vel dominus vindicans. Filius Iosiæ regis, qui prius Eliacim dicebatur, 4.reg.23 g.1.para.3 c

יויקים Ioacim, nehem.12.a. Resurgens, siue confirmans, aut vindicans.

יהוידע Ioada, Domini cœtus, vel congregatio, aut domini transitus vel testimoniū, Vel domini ornatus vel pręda: aut ex Hebręo & Syro, Domini ablatio. Filius Achaz filius Micha, 1.para.8.d: qui 9.f. dicitur Iara.

יהועדן Ioadan, Domini deliciæ, vel domini voluptas: aut ex Hebræo & Syro, domini tempus. Mater Amasiæ regis Iudæ, 4.reg.14.a.2.para.25.a

יואח Ioah, Fraternitas, vel habens fratrem. Filius Gerson filij Leui, 1.para.6.b

יואח Ioah, Fraternitas, vel habens fratrem. Filius Zemma, 1.para.6.b.2.para.29.c. Filius item Ioachaz illius qui fuit Iosiæ regi à commentarijs, 2.para 34.b

Ioahe, Idem Filius Asaph, 4.reg.18.c

Ioaha, Idem, 1.para.26.a.2.para.29.c

Ioarim, Domini exaltatus, vel domini exaltatio. D. Nomen viri, 1.mach 2.a

יואש Ioas, Dissidens, vel desperans, aut ignitus vel vrens. Pater Gedeonis, iudicum, 6. b. Rex Iuda, filius Ochozię filij ioram filij Achab, 4.reg.11.a.12.d.13.a.1.paralipom.3.c.item 4.reg.14.d. vbi dicitur, Vixit autem Amasias filius ioas, vsque ad finem capitis. Filius ioachaz filij iehu, rex israel, 4. regum, 13. b.c.14.a: vbi dicitur, in anno secundo ioas. Pater ieroboam regis israel, 4.reg.14.f

יהואש Ioas. Domini ignis, vel domini oblatio. Rex iuda, Filius Ochoziæ filij ioram filij Achab, 4.reg.11.d.12.a.b.c & in principio literæ d, vbi dicitur, Quam ob rem tulit ioas.& 13.d, vbi dicitur, Porro ioas. item, 14.b.c.d

יועש Ioas, 1.para.7.b.27.d, interpretatur Tinea corrosus, siue compressus, vel congregatus. Filius Bechor filii Beniamin filii Iacob.

יותם Ioatham, Consummatus, siue perfectus. Filius Oziæ siue Azariæ regis iuda, 4. reg.15.2.paralip.26.à LXX. ἰωαθάμ, & ἰωθάμ transfertur. Filius item ierobaal siue Gedeonis, iud.9.a. Filius item iahaddái, 1.para.2.f. Filius Azariæ filii Amasiæ, 1.para.3.c

איוב Iob, Dolens, vel gemens, siue vlulans, aut exosus, vel patiens inimicitiam. Nomen viri, iob,1.a

יוב Iob, gene.46.c. Dolens, vel gemens, aut vlulans. Filius issachar: qui 1.para.7.a, dicitur iasub.

יובב Iobab, idem. Filius iectan, gene.10.d. Filius Saharaim ex Hodes vxore, 1. para.8.a. Filius item Zaræ rex Edom, gene.36.d

יבנית Iobania, Ædificatio domi, siue filiatio, aut intellectus domini. Filius ieroham, 1.para.9.b

יוכבד Iochábed, Gloriosa, aut grauis, vel ponderosa. Filia Leui, vxor Amram filii Caath, filii Leui, exo. 6.c

יועד Ioed, Testificans, vel ornans, siue prędās, aut transiens: vel Syriacè, auferens. Nomen viri.2.esd.11.b

יואל Ioel, Volens, siue incipiens, aut iurans. Nomen principis, 1. paralip.4.f. Nomen prophetæ filii Phathuel, ioel,1.a. Pater Sāmua, 1.paralip.5.&15.a. Filius Azariæ, 2.para.29.c. Filius Maath filii Amasai.1.para.6.c. Primogenitus Samuelis prophetæ, 1.reg.8.a. Filius Gad, 1.paral.5.b

יועאלה Ioela, Eleuatio, siue proficiens, aut auferens maledictionem. Filius ieroam, 1.para.12.a

יועזר Ioezer, Adiuuans. Nomen viri, 1.para.12.a

יגלי Iogli, Reuelatio, aut transmigratio, siue reuolu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tio, aut exultatio. Pater Bocci principis tribus Dan, nume.34.d.

יוחא Ioha, Viuificans. Filius Barię, 1.para.8.b. Vir Thosaites, 1.para.11.g

יוחנן Iohannan, Gratiosus, siue donans: aut pius siue misericors. Filius Caree, 4.reg.25.f. Primogenitus iosiæ regis iuda. 1. para.3,c. Filius Azariæ, 1.para.6.a. Filius Elioenai filij Naariæ, 1.para.3.d. Principis nomen, 1.para.12.b.nehem.12.b

יהוחנן Iohanan, 1.para.26.a.2.para.17.d.23.b.28.b.esd.10.d.nehem. 6.d.12.d. Domini gratia, siue domini donum, aut domini misericordia.

Iohanna, Domini gratia, siue domini donum, aut domini misericordia. D. Mulier quæ sequæbatur Christum vxor Chusæ, luc.8.a.23.g

Iohannes, idem. D. Nomen apostoli fratris Iacobi, quorum pater Zebedæus dicebatur, matth. 4.d. Fuit & nomen præcursoris Christi, cognomento Baptistæ. luc.1.f

יהוידע Ioiada, Domini scientia, aut domini cognitio. Nomen sacerdotis, 4.reg.11.b.iere.29.f

יוידע Ioiada, Scitus, aut cognitus, nehem.3.b.12.a.13.d

יויריב Ioiarib, Pugnans vel obiurgans, siue multiplicans, nehem.12.a

יהויריב Ioiarib, 1.para.9.b.24.b. Domini pugna, siue domini obiurgatio, vel domini multiplicatio. Nomen sacerdotis.

יונה Iona, siue ionas. Columba, siue depopulans, vel multiplicans. Nomen prophetæ filii Amathi, 4.reg. 14.f. Pater ioseph patris iudæ patris Simeon, luc.3.f. Pater item Petri apostoli, iohan.1.f. 21.d

יונדב Ionadab, Spontaneus vel vouens, siue principalis. Filius Semmaa fratris Dauid, 2.reg.13. a. Filius item Rechab, iere.35. b

יהונדב Ionadab, 2.reg.13.a. vbi dicitur, Cui resondit ionadab, &c. & 4.reg.10.d, interpretatur Domini spontaneus, aut domini princeps, vel domini votum. Filius Rechab.

יהונתן Ionathan, Domini donum. Filius Gersom filij Moysi, iudicum, 18.g. Filius Saul, 1.paral.8.c. Nomen scribæ cuiusdam, iere.37.c

יונתן Ionathan, Filius Saulis regis, 1.reg.13.a.14.a.2.reg. 1.a.21.b.1.para.10.a Filius Abiathar sacerdotis, 2.reg. 15.f.17.d.3.regum, 1.f. Filius iada filij Onam filij ierameel, 1.para.2.e. Filius Sage. 1.paralip.11.g.esd.8.a. Filius Asael, esd.10.b.nehem.12.a. Filius Caree, 1erem. 40.c. in omnibus his locis interpretatur Columbæ donum, vel donans. Ac vbiq; scribi debet ionathan per n in fine, non per s.

יפו Ioppe, Pulchritudo, aut decor. Oppidum in ora curuæ Syriæ, in monte situm, vnà cum portu, qui à Barbaris nuc Sappho appellatur, num.21.f.ios.19.c.2 para.2.d.1.esd.3.b.ios.1.a.1.mach.10.g act.9.g

יופי Ioppitæ, Pulchri, siue decori. D.2.macha.12.a

יורה Iora, Temporaneus, aut ostendens, siue demonstrans vel proijciens: aut Syriacè, lebes. Nomen viri, 1.esd.2. a

Iorai, idem. Nomen viri, 1.para.8.b

יורם Ioram, excelsus, siue sublimis, aut proiectus. Filius Thou regis, 2. reg.c.8. Filius item Iosaphat, 1.para.3. c: qui.3.reg.22.g. dicitur Hebraicè יהורם

יהורם Ioram, Filius iosaphat regis iuda, 3.reg 22.g. Filius item Achab regis israel, frater Ochoziæ, 4.regum, 1. d.3.a 8 d.9.d.12.d.2. para.21.a.22.a.matth.1.a. Est & nomen sacerdotis.2. paralipo. 17.c. In omnibus his locis interpretatur Dominicelatu lo, aut domini sublimitas, aut domini proiectio. Præter quàm in fine 9. cap. quarti regum, vbi dicitur, Anno vndecimo ioram.

יורדנ Iordanis, Fluuius iudicij, aut demonstratio, vel proiectio iudicij, siue descensio: aut ex Syro & Hæbræo, lebes iudicij. Fluuius iudææ, qui à Dan sic nomen habet, gene.13.c. eximiæ dulcedinis, Solino Paneadis: Egehppo verò iosephóq; Phiala fonte decurrens, regiones per quam amœnas prœterlabitur: mox in lacum, quem complures Genezaram vocant, se fundit. deinde mare mortuum petit, natura dirum: à quo postremo absorbetur.

יושה Iorim, Dominus exaltãs, vel domini exaltatio. D. Iosa, Ens, vel existens, aut obliuiscens vel debens. Nomen principis, 1.para.4.f

יהושבע Iosaba, Domini saturitas, aut domini satietas, vel domini iuramentum, siue domini septenariũ. Filia regis ioram, soror Ochoziæ, 4.reg.11.a. Vxor Ioiadæ sacerdotis, 2.para.22 d

יושב-סהד Iosáb-hésed, Habitaculum vel sedes misericordię, aut insufflatio vel conuersio misericordiæ. Filius Zorobabel filij Phadaiæ, 1.para.3.d

יהושבעת Iosabeth, Domini satietas, vel domini iuramentum, aut domini septuplum, siue dominus conuertens horam. Nomen mulieris, 2.paralip.22.d. quæ 4. reg.11.a. dicitur iosaba.

יושבית Iosabia, Habitaculum vel sedes domini, siue conuersio aut insufflatio domini, vel captiuitas domini. Filius Saraiæ filii Asiel, pater Iehu principis, 1.paralipomenon, 4.f

יושיה Iasaia, Æquitas domini, vel planities domini, aut apponet dominus. Filius Elnaem, 1. paralipomenon, 11.g

יהושפט Iosaphat, Dominus iudex, vel domini iudicium. Filius Asa regis, 3.reg. 15.e.1.para.3.b. Filius Ahilud, 3.reg.8.d. Filius, item Pharuæ, 3.reg.4.e. Nomen vallis, ioel.3 a

יושפט Iosaphat, iudicatus vel iudicatio. Vir Mathanites, 1.para.11.g

יהוצדק Iosedec, Dominus iustus, vel domini iustitia. Filius Saraiæ filij Azariæ, 1.para.6.a. Pater iesu sacerdotis, zach 1.a

יוצדק Iosedec, esd.3.a.5.a.10.c.nehem.12.c. interpretatur iustificatus, vel iustificatio.

יוסת Ioseph, Augmentum, vel præfectus. Vndecimus filius iacob ex Rachel vxore, gene.30.d. Pater item igal, num 13.a.1.para.25.a

Ioseph, psal.80. Domini augmentum, vel domini profectus

Ioseph, matth.13.g. & 27. vbi dicitur, Et ioseph mater. Mar.6 a.15.d.ibi. Et ioseph mater. & ibi, Maria & ioseph. & act.4.g. in omnibus his locis in Græco est ioses: quod Hebraicè potest interpretari parcens, vel eleuatus, aut existens. D.

יוספיה Iosephus, Augmentum, vel profectus. D. 1.machab.5.b

Iosphias, Augmentum, vel profectus domini: aut consummans vel finiens dominus.

יאשיהו Iosias ignis domini, aut vrens dominus. Rex iuda filij Amon filij Manasse, 4.reg.22.a

יהושע Iosue, Dominus saluator. Filius Nun princeps tribus Ephraim, Osee prius nominatus, nume, 13.a.b. 1.paralip.7.f. Post moysen dux populi Israelitici. iosuæ, 1.a

ישוע Iosue, esd.2.3.4.5.8.10. nehem.3. 8.9.12. In omnibus his locis interpretatur saluator.

יוסח Iota, Declinans, vel diuertens. Ciuitas quæ Leuitis è tribu iuda vel Simeonis est data, ios.15.g

יחוכל Iouis, latinum est Obliquus à Iuppiter, quasi iuuans pater, act 14.b.21.g

יוכבד Iozabad, Domini dos, vel domini dotatio. Nomen serui Ioas regis, à quo occisus est ipse Ioas, 4. reg 12.d.1.para.26.a.2.para.17.d.& 24.d

יוזבד Iozabad, vel Iozabed, Dotatus. Princeps militiæ, 1 para 12.d.esd.10.a.nehem. 11.c.2.paralip.31.c.35.c.2. esd.8 b

יוכבר Iozachar, Memorans, siue masculinus. Filius Semaar, seruus Ioas regis Iuda, qui Iozachar, occidit ipsum regem, Ioas adiutus à Iozabad conseruo, 4. reg.12.d, Hic 2.para.24.d, dicitur Zabael.

I R

יעוא Ira, ciuitas, aut vigil, siue denudatio, aut effusio, vel aceruus visionis. Nomen sacerdotis, 2.reg.20.g. Filius Acces Thecuites, 1.para.11.f

עודי Irad, Onager, siue aceruus descensionis, vel acerui descensio, aut aceruus imperij: vel Siriacè, draco.

Filius

עירי Filius Enoch, genesis, 4.c

Irai, vigil, aut ciuitas, siue denudans vel euacuans: aut pullus, s. asini. Filius Bela filii Beniamin filij iacob, 1.par.7.b

I S

עזחס Isaac, Risus. Filius Abraham ex Sara, gen.17.c.21.a Heb. isahac.

יצהר Isaar, Oleum, siue claritas, aut meridianus. Filius Caath, filij Leui, exod.6.c.1.par.6.a.c.23.b: qui num. 3.c. dicitur iesaar, ijsdem tamen consonantibus & punctis.

Isaari, idem. Nomen viri, 1.para.24.c

Isaaritæ, idem. p.n.1.para.26.c

יצהר Isahar, Candidus, aut lucidus.

ישי Isai, Munus, aut ens, siue existens, vel debitor. Pater Dauid, 1.reg.16.a.ruth.4.d: quem Græci iessæ vocant.

אישי Isai, 1.parali.2.b: vbi dicitur, isai aũt genuit, &c. interpetatur vir meus, aut virilis, siue insulę munus, aut oblatio. Filius Obed filij Booz, 1.para.2.b. Pater Dauid, quem Græci iessę vocant.

ישעיה Isaias, Salus domini.

יצר Isari, Figmentum, siue plasmatio, aut tribulans, vel angustians, Nomen viri, 1.para.25.b

ישבאב Isbaab, Sessio vel habitatio patris, aut conuersio, vel inflatio siue captiuitas patris. Nomen viri, 1.paralip.24.b

אישבשת Isboseth, Vir confusionis vel ignominiæ, aut viri mora. Filius Saul regis israel, 2.reg.2.b

Iscariotes, Hebraice interpretatur Vir occisionis, vel vir exterminationis vel mortis. Sic cognominatur iudas ille Christi nostri proditor, matt.10. a. Sũt qui &Iscariotem dictũ existiment, per ch scribentes, quòd de tribu issachar esset. cui tale cognomen ex ipso quoque facinore optime conueniat. nam mercede vendidit Christum nostrum. issachar siquidem ex 30. geneseos, à שבר quod mercedem significat, inclinatum est.

ישמעאל Ismahel, Exauditio dei. Filius Abraham ex Agar ancilla, gene.16.c. Filius item Nathaniæ, 4. reg.25. f. Filius Asel filij Elasa, 1.para.8.d.9.g

ישמעאלים Ismahelitæ, Idem. p.n.ge.37.f. Populi, quos Moyses (vt quidem dicunt) Madianitas vocat: Eusebius Agarenos, siue Saracenos.

ישמיאל Ismahelitis, Idem. s.n.f.g.1.parali.27.d

ישמיאל Ismiel, Nominatio dei aut admiratio vel stupor dei. Nomen principis, 1.para.4.f

ישראל Israel, Prævalens siue dominans cum deo. Nomẽ iacob, inditum ei ab angelo, gene.35.b

Israelitæ, idem. p.n. Populi, ab israel sic cognominati, 2.regum, 3.c

Israelites, idem.

Israelitis idem. f.g

ישראלה Israela, Prævalens, aut dominans deus, siue rectudo dei, aut canticum dei. Nomen viri, 1.para.25.c

יששכר Issachar, Est merces, vel præmium. Nonus filius iacob ex Lia vxore sua, gene.30.c. Nomen ciuitatis, 3.regum, 4.b

אשתמה Isthemo, ignis admirationis vel consummationis siue ignis perfectionis vel simplicitatis. Ciuitas in tribu iuda, ios.15.f

אושטום Istob, Vir bonus, 2.reg, 10.b

ישוחיה Isuhaia, Comprimens vel humilians dominus, seu meditatio dei. Nomen principis, 1.para.4.f

I T

כיתים Italia, Ab italo rege dicta est: vel ab italis, id est vitulis, eo quod illa regio vitulis abundet. Latinũ est. act.27.a

Italia. num.24.d.ezec.27.a. in Hebræo est Cithim & interpretatur conterentes, vel contritio maris, siue diadema, aut aurum vel tinctura: vel ex Syro & Hebrẽo, coacruatio maris. Regio & patria Romanorum. ab italo rege vocabulum traxit, quæ ab Aphrico & à Borea mari magno cincta, reliqua Alpium obijcibus obstrusa est. Hæc quinque appellata est nominibus, Saturnia, à Saturno primo habitatore, Trogo. italia, à rege, Plinio: Ausonia, Liuio OEnotria, Dionysio: Hesperia, Virgilio. Vide Volaterranũ lib. 4. Geograph. Alij putant Apuliam vel Elisam.

תובל Italia, isa.66.f. Hebraicè, dicitur Thubal: & interpretatur orbis, aut confusio, vel ignominia, siue portãs vel ad ductus. Sũt qui iberes, nõ Italos esse dicãt.

איתי Italica, cohors, ab Italia dicta est, act.10.a

איתמר Ithai, Robustus, aut signum, vel vomer: aut Syria cè, veniens. Filius Rubai, 2. reg. 23. d: qui & Ethai, 1. para.11.f

יטור Ithamar, Insula palme vel dactylorum, aut insulæ commutatio vel permutatio, seu vę palmę aut commutationi: Filius Aaron filij Amram filij Caath filij Leui, exod. 6.d.1.para. 6.a.

יטור Ituræa, Custodita: vel Syriacè, montana vel montosa, D. Trachonitidis regio iuxta desertum Arabiæ: cuius Tetracha fuit Philippus, lucæ.3. de quo Hieronymus in locis Heb. Appellata est à ietur filio ismahelis.

יובל Ituræi, Custoditi vel custodię aut coordinati: vel Syriacè, montani vel montosi. Populi, 1.para.5.c

I V

יובל Iubal, Defluens, siue apportans, vel inueterascens, aut germinans siue iubileus, vel buccina. Filius Lamech ex ada vxore. gene.4.c

יקרעם Iubileus, Buccina, vel defluens: siue apportans, aut germinans, siue inueterascens, leuit.25.b.nu.36.b

יחובל Iucadam, incuruatio populi, siue incendium populi. Ciuitas est in tribu iuda, ios.15.g

יובל Iuchal, Domini omnia, aut domini perfectio siue consummatio. Filius Selemiæ, iere.37.a

יהר Iuchal, iere.38.a. interpretatur potens, siue perfectus, vel consummatus. Filius Selemiæ.

יהודה Iud, Laudans, siue confitens, Ciuitas in tribu Dã, ios.19.c

יהודית Iuda, Laudatio siue cõfessio. Quartus filius iacob ex Lia vxore, gen.29.g

Iudaia, Laudatio siue confessio domini. Vxor Ezrar, 1.para.4.c

יהוה Iudaismus, Laudatio, siue confessio. Galat.1.c

Iudas idem. Filius Mathathiæ filij iohannis. 1.macha.2.a. Vnus ex duodecim apostolis, matt.10.a. Est & nomen cuiusdam Galilæi, de quo act.5.g

Iudæa, idem iudęa aliquando tota terra duodecim tribuum appellatur, velut marci, 3. & psalmo, 76. Notus in iudæa deus. Aliquando duæ tantum tribus, Iuda & Beniamin, appellitantur: ad distinctionem Galilææ & Samariæ: aliarúmque in terra repromissionis regionum. Obseruabis itaque apud historicos iudęam pertinere ad Palæsthinam: Galilæam verò at que Samariam ad Phœnicem. Neque obscurum est post Salomonis mortem, decem tribus Israel defecisse à Roboam ad Ieroboam Ephratæum, 3.re.12.a. exinde duæ tribus, iudę scilicet & Beniamin, quæ semini Dauidis adhęserant, nunc domus Dauid, nunc regnum iuda, ierusalem, aut Beniamin in scripturis potissimum à prophetis nuncupari. Sicut decem tribus quæ defecerant, regnum israel, domus iacob, & ioseph, Ephraim, regnum Samariæ, iezrahel, Bethel, Bethauen appellari notum est.

Iudæa quæ & Chananęa & repromissionis terra, quæ sancta in scripturis sacris nuncupata est, Syriæ regio, in Asia maiore, ad orientem habet mare mortuum, quod & salsum, numeri.34. vbi quondam Sodoma & Gomorraha vrbes sitę erant. vltra quod Iordanis fluuius, qui mare mortuum ingreditur. deinde Amorrrhæi habitant. Post quos Moabitæ terrã occupãt deinceps Ammonitæ & magni Euphrates. Vltra illos Babylõ atq; Chaldęorũ est regio. Perśa deinceps inchoat. Ad aquilonẽ Galilæa cubat, in cuius tergo Libanus mõs terminus Iudæ eminet. Damascus deinde, & Euphrates celebre flumẽ: vltra quod Syria & Assyria sitæ sunt, quæ respiciunt & extenduntur ad orientalem plagam. Vlterius Sidõ & Tyr⁹ occidentẽ versus declinãt & extẽduntur. Occidentẽ versus Philisthijm, quę Palæsthina & Allophylorũ terra dicitur

incipit

Universidad de Deusto
Biblioteca

incipit: vltra quam mare magnum, quod & mediterraneum, horret, exo.23: hoc, Palæsthinorum mare appellatur. Ad meridiem Amalecitæ habitant, nu. 13. post quos Seir mons & Idumæi. vltra illos madianitæ sedent. deinde est mare rubrum: vltra quod Ægyptus sita est ad occidentem Iudææ extensa. Habes paucis verbis limites seu terminos terræ promissionis Moyse & prophetis.

יהודים Iudæi, Laudantes, siue confitentes.

יהודי Iudæus, Idem. s.n.

Iudi, Idem. Filius Nathani (filij Selemiæ filij Chusi. ierem. 36.d

יהודית Iudit, Laudans, siue confitens, aut Iudæa. Altera vxor Esau, gen. 26.g. Fuit & nomen viduæ cuiusdam nobilis, iudith. 8.a

ἰουλία Iulia, Lanuginosa. G.

ἰούλιος Iulius, Lanuginosus, vel lanugo. G. Nomen centurionis cuiusdam, act. 27.a.

ἰουνία Iunia, A Iunone, id est dominatrice. G. Nomen viri concaptiui Pauli, rom. 16.a

Iustus, Latinum est.

I Z

יזרחיה Izrahia, Oriens, dominus, aut claritas domini. Filius Ozi filij Thola filij Issachar, 1. para. 7.a

L

להבים LAabim, Inflammati, siue flamme, aut gladij. Filius Mesraim, genes. 10.b. Ab hoc, Libya, quę prius (vt Hieronymꝰ refert in Hebraicis quæstionibus) Phutensis regis appellata est, nomen habet.

לחד Laad, Laudans, vel ad Laudandum, vel ad confitendum. Filius Iahath filij Subal filij Iuda, 1. para. 4.a

לעדה Laada pro ornatu, vel ad congregandum, siue ad testificandum, aut transiens, vel prædans: aut Syriace auferens. Filius Sela filij Iudę, 1. para. 4.d

לערן Laadan, Pro voluptate, seu deuorans iudicium, aut pro ornatu, vel pro testimonio: aut Syriace, aut tempus. Filius Thaan filii Thale, 1. para. 7.e

לבן Labā, Albus vel candidus, aut later. Frater Rebecęfilij Bathuelis filii Nachor ex melcha, genesis, 24. d. Est & locus in desero vbi Moyses Deuteronomium prælegit filijs Israel. deut. 1.a

לבנה Labana, Luna, siue albedo, aut thus, vel later. Ciuitas sacerdotum in tribu Iuda, iosu. 15.f

Labanath, Idem. Ciuitas, quæ tribu Aser terminus est, iosu. 19.b

λακεδαίμονες Lacedæmones, Lacus dæmonum, vel puteus insanientium. G

לכיש Lachis, Ambulans vel vadens extitit, aut timebit existens. Ciuitas tribus Iudæ. 10.a. 15.e. 4. regum. 18.c Constructa à Roboam, 2. para. 11.b

לאל Lael, ipsi deo, aut ipsi forti, vel potens. Filius Elia saph principis. num. 3.d

להם Lahem, Panis, vel pugna aut bellum. Nomen loci, 1. para. 4.d

לחלה Lahela, Humiditas humida, aut tabula humida, vel viridis, siue maxilla humida. Nomen loci, 1. paralipomenon, 5.d

לוש Lais, Leo, Ciuitas in monte Ephraim, non procul à Sidone, iudic. 18.b: & quæ & Dan, Lesem dicta est, iudic. 18.g. Pater Phaltiel mariti Michol filiæ regis Saul, 2. reg. 3.c. Vide Lesem.

לישה Laisa, Leena, Ciuitas, quę alias Dā dicitur, vbi est origo Iordanis, isa. 10.g

למך Lámech, Pauper, vel humiliatus, aut percussus. Filius Mathusael, gene. 4. d. Nomen etiam filij Mathusala, gen. 5.d luc. 3.g

למח Lamua, Vt quid? matth. 27.e

למואל Lamuel, Illis deus, vel cum illis deus, aut cū quo est Deus. Nomen regis, prouerb. 31.a

λαοδικεία Laodicea, Populus iustus. G. Ciuitas in Asia, quæ Diospolis olim dicebatur, deinde Rhos, postremo Laodicea, colos. 4.d.

λαοδικεῖς Laodicenses, Idem. p.n. G. colos. 4.d

לאומים Laomim, Gentes,, siue absque aquis. Filius Dedā filij Iecsan, gene. 25.a

לפידות Lapidoth, Furgura, vel lampades. Maritus Deboræ prophetidis, iud. 4.a

לשע Lasa, Ad clamandum, vel ad saluandum, aut linendum. Nomen ciuitatis, quę Hieronymo in Hebraicia quæstionib. Callirhoe dicitur, gen. 10.c

λασθένης Lasthenis, Lapidis robur. G. Nomen viri, 1. mach. 11.c

לטושים Latusim, Malleatores, siue limatores. Filius Dedan filij Iecsan, gen. 25.a.

Lazarus, Dei adiutorium, siue dei atriū. D. Nomē viri, luc. 16.e. Est & nomen cuiusdā alterius à Bethania, amici Christi, fratris Mariæ & Marthæ, iohan. 11.a. quem Christus suscitauit à mortuis, ibidem e.

L E

לבנה Lebana, Luna, siue albedo, aut thus, vel later. Nomen viri, 1. esd. 2.c

לבאות Lebaoth, Leenæ, siue cordis signum, aut ad introitum Ciuitas sortis Iudæ est iosu. 15.e

לבנת Lebna, Luna siue albedo, aut thus, vel later. Locus in deserto, vbi 17. Israelitarū mansio fuit egressorum de Remmon Phares. num. 33.c. Est & ciuitas sacerdotum in tribu Iuda, iosu. 10.e

לבונה Lebona, Idem, Nomen oppidi, iud. 21.c

לבה Lecha, Ambulās, vel vadens. Nomē loci. 1. pa. 4.d

לחי Lechi, Maxilla. Locus, cui Samson sic nomen indidit, iudic. 15.b

לקחי Leci, Lex, siue doctrina, aut assumptio mea. Filius Semidæ filij Galaad filij Machier filii Manasse, 1. para. 7.d. Heb. Lecihi.

לקום Lecum, Resurgens, vel confirmans, siue ad resurgē dum vel ad confirmandū. Ciuitas, quæ tribus Nephthali terminus est, iosu. 19.c

לערו Ledan, siue Leedan, Pro voluptate, vel deuorans iudicium, siue pro ornatu vel testimonio: aut transitus vel deprędatio earum: aut Syriace, ad tēpus. Vir de cognatione Gerson filij Leui, 1. paralipomenon, 23.a. 26.c

לחמם Lehemam, Panis eorum, aut Pugna vel bellum eorum. Ciuitas in tribu Iuda, iosu. 15.e

לחמי Lehemites, Panis meus, aut pugna mea, 1. parali. 20.a

לשם Lesem, Nomen, vel ponens, aut ipsi nominato vel posito, aut lygurius lapis pretiosus, de quo exod. 28.c. Nomē vrbis in tribu Dan, iosu. 19.d: quæ & Lais dicitur, & Dan: quæ tandem à Philippo Tetracha, senioris Herodis filio, in honorem Tyberij Cæsarea Philippi appellata est, Vulgo à Barbaris nunc Belina vocitatur.

לשם-דן Lesem-dan, Nomen iudicij, vel ponens iudicium, aut nomen iudicij, siue ad ponendum iudicium: aut lygurius iudicij, qui est lapis pretiosus. Eadem vrbs quæ Lesem & Lais iosu. 19.d

לוי Leui, Copulatus, Tertius filius Iacob ex Lia, gen. 29.g. Sic vocabatur & Matthęus Apostolus, matth. 2 b. luc. 5.f. Pater Matthat, luc. 3.e

לויתן Leuiatham, Copulatio vel societas sua, aut sibimet traditus. Magnus piscis marinus, iob. 40.c

לוי Leuita, Copulatus.

Leuitæ, Idem. p.n.

Leuites, Idem. s.n. act. 4.g

L I

לאה Lia, Laboriosa, vel fatigata. Maior filia Labam, gen. 29.d

לבנון Libanus, Albus, vel candidus, aut thus, vel cordis filiatio. Mons altissimus teste Ptolemæo lib. 5. in Syria: à thure quod ibi colligitur, dictus, deut. 1.a. iudic. 3.a. is. 2.c. in fine terrę promissionis versus Aquilonem, à quo denominata est terra quæ est circa mōtem illum, iosu. 13. In hoc monte cedri crescunt longissimæ. 3. reg. 5.

Libertini, Latinū est, filij manumissorum. act. 6.c

Libya, vel Libye, Heb. dicitur. Phut, & interpretatur Aphrica: aut Syriace, crassa vel pinguis. Regio Ægypto contermina, authore Plinio in Prologo. 5. Huius pars est Libya Mareotis, de qua idem in 5. ca. 6. Hieronymus duas Libyas ponit: vnā Cyrenaicam de

qua act. 2. Et partes Libyæ, quæ est circa Cyrenē. Hęc porta Ægypti in parte Aphricæ prima est, & mari Libyco cognomentum dedit, post quam Lybia Æthiopum vsq; ad meridianum pertingens oceanū. De hac Volaterr. li. 12. Geograph. iere. 46. ezec. 27. 30. & 38. nahum. 3.

לבים Libya, dan. 11.g. In Hebræo est Lubim, id est cor maris: vel corda in plurali numero, act. 2.b

לבים Libyes, 2. par. 12.a. 16.c. nahum, 3.c. in Hebręo est Lubim, id est cor maris, vel corda, p.n.

λίνος Linus, Rete, vel retiaculum. G. Nomen viri, 2. tim. 4.d.

λιθόστρωτος Lithostrotos, Lapidibus stratus. G. Nomen loci in quo sedet Pilatus, Christum nostrum morti adiudicaturus, iohan. 19.c

L O

לבנת Lobna, luna, siue albedo, aut thus, vel later. Ciuitas sacerdotum in tribu Iuda, iosu. 21.b. 4. reg. 8.f. 23.f. 1. para. 6.e

לבני Lobni, Idem. Filius Gerson filij Leui, exod. 6.c. 1. parali. 6.b

Lobnitica, Idem. Nomen familiæ, num. 3.c

לוד Lod, Natiuitas, vel generatio. Nomen ciuitatis, quam ædificauit Samad filius Elphaal, 1. par. 8.b

לודבר Lodabar, ipsimet verbum, aut ipsimet pestis vel mors, seu generatio electa: vel ex Hebręo & Syro, natiuitas filij. Nomen loci, 2. reg. 9.b

לוד-חדיד Lod-hadid, Nascens gaudens, vel nascens acutus: aut ex Hebræo & Syro, generatio vel natiuitas noua. Nomen ciuitatis, 2. esd. 7.d

λοΐδης Loide, Melior. G. Auia Timothæi, 2. tim. 1.b

לוט Loth, inuolutus, siue colligatus, aut coopertus: vel resina pretiosa, quę dicitur stacte. Filius Aran, gen. 11.d.

לוטן Lotan, Idem, Filius Seir Horræi. gen. 36.c

L V

Lucas, Hebraicè potest interpretari ipsi resurrectio. vel Latine à luce. D. coloss. 4.d

Lucius, A luce. Latinum est. Nomen prophetæ, act. 13.a. rom. 16.c

לוד Lud, Natiuitas, vel generatio. Filius Sem, ge. 10.d Is tunc Iudas nominauit, quos nunc Lydos vocant.

Ludim, Idem. p.n. Filius Mesraim, gene. 10.b

לוחית Luith, Tabulatum, vel tabulæ, aut viriditas. Mōs est Lyrano & Hebræorum commentatori in Commentarijs super Isaiam, cap. 15.c. Eusebio vero Pamphilo, vicus inter Areopolin & Ioaram. Heb. Luhith

לוז vel לוזה Luza, Amygdalus, seu discessio vel declinatio. Ciuitas Chananęę in tribu Beniamin, iosu. 18.b. Quæ alias gene 28.d. 35.b. nuncupatur Beth-el à Iacob. Est secunda Luza, quę cecidit in sortem filiorum Ioseph iuxta Sichem, in tertio lapide ipsius Sichē, siue Neapoleos. iosu. 16.a. Est & tertia Luza, in terra Cithum, à veteris Luzæ proditore condita, iudicum, 1.e

L Y

λυκαονία Lycaonia, Lupina. G. Prouincia Asiæ est mediterranea, Tauro à Cilicia Trachea diuisa: à septētrione, Cappadociæ contermina. Volater. lib. 10. in qua Barnabas & Paulus prædicarunt. act. 14.a.

λυκία Lycia Idem. G. prouincia Asiæ. 1. macha. 15. d. act. 27.a

λύδδα Lyda, siue Iydda, Stagnum, s. aquarum. G. Ciuitas Palæsthinæ in litore magni maris sita, quæ Diospolis appellatur, 1. mach. 11.d. act. 9.f

לוד Lydi, siue Lydij, Natiuitas vel generatio, Populi. Vide Lud, ier. 46.b

Lydia, Idem. Asiæ minoris prouincia inter Cariam & Phrygiā authore Strabone li. 13. cuius situm his verbis scribit Plinius in. 5. cap. 29. Lydia perfusa flexuosi amnis Meandri recursibus super Ioniā procedit, Phygiæ ab exortu solis vicina, ad septentrionē Mysiæ, meridiana parte Cariam amplectens, Meonia antè appellata, &c. Huius mentio fit act. 16.c. iere. 46. ezech. 27. & 30. isai. 66.f. Est & nomen mulieris purpurarię, de qua, act. 16.c

λυσανίας Lysanias, Dissoluens tristitiā. G. procurator constitutus à Romanis super Abilinam regionē, luc. 3.a

Lysias, Dissoluens, Princeps quidam exercitus, siue tribunus, 1. Mach. 3.c. act. 24.f

λυσίμαχος Lysimachus, Dissoluens pugnam. G. Frater Menelai, 2. mach. 4.e

λύστρα Lystra, Dissoluens. G. Nomen ciuitatis in Lycaonia, act. 14.a

λύρα Lystra, act. 27 a. in Græco scribitur Myra, & interpretatur virgultum, siue vnguentum odoriferum. G. Ciuitas lyciæ, vide plinium libr. 5. cap. 27. act. 27.a

M

מעכה MAacha, Compressa. vel attrita, aut fixa. Filius Nachor ex Roma concubina, gen. 22.d Filia Tholmai regis Gessur, 2. re. 3.a. 1. para. 3.a. Filia Abessalom mater Abiam regis, 3. reg. 15.a: quæ, 2. para. 13.a. dicitur Michaia. Concubina item. Caleb, 1. para. 2.f. Vxor Machir patris Manasse, 1. para. 7.d. Vxor Iahiæ, 1. para. 9.f.

מעכתי Maachati Compressus vel attritus, aut fixus, seu ventris contritio. Pater Iezoniæ, 4. reg. 25.f. Ciuitas Amorrhæorum super Iordanem iuxta mōtem Hermon. iosu. 12.b. & 13.1. paral. 4.c

מעדי Maadi, Solennis, vel festiuus, aut ornatus, seu labilis, vel testificans, aut transiens: aut Syriace, auferens. Nomen viri, 1. esd. 10.d

מעי Maái, Venter, aut coaceruatio. Nomen viri. 2. esd. 12.c

מחלה Maala, Chorus vel cithara, siue infirmitas, aut Syriacè, venia. Filia Salphaad filij Hepher filij Galaad, num. 26.d. iosu. 17.a. Heb Mahala.

מערז Maara, Spelunca, siue euacuatio, aut effusio, vel discooperiens, aut euigilans, iosu. 17.a

מעשי Maasai, Opus meum. Filius Adiel, 1. para. 9.b

מעשיה Maasia, siue Maasias, Opus domini. Filius Achaz, 1. par. 15.b. 2. para 28.a. Nomen cuiusdam doctoris, 2. par. 26.b. Pater Sophoniæ. iere. 21.a. Princeps ciuitatis Ierusalem, 2. par. 34.b

מחסיה Maasias, iere. 32.c. 51.g, interpretatur protectio siue confidentia domini. Pater Neriæ patris Baruch & Saraię. Heb. Mahasias.

מעזיהו Maaziáu, Fortitudo domini, vel refugium domini. Nomen viri, 1. par. 24.c. 2. esd. 10.a

מבשם Mabsam, Aromatizās, vel confundens eos. Filius Ismahelis, gen. 25.b. 1. par. 4.d

מבצר Mabsar, Munitus, vel muratus, siue prohibēs, vel auferens, aut vindemians. Ciuitas Iduumæorum, gene. 36.d

מכז Macces, Finis vel finiens, siue tædium, aut euigilans, vel æstas, siue æstuans, aut spinans. Nomen loci 3. reg. 4.a

מכרה Maceda, Incendium, aut odoratio vel incuruatio Ciuitas tribus iudę, iosu. 10.c. 15.e

μακεδών Macedo Hebraice, Idem. Græce vero, excelsus vel eminens. G. 1. mach. 1.a. act. 16.b

μακεδόνες Macedones, Idem. p.n. G. act. 19.f

μακεδονία Macedonia, Excelsa, vel eminens. G. Prouincia, act. 16.b

מקהלות Maceloth, Ecclesiæ vel cœtus, aut congregationes. Nomen loci ad quem profecti sunt filij Israel de Arada, num. 33.d

מקלות Maceloth, 1. para. 8.c. 9.f. 27.a. Virgæ aut baculi, siue voces, aut leuitates, vel despectiones. Filius Abigabaon. Filius iahiel, 1. par. 9.f

מקניהו Macenias, Possessio domini, siue emptio domini, aut pecus vel armentum domini, siue nidificatio domini. Sacerdos, 1. para. 15.b

מעכה Macha, Compressa, vel attrita, aut fixa. Nomen regis, 2. regum, 10.b

Machabæus, Percutiens. Græce vero, pugnator. D. Filius Matathię. 1. mac. 2.a

מעכתי Machati, Cōpressus, vel attritus, aut fixus, aut ventris contritio. Nomen loci, deut. 3.b. iosu. 12.b. Pater Aasbai, 2. reg. 23.d. Heb. Maachati.

מכבנו Machbanai, Miser siue pauper filius meus, aut pauertas vel humiliatio filij aut intelligentiæ vel ædificationis. Nomen principis, 1. para. 12.b

Mach-

Universidad de Deusto
Biblioteca

מכבנה Machbena, Paupertas vel percusio filij eius, aut paupertas siue percusio intelligentis vel ędificantis. Nomen loci, 1.para.2.f

מכי Machi, Percussor, aut pauper, vel humilis. Pater Guel principis tribus Gad, num. 13.a

מכיר Machir, Vendens, siue cognoscens. Filius Manasse, gen. 50.d. Pater Galaad. 1. paral. 7.c. Filius item Ammihel, 2. reg. 9.b

מכירי Machiritæ, Vendentes, siue cognoscentes, nume. 26.b

מכמש Machmas, Percussor vel pauper ablatus, aut percussor vel pauper palpans siue tangens vel auferens. Nomen vici magni siue oppidi in tribu Ephraim, 1. reg. 13.a. isa. 10.g

Machmas est. 2.b nehem. 7.d. Occultatio, vel percussoris aut pauperis tributum. Oppidum quondam tribus Ephraim, ad australem, plagam.

מכמתת Machmethath, Percussoris vel pauperis donū, aut percussoris vel humilis mors. Terminus tribus Manasse, ios. 11.a

מדי Madái, Mensura, siue iudicans, aut indumentum. Filius Iaphet, gene. 10.a. Hic primùm Medorum gentinomen indidit.

מדן Madan, Litigium, siue iudicans, aut mensura, vel indumentum. Filius Abrahæ ex Cetura, gen. 25.a

מדעיה Madia, Solennitas, vel festiuitas domini, siue adoratio vel testimonium aut fœdus domini, vel transiens dominus. Nomen viri. 2. esd. 12.a

מדין Madian, Iudicium vel iudicans, siue litigans, aut obiurgans. Filius Abrahę & Cetura, gen. 25.a. A quo ciuitas trans Arabiam ad meridiem Iudææ sita, in deserto Saracenorum contra orientem maris rubri. Inde Madianitę. Alia vrbs est iuxta Arnonem & Ariopolin, cuius nunc ruinæ tantum demonstratur, vbi Hobab siue Iethro socer Mosis sacerdos, Madian habitauit, exod. 2.c. acto. 7.c

מדיני Madianita, Idem.

Madianitæ, Idem. p.n. gen. 37.f

Madianitis, Idem, s.n.f.g. num. 25.b

מדמנה Madmena, Mēsura, numeri vel muneris, aut indumenti munus, vel indumenti pręparatio, aut numerus vel sterquilinium. Ciuitas tribus Iudæ, 1, para. 2. f. quę & Bersabe dicitur.

מדין Madon, Iurgium, aut indumentum, vel mensura eius. Ciuitas regis Iobab, ios. 11.a

מגלה Magala, Semita, vel circulus, aut rotunditas, siue currus, vel plaustrum, aut vitula. Nomen loci. 1. reg. 17.c

מגדלגד Magdalena, Magnifica vel magnificata, aut exaltata, vel turris. D. Mulieris nomen, matth. 28.a. luc. 8.a

Magdalgad, Turris fœlix vel accincta, siue magnitudo fœlicitatis, vel magnitudo accincta. Ciuitas tribus Iudæ, ios. 15.e

מגדל-אל Magdal-el, Turris siue magnitudo dei Ciuitas in tribu Nephthali, ios. 19.c

מגדל Magdalum, Turris vel magnitudo. Vrbs Ægypti, ier. 44.a. exod. 14.a. nume. 33.a

מגדיאל Magdiel, Annuntians, vel euangelizans deum, siue pomum dei, id est fructus electus dei. Ciuitas est Idumæorum principum, gene. 36.d. 1. parali. 1.d

Magedan, Euangelizatio gratiæ, aut poma vel fructus Gratiæ. D.

Magedan, matt. 15.d. in Græco, Magdala: & Hebraicè interpretatur turris vel magnitudo. D. Ciuitas est in litore stagni Genezareth siue maris Galilææ, cuius fit mentio matth. 15. Hieronymus hanc regionem nunc Macedan contra Ierasaam scribit in locis, Heb.

מגדו Magedd◌, Annunciatio, vel enangelizatio, aut pomum siue fructus, electus. Ciuitas in tribu Iuda, ios. 17.c. quam reparauit Salomon, 3. reg. 9.c.1. para. 7. f. Locus in quo occisus est Iosias, 4. reg. 23.f

Mageddon, Idem. Zach. 12.d

מגדו Mageth, Torcular, aut liquefactio. D. Nomen ciuitatis, 1. mac. 5.c

Magi, Sapientes, vel Philosophi: aut qui præsunt sacris, id est sacerdotes, Persicum est, matth. 2.a

מגוג Magog, Tegens, vel Tegulans, aut tabefactus, vel liquefactus. Filius Iaphet, geneli. 10.a. A quo Scythæ genus ducunt, qui primum Magogi dicti sunt, apoc. 20.c.

מגרון Magron, Timor, siue horreum, aut de gutture. Ciuitas, isa. 10.g

מהלת Mahalath, Chorus, siue infirmitas: aut Syriacè, venia. Psalm. 52. & 87. in titulo. Vxor Roboam, 2. paralipomenon, 11.d

מהלון Mahalō, Idem. Filius Elimélech Beth-lehemitæ, ruth. 1.a

מחנים Mathanaim, Castra, turmæ. Nomen loci in quo obuiam facti sunt angeli patri nostro Iacob, ab ipso propterea impositum quòd duas turmas vidisset eo loco, suam & angelorum, gene. 32.a

מחרי Maharai, Accelerans, siue dotatio, aut montanus, vel de monte meo. Nomen viri, 2. regum. 23. d. 1. paralipomenon, 11.f

מתת Mathath, Abstergens, aut delens, siue confringēs, aut formidans: aut Syriace, percussio. Filius Amasai filij Elcana, 1. par. 6.c. 2. par. 29.c. 31.c

מחזיאת Mahazioth, Videns signum, aut videns literam. Nomen viri, 1. para. 25.b

מחלת Maheleth, Chorus, vel cithara, aut infirmitas: vel Syriacè, venia. Tertia vxor Esau, filia Ismahelis. gen. 28.b

מחירא Mahida, Ænigma, aut acumen, vel radens siue abstergens manū: aut Syriace, percussa manus. Nomē viri, 1. esd. 2.c

מהיר Machir, Pretium. Filius Caleb patris Sur, 1. paral. 4.b

מהל Mahol, Chorus vel cithara, aut infirmitas, siue arenosus: aut Syriacè, veni. Nomen viri, 3. regum, 4.d

מהומים Mahumites, Nuntians vel delens, aut radens, vel medullæ. 1. par. 11.g

מימין Maimin, Dexter, aut aquas præparans. Nomen viri, 1. para. 24.b

מלאכי Malachias, Angelus siue nuntius meus. Heb. Malachi. Nomen prophetæ, malac. 1.a

מלכים Malachim, Regum. s. liber

מלאלי Malalai, Circuncisio vel locutio mea. Nomen viri 2. esd. 12.c

מהללאל Malaleel, Laudans deum, vel illuminatio dei. Filius Cainan, gene. 5.b. luc, 3.g. Heb. Maalaleel.

מלעי Malaser, Circuncisio angustiæ vel vinculi, siue dispensator. Nomen viri, dan. 1.c

Malchus, Rex vel regnum, aut consiliarius. D. Nomen illius cui petrus auriculam abscidit, iohan. 18.b

Mallotæ, Adimplentes, vel adimpleti. D. Nomen populi. 2. mach. 4.e

מלוך Maloch, Regnans, aut consulens. Filius Azabiæ filij Amasiæ, 1. para. 6.d

ממרא Mambre, Rebellis aut amarus, vel cōmutans, vel permutans. Ciuitas, gen. 13.d. quæ & Hebron, & Arbee dicitur, gene. 23.a.d. 35.d. Frater Eschol & Aner, gen. 14.b. Heb. Mamre

Mambres, Idem. sed in Græco scribitur Iambres, & Hebraice potest interpretari mare cum egestate vel paupertate. D. Vnus ex illis qui Moysi restiterunt 2. tim. 3.d

ממונא Mammona, Pecunia vel diuitiæ. aut cupiditas. Syrum est. D. matth. 6.d

ממוכן Mamuchan, Paratus, vel certus, aut de pauperatus, vel percussus. Dux persarum, esth. 1.c

ממזר Mamzer, De scorto natus, deut. 23.a

מן Man, Donum aut munus, aut quid? exod. 16.g

מנחת Manna, Idem. iohan 6.e

Manahath, Requies aut munus, siue præparata formido vel confractio, aut numerus stuporis: vel ex Hebræo & Syro, præparata descensio, vel numerus descendens. Filius Sobal filij Seir, gen. 36.c. 1. par. 1.c. Est & regionis nomen, 1. para. 8.a

מנחם Manahem, Consolator, aut doctor eorum, siue præparatio caloris, aut munus incensum, vel munerans calefactionem. Filius Gaddi, 4. reg. 16.c

Manaim, Castra. Terminus tribus Gad in regione Galaa-

ditide, Leuitis etiam confugio concessa, ios. 13. c. 21. c. 1. para. 6. g. Heb Mahanáim.

בני Manasse, siue Manasses, Oblitus aut obliuio. Filius primogenitus Ioseph, ge. 41.f. Pater Esrihel. 1. pa. 7.c. Filius Ezechię regis Iuda filij Achaz, 4. reg. 21. a. 1. paralip. 3.c

מנא Mane, Numeratus, vel numerans. dan, 5.g

מן-הוא Man-hu? Quid hoc? exod. 16.c

מאנליוס Manlius, Solutus, vel non ligatus. G.

מנוח Manue, Requies, aut munus. Pater Sāson, iud. 13.a

מעון Maoch, Cōpressus, vel attritus, aut fixus. Pater Achis regis Geth, 1. reg. 27.a

מעון Maon, Habitaculum siue delictum, vel de peccato Ciuitas in tribu Iuda, iosue, 15.g. Filius Sammái filij Recem, 1. par. 2. f. Est & nomen solitudinis. 1. reg. 24.a

מעונתי Maonathi, Idem. Filius Othoniel filij Cenez, 1. re. 23. d. 1. para. 4.

מעזים Maozim fortificati, vel fortitudines, aut refugia. Nomen idóli, dan. 11.f

מרה & מרא Mara, Amara, vel amaritudo. Quinta Israelitarū manso fuit. ibi enim Moyses iactu ligni, amaras aquas in dulcem vertit saporem, exod. 15.d. num. 33.a

מרחי Marái, Accelerans, siue dotatio aut montanis, vel de monte meo. Nomen viri, 1. para. 27.b

מריה Maraia, Amaritudo vel myrrha domini, aut docens vel præceptor dominus. Nomen viri, 2. esd. 12.a

מריות Maraioth, Amaritudines, vel rebelliones, aut commutationes, vel permutationes, Nomen viri, 2. esdr. 12.a

Maran-atha, Dominus noster vēnit, Syrum est, 1. cor. 16.d

Marcus, Limatus vel fricatus, aut expolitus, id est à rubigine absersus. D. act. 12.b. colos. 4.b, consobrinus Barnabæ.

מרדכי Mardochái, Amara contritio, vel myrrha contrita siue docens contritionem: aut ex Hebræo & Syro myrrha purissima. Nomen viri, 1. esd. 2.a

Mardocheus, Idem. Filius Iair filij Semei, patruus Esther, esth. 2.a. esd. 7.b

Mare rubrum ad austrum Iudææ à Græcis Etithræum dicitur, authore Pomponio Mela li. 3. Strabone lib. 16. Alijs etiam Sinus Persicus & Arabicus, teste Plinio li. 6. cap. 24. Hebręis dicitur Iam-suph, id est iunceum, vel cannosum, quia in litore abundant iuncī vel cannę seu caricæ. Alij volunt ex fundo maris illas prodire & nascicarices. Obseruandum etiam, mare Suph aliquoties sumi pro salso vel mortuo, quòd sit caractosum. Illic iuxta rubrum pelagus septima fuit mansio Israelitarum, num. 33.

מרס Máres, Irroratio vel distillatio: aut Syriace, apostema, vel cōfractio. Nomē principis cuiusdam, esth. 1.g

מראשה Maresia, A capite, vel à principio, aut caput vel principium, siue hæreditas, aut amaritudo mulieris, vel amara mulier. Ciuitas in tribu iuda, ios. 15. f. 1. par. 4. g. eadem quæ & מרישה Maresa

מרשה Maresa, 1. para. 2. f. 4. d. 2. para. 11. b. 14. c. 20. g. mich. 1.a, interpretatur à capite, vel à principio, aut hęreditas, vel amaritudo agri. Ciuitas in tribu Iuda, patria Michææ prophetæ, nam inde מורשתי Morasthi appellatur. Quam edificauit Roboā, 2. par. 11. b

מערה Mareth, Spelunca, vel euacuatio, aut effugio, siue discooperiens, aut euigilans. Ciuitas in tribu Iuda, ios. 15.g

מרים Maria, Exaltata vel amaritudinis mare, aut myrrha maris, siue doctrix vel magistra maris: aut ex Syro & Hebręo, domina maris. Filia Amrā filij Caath soror Aaron & Moysis, num. 27.g. Filius Ezra, 1. par. 4.c. Nomen item virginis, quę Christum tulit in vtero, matt. 1.c. Soror item Marthæ sororis Lazari, luc. 10.g. Iohan. 11.b. Heb. Mariam. De quadam Maria loquitur & Paulus, rom. 16.a

מרמות Marimuth, Amaritudo vel myrrha mortis, aut altitudines siue fraudulentiæ. Nomen viri. 1. esd. 10.d

מרמה Marma, Dolus, vel fraudulentia, siue altitudo, vel extollens se. Filius Saharáim ex Hodes vxore sua, 1. paralip. 8.a

מרסנא Marsana, Amaritudo aut myrrha rubi vel inimici, aut ostendens rubum vel inimicum. Nomen principis, esth. 1.c.

Martha, Prouocans, siue amaricans: vel Syriace, domina vel doctrix. D. Soror Mariæ Sororis Lazari illius quem suscitauit Christus, luc. 10.g. Iohan. 11.b

משא Massa, Onus, siue assumptio: vel aliquando translatiuè, prophetia. Filius Ismahelis, gen. 25.b

משל Masal, Parabola, aut imperās vel dominās. Ciuitas in tribu Aser. 1. par. 6.g. quæ ios. 19.b. dicitur Messal.

Masaloth, Idem. p.n. D. Nomen vrbis. 1. mach. 9.a

Masepha, Speculatio, siue specula, aut cooperimentum, vel expectatio. Ciuitas in tribu Iuda, iosu. 15.e, quę aliās Maspha dicitur.

מצפת Maserephoth, In Hebręo est Maserephoth-maim, id est adustiones, incendia, cōbustiones aquarum. Locus est vbi excoquunt aquam ad ignem refrigerandóque salem faciūt. Commentator Hebræorū super Iosue sic inquit, Salinæ sunt, vbi aqua maris trahitur ad fossas ad hunc vsum factas, & sole siccatur, ios. 11.b. 13.a

משרעי Maserei, Stratum, siue auferens vel tangens sociū vel amicum aut pastorem vel malitiam. Filius Sobal filij Hur, primogenitus Caleb & ex Ephráta concubina, 1, para. 2.g

משמע Masma, Exauditio, siue audiens, vel obediens. Filius Ismahelis, gen. 25.b. 1. par. 4.d

משמנה Masmana, Pinguedo aut oleum eius, siue tangens vel auferens prępparationem vel munus aut numerum. Nomen viri principis, 1. par. 12. b

מצביה Masobia, Statio domini, siue stans dominus, aut damula. Nomen loci, 1. para. 11.g

מצפה Maspha, Speculatio siue specula, aut cooperimētum, vel expectatio. Ciuitas in tribu Iuda, 1. reg 22. a. 4. reg. 25. f. quam ędificauit Asa rex Iuda, 3. reg. 15. e: quæ iosue. 15. e, Masepha dicitur ijsdem consonantibus & punctis.

מצפתה Masphat, Speculatio, siue specula, aut cooperimētum, vel expectatio. Ciuitas quę & Maspha dicitur in tribu Iuda, 1. reg. 7. b. iere. 40. b. Heb. Misphatath.

Masphe, Idem, ios. 11. b. 13.c

משרקה Masreca, Sibilus vel sibilans, aut attractatio vanitatis, vel tangēs vanitatem vel vacuitatem, aut vitis. Ciuitas Idumææ, regia Semlæ quinti regis in Edom, gene. 36.d

מתניהו Mathaniau, donum domini, vel lumborum dominus, aut ex Syro & Hebræo, expectatio domini. Nomen viri, 1. para. 25.b.

מתן Mathan, Donum, vel lumbus, siue mors eorum: aut Syriace, expectatio vel spes. Pater Saphatiæ, iere. 38.a.2.para.23.d

מתנה Mathana, Idem, Ciuitas in Arnon sita, num. 21.b

מתנאי Mathanai, Idem, Nomen viri, 1. esd. 10.d

מתניה Mathania, siue Mathanias, Donum domini, vel lumborū dominus: aut ex Syro & Hebręo, spes domini. Fius Iosiæ, patruus Ioachin, frater Ioacim siue Eliacim: à Nabuchodonosor Sedecias nominatus, 4. reg. 24, d. Filius item Micha, 1. para. 9. c. 2. para. 29.c

מתני Mathanites. Donū, aut lumbus: aut Syriace, spes, vel expectans, 1. para. 11.g

Mathat, Donum, vel donans. D. Pater Heli patris Ioseph viri Mariæ. luc. 3.e.

מתתה Mathat, Donum eius. Nomen viri, 1. esd. 10.d

מתתיה Mathathia, siue Mathathias, Donum domini Pater Iudæ Machabæi. 1. mach. 2.a. Primogenitus Sellū Coritæ, 1. para. 9.e. Sacerdos, 1. para. 15.b

Mathias, Donum domini. D. 2. mach. 14.c. Nomē item Apostoli qui in locum Iudæ proditoris electus est. act. 1.d

מתושאל Mathusael, Mortem suam postulans, aut mors sua infernus vel sepulchrum. Filius Mauiael. gene. 4.c

מתושלח Mathusala, Mortem suā misit, aut mortis suæ arma: vel ex Hebræo & Syro, mortem suam spolians, vel mortis spolium. Filius Henoch filij Iared, gen. 5. c. luc. 3.g.

מטר Matred, Virga descendens, aut virga imperantis, siue,

Universidad de Deusto Biblioteca

siue lectuli descensio vel imperium: aut Syriacè, labor. Pater Meetabel vxoris Ader regis in Edom septimi, gene.36.d

Matthæus. Donatus. D. Nomen apostoli, matth. 9.a.qui & Leui dictus est, marc.2.b

מחויאל Mauiael, Annuntians deum, aut radens vel delens deus: vel ex Syro & Hebræo percussus à deo. Filius Irad, gene.4.c

מחומן Mauman, Turbatus, aut tumultuans, vel multitudo. Nomen eunuchi cuiusdam, esth.1.b

M E

מכרתי Mecherathites, Venditio, aut cognitio, 1.par.11.g

מכמש Mechmas, Percussor vel pauper ablatus, aut percussor vel pauper palpans vel tangens siue auferens. Nomen oppidi in tribu Ephráim, 2.esd.11.d.qui.1.re.13.a, dicitur Machmas, ijsdē cōsonantibus & punctis.

מכנדבי Mechnedebai, Percussor vel pauper vouēs siue spōtaneus: aut percusio vel paupertas vouētis vel principis aut spontanei. Nomen viri.1.esd.10.d

מידבא Medaba, Aquæ doloris: vel ex Hebręo & Syro, aquę manantes. Vrbs Arabiæ in tribu Ruben, nu.21.f. iof.13.b.1,par.19.b.isa.15.a

מידד Medad, Mensurās, siue aquę dilectionis vel verbū aut patrui. Nomen viri super quem requieuit spiritus domini in castris, num.11.f

מדין Meddin, Iudicium, siue litigans, aut obiurgans. Ciuitas in tribu iuda, iof.15.g

מדמנה Medemena, Mensura muneris, vel numeri, aut indumenti munus, vel indumenti pręparatio, aut sterquiliniū. Ciuitas tribus iudæ, quæ aliâs Bersabee dicitur, Iof.15.e.isai.10.g

מדי Medena, Mensura, vel abundans siue indumentū. Prouincia, de qua, 1.esd.6.a.Heb.Madai.

Medi, Idem.p.n.Populi, isa.13.d.act.2.b

Media, Idē.f.n. Prouincia Asię ab ortu habet Caspios & Parthos, à meridie Sittacenen & Susianem & Persidia, ab occasu Abiabenen, à Septentrione Armeniam, Plinius author in 6.ca. 26. Hanc appellatum à Madai Iaphet filio Ioseph.lib.1.cap.14.Iud.antiq. refert Strabo vero in 11.à Medo Medæ filio. De hac Ptolemęus libr.6.cap.2.Pinius lib.6.ca.14. Hieronymus ipsam inter flumina Indum & Tigrim collocat, ier.35.Huic prouincię attribuit sacra scriptura Aracusiam, Parthiam, Assyriam, Persidam.

מדיא Medus, Idem.

מהטבאל Meetabel. Quam bonus deus, siue benefaciens deus. Vxor Adar regis in Edom septimi, gene.36.d

מגביש Megbis, Eminens, siue altitudo. Nomen viri, 1.esdræ, 2.b

מגפיעש Megphias, Corpus compressum vel cōgregatum, aut corporis vel vestimēti tinea. Nomē viri 2. es.10.a

מהשים Mehusim, Tacentes, aut festinantes, siue sensuales. Pater Abitob, 1 para.8. b

מלכה Melcha, Regina, vel consiliatrix. Vxor Nachor filij Thare, filia Aran fratris mariti sui Nachor, gene. 11.d. Filia item Salphaad filij Hepher filij Galaad, nume.26.d

Melcha, luc.3.f.Idem.sed in Græco scribitur Melea, & Hebraicè interpretatur adimplens, vel adimpletus. D.

Melchi, Rex meus, siue consilium meum. D. Pater Leui Patris Mathat, luc.3.e

מלכיה Melchias, Rex dominus, aut consiliator dominus. Pater Phassur, iere.21,a. Filius Amelech, ierem. 38.b. Filius Athanai filij Zara, 1.para.6.c

מלכיאל Melchiel, Rex meus deus, aut regnum dei, siue cōsiliator meus deus. Filius Berię filij Aser, gene.46.b. 1.para.7.f

Melchielitæ, Idem.num.26.e

מלכירם Melchiram, Rex excelsus, aut consiliator, vel cōsilium excelsum. Filius Iechoniæ filij Ioacim, 1.par.3.c

מלכי-צדק Melchisedec, Rex iustitiæ. Sacerdos & rex Solymę siue Ierusalem fuit, gene.14.c.heb.7.a

מלכשוע Melchisua, Rex saluator, aut rex vel consilium saluatoris vel salutis, siue rex magnificus. Filius Saul 1.regum, 14.g.31.a.1.paralipomenon, 8.d

מלכם Melchom. Rex eorum, vel consiliator eorum. Idolum, quod colebant filij Ammon, 4.reg.23.c.1.paral.20.a.iere.49.a

מלך Melech, Rex, aut consiliarius. Filius Micha filij Merib-báal, 1.para.8.d

μελίτη Melite, Melliflua. G. Insula inter Epirum & Italiā spectans Siciliam ad septentrionem, act.28.

מלוא Mello, Plenitudo, vel repletio. Vrbs terræ Chanáā in tribu Ephraim, cuius, ciues Abimelech regem sibi constituerunt, iud.9.a. Ab hoc loco Dauid cepit munire terram.2.reg.5. Salomon hanc reparauit, 3. reg. 9.e & 4.reg.12.2.para.32.b

מלותי Mellóthi, Plenitudo, vel circuncisio. Nomen viri, 1.para.25.b

מררי Merari, Amarus, siue irritatus, aut prouocatus. Filius Leui filij Iacob, gen.46.b, 1.para.6.a.

Meraritæ, Idem.p.n.num.26.f

Mercurius. Amercibus dictus est: quia mercaturę deus putabatur à gentilibus. Latinum est.act.14.b

מרגמה Mercurius prouer.26.b. In Hebræo est Marguema. Sunt qui dicant significare fundam in qua iaciuntur lapides. Alij aceruum lapidum. Potest etiam deriuari ab ארגמן, quod significat purpurā: vt sit sensus, Sicut qui ligat lapidem vel saxum in purpura: ita qui tribuit incipienti honorem.

מרד Mered, Rebellis, vel descendens, aut imperans. Filius Bethiæ filiæ Pharaonis, 1,para.4.c

מרמות Meremoth, Amaritudo, siue myrrha mortis, aut altitudines, vel deceptiones. Nomen viri, 1.esdræ.8.c

מריב-בעל Merib-báal, Rebellio vel impugnatio idóli vel dominantis siue subijcientis aut posidentis. Filius Ionathan filij Saul, 1.para.8.d 9.f

מרמות Mermuth, Fraudulentiæ: aut amaritudo vel myrrha mortis, siue altitudines. Nomē viri, 2.es.10.a.12.a

מרב Merob, Pugnans, siue obiurgans, aut multiplicans: vel Syriace, magisterium, Primogenita regis Saul, 1. regum.14.g

מראדך Merodach, Amara contritio, vel myrrha contrita aut ex Hebręo & Syro, myrrha purissima. Rex Babyloniorum, isa.39.a: qui 4.re.20. c. dicitur Berodach.

מרום Merom, siue Merome, Celsitudo, aut sublimitas. Aqua seu flumen in terra Chanáan, iudic.5.b

מלוך Melluch, Regnās, vel consulens. Nomen viri, 1.es. 10.d

מלטיה Meltias, Liberatio domini, Nomen viri, 2.esd.3.b

מם Memius, Maculatus, vel vituperatus. D.

Memphis, Hebraice dicitur Noph, & interpretatur fauus, aut distillatio, vel eleuatio, aut cribrum. Ciuitas Ægypti, isa.19.b

מף Memphis, osee.9.b Hebraicè dicitur Moph, id est ab ore, vel Syriace, coopertorium

Menna, Numeratus, vel remuneratus, aut præparatus. D. Pater Melcha, siue vt Gręce habetur. Melea, luc.3.f

μενέλαος Menelaus, Potentia, aut robur populi. G. Nomen viri, 2.mach.5.a

מני Menni, Præparario, vel munus, aut numerus. Nomen regionis, iere.51.c

Mennith, Idem. Vrbs Ammonitarum, iudic.11.f

מיפעת Mephaath, Aquarū apparitio, siue aquarum impetus. Ciuitas Leuitarum in tribu Ruben, in terra Moab, iof.13.c.& 21.d.iere.48.d

מריות Meraiot, amaritudines, vel rebelliones, aut commutationes vel permutatiōes. Filius Achitob, qui 1. pa.9.b. Filius Zaraiæ filij Ozi, 1.para.6.a

מרעלה Merala, Sopor, vel inebriatio, aut amaritudo ascēsionis, vel holocaustum, aut myrrhæ holocaustū siue folium, aut docens holocaustum vel ascensum. Limes est Zabulonitæ tribus, iof.19.a

מרום Merom, Altitudines aqua seu flumen in terra Chanáan, iuxta quod gentes conuenerant aduersus Israelitas, iosu.11.a. Hieronymus in locis Hebraicis Merrum vicum fuisse dicit in XII.miliario vrbis Sebaste iuxta Dothain.

מרומי Merome, Altitudines, siue amaritudo aquarum. Nomen loci, iudic.5.c

Mar-

מרנתי Merothathites, Cantatio mea, siue exultans, aut exclamans: vel Syriace dominās, 1.para.27.d.2.es.3.b

מרוז Meroz, Secretū, vel macies. Vrbs Galilææ, iud.5.c

מש Mes, Auferens, vel tangens. Filius Aram, gen. 10.d qui 1. par.1.b, dicitur Mosoch. Ab hoc Meones traxerunt originem.

מושע Mesa, Salus, vel aqua salutis, aut aquas aspiciens. Rex Moab, 4.reg.3.a. Filius item Caleb fratris Ierameel, 1.para.2.f

משלמיהו Meselemia, Pax domini, vel perfectio domini, aut retributio domini, vel parabola domini, aut dominium domini. Nomen viri.1.par.26.a

משיזבאל Mesezebel, Auferens fluxum deus: vel ex Syro & Hebræo, liberatio vel salus dei pater Barachiæ, 2.es. 3.b

Mesizabel, Idem, Nomen viri, 2.esd.10.a

משלם Mesollam, Pacificus, siue perfectus, aut retribuēs, vel parabola eorum siue potestas eorum. Filius Saphatiæ.1. para.9.b. Filius item Sadoc, ibidem.

ארם נהרים פדן Mesopotamia, Maioris Asiæ Syriæq; pars: regio est inter Babyloniam & Arabiam, ad læuam Trigidis fluuij, vbi habitauerunt sapientes Babylonię, autho re Strabone lib.11.& 17.& Ammiano lib.23. Mesopotamia est intra amnes Tigridē & Euphratē, à septentrione Tauro excepta, quæ ipso vocabulo Gręco in medio fluminum esse polita monstratur μέσος enim, medius: ποταμός verò, fluuius interpretatur. act.7.a. Hebraicè verò, gen.24.b.deu.23.a.iudicum 3.a.1.pa. 19.b: & in titulo psal. 59. dicitur Aram Naharáim, id est Syria fluuiorum, s.duorū nam dictio ipsa, dualis est numeri. In alijs vero locis pro Mesopotamia, in Hebræo, est Padan, quod interpretatur redemptio: vel Syriace, parilitas, aut coniunctio. Hæc nomina sortitur & Syria, gen.25.c.28.a

עברהנהר Mesopotamia, iosu.24.a.in Hebræo est Eber hanáar, id est trans flumen.

מספר Mesphar, Numerus, vel narratio, aut librarius vel scriba, siue tributi taurus. Nomen viri, 1.esd.2.a

מספרת Mespharath, Numerans, vel narrans, aut tributi fructificatio vel augmentatio. Nomen viri, 2.esd.7.b

מצפה Mesphe, Speculatio, vel specula, aut cooperimentum vel expectatio.

מצרים Mesraim. Angustiæ, siue tribulationes. Filius Chā gen.10.a. Ab hoc Ægyptus Hebræa lingua Mesraim nuncupatur: quæ & sæpe in sacris literis dicitur terra Cham, à Chā filio Noe. Psa.105. vt testatur Hieronymus in quæstionibus Hebraicis.

משא Messa, Onus, vel assumptio: siue aliquando translatiuè prophetia. Regio Iudęæ iuxta Hieronymū in locis Heb. in qua habitauerunt filij Iectan, genes.10.d

מסה Messa, 4.reg.11.a, Eradicatio, siue conculcatio. Nomen viri.

משאל Messal, Postulans, vel postulatus, aut commodatus, siue sepulchrum, vel infernus, at fouea, siue ablatio aut tactus dei Ciuitas in tribu Aser, iof.19.b: quæ & massal.1.para.6.b, dicitur.

משלמת Messálemeth, Solutio, aut pacificatio, vel perfectio, aut retributio: vel parabola mortis, aut dominum mortis. Mater Amon regis Iuda, 4.reg.21.d

משיח Messias, Vnctus. Græcè, autem dicitur Christus, Iohan 1.f.4.d

משלם Messulam, Pacificus, siue perfectus, aut retribuens vel parabola eorum, siue potestas eorum. Pater Asalia patris Saphan scribæ.4.reg.22.a

מהיטבאל Metabeel, Quā bonus deus, aut benefaciens deus. Nomen viri, 2.esd.6.c

מתקה Methca, Dulcedo, aut suauitas. Nomē loci in quo castrametati sunt filij Israel profecti de Thaath, num. 33.d

מטרי Metri, Pluuia, siue custodia, vel carcer. Nomen viri, 1.reg.10.c

מזה Meza, Distillatio vel asperio, aut ex isto: vel Syriace incensio vel consumptio. Filius Rahuel filij Esau, gene.36.b

מיזהב Mezaab, Deauratus, vel aquæ auri, siue quid aurū Pater Matred patris Meetabel vxoris Ader regis in Edom septimi.gen.36.d

M I

מימין Miamin, Dexter, aut aquas præparans. Nomen viri, 2, esd.10.a.d

מיבחר Mibahar, Electus, siue electio, aut iuuentus. Nomē viri, 1.para.11.g

מיכה Micha, Pauper vel humilis, aut percutiens vel percussus, siue quis hic? id est in hoc loco, siue aquæ hic. Pater Abdon, 2.para.34.c: qui 4.reg.22.c, dicitur Michaia. Filius Ioel, 1.para.5.a. Filius Meribbaal filij Ionatham, 1.para.8.d. Filius Miphiboseth, 2.reg.9.d

מיכאל Michael, Quis sicut deus? aut humilitas siue paupertas dei, vel percusio dei, siue percutiens deus. Filius Izrahia filij Ozi filij Thola filij Issachar, 1.par.7.a Pater Galaad, 1.para.5. b. Pater item Sthur principis tribus Aser, num.13.a. Est & nomen angeli, dani.10.c

מיכיה Michaia, Quis sicut dominus? aut paupertas vel humilitas domini, siue percutiēs dominus, vel percusio domini. Pater Achobor, 4.reg.22.c. Filius Meribbaal filij Ionathan, 1.para.8.d. Mater itē Abiam regis Iuda, 2.para.13.a: quę, 3.reg.15.a. dicitur Maacha.

Michas, Idem. Heb. Michæas. Nomen viri de monte Ephráim, iudic.17.a

Michæa, siue michæas, Idem. Filius Gamariæ filij Saphan scribę.ier.36.c. Filius item Iemla.3.re.22.b.2. esd.12.d

מיכה Michæas, iere.26.f, michææ.1.a. Pauper vel humilis, aut percutiens, vel percussus, siue quis hic? id est in hoc loco: vel aquæ hic. Nomen prophetæ.

מיכל Michol, Quis, omnia? q. d. tu aut quæ prefecta vel consummata? q.d. nulla nisi tu siue aqua tota, aut aquarum perfectio vel consummatio seu prohibitio. Nomen filiæ minoris regis Saul, 1.reg.14.g

μῆδο Mido, Cura, siue consilium. G.

μίλιτον Miletum, Rubra, vel coccinea. G. Ciuitas in Asia, maritima, Decem stadijs ab ostio Meandri amnis secreta. act.20.c

מלוכו Milicho, Regnum eius, vel consilium eius. Nomē viri, 2.esd.12.a

מפיבושת Miphiboseth, De ore ignominia, siue de ore confusio, aut oris ignominia vel cōfusio, aut verecundia vel mora. Filius Ionathæ filij Saul, 2.re.4.a.9.b. Fuit item alter. filius Saul ex Respha, 2.reg.19.d.21.b

משעם Misaam, Saluator eorum, siue respiciēs eos, aut auferens vel tangens populum: vel Syriace, lenitas eorum. Filius Elphaal filij Mehusim, 1.para.8.b

מישך Misach, Prolongans, siue attrahens, aut aquas vallans, vel sepiens, Vir qui & Misael dicitur, dani.1.b.

מישאל Misael, Quis postulatus aut cōmodatus? siue quis postulās aut commodās? siue abstulit deus vel recessit. Nomen viri, quem princeps eunuchorū regis Nabuchodonosor vocauit Misach, dani.1.b. Filius item Oziel filii Caath, exod.6.c

מישור Misor, Planities, aut serra, siue murus vel murat', aut bos, vel bouinus.

משפט Misphat, Iudicium. Fons Misphat siue iudicii, aliâs Cades, gen.14.a

μιτυλήνη Mitiléne, Munditia, vel absterio torcularis. G. Insula contra Asiam, quæ à proximo continenti ab est quinquaginta septem millia passus, act.20.c

מתרדת Mithridates, Explorans vel contemplans legem, aut soluens legem, siue mortis descensus vel dominium. Filius Gazabar, 1.esd.1.d

M N

מנה Mna, Libera, talentum, genus ponderis quod cōtinet certu numerum vnciarum, ezec.45.e.lucę.19.b

μνεσθεύς Mnestheus, Alacritas aut ira, vel robor dei. Nomen viri, 2.mach.4.c

M O

מואב Moab, De patre quoniam de patre eorum filia genuit. Filius Loth ex filia sua maiore, gen.19.g. A quo vrbs Arabiæ (quæ aliâs, vt Eusebius refert, Areopolis dicitur) & regio nomen acceperunt, Isaiæ, 11.d. Est & regnum filiorum Lot ad orientem Iudææ situm, proximum mari mortuo & Iordani. Est præterea nomen regis, 1.regum, 12.b. 20.a. 1. paralipomenon. 4.d.

Moa-

Universidad de Deusto Biblioteca

Moabitæ Idem. Moabites, Idem.
Moabitides, Idem.p.n.f.g.3.reg.11.a
Moabitis, Idem.f.n.f.g,ruth.1.a.2.paralipo.24.g
מועדיה Moadia, Solennitas Vel festiuitas domini, siue adornatio vel testimonium aut fœdus domini, vel transitus domini. Nomen viri,2.esd.12.a.
מבני Mobonnai, Filius vel filiatio, siue ædificatio, aut intellectus vel intellectio. Nomen viri,2.reg.23.d
מכני Mochona, Basis vel sustentaculum, aut præparatio. Ciuitas,2.esd.11.d
מכרי Mochori, Venditio, vel cognitio. Pater Ozi.1.parali.9.b
Modin, Iudicium vel iudicatio, aut iurgium. D. Mons siue ciuitas.1.mach.2.a
מחלה Mohola, Chorus vel Cithara, siue infirmitas : aut Syriacè, venia. Nomen viri.1.para.7.d
מחלי Moholi, Idem. Filius Merari, filij Leui, exod.6.c
מולדה Molada, Natiuitas vel generatio. Ciuitas, quæ in tribu tam Iudę, quã Simeonis reperitur, iof.15.d.19 a.1.para.4.c
מחלתי Molathi siue Molathites, Chorus vel cithara, siue infirmitas: aut Syriace, venia.1.reg.18.e.2.re.21.b
מלכם Molchom, Rex eorum, vel consiliarius eorum. Filius Saharáim ex Hodes vxore. 1. paralipomenon 8.a. Sic vocabatur & Moloch, Ammonitarum idôlũ 3.reg.11.f
מוליד Molid, Generatio, vel natiuitas, aut circuncisio manus. Filius Abisur filij Semei filij Onã, 1.paralipomenon,2.d
מלך Moloch, Regnans aut consiliarius. Idôlum Ammonitarum.4.reg.23.c.act.7.e.quod & Molchom dicitur.
מלכם Moloch,3.Regum,11.f. Rex eorum, aut consiliarius eorum.Hebr.Milchom.Idôlum Ammonitarũ.
מעץ Moos, Lignum, vel ligneus, siue cõsiliarius. Filius Ram primogeniti Ierameel,1.para.2.d
מפים Mophim, Ex ore: vel Syriace, cooperimenta. Filius Beniamin.gen.46.c
מורשתי Morasthi, Hæres, vel paupertas, aut de paupertate, vel de hæreditate. Vicus contra orientem Eleutheropoleos, patria Michęæ prophetæ, ierem.26.f
Morasthites, Idem.
מוריה Moria, Amaritudo vel myrrha domini, aut ostendens vel iudicans dominus: siue ex Syro & Hebræo, dominatio domini. Collis, 2. paralipome. 3. a. qui terra visionis, gen.22.a.dicitur, à latere montis Sion.
מוצא Mosa, Azymum, aut inuentus, vel exitus, siue exprimens, vel emungens. Filius Caleb ex Epha concubina.1.paralipo.2.f. Filius Zamri filij Ioada.1.paralipomenon,8.d
מושא Mosa,1.paralipomenon,8.a. interpretatur Onus, siue assumptio, vel prophetia aliquando translatiue, aut aquarum eleuatio. Filius Saharáim ex Hodes vxore.
מסרה Mosera, Eruditio, siue disciplina, aut vinculum: vel Syriace, datio, vel traditio. Nomen montis, vbi Aaron mortuus est & sepultus, deut.10.b: qui Hor, num.20.d.& Moseroth, num.33.d.dicitur.
Moseroth, Idem. p. n. Locus in quo castrametati sunt filij Israel profecti de Hesmona, num.33.d
משובב Mosobab, Reuersus, aut auersus, vel conuersus. Nomen principis,1.para.4.f
משך Mósoch, Attrahens, vel prolongans, aut vallans, vel sepiens. Filius Iaphet, gene.10. Ab hoc Cappadoces originem traxerunt, ezec.27.c. Filius item Aran, 1.para.1.b.qui gene.10.d.dicitur Mes.
משלם Mosollam, Pacificus, siue perfectus, aut retribuẽs, vel parabola eorum, siue potestas eorum. Pater salo, 1.para.3.d,5.b.8.b,9.b. Præpositus instauratoribus templi,2.para.34.c
משלמיה Mosollamia. Pax domini, siue perfectio domini, aut retributio domini, vel parabola, aut dominium domini.
משלמית Mosollamith, Pacifica siue perfecta, ant retribuẽs, vel parabola mortis, aut dominũ mortis. Filius Emmer.1.para.9.b

משלמות Mosollamoth, Pacificatio, aut perfectio, siue retributio, aut parabola mortis vel dominum mortis. Pater Barachiæ principis,2.para.28.b
משה Moyses, Attractus, vel assumptus, subaudi de aquis. Filius Amram filij Caath filij Leui.1.para.23.b. Exodi.2.b.6.c.acto.7.c. Heb.Mose.
מאזל Mozel, Ambulans vel vadens, Nomen regionis, ezechiel.27.d

M V

מעונים Munim, Habitacula, siue afflicti, aut delinquentes vel respondentes. Nomen viri,1,esd.2.c
מוסך Musach, Vnctio, siue cooperimentum, aut libatio, 4.reg.16.d
מושי Musi, Auferens, vel tangens, aut recedens, vel ablatus. Filius Merari filij Leui, exod.6.c.1.para.6.b

M Y

μύνδος Myndus. Muta. G. Nomen insulæ in mari Icario, 1.Mach.15.d
μυσία Mysia, Scelesta vel abominabilis. G. Prouincia Asiæ nunc Æolis dicta, quam Paulus adnauigauit, act. 16.b. Est & altera eiusdem nominis iuxta Danubium flumen. Suntque authores, qui dicant transisse ex Europa Mesas & Brigas & Hunos, à quibus appellantur in Asia Mysi, Phryges, & Bithinij.

N

נהליל vel נהלל NAalol, Laudatus, siue lucidus, aut stolidus. Ciuitas Leuitarum in tribu Zabulon, iof. 19.b.21.d.iud.1.f.
נעמה Naama, Pulchra, siue decôra, aut mouẽs valde. Ciuitas in tribu Iuda, iof.15.e. Mater item Roboam,3.reg.14.f
נעמן Naaman, Pulcher, siue decôrus, aut motum præparans. Filius Beniamin, gen.46.c.qui,1.para.8.a.dicitur, Nohaa. Princeps militiæ regis Syriæ,4.regum, 5.a.luc.3.e. Filius item Bela filij Beniamin, 1. parali. 8.a.
נעמתי Naamathites, Pulchritudo, vel iucũditas, siue motus mortis meæ, iob.11.a
נערה Naara, siue Naaratha, Puella vel iuuenis, aut excussio, vel vigilans. Terminus tribus Ephráim, iof. 16.c. Altera vxor Ashur,1.para.4.a
נערי Naarái, Puer, vel iuuenis, siue excutiens, aut vigilans. Nomen viri.1.para.11.g.
נעריה Naaria, puer domini, aut excussio domini, siue vigil domini, vel vigilans dominus. Filius Semeiæ filij Secheniæ,1.para.3.d.4.g
נחש Naas coluber vel serpens, aut augurans, vel diuinans siue æneus. Ciuitas,1.para.4.b. Rex Ammonitarum,1.reg.11.a.1.reg.12.c.1.para.19.a. Est & nomen cuiusdam viri, de quo,2.re.17.g
נביות Nabaioth, Loquelę, siue prophetię, aut fructus, vel germinationes. Filius. Ismahelis, ge.25.b. ab hoc omnis regio ab Euphráte vsque ad mare Rubrum vsq; hodie Nabathena dicitur, quæ pars Arabiæ est, Isaiæ. 60.b
נבל Nabal, Stultus, vel insipiens. Viri Nomen, cuius vxor Abigáil dicebatur,1.reg.25.a.d
נבט Nabath, Aspiciens, siue intuens. Pater Ieroboam serui Salomonis,3.reg.11.e
נבו Nabo, Loquela siue prophetia, aut loquens, vel prophetans, siue fructificans, vel germinans. Ciuitas in terra Moab, in tribu Ruben, iere. 48. d: quam ædificauerunt filij Ruben, num.32. g. Est & nomen montis eiusdem nominis. isa.15. a: qui aliâs Abarim dicitur, numeri.27.c.33.f. Idôli præterea nomen, isa. 46.a
נבות Naboth, Idem. Nomen viri,3.re.21.a
נבו Nabu, Loquela, siue prophetia, aut loquens vel prophetans siue fructificans, aut germinãs. Nomen vnius ex principibus regis Babylonis, ier.39.a
נבכדנצאר Nabuchodonosor, Gemitus siue planctus iudicii angustiæ vel pressuræ, siue coartans iudicium angustiæ vel pressuræ. Rex Babyloniorum,4.regum.24.c
נבכדרצאר Nabuchodonosor in toto Ieremia, excepto ca.27. 28.29.a,34.39.b.& in Ezechiæ. 26.29.30. In quibus omnibus in locis Hebræo scribitur Nabuchodonosor:

נבוכדרצאר sor: quod interpretatur, gemitus siue planctus generationis angustiæ vel pressuræ, aut coartatio generationis angustiæ vel pressuræ.
נבו שזבן Nabusezbaz, Loquela siue prophetia vel germinatio manans vel fluens: aut ex Hebræo & Syro, fructus vel germinatio liberationis. Nomẽ viri, ier.39.c
Nabuthæi, Loquentes, siue prophetantes, aut germinantes. D.1.mach.5.c
נבוזראדן Nabuzardan, Germinatio vel prophetia extranei siue ventilati aut effusi iudicij, vel germinatio siue prophetia extranei siue ventilati aut effusi dominij vel basis. Princeps exercitus regis Babyloniorum,4. reg.25.b
נחור Nachor, Raucus vel aridus, aut iratus, vel incensus: aut Syriacè, suffocatus. Filius Sarug, gene.11.c. luc.3.g. Filius item Thare, gene.11.d
נכון Nachon, Paratus, vel certus. Nomen loci, 2, regum,6.b
נדב Nadab, Spontaneus, aut vouens, vel princeps. Filius Aaron, exod.6.d. Filius item Semei filij Onam filii Ierameel,1.para.2.d. Filius Iahiel,1.paral.9.f. Filius Ieroboam 3.reg.14.c
נדביה Nadabia, Votũ domini, siue spontaneus aut princeps domini. Filius Iechoniæ filii Ioacim,1.para.3.c
Nagge, Claritas, vel splendor. D.
נחבי Nahabi, Occultus, vel absconditus, siue dilectus meus, aut requiescens mecum, siue ductor mecum. Filius Vapsi, num.13.a
נחליאל Nahahiel, Torrens dei, siue hæreditas dei, aut vallis dei. Locus vbi castra fixerunt Israelitæ, num.21.d.
נחם Naham, Consolatio vel pœnitentia, siue ducens eos, aut requies eorum. Frater Odaiæ mulieris,1.paralip.4.c
נעם Naham,1.par.4.c. Filius Caleb filii Iephone, interpretatur Pulcher siue iucundus, aut mouens eos.
נחמני Nahamani, Consolator, siue pœnitens, aut requiei munus vel numerus, siue requiei præparatio. Nomen viri,2.esd.7.b
נחרי Naharái, Naris, siue nasus, aut hinniens, vel calefactio, siue ariditas, vel raucedo: aut Syriacè, suffocatio. Armiger Ioab,2.reg.23.d.1.para.11.g
נחשון Nahasson, Idem. Filius Aminadab, frater Elisabeth vxoris Aaron.exod.6.d
נחת Nahath, Requies, vel ductor: aut Syriacè, descensio. Filius Rahuel filii Esau, gene.36.b.2.para.31.c
נחום Nahum, Consolator, siue pœnitens, aut ductor eorum. Nomen prophetæ, nahum.1.a.2.esd.7.b
Naim, Pulchritudo, siue iucunditas, vel commotio, aut motus eorum. D. Ciuitas, luc.7.b
נעים Naim, Pulcher, siue decôrus, aut motor eorum.
ניות Naioth, Pulchritudo siue decor, aut habitaculum. Nomen loci,1.reg.19.c
נמשי Namsi, Ablatus, siue auferens, aut tãgens, vel dormitionis munus. Pater Iehu regis Israel,3.reg.19.c
נמואל Namuel, Dormiens deus vel dormitio siue somnus dei. Filius Simeonis filii Iacob,1.paralip.4,d: qui gene.46 b, dicitur Iamuel.
Namuelitæ, Idem, num.26.b
Nanex, id est Dianæ: sic enim appellabatur Diana lingua Persica,2.mach.1.c
נפג Napheg, Imbecillis, aut remissus, aut laxatus. Filius Isaar filii Caath filii Leui, exod.6.c. Filius item Dauid,1.para.14.b
נפיש Naphis, Anima vel refrigeratus, aut requiescens: vel Syriacè, multiplicans. Filius Ismahelis, gen.25.b. 1.para.5.c
νάρκισσος Narcissus, Stupefactus, vel negligens. G. Nomen viri, cuius meminit Paulus.rom.16.b
נציח Nasia, Victor, siue æternus, aut fortis. Nomen viri,1.esd.2.c
נתן Nathan, Dans, vel donatus. Filius Dauid,2.reg. 5.c.1.paral.3.b. Nomen item prophetæ,3.reg.7.a. Filius item Ethæi filij filiæ Sesan ex seruo,1.para.2.e
נתנאל Nathanael, Donum dei. Frater Semeiæ & Choneniæ.2.para.35.b. Filius Suar, princeps tribus suę Issachar, num.1.a. Quartus filius Isai.1.para.2.b

Nathanel, Idem.
נתניה Nathania, siue Nathanias, Donum domini. Pater Ismahelis,4.reg.25.f
נתן-מלך Nathan-mélech, Donum regis, siue donum consilij. Nomen eunuchi,4.reg.23.c
נתינים Nathinæi, Dati, vel donati,1.para.9.a.2.esd.7.c
Nathon, Idem.f.n.
Naue, Posteritas, vel stirps, aut filius, vel æternus, seu permanens, vel pulchritudo, siue habitaculum: aut Syriacè, piscis. D
Nazaræi, Separati, siue coronati, aut sanctificati. D. Actorum,24.a
Nazaræi, Idem. Sed si per צ scribatur, interpretatur custodientes, vel floridi, aut virgulta. D
Nazarenus, Idem.f.n.D.matth.26.g
Nazareth, Sanctificata, aut separata, vel coronata. Si autem per צ scribatur, interpretatur Custodia, vel florida, aut virgultum. D. viculus Galilææ iuxta montem Thabor, in qua fuit nutritus Iesus Dominus noster, matth. 2. d. lucæ, 4. c. ædificata super montem.
Nazaræus, Separatus, siue coronatus, aut sanctificatus iudic.13.a
נזיר Nazaræus, matth.2.d. Idem. vel per צ literam, custos, siue flos, aut virgultum. D.

N E

νεάπολις Neapolis, Noua ciuitas. G. Ciuitas Cariæ aut Thraciæ, act.16.b, Hanc vocari Sichem, testis est Hieronymus in Hebraicis quęstionibus.
נבחז Nabahaz, Fructificans vel germinans visionem, aut loquens vel prophetans visionem. Idolum Heuæorum,4.reg.17.f
ניבי Nebai, Fructificans, vel germinans, aut loquens, vel prophetans. Nomen viri,2.esd.10.a
נבלט Neballat, Prophetia siue loquela inuoluta, vel abscondita, aut germinans, vel fructificãs, siue prophetans inuolutè vel absconditè. Ciuitas,2.esd.11.d
נבו Nebo, Loquela, siue prophetia, aut loquens vel prophetans, siue fructificans vel germinans. Vrbs est & mons terræ Moabitarum supra Iordanem contra Ierichuntem ciuitatem, in sorte tribus Ruben, num. 32.a.deut.34 a.1.para.5.a. Nomen viri,1.esd.2.b.10.d. Vide Nabo.
נבשן Nebsan. Loquela siue prophetia aut germinatio dormitationis vel mutationis, siue germinatio vel loquela dentis vel eboris. Nomen ciuitatis in tribu Iuda, iof.15.g
נכה Nechao, Claudus vel percussus. Nomen Pharaonis regis Ægypti, illius videlicet cui Iosias rex Iuda iuit in occursum,4.reg.23.f
נקב Néceb, Foramen, aut maledictio, siue vocatio, aut nominatio, vel explicatio. Ciuitas tribus Nephthali, quæ & Adami dicitur, iof.19.c
נקודא Necóda, Depictus, siue varius, aut punctuatus, vel pastor, aut incuruatus, vel incensus. Nomen viri, 1.esd.2.c
נחל-אשכול Nehel-eschol, Torrens botri, aut vallis botri. Nomen loci.num.13.c
נחלמי Nehelamites, Somniator vel somnus, siue torrẽs, aut vallis aquarum, vel hæreditas aquarum.iere.29.f
נחמיה Nemias, Consolatio, vel requies domini, aut pœnitens dominus, siue directio domini. Nomen viri,1.esd.2.a
נעיאל Nehiel, Commotio vel motus dei. Ciuitas quæ terminus est Aser, iof.19.b
נחשתא Nehusta, Ænea, vel ęrea, aut augurans, vel serpẽs, aut serpẽtina. Mater Ioachin filij Ioacim,4. reg.24.b
נחשתן Nehustan, Æneum, vel cupreum, aut augurium, siue serpentis datum, vel donum,4.reg.18.b
נמרה Nemra, Leopardus, siue rebellio, aut amaritudo, vel commutatio. Ciuitas, num.32.a
נמרים Nemrim, Idem.p.n. Ciuitas, isa.15.c
נמרד Nemrod, Rebellis, vel dormitio descensionis, aut dormiens dominans. Filius Chus, gene.10.b
νεομηνία Neomenia, Nouilunium. G. coloss.2.d
נפת-דאר Nephath-dor, Fauus habitationis vel generationis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis, aut distillans siue eleuans vel cribrás habitationem vel generationem. Ciuitas in tribu Manasse, eadem quæ Dor Dicitur. Vide suo loco, 3. reg. 4. b. vbi corruptè legitur Nephad-dor. Ex Hebræo vertendum erat, In omni termino Dor.

נפג Nepheg, Imbecillis, aut remissus, vel laxatus. Filius Dauid, 2. reg. 5. c. 1. para. 3. b

Nephi, Purificatio. D. 2. mach. 1. g

נפתלי Nephthali, Comparatio vel æquiparatio, aut retorsio, vel tortuositas. Nomen loci, 3. reg 4. b. 4. reg. 15. f. Sextus filius Iacob ex Bala ancilla Rachel vxoris suæ, gene. 30. b

Nephthalitę, Idem.

Nephthar, Purificatio. D. 2. mach. 1. g

נפתוה Nephtoa, Apertus vel apertio, siue sculptura. Nomen fontis, ios. 15. b. 18. c

נפתוסים Nephtuim, Idem. p. n. Filius Mesraim, gene. 10. b

Nephusim, Diminuti, aut dilacerati. Nomen viri, 1. esd. 2. c

נר Ner, Lucerna, siue nouale. Pater Abner, 1. reg. 19. g. Pater Cis patris Saul, 1. paralipo. 8. c. Filius Iahiel, 1. para 9 f

נרגל Neregel, Explorans, vel pedester, siue lucerna discooperta vel coaceruata, aut nouale discoopertum vel reuolutum. Vnus ex principibus regis Babylonis, ierem. 39. a

Negel, Idem. Idolum Cuthæorum, 4. reg. 17. f

Nereus, Lucerna vel nouale. Græcè verò, magnus interpretatur. D. Nomen viri. rom. 16. b

Neri, Lacerna, vel nouale. D

נריה Neri, iere. 32. c. Lucerna domini, aut nouale domini. Heb. Nerias. Pater Baruch, filius Maasiæ.

Neriaas, Idem. ierem. 51. g

נסרך Nesib, Stans, siue Statio, vel erectio, scilicet alicuius tituli, aut Syriacè, plantatio. Ciuitas in tribu Iuda, ios. 15. f

נסרך Nesroch, Fuga vel tentatio tenera vel delicata, aut vexillum delicatum: vel Syriacè, tabula tua. Idolum quod adorabat Sennacherib, 4. reg. 19. g. isa. 37. g

Τησεύς Nesteus, Ieiunus vel ieiunans. G.

נטופתי Netophati, Gutta, siue distillatio, aut gummi. Nomen loci, 1. para. 2. g

Netophathites, Idem. 2. reg. 23. d. 4. reg. 25. f

נחופה Netupha, Gutta, siue distillatio, aut gummi, vel declinatio oris. Nomen loci, 1. esd. 2. b

Netuphati, Idem. Nomen loci, 2. esd. 12. b

Νεμήνιος Neumenius, Nouus mensis, vel nouilunium. G. Filius Antiochi, 1. mach. 12. c

N I

Νικάνωρ Nicanor, Victor, vel victoriosus. G. 1. mach. 3. e. Est & nomen diaconi, act. 6. b

Nicodemus, Hebraice interpretatur: innocens sanguis. Græcè verò, victoria populi. D. Nomen viri Pharisæi, Iudæorum principis, 1ohan. 3. a

Νικολαΐται Nicolaitæ, Victorię plebis. G. apoc. 2. d

Νικόλαος Nicolaus, Idem. f. n. G. Nomen diaconi, act. 6. b

Νικόπολις Nicopolis, Victoriæ ciuitas, vel victoriosa ciuitas. G. Thraciæ ciuitas, quæ Hystro flumini imminet, tit. 3. d

Niger, Latinum est. Cognomen prophetæ cuiusdam, act. 13. a

שיחור Nilus, Hebraicè dicitur Sihor, & interpretatur niger vel turbidus, aut matutinus. Fluuius Ægypti isa. 23. a

ניגוה Niniue, Pulchra, siue speciosa, aut habitaculum. Ciuitas quam ædificauit Assur, gene. 10. b: quę & Ninus dicitur. Nisibis autem ab Fusebio.

Niniuitæ, Pulchri, siue speciosi, aut habitacula, lucæ, 11. d

נסן Nisan, Vixillum, siue probatio, aut tentatio, vel fuga: aut Syriacè, miraculum. Mensis respondens nostro Martio, 2. esd. 2. a N O

נעה Noa, Mouens, vel commota. Filia Salphaad filij Epher filij Galaad, num. 26. d. Ciuitas item quæ terminus est tribus Zabulon, ios. 19. a

נועדיה Noadia, Testificatio, vel cœtus aut congregatio domini, siue ornatus domini, aut transiens dominus: vel ex Syro & Hebræo, ablatio domini. Nomen viri, 1. esd. 8. g

נב Nob, Loquela, siue prophetia, aut loquens vel prophetans, siue fructificans, vel germinans. Ciuitas Sacerdotum, 2. reg. 21. c

נבה Nobe, Idem. Ciuitas in tribu Dan vel Beniamin, isa. 10. g. 2. reg. 21. a. 22. d

Nobe, num. 32. g. iudic. 8. c. Latrans, vel latratus. Ciuitas quæ & Canath dicebatur, in tribu Manasse, 1. reg. 21. a

נגב Nodab, Vouens, siue spontaneus, aut principalis. Nomen viri, 1. paral. 5. c

נח Noe, Cessatio vel requies. Filius Lamach filij Mathusale, gene. 5. d. luc. 3. g

נעמה Noema, Pulchra siue decora, aut mouens valde. Filia Lamech ex Sella vxore sua. gene. 4. d

נעמן Noeman, Pulcher siue decorus, aut motum præparans. Filius Bale filij Beniamin, num. 26. e

נעמי Noemanitæ, Idem. p. n. num. 26. e

נעמה Noemi, Pulchra, siue decora. Vxor Elimélech Bethlehemitæ, ruth, 1. a

נגה Noga, Claritas siue splendor. Filius Dauid, 1, paralip 14. b

נוה Noge, Idem. Filius Dauid, 1. para. 3. b

נחת Nohaa, Requiescens, aut ducens vel ductor. Filius Beniamin, 1. pa. 8. a: qui gen. 46. c. dicitur Naaman.

נפת Nophe, Insufflans, aut tumidus, siue illaqueans. Nomen loci, num. 21. f

נער Nopheth, Fauus, aut cribrū, siue distillatio. Vrbs in tribu Manasse, ios. 17. c

Noraan, Puer vel iuuenis, siue excutiens, aut vigilans, vel mouens canticum. Nomen loci, 1. paral. 7. f

N V

Νουμήνιος Numenius, Nouus mensis, vel nouilunium. G.

נון Nun, Posteritas, vel stirps, aut filius, vel æternus, seu permanens: aut Syriacè, piscis. Pater Osee cuiusdam, num. 13. a Pater item Iosue, ios. 1. a. Filius Elisama filij Ammud, 1. para. 7. f

N Y

Νυμφᾶ Nympha, Sponsa. G. coloss. 4. d

O

עבריא Obadia, Seruus domini, vel operarius domini. Filius Arnā filij Raphaiæ, filij Iesaiæ, 1. paral. 3. d. Filius Izrahia filia Ozi, 1. para. 7. a

עובל Obal, Peruersitas vetustatis, aut peruersitas fluxus. Filius Iectan, gene. 10. d

Obdia, siue obdias, Idem quod obadia. Filius Asel filij Elasa. 1. para. 8. d. 9. g. 12. b

עובל Obed, Seruus, vel operarius. Pater Gaab, iudic. 9. d. Filius Booz, pater Isai, ruth 4. d. 1. parali. 2. b. Filius Ophal filij Zabad. 1 para. 2. e. 11. g

עבד-אדם Obed-edom, Seruus hominis vel terreni aut sanguinei vel rufi. Nomen viri, 2. reg. 6. b

עבדית Obedia, Seruus, vel operarius domini. Nomen viri, 1. esd. 8. b

אבת Oboth, Pytones, siue vtres, aut patres, vel desyderia. Nomen loci, num. 21. c. tricesima sexta Israelitarum mansio cum ex Ægypto proficiscerentur in terram Chanáan, num. 33. f

O C

עכזת Ochozath, Possessio, siue apprehensio, vel collectio, aut visio, seu fratris oliua. Amicus Abimélech regis Geratæ, gene. 26. f

אחזיהו Ochozias, Apprehensio siue possessio domini, aut visio domini. Filius Achab regis Israel, 3. reg. 22. f. Filius Ioram regis Iudæ, 4. reg. 8. f. 1. para. 3. c

עכרן Ochran, Turbidus, vel conturbans. Pater Phegiel principis tribus Aser, num. 1. b

O D

עבדיה Odaia, siue Odaias, Laus domini, siue confessio domini. Soror Naham, 1 paralip. 4. c. 2. esd. 9. a

עדן Odaren, Laudis canticum, vel testimonium arcæ. D. Nomen viri, 1. mach. 9. g

עני Oded, Sustentans, vel tenens, aut erigens. Nomen viri prophetę, 2. para. 15. a. 28. b

Odeuia,

חוריה Odeuia, Laus domini, siue confessio domini. Nomen viri. in toto cap. 2. esd. 10. scribe Odaia.

Odia, Idem. Nomen viri, 2. esd. 8. b

עולם Odoia, Idem. Nomen viri, 1. para. 5. d

Odollam, Testimonium siue ornamentum illis, aut testimonium siue ornamentum suæ miseriæ, vel transitus aut præda suæ miseriæ. Ciuitas in Iuda, à Roboam constructa, 2. paralip. 11. b. michææ, 1. d. Nomen item spelunce, 1. reg. 22. a

עדלמי Odollamites, Idem, gene. 38. a

חודויה Oduia, Laus domini, siue confessio domini. Filius Asana, 1. para. 9. b. Filius Elioenai filij. Naariæ, 1. paralip. 3. d O G

עוג Og, Subcineritius panis vel torta, aut subsannatio: vel Syriacè, detentus, aut impeditus. Rex Basan, nume. 21. g O H

חוחם Oham, Væ eis, siue tumultuans, vel conturbans. Rex Hebron ios. 10. a

אהל Ohel, Tabernaculum, siue tentorium, aut splendor. Filius Zorobabel filij Phadaia, 1. para. 3. d

אהלי Ohollái, Deprecans, vel expectans, aut incipiens, vel dolens, siue frater mihi. Filius Sesan filij Iesi filij Apphaim, 1. para. 2. e

O L

Oliueti mons, siue mons oliuarum, siue oleuetum, Mons ad orientem Ierosolymæ, torrente Cedron interfluente, sabbathi habens iter ab Ierusalem, act. 1. b. luc. 19. e

עלא Olla, Eleuatio, vel holocaustum, aut infans, vel paruulus, aut solium. Pater Haniel, 1. para. 7. g

Ὀλυμπιάς Olympias, Cœlestis. G.

Ὀλυμπᾶν Olympiadem, accusatiuo rom. 16. b. Idem. In Græco Olympan.

Ὀλυμπίῳ Olympius, Cœlestis. G. 2. mach. 6. a

O M

אומנ Omar, Dicens, vel loquens, siue amarus vel exaltans. Filius Eliphaz filij Esau ex ada vxore, gen. 36. b

אמרי Omrai, Dicens, vel loquens, aut exaltans, siue amarus: aut Syriacè, agnus. Pater Amri, 1. para. 9. a

O N

אונם Onam, Dolor, aut fortitudo siue iniquitas eorum. Filius Soba, filij Seir. Horræi, gene. 36. c. Filius item Ierameel, ex Atara vxore, 1. para. 2. d

אונן Onan, Dolor, siue iniquitas, aut fortitudo. Filius Iudæ ex Sue vxore sua, gene. 38. a

Ὀνησιφόρος Onesiphorus, Vtilitatem afferens. G. Vir quidam fidelis, 2. timoth. 1. d

Ὀνήσιμος Onesimus, Vtilis. G. Nomen viri fidelis, coloss. 4. b. ad philem. b

Onias, Fortitudo domini, aut nauis. D. Summus sacerdos apud Iudæos, 1. mach 12. a

אונו Ono, Dolor aut fortitudo, siue iniquitas eius. Ciuitas quam ędificauit Samad filius Elphaal, 1. parali. 8. b. In 1. esd. 2. b. 2. esd. 6. a, fit mentio Vallis Ono.

O O

אהלה Oolla, Tabernaculum vel tentorium, siue splendor eius. Ezech. 23. a

אהלי Ooli, Deprecans, siue expectans, aut incipiens, vel dolens, siue frater mihi. Pater Zabad, 1. paralip. 11. g. Heb. Oholli.

אהלאב Ooliab, Tabernaculum vel tentorium patris, aut splendor patris. Filius Achisamech, exod. 31. a

אהליבה Ooliba, Tabernaculum, vel tentorium meum in ea, aut splendor meus in ea. ezech. 23. a

אהלבמה Oolibama, Tabernaculum vel tentorium meum excelsum, siue splendor excelsorum. Vxor Esau filia Anæ, gene. 36. a. c. Ciuitas, Idumæorum, 1. paralipo. 1. d. Fuit & ciuitas Idumæorum principum.

אחזם Oozam, Apprehensio eorum, siue possessio eorum, aut visio eorum. Filius Assur ex Naara vxore ipsius, 1. para. 4. a O P

אופז Ophaz, Aurum obrizum. Nomen loci, iere. 10. b

עפל Ophel, Turris, aut obscuritas, vel nebula. Nomen muri, 2. parali. 27. b. 33. c. Aut potius turris Ierosolymæ, non procul à templo, 2. esd. 3. f

עפרה Ophera, Puluis, aut plumbum, vel hinnulus. Ciuitas in tribu Beniamin, ios. 18. d

עופי Ophi, Lassus, aut volans: vel Syriacè plicatus, vel complicatus, aut folium. Nomen viri. iere. 40. c

חופם Ophim, Thalamus, siue coopertus, aut litus maris. Filius Beniamin, gene. 46. c. Heb. Huphim.

אופר Ophir, Cinis vel incineratio, aut fructificatio. Filius Iectan, gene. 10. d. Inde Ophira regio, 3. reg. 9. d. quę (vt refert Iosephus lib. 8) etiam Aurea terra nuncupatur. vnde aurum Ophirizum, quod Obrizum vocant.

אפלל Ophlal, Iudicans, vel orans. Filius Zabad filij Nathan filij Ethei. 1. para. 2. e

חפני Ophni, Pugnus vel pugillus, aut cooperiens. Filius Heli sacerdotis, 1. reg. 1. a. Heb. Haphni.

עפני Ophni, ios. 18. d, Interpretatur volans, siue lassitudo: aut Syriacè, plicatio vel complicatio. Nomen ciuitatis.

עפרה Ophra, Puluis, aut plumbum, vel hinnulus, Filius Maonathi filij Othoniel filij Cenez, 1. para. 4. c

O R

ערב Oreb, Coruus, vel suauis aut fideiussor, vel commiscens, seu vespertinus. Vir Madianita à tribu Ephráim interfectus, iudic. 7. d. 8. a. psal. 82. b. isa. 10. f

ארנן Ornan, Exultans, siue arca eorum, aut lux filij, vel lux siue maledictio permanens vel æterna. Nomen viri, 1. para. 21. c: qui 2. reg. 24. d, dicitur Areuna.

Orori, Montanus. Ciuitas, 2. reg. 23. d: quæ Arari, 1. para. 11. g. dicitur.

הרנם Oronáim, Iræ vel furores: aut Syriacè, libertates. Duo vici, quæ via est ad Assyrios, siue duæ vrbes Moabitarum, vna superior altera inferior, isa. 15. c. Heb. Horonáim. Ciuitas Moabitarum.

ערפה Orpha, Ceruix, vel ceruicosa, siue suscitatio oris vel denudatio oris. Vxor Chelion filij Elimélech Beth-lehemitæ, ruth, 1. a

Orthosiada, Recta, vel rectificata. G. Nomen loci, 1. mach. 15. g ὀρθοσίαδα

O S

הושעיה Osaias, Saluator dominus, aut salus domini. Nomen viri, 2. esd. 12. c. iere. 42. a

הושע Osee, Saluator, aut salus. Filius Ela, 4. reg. 15. f. Nomen item prophetæ filij Beeri, osee, 1. a. Filius Nun, num. 13. a: qui ibidem b, dicitur Iosue à Moyse.

O T

עתי Othei, Tempus vel hora mea, aut iniquitas mea. Filius Ammiud filij Amri, 1. para. 9. a

חותיר Othir, Excellens, siue residuus, aut remanens. Nomen viri, 2. para. 25. b

עתני Othni, Tempus siue hora mea. Nomen viri, 1. paralip. 26. a

עתליהו Otholia, Tempus domino, siue hora domino. Filius Ieroam, 1. para. 8. c

עתניאל Othoniel, Tempus dei, siue hora dei. Filius Cenez frater Caleb, ios. 15. d. 1. para. 4. c

O Z

עוה Oza, Fortitudo, aut capra. Horti nomen, 4. reg. 21. d. Nomen viri. 1. para. 6. a. 8. a

עוא Oza, Idem. Filius Abinadab, 2. reg. 6. a

עזן Ozan, Fortitudo earum, aut capra earum. Pater Phaltiel principis tribus Issachar, num. 34. d

עזיהו Ozaziu, Fortitudo domini. Nomen viri, 1. parali. 15. c. 27. c

אוז-שארה Ozen-sara, Auricula carnis vel consanguinitatis, aut auricula fermentata vel remanens, siue statera carnis vel consanguinitatis vel residui. Vrbs condita à Sara filia Ephraim, 1. para. 7. e

עזי Ozi, Fortis, vel fortitudo mea, aut hircus meus. Filius Bocci filij Abisue, 1. para. 6. a. Filius item Thola filij Issachar, 1. para. 7. a. vide & 9. b

אוזי Ozi, 2. esd. 3. f. Tunc, siue aut iste. Nomen viri.

עזית Ozia, Fortitudo domini, siue hircus domini. Filius Amasiæ regis Iuda, 3. reg. 26. a: qui 4. reg. 15. a. dicitur Azarias. Filius Caath filij Leui, 1 para. 6. b

עזיאו Oziáu, Fortitudo domini. Nomen viri, 1. para. 6. b

עזיאל Oziel, Fortitudo dei, siue hircus dei. Filius Bela filij Beniamin filij Iacob, 1. para. 7. b. Filius Caath filij Leui,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Leui, exod. 6. c. Vide & 1. para. 4. g. 2. para. 29. c

עזואלי — Ozieli, Fortitudo dei, siue hircus dei.

Ozielitæ, Idem. num. 3. d. 1. para. 26, c

אזני — Ozni, Auris vel auscultatio mea, siue statera. Filius Gad filij Iacob, nume. 26. b

Oznitæ, Idem. num. 26. b

עזראל — Ozriel, 1. parali. 27. c. Adiutorium dei, siue atrium dei, Pater Ierimoth.

P

ϖάφος — PAphus, Bulliens, vel æstuans. G. Nomen insulæ act. 13. a

פלשת — Palæsthina, Consperſa, scilicet vel puluere: siue ruina apposita, vel ruina duplex, aut ruinæ potus, vel cécidit bibens. Est ea Syriæ regio, quæ Hebræis dicitur Philisthijm, ad mare mediterraneum pertingens, sita ad occidentem Iudææ. Author est Iosephus lib. 1. Iudaicarum antiq. cap. 12. de hac Pomponius Mela in 1. Plinius in 5. cap. 12. & 13.

פלשתים — Palæsthini, Idem. p. n. m. g. gene. 21. d. Populi quos interpres nonnunquam Philisthæos, nonnunquam ἀλλοφύλους, id est alienigenas, vocant.

תמר — Palmira, Hebraicè dicitur Thamor, & interpretatur palma, vel dactylus, aut commutatio vel permutatio, siue amaritudo. Vrbs Syriæ nobilis, quæ & Hebraicè aliàs Thadmor dicitur.

תרמר — Palmira, Hebraicè Thadmor, interpretatur confessio vel laus amaritudinis, aut confessionis vel laudis myrrha: siue ex Hebræo & Syro, laus præceptoris vel domini. Nomen ciuitatis in Syria. quam ædificauit Salomon, 3. reg. 9. c. 2. para. 8. a. quæ aliàs Thamor siue Thamar dicitur Hebraicè. Hæc ab Hadriano principe, Hadrianopolis dicta fuit.

παμφιλία — Pamphilia, Tota dilecta vel amabilis. G. Prouincia Asiæ. ab ortu Ciliciam habet, ab occasu Lyciam & Asię minoris partem, à Septentrione Galatiam & Cappadociam, à meridie mare mediterraneũ, quod illic Pamphilij maris nomen habet. Tota Tauri expatiantis iugis septa. De hac Ptolemæus li. 5. Pil. li. 5. cap. 27. Pompo. Mela in 1. In hac sita est vrbs Perge: cuius meminit Lucas act. 13. & Mela. lib. 1. Volaterr. lib. 10. hanc etiam Mesopiam appellatam scribit.

ϖάφος — Paphus, Cypiri est ciuitas, Veneri quondam sacra, in qua ante nuptias puellæ dotem quæsituræ, in honorem Veneris in litore se prostituerunt, vt scribit Iustinus lib. 18. de hac Pompo. Mela li. 2. Strab. in 14. Plin. in 5. cap. 31. Hæc frequenti terræmotu lapsa, nũc ruinarum tantum vestigijs quid olim fuerit ostendit. Hæc Hyeronymus. act. 13. b

παράκλητος — Paracletus, Consolator, vel aduocatus. G. ioh. 14. b

παρασκευή — Parasceue, Præparatio. G. luc. 23. g. iohan. 19. f

παρμένας — Parmena, Permanens. G. Nomen diaconi, act. 6. b

Parthia, Asiæ maioris est regio circa Persas inter fluuium Iudum & Arios populos ab oriente, & Tigrim atq; Nediam ab occasu sita: à meridie terminatur deserto Carmaniæ, ab aquilone Hircania, teste Plinio lib. 6. cap. 25. Ptolemæus libro 6. capit. 5. De illis Iustinus lib. 41. Strabo in 15. Habes eius mentionem act. 2.

Parthi, Lingua Scythica dicuntur fugaces vel exules. D. Nomen prouinciæ, act. 2. b

פסח — Pascha, Transitus, vel claudicatio. Idem Phase significat, ezech. 45. f. matth. 26. a. mac. 14. b. iohan 2. b. 6. a. 1. corinth. 5. c

πάταρα — Patara, Calcata, vel mortifera. G. Ciuitas Lyciæ prouinciæ in Asia, act. 21. a

πάτμος — Patmos, Letalis, vel mortifera. G. Exigua insula in Ægæo mari, Sporadum vna, Plinio libro, 4. cap. 12. Straboni in 10. ad quam relegatum ferunt Iohannem apostolum à Domitiano imperatore Romano, Apocalypsimque scripsisse in ea, apoc. 1. Euse. lib. 3. cap. 18. Eccle. histo.

πατρόβα — Patroba, Paternalis. G. Nomen viri. rom. 16. b

πάτροκλος — Patroclus, Patris, vel patriæ gloria. Nomen viri, 2. machab. 8. b

Paulus, Hieronymus admonet mirabilem sonare, ab Hebræis etymologiam mutuatus. Alij, os tubæ, nimirum ex Hebræo & Græco dictionem conflantes, Constat tamen aut Græcam esse vocem, & quietem sonare, à verbo παύομαι. aut Romanam siue Latinam, pusillum significantem

P E

סין — Pelusium, Hebraice dicitur Sin, id est rubus, teste Strabone lib. 17. Geographicorum: Ægypti est ciuitas vnde nomen est præterfluenti ostio Pelusiaco. Huius etiam meminit Plin. li. 5. cap. 9. & 10. Pompo. Mela li. 2. Iosephus lib. 6. cap. 8. & lib. 10. cap. 1. antiq. Iud. Aliàs Libna appellata, & Sin, ezech. 30. d

πενταπόλις — Pentapolis, Quinque ciuitatum, scilicet regio. G. Syriæ regio ad orientem Iudææ, à quinque ciuitatibus, Sodoma, Gomorrha, Adama, Seboim, Segor: quibus olim fuerat inclyta, fuit appellata, igne & sulphure euersa: de qua gene. 13. & 19.

πεντάτευχος — Pentateuchus, Quinque volumina. à πέντε quod est quin, & τεῦχος, volumen. Sic vocantur à Græcis quinque libri Moysi, Genesis Exodus, Leuiticus, Numeri, & Deuteronomium. & ab Hebræis חמש id est quinarius, siue תורה id est Lex.

πεντηκοστή — Pentecoste, Quinquagesima. G. act. 20. d

πέργαμος — Pergamus, Altitudo, vel sublimitas. G. Clarissima Asiæ ciuitas, atque ipsius Troados, quam Silenus intermeat fluuius, præfluit Cetius profusus Pindaso monte, sicut scribit Plinius lib. 5. cap. 30. hist. mundi. De hac etiam Strabo lib. 13. Geograph. Ad huius ecclesiam Iohannes apostolus scripsit, apoc. 1. & 2.

πέργη — Pergen, Valde terrestris. G. pamphiliæ prouinciæ vrbs est: cuius meminit Plin. in 5. cap. 27. Mela lib. 1. Strabo lib. 14. Luc. act. 13. b

פרס — Persa, siue persis, Frangens, siue diuidens, aut vngula, vel gryphus. Est ad orientem Iudææ sita, alta, cincta montibus regio, quæ à septentrione Medeam, ab occasu susianum, ab oriente duas Carmanias, ab austro partem persici sinus habet autore Volaterrano lib. 12. ezech. 7. 38

Persæ, Idem. p. n. populi, 2 para. 36. d. ezech. 27. b

πέρσεπολις — Persepolis, persæ ciuitas. G. mach. 9. a

Perses, Frangens, siue diuidens, aut vngula, vel gryphus. Qui ex persa siue Persia est.

סלת — Persia, Idem.

Persida, Idem. Mulier paulo charissima, rom. 16. b

Petra, deserti. Arx, & ciuitas principalis in regno Moab, in finibus Arabię sita, isaiæ 16. Hebræi Selam dicunt. Ab hac, Arabia petrea dicta est, de qua Egesippus lib. 1. cap. 14

πέτρος — Petrus, saxum, vel petra. Nomen vnius apostoli ex duodecim à Christo sic cognominati, iohan. 1. f. qui prius simon dicebatur, matth. 4. c. marc. 3. b

P H

מטה — Phacee, Aperiens. Filius Romeliæ, rex Israel, 4. reg. 15. e. 16. a

מחזיה — Phaceia, Aperiens dominus. Filius. Manahem, 4. reg. 15. e. Heb. phacehia.

מיח — Phadaia, Redemptio domini. pater Zebda, matris Ioacim, 4. reg. 23. g. Filius Iechoniæ filij Ioacim, 1. paralip. 3. c

פדה-צור — Phadassur, Redemptor fortis, vel redimens petra, aut redemptio plasmationis. pater Gamaliel principis tribus Manasse, nume. 1. a

מרון — Phadon, Redemptio eius: aut syriace, iugum vel iuga, scilicet bouum. Nomen viri, 1. esd. 2. c

מחת-מואב — Phahath-moab, Dux Moab, vel dux ex patre, siue fouea ex patre. Nomen viri, 1, esd. 2. a

פעי — Phai, Vlulans, aut gemens, vel apparens. Nomen vrbis Adar regis septimi in Edom, 1. para. 1. d, quæ genesis 36. d. dicitur pháu.

פלאיה — Phalaia, Miraculum domini, siue occultum domini. Nomen viri, 2. esd. 8. b

פלג — Phaleg, Diuisio. Filius Heber filij Sale, gene. 10. d. luc. 3. g

פלטיא — Phaleha, Fragmen vel fustum, aut scissura: vel Syriace, obsequium. Nomen viri, 2. esd. 10. a

פלאל — Phahel, Cogitans, siue orans, aut iudicans. Nomen viri, 2. esd. 3. f

Pha-

פלט — Phalet, Liberatio, siue expulsio. Filius Iahaddai, 1. para. 2. f. Filius Azmoth, 1. para. 12. a

פלת — Phaleth, Ruina, vel iudicatio. Filius Ionathan filij Iada filij Onam, 1 para. 2. e

פלוני — Phallonites, Cadens, siue occultus, 1. par. 11. f. 27. b

פלוא — Phallu, Mirabilis, aut occultus. Filius Ruben filij Iacob, gene. 46. b. 1. para. 5. a

Phalluitæ, Idem. p. n. num. 26. b

פלטי — Phalti, Liberatio, siue expulsio. Filius Raphau, num. 13. a. Filius Lais, 1. reg. 25. g. & nomen vrbis, 2. reg. 23. d

פלטיה — Phaltias, Liberatio domini, aut expulsio domini. Filius Ananiæ filij Zorobabel filij Phadaiæ, 1. parali. 3. d. 4. g

פלטיאל — Phaltiel, Liberatio dei, aut expulsio dei: Filius Ozan, nume. 34. d. princeps tribus Issachar. Filius Lais, 2. reg. 3. c

פנואל — Phanuel, Videns deum, siue facies dei. Locus iuxta torrentem Iaboc, in finibus Amorrhæorum, in sorte Ruben: vbi Iacob, qui deinceps Israel, tota nocte luctatus est cum angelo, genesis, 32. ita appellatus, quòd vidisset illic dominum. Hæc ciuitas, Gedeonis exercitui panes negauit: cuius turrim destruxit Gedeon & habitatores occidit, iud. 8. b. Hanc Strabo lib. 16. Faciem dei appellat. Est autem continua Tripoli, apud eámque mons Libanus desinit. Ieroboam ipsam ædificijs reparauit, 3. reg. 12. f. Fuit hoc nomine filius Sesac, 1. paralip. 8. c. Pater item Annæ prophetissę, luc 2. e

פורה — Phara, Frugifer, vel fructificans, aut crescens, siue vacca. Famulus Gedeonis, iudic. 7. c. Nomen item vrbis, 1. mach. 9. e

פערי פראם — Pharái, Hiatus vel apertio. Nomen viri, 2. reg. 23. d

Pharam, Onager eorum, vel ferocitas eorum, aut fructificatio matris, vel taurus matris. Rex Ierimoth, ios. 10. a

פארן vel פארז — Pharan, Pulchritudo, siue laus, aut gloriatio, vel propagines. Nomen oppidi, gene. 14. a. Est item generale nomen deserti Saracenorum trans Arabiam contra australem plagam, per quod Israel perrexit transiens ex Ægypto in terram Chanaan duce Mose, in quo sunt multa loca terminata, XVIII scilicet mansiones, quarum vna est Haseroth, nume. 10. 12. 13. c. Accipitur Pharã pro prima parte deserti Arabiæ prope montem Sinai. At deut. 1. pro vltima parte versus terram promissionis. Et Asseroth est in medio, gen. 14. 21. c. nu. 33. d. dicitur desertum Sin per ר. Est etiam Pharan mons Sinai contiguus. cuius meminit Abacuc, 4. deut. 33.

פרעה — Pharao, Dissipans, vel discooperiens, aut nudans: vel Syriacè. vindicans. Rex Ægypti, cui cognomen Nechao, 4. reg. 23. f

פרעתון — Pharathon, Dissipatio, vel ruptura, aut denudatio eius: vel Syriace, vindicta eius. Ciuitas in Ephraim in monte Amalec, iudit. 12. b

פרז — Pharathonites, Idem. iudic. 12. d. 2. reg. 23. d

Pháres, Diuisio. Flius Iudæ ex Thamar nuru sua, gene. 38. d. 1. para. 4. a

פרש — Phares, 1. pa. 7. d. Eques aut diuidens, siue exponẽs vel declarans. Filius Machir ex Maaçha vxore sua.

פרצי — Pharesitæ, Diuisi, num. 26. c

פרמר — Pharphar, Cõminutus, aut fructificatio fructus, siue taurus tauri. Nomen fluuij Damasci, 4. reg. 5. d

Pharisæi, Diuisi. D. Sectæ nomen apud Iudæos, quę dicebat resurrectionem esse, act. 13. b

פרנך — Pharisæus, Diuisus. D. act. 23. b

Pharnach, Taurus percutiens, vel percussus aut contusus, siue fructificatio aromatum. pater Elisaphan principis tribus Zabulon, num. 34. d

פרעש — Pharos, pulex vel culex, siue fructus tineæ. Nomen viri, 1. esd. 2. a. & 8

פרשנדתא — Pharsándátha, Reuelatio menstrui vel commotionis suæ, aut equitis commotio, siue stercus menstruorum vel commotionis eius. Filius Amã filij Amadatha, esth. 9. b

פרוה — Pharua, Floridus: aut Syriace, volans. Nomen viri, 3. reg. 4. b

Pharuda, Separatio, vel dispersio. Nomen viri, 1. esdræ, 2. c

פרורים — Pharurim, Lebetes, siue suburbana. 4. regum. 23. c Hebr. pharuarim.

פסח — Phase, Transitus.

Phasea, Idem Nomen viri, 1. esd. 2. c

Phaselida, Transitus vel claudicatio natiuitatis vel generationis. D. Nomen loci, 1. mach. 15. d

Phaseron, Oris canticum, siue os planum. D.

פספה — Phaspha, Diminutio oris, vel os diminutum. Filius Iether, 1. para. 7. g

בסגה — Phasga, Collis, siue altitudo, aut munitio. Nomen montis Moabitarum, num. 21. e. ios. 13. c

פשחור — Phassur, Extendens vel multiplicans libertatem vel principatum, aut expandens foramen vel albedinem. Sacerdos filius Emmer, iere. 20. a. Heb. phashur. Filius item Melchiæ, iere. 21. a. 1. paral. 9. b. pater Gedeliæ, iere. 38. a

פתחיה — Phathaia, porta domini, siue aperiens dominus. Nomen viri, 1. esd. 10. c

פתואל — Phathuel, Buccella dei, siue persuasio dei, aut dilatatio dei. pater Ioelis prophetæ, ioel, 1. a

פתורס — Phathures, Buccella roris, aut persuasio siue dilatatio ruinæ vel distillationis. Nomen loci in Ægypto, iere. 44. a

פעי — Pháu, Vlulans, aut gemens, vel apparens. Nomen vrbis Adar regis septimi in Edom, gene. 36. d: quæ in 1. para. 1. d. dicitur phai.

פדהאל — Phedael, Redemptio dei. Filius Ammiud princeps tribus Nephthali, num. 34. d

פגעיאל — Phegiel, Obuiatio dei, siue deprecatio dei. Filius Ochram princeps tribus suę Aser, num. 1. b

פלדש — Pheldas, Ruina triturę, aut iudicium triturę. Filius Nachor ex Melcha, gene. 22. d

פליה — Pheleia, Miraculum domini, siue occultum domini. Filius Elioenai, filij Naariæ, 1. para. 3. d

פלליא — Phelelia, Cogitans dominũ, aut orans dominum, siue iudicium domini. Nomen viri, nehe. 11. b

פלת — Pheleth, Ruina siue iudicatio. pater Hon, nume. 16. a

Phelethi, Idem. Nomen populi siue legionũ quarundam Dauid, 2. reg. 8. d. 20. g. 1. para. 18. d

Phelethi, 4. reg. 11. d. In Hebræo est Rasim, & interpretatur cursores.

פלוני — Phelonithes, Cadens, siue occultus, 1. para. 11. g

פלטי — Phelti, Liberatio, vel expulsio. Nomẽ viri, de quo 2. esd. 12. a

פלטיה — Pheltia siue pheltias, Liberatio domini, aut expulsio domini. Nomen viri, 2. esd. 10. a. Filius Baniæ, ezech. 11. a

פנינה — Phenẽna, Gemma, siue facies nostra. Altera vxor Elcanæ, 1. reg. 1. a

פרזי — Pherezęi, Rurales, id est habitantes in villis absq; muro nomen populi, gene. 15. d

Pherezæus, Idem. s. n.

פרמשתא — Phermẽstha, Ruptura fundamenti, vel ruptúram ponens: aut ex Hebræo & Syro, taurus anniculus. Filius Aman filij Amadátha, esth. 9. b

פסרמים — Phesdomim, portio vel diminutio sanguinum, aut diminutio tacentium vel assimulantium. Nomen loci, 1. para. 11. e

פסח — Phesse, Transitus, siue claudicatio. Filius Esthon, 1. para. 4. b

פשחור — Phesshur, Extendens vel multiplicans libertatem vel principatum, aut expandens foramen vel albedinem. Nomen viri, 1. esd. 2. b

פתחיה — Phethehia, porta domini, siue aperuit dominus. Nomen viri, 1. para. 24. c

פתורס — Phetros, Buccella, roris, aut persuasio vel dilatatio ruinæ vel distillationis. Nomen regionis, quæ Arabia petrea dicitur, isa. 11. c

פיבל — Phethrusim, Idem. p. n. Filius Mesraim, gen. 10. b

Phicol, Os omnium, id est omnis lingua, aut oris perfectio, siue cõsummatio. princeps exercitus Abimélech regis Geraræ, gene. 21. c

Phihahirot, Os vel labium libertatis, aut os scul-

 ptum,

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptum,ab ore,non osse. Nomẽ loci,in quo castrametati sunt Hebræi,reuertentes de Ægypto,exod.14.a. siue quarta mansio Hebræorum,num.33.a

φιλαδελφία Philadelphia, Amor fratris vel fraternitatis. G. Ciuitas decapolis est iuxta Plinium lib.5. cap.18.& Strabo in 16. ad cuius ecclesiam Iohannes scripsit, apoc.1.& 3.b

φιλάρχης Philarches, Amator principis. G

φίλημον Philemon, Diosculans. G.

φιλάτ Philethus, Amabilis. G. Vir quidam, qui à fide Christi excidit,2.timoth.2.c

φιλιππήσιοι Philippenses, Bellicosi, siue amatores equorum. G.

φίλιπποι Philippi, Bellicosi, siue amatores equorum. G. Macedonię vrbs apud Stridonem fluuium ab conditore Philippo Græciæ domitore sic appellata, act.16.b. 20.b.1.thes.2.a

φίλιππος Philippus, Bellicosus. vel amator equorum. G. Pater Alexandri regis, 1. machab.1. a. Frater item Herodis,procurator Iturææ & Trachonitidis cõstitutus à Romanis,luc.3.a. Est & nomẽ apostoli,matt. 10.a.iohan.1.f. Nomen cuiusdam diaconi,act.6.b

פלשת Philisthæa, Conspersa, scilicet cinere vel puluere, siue ruina appositа , vel ruina duplex, seu ruinæ potus, vel cecidit bibens,isa.14.g

פלשתים Philisthæi, Conspersi, scilicet cinere vel puluere, aut ruinę appositæ , vel ruinæ duplices , siue ruinæ potus,aut ceciderunt bibentes,2.para.17.c

פלישתי Philisthæus, Idem.s.n.1.reg.17.d

Philisthijm, Idem.p.n. Nomen populi,gene.10.b

φιλολόγος Philologus, Amator literarum, vel amator verbi. G. Nomen viri,rom.16.b

φιγόμετρος Philometor, Amator matris. G. Ptolemæus Philometor,2.mach.4.d

פינחס Phinees, Aspectus vel facies confidentiæ vel protectionis. Filius Eliazari filij Aaron , exod.6.d. Filius item Heli sacerdotis,1.reg.1.a. Heb. Phineh es.

פנון Phinon, Gemma, siue aspiciens, aut os æternitatis, vel os filij: aut ex Hebræo & Syro, os piscis, ab ore, non ab osse. Ciuitas Idumæorum,gene.36.d

פישן Phison, Oris mutatio siue multitudo, aut extensio. Magnum Indiæ flumen est è paradiso fluens,gen. 2.quod ab Eusebio & Hieronymo in quæst. Heb. Ganges,dicitur, siue Getha Iosepho lib.1.cap.2. Iud. antiq. Salomon cõmentator Nilum vocat,gen.2.b

פתם Phitom, Buccella eorum, aut oris consummatio, siue persuasio vel dilatatio eorum. Nomen vrbis quam ædificauerunt filij Israel Pharaoni regi Ægyptiorum,exod.1.b

פיתון Phithon, Buccella eius, aut persuasio vel dilatatio eius vel oris donum. Filius Micha filij Meribbáal, 1. para.8.d.9.f.

φλέγον Phlegon, Comburens. G. Viri nomen,rom.16.b

פוכרת Phochéreth, Oris exterminatio, vel oris concisio. Nomen viri,1.esd.2.c

φοίνιξ Phœnix, siue Phœnicia, Rubea, vel purpurea, aut palma,scilicet arbor. G. Syriæ pars est, in qua Sidon & Tyrus amplissimæ vrbes sitæ sunt Straboni lib. 16. Geograp. De Phœnicia plura Pomponius Mela lib.1. Geograph. Plinius lib.5 cap.12. nat.hist. Hieronymus refert huius partes Samariam , Galilæam, aliásque regiones.act.11.c. Est & portus Crete huius nominis,act.27. c

φοίβη Phœbe, Lucida, vel pura. G. Mulieris nomen, romanorum,16.a

פיעור Phogor, Hiatus, vel apertio. Mons in terra Moab in supercilio Lybiadis , respiciens solitudinem , in quem Balac rex Moab Balaam ariolum duxerat ad maledicendum Israeli, num.23. In hoc Baal à gentibus fuit cultus,num.25. Iuxta hunc in valle sepultus est Mosę, deut.34. Est etiam idolum Moabitarum, num.25.d.deut.3. & 4.ios.22

פעלתי Phollati, Opera mea, siue opus meum. Nomen viri,1.para.26.a

פורתא Phorátha, Fructificatio, siue multiplicatio aut sortilegus. Filius Aman filij Amadátha,esth.9.b

פסח Phosech, Fragmentum tuum, siue diminutio tua. Filius Iephlat filij Hebet filij Barie,1.para.7.g

φρυγία Phrygia, Sicca, vel ardens. G. Asiæ minoris regio amplissima, a septentrione , Galatiæ contermina : à meridie, Lycaoniæ, Pisidiæ, Mygdoniæ : ab oriente Cappadociam attingit.ita Plinius in. 5. cap.32. nat. hist. Hieronymus scribit duas Phrygias : quarum maior Smyrnam habet , minor verò Ilium . Phrygiam peragrauit Paulus, act.2.b.16.b

φρύξ Phryx, Siccus, vel ardens. G 2.mach.5.d

פוה Phua, Hic, aduerbium loci,aut os,oris. Filius Issachàr,gene.46.b

פועה Phua,exod.1.c, Gemens,vel vlulans,aut apparẽs. Nomen obstetricis cuiusdam Hebræorum.

פואה Phua,iudic.10.a, Angeluus,aut coma. Pater Thola ducis in Israel. Filius Issachar filij Iacob,1.para.7.a

פול Phul, Ruina,aut faba. Rex Assyriorum, 4.reg. 15. d.1.para.5.d

פוני Phunitæ, Aspiciens,vel facies mea,num.26.c

פנון Phunon, Gemma, siue aspiciens . Nomen loci in quo castrametati sunt filij Israel, profecti de Salmona,num.33.f

פור Phur, Sors,esth.3.b

פורים Phurim, Sortes,esth.9.f

פוט Phut, Aphrica,aut Syriacè,crassa,vel pinguis. Filius Cham,gene.10.a.à quo Libyes.

פותי Phuthæi, Seducens,aut buccella, siue latitudo. Filius Sobal filij Hur primogeniti Caleb ex Ephráta concubina,1.para.2.g

פוטיאל Phutiel, Aphrica dei,vel ex Syro & Hebræo,pinguedo dei. Nomen viri,exod.6.d

פוטיפר Phutiphar , Aphricæ taurus , aut ex Syro & Hebræo,faginatus taurus,vel pinguedinis fructificatio. Eunuchus Pharaonis,gene,37.g

פוטיפרע Phutiphar,gene. 41.f.46.c. Ex Syro & Hebræo, pinguedinem dissipans , vel pinguedinis denudatio: aut Syriacè,pinguedinis vindicta. Nomen sacerdotis vrbis Heliopoleos,soceri Ioseph filij Iacob.

φύγελ Phygellus, Fugitiuus. Vir quidam,de quo paulus 2.timoth.1.de

P I

גמרים Pigmæi, Hebraicè dicitur Gamadim:& interpretatur Nani, vel cubitales. Nomen populi,ezech.27.b

בכחש Pila, Hebraicè dicitur Machthes, id est contusio, vel pila,aut mortariolum. Nomen loci,sopho.1.c

πιλάτ Pilatus, Constringens , vel constrictus. Nomen procuratoris Iudææ à Romanis constituti,luc.a: qui Christum morti adiudicauit,matth.27.c.luc.3.a.3

πισίδια Pisidia, picea,id est pice denigrata. G. Minoris Asię prouincia est, de qua plin.lib.5. cap.27. Hæc Antiochiam insignem vrbem habet, Strabo lib.12. Memi nit ipsius & Lucas, act.13.& 14.d

πιστικὴ Pistica. Fidelis. G. iohan.12.a

P O

פלוני Polonites, Cadens,aut occultus. Vide phallonites & phelonites.

ποντικός Ponticus, Ex ponto regione Asiæ,act.18.a

πόντιος Pontius, Marinus. G. prænomen pilati procuratoris Iudææ,matth.27.a

πόντος Pontus, mare. G. Lata regio Asiæ ad mare ponticum quod idem & Euxinum, Asiam, Europámque disterminans,appellatur,sita. Cappadociam. Armeniam, Colchi iem,aliásque prouincias complectitur. De hoc Strabo lib. 12. ptolemæus in quinto , cap.1. act.2.b. Hebraicè dicitur Elasar: & interpretatur auferens deus , vel ablatio dei, siue recedens à deo , genesis,14.a

אלסר Portius, Vitulus,aut vitulinus. G. prę ses palesthinæ & Iudææ,cognomento Festus,act.24.g

πόρτιος Posidonius, potum præbens. Nomen vri,2. machab.14.c

ποσειδώνιος

P R

מפלצת Priapus, In Hebræo est, Miphlésęth, & interpretatur simulachrum, siue tremor, vel concussio. Nomen idôli,3.reg.15.b.2.para.15.d

Prisca, Latinum est , id est antiqua. Adiutor fuit pauli,rom.16.a

Prisc-

Priscilla , Idem: diminutiuum à prisca. Vxor Aquilæ Pontici,act.18.a

προβατικὴ Probatica, Ouina, id est locus vbi pecora sacrificã da tenebantur. G. iohan.5.a

πρόχορος Prochorus. Expeditus vel facilis, aut promptus vel paratus. G. Nomen diaconi,act.6.b

προσήλυτος Proselytus, Aduena, vel peregrinus. G.act.2.b

P T

πτολεμαὶς Ptolemaida, Bellicosa. G

πτολεμαίς Ptolemais, Idem. G. Ciuitas est in Iudæa, maritima, prope montem Carmelum, quæ quondã à quo dam ptolemæo sic dicta est,act.21.b

πτολεμαῖοι Ptolemæi, Idem.p.n. G.

חלמי Ptolemæus, Sulcus, scilicet qui fit cum aratro: siue suspendens aquas,aut coadunatio aquarum. Græce vero Bellicosus. Filius Dorymini,1.mac.3.c

πτολεμαῖος

P V

פיגסה Pubastus, Os conculcationis, vel contemptus,ab ore Nomen, ciuitas Ægypti,ezech.30.e

Publius, Latinum est,act.28.b

Pudens, Latinum est. Nomen viri,2.tim.4.d

Puteoli, Latinum est Ciuitas colonia Campanię, eadem dicitur Ceadicta,act.28.c

πύῤῥος Pyrrhus, Flauus,rubens. Pater Sosipatris,act.20.a

P Y

Q

Vartus, Latinum est. Nomen viri,rom.16.d

Quintus. Latinum est.

R

רחב Raab,psal,86.a. Superba,aut fortis, vel tumul tuans. Ægyptum esse quidam memorant.

ראיה Raaia, Visio domini. Filius Subal filij Iuda, 1.para.4.a.1.esd.2.c

רעמיה Raamias, Tonitruum domini, siue malum à domino,aut socius à domino,vel pastor à domino. Nomẽ viri,2.esd.7.b

רבה Rabba multa,siue grandis,aut iurgium,siue impugnatio. Vrbs in tribu Iuda,iere.49.a.

Rabbath, Idem Ciuitas filiorum Ammon, deut. 3.b.2.reg.12.f.ier.49.a. Quam Eusebius Philadelphiã esse credit.

Rabbi, Magister. matt.11.c.marc.9.a.iohan.1.f

Rabboni, Magister Syrum est.marc.10.g

רבית Rabboth, Fœnus, vel vsura, aut multitudo, vel iurgium, siue impuguatio. Ciuitas in tribu Issachar, ios.19.b

רב-מג Rab-mag , Multitudinem dissoluens vel liquefaciẽs:aut magister vel princeps liquefactionis, siue magister vel princeps liquefactus vel tabefactus . Princeps quidam, cuius meminit, iere.39.a

רב-שקה Rab-faces Magister vel prępositus bibentium, aut magistri osculum vel facculus , siue multum bibens aut osculans, vel magnus saccus , Princeps in exercitu Nabuchodonosor,4.reg.18.d.

רב-כרוס Rab-sares, siue Rabsaris , Magister vel præpositus Eunuchorum. Princeps quidam sub rege Nabuchodonosor, 4.reg.18.d.iere.39.a

Raca, Vacuus, vel vanus. D.matt.5.d

רכל Rachal, Susurro,aut aromatarius, siue negotiator. Ciuitas,quam Dauid suorum spoliorum participem fecit,1.reg.30.g

רחל Rachel, Ouis. Filia Labã, altera vxor Iacob,ge.29.b

רדי Raddái, Descendens, vel dominans. Quintus filius Isai,1.para.2.b

רעו Ragau, Socius aut pastor eiús, siue malum vel cõfractio eius. Filius phaleg,1.para.1.b: qui Reu gen.11.c scribitur,luc.3.g. Heb. Reu.

Rages, Tempestas. vel commotio. D. Ciuitas apud Medos,tob.1.c

Raguel, pastor dei, aut amicus dei, vel confractio dei Sacerdos in vrbe Madian,socer Moysi, exodi.2.c: qui exod.3.a.dicitur Iethro.

רחב Rahab, Lata, siue dilatata,aut platea . Mulier quæ hospitio susceptt exploratores missos à Iosue in Iericho,ios.2.a

רחביה Rahabia, Latitudo siue platea domini . Nomen viri,1.para.26.c

Raham, Vulua: siue misericordia:aut Syriacè,amicus. Filius Samma filij Hebron,1.para.2.f

רעלית Rahelai , Sopor domini, vel inebrians dominus, aut socius vel pastor ipsi domino . Nomen viri,1.esdræ,2.a

רעואל Rahuel, pastor dei, aut amicus dei, vel confractio dei. Filius Esau ex Basęmath vxore,gene.36.a. Filius Iebanię,1.para1.9.b

ראיה Raia, Visio domini. Filius Subal filij Iuda, 1.para. 4.a.1.esd.2.c

רם Ram, Excelsus, vel sublimis,aut proijciens Filius Esron filij phares,1.para.2.a. Filius ité Ierameel primogeniti Esron,1.para.2.c

רמה Rama, Excelsa vel sublimis, aut proiecta. Ciuitas in tribu Beniamin,haut procul à Gabaon, iosu.18.d. iudic.4.a.19.d. quam reędificauit Baasa rex Israel in Iuda,3.reg.15.c

רמתה Ramatha, Idem. Vrbs Syriæ in monte Ephraim, de qua 1.reg.1.c.15.g. Hieronymus in Thamnitica regione iuxta Diospolin sitam scribit.

רמתים Ramathaim, Idem.p.n. Ciuitas eadem quę Rama & Ramatha. Dicitur & Arimathea,1.reg.1.a

רמתי Ramathites, Excelsus siue exaltatus,aut proijciens vel proiectus,1.para.27.d.

רמת לחי Ramath-lechi, Eleuatio maxillæ. Nomen loci,iud. 15.g.

רעמסס Ramathæ, Excelsa, vel sublimis , aut proiecta. D. Ciuitas,1.mach.11.d

Rameses, Tonitruum, vel exprobratio tineæ,aut malum delens siue dissoluens, vel confractionem dissoluens,aut confractus à tinea . Ciuitas est in extremis finibus Ægypti ab Israelitis cõdita,olim(vt Hieronymus ait in Hebraicis quæstionibus)pagus Arsenoites, dicta fuit,gen.47.c.num.33.a

רמת Rameth, Sublimis vel excelsa,aut proiecta . Ciuitas in tribu Issachar,ios.19.b

רמת Ramoth, Idem.p.n. Ciuitas sacerdotum atque fugitiuorum est in tribu Gad,non procul à monte Galaad,ios.13.d.1.re.30.g

רמות Ramoth,deut.4.g.ios.20.c.3.reg.22.a.1. para.6.g. Videns mortem vel intuitus mortis, vel altitudines eadem ciuitas quæ & רמת. Ramoth prior.

רפא Rápha, Medicina, vel medicus,aut relaxatio, vel gigas. Filius Beniamin,1.para.6.a: qui gen.46.c.dicitur Echi. Filius item Baana,1.para.8.d.20.d

רפה Rapha ,1.par.7.e. Relaxatio laquei. Nomen viri,

רפאל Raphael, Medicina dei. Nomen viri,1.para.26.a

רפיה Raphaia, Medicina domini, siue relaxatio domini. Filius Iesęiæ filij phaltiæ,1.para.3.d.4.g. Filius Thola 1.para.7.a. Filius Baana,1.para.9.g

רפאים Raphaim, Gigantes vel medici,aut relaxati. populi sunt, quos Moabitæ, Emim: Ammonitæ, Zomzommim vocant, deut.2.c. d. Vide Emim. Item nomen vallis iuxta Ieruſalem,ios.15.b.isa.17.b

רפידים Raphidim, Reclinatoria, siue stramẽta,aut remissę manus, vel medicina manuum. Locus in solitudine, non procul,ab Horeb monte, vbi vndecima Israelitarum mansio fuit,exod.17.a.num.33.b

Raphon, Medicina, vel relaxatio, aut gigas. D. Ciuitas,1.mach.5.d

רפוא Raphu, Idem,pater phalti,num.13.a

רצין Rasin, Voluntas, vel voluntarius, aut cursor , siue veredarius. Rex Syriæ, 4.reg.16.a.1.esd.2.c

Relias, Secretum domini, vel mysterium domini D. Nomen viri,2.mach.14.f

רזון Razon tenuis, vel macilentus, siue secretum, aut secretarius, vel princeps. Filius Eliada,3.reg.11.c

R E

רבע Rébe, Quartus vel quadratus, siue accubans, vel accubatio. Rex Madianitarum,num.31.a.ios.13.c

רבקה Rebecca, Saginata, siue impinguata, aut contentio obtusa, vel contensio impedita. Filia Bathuel filij Nachor vxor Isaac,gen.22.d

רבלה Rebla, siue reblatha, rixa, vel magnitudo illi, aut iurgium inueteratum vel conturbatum, siue iurgiũ defluens. Ciuitas Syriæ,num.34.c.4.regum,23.g.25.

b: quæ

b:quæ postea(vt Hieronymus tradit) Antiochia dicta est. Postremo, Iustiani principis tempore (Volaterrano lib.11.authore) Theopolis dici cœpit

רקה Recca, Vacuitas, siue sputum aut saliua, vel tempus, quod pars capitis est. Ciuitas in tribu Nephthali,ios.19.c

רסם Recem, Vacuus, aut vanus vel pictura varia, aut saliua eorum. Ciuitas in tribu Beniamin, ios.18.d. Nomen ducis,ios.13.c. Filius Hebron,1.para 2.f. Rex itē Madianitarum, nu.31.a:quem Iosephus lib,4.scribit sui nominis in Arabia condidisse vrbem:à Græcis postea Petram dictam.

רכה Recha, Tenera, vel delicata. Nomen viri, 1. paralipomenon, 4.c

רכב Rechab, Quadriga, aut equitatus, vel equitans. Pater Ionadab, 4.reg.10.d. Filius Remmon Berothitæ, 2. reg. 4.a. 1.para.2.g

Rechabitę, Idem.p.n.iere,35.a

רעמה Reema, Tonitruum, siue exprobratio, aut malum quoddam, siue societas quędam, vel confractio quædam. Regio sic dicta à Regma filio Chus, ezech. 27.e

ῥήγιον Regium, ruptura vel fractura, quoniã illic terra rupta est inter regnum Neapolitanum & Siciliam. G. Siciliæ ciuitas maritima, viginti millia passuum à promontorio peloro secreta.act.18 c

רעמה Regma, Idem quod reema. Filius Chus, gene.10.a

רגם Regom, Lapidans, vel lapidatus, aut purpureus. Filius Iahaddai, 1. para.2.f

רהום Rehum, pius, siue misericors: aut Syriacè, amicus. Nomen viri,1.esd. 2.a

רעי Rei, Socius, aut pastor, siue malum vel confractio mea. Nomen viri,3.reg.1.a

ראיה Reia, Vitio domini, Filius Ioel,1.para.5 c

רמיה Remeia, Sublimis vel excelsus dominus, aut proiectio domini. Nomen viri,1.esd.10.d

רינו Rempha, pro hoc in Hebręo est Chiun, quod interpretatur placenta, id est torta adipe conspersa, siue præparatus, aut compositus. Hebræi vero dicunt, Chiun lingua Arabica vel punica Saturnum significare Idolum,act.7.e

רמון Remmon, Malum granatum, siue altitudo. Ciuitas in tribu tam Iudę quã Simeonis,ios.15.e.19.a. Itē Petra in tribu Beniamin, iudic 20.g. Vallis item apud Zachariã,14.b, siue ciuitas secundum Lyranum, non procul à Mageddo, quæ à quibusdam nunc Maximia nopolis dicitur. Sic vocabatur & pater Baana & Rechab seruorũ Isboseth,2.re.4.a. Nomẽ idoli,4.re.5.e

רמון-פרץ Remmon-phares, Mali granati diuisio, aut malum granatum diuisionis vel altitudinis diuisio. Decima sexta Israelitarum mansio,nu.33.c

רמונו Remmono, Malum granatum eius, siue altitudo eius. Ciuitas sacerdotum in tribu Zabulon,1. pa.6.g

Resa,luc.3.g. Caput, vel voluntas, aut cursus. D.

רשת Reseph, Volucris, aut diabolus, vel sagitta, scilicet ignita. Nomen viri.1.para.7.e

רצף Reseph,4.re.19.c.is. 37. c, Pauimentũ, vel extensio aut pruna, id est calculus ignitus. Vrbs Syriæ, vt ait Hieronymus. Alij dicũt fuisse Petrã, Arabię ciuitatẽ.

רסן Resen, Frenum. Ciuitas ab assur ędificata inter Chale & Niniuen,gen.10 b

רציא Resia, Voluntas, aut voluntarius, siue cursor, aut vererarius, Filius Olla,1.para.7.g

רצפה Respha, Extensio, siue pauimentum, aut pruna, id est calculus ignitus. Concubina Saul, filia Aia,2. reg.3.a

רסה Ressa, Irroratio, vel stillicidiũ. Nomẽ loci in quo castrametati sunt filij Israel profecti de Lebna,nu.33.c

רתמה Rethma, Iuniperus, siue sonitus, aut strepitus. Locus ad quẽ venerunt filij Israel de Aseroth nume 33.c

רעו Reu, Socius vel amicus aut pastor, siue malum, aut confractio. Filius Phaleg,gen.11.c.qui ragau 1.parali. 1.b.dicitur, ijsdem tamen consonantibus & punctis apud Hebræos.

R H

ῥόδη Rhode, rosa. G. Nomen puellę, act.12.c

Rodochus, roseus currus. G ῥόδοχος

Rodus, Rosa. G. Cycladum insularum nobilissima, & ab oriente prima, quondam Ophiusa vocata, distans à portu Alię nonaginta millibus passuum, act.21.a ῥόδος

R I

ריבי Ribai, pugnans, vel obiurgans, siue multiplicans. pater Ithai,2.reg.23.d

רנה Rinna, Canticum, siue exultatio. Filius Simeonis 1.para.4.c

ריפת Riphath, Medicina, siue relaxatio, vel bouile, hoc est vbi boues claudũtur. Filius fuit Gomer,gen.10. a. Ab hoc Riphæi dicuntur, qui paphlagones cognomentum sortiti sunt.

R O

רועה Roaga, Saturatus vel inebriatus meditatione vel eloquio, aut saturatus vel inebriatus abstractione, vel separatione. Filius Somer filij Heber,1.paralipomenon,7.g

רחבעם Roboam, Dilatans populum, aut latitudo vel platea populi, siue odor vel odorans cum populo. Filius Salomonis,3.reg.11.g.1 para. 3.b

רוגל Rogel, pes, siue pedestris, aut ex plorans vel delator siue accusator: aut Syriace, cõsuetudo. Fons prope Ierusalem in tribu Iuda ad septentrionem, ios.15. b.18.c.3.reg.1.b

Rogelim, Idem.p.n. Nomen loci.2.reg.17.g

רגם-מלך Rogom-mèlech, Lapidans regem vel consiliariũ, aut purpura regis vel cõsiliarij. princeps Darij regis, zach.7.a

רחב Rohob, Latitudo siue dilatatio, aut platea. Ciuitas Leuitarum in tribu Aser,ios.13.b.19.b.1.para.6.g. Rex Soba,2.para.8.a

רחביה Rhohobia, Latitudo siue dilatatio domini, aut platea domini. Filius Eliesер filij Moysi,1.para.23.b

רחבות Rohoboth, Latitudines, siue dilatationes, aut plateę. Ciuitas Idumææ est prope flumen: patria Saulis Idumæorum regis,gen.36.d. Legitur gene.13.b, Et ædificauit Niniue, & plateas ciuitatis. pro, plateas ciuitatis, L X X transferunt τυὴ ῥωβὼθ πόλιν, id est rohoboth, ciuitatem. ficque Chaldæus interpres. tunc ciuitatis nomen erit ab Assur constructę.

רומה Roma, Excelsa, siue sublimis, aut rhinoceros, vel intuens nimis. Concubina Nachor fratris Abraham gen.22.d

Roma, Ciuitas Italiæ Valens vel valentia, aut potens vel robusta. G. ῥώμη

Romani, Idem.p.n.G iohan.11,f.act.2.b.22.g ῥωμαῖος

Romani,dan 11.e.pro hoc,in Heb.est Chithim, & interpretatur cõterentes, vel contritio maris, siue diadema, aut aurũ, vel tinctura: aut ex Syro & Hebræo coaceruatio maris. Vide Cethim & Italia. כתים

Romanus, Valens, siue potens, aut robustus. G. ῥωμαῖος

רמליהו Romelia, Excelsus domini, siue celsitudo domini aut proiectus à domino. pater phacee regis Israel, 4. reg.15.e.16.a

רממתי-עזר האש Romemthi-ezer, Exaltans adiutorem vel auxilium, siue exaltaui atrium. Nomen viri,1.par.25.b

ראש Ros, caput, vertex, summitas, siue principium. Filius Beniamin,gen.46.c

עטרת Roth, coronæ, siue calamus inebriationis vel saturitatis: aut ex Syrõ & Hebræo, consilium inebriationis vel saturitatis. Ciuitas tribui Gad data in possessionem, nume.32.g. Heb. Atroth: & iungitur sequenti dictioni Sophan, vt ambæ nomen sint vnius ciuitatis, Atarothsophan.

R V

ראשה Ruben, Videns filium, vel visio filij, aut visionis filius. Filius Iacob ex Lia,gen.29.f

Rubenitæ, Idem.

Rubenites, Idem,1.para.11.g

Rufus, Latinum est, mar.15.b.rom.16. b. Nomen viri.

רומה Ruma, Excelsa, siue sublimis, aut proiecta. ciuitas in tribu Ephraim, ios.15.f.iudic.9.f.4.reg.23.g: quę alias rẽphtis, itẽ & Arimathęa, teste Eusebio vocatur

Ruth,

רות Ruth, Saturata, vel inebriata. Vxo Mahalom filij Elimelech Beth-lehemitę, ruth,1.a

S

שעה Saaph, cogitans, aut qui volat vel præuolans. Filius Iahaddai,1.para.2.f

שאל Saal, Postulans, siue postulatus, aut commodatus, siue sepulchrum, vel infernus, aut fouea. Nomen viri,1.esd.1.d

צענים Saananim. Motiones vel motus, dormiẽtis. Ciuitas est limes tribus Nephthali,ios.19.c

שערים Saaráim, Portæ siue æstimationis, aut appretiationes, vel capilli, siue ordeum, aut tempestas, siue dæmones, aut pilosi, vel hirci, Ciuitas in tribu Iuda, in qua posteri Simeonis habitauerunt,ios.15.e.1.paralipomenon,4.e

שבא Saba conuersio, siue captiuitas, aut canities, vel sessio. Filius Regma,genesis, 10.a: à quo ciuitas regalis Æthiopiæ nomen accepit,3.reg.10.a.isa.60.b. Hãc Iosephus libro secundo, Cambyse rege Meroen ex sororis vocabulo cognominatam scribit. Filius item Sectan,gene.10.d. Postremo sic nominabatur filius Iecsan,gen.25.a

סבא Saba,gene.10.a.1.para.1.a, vbi dicitur, Saba, & Euila. Psalm.71.isa.43.a. interpretatur circuitio, aut ebrius: vel syriace, senex. Filius Chus. Inde Sabæi populi qui Fœlicem Arabiam incolunt, sunt dicti. Est & Arabum metropolis nomine Saba, in monte sita.

Sabaa,1.reg.13.d. vbi dicitur, In terra sabaa. ista nõ sunt in Hebrẽo.

שבתחני Sabacthani, Dereliquisti me Chaldaicuum verbũ, matt.27.e

שבאים Sabaim, Circuitiones, aut ebrii: vel Syriace, senes, isaię.45.c

Sabam, Idem quod sequens dictio sabama, & eadem ciuitas,num.32.a

שבמה Sabama, siue sabam, Conuersio siue captiuitas nimia, aut canities vel sessio multa. Ciuitas quam ædificauerunt filij Ruben,num.32.g.ios.13.c.isai.16.c

שבניה Sabania, Conuertens vel captiuans dominus, aut intelligens vel ędificans dominus, siue intellectus vel filiatio domini. Nomen viri,2.esd.9.a

צבאות Sabaoth, Exercitus. p.n. siue militię, fortitudinis. ierem.11.d

שבדים Sabarim, cõfractiones, siue spes, vel expectationes, aut frumenta. Locus est trans Iordanem in terra Amorrhæorum, qui à frangendo hoc nominis inuenit siquidem ibi Israelitarum acies fracta est, ios.7.a

עברים Sabarim, Ezech. 47. c. Circuitus altitudinis: aut syriace opiniones, vel cogitationes, aut sperantes, vel spes. Nomen loci.

שבט Sabat, Sceptrum, vel virga, aut tribus. Mensis, quandoque Februario nostro respondens, zacharias 2.b

סבתה Sabatha, Circuitus, vel circuiens, aut causans aut syriace, senectus: Filius Chus,gen.10.a. Ab hoc sabatheni, qui à Græcis Ab astabari dicuntur, nomen claturam sortiti sunt.

סבתכא Sabatacha, Circuiens percussionem, vel causa percussionis: aut ex Syro & Hebræo, senectutis percussio. Filius Chus, gene.10.a

שבתי Sabbathái, sabbathum meum, vel requies, aut cessatio mea nomen viri,2.esd.11.c

שבתשבת Sabbathismus, Requies, vel cessatio. D. Heb.4.c

שבת Sabbathum, Requies, siue cessatio.4.reg.4.d

שבעי Sabbee, Septem, vel septimus, aut saturitas, siue iramentum. Ciuitas in tribu Simeon, ios.19.a

שבא Sabæi, Captiuans, siue conuertentes, aut cani, vel sedentes. Populi, iob,1.c

שבר Saber, Confractio, aut spes, vel fermentum. Filius Caleb ex Maacha, concubina,1.para.2.f

סבכא Sachacha, Vmbraculum, vel operimentum, siue protectio: aut vnctio: vel syriace, speculatio. Ciuitas in tribu iuda, ios.15.g

שכר Sachar, Merces, siue pretium, aut ficera, vel ebrietas. Nomen viri,1.para,11.g. qui 2.reg.23.d, dicitur Sarar,1.para.26.a

Sadducæi, iusti, aut iustificati: vel syriacè: sciscsi, vel scismatici. D. secta inter Iudæos, negans esse resurrectionem, act.5.d.23.b.luc.20.d

צדוק Sadoc, Iustus, aut iustificatus. Filius Achitob,2.regum,8.d.1.para.6.a. Est & nomen sacerdotis, 2. reg. 16.e. Filius item Meraioth,1.para.9.b

שגה Sage, Ignorans siue comprehendens, vel attingens aut syriace, multus, siue multiplicans. Nomen viri,1. para.11.g

צחר Sahar, Lucidus, aut candidus. Filius Ashur ex Haiaa vxore,1.paral.4.b

צהר Sahar, Lucidus, vel Candidus. Filius Simeon filij Iacob,gene.46.b. Heb. Sohar.

שחרים Saharaim, Nigri, vel turbidi, aut matutinãtes, vel mane euntes. Nomen viri,1.para.8.a

Salabim, Respiciens corda, siue pugnus vel pugillus in mari, aut vulpes in mari, vel semita in mari. Vide salebim.

שעלבני Salaboni, Vulpis intellectus vel filius, aut vulpis ædificium, vel pugilli aut pugni ædificium vel intellectus, siue semita ędificij vel intellectus, aut filij. Nomen loci,2.reg.23.d

Salabonites, Idem.1.para.11.g

שלחי Salai, Missio vel mittens, siue ramus aut propagines, vel telum, aut arma, scilicet missilia vel Syriace, spolians vel spoliatus. Mater Aza,3.reg.22.f.

שלמיאל Salamiel, Pax dei, siue perfectio dei, aut retributio dei. Filius Surisaddai, princeps suæ tribus Simeon, nume.1.a

Salamina, siue salamis, Commota vel conquassata aut fluctuans. G. Insula Cypri in mari Euboico, cõtra Athenas, velut author est Pomponis Mela li.2.& strabo lib.14. In ea insula, est eiusdem nominis oppidum, teste Plinio lib,5.cap.31. quod postea appellatũ Cõstantia authore Hieronymo. Hoc Iudæi funditus demoliti sunt Traiani principis temporibus, extinctis omnibus accolis, velut scribit Eusebius in Chroni. & Hieron. In Salamine Paulus & Barnabas annuntiauerunt sermonem dei,act.13.a σαλαμίνα

שלתי Salathi, Vmbra, siue tinnitus, aut assans vel torre faciens: aut syriace, orans. Nomen principis militum 1.para.12.d

שאלתיאל Salathiel, Postulatus dei siue commodatus dei. Pater Zorobabel ducis Iuda, agg.1.a.1.esd.3.e. Filius Iechoniæ filij Ioacim,1.para.3.c

שלח Sale, Missio, vel mittẽs, siue ramus aut propagines vel telum: aut arma, s. missilia: aut syriace, spoliãs vel spoliatus. Filius Arphaxad,gen.10.d.lucæ.3.g. dicitur filius Chainan filij Arphaxad.

שעלבים Salebim. Respiciens corda, siue pugnus vel pugillus in mari, aut vulpes in mari, vel semita in mari. Nomen loci,iudic.1.g.3.reg.4.a

סלכה Salecha, Canistrum tuum, aut eleuatio siue concultatio tua. Ciuitas in Basan, ios.12.a

סלו Saled, afflictio: vel syriace, calefactio vel adustio. Filius Nadab filij Semei filij Onam,1. paralipomenon, 2.d

שלם Salem, Pax. Nomen vrbis in sichimis, quę est in terra samariæ, ciuitas Iacob, sita in finibus Ephraim. Videtur quoque dicta sichem. Hæc non est Ierusalem gen.33.d. Alia fuit salem, Vide Ierusalem.

שלמת Salemoth, Pacificatio, siue perfectio, aut retributio. Nomen viri,1 para.24.c

שלח Saleph, Euaginans, vel euellens, aut discalcians. Filius Iectan,gene.10.d

שעלים Salim, Vulpes. p.n. aut pugilli, siue pugni, vel semitæ. Nomen loci,1.re.9.a.iohan.3.c.

שלישה Salisa, Trina, aut principalis, siue ternaria, vel principissa, aut ducissa. Regio est,1.reg.9.a.

שלם Sallem, Pax, siue perfectio aut retributio. Filius Nephthali,gene.46.c: qui sallum,1. paralipomenon, 7.c. dicitur.

שלמא Salma, Pax, siue perfectio, aut retributio, siue vestimentum. Filius Nahasson filij Aminadab.1.pa.2.b qui salmon & salma in fine quarti cap. Ruth dicitur.

Filius Item Hur primogeniti Caleb ex Ephratha con-

concubina,1.paralipomenon.2.g

שלמן Salman, Pacificus, siue perfectus, aut retribuens. Nomen regis cuiusdam, de quo Osee,10.d

צלמנע Salmana, Vmbra prohibita, aut vmbra vel imago commotionis, vel tinnitus cõmotionis, vel submersio prohibitionis aut commotionis. Rex Madian, iudic.8.b.psalm.82.c.

שלמנ-אסר Salmanasar, Pax ligata, siue perfectio vel retributio ligata: aut pax vel perfectio siue retributio nunc ablata vel nunc recedens, Rex Assyriorum, 4.regum 17.a

שלמיה Salmias, Pax domini: siue perfectio aut retributio domini. Nomen viri, 1.esd.10.d

שלמן Salmon, Pacificus, siue perfectus, aut retribuens. Filius Nahasson filij Aminadab, ruth, 4.d: qui & ibidem, & 1.para.2.b, dicitur Salma.

σάλμων Salmon, Fluctuatio, vel commotio aut conquassatio. G. Ciuitas maritima Cretæ insulæ act.27.b

צלמנה Salmona, Vmbræ munus vel numerus, siue tinnitus numeri vel muneris, aut imago nostra. Locus in quo castrametati sunt filij Israel, profecti de monte Hor, num.33.e

סלוא Salo, Canistrum, vel exaltatio, siue conculcatio, aut æquiparatus. Filius Mosollam.1.para.9.b

Salome. Pacifica, vel perfecta, aut retribuens. D. mulieris nomen, marc.15.d

שלמי Salomi, Pacificus, siue perfectus, aut retribuens. Pater Ahiud principis filiorum Aser, num.34.d

שלומות Salomith, Idem.f.g. Filia Zorobabel filij Phadaię, 1.par.3.d.23.a. Filius Roboam, 2.para.11.d.

שלמה Salomon, Pacificus. Filius Dauid ex Beth-sabee vxore Vriæ, 2.reg.5.c,12.f. Heb. Selomo.

Salon, Manens, vel qui manet, aut pacificus, vel abundans: aut Siriace, illudens vel decipiens. D.

σάλον Salon, Fluctus vel commotio. G.

צלפחד Salphaad, Vmbra formidinis, siue tinnitus formidinis, vel assationis, aut submersionis formido. Filius Hepher filij Galaad filij Machir filij Manasse, nu. 26.d.1.para 7.c. Heb. Salphahad.

ישרי Saltus: Latinum est, & est interpretatio huius nominis Iaheri, quod saltum, siue syluam, aut sauum significat. Pater Adeodati, 2.reg.21.d.1.para.20.c

סלוא Salu, Canistrum, siue exaltatio, aut conculcatio, vel æquiparatus. Pater Zamri illius qui cum Madianitide occisus est, num.25.c

שלשה Salusa, Trinus, vel principalis, aut dux. Filius Supha filij Helem, 1.para.7.g

שמע Sama, Audiens, vel obediens. Ciuitas in tribu Iuda ios.15.d. Nomen item viri, 1.pa.8.b. Heb. Hosama.

חושמע Sama exauditus, siue ipse exaudiens vel obediens Filius Iechoniæ filij Ioacim, 1.par.3.c

שמעה vel שמע Samaa, Audiens vel obediens: Frater Dauid. 2.re. 21.d.1.par.6.c. Filius Merari, 1.paral.6.c.12.a. Ciuitas item in tribu iuda, ios.15.d

שמאה Samaa, Nominatus, vel appositus, aut perditio, vel desolatio. Filius Macellot filij Abigabaon, 1.para. 8.c: qui 9.f. dicitur Samaam.

שמאם Samaam, Nomen matris vel gentis, aut nomen timoris, vel ponens timorem, aut appositus matri vel genti, aut ibi timor, vel mater aut gens. Filius Macellot, 1.para.9.f. qui 8.c. dicitur Samaa.

סמך Samach, Adhærens vel innixus, aut iunctus.

סמכיהו Samachias, Adhærens domino, vel innitens, aut iunctus domino. Nomen viri, 1.paral.26.a

שמו Samad, Destruens siue exterminans, aut conterẽs Filius Elphaal filij Mehusim, 1.para.8.b

שמעית Samaia, siue samaias, Audiens, dominũ, vel obediens domino. Pater Semri patris Idaię. 1. parali. 4.f. Filius Ioel, 1.para.5.a. Vir Gabaonites, 1. para.12.a

שמחות Samaoth, Desolatio, vel perditio, aut ituper, siue ibi iniquitas, aut nomen iniquitatis, vel desolans aut perdens, iniquitatem. Nomen viri, 1.para.27.a

גמריס Samaráim, Lanæ, aut medullæ, s. arborum. Ciuitas in tribu Beniamin, ios.18.d

שמות Samarath, Custodia, vel adamas, aut vepres, vel spina, seu fex. Filius Semei, 1.par.8.b.

גמרי Samaræus, Lanæ, vel medulla, scilicet arborum. Filius Chanáan, gen.10.c. Hic Edessem incoluit.

שמרון Samaria. Custodia, vel adamas, aut vepres, vel spina, seu fex eius. Nomen mõtis, 3. reg.16.e. Vrbs item Syrię inter Iudęam & Galilæã media, authore Iosepho lib.3.cap.2.a.ab Amri Israelitici populi rege condita. Iste enim, Simeron siue Sameron, vel (vt transtulit interpres noster) Samariam montem à quodã Semer emit: ciuitatémque quam in montis vertice extruxerat, à vendentis nomine, Simeron, siue (vt transtulit noster interpres.3.reg.16.e) Samariam appellauit. Hac deinde reges Israelitarum pro regio vsi sunt Alias, vt Eusebius testatur, Echenias est dicta. Mox post Hircani Iudæorum pontificis expugnationem, ab Herode rege iterum ædificata, atque in honorem Augusti, Greco vocabulo σεβαστὴ nominata est Stephano Neapolis quoque nominatur, iosu.11.a.4. reg.6.f.isaię,7.b.10.b

שמריהו Samaria, siue samarias.1.para.12.a.1.esd.10.d. Custodia domini, aut adamas domini, seu vepres vel spina domini Nomen viri.

שמרים Samaritani, Custodes, vel adamantini, siue spinosi, aut fæces, vel sęculenti, luc.9.f.

Samaritanus, Idem s.n.luc.17.d

Samaritę, Idem quod samaritani.

גמרי שמרו- מראון Samarites, Lana aut lanę, vel medulla, s. arborũ.

Sameron, Custos amaritudinis vel myrrhæ fortis, vel doloroſæ aut iniquæ, aut adamas vel spina siue fex, myrrhæ doloris aut iniquitatis vel fortitudinis. Heb. Sameronmeroon, ios.12.d

שמגר Samgar, Nominatus aduena, siue ibi peregrinus vel certans, aut nominis.ruminatio, vel desolatio siue stupor aduenæ vel ruminãtis aut certantis. Filius Anath, iudex in Israel, iudic.3.d

שמיר Samir, Custodia, seu vepres, vel spina, aut adamas vel fex. Ciuitas in tribu Iuda, in mõtanis Ephraim, ios.15.f.iudic10.a. Nomen viri, 1.para.24.d

שמה Samma, Perditio siue desolatio, vel stupor, aut ibi, siue nomen aut nominatus, vel appositus. Filius isai patris Dauid, 1 reg.16.b: qui 1, paralip.2.b, dicitur simmaa. Filius Rahuel filij Esau: gen.36.b.1.para.1.c. Filius Supha filij Helem, 1 para.7.g.

שמע Samma, 1.para.2.f.8.b. Audiens, vel obediens. Filius Hebron Filius item Azaz, 1.para.5.a.11.g

שמי Sammai, Nomen meum, aut desolatio vel perditio mea, siue stupor, aut cœli. Filius Recem filii Samma, 1.para, 2.f. Filius Ezra, 1.para.4.c

שמוע Sammúa, Audiens, vel obediens, Filius Zechur, num.13.a. Filius Dauid, 1.par.3.b.

שמות Samoth. Nomina vel desolationes, aut perditiones siue stupefactiones. Nomen viri, 1, para 11.f

σαμοθρᾴκη Samothrace, Arenosa & aspera. G. Insula in sinu Pacusiaco, eregione Thraciæ: sic dicta quod eam insulam samii & Thraces incoluerint. Acto.16.b

שמרי Samri, Custodiens, siue spina aut fex, vel adamas Nomen viri, 2.par.29.c Pater Iedihel 1.par.11.g

שמשי Samsái, sol meus, aut nomen muneris, siue ibi munus: aut Syricè, minister. Nomen viri.1.esd.4.b

Samsame, Nomen auditum, vel famosa auditio. D. Nomen loci, 1.mac.15.d

שמשרי Samsari. Nomen cãtantis vel dominantis, aut ibi cantor, vel ibi dominans. Filius Iehoram.1. paralipomenon 8.c

שמשון Samson, Sol eius, aut nominis iteratio vel secundatio siue mutatio, vel nomen dormientis, aut ibi dormiens: vel syriace seruitium aut ministerium eius. Filius Manue, iud, 14.d

שמואל Samuel, Positus à deo, aut nomen eius à deo. Filius Thola filii Issachar, 1.parali 7.a. Filius Elcanæ ex Anna vxore altera, propheta, 1.reg.1.c.1.para.6.c

שמוע Sammua, Audiens, vel obediens. Filius Dauid, 2. reg.5.c.1.par.14.b: qui Sammũa 1.par.3.b. dicitur, iisdem consonantibus & punctis apud Hebræos.

σάμος Samus, Arenosa. G. insula in mari Ægæo, act 20.c. 1.mach.15.d

סנבלט Sanaballat, Rubus in abscondito vel in inuolutione

tione: aut ex Syro & Hebræo, inimicus in absconditio vel in inuolutione. Nomen viri, 2.esd.2.b

צנן Sanan, Frigiditas, siue scutum, vel arma. Ciuitas in tribu Iuda, ios.15.e

שנין Sanir, Dormiens lucerna vel nouale: siue iteratio vel mutatio, aut secundatio lucernæ vel noualis, aut mutatio vel iteratio, aut secũdatio docentis vel osteñdens Mons qui & Hermo & Sarion dicitur, deu.3.b. ezec.27.a. Vide 1.para.5.d. Vocatur & Sion, deut.4.g. Vide Hermon.

סף Saph, Peluis, crater, Phiala, limen, postis qui vtrinque in porta erigitur, finis, vel consummatio, iuncus vel pelagus. Nomen gigantis, 2.reg.21.d

כפי Saphai, Limen, vel superliminare, aut hydria vel phiala, seu finis vel consummatio. Nomẽ proprium gigantis, 1.para.20.c. qui 2.reg.21.d, dicitur Saph.

שפם Sapham, Barba, siue labium aut ripa eorum, vel confractio, aut solitudo eorum. Filius Gad, 1.par.5.b

שפן Saphã, Hericus, aut cuniculus, vel chœrogryllus, siue absconditus vel reconditus, aut labiũ vel ripa siue confractio earum. Scriba quidam filius Asalia. 4. reg.22.a

שפט Saphat, Iudex vel iudicans. Filius Huri, num.13.a Pater Elisæi, 3. re.19.c. Filius Semeię filij Secheniæ, 1. para.3.d Filius Gad, 1.para.5.b

שפטיה Saphatia, siue Saphatias, Iudicans dominus, siue iudicium domini. Filius Dauid ex Abital, 2. reg.3.a. 1.para 3.a. Filius Rahuel, 1.par.9.b. Vir Aruphites, 1. para.12.a. Vide iere.38.a.2 esd.7.e

Sapphira, Narrans, vel numerans, aut libraria, vel literaria: aut Syriacè, formosa. D. Vxor Ananię illius qui deo mentitus, ad verbum Petri mortuus est, act. 5.a

שפמי Saphomites, Labium vel ripa aquarum, siue contritio aquarum, 1.para.27.d

צפו Saphon, Aquilo siue absconditus, aut speculator. Nomen loci, ios.13.d

שרה Sara, Domina, vel princeps. Vxor Abraham, ge.17. c. Vide שר Sarat.

שרח Sara, gen.46.b.num.26.e.1.para.7.f. Odorans vel domina odoris, aut canticum odoris. Filia Aser filij Iacob.

צרעה Sara, siue Saraa, ios.19.c. iudic.13.a.16.g, 2.esd. 11.d. Lepra, aut crabro. Ciuitas in tribu Dan.

שארה Sara, 1.para.7.e. Caro vel consanguinitas, aut fermentum, siue residuum vel remanẽs. Filia Ephraim.

שרביה Sarabia, siue sarabias, siccitas domini, vel prægnãs cum domino, aut psallens in domino vel cum domino. Nomen viri, 1.esd.8.e

Sared, Albatio domini vel descensionis: aut Syriacè, cortina. Filius Zabulon, gen.46.b

צרה Sareda, Angustia, vel colligatio dominij vel descensionis, aut plasmatio domini, vel descensionis. Patria regis Ieroboam, 3.reg.11.e

Saredátha, Idem. Nomen loci.2.para.4.d.

סרדי Sareditæ, Ablatio dominij vel descensionis: aut syriace, cortina, num.26.c

צרפת Sareptha, Angustia buccellæ vel panis, siue conflatio vel conflatorium, aut angustia dilatatio vel persuasio. Ciuitas quasi in medio inter Tyrum & Sidonem sita, 3.reg.17.a. quidam Franciam seu Galliam esse dicunt, ab diæ, 1.g

שרש Sares, Radix, vel catenula. Frater Phares filii Machir, 1 para 7.d

סרגון Sargon, Auferens protectionem vel corpus aut colorem: siue auferens hortum: aut syriace, rete vel retiaculum. Nomen regis, alias Sennacherib dicti, isa. 20.a

שעריה Saria, porta domini, siue æstimatio vel appretiatio aut capillus domini, vel hircus domini, siue hordeum vel tempestas domini, aut dæmonis dominus. Filius Asel, 1.para.8.d 9.g. Heb. saaria.

שעריה Sarias, Idem quod sareas.

שרון Sarion, Lorica, vel planities, aut canticum colum bæ. Mons à Sidonijs sic vocatus, quem Amorrhæi Sanir vocant. deut.3.b Vide sanir & Hermon.

שריד Sarid, Relictus, vel remanens, aut principis manus, siue canticum manus. Terminus est tribus Zabulon, ios.19.a

שרוחן Sarohen. Princeps gratię, vel principis gratia, siue canticum gratię. Ciuitas in tribu Simeon, ios.19.a

שרון Saron, siue sarona, Planities, aut cantici eius, Regio est, teste Hieronymo, inter Tabirinum montem & lacum Tyberiadis, & à Cęsarea vsque ad Ioppen se vltra extendens. Hæc pinguis & fertilissima est, 1. para.27.d.isa.33.b, act.9.f. Est & vrbis nomen in qua filij Gad habitauerunt, 1 para.5.c

שרוני Saronites, Planities, vel planus siue cantans, 1.paralip.27.d

שרסכים Sarsachim, Præpositus cooperimentorum, vel vnctionum. Vnus ex principibus regis Babylonis, iere. 39.a

צרחן Sarthan, vel Sarthana, Tribulatio siue angustia, aut colligatio, siue plasmatio, aut figuratio, vel angustiam dans. Locus non procul à Iezrahele, 3. regum 4.b.7.g

שרוג Sarug, Palmes, vel sarmentum, siue ramus, aut conuolutio. Filius Reu, gen.11.c.luc.3.g

צרויה Saruia, Angustio vel tribulatio domini, aut colligatio siue plasmatio vel figuratio domini. Mater Abisai, filia Ilai patris Dauid, 1.reg.26.a.1.para.2.b

ששבצר Sasabasar, Gaudiũ in tribulatione vel angustia, aut gaudij perhibitio vel munitio, siue gaudium vindemiæ, vel sexta angustia, aut linũ vel byssus angustiæ. Princeps in tribu Iudæ, 1.esd.1.d

שעשגז Sasagazi. Qui facit transitum vel tonsionem, aut respiciens transeuntem vel tondentem, siue comprimens vellus. Eunuchus regis Assueri, esth.2.c. Hebr. Saasagaz,

שטן Satan, Contrarius vel aduersarius. zac.3.a

שטנה Satanas. Idem. matt 16.d. marc.4.b. luc.10.c

שאול Saue, planities, vel equites, aut ponẽs, vel positus. Ciuitas siue vallis, gene.14.a: quę & vallis regis ibidẽ dicitur.

Saul, postulatus, siue commodatus, aut fouea, siue sepulchrum, vel infernus. Sextus rex in Edom, qui fuit ex Robohoth, genes.36.d. Filius item Simeonis filij Iacob, genesis, 46.b.1.paralipomenon, 4.d. 6.b.

Filius

Filius postremo Cis,1.regum,9.a

שאולי Saulitæ, De Saul quod interpretatur postulat' siue commodatus,aut souea.siue sepulchrum, vel infernus.nu.26.b

Saulus,Postulatus, siue commodatus , aut sepultus.Sic dicebatur Paulus apostolatus ante cõuersionem,act.7.g

σαῦρα Saura,Salamandra,genus lacertæ.G.
S C

σκεύα Sceua, Dispositus vel præparatus , Vir Iudæus,act. 19.c.

σκηνοπηγια Scenopegia,Festum tabernaculorum . G. iohan. 7.a

Scenofactoria,scilicet ars ex Græco τῆς σκηνῆς,& facio verbo Latino,ars faciendi tabernacula:quam artem exercebat Paulus apostolus,act.18.a

תלבש Schibbóleth,Spica,aut fluctus, ſ. aquarum,iudicum.12.c

σκύθαις Scythæ, Coriarij,vel cerdones . Sunt qui interpretentur poculis vacãtes,quod σκύφῳ genus sit poculi. G.coloss.3.b

σκυθοπολῖται Scythopolytæ. Coriarijciues.G
S E

שבע Seba,siue Sebe,Septem vel ſeptimus,siue saturitas, vel iuramentum.Nomen viri,1.para.5.b. Filius Bochri,2.reg.20.a

שבניה Sebenia,siue Sebenias, Conuertens vel captiuans dominus,aut intelligens siue ædificans dominus , siue intellectus aut filiatio domini.Nomen viri,2.esd. 9.a.10.a.facerdos quidam,1.para.15.c

צבעון Sebeon, Stans iniquitas , siue inflatio vel tumor peccati:aut Syriace,tinctus vel intingens. Pater Anę patris Oolibama alterius vxoris Esau , de filiabus Chanáam,gene.36.a

צבית Sebia, Damula. vel caprea,aut pulchra, vel præcipua,siue stans dominus:aut Syriace, voluntaria,Mater Ioas filij Ochozię filij Ioram filij Achab,4.regum 12.a.Filius item Saharáim ex Hodes vxore,1.par.8.a

שבניה Sebnia, Idem quod Sebenia.Nomen, viri,2. esdræ 9.a

צבוים Seboim , Damulæ , vel capreæ, siue pulchri , vel præcipui,aut inflati:vel Syriace, voluntarij.Vrbs est, gene.10.c

צבעים Seboim,1.reg.13.d.2.esd.11.d,Intincti, aut tinctu-ræ,vel stantes acerui.Vallis nomen.

שבתי Sebthai, Sabbathum, siue requies, vel cessatio.Nomen viri,1.esd.8.b

שכם Sechem, Pars siue portio,vel humerus,aut matutinatio,vel itio quæ fit mane.Filius Galaad filij Machir filij Manasse,num.26.d.1.pa.7.d. Ab hoc metro polis Samarię in tribu Manasse,quę Sichem dicitur. Vide Sichem.

Schemitæ,Idem.num.p.n.26.d

שבניה Schenias, Vicinus dominus,aut habitatio domini.Filius Obdiæ filii Auan filij Raphage,1.paral.3.d. 24.b.2.para.31.c.

שביה Sechia, Protectio vel ramus domini , siue sępiens aut vallans dominus,vel cessatio domini. Filius Saharáim ex Odes vxore sua,1.para.8.a

שברונה Sechrona,Ebrietas,aut pretium, vel merces eius. Ciuitas in tribu Dan,ios.15.c

Secundus, Latinum est.Nomen viri,de quo, act. 20.a

צרת Sedada , Latus eius , siue cibarium, aut venatio eius vel incidię eius.Terminus est tribus Iudæ,num. 34.b.ezech.47.c

צדקיהו Sedecias , Iustus domini , vel iustitia domini. Filius Iosiæ regis , sic nominatus à Nabuchodonosor , cum prius Mathanias diceretur,4.reg.24.d.1.para.3. c.Filius item Hananiæ,iere.36.c.Hoc nomine vocabatur propheta ille blasphemus.3.re.22.b.filius Chaanana.Fuit & filius Ioacim filij Iosiæ,1.para.3.c

Sedei, Omnipotens, vel deuastator,aut ager,seu mamilla.D.

שדיאור Sedeur, Ager,luminis vel ignis siue vbera luminis aut omnipotentis lumen,vel deuastatoris ignis.Pater Elisur principis tribus Ruben,num.1.a

צוּר Segor. Parua. Oppidulũ est Sodomorum,gen.19. e.is.15.c.quod ge.14.b,dicitur Bala .Dicitur & vitula conternans,iuxta Hieronymum.

שגוב Segub, Fortificatus,aut exaltatus.Filius Hiel reędificatoris Iericho,3.re.16.g.Filius Esron filij Phares, ex filia Machir,patris Galaad,1.para.2.c

סיחון Sehon, Eradicatio, siue cõclusio. Rex Ammorrhæorum,num.21.e.ios.3.b

שעיר Seir , Hispidus siue pilosus , aut hœdus vel dæmon,seu ordeaceus, vel tempestas. Mons est Idumęę qui ab Esau huius montis accola,eo quod esset Hirsutus,nomen accepit.1.para.4.g.isa.21.c. Est & nomen viri cuiusdam Horræi,gen.36.c.

שעירה Seira, Parua, siue tribulata. Ciuitas est Idumææ, 4. reg.8.e

שעירתה Seirath, Hœdus, siue pilosus,aut dæmon siue tempestas, vel ordeum. Nomen luci,iudic.3.d.

שלת Sela. Dissoluens, siue discalcians: vel Syriacè,illudens, siue decipiens. Filius Iudæ ex sua vxore, genes. 38.a.1.pare.4.d

לקע Sela, Costa,siue latus,aut claudicatio . Ciuitas in tribu Beniamin,ios.18.d

זלחו Selahi, Ramus vel propagines, siue missio vel mittens,aut telum, vel arma,scilicet missilia: vel Syriace,spolians, vel spoliatus. Mater matris Iosaphat regis Iudæ.2.para.20.g.

זלגי Selaitæ,Discalcians,siue dissoluens:vel Syriace, illudens,siue decipiens.num.26.c

לבח Selcha,Canistrum tuum, vel eleuatio aut conculcatio tua. Ciuitas regis Og in Basan,deut,3.b.1.paralipomenon,5.b

זעלבין Selebin, Vulpis intellectus vel filiº,aut pugnus vel pugillus intellectus , siue semita intellectus vel filij, aut respicientis intellectus. Ciuitas in tribu Dan,ios. 19.c

לק Selec, Vmbra vel tinnitus lambentis vel percutiẽtis,aut assans vel torrefaciens lambentem vel percutientem, Nomen viri,2.reg.23.d.1.para.11.g

שלמיחו Selemiau, Pax domini, siue perfectio domini,aut retributio domini.Nomen viri,1.esd.10.d

Selemias, Idem. Pater Iuchal,ier.38.a.Pater etiam Ieriæ,ierem.37.c.Filius Hananiæ,ibidem.Filius Abdeel,iere.36.f

טלמיה Selemith , Pacifica, siue perfecta, aut retribuens. Nomen viri,1.para.26.c

גלה Seleph, Vmbra vel tinnitus concussionis : aut ex Hebro & Syro, vmbra coniuncta. Nomen viri,2. esdræ,3.g

גלחי Selethai , Vmbra , siue assatio , vel torrefactio,aut tinnitus meus :vel Syriace, oratio mea.Filius Semei 1.paralip.8.b

σελευκεία Seleucia, Cõmota,vel conquassata,aut fluctuans, G.Ciuitas Iudææ Daphnis nemori vicina, in promõtorio Syriæ Antiochiæ sita , à Seleuco Nicanore condita,authore Iosepho lib.18.antiquit.iud. 16. & Egesippo lib.4.cap.1.quam Paulus peragrauit,act. 13.a.1. mach.11.a

σέλευκος Seleucus , Commotus, vel conquassatus,aut fluctuans. G.Pater Demetrij,1.mach.7.a

שלחים Selim, Missi vel propagines , aut rami, siue arma, scilicet missilia:aut Syriace,spoliantes. Ciuitas in tribu Iuda,ios.15.e

צלח Sella, Vmbra, vel assatio, vel torrefactio , siue tinnitus:aut Syriace, oratio. Vxor Lamech,gene.4.d

סלא Sella,4.reg.12.d. Exaltatio, siue conculcatio, vel æquiparatio:aut Syriace, canistrum.

סלי Sellái, Idem. Nomen viri,2.esd.11.b

שלם Sellem, Pacificus, siue perfectus,aut retribuens.Filius Nephthali num.26.f.qui gen.46. c. Sallem: & 1. para.7.c.Sallum dicitur.

שלמי Sellemitæ, Idem,p.n.num.26.f

שלש Selles, Trinus aut princeps, vel dux. Filius Helem, 1.para.7.g

סלא Sellu, Canistrum,aut exaltatio, siue conculcatio, aut æquiparatio. Nomen viri ,2.esd.11.b.& 12.

Sellum,

שלם Sellum,Pacificus, siue perfectus , aut retribuens, Filius Iabes,4.reg.15.c.Filius Sisamai filij Elasa,1.para.2.e.4.d.Filius Iosiæ,1.para.3. c. ierem.22. c. Filius Nephthali,1.para.7.c.qui gen.46.c.dicitur Sallem:& num.26.f.Sellem.Filius Sadoc,1.para.6.a. Pater Ezechię principis,2.para.28.b

שלון Sellum . Manens vel qui manet , aut pacificus vel abundans:aut Syriacè,illudens vel decipiens. Filius Cholhoza,2.esd.3.c

שלמי Selmai, Vestis mea.Pater Hagaba,2.esd.7.e

צלמון Selmon, Obscuritas, aut imago eius , siue vmbra muneris,vel numerationis,aut tinnitus numerationis vel muneris. Mons est in Ephraim vmbrosus & caliginosus, cuius meminit Iudicum liber 9.f. Est & nomen viri,2.re.23.d.psal.67.

שלומות Selomith,pacifica,siue perfecta,aut retribuens.Nomen viri,1.esd.8.b

שם Sem,Nomen vel fama,seu ponẽs vel positus, aut ibi.Filius Noe,gen.5.d.luc.3.g.

שמעת Semaath, Audiens vel obediens.Mulier,2. parali. 24.g

שמעיה Semaia, Audiens dominum, vel obediẽs domino. Filius Secheniæ,1.para.3.d.2.esd.6.c.

שמרית Semarith, Custodita, vel adamantina, aut spina vel fæx . Nomen mulieris,2.para.24. d

שמתי Semathei, Nominatus vel positus, siue desolatus, aut stupefactus. Filius Sobal filij Hur primogeniti Caleb ex Ephráta concubina,1.para.2.g

שמאכר Semeber, Nomen vel fama robusti vel fortis, aut nomen alæ vel pennati , seu destruens fortitudinem vel alam aut pennam. Rex Seboim,gene.14.a. Hebr. Semeéber.

סמגר Semegar , Aromata peregrini vel aduenæ aut ruminantis, vel certantis. Vnus ex principibus regis Babyloniorum,ierem.39.a

שמעי Semei, Audiens, vel obediens, aut nomen acerui, vel destruens acerum.Filius Gerson filij Leui exod. 6.c.Filius Gera, 2.reg.16.b. Filius Phadaia filij Iechoniæ,1.para.3.c.Filius Ioel,1.para.5.a. Filius Masma,1. para.4.c. Filius Ieth filii Gerson,1.parali.6. c. Frater Choneniæ, 2.para.29.c.31.c

שמי Semei,1.par.2.d.Nomen meum, aut desolatio siue perditio mea,vel stupefactio , aut cœli. Filius Onan filii Ierameel ex Atara vxore.

שמעית Semeia,siue Semeias, Audiens dominum, vel obediens domino. Pater Vrię prophetæ,3.reg. 12.f. Filius Hassub.1.para.9.c.ierem.26 .f.2.esd.12.d.2.para.29.c. 31.c.35.b

שמעי Semeias,1.paralip.25.a.27.d.Audiens, vel obediẽs siue nomen acerui , aut desolatio acerui. Filius Elisaphan.

Semeiticus, Idem.

שמר Semer, Custos, vel adamas, seu vepres, aut spina, vel fex. Nomen viri, 3.reg.16.e

שמרית Semeria, Custodia domini , vel adamas domini, seu vepres vel spina domini. Nomen viri,1.esd.10.d

שמרון Semerõ. Vide Samaria,cuius Hebræũ est Simrõ.

צמרים Semeron,2.para.13.a. Lanæ aut medullæ,scilicet arborum. Nomen montis. Heb. Semaráim.

שמרון Semeron,iosu.19.b. Custodia aut adamas seu vepres, vel spina,aut fex. Ciuitas in tribu Zabulon.

Semeron,ios.12.d. Vide Sameron.

שמירת Semida. Nomẽ scientię vel cognitionis,aut ponẽs scientiam: vel desolationis vel stupefactionis, cognitio vel cœlorum scientia . Filius Galaad filij Machir filij Manasse num,26.d.1.para.7.d

Semidaitæ, Idem p.num.26.d

שמירמות Semiramoth, Cœlorum altitudines,aut nominis sublimitas. Sacerdos quidam,1.para.15.b

שמלה Semla, Linteum,siue sinistra eius,aut nomen illi, vel stupor illi,siue appositus illi. Quintus,rex in Edõ genes.36.d.

שמלי Semlai, Linteum, vel sinister,aut nomẽ mihi , vel stupefactio mihi,siue appositus mihi. Nomen viri, 1. esd.2.c

שמח Semma, Perditio , siue desolatio, vel stupor,aut ibi siue nomen aut nominatus , siue appositus . Filius Age,2.reg.23.b.d

שמעה Semmaa, Audiens vel obediens . Pater Ionadab, frater Dauid,2.reg.13.a

שמרת Semran , Custodia , aut adamas , seu vepres, vel spina,aut fæx eius. Filius Issachar filij Iacob ,nu.26.c

שמרי Semranitæ, Idem.p.n.num.26.c

שז Semri, Idem.s.n.Filius Samaia,1.para.4.f.26.b

סגאה Sen, Deus aut ebur, vel mutatio, aut dormiens . Nomen loci,1.reg.7.c

שנאב Senaa, Rubus : vel Syriacè, inimicus . Ciuitas,1. esdr.2. b

שנער Senaab, Dens patris,aut mutationis pater,vel dormitio patris. Rex Adamæ,gene.14.a

סנה Sennaar, Dormientis vigilia vel suscitatio,aut dentis euacuatio vel denudatio aut excussio,vel dens æmuli, siue mutatio ciuitatis. Cãpus est Babylonis in quo regnauit Nemrod,gen.10.b:quæ Babylonia siue Chaldæa interdum dicitur,isa.11.c. Heb.Senaar.

סנה Sene, Rubus: aut Syriacè, inimicus. Nomen scopuli,1.reg.14.a

סנואה Seneia, Rubus: vel Syriacè,inimica.Nomen viri, 2.esd.11.b

סנחריב Sennacherib, Rubus destructionis, aut rubus gladij, siue rubus solitudinis , vel siccitatis:aut ex Syro & Hebræo,inimici gladius vel destructio. Rex Assyriorum,4.reg.18.c

שנאצר Sennéser , Dentis vel eboris thesaurus:aut dormientis thesaurus, vel mutationis angustia, vel thesaurus,aut inimicus angustię vel tribulationis.Filius Iechoniæ filij Ioacim,1.para.3.c

סנסנה Sensenna,Ramus vel propagines,siue rubus rubi: aut ex Hebræo & Syro, rubus inimici. Ciuitas in tribu Iuda,ios.15.e

שיאו Seon,sonitus, siue strepitus , aut murus fortitudinis vel doloris. Ciuitas in tribu Issachar,ios.19.b

צהר Seor, Candidus vel lucidus. Pater Ephron,gene. 23.b.Heb.sohar.

שערים Seorim , Portæ, siue æstimationes , vel appretiationes,aut capilli, siue ordeum, vel tempestates,aut dæmones, vel pilosi siue hirci . Nomen sacerdotis,1. para.24.b.

שפמת Sephámа,barba,vel labium eius,aut ripa vel litus quoddam, siue conterens aut confracta valde. Terminus Iudæ ad solis ortum,num.34.b

שפמות Sephamoth , Barbæ vel labia , siue ripa vel litus mortis, aut labium mortis, vel conterens mortem. Ciuitas quam Dauid suorum spoliorum participem fecit,1.reg.30.g

שפם Sepham, Barba vel labium eorum,aut ripa vel litus eorum siue confractio eorum. Filius Hir,1.paralipomenon,7.c

ספרה Sephar, Liber aut scriba:siue narratio,aut numerus: vel Syriacè,portus. Mons Indiæ,gene.10.d

ספרים Sepharuáim, Libri, vel scribæ,aut narrationes,vel numeri,siue liber vel numerus eius mare:aut ex Syro & Hebræo,portus maris. Ciuitas Assyriorum,de qua 4.reg.18.g

צפת Sephath , Specula, siue cooperimentum, aut enatatio, vel expectatio,aut fauus. Ciuitas in qua filij Iudæ Chananæos ad vnũ interfecerunt,eámque Harma nominauerũt.iudic.1.d.in tribu tam Iudæ quàm Simeonis,nume.21.a

Sephátha, Idem. Nomen vallis.2 para.14.c

שפעי Sephei , Inundatio , siue multitudo . Pater Ziza principis,1.para.4.f

Sephela,Humilis, vel campestris aut planities.D.

שפר Sépher, Tuba, vel pulchritudo:aut Syriacè, bonitas. Mons in quo castrametati sunt filij Isr.el vel professi de Ceelatha,num.33.c

צפי Sephi,1.paral.1.c,Speculator,vel fauus,aut cooperimentum,vel expectatio.Filius Eliphaz filij Esau: qui genes.36.b,dicitur Sephua,siue Sepho iuxta Hebræum.

שפי Sephi,1,paral.1.c , Filius Sabal filij Seir Horræi , qui genes.36.c,dicitur Sepho : & interpretatur solitudo,

ee vel

Universidad de Deusto Biblioteca

vel labium, aut ripa vel litus eorum, siue confractio.

שפים Sephim, Barba, vel labium eorum, aut ripa vel litus eorum siue confractio eorum. Nomen viri, 1. para 26.b

צפן Sepho, Speculator, siue cooperimentum, aut expectatio vel fauus. Filius Eliphaz, gen. 36.b: qui, 1. paral. 1.c. dicitur sephi per צ.

שפן Sepho, Solitudo vel desertum, aut labium, seu ripa, vel litus, aut cõfractio. Filius sobal filij Seir Horrhæi, genesis, 36. c: qui 1. paralipome. 1.c, dicitur sephi per ש

צפיון Sephon, Aquilo vel aquilonaris, siue absconditus, aut speculator. Filius Gad, gene. 46.b

Sephonitæ, Idem. p.n. num. 26.b

צפון Sephor, Auis vel passer, aut corona, vel desertum: aut Syriacè, mane, id est matutinum tempus, vel hœdus. Pater Balac, num. 22.a

שפרה Sephora, Pulchra, aut tuba: vel syriacè, benefaciens, vel bonitas. Nomen obstetricis cuiusdam Hebræorum, exod. 1.c

צפורה Sephora, exod. 2.d. 4.f. 18.a. interpretatur auis vel passer, aut corona, vel sertum: aut syriacè, mane, id est matutinum tempus, vel hœdus. Filia Raguel siue Ietro sacerdotis Madian, vxor Mosis.

שפטן Sephtan, Iudex, vel iudicans. Pater Camuel principis tribus Ephraim, num. 24.d

שפופן Sephuphan, Cerastes, serpentis genus. Nomen viri, 1. para. 8.a. Filius Bela, filij Beniamin.

צר Ser, Angustia, siue tribulatio, aut vinculum, vel colligatio, seu plasmatio, vel fortitudo, aut petra. Ciuitas in tribu Nephthali, ios. 19.c

שרפים Seraphim, Ardentes vel igniti, isa. 6.a

שרביה Serebia, siccitas domini, vel prævalens cum domino, aut psallens in domino vel cum domino, Nomen viri, 2. esd. 9.a

שראצר Seréser, Princeps thesauri vel cellarij, aut psallantis thesaurus vel cellarium, vel qui videt angustiam: aut ex Syro & Hebræo, castrametatio angustiantis. Vnus ex principibus regis Babyloniorum, iere. 39.a

צרת Sereth, Angustia, siue tribulatio, aut vinculum, siue colligatio, seu plasmatio. Filius Assur ex Halaa, 1. paral. 4.b

σέργιος Sergius, Rete, vel retiaculum. G. Nomen proconsulis, cognomento Pauli. act. 13.a

Seron, Princeps mœroris, vel cantans tristitiam, aut planities. D. Princeps exercitus syriæ, 1. mach. 3.b

צרור Seror, Angustians, siue vinculum, aut colligatio, vel lapillus. Filius Bechorath, 1. para. 9.a

צרועה Serua, Leprosa, aut crabro. Mater Ieroboam serui Salomonis, 3. reg. 11.e

שישא Sesa, Sextus vel senarius, aut marmoreus vel iucundus, vel muneris eleuatio. Pater Ahiæ, 3. reg. 4.a

שישק Sesac, munus sacci, aut munus oscŭli vel poculi, siue donum femoris. Rex Ægypti, 3. reg. 11.g

שישק Sesac. 3. reg. 14.g. 2. para. 12.a. vbi dicitur, Ascendit Sesac rex Ægypti, interpretatur vanus vel vacuus sacculus, aut vanitatis oscŭlum vel poculum, siue vanitatis femur.

ששך Sesac, 1. parali. 8.b. Lini vel byssi saccus, vel senarius, aut sextus saccus, siue lætitię oscŭlum vel poculum aut femur. Filius, Barie.

ששך Sesach, Linum vel byssus tua, aut gaudium tuum, siue senarius tuus, Rex Babylonis, iere. 25.e. 51.e, secundum commentatorem Hebræorum super Ieremiam: secundum Lyranum vero, Rex Ægypti.

ששי Sesai, Senarius, vel sextus, siue gaudens vel lætus, aut byssinus, vel lineus. Filius Enac, ios. 15.e. iud. 1.b

ששן Sesan, Lilium siue rosa vel lætitia aut linum vel byssus. Filius Iesi filij Apphaim. 1. para. 2.d

ששבצר Sesbaz, Manans, vel fluens: aut Syriacè, liberatio.

שחיצבות Sesesema, Humiliatio ieiunij, aut fouea siue meditatio ieiunij, vel superbi amaris. Ciuitas in tribu Issachar, ios. 19.b

שת Seth, Positus, vel posuit. Filius Adam, gene. 4.d. num. 24.c. luc. 3.g

שתר Sethar, Explorans, aut putrefactus vel putrefaciens. Nomen ducis, esth. 1.c

Sethri, Occultus, vel absconditus, aut demoliens, siue refugium meum. Filius Oziel filij Caath filij Leui, exod. 6.c

שתים Setim, Expansiones, aut diuertentes, siue flagella, vel spinæ. Locus in campestribus Moab, non procul à Iordane & Phogor monte, vnde Iosue misit exploratores ad inuestigandam Ierichontis terram, nume. 25.a. Vide Sitim.

שתרי Setrái, Exactor, vel præpositus: aut Syriacè, obligatio vel contractus. Nomen viri, 1. para. 27.d

S I

יעזא Siaa, Motus: aut Syriacè, adiutorium. Nomen viri, 1. esd 2.d.c. Heb. Siatha.

יהא Siaha, Splendor, vel candor, aut siccitas. Nomen loci, 2. esd. 11.c

יבא Siba, Exercitus, vel militia, aut fortitudo, vel cornus, siue nauis veniens. Seruus Saul, 2. reg 9. a. Puer item Miphiboseth, 2. reg. 16.a

Sibboleth, Onus, iudic. 12.c

צלת Siceleg, Effusio sextarij vel mensuræ, aut coangustans sextarium vel mensuram. Ciuitas in tribu Iuda & Simeonis, ios. 15.e. 19 a. 1. reg. 27.b, 1. para. 4.c

סיכר Sicera, Ebrietas, Vnde notandum quod sicera descendit ab Hebræo, & significat omne quod inebriare potest vt ait B. Hieronymus, 1. para. 6.f. luc. 1.b

Sichar, Cõclusio, vel clausura, aut inebriatio, vel merces. Dicit autem Hieronymus quòd corruptè ponitur pro Sichem: quod interpretatur humerus, siue portio, aut matutinatio. Sed in Græco sichar inuenitur. D. iohan. 4.a

שכם Sichem, Humerus, siue pars, aut matutina itio. Metropolis Samariæ in limitibus manasse, gen. 12.b. ios. 20.c. acto. 7.c: quam ædificauit Ieroboam, 3. reg. 12.f. Hanc postea dictam Neapolin Hieronymus in traditionibus Hebraicis refert. Dicitur & Sichar corruptè Filius Emor, gen. 33.d

Sichima, Idem: eadémq; metropolis, iudicum, 21. c. psal. 107.a

Sichimi, Idem. gen. 33.d

שקל Siclus, Genus ponderis, ezech. 45.d

σικώνη Sicion, Effusio vel angustia. D. Nomẽ loci, 1. mac. 15.d. Exemplaria tamen quædam habent σικυώνη Sicyone, id est Cucumerarium.

Siden, Venatio, aut insidiatio siue viaticum vel cibarium, aut nauis iudicij. D. Nomen loci, 1. macha. 15.d

צדון Sidon, Idem. Filius Chanáan, gen. 10.c. Est & vrbs in Phœnicia, ad mare sita in termino Iudę, à sidon filio Chanáan condita, ios. 11.b. quæ sorte ducta, tribui Aser obuenit, ios. 19.b. matt. 11.c. act. 27.a

Sidonia, Idem.

צדנית Sidoniæ, Venatrices, aut insidiatrices, vel cibaria. 3. reg. 11.a

צדנים Sidonij, Idem, p.n. ios. 13.a. 3. reg. 5.f. 4. reg. 23.c. 1. esd 3.b. act. 12.d

Sidonius, Idem. s.n. iudic. 3.a

צדרך Sidrach, Mamilla tenera vel delicata, aut depręda-tio tenera, siue ager delicatus: aut Syriacè, missus tuus. Nomen viri, qui & Ananias dicebatur, dani. 1.b

יהור Siha, splendor vel candor, aut siccitas. Nomen viri, 1. esd. 2.c

שיחור Sihor, Niger vel turbidus, aut matutinus. Nilus Ægypti flumen, ios. 19.b. & 1. para. 13.b.

σίλας Silas, Consyderans, vel animaduertens. G. Nomen viri, act. 15.c. 18.b

שלת Silo, Dissoluens, vel discalcians, seu pax, aut abundantia: aut Syriace, illusus vel decipiens. Ciuitas in tribu Ephraim, ios. 20.a. 22.b. iere. 7.c. iudic. 21.c

שלח Siloe, Missus vel mittens, aut ramus, siue telum, aut arma. s. missilia: aut Syriace, spolians vel spoliatus. Fons est ad radices montis sion, qui non perpetuis aquis, sed certis horis diebúsque ebulit, & per terrę concaua & antra saxi durissimi cum magno sonitu venit: parvus tamen est cuius fit mentio isa. 8.b. 2. esd. 3.d. Est & piscina in Ierusalem, iohan. 9.a

Selo-

שלוני Siloni, Manens, vel qui manet, aut pacificus, vel abundans: aut Syriacè, illudens vel decipiens, 3. reg. 2. d. Nomen viri, 1. paral. 9.a

Silonites, Idem. 2. para. 9.g

Siluanus, Latinum, à silua. Nomen viri, 2. corint. 1.d. siue per y, siue per i scribas, non refert.

שמעא Simmaa, Audiens, vel obediens. Filius Dauid. 1. para. 3.b: qui 2. reg. 5.c, dicitur Samua. Tertius Filius Isa. 1. para. 2.b: qui 1. reg. 16.b. 17.b. dicitur Samma.

שמעון Simeon, Audiens, vel exauditio. Secundus filius Iacob ex Lia, gen. 29.g. 1. para. 4.d. Fuit & nomen cuiusdam, qui Christum nostrũ susćepit in vlnas cum inferretur in templum, luc. 2. d

Simeonitæ, Idem. p.n.

שמרון Simeron, Custodia, siue adamas, aut vepres, vel spina, seu fæx eius. Filius Issachar, gen. 46.b. 1 par. 7.a

Simon, audiens, vel obediẽs. D. Filius Mathathiæ filii Iohannis, 1. mach. 2 a. Simon magus, act. 8.b. Nomen apostoli, matth. 10.a. Fuit & alius sic nominatus, ille qui post Christum crucem coactus baiulauit, matth. 27.d

שימון Simon, 1. para. 4.d. Ponens vel positus, aut munus præparationis vel numeri, seu pinguedo aut oleum. Nomen viri.

סן Sin, Rubus. Eremus inter Elim & Sinai, in qua octaua Israelitarum mansio fuit, exod. 16. a. nume. 33. b. Latinus Ezechielis interpres pro hoc transtulit Pelusium, ezech. 30.d

צין Sin, nu. 13. b. 20. a. 27. c. 33. d. 34. a. deut. 32. g. ios. 15. a. in omnibus his locis interpretatur arma, vel scutum, aut frigiditas. Desertum in terra Edom, quod aliás Cades, vel desertũ Pharan dicitur. Vide Cades.

צנה Sina, Idem. ios. 15. a. Mons Arabiæ, galat. 4.c

סיגי Sina, deu. 33. a. ecclesiast. 48. a. interpretatur rubus: vel Syriacè, inimicitia. Heb. Sinai. Mons in deserto Pharan, super quem lex data fuit Moysi, exod. 19. a

Sinai, Idem. exod. 16.a

חסיגי Sinæus, Rubus: aut Syriacè, inimicitia. Filius Chanáan, gene. 10.c. 1. para. 1.b

ציון Sion, Aceruus, aut tumulus, vel specula, aut siccitas, Mons Ierosolimę (qui aliás Mons domini, item & Mons sanctus dicitur) in cuius vertice erat arx constructa, quę à Dauide, ciuitas Dauidis est vocata, 2. reg. 4.b

שיאו Sion, deut. 4.g, Sonitus siue strepitus, aut minus fortitudinis vel doloris. Nomẽ montis Amorrhæorum, qui & Hermon dicitur.

ציער Sior, Paruulus, aut nauis vigilátis vel susćitati, aut æmuli vel denudati. Ciuitas in tribu Iuda, ios. 15. f

Sirach, Sibilus, aut canticum fratris, vel munus vacuum. D.

צץ Sis, Flos, aut germen, siue cincinnus, aut aspectus: vel Syriacè, ala vel penna. Cliuus est, de quo legitur 2. para. 20. d

ששי Sisai, Senarius vel sextus, siue gaudens vel lætus, aut byssinus vel lineus. Filius Enach, num. 33.c

סססמי Sisamoi, Equus vel hirundo aquarum, aut tinea aquarum: vel Syriacè, cæcitas. Filius Elasa filij Heles, 1. para. 2.c

סיסרא Sisara, Hirundinem videns, aut tineam vel equum videns. Vir, 1. esd. 2.c. Dux exercitus Iabin regis Chanáan, iudic. 4.a. Magister militiæ Asor, 1. reg. 12.b. psalm. 82.c

שטים Sitim, Expansiones, vel diuertentes, seu flagella, vel spinæ. Nomen torrentis, ioel. 3.d: vbi legitur, Irrigabit torrentem spinarum. Vide Setim.

שוא Siua, Vanitas, aut eleuatio, vel tumultus. Scriba regis Dauid, 2. reg. 20.g

סיון Siuan, Rubus, vel spinosus. Nomen mensis, esth. 8.c: vbi corrupte legitur Siban.

שיזא Siza, Munus hoc, aut munus aspergens. Pater Adina, 1. para. 11.g

S M

σμύρνα Smirna, Myrrha. apo. 2.a. Clarissima ciuitas Ionię, authore Plinio in quinto lib. cap. 29. & Strab. lib. 14.

S O

Sóam, Onix lapis pretiosus: aut Syriacè, detentio vel mora eorum. Nomen viri, 1. para. 24.d

צובה Soba exercitus, siue militans, aut præceptum in ea vel inflatio, aut rumor. Nomen loci, 1. reg. 14. g. 2. re. 8. a. 1. para. 18. a. psal. 59. iudic. 13.

שובב Sobab, reuersus, aut auersus, vel conuersus: aut syriacè, scintilla. Filius Dauid, 2. reg. 5. c. 1. paral. 3. b. Filius Caleb ex Azuba prima vxore, 1. para. 2. c, 14. b

שובך Sobach, Rete, vel retiaculum, aut cancellus, vel captiuitas siue cõuersio tua: aut syriacè, columbarium. Magister militiæ Adarézer regis, 2. reg. 10. d

שובי Sobái, Conuersio, vel captiuitas, aut sessio, vel sedens. Ianitor quidam, 1. esd. 2. e

שובל Sobal, semita, vel spica, aut crura vel femur, seu vana vetustas. Filius Seir Horrhæi, gen. 36. c. Filius Hur primogeniti Caleb ex Ephrata concubina, 1. paralipomenon, 2. f. Filius Iuda, 1. paralipo. 4. a: qui gen. 46. b, dicitur Sela.

שובק Sobec, Æquiparatus vanitati, vel appositus vacuitati vel dissipationi, aut vana euacuatio: vel syriace, derelictus. Nomen, viri, 2. esd. 10. a

שובי Sobi, Conuersio vel captiuitas, aut sessio vel sedens. Filius Naas de Rabbath filiorum Ammon. 2. regum, 17. g

שובנה Sobna, sede nunc, aut connectere nunc, siue captiua nunc, vel ædificans, aut qui intelligit. Nomen scribæ, 4. reg. 8. d. isa. 22. c

Sobnas, Idem.

צובבה Soboba, Exercitus vel militia in ea, siue inflatio vel tumor in ea. Filius Cos, 1. para. 4. b

סבכי Sobochai, Ramus, vel propagines, aut tugurium. Nomen viri, 2. reg. 21. d. 1. para. 20. b

שוכו Socho, Protectio, vel vallatio, aut ramus, siue cessatio. Duæ sunt in tribu Iuda huius nominis ciuitates, ios. 15. c. & f. vbi deprauate legis socoth, 1 reg. 17. a. 19. d. 3. re. 4. b. 2. para. 28. c, Vrbs constructa à Roboam 2. para. 11. b

סכות Socoth, Tabernacula, vel tentoria. Tribus Gaddi ciuitas est, ios. 13. d. Cui Iacobus patriarcha hoc nomẽ imposuit, gene. 33. d. Est & regio, à Græcis τρογλοδύτις dicta, quæ ad rubrum mare excurrit, vbi Troglodytæ habitant. nume. 33. d

סכות-בנות Socoth-benoth, Tabernacula filiarum vel ædificationum, siue auscultationes, vel vnctiones filiarum, vel ædificiorum. Idolũm Babyloniorum, 4. reg. 17. f

סרי Sodi, Secretum meum. Pater Geddiel, num. 13. a

סדם Sodoma, Secretum eorum, siue calx: aut cæmentum eorum. Ciuitas Syrię, gen. 20. c

Sodomitæ, Idem.

צחא Soha, Candor, vel siccitas. Nomen viri, 2. esd. 7. e

צחר Sohar, Lucidus, vel candidus. Filius Simeon filij Iacob, gen. 46. b. exod. 6. c

שחרית Sohoria, Mane domini, aut matutinatio domini, siue matutina itio domini, seu niger domini. Filius Ieroam, 1. para. 8. c

שמר Somer, Custos, vel adamas, seu vepres vel spina aut fæx. Filius Moholi filij Musi, 1. paralipomenon, 6. d. Filius Heber filij Bariæ filij Aser filij Iacob, 1. parali pomenon, 7. g

שמרית Somoria, Custodia domini, siue adamas domini, aut vepres vel spina domini Filius Roboam ex Abihail, 2. para. 11. d

שופר Sophach, Effundens, vel effusus, aut vanus lecythus. Princeps militiæ regis Adarézer, 1. parali. 19. d

צופי Sophái, Speculator, aut fauus, siue natatio, vel cooperimentum, aut expectatio. Filius Elcena, 1. paralipomenon. 6. b

שופן Sophan, Cuniculus, vel chœrogryllus, siue absc̃ditus vel reconditus, aut conterens, siue cõfractio. Ciuitas possessa à filijs Gad, nu. 32. g. In Hebræo hæc dicto iungitur præcedenti dictioni Ataroth, vt ambæ sint vnius ciuitatis nomen, Ataroth-sophan.

צופר Sophar, Matutinus, aut corona seu circulus, vel passer: aut Syriacè, Hœdus. Nomen viri, iob. 11. a

סופר Sopher, Scriba vel liber, aut narrans, vel numerans. Princeps exercitus regis Sedeciæ, 4. reg. 25. e

Universidad de Deusto
Biblioteca

שפרת Sophéreth, Numerans, vel narrans siue narratio, aut librarius, vel scriba. Nomen viri, 1.esd.2.c

צופים Sophim, speculæ vel speculantes, siue cooperti, aut natantes, vel expectantes, aut fauus. Mons est in tribu Ephráim, 1.reg.1.a

צפניחו Sophonias, Absconsio domini, siue secretum domini, aut speculator noster dominus, vel aquilo domini. Sacerdos filius Maasiæ, iere 21.a.37.a. Nomen item prophetæ filij Chusi filij Godoliæ, soph.1.a

שפטים Sophtim, Iudices. & inde liber Iudic.

שרק Sorec, Vinea vel vitis, aut sibilus vel sibilans. Torrentis nomen est in tribu Dan, in terra Philisthinorum prope Esthaol, iuxta quem Samson adamauit Dalila, iudic.16.a

צרי Sori, Angustiator, siue vinculum aut colligatio, vel plasmatio, aut resina vel theriaca, siue petra, vel fortis. Nomen viri, 1.para.25.a

σωσίπατρος Sosipater, saluans patrem, vel salus patris. G. Nomen ducis, 2.mach.12.c. Filius item Pyrrhi. rom.16.c. In 20.cap. Act. legitur in Græcis codic. Sopater.

σωσθένης Sosthénes, Saluator potens vel robustus. G. Princeps synagogę Iudæorum, act.18.d.1.corint.1.a

σώστρατος Sostratus, saluans exercitum, vel salus exercitus. G. Nomen viri, 2.mach.4.d

סוטי Sotái, Præuaricatio, siue declinatio. Nomen viri, 1.esd.2.c

S P

σπαρτιανοί Spartiani, Seminati vel seminantes. G. Populi, 1.machab.15.d

Spartiatæ, Idem. G.

S T

στάχυν Stachyn, spica. G. Pauli amicus, rom.16.b

στέφανος Stephana, Corona, siue coronata. G. Nomen viri, 1.corint.1.c.16.c

στέφανος Stephanus, Corona, vel coronatus. G. nomen diaconi, act.6.b

שתרבוזנגי Stharbuzanái, Computrefaciens contemnentes me, vel qui explorat contemptores meos. Nomen viri, 1.esd.5.a

סתור Sthur, Occultus vel absconditus, seu destruens, vel demoliens. Filius Michael, princeps tribus Aser. num.13.a

στωϊκοί Stoici, à stoa, id est porticu, in qua disputabant, sic philosophi illi dicti sunt, G.act.17.d

S V

שוע Suá, Clamans, vel saluans, aut potens vel magnificus seu respiciens. Vxor Iudę filij Iacob, gene.38.a

סוא Sua, 4.reg.17.a. Modius, vel mensura, aut velamen. Rex Ægypti.

שוחה Sua, 1.parali.4.b. Fossa, aut natatio, siue humiliatio, aut meditatio, vel loquela, aut germinans. Frater Caleb.

שועא Suaa, Clamans, vel saluans, aut potēs vel magnificus seu respiciēs. Filius Heber filij Bariæ, 1.para.7.g

שועל Sual, Vulpes, aut femita, siue pugnus aut pugillus. Filius supha filij Helem, 1.para.7.g, Est & nomen regionis, 1.reg.13.d

שוער Suar, Paruulus, aut præceptum vigiliæ, vel ciuitatis aut æmuli vel denudationis: vel euacuationis: vel syriacè, angustiator. Pater Nathanael principis tribus suæ Issachar, nume.1.a

שובאל Subael, Conuersio dei, siue captiuitas dei, aut sedes dei. Vir quidam, 1.para.24.c

שבואל Subuel, Conuersio dei, siue captiuitas dei, aut sedes dei. Filius Gerson filij Moysi, 1.para.23.b

שוה Súe, Loquens, siue orans, aut fossa, vel humiliatio, aut natatio. Filius Abrahæ ex Cetura, gene.25.a. 1.paralip.1.c

שוא Súe, 1.paralip.2.f. Vanitas, aut eleuatio, vel tumultus. Filius Iahaddái.

סוה Súe, 1.para.7.g. Eradicatio, vel conculcatio. Filius Supha filij sue.

שוחם Suhan, Locutio siue meditatio eorum, aut fouea vel humiliatio eorum, siue natatio vel germinatio eorum. Filius Dan filij Iacob, nume.26.e

Suhamitæ, Idem. num.26.e

Suhites, Meditatio, aut fouea, vel incuruatio, aut humiliatio, siue natatio aut natans. iob.8.a

Sulamitis, Pacifica, siue perfecta, aut retribuens. cantic.6.d.7.a

Sunam, Mutatio siue dormitatio eorum, aut vana dormitatio. vel iteratio aut secundatio eorum. Ciuitas, de qua, 4.reg.4.b

Sunamitis, Dormiens, vel mutata aut vana dormitio, vel iteratio aut secundatio dormitionis. 3.reg.1.a.4.reg.4.c

Sunem, Idem quod sunam. Ciuitas in tribu Issachar, ios.19.b.1.reg.28.a

Suni, Mutatus, vel dormiens, aut iteratus vel secundarius. Filius Gad filij Iacob, gene.46.b

Sunitæ, Idem. num.26.b

Suph, Fauus, siue specula aut cooperimētum, vel natans, aut expectans. Filius Thau patris Eliu. 1.reg.1.a. Filius Elcana filij Ioel, 1.paralt.6.c. Nomen loci, 1.reg.9.a

Supha, Lecythus, aut præceptum illaqueans, vel præceptum flatus, siue præceptum inflationis. Filius Helem, 1.para.7.g

Supham, Conterens eos, siue barba aut labium eorum, aut ripa vel litus eorum. Filius Beniamin, num.26.e. Heb. sephupham.

Suphamitæ, Idem num.26.e

Sur, Murus, aut bos, vel aspiciens. Syria dicitur, gen.20.a solitudinis nomen, è regione Ægypti, inter Cades & Barad. exod.15.f.1.reg.15.b

Sur, Pater Cozbi Madianitidis illius, quæ cum Zambri interfecta est in genitalibus: qui quidem sur, princeps erat Madianitarum. nume.12.d.31.a. iosuæ, 13.c. Fuit & nomen filij Abigabaon, 1.paralipom.8.c. 9.f. & interpretatur Petra, vel fortis, aut obsidens, vel angustians, siue plasmator vel figurator, aut ligatus vel ligans.

Sur, 4.reg.11.a, Recessio siue rebellio. Nomen portæ in templo Salomonis.

Suriel, Petra dei, siue fortitudo dei, aut plasmatio siue figuratio dei, siue vinculum aut colligatio dei, vel obsidio dei. Filius Abihaiel princeps Moholitarum, num.3.e

Surisaddai, Petra vel fortitudo omnipotentis vel deuastantis, aut plasmatio siue figura omnipotentis vel deuastantis, aut vinculum siue obsidio omnipotentis vel deuastantis. Pater salamiel principis tribus simeon, num.1.a

Susa, Vanitatis eleuatio, aut exultans. Scriba quidam, de quo 1.para.18.d

Susan, Lilium vel rosa, aut lętitia. Metropolis Persici regni, danielis 8.a. A qua Susiana regio apud Persas nomen accepit, à Dario Hystaspis filio condita, Plin.li.6.cap.27. Straboni vero Titoni patris Memnonis est ædificium, cognominata stephano à fontibus, quibus locus abundat. Hac enim dictione ait in ea regione ita fontem dici. Aurigallus vult dictā non aliter ac Florentia à flore, & Rhodus à rosa, danielis 8.esd.4. nehem.1. esther.1.a. Lege Iosephum lib.10. cap.14. & lib.11.cap.5.antiq.Iudaic.

Susanachæi, Lilia vel rosæ, aut gaudium claudorum vel percutientium. 1.esd.4.b

Susanna, Lilium vel rosa, aut lętitia. D. Vxor Ioacim, danie.13.a. Est & nomen alterius mulieris quæ Christum sequebatur, luc.8.a

Susi, Equus, vel hirundo, aut tinea. Pater Gaddi, nume.13.a

Suthála, Plantatio viriditatis vel humiditatis, aut potus humidus, siue ponens humiditatem vel viriditatem. Filius Ephráim, num.26.d. Filius item Zabad filij Thath, 1.para.7.d

Suthalaitæ, Idem. num.26.d

S Y

Syene, Rubus: vel syriacè, inimicitia. Vrbs in confinibus Æthiopiæ, supra Alexandriam, versus meridiem quinquaginta milia stadiorum. ezech.29.b

Syluanus, Vide siluanus.

Syn-

συντύχην Syntychen, Colloquens, vel confabulans. G. Mulieris nomen, philip.4.a

סוח Syra, spina, aut olla, vel lebes, siue rebellio, aut recessio. Locus est, qui secundum Iosephum viginti stadijs ab Hebrone distat. 2.reg.3.e

ארמית Syra, In Hebræo est Aramia, quæ mulierem de Aram, id est de syria, significat: & interpretatur Sublimis, vel excelsa aut decipiens, 1.para.7.d

συρακοῦσαι Syracusæ, Attrahens violenter. G. Vrbs Siciliæ sub Pachinno monte, act.28.c

ארם Syria, Hebraicè dicitur Aram, & interpretatur excelsa vel sublimis, aut decipiens, vel maledictio eorum. Regio Aram dicta, ab Aram filio Sem, qui Arameos instituit, quos Græci syros appellant. Inde syria quondam terrarum maxima, & pluribus distincta nominibus. Vide Mesopotamia, 2.reg.8.b.4. reg.16.a

Syria soba, in titulo psalmi.60. ea est quæ Palæsthina dicitur.

Syri, siue syrij, Idem.p.n.gene.22.d, amos, 9.c

συροφοίνισσα Syrophœnissa, Attracta rubedo, vel attractio purpurea. G.marc.7.c

σύρτις Syrtes, Attrahens, vel attractio. G. Arenosa in mari magno loca, multum terribilia & metuenda, eo quòd omnia ad se diripere soleant, & appropinquantes vadoso mari hæreant. Hæ autem ad mare Ægyptium vicinę sunt, & pariter admiscentur, act.27.c

ארמי Syrus, Hebraicè dicitur Arami, id est excelsus vel sublimis, aut decipiens, siue maledictio eorum, 2.reg.10.b

T

טבעת TAbbaoth, Anuli, vel circuli, aut submersi, vel bonum tempus, aut bona hora. Nomen viri, 1.esd.2.c

T A

טבה Tabee, Iugulatio, vel occisio, aut coquus: Filius Nachor ex Roma concubina, gene.22.d

טבאל Tabeel, Bonus deus, Nomē viri, 1.esd.4.b.isa.7.b

טבליהו Tabelias, Intinctus à domino, vel baptismus domini, siue bonitas ipsi domino. Nomen viri, 1.paralipom.26.b

Tabernæ, Latinum. Locus est iuxta Romam, act.28.d

Tabitha, Dorcas, id est damula, vel caprea. Syrum est act.9.g

טברימון Tabremon, Bonum malum granatum, siue bonitas excelsa vel sublimis, aut vmbilicus præparatus vel numeratus, vel muneratus. Pater Benadad regis Syriæ, 3.reg.15.d

עתה-סצץ Tacasin, Hora vel tempus principis, siue nunc princeps. Ciuitas in tribu Zabulon, ios.19.a. Heb. Itacasin.

תחת Tahath, Subter vel subtus, aut pauor siue formido: vel Syriace, descensio. Filius Asir filij Abiasaph.1. para.6.c. Filius Bared filij Suthalæ, 1.para.7.d

Talitha, cumi, ex Syro & Hebræo, Puella surge. marc.5.d

צוען Tanis, Hebraicè dicitur Soan. & interpretatur, mouens, vel motio, siue motus. Soan, maxima Ægypti ciuitas in ostio Tanico, vt Strā. lib.17. indicat pro hac vbique fere Chaldæus interpres טאנס vertit. num.13.c.psal.77.e.isa.19.b.ezech.30.e

טפת Taphet, Distillatio, aut gutta, vel paruula. Salomonis filia, 3.reg.4.b

תחפנס Taphnes, Occulta tentatio vel fuga, aut coopertum vexillum: vel ex Hebræo & Syro, occultum miraculum. Vxor Pharaonis regis, 3.reg.11.d

Taphnis, ezech.30.e. dele, ph &, lege Tanis.

תענך Tanach, Confringens te, vel humilians te, siue respondens tibi. Nomen vrbis, iud.1.f

תפוח Taphûa, Pomum vel insiatio aut insufflatio, vel illaqueatio. Ciuitas in tribu Iuda, ios.12.d.15.e.19.c. data filiabus Salphaad, ios.17.b. Filius Hebron, 1.paralipom.2.f

טפסר Taphsar, Princeps. vel exercitus, siue paruulos auferens, aut distillationem vel guttam auferens. Nomen regionis, ierem.51.c

Tharsenses, Alati, vel pennati. G. ταρσεῖς

Tarsensis, Idem. s.n. G. act.21.g ταρσεύς

Tarsus, Alata vel pennata. G. Metropolis Ciliciæ regionis, vnde Paulus apostolus, act.22.a. Vide Tharsis. ταρσός

T E

טבעת Tebaoth, Anuli, vel circuli, aut submersi, seu bonum tempus, vel bona hora. Nomen viri, 2.esd.7.e

טבחת Tebath, Iugulatio vel occisio, aut coquus, seu bene formidans, vel bene confractus, Nomen vrbis, 1.paralip.18.b

טבת Tebbath, Bona, vel bonitas. Nomen loci, iudic.7.f

טבת Tebeth, Idem. Nomen mensis, esth.2.d

תחנת Tehinna, Deprecatio, aut misericors, siue gratiosus, vel gratia. Filius Esthon, 1.para.4.b

טלם Telem, Agnus, siue ros eorum: aut Syriace, vmbra eorum. Ciuitas in tribu Iuda, ios.15.d. Nomen viri, 1.esd.10.d

טלמון Telmon, Ros præparatus, vel roris præparatio, aut roris munus, vel ros numeratus: aut ex Syro & Hebræo, vmbræ pręparatio vel munus. Nomen viri, 1.para.9.c.2.esd.2.c.11.c

טרפלוא Terphalęi, Raptores fatigati, vellaboriosi, aut series miraculosa vel ruinosa: aut ex Syro & Hebræo, mons vel custos miraculi vel ruinæ, aut solium laboris. Populi, 1.esd,4.b

Tertius, Latinum est. Nomen viri, rom.16.d

Tertullus, Falsa annuntians, vel mēdax, aut monstrosus. G. Nomen oratoris cuiusdam, accusatoris Pauli, act.24.a τερτύλλος

T H

תחש Thâas, Hyacinthinus, vel festinans, aut silens. Filius Nachor ex Roma concubina, genesis, 22.d. Heb. Thahas.

תבור Thabor, Electio, siue puritas: aut Syriacè, contritio vel confractio. Mons est in medio Galilææ campo, mira sublimis rotunditate. Nam eius altitudo (vt lib.4. Egesippus ait) 30. est stadiorum: vertex autem ipse campestris, 23. stadijs iacet. iere.46.e. psalm.88.b. Ciuitas in tribu Zabulon Leuitis data, 1. parali.6.g. iudic.4.a.1.reg.10.a

תרעל Thadal, Conterens iugum, seu scientia eleuationis vel ascensionis. Rex gentium, gene.14.a

Thaddæus, Laudans, siue confitens. D. Vnus ex apostolis, matth.10.a: qui ibidem iuxta lectionem Græcam dicitur Lebbæus.

תחן Thâhan, Deprecans, aut misericors, siue gratiosus vel gratia. Filius Thale, 1.para.7.e

תחת Thâhath, Subter vel subtus, aut pauor siue formido: vel Syriace, descensio. Vicesimatertia Israelitarum mansio, nume.33.d. Nomen item viri, 1.parali.6.c.7.d

Thalassa, In Græco est Lasea: & interpretatur spissa, vel prudens. G. Ciuitas est litoralis Cretæ, haud procul à loco qui boni portus dicitur. act.27.b λασαία

תלשר Thalassar, Suspensio principis, vel tumulus principis: aut suspendens canticum, vel tumulus canentis. Regio Syriæ, 4.reg.19.c.isa.37.c

תלה Thale, Humectatio, aut viriditas, siue humectans aut virescens. Nomen viri, 1.para.7.e

תמר Thamar, Palma, vel dactylus, siue cōmutatio vel permutatio, aut amaritudo. Vxor Her primogeniti Iudæ, gen.38.a. Est & vrbs Syriæ nobilis, quæ nunc Palmyra dicitur, olim à Salomone constructa. ezec.48.d. Hæc ab Hadriano principe, Hadrianopolis. Filia item Dauid, 2.reg.13.a.1.par.3.b. Sic vocabatur & filia Absalom, 2.reg.14.f

חמגע Thamna, Vetita siue prohibita, aut perfecta vel consummata commotio. Concubina Eliphaz filij Esau, gene.36.b. In 1.para.1,c. legitur inter filios Eliphaz. Soror Lotan filij Seir Horræi. Ciuitas Idumęorum, gene.36.c

חמגה Thamna, 2. parali.28.c, Imago vel figura, aut numeratio vel numerans: aut Syriace, constituens. Ciuitas in tribu Iuda, ios.15.g

Universidad de Deusto
Biblioteca

Thamnas, Idem.gen.38.c
Thamnatha, Idem.iudicum,14.a
Thamnathæus, Idem.iudic.15.b
תמנת-סרח Thamnath-sára, siue Thamnath-sáre, Figura vel imago extensa vel remanens aut fœtens, siue numeratio residua, aut numeratio extensionis vel fœtoris: aut ex Syro & Hebræo, constituta extẽsio vel fœtor, aut statuta residuitas. Ciuitas in mõtanis Ephráim, ab Israelitis Iosue duci, tanquã hæreditaria hæreditas attributa.iosu.19.d.24.g.eadem quę & Thamnath-hára res, per literarum transpositionem.
תמנת-חרס Thamnath-háres, Imago vel figura solis, aut imago vel figura testea vel fictilis, aut numerus solis vel testæ: aut ex Syro & Hebræo, constitutus sol vel testa. Eadẽ vrbs quæ Thamnath-sára vocatur, iud.2.b
תענך Thanach, Confriagens te, vel humilians te, siue respondens tibi. Ciuitas,3. reg.4.b.1. parali.7.f.data dimidiæ tribui Manasse, iosu.21.c.iudic.1.f.5.c
תאנת-שלח Thanath-sélo, Ficum vel ficulneam dissoluens vel discalceans vel decorticans: seu ficulnea errans vel mentiens, aut ficulnea abundantiæ vel pacis, seu occatio erroris vel mendacij: aut occasio (s.est) abundantia vel pax. Nomen loci, iosu.16.b
תנחמת Thanchumeth, Consolatio, vel pœnitentia, aut doni lagunculæ vel murus, siue donum indignationis vel caloris, aut requies mortis. Pater Saraiæ.4. regum,25.f.ierem.40.c
תפסח Thaphsa, siue thapsa, transitus, vel claudicatio: aut pascha, id est locus vbi pascha fit. Ciuitas, 3.regum, 4.c.4.reg.15.d
תהפנחס Thaphnes, siue thaphnis, Operimentum confidentiæ vel protectionis, aut occulta confidentia vel protectio. Ciuitas Ægypti, de qua ierem.2.d.43.c.44.a, 46.d.ezech.30.c
תארע Thara, Vlulans, aut malefaciens, vel cubiculum malitiæ, aut cubiculum pastoris vel socij: aut syriacè, euentus, siue terrestris vel inferior. Filius Micha filij Meribbáal,1.para.8.d
תחרע Thara,1.paral.9.f. Ira vel contentio praua, aut ira vel contentio socij vel pastoris. Filius Micha.
Thara, esth.12.a, Idem quod Thares, quod interpretatur hæres, aut miser vel exul. D.
תרחקה Tharáca, Explorator vel contemplator obtusus, siue legis hebetudo aut impedimentum, vel turturis obtusio vel hebetudo. Rex Æthiopiæ, 4. reg.19.b. isa.37.b
תרחנה Tharana, Explorator vel contemplator gratiæ vel misericordiæ: aut turtur gratiæ vel misericordiæ. Filius Caleb ex maacha concubina,1.para.2.f
תרח Thare, Odorans, vel spirans, aut abigens. Filius Nachor, gene.11.c
תראלה Tharela, Exploratio vel turtur maledictionis, aut turtur fortitudinis vel ilicis, aut explorans ilicem vel fortitudinem. Ciuitas in tribu filiorum Beniamin, iosu.18.d
תרש Thares, Hæres, aut miser, vel exul, Eunuchi nomen, esth.2.d
תרשיש Tharsis, Contemplatio gaudij, vel exploratio maris, aut turtur gaudij, siue chrysolithus lapis, s. pretiosus, aut mare. Filius Iauan, gen.10.a. Est & nomẽ regionis, Cilicia olim dictæ, à Tharsis filio Iauan. 3.reg.10.d.psal.71.b.isa.2.d.ezech.10.b. vnde eius regionis metropolis, ס mutata in ת, Tarsis nomen obtinuit. In actis igitur apostolicis vbiq; scribe hanc dictionem absq; aspiratione. Vide Tarsus. Quidam volunt Tharsin nonnũquam mare mediterraneum significare, apud Ionam prophetam, & psalm.71.b
תרחק Tharthac, Concatenatus, siue retrusus, vel conclusus. Idolum Heuæorum, 4.reg.17.f
תרתן Thartan, Explorans vel contemplans donum, aut turturis donum, vel lex ipsarum. Nomen principis, isa.20.a
Thasi, Oblitus, vel obliuiscens, aut debitor. D. Filius Mathathiæ filij Iohannis,1.mach.2.a
תחני Thathanái, Donans, vel donator. Nomen viri,1. esdr.5.a
Tháu, Signum, ezech.9.b
תבץ Thebes, Cœnosus, aut sericeus, vel ouum: aut Syriacè, lineus. Vrbs terræ Chananeę, iud.9.g.2.reg.11.e
תכני Thebni, Palea, aut fœnum: vel intelligens, aut filiatio. Filius Gineth,3.reg.16.e
תקל Thecel, Appensio, dani.5.g
תקוע Thecua, tuba, vel clangor, aut fixa. Ciuitas in Iuda, sex miliaribus à Bethlehem distans, à Roboam constructa,2.reg.14.a.23.d.2.para.11.b.20.d.iere.6.a. Filius Ashur,1.para.4.a
חקוה Thecua, Spes, vel funiculus, aut linea, vel congregatio. Pater Sellum mariti Holdæ prophetidis,4.regum,22.c: qui thecuath,2.paralip.34.e.dicitur. Pater item Iaaziæ,1.esd.10.c
תיקחת Thecuath, signum vel figurationem assumens. Pater Sellum mariti Holdæ prophetidis,2. paralip.34.e: qui 4.reg.22.c, dicitur thecua.
תקועים Thecueni, tubæ, vel clangentes, aut fixi,2. esd.3.b
תקועית Thecuites, Idem.s.n.1.para 11.f.27.b
תגלת-פלאסר Thecuitis, Idem.f.g.2.reg.14.a
Theglath-phalásar, Captiuitatem miraculosam vel ruinosam abstulit vel ligauit: aut ex Hebræo & Syro, captiuitatem miraculosam vel ruinosam prohibuit. Rex Assur,4.reg.15.f
תחן Thehen, Deprecans, aut misericors, siue gratiosus, vel castrametans. Filius Ephráim, num.26.d
תחנה Thehenitæ, Idem.p.n.num.26.d
תלסר Thehinna, Idem.s.n.
Thelasar, Coaceruationem vel suspensionem auferens, aut coaceruationis vel suspensionis recessus. Regio Syriæ,4.reg.19.c
תלגת-פלנאסר Thelgath-phalnasar, Niuem cadentem prohibens vel ligans, ex Syro & Hebræo. Rex Assyriorum,1. para.5.a.d.2.para.28.d
תלתרשא Thelharsa, Coaceruatio vel suspensio aratri vel surditatis aut silentij siue artificij vel testæ: aut ex Hebræo & Syro, aceruata vel suspensa sylua. Nomen loci,1.esd.2.c.2.esd.7.f
תלמלה Thelmela, Aceruus salis vel nautę, aut suspensio vel appensio salis vel nautæ. Nomen loci,1.esd.2.c.2. esd.7.f
תימא Thema, Admiratio vel consummatio, aut auster. Filius Ismahelis, gene.25.b
תמה Thema,1.esd.2.c.2.esd.7.e. interpretatur Delens, vel radens, aut abstergens: vel Syriacè, percutiens. Nomen viri.
תימן Theman, Australis vel aphricus, aut cõsummatus vel perfectus: aut Syriacè, ibi. Ciuitas principum Idumæorũ, quæ à themã filio Eliphaz ex Ada vxore nomen accepit.ierem.49.d. Filius Eliphaz filij Esau, ex Ada.gene.36.b. Fuit & dux in Edom, gene.36.d
תימא Thema, iob.6.c.ierem.25.e. Admiratio, vel consummatio, aut auster. Nomen loci.
תימני Themani, Perfectissimus, vel australis: aut Syriacè, constitutus, Filius Asshur ex Naara vxore,1.para. 1.d.4.a
Themanites, Idem.iob.4.a
תמנחת Themna. Imago, vel figura, aut numeratio, vel numerans: aut Syriacè, cõstituta. Ciuitas in tribu Dan, iosu.19.c
תענך Thenach, Confringens, te vel humilians te, aut respondens tibi. Ciuitas in tribu Manasse, iosu.17.c
Θεοδότιος Theodotius, Deo datus. G. Nomen viri,2.machab.14.c
Θεόφιλος Theophilus, Amicus dei, vel deo dilectus. G. Vir ad quem scribit Lucas, luc.1.
תרפים Theraphim, Simulachra, vel statuæ, aut figurę, vel imagines, iudic.17.b.ose.3.b
תרצה Thersa, Cõplacens, vel volens, aut suauis, vel currens. Ciuitas est in alto sita monte, qua Israelitarum reges ante conditam Samariam, pro regia vsi sunt.3. reg.14.e.4.reg.15.a. Fuit & Salphaad filia eiusdem nominis, nume.26.d
Θεσσαλονίκη Thessalonica, Dei altera victoria, aut situs siue positio alterius victoriæ. G. Ciuitas Macedoniæ, prius Halia nuncupata, act.17.a

Thessa-

Θεσσαλονικεῖς Θεσσαλονικεύς Thessalonicenses, Idem.p.n.G.
Thessalonicensis, Idem.s.n.G.
תשבי Thesbites, Captiuans, vel conuertens, aut sedens vel habitans,3.reg.17.a
Θευδᾶς Theudas, Fluens aqua. G. Nomen viri, act.5.f
תיכון Thichon, Medius, vel intermedius, aut prępparatio Nomen pagi, ezech.47.c
תילון Thilon, Murmuratio, siue aceruuus eius, aut suspẽsio eius. Filius Simon,1.para.4.d
תירס Thiras, Demolitor, siue destructor, aut irrorans, vel irroratus. Filius Iaphet, gen.10.a. A quo Thirenses, quos Græci Thraces vocant.
תריא Thiria, Exploratio, vel contemplatio Filius Ialeel, 1.para.4.c
תכן Thochen, Medium vel intermedius, aut præparatus. Ciuitas,1.para.4.f
תגרמה Thogorma, Osseus, vel robustus, siue incolatus nimius, aut peregrinus valde, vel timens valde, seu anxiosa celsitudo. Filius Somer, gene.10.a. Ab hoc Tygranei, qui à Græcis Phryges dicuntur, denominati sunt ezech.27.c
תחו Thohu, Viuens vel nuntians. Filius Eliu patris Ieroham,1.reg.1.a
תוה Thohu, telum, vel iaculum. Filius Suph filij Elcanæ,1.para.6.c
תולע Thola, Vermis aut vermiculus, vel coccus, aut coccineus. Filius Issachar, gen.46.b,1.para.7.a. Filius itẽ hua dux in Israel, iud.10.a
תולד Tholad, Natiuitas, vel generatio. Ciuitas Simeonis,1.para.4.e
תולעי Tholaitæ, Vermes, aut vermiculi: vel coccus aut coccinei, num.26.c
תלמי Tholmái, Sulcus, s.qui fit cum aratro: aut suspendens aquas, vel coadunatio aquarũ. Filius Enac, iosu. 15.c.iudic.1.b.nu.13.c. Rex Gessur,2.reg.3.a.1.par.3.a
Tholomai, Idem. Filius Ammiud regis Gessur, 2. regum,13.g
Thomas, Abyssus vel geminus: & Græce didymus appellatur, quod interpretatur gemellus, id est ille qui cum alio vno & eodem partu nascitur. D. Vnus ex apostolis, matth.10.a.iohan.11.b
תפל Thophel, Ruina, aut stultitia, siue insulsitas, aut insipiditas, Locus est in deserto trans Iordanem è regione Iericho, vbi Moyses quintum librum edidit. deut.1.a
תפת Thópheth, Tympanum, vel seductio, aut dilatatio Locus est in valle filij Ennom: qui cernitur in Ierosolymæ suburbanus, vbi quondam parentes filios igni exustos deuouebant, & immolabant dæmonio Moloch, isa.30.g.iere.7.g.19.d
τόπος Thopo, Locus. G. Nomen loci,1.mach.9.e. Scribe Topo.
תרצי Thosaites, Dissipatio vel dissipatus, aut exiens, 1. para.11.g
תעי Thou, Errans. Rex Emat,2.reg.8.c.1.para.18.c
Θρᾷκες Thraces, Asperi, vel saxosi. G. Populi,2.mac.12.f
Θρασέα Thrasea, Audax, vel temerarius. G.
תבל Thubal, Orbis, vel mundanus, aut confusio vel ignominia, seu portatus vel adductus. Filius Iapheth, gene.10.a. A quo Iberes (licet quidam Italios suspicẽtur) originem traxerunt, Ezech.27.c 38.a
Θυάτειρα Thyatira, Odor siue sacrificium laboris vel contritionis. G. Vrbs Lydiæ regionis in Asia minore: Macedonum habitatio, quam nonnulli Mysorum vltimã dicunt act.16.c.apoc.2.g
Thyatireni, Idem.p.n

T I

Tiberias, Bona visio, vel vmbilicus, aut cõfractio D. Vrbs Galilææ ad mare sita, quod ab ipsa ciuitate appellatur mare tiberiadis, Iohan.6.a. Hanc ciuitatẽ olim Cenereth apellatam, Herodes tetracha in honorem Tiberij Cæsaris condidit, & tiberiadem vocauit teste Iosepho in 18.capite 4.antiquit.Iudaic.& Egesippo libro.2.cap.3. iuxta quem dominus stupendo miraculo pauit multitudinem populi paucis panibus, iohan.6.

Tiberius, Idem.D. Imperator quidam apud Romanos, luc.3.a
חדקל Tigris, Hebraicè dicitur Hidécel, & interpretatur acumen velocitatis, aut acutus sonitus vel vox, seu lætus sonitus, vel lęta velocitas: aut ex Syro & Hebræo, vna vox vel vnisonus: aut vnica velocitas. Fluuius qui Mesopotamiam amplectitur, & in Armenię maioris regione caput tollit, mirè quàm lucido, conspicuòque fonte in loco edito, qui Elongosine nominatur. Euphráten in sinum defert Persicum cũ amne Coaspe. Hæc Solinus, gen.2.c
Timæus, Cæcus vel cæcitas. D. Pater Barthimæi, mac.10.g
Τίμων Timon, Honorabilis vel pretiosus. Nomen diaconi cuiusdam, act.6.b
Τιμόθεος Timotheus, Honor dei, vel honorans deum, aut pretiosus deo. G. Discipulis quidam. Paulo charus, de quo act.16.a
Τίτος Titus, Honorabilis. G. Nomen viri, cognomento Iusti, act.18.b

T O

טוב Tob, Bonus, siue bonitas. Nomen terrę ad quam fugit Iephte, iudic.11.a
טוב-אדניה Tob-adonias, Bonus dominator dominus, aut bona basis domini. Nomen viri,2.para.17.b
טוביה Tobia, siue tobias, Bonus dominus, siue bonitas domini, Nomen viri,1.esd.2.c.zach.6.d.
Τοπαρχία Toparchia, territorium. G.

T R

Τραχωνῖτις Traconitis, Saxosa vel aspera. G. Syriæ regio, quæ & Ithurea dicta est iuxta Arabiæ desertũ, quod Bosræ iungitur contra australem plagam, quasi ad Damascum respiciens, cui pręerat Philippus frater Herodis procuratoris Galilææ, luc.3.a
Τρῖπολις Tripolis, Trium ciuitatum, s.regio.2. macha.14.a
Τρωὰς Troas, Perforata. G. Ciuitas Asiæ, maritima, eadẽ Antigonia dicta.act.16.b
Τρόφιμος Trophimus, Nutritus vel educatus. G. Vir Ephesius, act.20.a.21.f
סגיים Troglodítæ, Hebraicè dicitur Suchijm, & interpretatur vncti, vel vngentes, aut coopertivel obumbrati, id est in tabernaculis vel tugurijs habitantes. Populi,2.para.12.a
Τρυφαίνα Tryphęna, Deliciosa vel delicata. G. Mulier, ro.16.b
Τρύφων Tryphon, Deliciosus vel delicatus. Vir quidam,1. mach.11.d
Τρυφῶσα Tryphosa, Delicios, vel delicata. Mulier, ro.16.b

T V

תובל-קין Tubal-cáin, Mundana possessio vel æmulatio, aut mundi nidus, seu confusionem possidens, vel ignominiam æmulans. Filius Lamech ex Sella vxore sua gene.4.d
Tubin, Bene mensurata, vel bona mẽsura, aut bonum vinum. D.
Tubianei, Paleæ, vel paleati, aut bene respondentes, vel bene gratificantes. D. Populi,2.mach.12.c

T Y

Τυχικός Tychicus, Casualis vel cõtingens. G. Vir Asianus, act.20.a.colos.4.b.
Τυφωνικός Typhonicus, turbulẽtus, vel tempestuosus, Vnus è ventis subitis ac repentinis nomine τύφων, act.27.c
Τύραννος Tyrannus, Imperans, vel princeps. G. act.19.b
צרים Tyrii Hebraicè dicitur Sorim, & interpretatur tribulantes siue obsidentes, aut angustiantes, vel ligantes siue vinculati, vel figurantes, aut plasmantes, siue fortes, vel petræ, 2.esd.3.b.act.12.d
Tyrius, Idem.s.n.3.reg.7.b.2.para.2.c
צור Tyrus, Hebraicè dicitur Sor, & interpretatur tribulatio vel obsidio, siue angustia, aut vinculum vel colligatio, seu plasmatio aut figuratio, vel fortitudo, aut petra. Ciuitas maritima, Metropolis Phœnices. Quõdam insula septingentis passibus diuisa à Continẽte, mari prælato: sed vix credibili opere comportatis aggeribus per Alexandrum Magnum adiuncta. Continenti. Est in tribu Nephthali, vicesimo ferme miliario à Cæsarea Philippi, iosu.19.b.isa.23.a.matth.11.c

Va-

V

ויקרא? Vagao, Interior vel intimus:aut elatus vel eleuatus, siue corporeus. D. Nomen viri, iudith,14.c

ויקרא Vaicra, Et vocauit. Liber Leuitici, sic vocatus ab Hebræis, quia sic incipit.

וידבר Vaiedabber, Et locutus est, siue locutúsque est. Liber Numerorum:quia sic incipit.

Vallis, siluestris, siue campestris, Vide Aulon.

ויגח Vania, Nutrimentum domini, siue arma domini. Nomen viri,1.esd.10.d

ופסי Vapsi, Fragmentum, vel particula, aut diminutio vel diminutus. Pater Nahabi principis tribus Nephthali,num.13.a

ושני Vasseni, Secundus, vel dualis, siue mutatus, aut coccineus, vel dens, aut annus meus. Primogenitus filiorum Samuelis,1.para.6.b

ושתי Vasthi, Bibens vel potans, aut duplicans, vel ponẽs aut stamen. Vxor Assueri regis, esth.1.b

V B

אוביל Vbil, Adductus vel portatus, aut luctuosus, vel veterascens. Nomen viri,1.para.27.d

V E

אואל Vel, Aut deus, siue aut fortis, vel desyderans aut cõcupiscens deum. Nomen viri,1.esd.10.d

ואלה שמות Vellesemoth, Secundus liber legis: & interpretatur, Et hæc sunt nomina: quia sic incipit in Hebræo. Græcè autem Exodus vocatur, id est exitus: qua in eo exitus filiorum Israel de Ægypto, continetur.

V L

אולי Vlái, Fortitudo, vel stultitia, aut forsitan. Nomen fortis, vnde flumen Vbal oritur iuxta Danielem, 8.a

אולם Vlam, Vestibulum vel porticus, aut fortitudo vel stultitia eorum. Filius Sares filij Machir,1.parali.7.d. Primogenitus Esec.1.para.8.d

V R

אור Vr, Ignis, vel lumen, aut lux. Vrbs Chaldæorum Vnde Thare pater Abraham,gen.11.d. Pater Eliphal, 1.para.11.g

Vrbanus, Latinum est. Adiutor Pauli in euangelio,rom.16.b

אורי Vri, Ignis vel lumen aut lux. Filius Hur filij Caleb ex Ephrátha vxore,1.para.2.c. Pater Gaber,3 regum.4.b

אוריה Vria, siue Vrias, Ignis domini, siue lumen domini, aut lux domini. Sacerdos quidam isai.8.a.4.reg.16.f.b. Propheta, filius Semei, de Cariath-iarim.iere.26.f. Maritus Beth-sabee,2.reg.11.a.1.para.11.g

אוריאל Vriel, Ignis dei, aut lumen dei, siue lux dei. Pater Maacha siue Michai matris Abiam regis Iuda,2.para.13.a:qui 3.re.15.a, dicitur Abessalom. Filius Thahath, 1.para.6.b

V T

עותי Vthai, Peruersitas, aut hora, vel temporalis. Vir,1.esd.8.b

V Z

עוזל Vzal, Ambulans, seu velificans, aut distillans. Filius Iectan,gen.10.d

X

ξανθικός Xanthicus, Mensis Aprilis. G.2. machabæorum,11.f

Z

זבד Zabad, Dos, siue dotatus. Filius Nathan filij Hethæi filij Sesan,1.para.2.e.11.g.2.para. 24.g. 1.esd.10.d

Zabadæi, Idem.p.n. D.1.mach.12.d.

זבדיה Zabadias, Dos domini, siue dotauit dominus, aut dotatio domini. Filius Berię,1.para.8.b.27.a.

זבי Zabbai, Fluxus, siue fluens. Nomen viri,1.esdræ, 10.d

זבד Zabad, Dos, siue dotatus. Filius Thahath, 1. para.7.d. Filius Ooli,1.para.11.g

זבדי Zabdi, Dos, vel dotatus, siue fluxus abundantia. Pater Charmi patris Achan,iosu.7.a. Filius Semei,1.para.8.b

Zabdias, Idem. Nomen viri,1.para.27.d

זבדיאל Zabdiel, Dos dei, siue dotatus dei. Nomen viri, 1.para.27.a.1.mach.11.b

זבינא Zabina, Fluxus vel fluens:nunc aut Syriace, venditio vel emptio. Nomen viri,1.esd.10.d

זבוד Zabud, Dotatus, vel dos. Filius Nathan sacerdos, 3.reg.4.a

זבלון Zabûlon, Habitaculum, vel habitans. Decimus filius Iacob ex Lia vxore sua,gen.30.c

Zabulonitæ, Idem.p.n.

Zabulonites, Idem.s.n.iudic.12.d.

Zacchæus, Purus:aut nitidus: vel Syriace, iustus, aut iustificatus. D. Nomen viri,2.mach.10.d.luc.19.a

זכי Zaccháî, Purus, aut nitidus:vel Syriace iustus. Nomen viri,1.esd.2.a

זכריה Zacharias, Memoria domini, aut masculus domini. Nomen principis filij Mosollamiæ,1.para.5.a.9.c. Filius Barachię, isa.8. a. Filius item Ieroboã filij Ioas regis Israel,4.reg.14.g

זכר Zacher, Memoria, siue masculus. Filius Abigabaõ, 1.para.8.c:qui 9.f. dicitur zacharias.

זכור Zachur, Memor siue memorans, aut masculinus. Filius Masma,1.para.4.d.24.d

זמה Zama, Cogitatio, aut scelus, vel turpido. Filius Semei filij Ieth,1.para.6.c

Zamma, Idem. Filius Iahat filij Lobni,1.para.6.b

זמרי Zambri, Cantans, vel psallens, seu vitis, vel palmes, aut putatio vel prescisio. Regionis nomen, ier.25.e. Filius Salu.nu.25.c. Filius Ela filij Baasa,3.re.16.c. Filius item Ioada filij Ahas,1.para.8.d. Scribe vbique zamri.

זמירה Zamira, Idem. Filius Bechor filij Beniamin filij Iacob,1.para.7.d

זמרן Zamran, Idem. Filius Abrahæ ex Cetura,ge.25.a

זמרי Zamri, Idem, Filius zaræ filij Iuda ex Thamar, 1.para.21.c

זנוח Zanóe, Obliuio, siue abiectio, vel ista requies, aut ista consolatio. Ciuitas in tribu Iuda,iosu.15.e,1.pa.4.c.2.esd.11.d

זרח Zara, Oriens, vel orientalis, aut claritas. Filius Rahuel filij Esau,gen.36.b. Filius Iudæ ex Thamar nuru sua,gen.38.d. Filius Simeonis filij Iacob.1.par.4.d qui gen.46.b, Iachin dicitur. Rex Æthiopum,2.par.14.c. Filius Gerson filij Leui,1.para.6.e. pater Ioab regis Edom,gen.36.d. Pater item Zabdi patris Charmi iosu.7.a

זרחיה Zarahi, Idem,1.para.27.b

Zaraias, Oriens domini, aut claritas domini. Filius Ozi filij Bocci,1.para.6.a

זרד Zared, Aliena descensio, aut extranea vel sparsa potestas. Torrens in deserto Moab,num.21.c deut.2.c

זרחיה Zarehe, Oriens dominus, aut claritas domini. Nomen viri,1.esdre.8.a

זרחי Zareitæ, Orientales aut clari,num.26.b.c

זרש Zares, Extranea miseria, vel extranea hæreditas: aut sparsa miseria vel heræditas, seu circulus vel corona miseriæ vel hæreditatis. Vxor Aman filij Amadathi, esthr.5.d

זתם Zatham, Oliua eorum, siue iste perfectus, aut iste consummatus, vel iste simplex. Nomen viri. 1. paralipom.26.c

זעון Zauan, Tremens, aut tremor, vel vexatio. Filius Eser filij Seir Horræi,gen.36.c

Z E

זאב Zeb, Lupus. Nomen viri Madianitis, ab Ephráim interfecti,iudic.7.g.psal.82.c

זבדי Zebedęus, Dos, siue dotatus, aut fluxus vehemens Nomen viri,2. esd.11.c. Pater Iacobi & Iohãnis apostolorum,matt.10.d

זבדיה Zebedia, Dos domini, siue dotauit dominus. Nomen viri,1.esd.8.a

זבח Zebee, Victima, aut sacrificium, vel decolatio, aut iugulatio. Rex Madianitarum,iudic.8.b.psal.82.c

זבודה Zebida, Dotata, siue dotatio, Mater Ioacim siue Eliacim,4.reg.23.g

זבול Zebul, Habitaculum:aut Syriace, sterquilinium. seruus Abimélech filii Gedeonis,iudic.9.g

Zechri,

Universidad de Deusto Biblioteca

זכרי Zechri, Memor vel memorans, siue masculinus. Filius Isaar filii Caath filii Leui, Exod.6.c.1.par.8.b.9.c.2.para.28.a

זכור Zechur, Idem. Pater sammua,num.13.a

ζηλωτής Zelotes, Æmulator. G. Cognomen simonis apostoli,luc.6.c

זלפה Zelpha, Distillatio oris aut vilitas vel contemptus oris. Ancilla Liæ vxoris Iacob,gen.29.e

זמה Zemma, Scelus, aut cogitatio, s. peruersa. Nomen viri,2.paral.29.c

ζηνᾶς Zena, Viuens, g. Legisperitus quidam,tit.3.d

זפרנה Zephrôna, Ex Syro & Hebræo, falsitas cantici vel exultationis. Terminus est Iudæ,num.34.b

זתם Zetham, Oliua eorum, siue iste perfectus, aut iste consummatus, siue iste simplex. Nomen viri.1. paralipomenon.23.a

זיתן Zethan, Oliua, vel Oliuetum. Filius Balan filij Iadihel filij Beniamin,1.para.7.c

זתר Zethar, iste explorans vel contemplans, aut oliua explorationis vel contemplationis, siue iste turtur, vel oliua turturis. Nomen eunuchi, esth.1.b

זתוא Zethu, Oliuetum. Nomen viri,2.esd.10.a

Zethua, Idem. Nomen viri,1.esd.2.a

Z I

זיע Zie, Sudor, aut tremor. Nomen viri,1.para.5.b

זינה Zina, Fornicatio:aut Syriacè, nutrimentum vel arma. Vir,1.paral.23.b

זיו Zio, Iste: vel Syriacè, splendor, aut claritas. Nomẽ secundi mensis, qui Aprilis apud nos dicitur.3. re.6.a

זיף Ziph, Istud, os, vel ista bucca aut Syriace, falsitas, vel falsus. Duę sunt huius nominis in tribu Iuda ciuitates ex quibus altera nomen magnæ dedit solitudini,iosu.15.d.& g.1.reg.23.b:quam ędificauit Roboã, 1.para.2.f.2.para.11.b

Zipha, Idem. Filius Ialeleel,1.para.4.c

Ziphæi, Idem.p.n.1.reg.23.c

זזא Ziza, Vniuersalis vel omnimodus, seu bestia, vel fera, aut resplendens:vel Syriacè, recedens. Filius Ionathan filij Iuda filij Onom,1.para.2.e. Est & nomen principis,1.para.4.f

Z O

זחלת Zohélet, Reptans, vel trahens. Lapis est iuxta fontem Rogel nomine,3.reg.1.b

זוחת Zoheth, Separatio, aut iste stupẽs vel pauidus, seu iste confractus:vel ex Hebræo & Syro, iste descendẽs Filius Iesi,1.para.4.d

זמזמים Zomzommim, Scelus vel turpitudinem cogitantes:seu scelus sceleratorum. Populi sunt qui alias ab Ammonitis Raphaim nuncupantur,deut.2.d

זהם Zoom, Abominans vel immundus. Filius Roboã ex Abiháil,2.para.11.d

זרבבל Zorobabel, Alienus à confusione, aut aliena vel extranea confusio, siue extranea commistio, aut dispersio confusionis vel commistionis, seu circulus cõmistionis vel confusionis. Dux in Iuda, agg.1.a. Filius Phadaia filij Iechoniæ,1.par.3.c.1.esd.2.a

Z V

זוזים Zuzim, Postes, vel superliminaria, aut splendentes:vel Syriace, recedentes, aut pecuniæ. In genes.14. non est nomen proprium. L X X enim, gentes fortes Chaldæus interpres, robustos interpretantur. quod & annotauit Hieronymus in quæstionibus in Genesin, dicens sic debere legi in eo loco, Et robusti in Hã. vt sit proprium loci:non autem legatur, in eis.

F I N I S.

E R R A T A.

Primum in veteri Testamento, numerus primus folium designat, secundus paginam, tertius Columnam, quartus autem versum.

Antequam tamen ad id accedas, primùm hos foliorum numeros restitue. 288. 289.290. 370.

*Et in nouo Testamento.*18.

Folio 2.*pagina*.2.*columna*.3.*versu*.44.*quadraginta*.4.1.2.52. *triginta*. 4.2.4.9.*ingrederetur*. 4.2.4.47. *altaris* . 5.2.3.14.*eduxi*. 6.2.3.39.*obuiam*. 6.2.3.58.*mei*. 7.1.1.20. *concubuerit*.8.2.4.21.*festinas*. 82. 4.23.*camelos*.9.1.2.2.*triginta*.9.1.2.57.*benedicam*.10.2.4.6.*deuoluerent*.10.2.4.41.*alteri*.11.1.1.22 .*ancillas*.13.1.1.23. *vulnerum*. 13.1.2.32.*dolore*.14.2.3.8.*operuerat*.17.1.2.54.*euigilans*.19.1.1.19.*cernens*.21.1.2.33.*per*.22.1.2.37.*die*.23.1.2.28.*dicite*.24.2.4.28.*congregate*.26.2.4.55.*exibit*.30.2.4.54.*sanctificabisque*.41.1.1.35.*indueris*.41.1.2.8.*nec*.42.1.1.9. *offerunt*. 43.2.3.3.*redimi*.47.2.4.37.*oleo*.48.1.2.21.*lucernæ*.49.1.1.39. *princeps*.49.1.2.15. *audisset Dominus*.49.2.4.18.*stetit in introitu*,56.1.2.58.*construxerit*.56.2.4.52.*lauabitis*.

Summa Priuilegij.

Philippus Dei gratia Hispaniarum Rex, &c. Dux Brabant. &c. Priuilegio concessit Ioanni Steelsio Bibliopolæ iurato vt illi Biblia Louanij à Doctoribus Theologis ad id deputatis emendata & approbata, imprimere & distrahere liceat, vt latius patet in originali priuilegio, Datum Bruxellis Anno Domini, 1568. Die 20. Ianuarij.

Ph. De Lens.

Licen.do Arana
visto en sa..ca 24

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universitäts-
Bibliothek